BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 M
23 — M
29

C. 38. b

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INSTITVTIONES
SACRAE
Literales, Morales, & Speculatiuæ
IN DOMINICAS ANNI;
ab Aduentu vſque ad Dominicam SS. Trinitatis incluſiuè.

In Speculatiuis Inſtitutionibus Doctor Subtilis docebit. In Moralibus, & Literalibus Salomon Euangelio domeſticus factus Pſeudopoliticorum erronea dogmata refutabit, mouebit, & delectabit.

Cum triplici Indice, Inſtitutionum, Rerum, et Sacræ Scripturæ.

AVTHORE ADMODVM R. P.

PETRO POSNANIENSE POLONO


Ord. Minorum de Obſeruantia, Prouinciæ eiuſdem Patre, Sacræ Theologiæ Lectori Generali.

Ad Sereniſſimum Principem Poloniæ, et Suetiæ

VLADISLAVM SIGISMVNDVM

Electum Magnum Ducem Moſcouiæ, &c.

Conuentus S.te Mariæ De Scala Romæ



Permiſſu Superiorum, & Priuilegijs.

VENETIIS M DC XXVIII.

Ex Officina Marci Ginammi.

[illegible] [illegible]

Digitized by Google

INDEX INSTITVTIONVM SACRARVM

QVÆ IN HOC LIBRO TRACTANTVR.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

Dominica I. Aduentus.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Prudentia, virtute, & timore Dei effectu Prudentiæ.
Inſtitutio Speculatiua de reprobatione, & ſignis reprobationis.

Dominica II. Aduentus.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Virtute Fortitudinis.
Inſtitutio Speculatiua de ſignis Prędeſtinationis.

Dominica III. Aduentus.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de actibus Fortitudinis.
Inſtitutio Speculatiua de Contritione.

Dominica IV. Aduentus.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Magnanimitate.
Inſtitutio Speculatiua de Confeſſione.

Dom. infra Oct. Natiuitatis Dom.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de fiducia, & ſecuritate virtutibus, Oratione comparandis.
Inſtitutio Speculatiua de Maternitate Beatiſſimæ Virginis.

Dom. infra Octauam Epiphaniæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Sapientia.
Inſtitutio Speculatiua de electione Beatiſſimæ V. Mariæ.

Dominica II. poſt Epiphaniam.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Caſtitate.
Inſtitutio Speculatiua de Charitate Beatiſſimæ V. Mariæ.

Dominica III. poſt Epiphaniam.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Clementia, Virtute, & Charitate Dominorum in ſeruos.
Inſtitutio Speculatiua de doloribus inferni.

Dominica IV. poſt Epiphaniam.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Obedientia.
Inſtitutio Speculatiua de pręſtantia animæ rationalis.

Dominica V. poſt Epiphaniam.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Virtutum vtilitate & neceſſitate.
Inſtitutio Speculatiua de Conſcientia.

Dominica VI. poſt Epiphaniam.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de virtute humilitatis.
Inſtitutio Speculatiua de deſiderio bonorum æternorum & contemptu pręſentium.

Dominica Septuageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de reformatione potentiarum & mortificatione paſſionum.
Inſtitutio Speculatiua, quod Deus non ſit acceptator perſonarum.

Dominica Sexageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de diligentia & ſolicitudine.
Inſtitutio Speculatiua de neceſſitate verbi Dei ſeu ſacræ ſcripturæ.

Dominica Quinquageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Cognitione ſui.
Inſtitutio Speculatiua de pœnalitatibus Chriſti, quas pro nobis aſſumpſit.

Dominica I. Quadrageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Virtute Temperantiæ.
Inſtitutio Speculatiua de Pręd eſtinatione.

Dominica II. Quadrageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Paupertate.
Inſtitutio Speculatiua de Pęnitentia ſera.

Dominica III. Quadrageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Charitate virtute.
Inſtitutio Speculatiua de praſtigijs mirabilibus Dęmonum.

Dominica IV. Quadrageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Magnanimitate & liberalitate.
Inſtitutio Speculatiua de Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento.

Dominica V. Quadrageſimæ.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Honeſtate & Modeſtia.
Inſtitutio Speculatiua de Blaſphemia.

Do-

Digitized by Google

Index Inſtitutionum.

Dominica Palmarum.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Manſuetudine.
Inſtitutio Speculatiua de Regali dignitate Chriſti Domini.

Dominica Reſurrectionis.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Pietate Virtute.
Inſtitutio Speculatiua de veritate Reſurrectionis.

Dominica I. poſt Paſcha.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Spe Virtute Theologica.
Inſtitutio Speculatiua, de quatuor dotibus ſeu gemmis corporis glorioſi.

Dominica II. poſt Paſcha.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Perſeuerantia & Conſtantia.
Inſtitutio Speculatiua de Meritis Chriſti Domini.

Dominica III. poſt Paſcha.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Patientia virtute moderatiua triſtitiæ, & pœnitentia cauſatiua lætitiæ.
Inſtitutio Speculatiua. An iuſtè Deus permittat malos proſperari, bonos tribulationibus affici.

Dominica IV. poſt Paſcha.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Iuſtitia Virtute Cardinali.
Inſtitutio Speculatiua de Peccato.

Dominica V. poſt Paſcha.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Fide, & Fidelitate.
Inſtitutio Speculatiua de dilectione Dei, Charitate, & Gratia.

Dominica Pentecoſtes.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Virtute Amicitiæ.
Inſtitutio Speculatiua de Diuinitate & proceſſione Spiritus Sancti.

Dominica Sanctiſſimæ Trinitatis.

Inſtitutio Literalis habet expoſitionem Euangelij.
Inſtitutio Moralis de Regno & poteſtate Chriſti.
Inſtitutio Speculatiua de Unitate Dei, & Diuinarum Perſonarum Trinitate.

F I N I S.

Digitized by Google

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Primæ Aduentus.

Lucæ 21. *Erunt ſigna in Sole & Luna &c.*

Eccl. 1. v. 1. *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & fuit cum illo ſemper, & eſt ante æuum.*

A

QVicquid ſapientiæ inueniri poteſt, ſiuè in toto hoc orbe ſublunari, ſiuè in ſuperno illo beatarum mentium domicilio, à Domino Deo eſt. De ſapientia quæ in cælo reperitur inquit Eccl. *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis.* Sapientiæ in excelſis verbum Dei origo eſt, vt pote notitia & origo Patris, atque ipſa ſapientia genita. Hæc eſt Angelorum magiſtra, hæc Sanctorum lumen, quo illuſtrati obſtruſa quæque facilè percipiunt. De ſapientia verò quæ de cælo in mundum deſcendit ait Salomon. *Filius ſapiens doctrina patris.* In Hebræo habetur in accuſatiuo. *Doctrinam patris:* quia filius manifeſtat ſapientiam patris, & ſapientia filij redondat in genitorem. Nam quilibet, viſo filio ſapiente, facilè colligit, quòd à patre inſtruente & docente hæc doctrina emanauerit. Atque ita filius ſapiens manifeſtat & declarat ſapientiam ſui parentis. Hoc pacto ſapientia filij Diuini redundauit in Patrem æternum, in quantum filius Dei manifeſtauit mundo ſapientiam eius, iuxta illud ipſiuſmet ſapientiæ Diuinæ teſtimonium. *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus.* Quia nimirum tradidit ſapientiam, quam à progenitore accepit Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Porrò hæc ſapientia ſublunaris, quam verbum Diuinum promulgauit mundo triplex, & in triplici hominum genere reperitur. Nam & Philoſophi Theologi naturales nuncupantur. Et Hebræi, atque Chaldæi vera notitia & ſcientia Dei, prædìti fuerunt. Et Chriſtiani eandē aſſecuti ſunt licet diuerſimode; Theologia quidem Hebræorum, atque Chaldęorum vera eſt, vt oraculum quod Athenienſes conſulebant reſpondiſſe fertur; affirmante S. Iuſtino verbis illis, quorum ſenſus ex Græco hic eſt,

Eccl. 1. v. 5.
Prou. 13. v. 1.
Ioan. 17.
Baruch. 3. v. 3.

Chaldais, Hebręiſque eſt ſapientia tantum
Vnum qui norunt Dominum, recoluntque parentem.

S. Iuſtinus in Paręn.

Nihilominus tamen multò imperfectior erat illa doctrina, quàm moderna Chriſtianorum Theologia, nam illam à Deo per Moyſen, & Prophetas ineuidenter promulgatam acceperunt, ſed Chriſtianorum Theologiam, velut nobiliſſimam & perfectiſſimam non iam per aliquem ex Prophetis, ſed per vnigenitum ſuum Deus propagari voluit, qui aſſumpta carne, in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus eſt, inſtruendo ſingulos, ad cognoſcenda altiſſima Diuinæ Triadis arcana. Et hęc ſunt certa, ac euidentia. Illud in dubium vocari poſſet. An etiam ſapientia Philoſophorum, & Poetarum ſit à Deo? Sed neque de hoc vlla datur ambigendi ratio. Nam vt inquiunt Iuſtinus, Theoderetus, & Clemens Alexandr. Quidquid boni Philoſophi, & Poetæ dixerunt, ea ex ſacris literis mutuatum, vmbris, ſymbolis, & picturis tegendo ne à vulgo cum periculo contemptus ob ignorantiam intelligerentur. In particulari autem de Orpheo affirmat Alexander Polyſtor, quòd fuerit diſcipulus Moyſis. Et reuera eò maior huic teſtimonio Alexandri habenda fides eſt quo maiora aliundè ſui firmamenta habeat. Illud quippè certum eſt, quòd Orpheus fuerit in Aegypto, vt affirmat Diodorus Siculus, vbi Hebręi ſacras literas multiplicauerant. Idē multi de Pythagora affirmant, & maximè Polyſtor, quod fuerit diſcipulus Ezechielis Prophetæ. Præterea Platonem illum, quem poſteritas Diuinum appellat, antiquitas Atticum Moyſen nuncupauit, vt tradit Nemeſius, dum ſic ait. Quid enim aliud eſt Plato, niſi Atticus quidam Moyſes? &c. De Ariſtotele etiam illud aſſerit Clearcus Peripateticus, quòd myſteria ſacræ ſcripturæ, & ipſe aliqualiter percalluerit, & de ijs cum vno Iudęorum doctiſſimo tractauerit. De alijs autem poſt Ariſtotelem ſi loqui velimus inuenietur profectò, ſacram eos paginam nō ignoraſſe. Itaque omnis Theologia Angelorum, & hominum; Philoſorum, & Poetarum; Hebręorum, & Chaldęorum, maximè verò Chriſtianorū, imò verò omnis in vniuerſum ſapientia, ſiuè quæ in cælo, ſiuè quæ in terris reperitur, à Domino Deo eſt. Hoc tamen intelligendum, de ſola ſapiētia vera, atque perfecta. Nam ſapientia ficta, & quæ ſecundum apparentiam eſt, aſtu ſe inſinuauit in nomen, gratiam & fauorem ſapientiæ, & amicorum eius; eo modo quo iuxta figmentum Poetarum, bonitas ſimulata, amorem hominum ſibi conciliauit. Etenim cum bonitas cęlorum inhabitatrix, deſcendiſſet de cęlo in terram, iuxta illud Apoſtoli. *Omne bonum de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminū:* cum tanta ſummorum pariter, ac infimorum lætitia recepta ſuit, vt non niſi ille ſe beatum crederet, qui illi hoſpitalitatis iura exhibere potuiſſet. Dum verò ab omnibus paſſim inuitaretur, & tanquam grauiſſimus hoſpes certatim traheretur, illa mox vt pacis amica, indiſcretæ, ac durę importunitatis pertęſa, cum tanta celeritate auolauit in cælū, vt prius deſertas cęlorum ſedes repetijſſe, quàm mortale hominum genus deſeruiſſe viſa ſit, quinimò pallium etiam quo cooperiebatur præ velocitate nimia relinquere illi neceſſe fuit. Vidit hæc inimica virtuti malitia, & quia prædictos hominum fauores bonitati inuidit: cogitauit dudum qua ratione bonitatis ſpeciem mentiretur, varias igitur ingeniæ fraudulentiæ quęſiuit vias, cęterùm nulla illi cōmodior viſa eſt, quàm vt relicto à bonitate pallio induta, bonitatem ſe eſſe proclamaret. Fecit tandem, & profecit tantùm, vt homines qui ſola extrinſeca intuentur malitiā, quam prius abhorrebant pallio bonitatis veſtitam lætanter reciperent. Atque exinde proceſſit bonitas ficta, cui nō aliter adhęrēt homines ſtolidi, atque bonitati veræ. Quod hic de ſimulata bonitate fabuloſa Poeſis confinxit: idem pariter de ſapientia apparente dici poteſt. Sapientia vera de cęlo deſcendens aliquanto tempore in terris morata, omniùque in ſe animos valdè beneuolos experta eſt. Sed nimia tandem hominum temeritate grauius oſtenſa, cælum adeò repentè repetere cogitur, vt conſuetum tegumētum ſuum in terris relinquere debuerit. Venit tandē odioſa Muſis ignorantia, & inuenit optatas ſapientiæ exuuias, quibus propere induta, à pleriſque doli ignaris tanquam ſapientia vera recepta eſt.

Iuſtinus. Theodor. Clemens Alexand.
Diod. Sic. lib. Hiſtor.
Alexan. Polyſt. lib. de Sym. Pitag.
Numeſius.
Iacobi.

Sed non eſt hæc ſapientia à Deo, ac proinde magna eorum ſtoliditas cenſenda eſt, qui vt commodius noxia ipſius familiaritate in ſuam vterentur perniciem, illam beneuolo animi ſui hoſpitio receperunt. Cæterum ſola ſapientia vera à Domino Deo eſt, induta habitu humili, & abiecto, vt alta ſapientibus, penitus ignota ſit, & non niſi ab humilibus, & abiectis cognoſcatur, iuxta illud ſaluatoris. *Confiteor tibi Pater Domine cęli, & terrę, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Tametsi autem vila ſpecie ipſius exteriori iam miſera, vix aliquis reperiatur, qui illam de cælo ſua ſumpſiſſe primordia credat, verè tamen à Dño Deo eſt, illa eadem quæ fuit cū ipſo ſemper, & eſt antè æuum, in tota ſcilicet æternitate. Fuit pręterea cum ipſo in creatione mundi, & in reparatione eiuſdem, maximè autem aſſiſtere ei creditur in iudicio. In æternitate quidem fuit ſapientia cum Deo, quia vt inquit Pſalmiſta. *Semel locutus eſt Deus,* quia autem ab æterno locutus eſt, hoc ipſo produxit ſapientiam genitam ab æterno, atque ſic in tota æternitate aſtitit ei, & fuit cum ipſo antè æuum etiam antè Angelorum productionem, quorum duratio menſuratur æuo. Si enim de homine iuſto inquit Sapiens. *Os iuſti parturiet ſapientiam,* quantò magis os diuinum cum loquitur, tam nobile ſapientiæ germen producet: & quemadmodum ſemel tantum loquitur, id eſt, ab æterno, ita vnicam tantum producit ſapientiam,

B
Matth. 11. v. 25.
Pſal. 61. v. 12.
Prouer. 10. v. 31.

Digitized by Google

vnicum verbum vnicum filium Dei. In creatione etiam mundi, quando iam non ſemel, ſed aliquoties locutus eſt, fuit ſimiliter cum eo ſapientia, vt ipſa de ſe gloriatur, ſic in-
Prouer. 8. v. 21. quiens. *Quando præparabat cælos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos, cum eo eram cuncta componens.* Non ſolum creans, ſed producens mundũ, quia Dominus ſapien-
Prouer. 3. v. 20. tia fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia, *ſapientia illius eruperunt abyſſi & nubes rore concreſcunt.* Iam verò cum mundus cooperatore ſapientia à Deo productus, præ malitia hominum labaſcens ruinã minaretur, atque ideo laborioſa reparatione opus haberet, Diuinus vniuerſi architectus Sapientia iterum tanquam inſtrumento ad re-
Sap. 9. v. 19. parandas ſuæ fabricæ ruinas vſus eſt. Ideò ait Sapiens. *Per ſapientiam ſanati ſunt quicunq; placuerunt tibi à principio.* Cum autem iudicaturus eſt mundũ tunc vel maximè elucescet ipſius ſapiẽtia in reddendo vnicuique quod ſuũ eſt, vt etiam hoc idẽ ſupra Propheta innuere viſus eſt. Postquã enim dixit Semel Deus locutus eſt, ſubdit, duo hæc audiui.
Pſal. 61. *Quia poteſtas Dei eſt*, nempè in creatione mundi, *& tibi Domine miſericordia*, puta in reparatione eiuſdem, quia tu reddes vnicuiq; quod ſuum eſt, ſcilicet in iudicio extremo, quando mali trudentur deorſum in gehennam, boni verò leuabuntur ſurſum ad gloriam, de quo loquitur hodiernum Euangelium, cum inquit, Erunt ſigna in Sole, tunc enim, vel maximè aſſiſtet Deo ſapientia, tunc omnibus manifeſtabitur, & bonis & peruerſis, ſicut hoc in præſenti ſermone fuſius declarabitur.

Duo videntur maximè neceſſaria, cuilibet principi Iudici & gubernatori tam ſæculari quam Eccleſiaſtico, potentia ſcilicet & ſapientia. Potentia quidem, quia monet
Eccl. 7. v. 6. Salomon; *Noli quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitatem.* Sapientia autem, quia potentia ſine ſapientia degenerat in crudelitatem, ideò cum Dauid coronam Regni imponeret Salomoni, his verbis ei benedi-
1. Paralip. 22. v. 12. xiſſe legitur. *Det tibi Dominus prudentiam, vt regere poſſis Iſrael & cuſtodire legem Domini.* Cuſtodia legum requirit potentiam, regimen populi, legum executio, & iudicia magna, procul dubio indigent ſapiẽtia. Hinc eſt quòd ſapientiſſimi quique Regnorum adminiſtratores, prudentiſſimi iudices illud vel maximè præcauent, ne in arduis negotijs maximè autem ijs, in quibus de ſalute animæ vel corporis etiam inimicorum agitur præcipitanter, & incõſulto meliori iudicio, quidquam definiant, quia in eo maximè ſapientia & benignitas eorum elucescit. Ex hac cle-
Boleſlaus III. Pol. Rex. mentia multùm commendatur Boleſlaus III. Polonorũ Rex, qui quamuis in Bialogradẽſes (ciuitas ea fuit Pomeranorum diues & populoſa) quia defecerant, omnem belli molem contuliſſet, nihilominus amica cũctatione & vlteriori prolungatione vindictæ, obduratos ipſorum animos emollire, & temeraria eorundem cõſilia coarguere decreuit, nam prius miſſis per legatum duobus ſcutis, albo ſcilicet, & rubro, animos eorundem tentauit, præſtolando nimirum, album ne in quo pax, an rubrum, in quo bellum excidiumque ſignificabatur præeligerent; Digna ſanè viro Principe paſſionũ moderatio, ſed ſuperbus illi reſponſum dedere, quia ſcuto vtroque accepto reſponderũt, ſanguine Polonorum ſe candidam ſibi victoriam, pacemque paraturos, quapropter Boleſlaus, admotis ad mœnia Bialogradi caſtris, & turribus celeriter excitatis, non minori proſperitate, quàm celeritate munitiſſimam vrbem victricibus armis expugnauit. Supremus ille totius vniuerſi Monarcha Deus, tantæ benignitatis & clementiæ eſſe creditur, vt dicat Dauid; *Magnificata eſt vſque ad cælos miſeri-*
Pſal. 56. v. 11. *cordia tua.* Moyſes etiam in monte Synai Deum pro delictis populi exoraturus ita orſus eſt. *Dominator Domine*
Exo. 34. v. 7. *Deus miſericors, & clemens patiens, & multæ miſerationis ac verax qui cuſtodis miſericordiam in millia.* Dicitur quidem quia miſericordia, & ira eſt cum illo, nihilominus ita furor illius præ miſeratione placatur, vt ſemper miſericor-
Abac. 3. v. 2. dia ſuperexaltet iudicium. Ideò ait Abacuc Propheta. *Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis*, quòd ſi aliquando furore plenus oblitus quodammodo illius videatur, ſciẽdum nõ naturam ipſius alioqui placatiſſimam, ſed noſtra id præſtare demerita, quantum enim ex ipſo eſt, ſemper eſt miſericors & miſerator Dominus.

Optimè hanc diuinæ bonitatis conditionem nouerat
Pſal. 29. v. 6. ille qui dixit. *Ira in indignatione eius & vita in voluntate eius.* Quando ignis comburit lignum, certum eſt quod nõ prætendit lignum comburere, tota enim eius propenſio, & inclinatio eſt, ignem alium producere; Sed quoniam ei reſiſtit forma ligni, ne ignem producat in materia ligni, & formam ligni conuertat in ignem, quaſi irritatus & prouocatus deſtruit formam ligni & comburit lignum, quod tamen eſt præter omnem intentionem, & naturalem inclinationem illius. Ita planè Diuinæ bonitatis & Dei præpotentis propenſio naturalis eſt, creaturam rationabilem facere conformem imagini bonitatis ſuæ, vitamque, qua ipſe eſt in perpetuum beatus eidem communicare, qui ergo ſe conformat intentioni ipſius acquieſcens omnia ſua diſponi ad placitum Diuinæ voluntatis, illi Deus nunquã iraſcitur, imò ſemper talem amat, fouet, & ad omne bonũ promouet, ſed qui malitia peccatorum ſuorum quaſi indignatur, ſe in ſupradictam diuinæ bonitatis imaginẽ transformari, vitamque diuinam, qua in æternum foret beatus ſibi communicari contemnit, contra hunc Deus quaſi ſcelere ipſius prouocatus vltricia ſui furoris iacula, dirigere
Eſa. 30. v. 18. conſueuit. *Expectat* (inquit Iſaias) *Dominus vt miſereatur veſtri, & exaltabitur parcens vobis*, exaltabitur id eſt lætabitur, quia cum miſeretur lætatur, cum autem punire debet quodãmodò triſtatur. Sicut artificioſus pictor maximò dolore angitur, cum in imagine defectibus laborãte cogitur prioribus lineamentis nouos ſuperinducere co-
Ezech. 16. v. 42. lores. Et per Ezechielem ait. *Auferetur zelus meus à te & quieſcam, nec iraſcar amplius.* Cum iraſcitur, & punit, tunc quaſi à ſua naturali quiete perturbari videtur, cum autem miſeretur tunc quieſcit, quia quaſi ad ſuam naturalem inclinationem reducitur, ſicut lapis cum ad centrum ſuum peruenerit.

Quemadmodum etiam naturalis propẽſio ſolis eſt ſpecioſum lumen per aera diffundere, & occulta radiorum ſuorum operatione, diuerſos effectus eoſque vtiliſſimos hominibus in terra producere: Quod ſi aliquando Eccly-pſim patiatur lumen mox & radios ſuos retrahit, nec mũdo virtutem ſuam communicat, quin etiam multa habitatoribus terræ adſert incommoda, qualia ſunt bellorum tumultus, frugum inopia, aeris peſtilentia, & his ſimilia. ſed totum id ab extrinſeco, & præter naturalem ipſius inclinationem prouenire certum eſt. Similiter ſi æternus & infinitus ille ſol Deus noſter, aliquando non diffundit lumen miſericordiæ in animas noſtras: ſi puniat cui propriũ eſt miſereri, id non eſt ex naturali inclinatione eius: quia ſicut quieſcere in centro, eſt naturale grauibus, ita quieſcere ab ira, eſt proprium Deo. Vndè optimè ait Pſal. [illegible] vita in voluntate eius, id eſt ex voluntate eius vita, & miſericordia prouenit, ex peccatis autem noſtris, indignatio & pœna, cogunt enim quodammodò cœleſte numen peccata noſtra, & quaſi inuitum trahunt, ad vindictam de nobis ſumendam. Quia quantùm ex ipſo eſt, iste nunquam
Eſa. 28. v. 21. ad puniendum pronus eſt, hoc enim, vt inquit Propheta Eſt opus peregrinum à Deo, imò verò tanta eſt ipſius benignitas, vt etiam eo tempore, quo noſtra quaſi adactus, malitia; vim furoris ſui contra nos exercere decreuit, maxima ſapientiæ & bonitatis ſuæ declarat argumenta. Quod enim beneuolentiæ ſignum euidentius eſſe poteſt quam quod præmittat ſigna vltionis in Sole, & Luna tanquam in duobus ſcutis purpurato ſcilicet & roſeo, priuſquam vltricia flagella nobis admoueat, ſicut in Euãgelio hodierno dicitur. ERVNT SIGNA IN SOLE, ET LVNA. In primo Domini aduẽtu, qui fuit ſuauiſſimus & expectatiſſimus, in quo ab Hypoſtaſi diuina aſſumpta eſt humanitas ſine vllo ſuæ maieſtatis detrimento, ſigna præceſ-
Zach. 9. v. 9. ſerunt in Prophetis, nam inquit Zacharias. *Ecce Rex venit tibi manſuetus.* Malachias quoque. *Ecce mitto Angelum & præparabit viam antè faciem tuã, & ſtatim ve-*
Malach. cap. 3. v. 1. *niet Dominator ad templum ſuum, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* Poſteriores verò ſigna quæ à Sancto Gregorio præcones futuri iudicij & iræ Dei vocantur, erunt in Sole Luna & Stellis quibus mũdus iſte inferior regitur & diſponitur, vt ex his ſublunariũ rectoribus ſuo lumine deſtitutis, omnes homines finẽ vniuer-

ſorum

ſorum appropinquare, & iudicem totius mundi iamiam
aduentare intelligentes, quantocyus pœniteant & pœnas
Soph. c. 2. ſuis peccatis debitas effugiant. Cùm Sophonias Propheta
verſ. 14. executionem diuinæ iuſtitiæ in idololatras Aſſyrios præ-
diceret, ea ſimilitudine vſus eſt. *Vox cantantis in feneſtra,
coruus in ſuperliminari, quoniā attenuabo robur eius*. Hor-
renda ſanè comminatio, licet breuiſſimis verbis compre-
henſa, in ea enim includuntur depopulationes regionum,
direptiones vrbium, ſubuerſiones mœniorum, vaſtatio-
nes agrorum, mors paruulorum, vincula virorum, gemi-
tus ſingulorum, vno verbo, deſolatio tanta, quantam vide
mus communiter in arcibus deſolatis. Si quis enim ingre-
diatur arcem, vel palatium, à centum quinquaginta annis
plus, vel minus deſolatū, quid aliud videbit, niſi parietes,
& tecta diuulſa, columnas dirutas, in feneſtris graculos, in
ſuperliminari coruos, aliaque volatilia rapacitati aſſueta
nidificare; omnia diſperſa, portas effractas, concuſſas fene
ſtras, & prorſus ad nihil aliud valere, niſi ad nidificādum
volantibus, & inhabitandum beſtijs terræ? talis futura erat
gens Aſſyriorum, & vrbes, ac munitiones eorūdem, iuxta
interpretationem Chaldæorum.

D Magna profectò calamitas, ſed euidentius illam innuit
D. Hieron. prædictorum verborum à D. Hieronymo facta interpre-
tatio, qui loco illorum verborum, vox cantantis in fene-
ſtra coruus &c. legit, deſolatio, vaſtitas, gladius, ſiccitas ſu-
bitanea, & improuiſa, quæ omnia cantantibus Aſſirijs, or-
gana & alia muſicorum inſtrumenta tangentibus in fe-
neſtra, vt olim fieri ſolebat, illos de repente, & ex improui-
ſo adoriri debuerunt. Sicut enim nunc communiter ſupra
fores palatij ædificantur pro muſicis porticus ad cantan-
dum, ſic olim id ipſum fiebat in feneſtris, & hoc eſt, quod
dicit, vox cantantis in feneſtra. Vel certè tangitur hic illa
conſuetudo, quam etiam nunc communiter ſeruari vide-
mus, ſi enim in aliquo Theatro Scænicum quid exercea-
tur, ſi comœdiæ, vel proceſſiones fiant per plateas, vel fo-
rum publicum, muſici ſtantes in feneſtris dulci vocum &
inſtrumentorum modulamine, feſtiua promunt cantica,
læti ſpectatores iubilant, hi plaudunt manibus, illi voce
exultant, omnes, & ſinguli, ſummi pariter, ac infimi lætan
tur. Cum ergo maliuola gens Aſſyriorum, hæc, & ſimilia
ſuæ lætitiæ, vel potius malitiæ proderet argumenta, tunc
derepente, & nullo præuio cladis venturæ nuncio, ſucceſſit
luctus, vaſtitas, deſolatio, gladius, ſiccitas; ita inſperatè, vt
nullus omninò hoſtium manus euadere valeret; atque ita
eo planè tempore, quo coruus in ſuperliminari cantabat,
attenuatum eſt robur Aſſyriorum. Coruus communiter
cantando videtur dicere Cras Cras, ideo eſt ſymbolum
negligentiæ, procraſtinationis, & ſomnolentiæ. Aſſyrij
Corui erāt, idolatriæ, & aliorum peccatorum fuligine de-
nigrati, qui nō ſolum Deos ſuos aureos, ligneos, lapideos,
maximo zelo venerabantur, ſed etiam ſalutarem ab hac
inſania conuerſionem differebant, dicendo Cras, Cras,
ideo etiam ſuperuenit in eos tribulatio tanta, vt maior illa
nequeat inueniri. Certum quidem eſt maximam fore tri-
bulationem, in extremo Dei iudicio, quia tamen multa ibi
præcurrent ſigna, mali pro tunc venturi, præmunciæ (in quo
ſanè ſuauis diuinæ ſapientiæ aſſiſtentia cunctis patebit)
conſequenter leuior illa cenſenda, licet communis mundo
vniuerſo, quàm quæ Aſſyriorum genti ſpecialis fuit. Ibi
enim erunt ſigna in ſole, & luna, erit ſufficiens euadendi
tempus dabiturque opportunitas, pœnitendi & occaſio, hic
autem, quia nihil tale futurum erat, idcirco Aſſyrij tantò
erant infœliciores, quantò de ſuo interitu incertiores ma-
nebant. Attende ergò quiſquis es peccator, ne inſperatè
veniat ſuper te dies illa, in qua per mortem attenuabitur
robur tuum, in qua peribunt omnes cogitationes, omnia
conſilia, & propoſita tua, Dies inquam illa in qua, vt dicit
Pſ. 145. v. 4. Amos. *Sol occidet in meridie*. Sed quomodo ſol occidet, ſi
Amos 8. v. 9 meridies eſt? vel quomodo meridies, ſi ſol occidet? Oppo-
ſita iſtorum videtur eſſe ratio, quis enim vidit occaſum ſo
lis in meridie? Sed ſciendum non de materiali ſole hic lo-
qui Prophetam, ſed de homine cui omnia proſperè ſucce-
dunt, qui potentia diuitijs, &c. lucet tanquam ſol in mun-
do. Hic ergo ſol cum maximè lucere deberet, tunc ſubitò
vertetur in tenebras, tunc cum homo diues maximè in
flore eſt marceſcet, quia æſtas in hyemem commutabitur,
ideo Eccleſia Catholica quotidie precatur Deum, à ſu-
bitanea, & improuiſa morte libera nos &c. Subitanea qui-
dem mors ſi eſt benè præuiſa, nullum nocumentum infer-
re poteſt. Quod ſi improuiſa venit, ſi occidit ſol in meri-
die, nihil ea deterius accidit: recognoſcamus ergo ſum-
mam æquiſſimi iudicis Chriſti ſapientiam, & bonitatem,
quod præmittat ſigna aduentus ſui, & prius terreat, quàm
feriat, ne ex improuiſo præoccupati furore ipſius, optatiſ-
ſimo pœnitendi tempore priuemur. Porrò tres præcones,
& triplicia ſigna præmittentur, in cœlo, in mari, & in ter-
ra. In cœlo erit obſcuritas, & priuatio luminis, in mari flu-
ctus, & procellæ horribiles, in terra verò metus, & angu-
ſtia, ob impendentium malorum expectationem. Multi-
plex autem cauſa aſſignari poteſt, quare prædicta ſigna
præcedent iudicem; præcedent enim in primis, ideò vt ma
nifeſtum ſit omnibus, quod omnium finis appropinqua-
uit. Nam quemadmodum communiter videmus, inter
limites poſſeſſionum, & agrorum poni quædam ſigna, a-
ceruum lapidū, vel quid ſimile, quibus denunciatur, quod
hæc poſſeſſio non eſt amplius illius domini, ſed alterius,
ſic præcedent ſigna in cœlo, quæ informabunt mortales, quod
tempus non erit amplius. Præcedent item in ſignum furo-
ris, & rigoroſi admodum iudicij pro tunc venturi, de quo
ſicat Diuus Ioannes. *Et vidi* (inquit) *cum aperuiſſet ſigillū
ſextum: Ecce terræ motus magnus factus eſt, & ſol factus* Apocal. 6.
eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſi- v. 12.
cut ſanguis. Pœnitentiam (inquit Rubertus, Beda & alij)
agent principes planetarum dolendo quòd tot, & tantis
peccatis mundus offenderit Deum, dolendo quod pecca-
toribus ſeruierint, ſol de die illuminando, luna de nocte
humectando. Erunt ſimiles eis, qui pœnitentia ducti de
proprijs peccatis dolendo cilicio, & ſaccis induti, ſangui-
nem proprium diſciplinis profundunt, ita ſol quaſi cilicio
induetur, dum cæca caligine obductus lumen ſuum ſub-
trahet, & luna tota erit, vti cruenta. Nam ſicut in paſſione
Chriſti propter efferatam Iudæorum rabiem & impieta-
tem ſol obtenebratus eſt, & luna priuata fuit lumine, quaſi
pœnitendo quod impijs aliquando illuxerint hominibus;
ita planè in fine mundi ob infinita hominum ſcelera, lu-
minaria cœli ad aliquod tempus natiuo priuata lumine,
quaſi mærore ſoluentur, & erubeſcent, vt etiā dicit Eſaias.
Erubeſcet luna, & confundetur ſol, cum regnauerit Dominus Eſaiæ 24.
exercituum. Prӕterea erunt ſigna in ſole, & luna in ſignum v. 23.
benignitatis, & ſummæ Dei noſtri ſapientiæ, quia tunc ſol,
& luna, ſicut duo ſcuta, quæ ſupremus Monarcha antequā
deſcendatur ad prœlium præmittet, vt ſaltem hoc ſigno ad
pœnitentiam, & pacem ſecum ineundam nos commoneat.
Terræ motus, maris ſonitus, ſolis obſcuritas, & lunæ color
ſanguineus, quid aliud ſunt, niſi quatuor rotæ, in quibus ve
niet iudex, ſtrident rotæ Deo in iudicium veniente, bene-
uolentiæ iudicis ſignum eſt; hoc enim ſtrepitu excitantur
mortales, vt præmoniti, venientes lictores effugiant. Ro-
E gia ipſius currus, & ſedes eſt nubes aulici, & milites chori
Angelorum, rotæ currus iſtius ſunt principes planetæ. Ve-
nit ergo in curru Maieſtas, venit omnipotentia, quid mi-
rum, quod rotæ ſtrideant? *Si enim ſtridet plauſtrum onu-
ſtum fœno*, vt inquit Amos. Quid currus onuſtus omnipo- Amos 2.
tentia? & præcipuè, quia hunc currum non trahent equi v. 13.
furioſi, non fugaces cerui, non veloces aquilæ, ſed quatuor
animalia planè inter ſe contraria, bos, leo, homo, aquila,
neceſſe ergo eſt, vt lento gradu currus procedat, atque ita
onuſtus, ſtridulam vocem edat, qua excitet peccatorē dor-
mientem à peccatis, vt ſic excitatus ad ſacrarium miſericor
diæ Dei ſeſe conferat atque ita ſecurus euadat, quod certè
magnæ ſapientiæ & beneuolentiæ ſignum eſt. Ex quo ſe-
quitur prædicta ſigna non ideo ſolùm appaitura, vt ter-
reantur peruerſi, ſed etiam, vt liberentur dilecti, quod eui-
dens eſt ſapientiæ, iudicis argumentum. Quia enim cer-
tum eſt ſapientiam fuiſſe cum Deo ſemper & eſſe ante
æuum, neceſſarium eſt etiam, vt in iudicio habeat illam ſe-
dium ſuarum aſſiſtricem, quod tamen alienum foret à ve
ritate, ſi antè iudicium ad electos in viam veritatis reuo-
candos, non vſus tali præmiſſorum ſignorum cautione,
triticum vnà cum paleis, æternis ignibus comburen-

Digitized by Google

dum traderet. Quæ enim eſſet ſapientia tormentarij, ſi tormenta bellica in hoſtem exploſurus, ſuos prius non præmoneret, vt loco cæderent & ad tutiora ſe reciperent, aliàs par vtroſque, ſuos ac hoſtes maneret pernicies; ita planè Deus noſter in extremo iudicio hoc vel maximè ſuã ſapiẽtiam declarabit, quia præmonebit electos vt dignos fructus pœnitentiæ maturè facientes à meta furoris ſui quantocius aufugiant. Et reuera Regius vates hanc Dei ſapientiam, & clementiam egregiè nobis ſimilitudine ar-
Pſ. 59. v. 6. cus declarauit. *Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant à facie arcus*, nam quemadmodum qui extendit arcum vt aliquem ſagitta cõficiat, neceſſe eſt, vt ſuos prius digitos aliquantulum feriat; ita Deus antequam puniat, prius dolore quaſi compungitur, quemadmodum de eo dicitur, cum aquis diluuij olim mundum vniuerſum puni-
Gen. 6. v. 6. re decreuiſſet. *Tactus dolore cordis intrinſecus dixit &c.* Cum dolorem de morte alicuius exprimere volũt homines, nidi atque lugubri veſte induuntur, quemadmodum olim vniuerſa Polonia orbata Rege ſuo Boleſlao I. de ſe optime merito in tantum doluit, vt per totum annum in luctu perſiſteret, ita vt neque conuiuia vlla celebrarentur, neque choreæ ducerentur, neque cultioribus veſtibus vlli nobilium, tam virorum quàm fœminarum cum vniuerſo famulatu ſuo vti liceret. Sic lugere videbitur Deus, quando extremæ vindictæ de peccatoribus ſumendæ tempus inſtabit, vnde ipſius etiam familia, puta Sol & Luna, intimius creatoris ſui ſe conformando dolori, atratis & luctuoſis induta veſtibus apparebit, vt ita homines aulam Regis æterni valde luctuoſam intuentes, cauſamque mœroris intelligentes, maturè reſipiſcant. In quo maxima ſapientia & clementia Dei noſtri eluceſcit. Clementiſſimus ac Sapientiſſimus iudex ille eſt, qui, cum contra aliquem malefactorem ſententiam mortis pronunciare debet, lugei & dolore cordis intrinſecus tabeſcit: talis iudex & tam benignus eſt futurus vniuerſorum, ideo ſapiẽtia & clemẽtia eius ſimilitudine ſagittarij declaratur, qui ſi extendens arcũ inclamet, & limbos manu percutiat, ſignũ eſt quod non habeat animum occidendi, terret enim vt ſagitta feriendus fuga ſibi conſulat. Idem profectò dicendum de iudice viuorum & mortuorum, non ſolùm enim dolebit de pœnis infligẽdis mortalibus, ſed etiam dabit voces, dabit ſignificationem, vt fugiant omnes à facie arcus. Itaque prædicta ſigna non ſolum erunt ſigna furoris & indignationis, ſed etiam clementię & pręmonitionis, vnde atſillẽta ſapientiæ Dei, in iudicio extremo optimè dignoſcitur, talia enim præmittere ſigna quæ ſimul & præſcitis ad gehennam terrori, & prædeſtinatis ad gloriam ſint ſaluti, nõ niſi Diuinæ ſapientiæ opus cenſendum eſt. Sciendum autem, non ſolùm in fine temporum Deum tali ratione ſuã mundo declaraturum ſapientiam, ſed quia illa fuit cum Deo ſemper & eſt ante æuum, etiam modũ ſimilibus modijs illam declarare non ceſſat, ſiue in his quæ pertinẽt ad iuſtificationem hominum, ſiue in ijs quæ ad victorias ex inimicis reportandas ſpectant. Hac ſapientia vſus eſt in ſeruando Apoſtolorum Principe ordinando gallum, cuius cantu quaſi ſigno aliquo ad cor reuocatur. Hac vſus eſt in ſeruando Doctore gentium, quando circumfulſit eum
Actu. 9. v. 4. lux de cœlo, & audiuit vocem, *Saule Saule quid me perſe-*
Cromerus lib. 16. *queris?* Hac ſapientia vſus eſt Vladiſlao Iagelloni ex cruciferis victoriam promittens. Nam cruciferorum cladem à Vladiſlao Iagellone Polonorum Rege, quem vix dum prouocarant acceptam in Pruſſia oſtenſum cœleſte portendit. Fertur enim à multis ex vtroque exercitu, per omne tempus prælij conſpectus eſſe in aere vir venerandus Pontificali habitu dimicantes Polonos confirmans, hoſtibus verò terrorem incutiens. Atque is Diuus Stanislaus Epiſcopus Cracouienſis fuiſſe exiſtimatur. Huic accedit,
Paulus Oderbornius in vita Baſilidis. quod Stephano Polonorum itidẽ Rege inuictiſſimo acci-diſſe memoratur. Miſerat hic Baſilium Lopatinſcium virum magnanimũ ad Ioannem Baſilidem Moſcouiæ Ducem, vt ei Regis nomine gladio ſtricto bellum denunciaret. Cum ergo quadrigis in Regiam duceretur, vt dictam legationem exponeret, cœli facies ſolito candidior erat, & miniſter ſtrictum gladium in manu geſtans fuit curtus illius anteambulo, Tum verò mucro radijs ſolaribus percuſſus magnum ſpectantibus terrorem iniecit. Sed hæc vt antiquiora miſſa faciamus, vnicum etiam ex recentioribus hic attexere libeat. Anno à redemptione mundi 1621 Sitibundus ſanguinis Polonorum Oſmanes Turcarũ Imperator, concitis ex tota Aſia, Africa, Europa 400. & amplius bellatorum millibus, magno totius Chriſtianitatis horrore, Lunam gentis Ottomanicę inſigne, contra generoſam Polonorum Aquilam impiè leuauit. Poloni maiori animo quàm numero copiarum eunt obuiam hoſtilibus auſis, vbi Princeps Vladislaus Sigiſmundi Tertij Poloniarum Regis nobile germen, decus Chriſtianitatis, & expectatio gentis, ſimul & ſtrenui militis, & optimi Imperatoris officio fungi viſus eſt. Iam verò ſic expedito foras milite, donit longe potiora armis ordinata belli ſubſidia, per totum enim Regnum factis ſolemnibus ſupplicationibus inuocatum ſæpius cœleſte auxilium; quinimo in Italia etiam, maximè verò ad Sedem Pontificiam, quaſi in communi totius Chriſtianitatis diſcrimine idem factũ eſt. Sacris enim in æde Diui Stanislai ſolennius ordinatis, non minori fauore omnium, quàm feruore ſingulorum Deo pro rebus Polonicis ſupplicatum eſt. Nec fruſtra; nã ſacris illis iam rite peractis, fertur inſuetum quoddam iubar cœlitus affulſiſſe, dictumque ſupplicationis locum ſolito amplius illuſtraſſe, quo viſo plerique rati Deum Polonis factum eſſe propitium, mox bonum victoriæ nomen & omen læti inclamarunt. Sed quorſum inquis hæc oſtẽtorum ſeries? non aliorſum profectò, niſi vt palam fieret, Deum hoc maximè ſuam demonſtraſſe ſapientiam, quòd ſuæ vltioni talia præmittat ſigna, quæ ſimul & malos confundant, & bonos ad ſpem erigant. Cæterùm quamuis hac infęlici ætate noſtra, tàm frequentia iam Diuini furoris appareant indicia, vt pœnè quotidiana ſint: Nihilominus ita corda hominum ſua excęcauit malitia, vt ea vel non videant, vel videntes pro talibus non apprehendant. Tanta enim peſtilentia per loca, fames, bella, ſeditiones, aquarum inundationes, & alia ſexcenta malorum genera, quid aliud ſunt niſi ſigna quædam, quæ diuina bonitas & ſapientia ordinat ad præcauendos peccatores vt tandẽ aliquando emendẽt in melius, & dum tempus eſt opportunum, faciant ea quæ ſunt ſalutis: Deus peccatis noſtris propitius illuminet corda noſtra, vt iſta vidẽtes, & omnia peccatorum noſtrorum merito euenire intelligentes, dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Sed de his ſatis.

Erunt ſigna in Sole, & Luna. Ex occaſione horum ſignorum in cęlo & in terra futurorum, nõ importunè hic quęri poſſet, an etiam in inferno ſigna aliqua apparebunt? nulla enim in Euangelio eorum fit mentio. Sed reſponderi pôt quòd ſic, de eis enim dicitur in pſalmo, quod *in æter-* Pſ. 48. v. 20.
num non videbunt lumen, Horrendum profectò ſignum, æternæ tenebræ. Tenebræ non qualeſcunque, ſed tales quales nobis deſcripſit Diuus Gregorius. Ignis, inquit, qui in obſcuritate cruciat, lumen ad tormentum ſeruat, affligunt tenebræ, quia obſcuritate ſua efficiunt, vt damnati non videant Deum, cœlum, & gloriam Sanctorum, affligent præterea, quia lumen ad tormenta videnda adminiſtrabunt. Videbunt (inquit D. Auguſtinus) teterrima monſtra Dæmoniorũ, Deum autem non videbunt, quod eſt omnium miſeriarum miſerrimum: videbunt quoque varia & diuerſa tormenta, diuerſos & pro diuerſis peccatis condemnatos. Vnde autem hoc ſit lumẽ, nùm ab igne qui ſimul luminoſus & obſcurus erit, vt videtur dicere D. S. Gregor. 9.
Gregorius, an verò ſit futurum infuſum, quod in illa ob- Moral.
ſcuritate permanet, & tormenta, atque tortores viſibiles reddit, vt dicit D. Antoninus Florentinus, difficile eſt iudicare. Illud certum eſt, quod non erit lumen acquiſitum per aeris illuminationem, aut ianuæ cœli apertionẽ, quia hoc eſſet in maximum ſolamen damnatorum; quemadmodum incluſis in carcere tenebroſo, ſi aliquantum luminis percipiat, incredibiliter exhilareſcit, ſed tale lumen futurum eſt, quale habet qui clauſis oculis multa imaginatur, & per imaginationem diuerſa viſibilia percipit, ſic damnati videbunt Sanctos in cælo & dicent: *Hi ſunt quos* Sap. 5. v. 3.
aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniã, & finem illorum ſine honore, ecce quomodo computati

ſunt

Digitized by Google

ſunt inter filios Dei,& inter Sanctos ſors illorum eſt, erũt ergo ſigna,non ſolùm in cælo & in terra, ſed etiam in inferno,non ſigna clementię,ſed iræ Dei, & vindictæ perpetuę,quod vel maximè à peccatis homines deterrere deberet. Volens quidam notare mores hominum inuidia laborantium,depinxit Solem eclypſatum,hac ſubdita epigraphe. NON INSPICITVR NISI CVM ECLYPSATVR. Hi enim non vident rectè facta bonorum,ſed tantùm defectus eorundem, primo intuitu apprehendunt & carpunt. Maximè quidem vtile nobis foret,Solem illum iuſtitiæ, in dies ſuorũ beneficiorum lumen in nos diffundentem,deuota conſideratione inſpicere, & pretioſum illius benignitatis iubar piæ meditationis oculo intueri, ſi tamen id noſtra malitia negligimus, ſaltẽ iracundia,& furore eclypſatum aſpiciamus,cogitantes nimirum quantus horror tunc irruet in miſeros damnatos, quñ miſericordiæ ſuę radios eis ſubtraher,ita vt in ęternum non videãt lumen,atque ita ſalutari timore perculſi, quãtocius animarum ſuarum maculas,pijs pœnitentiæ lachrimis eluant,ne pro tunc in numero peccatorum inueniantur,quando facta hac Diuini ſolis eclypſi teterrima æternæ maledictionis vmbra,& tenebrarum gehennæ obſcoritas,magno horrore in ingratos peccatores ſuperueniet. Viſo iam & intellecto inferni ſigno,videamus quid illa ſigna,quæ erunt in Sole & Luna portendant ſublunaribus, quia enim communiter turbatis ſuperioribus, turbantur inferiora,proculdubio non ſine magno ſublunarium malo & turbatione tam inſueta cælorum turbatio eueniet. Et reuera ita futurum eſſe ſequens Euangelij textus affirmat dicens ET IN TERRIS PRESSVRA GENTIVM. Ecce malum, ex ſignis enim in cælis, fiet preſſura in terris. Quoniam verò tria maximè membra huius preſſuræ citat Euangeliſta,confuſionem ſcilicet, ariditatem præ timore & expectatione, & motum virtutum cœleſtium,ideo etiam illa ſuo ordine hic proſequi libet. Ac in primis primũ preſſurę membrũ ponitur in illis Euãgelij verbis. PRÆ CONFVSIONE: Quæ quã magna futura ſit,facilè intelligitur. Atrato.n.Sole, rubricata Luna,Mari fluctibus conquaſſato, Terra fulminibus concuſſa,Aere fragoribus & fulguribus agitato,ſteriliſcẽt omnia natiuo vigore & virore deſtituta, vnde nõ eſca tũc ſatiabit ingluuiem,non aer iucundum dabit reſpirium,nõ vlla creatura deſideratũ peccatori offeret ſolatium. Quanta ergo tunc preſſura,quanta confuſio? hæſebunt mente ſinguli ob conſilij inopiam, & electionis perplexitatem, bellis,ſeditionibus,famè,& peſtilentia crebreſcentibus. In ſumma confuſione & preſſura fuit (credo) Iob,cum ſic al-
Iob 14.v.13 loquebatur Deum. *Quis mihi det vt in inferno protegas me,& abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus & conſtituas mihi tempus,in quo recorderis mei?* Communiter in magnis tribulationibus & periculis quærunt homines locum refugij ſecurum, vbi amicorum auxilio protegantur & defendantur. Atqui qualis ſecuritas poteſt haberi in inferno,in terra miſerię & tenebrarũ, vbi nullus ordo, ſed
G ſempiternus horror inhabitat? Quomodo protegere,& defendere iuſtum Iob poſſunt inimici capitales, qui eum perſequebantur in bonis temporalibus,qui filios eius occiderunt,familiam in captiuitatem abduxerunt, domos & poſſeſſiones igne conſumpſerunt,ipſum lepra grauiſſima, fętore intolerabili,vermium corroſione affecerunt,ab his quomodo protectionem & defenſionẽ ſperare, quomodo pietatis affectum experiri potuit, qui illum odio infernali perſequebantur? Nihilominus tamen cogitans preſſuræ magnitudinem,quæ in extremo iudicij die ſuperueniet orbi vniuerſo,prælegit inter tot,& tales inimicos abſcondi,& in inferno protegi, quàm conſpectui iram iudicis depræſentari, nouerat quippe ex duabus malis minus eligi oportere. Tantopere enim iram Dei,timebat,vt minus malum exiſtimaret tolerare horrorem inferni,inimicorum odium ad tempus, quàm furorem Dei. Communiter videmus auiculas,aliaque animalia naturaliter cauere ſibi ab hominibus,quod ſi aliquando accidat ab aliquo rapacium alitum eas impeti,multoties ad hominem refugiunt,non quòd exiſtimẽt ſe omnimodam in manibus hominum ſecuritatem reperturas, ſed quod in preſſura poſitæ minus malum expectẽt deuenire in manus hominum,quàm vnguibus lacerari alituum: Sic Iob minus malum putabat,infernum ad tempus tolerare & horrorem Dæmonum,quàm furorem Dei experiri,arbitratus Deũ iratum plus nocumenti ſibi inferre poſſe vno verbo,quàm totum infernum, & omnes Dæmones per multũ temporis ſpatium. Quod ſi Iob in tanta preſſura poſitus fuit timens iram & furorem Dei propter aliqua peccata, quæ ſibi falsò imputabantur,ab amicis ſuis dicentibus. *Si ini-* Iob.11.v.14.
quitatem,quæ eſt in manu tua abſtuleris à te. In rei enim veritate (teſte etiam ipſo Deo) *in omnibus his non peccauit* Iob.1.v.22.
Iob non erat ſibi conſcius vllius peccati, & tamen in tanta preſſura poſitus fuit,ſicut dictum eſt,quid faciẽt illi, qui tot,& tam horrendis peccatis obnoxij, videbunt iam appropinquare iudicem iratum, & furore plenum,quanta illis erit preſſura,quanta confuſio? Erubeſcent,ſicut quer- Eſai.1.v.30.
cus decidentibus folijs. Quercus in æſtate folijs vireſcit, ſed adueniente hyeme decidunt folia. Sic peccatores,dum viuunt habent tot folia famulorum, diuitiarum, dignitatum,quibus tanquam folijs cooperiũt peccata ſua,ſed erubeſcent decidentibus folijs in morte,quando conſcientiæ eorum omnibus patebunt, & cœli narrabunt iniquitates eorum,quando Sol obſcuratus informabit iudicem,quòd peccatoris Sol, (cor nimirum) per totum vitæ ſpatiũ,in tenebris peccatorum iacebat, quando Luna ſanguinea eos accuſabit,quòd crudeles & ſanguinolenti fuerint,tũc erubeſcent præ confuſione. Et maximè quia horribilis maris & fluctuum ſonitus eos planè exanimes reddet, vt inquit Euangelium. SONITVS MARIS, ET FLVCTVVM. Tunc enim mare ſupra quam dici poteſt eleuabitur, deinde ita deprimetur,quaſi non ſit,vt loqui-
tur Ioannes in Apocalypſi. *Mare iam non eſt.* Venti quo- Apocal.21.
que validiſſimi contrario motu raptabunt ſpumantes flu- v.1.
ctus,tunc ſuo modo piſces eiulabunt, & mare nigret magno hominum pauore,& horrore. Et quamuis rugitum edere ſit proprium ferarum,ſuo modo tamen elementa ſonitum,& rugitum efficient, Et non ſolum elementum
aquæ,ſed etiam elementum ignis,vt inquit Ioel, *exiliet,ſi-* Ioel 2.v.5.
cut ſonitus flammę ignis deuorantis ſtipulam. Si in aliquã hominum multitudinem irrueret leo, vel aliqua fera indomita,impoſſibile eſt,quin illi homines magno cum clamore fugiẽtes, tumultum,confuſionemque efficiant,quia vnus altero citius effugere properat. Sic cum ignis comburit lignum,vel quid ſimile,quando inuadit partes ligni tãquam leo,illæ violentiam ignis ſentientes euadere properant, & ex hac colliſione partium ſonitus efficitur; Imò quandoque videmus igne comburente folia, pleraque illorum ad medium combuſta ex igne proſilire,puta leuiora & ſicciora,quæ citius euadere poterant ignis violentiã: Sic accidet in iudicio, veniet enim iudex,vt leo, & tanquã flamma ignis deuorans ſtipulam,deuorans folia,inde cõfuſio,eiulatus,ſonitus, ex colliſione eorum, qui euadere properabunt,ſed ſola folia ſicca à noxijs peccatorum humoribus libera euadent flammam, folia leuiora gratia Dei tollente pondus peccatorum, cæteri autem areſcent præ timore, vt ſubdit Euangelium. ARESCENTIBVS HOMINIBVS, PRÆ TIMORE, ET EXPECTATIONE, QVÆ SVPERVENIENT VNIVERSO ORBI. Hoc eſt ſecundum membrum dictę gentium preſſuræ, quòd ſcilicet homines ex prędictorum ſignorũ nouitate, & horrore areſcent,& contabeſcent. *Creatura quippè creatori deſeruiens* Sap.16.v.24
exardeſcet in tormentum aduerſus iniuſtos. Ignis in con- Pſ.49.v.3.
ſpectu eius exardeſcet,& in circuitu eius tempeſtas valida, tempeſtas verò ſeparabit malos de medio iuſtorũ, & electos diuidet ab improbis. *Ecce dies Domini veniet,* (ait Ma- Cap.4.v.1.
lachias.) *ſuccenſa ſicut caminus,& erunt omnes ſuperbi,& facientes impietatem ſicut ſtipula, & inflammabit eos dies Domini veniens.* Neque verò mirum id cuipiam videri debet,ſi tot malis ſuperuenientibus homines areſcent, efficienturque exangues,pallidi,& planè emortui; lætitia enim exhilarat animum,triſtitia verò conficit & exſiccat.
Animus gaudens (inquit Salomon) *ętatẽ floridam facit,* Prouer.7.
triſtis verò ſpiritus exſiccat oſſa. Quamuis autem areſcẽt v.22.
homines præ timore tam horribilium ſignorum,maximè

tamen hoc malum illis eueniſ ex expectatione futuri iudicij. 4. Reg. 20. v. 2. Cum Propheta miſſus eſſet ad Regem Ezechiam cum decreto mortis dicens. Diſpone domui tuæ cras enim morieris, ſubito Rex conuerſus ad parietem cæpit flere fle tu magno. Mirum ſane eſt, quomodo iſte Rex accepto mortis nuncio, flere non erubuerit, licèt fuerit adeo ſanctus, vt ſacra ſcriptura dicat. Itaque poſt eum non fuit ei ſimilis de cunctis Regibus Iuda, ſed neque de his qui ante eum fuerunt, ſi eſt Sanctus quomodo nõ conformat ſe Diuinæ voluntati? Quomodo potius non dicit cum Simeone ſene. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine in pace, vel cum Diuo Paulo, Cupio diſſolui, vel cum Propheta Dauid. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Si etiam fuit Rex, decuit perſonam Regiam æquo animo ferre proſperam, & aduerſam fortunam, vitam, & mortẽ. Decuit dignitatem Regiam diſſimulare dolorem, nihil enim videtur indignius generoſo animo, quàm lachrimę, quæ puſillanimitatis imbecillitatiſque ſunt argumenta.

H

D. Hieron. Quare ergo plorat? D. Hieronymus diſſoluit hunc nodũ dicendo, non propter mortem, ſed propter promiſſionem Dauid factam, in ſe non completam, quia nondum habebant tunc hæredẽ, ſiquidem Manaſſes eius filius, fuit annorum duodecim, poſtquam regnare cæpiſſet, ſignum ergo eſt, quod poſt prolongationem vitæ eum genuerat, tunc autem quãdo mori debuerat, filium nõ habebat, atque ita dolebat, quòd promiſſio facta ad Dauid de Chriſto venturo, in ſemine eius non completetur. Optima hæc eſt optimi Doctoris ratio, vnde non tam reprobando illam, quàm potius aliam illi æquè optimam ſuperaddendo dico. Regem Ezechiam non ideo lachrymatum quod vitæ renunciare, Regnumque tam amplum cum vniuerſo curiæ ſuę ſplendore & apparatu relinquere debuerit, quia cum eſſet Sanctus, ſperabat hęc omnia ſe perfectiùs recepturum in cælis; ſed propterea, quia præſentandus ante tribunal Dei, non habuit niſi ſpatium vnius diei, ad faciendum factorum ſuorum ſcrutinium, & ad delendos per pęnitentiam vitæ præteritæ errores. Hoc eſt quòd etiamſi ſit Sanctus & Rex Magnanimus, deplurat multis lachrymis. Non cogitat de teſtamento, de diſpoſitione Regni, aut ordinatione pompæ funereæ, vt quidam faciunt, quia ad hoc ſufficiebat ſpatium vnius diei, ſed vertit ſe ad parietem, non vult aſpicere homines, nõ propter aliam cauſam, niſi vt benè diſponat propriam conſcientiam. Plorat autem vt ex lachrymis fiat ſalutare lixiuium, quo ſua conſcientia à peccatorum ſordibus ablueretur. Non confidit in ſanctitate, non regia maieſtate prohibetur, quominus pręſentandus ante tribunal magni Dei, quaſi infans vnius diei lachrymetur. Nec ſanè iniuria, ſi enim rigorem examinis, & ſeueritatem æterni iudicis cogitemus, tantus eſt, vt neque ſanctitas promittat ſibi ſecuritatem, neque maieſtas fauorem.

Pſ. 74. v. 3. *Cum accepero tempus ego* (inquit) *iuſtitias iudicabo*. Quando aliquis maleficus, verbi gratia homicida, mittitur in carcerem, tria maximè ſunt in quibus confidit, quòd tuitari poſſit, defectus teſtium, interceſſio amicorum, & ignorantia iudicis, quia putat quod leui ex cauſa, totum crimen ſibi remittetur. In illo rigoroſo examine nihil tale reperitur, ſi de teſtibus agitur, hi ibi non deficient. Omnes enim ſpiritus boni & mali, coram Deo te accuſabunt, boni quia amant æquitatem, mali quia tuam diligenter obſeruant iniquitatem. Quodſi etiam illi deficerent, ipſamet peccata accuſabunt malum.

Hier. 14. v. 7 *Si iniquitates noſtrę reſponderint nobis Domine fac, &c.* Hoc verbum reſpondere eſt idem quod accuſare iuxta illud. Non reſpondeas aduerſus fratrem tuum falſum teſtimoniũ, non erunt ibi neceſſaria tormenta, ipſa cogitatio hominis confitebitur, ipſa conſcientia teſtabitur. Si interceſſio attendatur, forte miſeri peccatores leuabunt oculos ſuos in montes, dicendo vnde veniet auxilium mihi, montes ſunt Sancti Dei, merita Chriſti, Sanguis pro nobis profuſus, Eccleſiæ ſacramenta, ſed hæc omnia, nihil tunc malis profutura. Sancti enim omnes ita zelo iuſtitiæ tunc æſtuabunt, vt potius inimici accuſatores, quàm amici interceſſores dici mereantur, vnigenitus etiam Patris, non amplius mediator, ſed ſeuerus vltor vocabitur, ita vt iam ab illo dici nequeat. Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram; Iam etiam non erit tempus recurrendi ad Sacramenta, ad Baptiſmum, Pœnitentiam, Euchariſtiã, ad theſauros meritorum Chriſti, non proderunt interceſſiones Sanctorum Angelorum, nec ipſa Mater miſericordiæ valet, aut valebit moderari amplius furorem iræ Dei, contra illum qui tunc inciderit in manus Dei viuentis. Si modò peccamus, videmur incidere in manus Dei mortui, in manus conclauatas clauibus miſericordiæ, ligatas orationibus Sanctorum, in manus miſericordiæ, tunc autem erit caſus in manus Diuinæ iuſtitiæ ſolutas, & ad vindictam paratas. Tunc maximè verificabitur illud Pſalmiſtæ. Iuſtitia plena eſt dextera tua. Si etiam ſcientiam iudicis attendamus, non eſt timendũ, quòd erret, vel aliquid ignoret, quod pertineat ad cauſam. *Infernus & perditio coram Domino quanto magis corda filiorum hominum?* Prouerb. 15. v. 11. Ait Sapiẽs argumentando quaſi à maiori ad minus. Sed dicet quis non valere hoc loco huiuſmodi argumentationem factã à Salomone: neque enim maius eſt cognoſcere infernum, quàm cor hominis, quod eſt inſcrutabile, Angeli enim vident infernum, & tamen non vident corda hominũ, quia non cognoſcũt cogitationes cordis, damnati ſimiliter patiuntur & intuentur pœnas inferni, & tamen non intuentur ſecreta cordiũ &c. Nihilominus ſuppoſito quod Deus creauerit infernum tanquam carcerem damnatorum, taxando & aſſignando vnicuique pęnam ſecundùm qualitatem & quantitatem delicti, optima hęc eſt ſapientis argumẽtatio, ita enim intelligenda eſt, Si videt Deus infernum, id eſt ſi videt pœnam, quam vnuſquiſque patitur, quomodo non videt corda &c. Id eſt, quomodo non videt peccata propter quæ tales pœnas patiuntur damnati. Aliàs enim ille qui iuſſit ædificare ſuſpendium, vel incendere ignem, ignorabit cauſam quare id fecerit, imò quia nouit pęnam, nouit & culpam: vnde non eſt imaginãdũ quod Deus debeat ignorare peccata vel circumſtantias eorundem, maximè cum ſit ſcientiarum Dominus.

Horreſcent ergo peccatores & areſcent prę expectatione talis iudicij, in quo neque ignorantia iudicis, neque amicorum interceſſio, neque teſtium defectus, illos tũc benè ſperare iubebit. Sed non hic malorũ finis, adhuc enim reſiduum eſt, tertium preſſioræ membrum, quod ponitur in illis verbis VIRTVTES CÆLORVM MOVEBVNTVR. Virtutes cęlorum, id eſt Angeli, de quo in Apocalypſi inquit Beatus Ioannes. *Vidi aliud ſignum in cælo magnum & mirabile, Angelos ſeptem habẽtes plagas ſeptem nouiſſimas.* Apocal. 15. v. 1. Hæc eſt commotio virtutum cęleſtium, qui enim conſiderat quantus ſit amor Angelorum in genus humanum, & qui perpendit quòd iidem, a quibus genus mortalium tot beneficia accepit, illi qui ſaluatorem venturum in mundum annunciauerunt, illi qui Deum factum hominem proclamarunt, illi qui tot mala ceruicibus noſtris impendentia frequenter abſtulerũt, errantes à via ſalutis reduxerunt, dęmonum inſultus propulſarunt, toties Deum iratum placarunt, Nunc autem rigoroſi executores Diuinæ iuſtitiæ mittuntur in mundum, ſignum profectò magnum & mirabile, Commotio virtutum cęleſtium,

I

Nam quibus erat commiſſum defendere mortales, & lætiſſima quæque mundo annunciare, nunc eis committuntur plagæ nouiſſimæ, quibus afficiant mundum vniuerſum. Erit ergo tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet, maiores hæ plagæ futuræ ſunt quàm diluuium, maiores quàm Ieruſalem deſolatio & vaſtitas, maiores quam Sodomorum aut Gomorrheorum conflagratio, ideoque plagę nouiſſimæ appellantur, quia maximæ, vel nouiſsimæ, quia vltimæ omnium, quibus Deus caſtigauit mundum, plagę item nouiſsimæ, quia plenæ iracundia Dei viuentis. Deus mortuus ſi aliquem caſtigat, miſericordia ſuperat iuſtitiã, ſed cum Deus viuens Phialas plenas iracundiæ Dei, vt ibidem inquit D. Ioannes, per quatuor ſancta animalia, ac poſtea per Angelos in mundum effundendos mittit, iuſtitia miſericordiam ſuperare videtur. Nihilominus illa eadem Sapientia, quæ fuit cum Deo ſemper & eſt ante æuũ, etiam in hoc tam inaudito iuſtitiæ diuinæ rigore præſens adfuit, temperauit enim in nouiſsimis Plagis iuſtitiam benignitate & miſericordia. Nam quid ſibi vult, quod cum

dictum

Digitized by Google

dictum fuerit Angelis, *Ite & effundite ſeptem Phialas, plenas iræ Dei in terram*. Angeli tamen non effuderũt eas omnes Phialas in terram, ſed vnus in terram, alter in mare, tertius in fluuios & fontes, quartus in Solem, quintus in ſedem Antichriſti, Sextus in fluuium Euphratẽ, Septimus in aerem: Mirari aliquis poſſet, quam ob cauſam Angeli terminos commiſſionis ſuæ excedant, Cęlum & quatuor animalia, à quibus, teſte D. Ioãne, Phialas acceperũt, Angelis præceperũt, vt omnes Phialas effundant in terram, & illi partim in terram, partim in fluuios, fontes, aerem &c. inobedientes fuiſſe videntur, imò & iniuſti, quid enim peccauit Sol, quæ culpa maris & fluuiorum, quod Angeli eos

D. Auguſt. plagis afficiant? Ideo D. Auguſtinus interpretando prædicta verba, videtur eos excuſare dicendo, quod non effuderunt Phialas in aerem, mare, vel Solem, ſed in terram, id eſt in homines, qui ex terra formati ſunt. Sed quia inter homines ſunt diuerſi ſtatus, alij enim ſunt ſicut terra, homines terreni & animales, alij ſicut mare, nempè potentes Reges & Monarchæ, qui multos fluctuare faciunt, alij ſunt ſicut fontes & fluuij, vt homines docti, alij ſicut Sol homines ſcilicet acuti & ſubtiles ingenio, alij ſicut fluuius Euphrates, quales ſunt diuites, qui tanquam fluuij a terra diripiunt & auferunt, alij ſicut aer, nempe ſuperbi, ſedes autem Antichriſti eſt regnum peccati. Super hos ergo effuderunt phialas Angeli, quia nulli parcunt. Siue ille ſit Rex, ſiue diues, ſiue ſapiens, ſi eſt peccator, plagis vapulabit multis, Vnde magna commotio excitabitur. Vel ita, effundent plagas in terrã, vt fumi & reliquiæ illarum plagarum, etiam Solem, aerem, mare, & alias creaturas inficiant. Denique dicendum eſt, quòd in rei veritate, etiã in Solem, aerẽ, fluuios, & cęteras creaturas, quarũ ibi eſt mentio, effundent Phialas ſuas, etiam de mente Dei, & in hoc maxima Dei benignitas & ſapientia manifeſtatur, quod ille qui quamlibet pœnam miſericordia temperat, etiam illas nouiſſimas ſic temperare voluit, vt ordinatione ſua, non tota ira Dei in terram effunderetur, ſed diuideretur in alias creaturas. Ex hoc tamen maximè erit commotio præcipuè, quia iam non erit locus vbi ſe à plagis abſcondat miſer peccator, non in mari, nec in aere, nec in fluuijs, nec in Sole, quia omnia iam à plagis præoccupabuntur, Quod ſi per virtutes cœlorum intelligere volueris planetas, & aſtra, hæc ſimiliter mouebuntur. Nam quemadmodum cum Cæſar vel Rex Poloniæ ad pugnãdum contra hoſtes ſeſe præparat, non ſolùm ipſe induit armaturã, ſumit gladium, & arma, ſed etiam Duces exercitus deſignantur, milites veterani eliguntur, exercitus in ordinem redigitur, tormenta bellica, diuerſa arma cudũtur, & præparantur. Sic in extremo iudicio, non ſatis eſt quòd iudex procedat, ſed totum cęlum erit in armis, exercitus in ordine ſuo, ſtellę manentes in ordine ſtillabunt ignem, ſanguinem, & vaporem fumi, Duces & Officiales exercitus, nempe planetæ huc atque illuc diſcurrent, ordinando exercitum, & tandem obtenta victoria, Stellæ quę manebant in ordine ſuo, de cælo cadent, vt diripiant & Vulcano tradãt vniuerſum orbem, quaſi caſtra quædam peccatorũ. Quã-

Faſt.6. tùm ergo timebũt peccatores, cum vt inquit Ouidius.

Fallor an arma ſonant, non fallimur arma ſonabant,
Mars venit & veniens bellica ſigna dedit. Et Virgilius.
Luctus vbique pauor & plurima mortis imago. De aere

Iob 38.v. 22. et & elementis inquit Iob. *Nunquid ingreſſus es theſauros niuis? aut theſauros grandinis aſpexiſti, quę præparaui in tempus hoſtis in die pugnę.* Iam verò his ſignis aduentus Domini, cœlorum commotionibus & prælijs gentium præmiſſis, iudex aduenìet. Et TVNC VIDEBVNT FILIVM HOMINIS. Ceſſantibus ſignis in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, quæ aduentum iudicis prænunciabunt, monendo vt homines fugerent à facie iræ, ſubitò

Matth.24. v.27. veniet iudex vt inquit Euãgeliſta, *ſicut fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis.* Primus Chriſti aduentus comparatur rori, nam quemadmodum ros vitam decorem &c. confert plantis, ita Chriſti aduentus naturæ humanæ. Secundus autem aduentus comparatur fulguri, nam quemadmodum fulgur velociſſimè deſcendit, præmiſſis multis ſignis & turbationibus cœli, obſcuritate aurium &c. Sic erit aduentus filij hominis, quem videbunt boni & mali, iuſti Regem in decore videbunt (vt dicit Iſaias) cum inenarrabili gaudio & lætitia, impij autem non videbunt Domini gloriam, vt dicit idem propheta, id eſt non videbũt Diuinitatẽ Chriſti, videbunt tamen humanitatem ipſius, at videntes turbabuntur timore horribili, vellentque à facie iudicis ſeſe occultare, ſed non valebunt. Veniet autem vt dicitur in

Euangelio. IN NVBE. Nam quia Chriſti aduentus K erit ſicut fulgur, fulgur autem in nubibus conſpicitur, ita & Chriſtus in nube videbitur, veniet ergo in nube tanquã in ſolio Imperator cęli, Veniet tanquam glorioſus victor,

in curru triumphali, Olim Ezechiel Propheta vidit venien- Ezech. 3. tem ſapientiam Dei in curru, quem trahebant quatuor animalia, & audiuit vocem poſt ſe commotionis magnæ dicentium. Benedicta gloria Domini de loco ſuo. Audiuit etiam vocem rotarum ſequentium. Cęterùm veriſimile eſt longè maiorem futuram commotionem veniente iudice, quàm dici aut cogitari poſſit, ſiquidem veniet inquit Euang. CVM POTESTATE MAGNA, ducens ſecum omnia agmina Angelorum, & infinitos Sãctorum exercitus, de quibus Iob loquens ait. *Nunquid* Cap. 25.v.3

eſt numerus militum eius? Et Daniel. *Millia millium mi-* Cap.7.v.10

niſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Domi- Cap.3.v.14

nus veniet ad iudicium (ait Eſaias) *cũ ſenibus populi & Prin-* Cap.14.

cipibus eius. Et Zacharias. *Veniet Dominus Deus meus*

omneſque ſancti eius cum eo. Et Iudas Apoſtolus, *Ecce* Iudas v.15.

venit Dominus in ſanctis millibus facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de operibus omnibus, impietatis eorum. Hæc igitur cæleſtium ſpirituum agmina, & ſanctorum exercitus, præcedent Chriſtũ tanquam Ducem milites. Magno Conſaluo aduentanti Burgos, Hiſpaniæ Rex ipſe Ferdinandus, honoris cauſa obuiã egreſſus, quum antecedentes milites, vario luculentoque habitu indutos miraretur, Ipſeque Conſaluus omnium poſtremus, ad apprehendendam Regis dexteram, modico interuallo, ſequens accederet. His Rex inquit (longam militum ſeriem digito oſtendens) vt video Conſalue quod debebas optima fide perſoluiſti, quum toties, bello te præeuntem ſecuti ſint, nunc demum parta pace, commutato vbique ordine, vt te antecedant æquiſſimo iure concedis.

Peruibanè quidem, nec obſcurè eum laudans, quod ante Iouius in Conſaluo. ſuorum aciem, Dux intrepidus prima pugnæ pericula ſæpiſſimè ſubijſſet. Et quis maiora pericula pugnæ ante ſuorum aciem ſubijt, ſicut Chriſtus, qui tanquam Dux intrepidus mortem infernumque deuicit? Ideo æquiſſimum eſt, vt eum milites eius præcedant, vt poteſtas eius, & maieſtas omnibus manifeſtè appareat, teſtante idipſum Euangelio ibi: ET MAIESTATE, hoc eſt, in gloria multa (vt dicunt Græci) in corpore glorioſo, vt Rex Regum, & iudex vniuerſorum maxima cum gloria iudicaturus, adueniet, qui iniquè ab impijs erat iudicatus. Porro Maieſtas à magnitudine dicitur, eſt enim ingens honor, & amplitudo imperantis. Iam verò quoniam de ſignis rigoroſi iudicij, de cęlorum commotione, iudicis poteſtate & maieſtate Chriſtus diſſeruit, veriſimile eſt, quod Apoſtoli hæc audientes, timere & pauere cœperant, ideò ad ſapientiam eius ſpectare videbatur, vt eos verbis iacentes conſolaretur. Sicut fecit dicens. HIS FIERI INCIPIENTIBVS, SVSPICITE ET LEVATE CAPITA VESTRA. Cum plagæ mundi crebreſcant, cum terror iudicij virtutibus commotis oſtenditur, non vult Dominus ſuos tunc Apoſtolos illis eſſe ſimiles, de quibus dixi ſupra, areſcentibus hominibus, &c. quę superueniet vniuerſo orbi, turbatis propter imminentia mala mundi amatoribus, non vult tales eſſe Apoſtolos, vt pote qui nihil commune haberent cum mundo, non vult vt demiſſo vultu triſtes & melancholici incedant, ſed erecto capite, oculiſque ſublatis ſurſum aſpiciant, erecta mente, quam caput tanquam præſtantiſſimum membrum in homine ſignificat, optando potius ad patriam pergere, quàm diutius in hoc mundo detineri, cum Propheta di-

cente. *Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum* Pſal. 141. v.8.

nomini tuo, me expectant iuſti donec retribuas mihi. Neque tamen vitio vertendum Apoſtolis, quod audientes diſſerentem Chriſtum de iudicio timerent & pauerent.

Timere

Timere enim, & hominibus abſolutè, & hominibus, qua iuſtis optimè competit, timebant ergo tãquam homines, & tanquam iuſti homines. Inter elementa tremor, ſeu trepidatio, quàm terræ motum dicimus, elemento terræ ſingulariter competit, Inter Sphæras etiã cæleſtes, vna Sphæra eſt, cui Mathematici motum trepidationis attribuunt, nempè Sphæra firmamenti, cum igitur homo ſit formatus ex elemento terræ, connaturale eſt ei timere, & trepidare inquantum homo, cum etiam firmamentũ ſit ſymbolum hominis iuſti; nam, quemadmodum in firmamẽto tãtam multitudinem ſtellarum cernimus, ita in homine iuſto plurimas virtutes, quibus anima eius exornatur reperire non eſt difficile. Si igitur cælum, quod ſtellas vti ornamentum proprium amittere non poteſt, motu trepidationis exagitatur, quid mirum, quod homo iuſtus, qui ornamento animæ ſuæ virtutibus ſcilicet, & gratijs facilè

Pſ. 33. v. 10. ſpoliari poteſt, timet? Memor verborum Prophetæ. *Timete Dominum omnes Sancti eius.* Maximè verò in tremendo iudicio, quo nihil eſt terribilius. Præterea homo iuſtus, & inquantum homo, & inquantum iuſtus naturaliter timet mortem, nam ſi caput iuſtorum cœpit pauere, & tædere, & mæſtus eſſe; cùm, & ratione ſuppoſiti Diuini Deus eſſet, & homo, & ratione claræ viſionis beatificæ, nihil erat quod eum lateret, ſiue præſens, ſiue futurum, & ratione pij, & ſancti affectus erga, Deum, ac perfectiſſimi, quomodo homo mortalis, qui, & oculos mentis obſcuros, & pedes deſideriorum, & affectus erga Deũ debiles habet, etiam ſi ſit iuſtiſſimus non timebit, ne cum aliqua ſuæ animæ iactura tranſeat de hoc mundo? Quomodo non timebit, ne baculo arundineo innixus, tanquam debili cõfracto, potiùs lædatur, quàm ad tranſiliendum iuuetur. Et ſi tantopere timetur mors quanto magis timendum iudi-

L cium morte ipſa amarius? Ideò, & Apoſtoli audiendo Chriſtum diſſerentem de iudicio timebant, ita vt neceſſe fuerit eos confortari & conſolari, ſequentibus verbis, Leuate capita veſtra, ecce appropinquat redemptio veſtra: Magnum diſcrimẽ futurum eſt iuſtorum à peccatoribus: Iuſtis enim dicitur appropinquat redemptio veſtra, peccatoribus autem appropinquat vltima deſtructio veſtra.

1. Corin. 15. v. 5. De hoc diſcrimine egregie S. Paulus. *Ecce myſterium vobis dico omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Myſterium fidei, quod tantam continet difficultatem, vt neceſſe fuerit Doctores, & interpretes Sacræ Scripturę diuerſa vti tranſlatione, ad explicandam Apo-

Chryſoſt. ſtoli doctrinam. Ideò S. Chryſoſtomus, Theodoretus, Ecumenius, Apollinarius, & alij Patres Græci ſic legunt. Omnes quidem dormiemus, ſed omnes immutabuntur, fortè eam ob cauſam, quia putabãt illos homines, qui veniente Chriſto in iudicium reperientur in mundo, tranſituros ad vitam immortalem & gloriam, non guſtando mortem, ſed quoniam id affirmare non quidem iam erroneum, quàm potius temerarium eſt, idcirco D. Auguſt. Ambroſius, Origenes conformando ſe Originali Græco legunt. Omnes quidem dormiemus, ſed non omnes immutabimur. Et hoc concordat cum lectione noſtræ vulgatæ, cum enim nullus reſurgat, niſi qui moritur, idem eſt dicere, omnes dormiemus, atque oẽs reſurgemus. Quãuis autem D. Thomas cum S. Auguſt. tueatur lectionem Patrum Græcorum ſupra citatorum, nempè non omnes dormiemus, non eſſe contra fidem: Eccleſia tamen Catholica lectionem vulgatam, omnes moriemur, vel omnes reſurgemus magis acceptat. Et ideò, in hoc nullum eſt diſcrimẽ inter iuſtos, & peccatores, ſed in eo, quod ſequitur, ſed non omnes immutabimur, ſupple, in melius. Quia ad iuſtos dicit Chriſtus. Appropinquat redẽptio veſtra, de pec-

Pſal. 27. v. 5. catoribus autem dixit Propheta. *Deſtrues eos, & non ædificabis illos.* Magnum diſcrimen eſt inter palatium, vel domum ligneã, quæ eo animo immutatur, & diruitur, vt ex materia eius amplior, & melior domus, vel palatium ædificetur, & inter illam domum vel palatium, quod eo animo immutatur, & deſtruitur, vt comburatur. Sit aliquis œconomus, vel Pater familias qui cogitet ſumptuoſum ędificare palatium, ex lapidibus ſectis, & quadratis, iubet ergo materiam ſtructuræ, puta lapides ſectos, & quadratos in certum cumulum congregari, ſed quia iudicat non eſſe adhuc ſufficientem materiam, ad ædificandum palatium, tam magnificum, vt in mente diſpoſuit, mox aliud palatium diruere, lapideſque non ſectos in quadrum accommodare imperat, de hoc rectè dici poteſt, quod deſtruxit palatium, vt ædificet aliud. Sic procedet Deus cum iuſtis, deſtruet illos, & ædificabit eos; ædificabit ex eis, tanquam ex lapidibus ſectis, & quadratis, quatuor ſcilicet dotibus corporis, Subtilitate, Agilitate, Claritate, Incorruptibilitate vrbem beatam Ieruſalem, quæ conſtruitur in cælis viuis ex lapidibus, deſtruet illos per mortem, ſed ædificabit per redemptionem. Appropinquat redemptio veſtra. Eſt quoque alius Oeconomus, ſeu paterfamilias, qui cum habeat domum ligneam, deſtruit eam, non eo animo, vt aliã ex materia eius ędificet, ſed, vt ex ea faciat pontes, vias accommodet, & ad conculcandum, atque pertranſeundum hominibus exponat, vel, vt cõburat, & de hoc dici poteſt, quod deſtruit, & non ædificat. Sic Deus in extremo iudicio deſtruet peccatores, & non ædificabit eos, quia conculcationi beſtiarum infernalium, & igni perpetuo exponet eos. Miſera nimis eſt hæc immutatio, poſt muſicam & cantum, audire blaſphemias, & gemitus infernales, poſt ſuaues florum, & vnguentorum odores, fœtorem intollerabilẽ magno olfactus cruciatu perpeti, poſt ſuaues epulas, infernalibus alimentis in perpetuas æternitates nutriri, poſt ſaltus, & recreationes, deſcẽdere, vt lapis in profundum laci, poſt dulcem cum amicis conuerſationem, cum ſerpentibus, & baſiliſcis habitare, poſt ſplendidas veſtes flamma circũdari. Heu miſera nimis, & infelix talis mutatio. Ideoque Apoſtolus maluit dicere, quod non omnes immutabimur, quam deplorandæ immutationis mentionem facere. Ad quid enim miſeri peccatorea reſurgent? niſi ad maiorem ſuam confuſionem, ad audiendum æternæ damnationis decretum, ſeu, vt idem Apoſtolus ait, In reſurrectionem iudicij. Itaque magnum diſcrimen futurum eſt inter iuſtos, & peccatores. quia illi reſurgent in redemptionem, hi in iudicium, deſtruet eos, & non ædificabit illos Deus, quia pœna illorum irreparabilis erit, iuſti autem à miſeria ſua redimẽtur. Ideò dixit Chriſtus Apoſtolis, Ecce appropinquat redemptio veſtra, id eſt, reparatio, reędificatio, & abſoluta omnium malorum euacuatio, non ſolum in ſpe, ſed in ipſa re. Quemadmodum cum arbores florere incipiunt, non ſolum propè eſt æſtas in ſpe, ſed in re. Vnde ſequitur. VIDETE FICVLNEAS. Admonemur hic vnà cum Apoſtolis, vt quemadmodum ex gemmis, & folijs arborum primum prodeuntibus, colligimus proximam æſtatis vicinitatem, ita viſis iudicij ſignis, intelligamus gaudia æternæ vitæ, in proximo iã imminere. Docemur etiam quomodo diligentibus Deum, omnia in iucundum ſtatum conuertantur, ita vt tempus hyemale ſit illis, æſtiuum, quia ſcilicet tribulationes huius temporis, preſſuræ, calamitates, in perpetuas eis tranſeunt animorum recreationes, & feliciſſima gaudia. Itaque ſicut ex fructu arborum vicina æſtas cognoſcitur, ita ex ruina mundi prope eſſe agnoſcitur regnum Dei, fructus enim mundi, ruina eius eſt. Benè autem æſtas regno. Dei comparatur, quia tunc mœroris noſtri nubila prætereunt, cum vitæ dies, æterni Solis claritate fulgeſcunt: hyems autem huius mundi eſt preſſura, & extremum iudicium eiuſdem. Ac proinde peccatoribus tunc in ſumma preſſura, & dolore conſtitutis, maxima in electos Dei ſuperueniet exultatio, propter vicinam æſtatem beatitudinis æternæ. Nam M quemadmodum ſi captiui ex Podolia in Tartariam, vel Bizantium abducti, audirent appropinquare validiſſimos Polonorum exercitus, qui Regem veniẽtem ad expugnãdum Bizantium præcederent, quãta putas lætitia perfunderentur? quod ſi expanſis alis patriam aquilam muros circumvolare cernerent, ſi ſonitum armorum, aut tormẽtorum, bellicorum exploſiones audirent, ſi ſcalis applicatis generoſum quemquè muros intrepidè aſcendentem læti ſpectarẽt, procul dubio in medijs hoſtium turmis exiſtentes, miſſo foras omni pauore & triſtitia, incredibilem quandam lætitiam nõ ſolum animis, ſed etiam oculis, voce, vultu, geſtu, & toto corpore præſeferrent: Quantò magis Sancti Dei, (qui quaſi captiui in hoc mundo detinentur) lætabũtur eo tempore, quando cælis tonantibus pro-

cedente

cedente Angelorum exercitu, apparente in aere Regis cęlorum vexillo, continuò ſe à captiuitate vindicandos eſſe intelligent. Item ſi ſumma hyeme, quando plerique propter maximam aeris intemperiem, pręcipuè in his Septētrionis partibus nedum foris morari, ſed neque caput aperire, neque domo egredi præſumunt: Si inquam tunc cuipiam graui frigore, & egeſtate oppreſſo nunciaretur, iam Ver appropinquare, iam terram, herbas, plãtas, & arbores germinare, quanto iſte exultaret gaodio, quantum iubilaret, audiens ſuarum ærumnarum iam finem adeſſe. Longè profectò potiori ratione electi Dei lætabūtur, quibus tali ſignorum præcurſu proxima æternæ gloriæ æſtas nuntiabitur, maximè autem, quia hanc veritatem ipſiſſima veritas iureiurando confirmauit dicens. AMEN AMEN DICO VOBIS, QVIA NON PRÆTERIBIT GENERATIO HÆC, DONEC OMNIA FIANT. CÆLVM ET TERRA TRANSIBVNT, VERBA AVTEM MEA NON TRANSIBVNT. Senſus horum eſt, quia dixi vobis, & quia verba mea, ſiue id quod verbis meis prædixi eſſe futurum, inane eſſe non poteſt, certoque eueniet. Imò credibilius eſt, Cælum, & Terrã deficere, quàm verba mea ſuo effectu fruſtrari, quaſi diceret (ait S. Gregorius.) Omne quod apud vos durabile, comparatione ad æternitatem durabile non eſt, & omne quod apud me tranſire cernitur, fixum, & ſine tranſitu tenetur, quia ſine mutabilitate manentes ſententias exprimit ſermo meus, qui tranſit: verba enim mea ſolidiora ſunt, quàm Cælum, & Terra, quia verba mea ſunt verba Dei, per quę condita ſunt vniuerſa. Cæterùm de mutatione cælorum in die iu-
Pet. 2. cap. 3. v. 10. dicij habetur auctoritas S. Petri, qui inquit. *Adueniet dies in quo cęli magno impetu tranſient.* Clemens etiam Papa diſcipulus S. Petri dicit. Vnum cælum eſt incorruptibile beatorum ſcilicet paradiſus, & habitatio, alterum verò inferius ſcilicet viſibile varijs ſtellis ornatum, in conſummatione ſæculi diſſoluendũ, vt eius corpulentiæ amoto velamine, cælum illud appareat ijs, qui digni ſunt illud intueri. Subſcribere videtur huic ſententiæ Apoſtolus di-
1. Corint. 7. v. 32. cens. *Pręterit figura huius mundi.* Quamuis itaque cæli verbo Domini firmati mutabuntur, quamuis Terra ſuper ſtabilitatem ſuam fundata tranſibit, verba tamen Chriſti non pręteribunt, quia veritas Domini manet in æternum. Atque ita omnia de tremendo iudicij die ab eo prædicta, certò certius propediem ventura ſunt. Pleraque enim quę Dominus prędixit futura veniſſe iam magna ex parte cernimus, puta diſperſionem Iudæorum, conuerſionem gentium, perſecutionem tyrannorum, malitiam hæreticorũ, Martyrum conſtantiam, patientiam Sanctorum, & quæ ſunt huiuſmodi; aliqua tantum manent reſidua, ſcilicet ſigna diem iudicij proximè præcurrentia, & ipſum iudiciũ, ſed quia & hæc non diu iam præſtolanda ſunt, ipſa rerum præſentium facies, iàm deploranda optimo eſt argumento, vnde etiam, eo maior nobis hic formido, quò minor
1. ad Theſſ. 5. v. 2. huius temporis certitudo. Quia vt inquit Apoſtolus. *Dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet*, Cum enim dixerint homines pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Cæterùm dies iudicij dicitur dies Domini, eò quod nullus ibi erit imperitæ querelæ locus, cur iniuſtus ille videatur fęlix, infęlix autem iuſtus, ibi enim manifeſtabitur quàm iuſtè & rectè Deus omnia fecerit, ibi nec aperta impietas manebit impunita, nec ſimulata pietas pręmiata abibit, quia ſecretiſſimi quique actus & cogitatus noſtri tunc veluti in meridie omnibus apparebunt.
Amos 5. v. 24. *Reuelabitur*, inquit Propheta, *quaſi aqua iudicium & iuſtitia quaſi torrens fortis.* Intelligite ergo hæc omnes qui obliuiſcimini Deum, & ſi illum metuere in tranquillitate contemnitis, vicinum eius iudicium, vel tot malis perterriti timeatis, & horreatis.
Amen.

INSTITVTIO Moralis A

Dominicæ Primæ Aduentus.

De Prudentia, Virtute, & timore Dei effectu Prudentiæ.

Erunt ſigna in Sole, & Luna. Luc. 21 v. 25
Timor Domini principium ſapientiæ. Prou. 1. v. 7.

PRIMVM virtuoſæ vitæ fundamentum eſt, vt cognoſcat homo, quo fine in lucem hãc productus viuat. Eſt verò hic ſolus Deus, cuius ſignum eſt, quia nulla res eſt, quamuis vtilis, glorioſa & iucunda exiſtimetur, in qua cor hominis quieſcat, præterquam in ſolo Deo. Huic fundamento alterum non minus neceſſarium ad virtutis ædificium, & vitę virtutibus addictæ ſabrica proximè innititur, nempe vt intelligat homo, humanas res gubernari a Deo, & actiones humanas etiã minimas accuratè ab eodem obſeruari. Et cum ſit iuſtiſſimus iudex, vindicans mala, & præmiãs bona, rerumque omnium conſcius, pœnas & premia vnicuique prout ſe geſſerit in mundo laturus eſt. Harum rerum cognitio, eſt profunda illa ſapientia, quam initium eſſe omnis boni, pręcipuè verò timoris Domini pluribus in locis cenſet Salomon, & de cuius laudibus integrum volumen confecit, quod appellatur Prouerbia Salomonis, & hac dotatus à Deo, adeò ipſam dilexit vt eam præponeret regnis & ſedi-
bus. *Præpoſui* (inquit) *illam regnis & ſedibus.* Hanc pręSap. 7. v. 8.
poſuit & diuitijs. *Diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.* Et honoribus cęteriſque bonis externis omnibus, amplius formam & vires corporis prę illa contempſit; denique non alium Ducem Rex ſapientiſſimus actionum ſuarum, non aliud lumen operum ſuorum elegit: niſi hãc ſapientiam: Nec mirum, quandoquidem inextinguibile
eſt lumen ipſius, vt ipſe teſtatur. *Et propoſui pro luce habe-* v. 5.
re illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Magna eſt lux Lunæ, magna Solis, ſed cum cælo tranſibit lumen Solis & Lunæ: lumen autem ſapientiæ non extinguetur in æternum. Hęc eſt illa lux qua dum in hac cæca nocte vitæ præſentis videmus, aut facis, aut fulgoris inſtar, tenebras animi noſtri diſſipat, intellectum illuminat, cordis obſcuritatem tollit, & quæcunque animum noſtrum obfuſcare poſſunt deſtruit: cum autem dies ille æternus orietur, tunc clariſſimos inſtar Solis meridianos abſque occaſu radios emittet. Hæc eſt illa lux, quæ a fonte luminis infiniti emanans, iubare ſuo quodam admirabili modo cor hominis penetrat, afficit, & immutat. Ac primũ quo percutiat animum ſolet eſſe teſte Salomone Timor Domini, quod a Patre ſuo Dauide id antea hauſerat. Dixerat enim ante ip-
ſum Dauid. *Initium ſapientię timor Domini.* cum enim Pſ. 110. v. 10.
homo incipit a luce illa diuina colluſtrari, tunc primò ingentem in animo cõcipit timorem Dei, tunc primùm incipit timere eum, in quo omnis fęlicitas ſua tanquam omnium extremo collocata eſt, tunc reueretur eum, qui non modò intuetur, ſed etiam æſtimat quid agat, quid loquatur, quid cogitet homo, tunc incipit pauere coram illo quẽ futurum iudicem exſpectat. Hac ſapientia illuminatus di-
cebat Iob. *Et cum vix ſit illam paruam ſermonis eius au-* Iob 26.
dierimus quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? v. 14.
Si minima indignatio Dei non poterit tolerari, quis ſuſtinebit in die iudicij, quando erunt ſigna in Sole & Luna? quando veniet cum maieſtate cum Angelis, tonitru horrendi decreti. Omnes huius mundi tribulationes & calamitates, fames, peſtilentiæ, bella, infirmitates, & cætera huiuſmodi, ſunt parua ſtilla ſermonis Dei, reſpectu illius Oceani amaritudinis immenſæ & perpetuæ. Quanta mala perpeſſus fuit S. Iob? quis enumerabit infirmitates eius? moleſtias ab inimicis viſibilibus & inuiſibilibus? damna

in pro-

Digitized by Google

in propria perſona, in filijs, in re familiari? Diuina tamen ſapientia illuminatus, cœleſti prudentia inſtructus, augurando de futuris ea præſentibus, fatetur quod illæ calamitates, reſpectu futuræ tribulationis in iudicio, erunt vna ſtilla ſermonis, vna gutta aquæ amaræ. Et idcò præuidendo futuras tribulationes, perculſus timore dicebar. *Quaſi*
Iob 31.v.23
tumentes ſuper me fluctus ſemper timui Deum. In quo ſimilis fuit nauigantibus mare, qui lóga experientia, quam habent de naufragijs, & tempeſtatibus maris, ac inclemētia ventorum edocti, ſemper magis timent tempeſtatem & naufragium futurum, quàm præteritum, nec ita periculoſas fuiſſe præteritas, vel eſſe præſentes procellas, ſicut futuras imaginantur, & indè eſt, quod cum alij negligenter agunt, iocis, conuiuijs, aut ludo ſe occupant, illi ita inuigilāt, vt ſi aliquam aeris mutationem, aut reuolutionem aduerterint, ſtatim ſe munient, & præparent contra tempeſtates futuras. Quod ſi ab eis quæras, quam ob cauſam tātam adhibeant diligentiam, cum mare ſit quietum, & pacificum? reſpondent nos arte nauigatoria edocti, ex minimo præſenti periculo, imò ex ſolo periculi ſigno cautè obuiamus periculis futuris. Quādo permittit Deus aliquam infirmitatem in hominem, puta capitis dolorem, febrim, ille dolor vix hominem reſpirare ſinit, ſi igitur ſapiens eſt, cogitare debet talis infirmus, quod tunc vna tantùm gutta amara permiſſionis diuinæ eum affligit, & vlterius timere & prouidere, ne eum tumentes fluctus diuini iudicij obruant: quod ſi ita (vt par eſt) fecerit, tunc primùm ſentiet in corde timorem Dei, cuius initium eſt Sapiētia, quia Initium ſapientiæ timor Domini.

Hac etiam ſapientia illuminatus Pſalmiſta, conuocat omnes gentes, pauperes, & diuites, terrigenas, & filios hominum, (id eſt peccatores, & iuſtos, ſeu filios Adam, & filios Chriſti, quia primus homo de terra terrenos, & filius hominis, ſcilicet Chriſtus, filios regni cęleſtis, ediderunt,) in vniuerſum omnes habitatores terræ Dauid conuocat, & facta, ac comparata ſibi boni, ac periti oratoris attētione, atque audiētia dicit. *Os meum loquetur Sapientiam, &*
Pſ.48. v.4.
meditatio cordis mei prudentiam. Cur timebo in die mala? An quod hoc amplum & magnificum palatium deſerendum ſit? an quod omnibus caris amicis vale dicendum erit? an quod alijs cedendum? Non, cur igitur in die mala timebo? an quod erūt ſigna in Sole, & Luna? an quod virtutes cælorum commouebuntur? an quod antè ſeuerū iudicem me comparere neceſſe erit? qui totius vitæ, viæ, curſus exiget ſtrictam rationem; qui peccata mea examinabit, & præſertim quod tempus inaniter conſumpſerim, quod Deo negligenter ſeruierim, quod magis verbis quā corde eum laudauerim, quod incautè vixerim, ſeuerè me met redarguet; & neſcio, an inter oues, vel inter hædos, inter reprobos, vel electos me collocaturus ſit? hoc eſt, hoc quod in die mala, vel potius in nocte mala (quia lux conuertetur in tenebras) timebo, quia iniquitas calcanei mei circumdabit me. Vtinam & nos lumine ſapientię, vel prudentię illuſtrati, tandem aliquando timere iudicem Chriſtum incipiamus. Nam vt ille ipſe in hodierno Euangelio prænunciat. Erunt ſigna in Sole in illo die tremendo. De hoc ergo lumine, ex quo oritur radius timoris Dei, de hac ſapientia, vel prudentia, quæ nunc pro eodem accipimus extendendo nomen ſapientię, ſcilicet, vt non ſolum ad cognitionem rerum Diuinarum ſpectat, ſed etiā ad inſtructionem morum, in ordine ad beatitudinem; de hac inquam virtute, quæ cardinalis, & præcipua eſt hac inſtitutione agemus. Et in primis quàm ſit neceſſaria ad virtutum ſtructuram declarabimus; deinde quotuplex ſit prudentia, & in quo conſiſtat; tandem de primo effectu prudētiæ, qui eſt timor Domini pertractabimus. Vt ſic timorem Dei hominum conſcientijs incutere poſſimus, cum Chriſto Domino, qui eo animo proponit iudicium futurum Chriſtiano populo, vt prudenter prouideant, quatenus, in numero eorum eſſe poſſint, quibus hodie dicitur, leuate capita veſtra ecce appropinquat redēptio veſtra. &c.

B Sapientiſſimus Architectus præpotens Deus, cum machinam hanc viſibilem orbium cæleſtium produceret immenſam molem ſphærarum cęleſtium, appendit in cardinibus, in polis, & altiſſimis cæli partibus, ac verticibus, qui ſunt tanquam cor orbium cæleſtium: nam vt animantia motum à corde ſuſcipiunt, fores à cardine, ita ſphæræ cæleſtes, circa polos, & cęlorum vertices voluuntur. Terram quoque & totius terræ orbem in cardinibus fundauit iuxta illud Scripturæ. *Domini enim ſunt cardines terræ, & ſu-* 1. Reg. 2.
per eos poſuit orbem. Quemadmodum autem cælum, & v.8.
terrā in cardinibus creauit, ita quoque placuit ſibi vt ſtructuram virtutum in quatuor cardinibus, & angulis orbis erigere, & fundare, in quatuor videlicet virtutibus cardinalibus, in quibus tanquam cardinibus, ianua vitæ beatæ verſatur, in quibus tanquam quatuor angulis fortiſſimis reliquæ virtutes, ad inſtar nobiliſſimæ ſtructuræ erectæ ſunt. Has vulgò virtutes principes dicimus, ad quas cęteræ omnes referuntur, & quatuor orbis terrarum partibus reſpondere videntur. In oriente enim Prudentiam contēplari poſſumus, ex ea enim lux emicat ad omnes actiones dirigendas. In occidente. Fortitudinem, quæ in malis omnibus, atque in ipſa morte, quæ per occidentem deſignatur toleranda pręcipuè ſita eſt. In meridie Iuſtitiam, quia meridies linea eſt, ęquabiliter mundum in duas partes diſſecans, atque adeo iuſtitiæ ſymbolum præbet, ad quam ſpectat æqualis rerum diuiſio, & diſtributio. In ſeptentrione temperantiam, quia hæc frigore ſuo omnes corporis ęſtus comprimit, ac mitigat. Magna ſanè virtutū cardinalium dignitas, quod ſint cardines, & anguli ſtructuræ virtutum, morum, & omnium rectè agibilium. Excellentior nihilominus gradus dignitatis virtuti prudentię attribuitur, ex eo, quod orienti (quæ principalior eſt pars orbis) comparatur, nec mirum; quia illa eſt, quę non ſolum, vt lux actiones humanas ad beatitudinem dirigit, & illuminat, ſed etiam, vt fulcrum, & fortiſſima columna, parietes huius ſtructuræ, ne ruant ſuſtentat, quod innuere videtur Deus per Ezechielem Prophetam. Cum enim vidiſſet populum Iſraeliticum in eo eſſe, vt tandem aliquando ſtructuram Deo claram virtutum, ac bonorum operū erexiſſent, miſit ad eos Ezechielem Prophetam dicens.
Dic ad eos qui liniunt abſque temperamento, quod caſurus Ezech. 3.
ſit paries. Si quis ad ædificandum parietem ſolam arenā v.11.
adhiberet, ſine dubio nihil aliud expectandum eſſet, niſi quod caſurus ſit paries, ſi quis etiam ſolum cęmentum, idē damnum eueniret. Quemadmodum ergo in erigēdis muris materialibus temperamento opus eſt, ita in erigendo ædificio virtutum maximè requiritur temperamentum, quod eſt prudentia, quia certiſſimum eſt, quod exceſſus, & defectus in ſtructura virtutum initium ruina habentur, quos moderatur & temperat prudentia. Hanc ob cauſam fortaſſis populo Iſraelitico, ad probitatē & virtutes aſpiranti apparuit Deus, ſuper murum litum habens in manu trullam cæmenti. *Ecce* (inquit Amos) *Dominus ſtabat* Amos 7.
ſuper murum litum, & in manu eius trulla cęmētarij. Mu- v.7.
rus communiter ædificatur ex lateribus, quod ſi erigeretur ex diuerſis lapidibus pretioſis, multum deſeruiret ad propoſitum noſtrum, declarando de ſtructura virtutum, habent enim quandam ſimilitudinem virtutes cum lapidibus, quo ad colorem, & occultam virtutem, ſeu vim ſuccurrendi malis morbis animæ, & corporis, quam egregiè
explicat D. Chriſoſtomus. Multæ, & diſſimiles virtutes, ſi- Chriſoſt. in
cut multæ margaritarum differentiæ, cum omnes marga- Matth.
ritæ vocentur, ſed hæc eſt quidem lucida, & vndique rotū- Hom.59.
da, alia verò hanc non habet pulchritudinem, ſed alterā. Quàm autem hanc? ſicut ex quadam arte coralium, productam habet lineam, & angulos tornatos, & alia albi coloris amœniorem: hæc autem rurſus viridem omni viriditate gratiorem, alia ſanguinis floridum ruborem exprimit, alia magis cærulea, alia purpura coruſcantior, alios multos flores, & Solis colores quiſpiam inueniat. Tales, & Sancti, &c. Quemadmodum ergo diuerſos lapides videmus ex lucis repercuſſu, iuxta diuerſitatem naturæ ſuæ, quaſdam vnum, quaſdam verò alium, & alium colorem reddere, ita in hac formarum, atque colorum diſſimilitudine, omnium virtutum, atque iuſtorum, vel Sanctorum differentiam meditatus eſt Chriſoſtomus, nam ſi hęc ſingula virtutibus ſingulis accommodes, habes ibi in viridi colore Spem, in purpureo Charitatem, in cæruleo Fidem propter obſcuritatem, in cādido Virginitatem, & Tempe-

tantiam,

Digitized by Google

rantiam in ſanguineo Fortitudinem, in rotūda forma Iu-
ſtitiam (quam tornatam eſſe debere, id eſt vndiquè ſibi
Chriſoſt. ſimilem docuit D. Chriſoſtomus) ac demum in linea illa
Orat. 20. producta prudentiæ lineam, cuius eſt omnia metiri, atque
metari. Habes ergo hic omnium virtutum enumeratam
vniuerſitatem. Licet etiam ibi omnium Sanctorum con-
ditiones ſeu laureas accipere. Virgines in candido colore
intelligendo, in ſanguineo Martyres, in cæruleo Docto-
res propter zelum, in glauco, ſeu viridi Cōfeſſores, propter
perſeuerantiam in bono, quà ſpes præcipuè innititur, &
quæ ſpem tandem donat complemētu. Quam ob cauſam
quia ſuper hunc murum, ex diuerſis lapidibus, ex diuerſis
virtutibus domum perfectionis ſuæ ædificauerunt, ideò id
proteſtatur Eccleſia Catholica cum diuerſis apparamen-
torum coloribus vtitur. pro diuerſitate Sanctorum, albo
in feſto Virginum, purpureo in ſolemnitate Martyrū &c.
Itaque qui in tali ædificio extruendo ſe perſeuerare agno-
ſcit, facilè ſpem æternæ retributionis cōcipere poteſt. Mu-
rus ergo ſtructuræ virtutum ex lapidibus pretioſis, id eſt
virtutibus Sanctis erigendus eſt. Super hunc murum ex di-
uerſis lapidibus compactum, videbitur Deus habens in
manu trullam cæmentarij, ad deſignandum, quod lapides
prædicti coagulandi ſunt cæmento prudentiæ, vel vt Se-
ptuaginta Interpretes legunt, *& in manu eius adamas*, quā
prudentiam ſignificat, vel vt alij habent, *in manu eius per-
pendiculum*. Perpendiculo corriguntur, & diriguntur la-
C pides, ne diſtortè componantur. Prudentia autem ad in-
ſtar perpendiculi, eam quam virtutes ædificant, corrigit
ne qua parte ædificium declinans nutet. Eſt quippè regu-
la quę virtutes à rectitudine, & pulchritudine ſua deflecte-
re non permittit, aut iam deflectentes rectitudine donat,
& debitæ conformitati reſtituit. De Charitate inquit D.
1. ad Corin- Paulus quod Charitas ædificat, id eſt virtutum ſtructurā
th. 8. erigit, ſed & Prudentia ſi ſolida, & grauis, eſt (vt perpen-
diculum eſſe ſolet per appoſitionem plumbi) ædificat, &
efficit ne in ſtructura virtutum, quam Charitas molitur, &
fabricat aliquid vitij, aut declinationis eueniat, nec talis
prudentia inflat, ſed illa ſola quę leuis eſt.

Ex hoc iam intelligitur quam neceſſaria ſit prudentia,
homini ſecundum virtutem viuere cogitanti, & virtutum
ſtructuram in corde ſuo erigere proponenti. Nam prętar
hoc quod ſit perpendiculum ad corrigendam virtutum
operam, quod ſit cæmentum temperatum, eſt inſuper mē-
tis oculus, eſt miles excubitor, qui reliquas virtutes ad pu-
gnādum excitat, eſt denique magiſtra virtutum. Hęc om-
nia maximam neceſſitatem prudentiæ nobis manifeſtāt,
Sed paulò fuſius eam explicemus. Et imprimis doctrina
2. Magno Ariſtotelis eſt, nullam virtutem reperiri abſque prudētia,
moralium. quia quælibet virtus ſinè prudentia in vitium degenerat;
neque abſque prudentia virtutes ſunt, neque cooperantur
niſi quodammodo ad ſe inuicem conſequentes pruden-
tiam inquit Ariſtoteles. Quod etiam & ipſe Chriſtus non
obſcurè inſinuauit, quæ enim virtus eſt excellentior & An-
gelis, imò ipſi Deo propinquior, ſicut eſt caſtitas, & tamē
reprehenditur à Chriſto in virginibus fatuis, quia ibi ca-
ſtitas non fuit decorata prudentia. Iam verò quæ virtus
magis prodeſt homini & placet Deo ſicut obedientia? vt
exemplo eſſe poteſt Abraham Patriarcha, quando præce-
pit ei Deus vt ſacrificaret filium, hoc ita placuit Deo vt per
Gen. 22. Angelum ei diceret. *Nunc cognoui, quod timeat Domi-
v. 12. num*. Placuit Deo obedientia, ſed fortè magis prudentia,
cum qua executus eſt id quod ſibi præceperat Deus. Nō
legimus quod præcepiſſet Deus ſacrificare filium Abrahæ
in monte, in aurora antequam dies eluceſceret, quod ſa-
crificaret filium relictis duobus ſeruis ſub monte: ita tamē
ſe geſſiſſe Abraham, dicit ſacer textus, in quo magna eius
extitit prudentia. Nam quod de nocte ad ſacrificandum
iuerit, magna fuit prudentia ne Sara planctu, & lacrymis
à ſacrificando eum impediret. Nec minor fuit prudentia,
quod ſeruos reliquerit ſub monte: Cum enim Iſaac eſſet
omnibus virtutibus ornatiſſimus, & propter hoc toti fami-
liæ multum amabilis accidere potuiſſet, vt eum de mani-
bus Patris ſerui eriperent, & fugerent. Ideo multum pla-
cuit Deo quod ſacrificium obtulerit diligenter, & pruden-
ter. Ex quo etiam colligitur, quod pietas virtus ad quam

pertinet ſacrificare Deo non eſt ſine prudentia, & propter
hanc cauſam præceperat Deus. *In omni ſacrificio meo offe-* Leuit. 2. v. 13
rat ſal. Sacrificium quod multum placet Deo eſt virtus,
ſed non acceptat hoc ſacrificium Deus, niſi ſit tale pruden-
tiæ conditum. Multum placet Deo virtus patientiæ, de qua
Apoſtolus. *Patientia opus perfectum habet vt ſitis perfecti* Iac. 1. v. 4.
& in nullo deficientes, & tamen dependet à prudentia. vt
enim quis patiens ſit multa ſibi opus eſt prudentia, ſiqui-
dem patientem plurima diſſimulare neceſsè eſt, iam verò
diſſimulatio non niſi à ſumma prouenit prudentia. Non
minus quàm aliæ virtutes placet Deo humilitas, atque &
hæc non eſt ſinè Sapientia. Sapientiam inquit Salomon D
iunge humilitati, & exaltabit te, humilitatem prudentiæ,
& extollet te. Laudabile eſt eligere bonum, & reprobare
malum, hoc non eſt ſinè prudentia, nam electio ſinè pru-
dentia eſſe nequit, ſicut & gubernare regna, domos, cuſto-
dire legem Dei, non poſſunt fieri abſque prudentia, Ideò
Salomoni, cum regnum ad gubernandum ſuſciperet, di- 1. Paralip.
ctum fuit. *Det tibi Dominus prudentiam vt regere poſſis re-* 22. v. 12.
gnum Iſrael, & cuſtodire legem Domini Dei ſui. Quid tan-
dem melius eſſe poteſt quam ſeruire Deo? hoc tamen non
eſt ſinè prudentia. Prudentia docet non oſcitanter, ſed di-
ligenter eſſe ſeruiendum Deo, non ſolum de die, ſed etiam
de nocte, vt de ſe fatetur Dauid. *Media nocte ſurgebam* Pſ. 118. v.
ad confitendum tibi. Surgere antè lucem ad orandum, ſi ait 62.
Abraham ad ſacrificandum prudentia docet, ſeruiendum
Deo non propter vanam gloriam, ſed propter Deum; ſi-
cut Chriſtus docuit. *Cum oraueris patrem tuum cæleſtem* Mat. 6. v. 6.
*intra in cubiculum tuum noli tuba canere cum facis eleemo-
ſynas, & neſciat ſiniſtra, quod facit dextra tua*. Prudentia
quoque docet, non ſolum ore, ſed etiam corde laudādum
Deū, ſicut orabat Dauid. *Os meum* (inquit) *loquetur ſapiē-* Pſ. 48. v. 4.
tiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Qui impruden-
ter licet feruenter ſeruit Deo, ſimilis eſt illi qui clauſis ocu-
lis currit, per ſaxa, & ſpinas hic plus ſibi nocet quā prodeſt.

Nihil preterea exoptat homo magis, quàm cum omni-
bus pacificè viuere, hoc præſtat prudentia, *Prudentia ſer-* Prouerbio-
uabit te à via mala, & eruet te ab homine qui peruerſa lo- rum 2. v. 12
quitur. Et in ſumma nulla virtus poteſt dici verè virtus ſi-
ne prudentia, vt docuit Ariſtoteles. Neque abſque prudē- Ariſtoteles.
tia aliæ virtutes fiunt, neque cooperantur niſi quodam-
modò ad ſe inuicem conſequantur prudentiam. Imò vt
tactum eſt ſupra, virtus ſinè prudentia mutatur in vitium,
nam qui ſine prudentia eſt liberalis fit prodigus, qui ſinè
prudentia eſt fortis, fit temerarius, temperans ſinè prudē-
tia fit indiſcretus, iuſtitia ſinè prudentia commutatur in
immanitatem, magnificentia, in hominem proprij ſenſus
& voluntatis, moderatio in teporem, potentia in ſuperbiā,
ſcientia demum in malitiam. Atque hinc iam liquidò cō-
ſtat nullum opus eſſe bonum ſinè prudentia. Ideò præce-
perat Deus populo Iſraelitico. *Iuſtè quod iuſtum eſt per-
ſequeris, vt viuas*, vt aſſequaris vitam æternam, non ſuffi-
cit, vt agas bona opera, ſed requiritur vt agas benè, & iu-
ſtè, prudenter, quia bonum opus niſi fiat benè, & pruden-
ter non meretur vitam ęternam, ſed potiùs mortem perē-
nem. Fortaſſis inter omnia volatilia optimum alimentū
quo ad guſtum, & nutrimentum eſt auis dicta Phaſianus,
& tamen ſi non benè condiatur, vel cruda aut combuſta
comedatur, nihil ſaporis habet, non quod ex ſe bona non
ſit, ſed quia non benè præparata, ac condita. Ita id quod
bonum eſt in actionibus noſtris, ſi non benè, (id eſt pru-
denter) fiat, non ſapit, nec in mēſa æternæ vitę apponitur.

Sed præter hanc connexionem virtutum cum pruden-
tia, habet prudentia reſpectu aliarum virtutum quandam
ſuperioritatem, & eminentiam. Hoc enim vnitati, & ami-
citiæ virtutum non obeſt, vna virtus alteri præemineat,
vna ſit dignior, quàm altera, & vna ab altera dependeat,
in hoc ſiquidem conſiſtit ordo. Proindè eo modo eſt in-
ter virtutes aliqua virtus, quæ cæteras præcedit, quomodo
inter ducentes choreas è toto ordine eſt aliquis qui præce-
dit omnes alios. Alias virtutes prudentia præcedit, dirigit,
gubernat, illiſque imperat, tanquam domina virtutum,
ſicut dux imperat exercitui, & gubernator nauis dirigit
nauem. Nauis eſt anima, lucerna nauis eſt intellectus, ve-
la, quibus nauis impellitur eſt volūtas, nautę, & qui ſeruiūt

an naui

tn nati ſunt diuerſæ virtutes, ſola prudentia eſt quaſi gubernator nauis, qui per tabulam nauis, legis naturalis, & diuina dirigit, & inſtruit nautas, ordinat vela, accendit lucernam intellectus, & lumen eius auget, atque perficit. Eſt igitur prudentia virtus ordine prima, & fermè parēs quędam generatioque virtutum, vitiorum extirpatrix, quæ omnes virtutes conſeruat, & quamlibet earum in ſua ſede collocat, & breuiter illa eſt, quę tuetur virtutes, & deprimit

E

vitia. Quid enim tuetur iuſtitiam diſtributiuam niſi prudentia? Legitur de Carolo IV. qui corona Imperij Romę ſuſcepta, ſciens Romanos petituros, vt quaſdam vetuſtas conſuetudines confirmaret, quas in pręiudicium Romani

Granzius Lib.8. Vandaliæ c. 35.

Imperij, & Eccleſiæ dare, nec poſſet, nec vellet, ſimulauit aliquandiu illic ſe manſurum. At venandi ſpecie vrbe egreſſus, iuſſit paulatim copias conſectari, & ſic Romanorum manibus elapſus eſt, ſimilis prudentia in Senatus cōſulto Venetorum enituit, anno 505. ſæpe ibi fieri ſolitum erat, vt qui impetrare magnam aut difficilem rem aliquā à magiſtratibus Venetis cuperent, Regum, & Pontificum legatis vterentur, qui eos Principi Patribusque commendarent, interdum etiam ipſorum Regum, Principumque ciuiatum ad vrbem venientium, patrocinio nitebantur, quorum authoritati Patres negare nihil poterant. Sena

Bēbus lib.7. hiſt. Venet.

tus conſultum itaque cautum eſt; vt ſi cui aliquid à Patribus impetrare ſit neceſſe, is neque virum principē, neque legatum adhibeat, cuius commendatione apud eos niſi poſſit, pœna pro genere hominum ijs qui Senatus conſultum neglexiſſent conſtituta. Quid præterea promouet liberalitatem, & docet aliorum neceſſitati ſubuenire, niſi prudentia? Exemplum eſt Caſimirus II. Rex Poloniæ is enim cum anno 1362. fames ingens Poloniam inuaſiſſet, interea autem ingens vis frumēti in Regijs prædijs, atque horreis, è ſuperiorum annorum vbertate reliqua fuiſ-

Cromerus lib.12.

ſet. Id frumentum Caſimirus II. Rex Poloniæ externis quidem ac ditioribus iuſto pretio vendi iuſſit, plebs verò egena partim commutatione rerum frumentum accipiebat partim opus faciendo merebatur, quo quidem tempore, operis eorum, qui laborem alimentis, quam miſerè fame enecti mori maluerunt, plures arces, & oppida, muris, foſſis, atq; vallis munita ſunt, piſcinæ, aggeres, & aquæ ductus multis in locis facti. Quid parſimoniam commendat, & in veſtitu, cultuque corporis modeſtiam ſeruandam docet niſi prudentia? Leſcus II. Polonorum Princeps in victu cultuque corporis, ſingulari parſimonia fuit, rudibus & craſſis pannis aulęorum loco vtebatur, niſi ſi quando in publico dare aliquod ſplendori, atque maieſtati Principatus maximè propter externos homines cogebatur. Quin

Cromerus lib.2.

ibi quoque craſſos pannos, quibus antè adeptum Principatum vſus eſſet, ob oculos ſibi poni videbat; quibus admoneretur aſſiduò fortunæ priſtinæ, & vnde ad tantum honoris faſtigium euectus eſſet. Quid humilitatem etiam in domibus Regum fouet niſi prudentia? Pręmislaus Bohemorū Princeps ex ruſtico factus, mori proximus proferri ex arcula ſua ſagum ruſticum, & carbatinas quaſi aliquam inſignem ſupellectilem, atque in loco religioſo ſeponi iuſſit non temerè aliàs promendam, palàmque ſpectatoribus oſtendendam: niſi in comitijs creando Princi-

Dubrauius lib.2. & Æneas Siluius

pi habendis. Cuſtoditaque ſolēniter eſt extrema hæc eius voluntas, non ſolum à profanis Principibus, ſed deinceps etiam à Chriſtianis Regibus, vt eo videlicet die, quo inaugurabatur Rex, vna cum ipſa corona, & ſceptro aureis, vilia hæc quoque inſignia ſacrorum miniſter ad aram inferret. Regi illa ob oculos commonendi gratia offerens, vt primę ſuę originis memor, fortunam reuerenter haberet, ſed hic paulatim mos exoleuit. Iam verò quid magis exornat fortitudinem ſicut prudentia? vbi enim magis neceſſaria eſt fortitudo atque in bello, at tamen ibi prudentia ita elucere debet, vt magis quàm fortitudo. Fortitudo, quippè ſinè prudentia, & præſertim in bello temeritas, & quædam, quin belluina in quoſque impetus promptio eſt. Qua in parte eximijs laudibus digna eſt pruden-

Ladislaus Rex Vng.

tia bellica Ladislai Vngariæ Regis, qui dum Cracouiam Polonorum Regiam tertium iam menſem obſideret, magnaque egeſtas vtrinque ingrueret, intempeſta nocte Regis edicto quiſque miles, ocream, galeam ve effoſa terra completam, antè vrbis mœnia conferre iubetur, quod vbi factum eſt congeſtæ terræ mox tumulus haud mediocris exurrexit, quem farina quamprimum Rex aſpergi iuſſit.

Porſinius lib.4.

Illuceſcente die oppidani editiſſimum farinæ mōtem ante muros arcis congeſtum rati, hoſtium commeatibus inuident, ac pariter admirantur. Quare ſequenti die ſe ſecum arce dediderunt. Prudentia quoque Nicolai Tramba Procancellarij Regni Poloniæ initium victoriæ fuit Polonis, nam cum in prælio quo Poloni Cruciferos ad Grenoualdam magna clade affecerunt. Boemi, & Morauii mercenarij Polonorum, cum ſuo vexillo cuius ſignifer fuit Ioannes Zarnouius Boemus. ſiuè metu, ſiuè auro cruciferorum corrupti, ſub initium pugnæ ſeceſſiſſent. Con-

Cromerus lib.16.

ſpicatus eos in ſylua, Nicolaus Tramba Procancellarius, cum ex acie iuſſu Regis in caſtra, cum cætera imbelli turba reuerterentur: accurrit ad eos, & grauiter obiurgatos in aciem redire compulit. Hi ergo reuertentes in aciem ſpeciē noui exercitus præbuere, terroremque addidere inimicis, & victoriæ initium fuere. Memorabilis etiā prudē-

Cromerus lib.18.

tia fuit Stephani Palatini Valachiæ, qui xxx. millibus ſuorū cxx. millia Turcarū anno 1475. profligauit, eo qđ oēm circa regionē longè latèque in primo Turcarum ingreſſu ipſe exuſſiſſet. Hinc.n. factum eſt, vt in magna cōmeatus, & pabuli penuria, Turcę pariterque equi ipſorū debilitarentur. Eo autem ipſo quod prudentia virtutes defendit, tuetur, & auget, vitia extirpat, extirpat ambitionem, ſuperbiā, luxum, vt iam ex exemplis ſupra citatis patet. Iam verò quantum valeat prudentia in tuendis bonis fortunæ, & corporis, vel ex hoc intelligi poteſt: quod refert Cuſpinia-

Cuſpinianus & Æneas Syluius lib.4.

nus. Erant Sigiſmundo Cæſari ex Vngaria allata quadraginta millia nummum aureorum, quæ vbi nocte aduenrante, in quos conuerteret vſus ſollicitè cogitaret: per cubicularios ocyus conſiliarios omnes, ac militum duces ad ſe vocauit, & aperta arca: ecce inquit crudeliſſimi hi hoſtes ac carnifices (nummos oſtendens) ſomnum mihi eripuerunt, accipite, ac inter vos diuidite, vt mihi tranquillè dormire liceat. Diſtributa itaque pecunia inter eos, cum exirent viri à conſilijs: recedit iam à me (ait) tortor ille, qui me flagellauit, ſecurius nunc quieſcam, & ſic prudenter quieti corporis conſuluit. In diſponendis autem rebus politicis nihil vtilius prudentia.

Prudentia ſeditiones tollit, Prudentia Regna ablata reſtituit, Prudentia Ciuitates Reſpublicas, politias beatitudine donat, & exornat. Ex his iam facilè intelligi poteſt, quàm neceſſaria ſit prudentia homini, ſecūdum virtutem viuere volenti, quia ſicut virtutis eſt facere bonum, & vitare malum, ita prudentiæ eſt noſſe bonum, vt agatur, & malum, vt vitetur, & ideò communiter dicitur regula, & auriga cæterarum virtutum, cuius finis eſt opus honeſtum, non ſolum, vt illud conſideret, & in illa cognitione ſiſtat, ſed potius, vt per virtutes morales illud operetur. Atque ita tota verſatur in conſideratione, & directione morum, ſicut aliæ virtutes, (vt iuſtitia, temperātia, &c.) in electione morum. Sed quia electio ſinè directione eſſe non poteſt, ideò virtutes cum prudentia connexionem habent, quia etiam electio à directione dependet, ideò prudentia in hoc excellit alias virtutes; quia illas dirigit, & efficit vt ſint cardines orbis. Sed quoniam plures ſunt prudentiæ partes, & officia ad diuiſionem prudentiæ accedamus.

Diuiſio Prudentia.

F

Philoſophus varias partes prudētiæ tradidit, & docuit, ita quod partes prudentiæ, aliæ ſint ſubiectiuæ, alię potentiales, aliæ item integrales. Partes ſubiectiuæ nihil aliud ſunt, niſi ſpecies, ſeu inferiora, ſicut dicimus, quòd homo, & brutum ſunt partes ſubiectiuæ animalis. Sic ſecundum Philoſophum alia eſt prudentia perſonalis, ſeu monaſtica, alia prudentia gubernatrix multitudinis. Prudentia perſonalis eſt, qua homo regit ſe ipſum tantum, & qua aliquis in ſingulis actionibus ſpectat quid agere debeat propriū intendens bonum, & quæ ſola abſolutè appellatur prudētia, quia is ſolum abſolutè prudens eſt dicendus, vt tradit

6. Ethicor. cap.8.

Ariſtoteles, qui ſua præ cæteris curat ſeipſum omni virtute exornans; prudentia enim per ſe primò curat bonum ſuum. Prudens antè omnia, vt ſibi ipſi rectè conſulat opus eſt, aliter nec alijs ſapere videtur. Hinc Euripides dicebat.

Euripides.

Odio habeo ſapientem, qui ſibi ipſi nō eſt ſapiens, quibus

verbis

verbis vſum legimus Alexandrum Magnum in familiarem ſuum quendam petulantiorem, & etiam aliàs in Caliſthenem Philoſophum. Prudentia multitudinis, ſeu gubernatrix, diuiditur in Æconomicam, Ciuilem, Legiſlatricem, & Militarem. Æconomica eſt, qua quis rectè gubernat familiam eius bonum ſolum ſpectans. Ciuilis, ſeu politica eſt, qua quis rectè adminiſtrat ciuitatem, legesque ſeruari curat, & hæc reſpicit ciues, & ſubditos, non tamen conuenit eis ſub ratione, qua ſubditi ſunt, (quia ſicut dicit Philoſophus, ſubditi non eſt prudentia,) ſed conuenit eis quatenus rationales ſunt, benè ſcientes ſe habere circa rationes, & actiones in comparatione ad ciuitatem, vel regnum, & ad bonum obſeruantiam legis poſitæ à bono Principe. Legiſlatrix, ſeu Nomothetica eſt, qua quis idoneas leges condit, & hæc præcipuè eſt in lege, ſeu Principe.

Quod autem iſtæ duæ prudentiæ ſpecie differant expreſsè colligitur ex ſententia Philoſophi. Militaris eſt qua militia rectè adminiſtratur. Iſtæ autem vltimæ quatuor prudentiæ ſpecies, non vocantur abſolutè nomine prudentiæ, quemadmodum prudentia perſonalis; ſed ſecundum quid, ſeu cum adiuncto, vt prudentia æconomica, ſeu ciuilis, vel legiſlatrix, vel militaris, quia non ſpectant bonum ſuum, ſed alienum. Vnde neque neceſſariò poſtulant neque faciunt affectum habentis rectum, ſed potius affectum alienum, maximè æconomica ciuilis, & legiſlatrix, quia intendunt bonum communitatis nempè, vt familia vel Reſpublica ſecundum virtutem degat. Militaris verò quæ ab Ariſtotele inter ſpecies prudentiæ non connumeratur, potius videtur eſſe ars quædam diſponendi exercitum ad prælium, quàm ſpecies prudentiæ, ſicut ars nautica, ars negociandi, & ſimiles. Poteſt tamen poni ſpecies prudentiæ, quatenus diſponit, & curat, vt milites fortiter, & cum virtute militari functiones obeant. Hoc enim videtur primum officium prudentiæ militaris, vnde ſupponit artem militarem, eique addit rationem dirigendi milites ſecundum virtutem.

Ariſtoteles.

Recta, & ſufficiens eſt hæc prudentiæ à Philoſopho tradita diuiſio, ſed nos vniuerſalius, & Chriſtiano politicè de prudentia loqui volentes, poſſumus diuidere prudentiam in eam, quæ videtur eſſe prudentia, & eſt, altera quæ non videtur eſſe prudentia, & eſt. Item quæ videtur eſſe prudentia, ſed non eſt. Denique quæ nec videtur eſſe prudentia, nec eſt prudentia. Prudentia ſeu homines prudentes qui nec videntur eſſe prudentes nec ſunt, tam in oculis Dei, quam in oculis hominum, ſunt homines peccatores, qui ſemper, & publicè peccant, & nunquam pœnitent, vt vſurarij, auari, &c. ſuntque illi de quibus dixit Propheta. *Sapientes ſunt, vt faciant mala*; iſta non eſt prudentia, ſed potius imprudentia, & impudentia, de qua latius cum de vitijs agemus.

Ierem. 4. v. 22.

Prudentia quæ videtur eſſe prudentia, & non eſt, eſt illa qua præditi ſunt, qui coram hominibus ſunt prudentes non coram Deo quales ſunt illi de quibus dicit Iſaias. *Væ vobis qui ſapientes eſtis in oculis veſtris*. Hęc prudentia licet videatur eſſe prudens, quia fundatur in ſcientijs humanis, adulationibus, figmentis, in acquirendis diuitijs dignitatibus &c. verè tamen non eſt prudentia, ideo ad tractatum de vitijs remittenda eſt.

Eſaiæ 5. v. 21.

Prudentia quæ videtur eſſe prudentia, & eſt, eſt prudẽtia publica illa qua præditi ſunt, & eſſe debent Reges, Principes, Iudices, conſiliarij, Duces exercituum, Epiſcopi, Cardinales, Pontifices, & alij homines in magnis dignitatibus collocati. Homines item docti, & Sancti hac prudentia pollere debent, hi enim cum ſint lumina mundi, ideirco neceſſè eſt, vt eorum prudentia non ſolum in rei veritate ſit perfecta, ſed omnium oculis clare pateat ſitque nota Deo, & hominibus. Et in vniuerſum competit illis quibus datum eſt imperare, præcipere, & alios gubernare. De quibus dixit Spiritus Sanctus per Eccleſiaſticum, & de ſingulis eorum. *Dilectus Deo, & hominibus*. Perſonæ in Eccleſia Dei excellentes, omnibus virtutibus præditæ eſſe debent. Debent eſſe liberales, & ab omni auaritia (cui omnia venalia ſunt) expediti, debent eſſe manſueti, humiles, & erga omnes affabiles, vt omnibus ad eos pateat acceſſus, omnes libenter audiant, ad alios non remittant, omnibus, vt communiter dicitur eorum fores toto anno ſint apertæ. Propria tamen, & præcipua virtus illorum eſt Prudentia. Non ſine cauſa D. Ioannes illos ſenes, qui procidebant ante thronum Dei, & agni refert ſe vidiſſe in veſte candida, & coronas in capite geſtantes. Candor namque virtutum ornamentum ſignificat, corona in capite prudentiam. Quòd etiam intellexerunt antiqui Philoſophi, qui amorem virtutum, in forma adoleſcentis formoſiſſimi depingebant, vnam coronam in capite geſtantem, &c. tres in manu tenentem. Et rectè; nam virtus eſt amor habendi ſe ad omnia, vt eſſe debet, hinc eſt quod virtus per amorem definitur, ſic quod amor loco generis, diuerſi verò actus loco differentiæ ponuntur.

Eccl. 45. v. 1.

G

Nam vel amor creatorem reſpicit, quem quis cognoſcere intendit, & ſic eſt fides, aut vt creator poſſideatur, & ſic eſt ſpes, aut vt diligatur, & ſic eſt charitas. Si verò iſte amor ſe ad creaturam vertit, tunc ſi ad carnis noſtræ regimen, & dicitur temperantia, ſi ad proximum, iuſtitia nominatur, ſi ad creaturam quæ nobis parat inſidias prudentia appellatur, aut ad creaturam quæ nobis moleſtiam ingerit, ſic rectè fortitudo dicitur. Virtus ergo eſt amor ordinatus, vt amet totum quod debet, & ſicut debet, & quantum debet, hic virtutum amor tres coronas in manu habet, quibus tres cardinales virtutes ſignificantur. Iuſtitia, Temperantia, Fortitudo, & quartam in capite geſta, per quam prudentia exprimitur. Hęc eſt illa laudis, & honoris Regum corona, nam vt inquit Cicero. Hæ ſunt virtutes imperatoriæ, labor in negotijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo. Vndè autem induſtria in agendo niſi à prudentia? Hac corona decoratus fuit Salomon in initio Regni ſui, vnde maximam ſibi comparauit authoritatem, ita vt dicerent populi, Spiritum Dei eſſe in illo, & ab illo tempore amplius eum reuerebantur. Cum autem vlterius in gubernanda Monarchia proceſſiſſet, & templum illud magnificum extruxiſſet, mandauit erigere baſes, & columnas ponere, & in illis leones, boues, & cherubinos ſculptos, vt his ſignificaret qualitates illas, quibus Reges qui totam Reipublicæ machinam ſuſtentant, præditi eſſe debent. Sic enim bos ſignificat laborem indefeſſum, leo fortitudinem, Cherubini ſcientiam, & prudentiam multiplicem. Et iuxta hoc quidam dicere ſolebat, tria Regibus, & alijs gubernatoribus eſſe neceſſaria, vt benè gubernẽt; velle quod animi fortitudo efficit; poſſe quod potentia, & ſcire quod prudentia facit. Idem conſulit Regibus, vt initio regni ſui exemplo Salomonis procurent occaſiones, quibus propriam induſtriam populo teſtificari poſſent.

Cic. in Oratio. pro lege Manil.

3. Reg. 28.

3 Reg. 7.

Iam verò in quo conſiſtit hæc vrbana, & politica prudentia nobis agendum eſt. Hoc clarè inſinuare videtur ipſamet Sapientia per os Salomonis. *Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt fortitudo*, vbi tria in quibus præcipuè conſiſtit prudentia innuit, nempè, conſilium, iudicium rectum, ſeu æquitatem, & executionem, quæ per fortitudinem exprimitur.

Prudentia conſiſtit in Cõſilio. Iudicio recto, & executione. Prouerb. 8. v. 14.

Non eſt audiendus magiſter Pſeudopoliticorum, qui ad decipiendos Principes pernitioſum illud dogma promulgare auſus eſt. Principem non debere niſi à ſe vno conſilium vtile capere, non ſuit, hic meminit verborum Spiritus Sancti per Salomonem. *Si ſapientia intrauerit cor tuum conſilium cuſtodiet te*. Similitudine ducta ab excubijs cęteras virtutes contemplari poſſumus, tanquam milites obarmatos in caſtris cuſtodientes tentorium Principis, nempè eoc hominis paratos ad conferendam pugnam cum aduerſarijs: at verò prudentia, & rectum conſilium tanquam excubitorem agit: hæc enim in mentis ſpecula ſemper eſt vigilans, ſemper inſomnis, vt irruentes ex aduerſo hoſtes eminus ſpeculetur ac tandem belli ſignum militibus det. Non legit Machiauellus illud, quod ſcripſit Iob de eis qui

Prouerb. 2. v. 10.

à ſe ipſis conſilium capiunt. *Arctabuntur greſſus eius, & precipitabit eum conſilium eius.* (inquit)

Iob 18. v. 7.

Chaldæus conuertit. Et proijciet vel excutiet eum conſilium eius.

Chaldæus.

Ad ſimilitudinem equi infidi, qui equitem exiliendo calcitrando deturbat. Eſt itaque proprium conſilium res inſtabilis, fluxa, labilis, periculoſa, non nego præclarè agi cum populo cum Princeps obtigerit ita genitus, ita educatus, vt alieni ingenij non egens ſponte ſua ſapiat: falſum tamen cenſeo, & pernitioſum, non debere Principem niſi à ſe vno conſilium vtile capere. Etenim Principem non vſque adeo excæcare debet propriæ ſapientiæ opinio, vt aliena aſpernetur, neque aliena conſilia ei ſpernenda; verùm danda etiam opera vt omni depoſita pertinacia, proprio iudicio diffiſus, ad aliorum ſententiam vbi opus fuerit libenter accedat, nam plures oculi clarius vident quàm vnus, præcipuè ſi Princeps, eo animo conſilium accipiat, vt dicant conſiliarij quòd dicendum putant, non autem ex conſuetudine, aut vt ab eis audiat quod ſibi placet. Si etiam diligenter perpendat an id quod conſiliũ ſuadet ſit licitum vel illicitum, ſi ſit contra Deum vel leges eius, an non, ſi cum augmento Diuini honoris vel non, ſi conſilium eſt conforme dictamini conſcientiæ vel non, ſi conſcientia obligat ad exequendum id quod conſulitur vel non, tali conſilio nihil ſalubrius, nihil Reipublicæ vtilius. Propter quod veteres pro certo tenuerunt, longè præſtare ad Reipublicæ ſalutem, mali vel exiguæ prudentiæ Principis bonos conſiliarios, quàm boni Principis malos conſiliarios exiſtere. Quod planius etiam fieri poteſt eorũ Principum exemplis, qui virtutis ingenijque modici cum fuerint, prudentiam tamen virorum conſilio vſi, Rempublicam egregiè adminiſtrarunt.

Gordianus.

Quum Gordianus Iunior vndecim annos natus Cęſar declaratus eſſet, plerique puerile Imperium, & imbecille aſpernabantur: Sed cum Miſithæi ſapientiſſimi viri filiam duxiſſet vxorem, ſocerique conſilijs adiuuaretur, multa præclara domi, multa militiæ geſſit. Eum certè aliquando conqueſtus eſt miſerum eſſe Imperatorem, apud quem vera reticeantur. Imperator quippe cum ipſe publicè ambulare non poſſit, neceſſè eſt, vt audiat, & audita ſeu à plurimis relata confirmet. Res quidem Romana tamdiu ſub Gordiano incolumis, & valida ſtetit, quoad vixit Miſithæus. Ioas Regnum Iuda ſeptem annos tantum natus inijt, ſed ipſius prudentiæ rector educatorque auunculus, Iehoiada vir ſapientiſſimus erat. Ergo quamdiu is vixit tantiſper regnum prçclarè adminiſtratum eſt. Carolus VI. tredecim annorum puer inſuper imbellæ mentis Regni Galliæ hæreditatem adijt Reipublicæ tamen procuratio, à tribus ipſius auunculis, Andium, Biturigum, & Burgundię Ducibus ad puberem Regis ætatem benè, & ſapienter eſt geſta. Nec exiſtimare deberet viri excellentes eorum reputationem diminui, cum aliorum conſilia audiunt, & ſequuntur; quin potius augeri, & conſeruari. Magnus Princeps Rex, & inſignis Philoſophus erat Salomon, hic nihilominus, poſtquam petijſſet à Deo Sapientiam, *Da mihi ſapientiam*, &c. tandem petijt à Deo, cor docile, id eſt habile ad recipiendum doctrinam, & conſilia prudentum.

Salomon Philoſophus erat.
2. Paralip.

Magnus Princeps, & Imperator erat Romanorum Adrianus, de eo tamen dicitur, quod libenter patiebatur admoneri, vel corrigi ab humili perſona, Regnare, inquit Ariſtoteles, ſuauiſſima res eſt, etiam ſapientem videri eſt ſuaue, præditũ enim eſſe Sapientia Regium eſt. Eſt enim ſapientia multorum, & admirabilium operum ſcientia. Non exiſtimẽt igitur Principes ſe minus ſapientes videri, cum aliorum conſilia, & ſapientiam audiunt, cum tam magni nominis Principes etiam Spiritu Sancto educti aliorum conſilia libenter acceptarint.

Ariſtoteles lib. 1. Rhet. cap. 12.
H

Magnus Princeps, & Rex erat Sigiſmundus I. Polonorum Rex, de eo tamen ſcribit Cromerus, quod cum eſſet prudentiſſimus, acri, & ſolido, (tum in iudicando, tum in conſultando) iudicio, & neque gratia neque odio facilè deduci ſe ab æquo pateretur: tamen nihil ferè maius vnquam ſine conſilio Senatus fecit, aut ſtatuit, ac nonnunquam de recta ſententia ſua conſenſu Senatus adductus deceſſit, ne pertinax eſſe videretur, & reuera ſicut indocilitas, aut negligentem qui non recordetur conſiliorum, aut ſuperbum qui recta contemnit conſilia oſtendit Principem: ita docilitas generoſum declarat. Generoſi quippe animi eſt libenter audire rationes, diſcurſus, & conſilia aliorum, etiamſi ſint inferiores in ſcientia, & alijs qualitatibus, quia ſæpè accidit, vt vnus pauper aſſequatur id, quod diues non aſſequitur, & vni ruſtico poteſt id innoteſcere quod Regem latet. Vnum ex his duobus omninò eſt neceſſarium ad rectè gubernandum, dixit Heliodorus, vel vt ille qui regit habeat ita ſagax, & ſufficiens ingenium, vt in omnibus, & per omnia ſatisfaciat officio, vel vt ſaltem habeat cor docile, & ita conſtitutum quod libenter audiat conſilia, & ſequatur iudicia prudentium.

Sigiſmũd. I.

Heliodorus

Et quis enumerabit quanta damna eueniunt, cum Princeps vel contemnit conſilia, vel obliuiſcitur, & negligit ſalubria monita? vel ille ſolus infœlix exitus prælij circa Varnam exemplo eſſe poteſt. In hoc enim prælio ad Nicopolim ſeu Varnam commiſſo traditur. Turcarum Imperator Amurathes in vno cornu Aſiæ, in altero Europæ Baſſam collocaſſe, in medio ipſe cum Ianczaris, & tribus equitum expeditiſſimorum millibus ſuum agmen foſſa valloque præmuniuiſſe, vt ſi quid aduerſi accideret veluti in tuta caſtra ſe reciperet, intra vallum onerarios camellos, & iumenta loco muri recepiſſe, & ſimul perpetua catena totum id quidquid erat munitione coniunxiſſe. Contrà, apud Vngaros dextro Ioannem Coruinum, ſiniſtro cornu Michaelem nigrum præfuiſſe, Regem Vladiſlaum in medio conſtituiſſe, antequam collatis ſignis congrederentur in caſtris fuiſſe deliberatum, vt Coruinus, & Michael cum duobus Baſſis eodem tempore prælium inirent, & Regium cum Regio agmen ſi neceſſe foret congrederetur, ex compoſito pugna conſeritur. Michael Aſiaticum, Europicum Baſſam Coruinus adorti fundunt. Rex gloriæ cupidus, & futurum ratus, vt veluti Duces cum ducibus, ſimili fortuna Rex cum Rege congrederentur; moræ impatiens, quadrato in Amurathem agmine contendit intra munitiones ac vallum ſe cum Ianczaris ſe continentem, & Coruini conſiliorum, & monitorum immemor, vix cum equitibus ſeptuaginta per aditum intra caſtra irrumpens à Ianczaris equo ſuffoſſo captus, & interfectus, & quicunque caſtra cum eo inuaſerunt pari fato oppetierunt. Contra, docilitas Amurato initium victoriæ, cum enim eſſet in magnas redactus difficultates, conuocatis Ducibus præcipuis in medium, conſulere iubet Chaſanes Europæ Dux præliandum ſuadet. Id ex re eſſe negat Turachanes Theſſaliæ dux pugnamque diſſuadet. Ioſue Breneris egregij ducis voto placet bellum extrahi, monet enim is, vt anguſtias diligenter præcludant, & tamdiu ſedeant, cunctando tempus terentes, donec hoſtibus Pannonibus retrocedendi neceſſitas inijciatur: deinde cedentibus inſtandum eſſe vniuerſo equitatu in eos emiſſo. Acceptat Rex conſilium Breneris, atque ita paulò poſt euenit. Nam Pannones Turcis vias, & anguſtias obſidentes quo nihil commeatus hoſtibus aduehi poſſet fame coacti, neceſſariò pedem referre compulſi ſunt.

Bomfinius lib. 6. Docius 3.

Ex his iam facilè colligi poteſt, quantum valeat ab alijs libenter admoneri, & edoceri, hoc enim vnum eſt, ad quod Spiritus Sanctus doctrinam per os Salomonis promulgatam in Prouerbijs direxit, & ordinauit. *Ad ſciendam*, inquit, *Sapientiam, & diſciplinam, ad intelligenda verba prudentia, & ſuſcipiendam eruditionem doctrinę;* id eſt ad adipiſcendam docilitatem, vt alios libenter audiat, & ab alijs edoceatur, non ſolum ſapientibus atque peritis, qui arte ſapientiam aſſecuti ſunt, ſed etiam ab expertis, qui vſu eam acquiſiuerunt, quia *audiens ſapiens ſapientior erit*, mirum eſt quod ſubdit, *gubernacula poſſidebit*, id eſt, alijs gubernãdis, & adminiſtrãdis pręficietur, quia vitam ſuam, & aliorum prudenter moderabitur bonis conſilijs ad eum planè modũ, quo nauarchus clauo, aut funibus quibus vela expandunt, vel cõtrahunt nautæ, nauẽ gubernat. Nulli ergo alteri gubernacula cõmittenda Spiritus Sanctus putat niſi docilitate prędito,

Prou. 1. v. 2.

Prou. v. 5.

qui

Digitized by Google

qui enim aliorum conſilia ſpernit, clauum è manibus abijcit, ſicut ille alius de quo Salomon infra.

Prouerbior. 23. v. 34.

Et eris ſicut dormiens in medio mari, & ſicut ſopitus gubernator amiſſo clauo. Quid periculoſius nautis dormientibus in medio mari? quid peius nauclero clauum negligenter dirigente, quid item pernicioſius Rebuſpub. quàm ſi habeant Reges funes conſiliorum quibus nauis Reipublicæ regitur contemnentes? Itaque vt rem hanc cócludam duo ſunt quæ doctiſſimis etiam viris ante oculos ponéda puto. Primum eſt, vt alios audiát quique etiam eruditos, & inſipientes, quia ſæpe indoctus aſſequitur id, quod doctiſſimum fugit. Aliud eſt quia dum ſapiens humiliter alios docentes auſcultat, id obtinet animi ſui detectione, vt quæ aliàs non caperet intelligere incipiat. Vtrumque complexus eſt Hugo Victorinus his verbis.

Hugo Vict. lib. 3. Didaſcalion.

Ab omnibus libenter diſce quod tu neſcis. Quia humilitas commune tibi facit, quod cuique proprium fecit, ſapientior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere volueris. Qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores ſiût. Audi prętere a Chryſippú in prouerbijs.

Chriſippus.

Quod tu non noſti fortaſſis nouit aſellus.

Secundum in quo per Salomonem ſupra citatum conſiſtit prudentia eſt iudicium, quo iudicat homo, quodnã medium ſit magis opportunum ad aſſequendum finem, & quodnam ſit conſilium ſalubrius. Hoc prudentiæ munus eſſe ipſamet Diuina prudentia teſtatur.

Prouer. 8. v. 20.

In vijs inquit, *iuſtitiæ ambulo*: in medio ſemitarum iudicij. In vijs iuſtitiæ ambulat ſapientia cum in actionibus iuſtis atque pijs verſatur: in vijs iuſtitiæ ambulat cum virtutum (quæ in mediocritate conſiſtunt) medium tenet, & nec modicum quidem in extrema vitioſa deflectit: in vijs iuſtitię ambulat, cum iuſta, & opportuna media ad aſſequendum finẽ honeſtum excogitat: in vijs iuſtitiæ ambulat cum bonorũ conſilio inquirit media accommodata ad bonum, & honeſtum finem ſecundum tempus opportunum: nam conſilium, & actiones viri prudentis in primis ordinantur ad conſecutionem alicuius finis honeſti, & deinde ad inquiſitionem mediorum magis proportionatorum ad conſecutionem talis finis. Nõ ſine cauſa autem ait, ambulo. Nõ dicit, ſto, vel ſedeo, quia conſtituto fine ad quem tẽdimus obtinendum, voluntas mouet intellectũ, vt inueſtiget media ad illum aſſequendum idonea. Ideo neceſſe eſt, vt intellectus ambulet non pedibus corporis ſed cogitationibus mentis: nõ dicit etiam, curro, vel celeriter pergo, quia vt quis inueniat opportuna media ad finẽ requiritur maturus diſcurſus intellectus, & perſpicatio non præceps ingenij. Non debet tamen prudens ſe nimis detinere, & occupare in inquirendis medijs, ne pertranſeat occaſio exequendi id quod cõſultum eſt. Non etiam debent eſſe pręcipites prudentes in exequendo, aut eligendo aliquid, antequam de medijs rectum fiat conſilium, non debent eſſe nimis tardi, ne omittatur occaſio exequendi, tunc quando deliberatio durat, vt dictum eſt, nec nimis præcipites, ſed debent feſtinare lentè. Et ideo debent habere intellectũ, & maturum, & promptũ; ita vt promptitudo excitet maturitatem, ne nimis tardet, & maturitas temperet celeritatem, ne ſit nimis præceps.

Semitas iudicij ex vijs iuſtitię ingreditur Sapientia.

Ex vijs iuſtitiæ ingreditur ſapiẽtia ſemitas iudicij, quia poſt multa conſilia, & plurimas cogitationes, quas ſecum homo voluit ac verſat, meliores ſeligit, poſt plura media inuenta, iudicat quod medium ſit magis opportunum, in quo maximè conſiſtit prudentia: quia non ſatis eſſet viro prudenti inquirere multa media ad conſequendũ finem intentum; ſi tunc cum iudicandũ eſt de medijs, & eligendum eſt magis proportionatum, erraret. Inueniuntur quidam qui habent perſpicaſſimum intellectum ad inuenienda media, qui tamen in iudicio, electione, & determinatione illorum mediorum per quæ negocium perficiendum eſt, errant.

I

Prudentia eſt rerum diſcretio.

Non eſt, inquit Philoſophus, electio ſine prudentia, imo prudentia magis in electione, quàm in inuentione conſiſtit potius in iudicio quã conſilio: ita vt rectè dixerit Baſilius.

Baſilius.

Vera autem hominis conſulti prudentia diſcretio eſt rerum, quæ facienda ſunt, & non facienda, & ceu probus nummularius quod bonũ æs retinet, & ab omni mala ſpecie cauet. Eadem ſimilitudine vſus eſt Gregorius Nazianzenus ad declarandũ, quã tum valeat rectè iudicare, & diſcernere inter bonũ, & malum, quod proprium opus eſt prudẽtiæ.

Gregorius.

Nam ſicut, inquit, Nummularios ſonitu nummos experiri videmus, & examinare, an ſint ſolidi, & integri: ita ſonitu recti iudicij exploranda ſunt non ſolum conſilia, an ſolida, & recta an adulterina ſint, ſed omnes in vniuerſum actus virtutum, an probi, & honeſti ſint, recto iudicio vir prudens approbat, & exequitur, vel reprobat. Et hac ratione ſingulis virtutibus leges iuraque præſcribit. In hoc prudentię actu excellere debuit Meſſias in lege promiſſus.

Iſaiæ 1. v. 15.

Vt ſciat (inquit) *reprobare malum, & eligere bonum.* Ex hoc quoque vehementer commẽdatur Moyſes Dux populi Iſraelitici, de quo inquit Scriptura, quod

Ad Heb. 11. v. 25.

Elegit magis affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati gaudere iucunditate.

Sigiſmund.

Sigiſmundus I. Polonorum Rex, prudens ſicut in conſulendo, ita, & in iudicando, cum animaduerteret, cęteros Principes feralibus odijs, inter ſe digladiari, ac totũ pœnè orbem Chriſtianum plus quàm ciuilibus bellis ardere, omni honeſta ratione ſemper Turcicum bellum declinauit, & Ludouico fratris filio Vngarorum, & Bohemorum Regi ſedulo idem ſuaſit: non quod à pia contra Barbaros Chriſtiani nominis hoſtes, expeditione abhorreret; ſed quod ſuas illorumque vires iuſta lance metiretur. Sic enim iudicabat neque ſuum eſſe, neque vnius planè cuiusquam Principis, tam validum hoſtem, qui Aſiæ, Africæ, Europæque magnam partem ditione teneret, florentiſſimum Græcię Imperium euertiſſet, Caramanos, Silicas, Scyros, Ægyptios, & neſcio quas præterea gẽtes, vna æſtate ſubiugaſſet, denique latiſſimè dominanti Perſarum Regi grauis eſſet, rebellare, coniungenda eſſe Chriſtianis Principibus arma, ſi hoſte illum à ceruicibus ſuis vellent depellere. Hoc prudens iudicium noſtris temporibus ſecutus eſt Ladiſlaus Poloniæ Princeps anno 1621. Nam cum Turcarum Imperator in propria perſona, cum quingentis circiter millibus hominum, contra Regem, & Poloniæ Regnum pugnaturus in Vvalachiam veniſſet, vt tam immanem Chriſtianitatis hoſtem repelleret, Regnũ à cęde, & depopulatione liberaret. Ladiſlaus Princeps Dux Moſchouiæ electus, ſtrenuus, prudentia & magna animi fortitudine præditus, contra eum proceſſit: quem (licèt longè imparibus viribus) auxiliante Deo, non ſolum ab immanitate compeſcuit; ſed etiam è finibus Regni, rebus infectis excedere perpetuo eius opprobrio coegit; & quod maximum eſt ad tantam inediam exercitum eius redegerat, vt ipſe prior pacem poſtulare coactus eſſet. Maturo tamen iudicio tunc determinatum eſt, potius pacem cum tam potente hoſte acceptandam, quàm bellum continuandum eſſe.

Neque ſolum in rebus bellicis magno iudicio debet excellere Princeps, ſed etiam in rebus politicis, vt ſciat iudicare inter veras, & apparentes vtilitates, præſertim id notum ſit Principi neceſſe eſt, quod nihil eſt vtile, niſi ſit honeſtum, vbi vtile habet annexam turpitudinem, non eſt verè vtile. Hinc eſt, quod quando Athenienſes audierunt ab Ariſtide quod conſilium Themiſtoclis erat vtile, Ariſtides.
ſed non erat honeſtum, omnes vnanimiter exclamauerunt. Si non eſt honeſtum, non eſt & vtile. Deinde vt ſciat facere differentiam, inter negotia magna, & parui momenti, ne in paruis conſumat tempus. Differentiam quoque inter negotia quæ ipſe debet expedire, & quæ alijs debet committere, vt ſciat quale negotium, & cui perſonæ concredendum ſit: quia non omnes omnia decent, nec omnes quodlibet poſſunt, & ideo debet cognoſcere, & attendere ad qualitates perſonarum. Nam iuuenes ſunt audaces, ſenes maturi, diuites ambitioſi, cognoſcat igitur humorem, & phantaſiam nationum, quas gubernat: quia aliqui ſeuerè, aliqui benignè volunt gubernari, cum alijs familiariter debet Princeps agere cum alijs non item. Sic igitur maximè confert ad acquirendã prudentiam, rectè iudicare de conſultatis, quod eſt ſecundum munus prudentiæ.

Sed prudens executio, & eorum de quibus conſilium, & iudicium præuia intentione peractum eſt, applicatio ad opus quod eſt tertium prudentiæ officium, in quo tertio loco conſiſtit prudentia maximè perficit hominem prudentem. Nam ille, qui inueniret conſulendo viam

Digitized by Google

ad finem moralis virtutis, & benè iudicaret, nō eſſet prudens, niſi applicaret ad opus; hanc autem applicationem non poteſt facere intellectus per prudentiam, niſi motus à voluntate rectà, vnde hæc applicatio eſt, & ipſius voluntatis mouentis, & etiam rationis per prudentiam conſiderantis, qualiter, & quo tempore applicatio prædicta facienda ſit. Debet igitur Princeps, & vir prudens in executione conſiderare tempus opportunum, in aliquibus enim mora nocet, vt in negotio belli, in negotio ſoluendi ſtipendij militibus, & negotijs ad Rempublicam pertinentibus. Vnde rectè dixit quidam. Antequam incipias conſulito, vbi conſulueris maturè facto opus eſt. Refert Suetonius quod Imperator Octauianus dicere ſolebat. Feſtina lentè. In aliquibus celeritas nocet, mora eſt vtilis, quando nimenti damus expectandum tempus, vt interim prouideatur, huc pertinet diſſimulare ad tempus, & præſertim in rebus arduis, eas non ſimul exequi. Maximè autē in executione aduertere debet Princeps, & vir prudens, ne id, quod exequendum eſt, contra leges, & conſuetudines ſit antiquas, id enim vel maximè præ oculis ipſi habendum eſt, ne facilè mutet res antiquas, nec introducat nouas, niſi prius rumorem ſpargat de introducendis, vt videat ſi vulgus approbat, vel reprobat, atque ita opinionem bonitatis, & prudentiæ ſibi conciliet. Iudicium malorum, & detractionem nihil curet, quia melius eſt æſtimari à bonis, quàm odiri a malis. Hæc ſi obſeruauerit in prudentiſſimū euadet. Præter hanc publicam prudentiam Principum, & perſonarum eminentium quæ & videtur, & eſt prudētia: eſt quoque alia, quę non videtur eſſe prudentia, & eſt, quæ eſt prudentia ſolum in oculis diuinis. Talis prudentia eſt in ijs, qui contemnunt bona temporalia, nimirùm, in perſonis religioſis, qui ſpretis pompis, & dignitatibus huius ſęculi, in paupertate, & humilitate prudentiam increatam Chriſtum imitantur. Hæc in oculis mundi, non videtur eſſe prudentia, non ſolùm propterea, quia eſt cōtraria prudentiæ mundanæ, ſed quia eſt proprius prudentiæ actus; quia intellectus practici eſt præcipere, imperare, qđ longè eſt ab illis, quibus ex vi ſtatus competit ſubeſſe. Ideò quantum auctoritas præcipiendi ab illis abeſt, tātum prudentiæ vſura videtur abeſſe. Non omninò tamen abeſt: nam in eum finem omnia dirigunt, vt pars ſuperior hominis imperet portioni inferiori; & præſcriptionibus rationis, iuxta Dei præceptum eam moderetur. Deindè an non tutiſſima pars prudentiæ quadrat illis, qui in vera obediētia collocantur? cui dum nauant operam, fieri nequit, vt imprudentes ſint cum Dei conſilio regantur. Præterea ſolicitudo, & diligentia prudentiæ comes quę, & obedientiam, & alias virtutes afficere debet, vniuerſis IESV CHRISTI famulis peculiariter competit, quæ id efficit, vt æquali tempore alter altero decuplo ſanctior ſit. Iā verò innocentiæ virtus eis competit, quæ vt Peripatetici aſſerunt eſt habitus animi ita informatus, vt noceat nemini, cautio quę in eo conſiſtit, vt aditus nocendi obſtruat, & occaſiones damnum inferendi hoſti præripiat, nonne iſta omnia ad prudentiam pertinent? Hæ autem ſunt virtutes propriæ eorum qui in ſchola virtutum illud vnum addiſcere cōtendunt, vt nulli noceant, & nullus quoque eis nocere poſſit. Signum ergo eſt quod non ſolum illi, qui regunt, & imperant, ſed illi quoque qui ſubſunt, & obediunt hac virtute præditi eſſe debent.

Salluſt. in proem. in Catil.

Suetonius in vita Augusti.

K

Prudentia Apoſtolica, quæ non videtur eſſe prudentia, verè tamen eſt perfecta.

Hac prudentia ornatos voluit eſſe Chriſtus Dominus, Princeps Eccleſiæ, Apoſtolos: cum enim per rudes, & ſimplices piſcatores vellet totum mundum conuertere, & hūc varijs criminibus oppreſſum, quod iudicio humano planè impoſſibile videbatur, ſic eos allocutum fuiſſe legimus. *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*, permanete in veſtra innocentia, ſimplicitate, bonitate, & ſinceritate, quia talis ſimplicitas eſt laudabilis, per quam Deum, & bonitatem ac ſimplicitatem eius imitabimini. Et quia prudentia carnis dominatur mundo, hęc per prudentiam Dei vobis vincenda eſt, *Deus* (vt inquit Iob) *apprehendit Sapientes in aſtutia eorum, & prauorum diſſipat cogitationes*, ſeu vt alia litera habet, malignorū; aut vt alij habent, verſutorum hominum, & aſtutorum; ſeu qui ſunt duplici corde, de quibus inquit Eccleſiaſtes, *Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, terram ingredienti duabus vijs.* Cū ergò cum his vobis bellum ſit ineundum, vt telas eorum quas ordiri cęperant diſſoluatis, non ſufficit ſimplicitas. Sancta Ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt, inquit D. Hieronymus. Vos autem toti mundo prodeſſe debetis, ideò eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. Ex morſu venenoſi ſerpētis omnia mala, & peccata in genus humanum effluxerunt, ideò ex venenis ſalubre medicamentum contra virus vitiorū, & morſum venenoſi ſerpentis conficere debetis, compoſitio huius theriacæ debet eſſe, ex ſimplicitate columbina, & ſagacitate, ſeu induſtria ſerpentina, hic finis veſtræ prudentiæ erit, vt nullum decipiatis, nulli noceatis, quod efficiet ſimplicitas, vt etiam non aliquis vobis noceat, & hoc efficiet induſtria, ſeu ſagacitas. Vt autem doctrinam hanc magis cordibus eorum infigeret, etiam exemplis ipſos inſtruere voluit. Vnde quando eum aſtutè interrogabant Phariſæi, an liceat dari tributum Cæſari? adeò ſagaciter eos confudit, vt iiſdem quibus eum aggreſſi ſunt, ipſos deiecerit. *Reddite* (inquit) *quę ſunt Cæſaris Cęſari, & quę ſunt Dei Deo*. Similiter cum aſtutia ſerpentis infernalis armati interrogabant eum, qualiter caſtiganda eſſet mulier adultera? ſic apud ſe cogitantes, ſi iubebit eam dimittere, tanquam tranſgreſſor legis habebitur, ſi verò eam caſtigare iuxta leges iuſſerit, crudelis reputabitur. Sed vicit peſtiferum venenum theriaca Chriſti Domini ex ſimplicitate, & induſtria, ſeu cautione mixta, dixit enim ipſis. *Qui ex vobis ſinè peccato eſt primus in illam lapidem mittat*, & cępit ſcribere digito in terra, vt ſic confuſi vnus poſt alterum exirent, ipſe verò mulierem, quæ magis mobilitate animi, quam malitia peccauerat eliberaret. Quod autem olim Chriſtus Dominus Apoſtolis locutus eſt, hoc nobis hodiè loqui videtur, vt ipſum, & Apoſtolos in prudētia hac imitemur, vt ſagaciter aduertamus ne aliquis nos decipiat. Totus mundus videtur velle nos aſtutè decipere. Sunt in hoc archipelago mutabili Sirenes incantatrices, quæ iter æternitatis impediunt, & faſcinationibus ſuis occupant; perſuadent ſalutem corporis perpetuam, perſuadent mundi viatoribus: quod non tanget illos infirmitas aut tormētum mortis: quod non deficient dies boni; quia abundātia, & deliciæ conſeruant ſanitatē. Quod ſi infirmitas moleſtet, ſi adſint diuitiæ facile eſt remedium, quia pecuniæ obediunt omnia, igitur ſunt congregandæ. Perſuadent tādem quòd fauor hominum ſemper auxiliabitur, quòd Deus creauit mundum, vt homo vtatur ipſo, edendo, bibēdo, pomposè ſe veſtiēdo, quòd non ſit futurum iudicium, quod Deus non exquiret à nobis rationem factorū, quòd actiones noſtras non conſiderat. Sic nos inimici fortiſſimi, & aſtuti impugnando partim blanditijs alliciunt ad amorem vanitatum huius ſæculi, & obliuionem æternæ beatitudinis, partim terroribus, & minis deterrēdo à bonis propoſitis, ab exercitijs ſanctis proponendo difficultates in Dei ſeruitio, imbecillitatem propriarum virium, impoſſibilitatem obſeruandi leges diuinas, & vota. Iſti ſunt inimici animæ, qui non ſolùm gradiuntur ſuper terram, ſed etiam per aera volant; ſunt inimici inuiſibiles aerei, proindè contra ipſos opus eſt magna prudentia. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed contra ſpirituales nequitias in cęleſtibus*. Si enim in diſponendis, & acquirendis bonis temporalibus, mobilibus, & mutabilibus requiritur magna prudentia, quantò magis in acquirendis bonis æternis, immobilibus? Ad gubernandos ciues, & ſubijciendos populos neceſſaria eſt prudentia politica, quanto magis ad gubernandos ſenſus, & ſubijciendos rationi, & legi diuinæ requiritur prudentia Chriſtiana?

Math. 10. v. 15.

Iob 5. v. 13.

Eccl. 2. v. 14

Prouerb. 2.

D. Hieron.

Matth. 22. v. 22.

Ioan. 8. v. 8.

Ad Eph. 6. v. 12.

Ad conſeruanda Regna, Prouincias, & communitates in pace, & quiete, ad reſiſtendum inimicis, ad acquirendos, & ordinandos exercitus contra Turcam, Tartaros, aliosque hoſtes, requiritur prudentia politica, quantò magis requiritur prudentia Chriſtiana, vt de inimicis animæ reportemus victoriam, & regno animæ noſtrę quietem æternam acquiramus? Magna hic profectò requiritur dexteritas, vigilantia, & ſagacitas ſerpentina, obturandæ ſunt aures animæ, exemplo ſerpentum, ne nos decipiant incantationes Sirenum huius mundi, quia hic eſt

finis

finis prudentiæ, hoc eſt caput, & principale interiorum, prudentiæ Chriſtianæ, & prudentiæ increatæ Chriſti Domini, vt nullus nos decipiat, nec aliquem decipiamus. Hæc cæleſtis prudentia, quæ non videtur eſſe prudentia, ſed eſt, quia eſt prudentia in oculis Diuinis, licet non videatur eſſe prudentia in oculis mundi, hæc inquam prudentia, ſicut, & illa politica, quæ videtur eſſe prudentia, & eſt, de qua modò locuti ſumus, ſimiliter in tribus conſiſtit, in cōſilio, iudicio, & executione. Nam quemadmodum politica prudentia fundatur in conſilio, ita & illa quæ eſt donū Spiritus Sancti, licet differenter, nam conſilium prudentię politicæ dirigit in neceſſarijs, conſilium doni in arduis, cōſilium prudentiæ politicæ dirigit ſecundum regulam iuris naturalis, conſilium autem, vt eſt actus doni conſilij, dirigit ſecundum regulam iuris Diuini. Non ſunt ergo ſpernenda diuina conſilia, niſi indociles eſſe velimus. Conſuluit Chriſtus vitam perfectiorem, conſoluit paupertatem, obedientiam, caſtitatem, conſuluit Chriſtus imitationem ſui. Si itaque prudētes eſſe volumus Chriſti conſilium acceptemus. Conſulit mundus, conſulit dæmon, conſulit caro, ſed hæc peſſima ſunt conſilia, ſtultum conſilium conſultori peſſimum, & quis magis deluſus ſuo conſilio, quàm Diabolus? qui cupiens Chriſtum extinguere Tyrrannidis ſuæ iure ſe priuauit, ac laqueo quem Domino parauerat ipſe captus eſt; quis magis deluſus ſuo conſilio, quàm Pharao? qui volens delere populum Hebreorum, in medijs vndis maris ſubmerſus eſt? quis magis deluſus proprio conſilio, ſicut Iudæi? qui aſtutis contra Chriſtum machinationibus interierunt. Hæc & ſimilia conſilia non ſunt

L. In tribus Prudentia conſiſtit.

Gen.4. v.7. audienda. Conſilia autem Dei dicentis. *Subter te erit appetitus tuus.* Conſilia Chriſti dicentis. *Qui odit animam*
Io.12.v.25. *ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam*, hęc inquam conſilia audienda ſunt, quia in his conſiſtit prudentia Chriſtiana, conſiſtit præterea prudentia Chriſtiana in iudicio. Poteſt autē homo iudicare vel ſe ipſum, vel alios. Cum enim iudicat an opera ſua ſint bona, & ad vitā ęternam ordinentur, an verò mala, tunc ſe ipſum iudicat. Et quemadmodum in iudicando alios, tres perſonę ad eſſentiam iudicij neceſſariæ ſunt, Reus, Actor, & Iudex: ita cū homo iudicat ſe ipſum, & opera ſua, ſpeciem harum perſonarum aſſumat neceſſe eſt. Recognoſcat ſe reum, & ſe ipſum iudicet, ut iudicium Diuinum euadat. Iudicet quid magis proficiat ſaluti animæ, an temporalibus inhærere, an ad cœleſtia aſpirare, an corpori indulgere, an verò animam in vitam immortalem dirigere. Non eſt inquit Ari-
5. Æthicor. ſtoteles, iudicium aliud, niſi electio appetitus præconſiliati. Qui ergo prudens eſt eligat, quod à Chriſto præconſiliatum eſt.

Tertium itaque in quo conſiſtit prudētia, eſt executio, quæ conſiſtit in eo vt homo diligēter, & celeriter exequatur, quod Chriſtus conſuluit, & rectum iudicauit. Certè diligentia, alacritas, celeritas, & agilitas virtutes ſunt, quæ ad tertium prudentiæ officium, nempè ad executionē pertinent, & in his Angelicos Spiritus imitantur, his ſingularem ſupremo totius mundi Imperator, aſſerimus lętitiā, cui nihil delectabilius eſſe poteſt, quam cum intuetur ſtrenuos milites expeditè ſe armis Spiritualibus exercētes. Plures inueniuntur, qui dociles ſunt, vtpotè qui facilè conſiliū Chriſti recipiunt, qui in iudicando excellunt, recta ab ineptis conſilia diſcernunt: qui tamen non exequuntur, quod rectum iudicarunt, verè prudentes nō ſunt: quia in his tribus perfecta prudentia cōſiſtit, in Cōſilio, Iudicio, & Executione. Hæc prudentia incipit à memoria, augetur intelligentia, perficitur prouidētia, quæ pertinent ad partes integrales prudentiæ. Indè initium ſumpſit Dauidica pru-
Pſ.76.v.6. dentia. *Cogitaui* (inquit) *dies antiquos, & annos æternos in mente habui, & ideo ſcopebam Spiritum meum*. id eſt ad ſcopum, & finem in quem creatus ſum redigebam, vel ſcopebam, id eſt ſcopis purgabam, ſcopis contritionis, & doloris, conſcientiam emundabam, lachrymis abluebam. Hanc memoriam inimicus animæ ſi non tollere, ſaltem obfuſcare ſemper contendebat: ſciebat ſapiens autem, quòd inter cætera initium omnis prudentiæ eſt memoria
Eccl.7.v.40 mortis. *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*. Augetur prætereà prudentia per intelligētiam iuxta illud. Perfecta prudentia eſt præterita mala plangere, pręſentia ordinare, ac nouiſſima prouidere. Et certè magna prudentia eſt intelligere, quòd omnia præſentis vitæ bona, ſicut vmbra pertranſeunt, & volat irreuocabile tempus. Prouidentia intelligentiæ finitima eſt, quę eſt vis quędam animi, per quam futurum aliquod antequam factū ſit præuidemus. Hæc in omnibus actionibus, ſiuè bellicis, ſiuè politicis, multū neceſſaria eſt; vndè & propterea prudentia diuinatio quædam nonnunquam dicitur. Propter hoc inſuper prudentia dicitur eſſe Minerua illa, quam Iouis vertice natam eſſe Poetæ, non ſinè ratione fabulātur; oſtendunt enim ipſam à mente quæ in nobis diuina eſt manare; per quam omnia circumſpicere debemus, & in omnes partes oculos intentos habere. Hinc etiam prudēs nomen accepit, dicitur enim prudens quaſi procul videns, & omnia antequam eueniant diligenter proſpiciens. Recordari ergo debet prudens, ſe eſſe ſpeculum, ſeu oculum in ſceptro, ſe eſſe lucernam in turri ſupra mare, prouidere debet tempore pacis, quæ ſunt pro bello ſi contigerit neceſſaria, vt abundantia frumenti &c. perfectior ſiquidem eſt medicus, qui præuidet futuram infirmitatē, quàm qui medetur præſenti. Quòd ſi in rebus temporalibus adeò prouidentia eſt neceſſaria, quantò magis in materia ſalutis noſtræ? Ideò exhortatur nos regius Pſaltes, vt maturè prouideamus, qualiter antè tribunal æterni Iudicis nos præſentabimus. *Homo* (inquit) *cum interierit non ſumet* Pſ.48. v.18.
omnia, quia non accipiet diuitias dignitates, honores, voluptates, non dicit tamen nihil ſumet; quia opera illorum ſequuntur illos, ſequuntur tanquam procuratores, qui ante tribunal Dei deſcendunt reos, ſequuntur tanquam veſtes, & ornamenta animæ, ſequuntur tāquam merita pro quibus iuſtus iudex retribuet præmia. Hæc ergo ſolerter prouidenda ſunt.

M. Primū prudentię effectus.

Ex hoc igitur limpidiſſimo fonte virtutū, ſcilicet à prudentia tali qualis deſcripta eſt, oritur timor Domini. Initium Sapientiæ timor Domini, timor iudicij Diuini. Hic eſt primus, & præcipuus, illius ſplendidiſsimis planetæ virtutum prudentiæ radius, qui eſt tanquam ſol virtutum, timor Domini. Hic eſt fertiliſſimæ arboris primus, & ſingularis ramuſculus. Timorem pœnæ ſtatutæ pro peccatis
eſſe primam virtutum prolem inquit Richardus, prima Rich. de S.
proles, primus ramuſculus, primus radius Solis, primus vir Vict. in Be-
tutum effectus, quia; Initium Sapientiæ timor Domini. niam. c.8.
Plures cauſæ aſsignari poſſunt, quare timor Domini initium Sapientiæ dicitur à Salomone. Sapientia cum ingre-
ditur cor hominis, ingreditur, inquit Bernardus, pede dex Bernard. in
tro, & ſiniſtro, timore, & amore. Timore tanquam pede ſerm. de Iu-
ſiniſtro, ſi quis aliquod hypocauſtum vno pede ingrede- dicio.
retur imperfectè ingrederetur. Cum ergo cor hominis timore Dei percutitur, tunc Sapientia pede ſiniſtro ingreditur imperfectè, & initiatiuè, ſeu diſpoſitiuè, diſponit enim cor hominis, vt per amorem perfectè in cubiculum cordis ſui ſe recipiat. Et ideò initium Sapientiæ timor Domini, vel certè initium Sapiētiæ timor Domini, quia timor Dei eſt præparatio ſedis, & maieſtatis diuinæ in corde hominis. Cum aliqua perſona excellens, vult adeſſe prædicationi, lectioni, conſilijs &c. antequam accedat ad locum determinatum, videmus quòd pro illis præparantur ſedilia, & hoc eſt euidens ſignum cum ſedes deportantur, quòd
iam ad audiendum ſermonē accedant. *Iuſtitia* (inquit) Pſ.88.v.15.
Dauid, & iudicium pręparatio ſedis tuę. Timor Diuini iudicij ex quo prouenit, vt homo ſeipſum, vitam, opera, & cunctas actiones examinet, & iudicet, vindicet, & puniat, ne à ſuperueniente iudice ſeuerè corripiatur. Implorat cū
Dauide miſericordiam dicēdo. *Non in ira tua arguas me,* Pſ.6. v.1.
ſed in tempore miſericordiæ corripias me, ſe ipſum humi-
liat dicendo cum Iob. *Contra folium quod vento rapitur* Iob13.v.25
oſtendis potentiam tuam. Hac ratione præparat ſedem Sapientiæ in corde ſuo, dum, & delicta ſua agnoſcit, & iudicem vindicem deprecatur. Et ideò initium ſapientiæ timor Domini. Vel initium ſapientiæ timor Domini, quia timor eſt cuſtos ianuę cordis, qui introducit Sapiētiam ad habitaculū cordis humani, vt ſtatim dicetur. Vel denique. Initium ſapientiæ eſt timor Domini, quia eſt primus effectus huius lucidiſsimi planetæ virtutum prudentiæ.

Digitized by Google

Primum enim, quod docet prudentia eſt formidare. Auguſt. in ſerm. SS. Innocen. Vnde D. Aug. de innocentibus inquit, quia nec dum formidare didicerant, tanquã incapaces prudentiæ. Sed multiplex eſt timor. Timor humanus, timor ſeruilis, timor initialis, & filialis, ſeu caſtus. S. Thom. in Epiſ. ad Roman. c. 8. Timor humanus eſt, cum quis timet aduerſa, & ea quæ nocent corpori, hic ſi benè circũſtantionatus eſt, non eſt malus. Nã aſſumptus fuit à Chriſto Domino, & à prudẽtia procedit. Prudentis n. eſt timere quid, & quando timendum eſt. Quod ſi inordinatus ſit, vt ſi propter illum poſtponatur Dei honor, tunc malus, & Matth. 10. v. 28. cauendus eſt, vt hortatur Chriſtus diſcipulos ſuos. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, ſed eum qui poteſt animam perdere in gehennã.* Timor ſeruilis, & initialis eſt, quo quis timet nociua animę, vt cum quis timet pęnas inferni. longè tamen diuerſo reſpectu timor ſeruilis, & initialis timet nociua animæ, nam ſeruilis præciſè cauet peccatum propter pœnam, initialis autem, cauet culpam, & propter pęnam, & propter honorem Dei, quia culpa ſeparat hominẽ à Deo, qui eſt bonum perfectum animæ, vterque eſt donũ Spiritus Sancti, diuerſimodè tamen. Nam timor ſeruilis, quantum ad id eſt donum Spiritus Sãcti, quod in ipſo dicit perfectionem, nempè quia cauet culpam, non autem quantum ad defectum, nimirùm quia non cauet peccatũ propter Dei honorem ſed propter pœnam. Timor autem initialis eſt perfectè donum Spiritus Sancti. Timor ſeruilis reſultat in honorem, & gloriam Dei, timor autem initialis & reſultat in honorem Dei, & eſt propter honorem Dei, ſunt iſti duo timores duo cuſtodes, & ianitores cordis humani quod ingreditur Deus. Iuxta illud Eccleſiaſti- Eccl. 1. v. 18 ci. *Timor Domini cuſtodit cor.* Sed vnus eſt cuſtos pictus, & alter viuus, videmus communiter quod ad fores Regij Palatij, aut alicuius Principis, depinguntur quædam perſonæ feroces, & aſpectu terribiles, cum lãceis, & bombardis, qui videntur deterrere omnes ab ingreſſu in palatiũ, quod ſi aliquis ingrediatur nihil nocent, & ingreſſum non prohibent, per oppoſitum ſunt alij cuſtodes, & viui ianitores palatij qui ſunt perſonæ honeſtæ, & affabiles, qui non terrent ingredientes, ſed non permittunt ingredi inimicos Principis. Timor ſeruilis eſt ianitor cordis pictus, qui terret quidem per conſiderationem pœnarum inferni, ne peccata ingrediantur palatium Dei, quod eſt cor hominis, non prohibet tamen efficaciter. Timor initialis eſt ianitor viuus, qui propter amorem, & honorem Principis, nullo modo permittit peccata ingredi cor humanũ, vterque tamen eſt effectus Sapientiæ, de vtroque etenim in- Pſ. 110. telligitur illud. *Initium ſapientię timor Domini.* Timor filialis, ſeu caſtus, timor Sanctus de quo Pſalmiſta. *Timor* Pſ. 58. v. 10. *Domini Sanctus permanens in ſæculum ſęculi.* Et Diuus Rom. 8. v. 15. Paulus. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum.* Eſt hic timor filiorum Dei, Sãctorum Angelorum, & Beatorum Spirituum, de quo canit Eccleſia in Miſſa. Tremunt poteſtates, cæli, cælorumque virtutes, ac beata Seraphin. Et in hodierno Euangelio dicitur, *virtutes cęlorum mouebũtur*, id eſt Angeli, & beati Spiritus timebunt, non timore pœnæ ne condemnentur, ſed timore reuerẽtiæ, ſicut timet filius patrem, cum iratus, & indignatione plenus caſtigat ſeruum. Huius timoris initium eſt Sapientia cum perfecta 1. Io. 4. v. 17. charitate de qua inquit D. Ioan. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Hæ ſunt quatuor columnæ, in quibus ædificat domum altiſſimo Sapientia, vt inquit Eccleſiaſtes. *Si* Eccl. 27. v. 4 *non timore Domini teneris citò ſubuertetur domus tua.* In his quatuor columnis ædificauerat olim Deus domum innocẽtiæ in paradiſo. Quam enim ob cauſam prohibuerat ſub pœna mortis, ne comederent de arbore ſcientiæ boni, & mali, niſi vt timerent? In his columnis, & in hodierno Euangelio ędificat domum ſalutis noſtrę prudẽtia increa- Philip. 2. v. 12. ta Chriſtus. *Nam in quem finem alium proponit terribile iudicium*, terribilia ſigna, maieſtatem iudicis, niſi vt prudenter prouideamus. quid nobiſcum futurum ſit? vt interim *cum metu, & timore operemur ſalutem noſtram*, ac tandẽ audire mereamur. Leuate capita veſtra, ecce appropinquat redemptio veſtra ſalus veſtra, beatitudo veſtra, quã nobis tribuat, qui viuit, & regnat in ſęcula ſęculorũ. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ Primæ Aduentus.

De Reprobatione, & ſignis reprobationis.

Erunt ſigna in Sole, & Luna. Luc. 21. v. 25
Cor ſapientis in dextera illius, cor autem ſtulti in ſiniſtra illius. Eccl. 10. v. 2.

QVI rectè prædictum ænigma, quod Spiritus Sanctus per os Eccleſiaſtici locutus eſt, perpẽderit, facilè aduertet, aliter intelligendum eſſe, quàm verba ſonant, quis enim vidit tantam variationem ſitus cordis iuſtorum, & peccatorum, ſapientum & ſtultorum? Anatomia docet, cor habere ſedẽ, non ad latus, nec ad partem dextram, nec ſiniſtram, ſed in medio corporis, licet pulſus procedentes à corde non obſcurè inſinuent, cor ſedem ſuam in parte ſiniſtra collocaſſe, quòd ſi, verum eſſet, quomodo ſapientes, & iuſti in dextera cor habent? alia verborum prædictorum intelligentia quærenda eſt: doctrina Chriſti eſt, quòd poſtquã Chriſtus ad iudicium venerit in maieſtate cum Angelis ſuis. ſapientes, & iuſti in parte dextera collocabuntur, ſtulti, & peccatores in parte ſiniſtra, in parte dextera prædeſtinati, in parte ſiniſtra reprobi, *ſegregabit enim oues ab hę-* Matth. 25. v. 33.
dis. Dextera eſt mons benedictionis, ſiniſtra eſt mons maledictionis. Quando filij Iſrael pergebant ad occupandã terram promiſſionis, diuiſi in duas partes aſcenderunt in duos montes, in montem Garizim, & mõtem Eba, in mõ- Deutor. 11.
te Garizim benedicebant cuſtodientes mandata Domini, longiſſimam pronunciantes benedictionum Litanias in eos, qui obſeruauerint leges Domini, in alio autem mõte maledicebant tranſgreſſoribus, longiſſimam excommunicationum fulminando ſententiam, indè poſtea vnus mons dictus fuit benedictionis, alter maledictionis; ſic in extremo iudicio pars dextera eſt mons benedictionis: quãtas benedictiones poſiti in parte dextera lętiſſimè pronũciabunt? quid enim aliud in parte dextra audietur niſi benedictio? quid aliud dicere poſſunt benedicti in dextera parte, niſi infinitas benedictiones? benedictus (dicent) ſit Deus Pater, qui nos creauit, benedictus ſit Dei Filius, qui nos redemit, pretioſiſſimo ſanguine ſuo; benedictus ſit Spiritus Sanctus, qui nobis auxiliatus eſt, & in terram rectam deduxit, fouit, illuminauit, fide, & Religione illuſtrauit; benedicta ſit Sanctiſſima Virgo, quæ pro me interceſſit; benedicti ſint Angeli Dei, qui me cuſtodierunt, defenderunt; benedicti ſint parentes, qui me genuerunt, educarunt, &c. Benedicti ſint magiſtri, qui me in viam mandatorum Dei direxerunt, & neceſſaria ad ſalutem propoſuerunt; benedicta ſint ieiunia, mortificationes. Per oppoſitum in parte ſiniſtra, quid aliud miſeri peccatores dicent, niſi maledictiones? horrenda, & lamentabili voce dicent; Væ nobis: maledictus ſit dies, in quo nati ſumus; maledicta ſit terra, quæ nos ſuſcepit; maledicti parentes; maledicti adulatores; maledicti, qui nobis occaſio peccandi fuerunt, &c. Vtriuſque partis dexteræ, & ſiniſtræ in eo conuenientia eſt, quia vbique æternitas, ſed in eo differũt, quòd in parte dextera, in æternum benedictiones durabunt, quamdiu Deus erit Deus, in parte autẽ ſiniſtra erũt maledictiones in æternum. Cor igitur ſapientis in dextera eius, deſideria, inclinationes, & omnis cogitatio eius eo diriguntur, vt ſit in parte dextera, vt ſit in monte benedictionis, vbi enim eſt gloria, & benedictio quàm exoptat, ibi, & cor eius. Cor autem ſtulti in parte ſiniſtra, cor ſapiẽtis vbi prædeſtinatio, cor ſtulti vbi reprobatio. Quoniam autem Saluator noſter Ieſus Chriſtus, tanquam verus Dei Filius, omnia in verbo præcognouit, & præuidit noſtra mala, noſtra peccata, noſtras negligentias, noſtrum erga

mundum

mundum tantum affectum, vt iam homo in tĕporalibus, & mundanis abſorptus eſſe videatur, vt nihil cogitet de Deo, non recordetur ſalutis animæ ſuæ, nõ anhelet ad ſupernam patriam: Ideo tanquam bonus magiſter volens animum noſtrum ad cęleſtia, ab his inferioribus abſtrahere, volens nos ad dexteram inter prædeſtinatos, non ad ſiniſtram, inter reprobos collocare, hortatur nos ne affectus noſtros in hoc mundo immergamus, quia cælum, & terra tranſibunt, quia firma non ſunt, omnia prætereunt, pręter amare Deum, proponit antè oculos noſtros verba, quæ animis noſtris ſummum terrorem incutiunt. *Erunt ſigna in Sole*, &c. vt ſic ſaltem terror tremendi iudicij aduocet nos à peſſima peccandi conſuetudine, & à ſiniſtra reprobationis; certè nihil ita homo timere debet, quàm reprobari, & æternaliter puniri, nihil illum ita deterrere, & à peccatis amouere poteſt, ſicut hoc ne in iudicio, quando erunt ſigna in Sole, & Luna, quando ſapientes, & ſtulti, pauperes, & diuites portabunt ſigna omnibus euidentia ſuæ prudentiæ, & ſtultitiæ, in ſiniſtra collocari, & reprobari. Ideò de reprobatione erit hæc inſtitutio, vt ſaltem timore reprobationis perterriti Deo melius ſeruiamus.

C

Apoc. 21. v. 15. Mirabile eſt, quod refert D. Ioannes in Apocalypſi: ait enim, quòd Angelus, qui loquebatur cũ illo habebat mẽſuram arũdineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum, & menſus eſt de arundine aurea, & tandem inquit. *Menſura hominis, quę eſt Angeli.* Quomodo fieri poteſt, quòd eadem ſit menſura hominum, & Angelorum? in quo conſiſtit hæc æqualitas? quidam doctor dicit, quòd in eo, quia tot ſunt Angeli Sancti, quot homines beati: alius dicit hanc æqualitatem in eo conſiſtere, quòd quantus fuit numerus Angelorum, qui ceciderunt, tantus eſt numerus beatorum, qui ad reparandos choros vndè illi ceciderunt, à Deo præordinati, & determinati ſunt: ſed quis numerare poteſt multitudinem hominum beatorum, & Angelorum, vt æqualitatem hanc aſſequatur?

Apot. 7. Siquidem inquit D. Ioannes; quòd multitudo illorũ eſt tanta, quam dinumerare nemo poterat; & Propheta,

Pſ. 86. v. 6. inquit, quòd ſolus Deus ſcit numerum illorum, *Dominus* (inquit) *narrauit in ſcripturis* &c. quomodo ergo menſura hominis, quæ eſt Angeli? nam ſi intellectum Angelicum conſideramus, magna eſt differentia inter Angelũ, & hominem, quia Angeli cum ſint intelligentiæ debent habere in ſe, & ex ſe principium adæquatum ad intelligẽdum, & per conſequens ſpecies intelligibiles innatas, & ſibi

D. Thom. connaturales, reſpectu omnium, ſecundum D. Thomã, & reſpectu vniuerſalium, & reſpectu particularium, & ſecundum Scotum reſpectu vniuerſalium, nam a ſingularibus obiectis poteſt ſecundum Scotum abſtrahere ſpecies intelligibiles, intellectus autem humanus intelligit per ſpecies acquiſitas, & ideò differunt in principio intelligendi; In modo etiam cognoſcendi differũt, quia Angeli cognoſcunt plura ſimul æquè, perfectè, per ſpeciem plura repræſentantem, homines non; Angeli non acquirunt ſciẽtiã ſucceſſione, ſed ſimul omnem ſcientiam, quam habent, habuerunt; homines magno labore, & ſucceſſiuè ſciẽtias acquirunt; Angeli nõ poſſunt obliuiſci eorum, quæ ſemel ſciunt, nec plus, nec minus ſcire poſſunt, quã à principio, homines non item, Angeli habent cognitionem matutinam, & veſpertinam, quia cognoſcunt res, & in verbo, & in propria natura; homines veſpertinam tantum. Quo ad voluntatem etiam multæ differunt Angeli, & homines, quia Angelorum voluntas eſt immutabilis, ita quod non poſſunt velle amare, aut odire, niſi quod ſemel, aut amarunt, aut oderunt, nam Angeli mali ſunt obſtinati in malo, & ſuperbia eorum aſcendit ſemper, vndè nunquam de nouo peccant, ſed ſemper ſunt in peccato, in quod ceciderunt; Angeli verò boni ſunt cõfirmati in gratia, & in amore Dei, quo magis amant Deum, quàm ſeipſos, ſicut pars magis amat totum, quàm ſeipſam: Angeli quoque boni nõ poſſunt magis, vel minùs amare Deum, niſi vt in principio; hominum autem voluntas eſt mutabilis; poſſunt amare, & non amare Deum, magis vel minùs amare, pro libertate arbitrij. Differunt etiam in recipiendo gratiam, & donis ſupernaturalibus, quia Angeli acceperunt gratiam priuilegia, auxilia conformiter ad naturam illorum, ita quòd quantò Angelus eſt nobilior, tantò meliorem gratiã donorum ſupernaturalium à Deo accepit, cuius menſura, latitudo, longitudo eſt ſecundum qualitatem naturæ, homines autem acceperunt gratiam, & dona ſupernaturalia conformiter ad voluntatem Dei, qui multoties, in inferioribus ſecundum intellectum, volũtatem, maiorem cõfert gratiam, priuilegia, auxilia; in cauſa eſt, inflexibilitas naturæ Angelicæ ſaltem extrinſeca, & mutabilitas naturæ humanæ: ſunt Angeli, ſicut adamantes; homines ſicut lapides ſimplices. Si quis vellet. v. g. ædificare turrim ea lapidibus ſimplicibus, & alicui lapidi ſit locus improportionatus, vtpote minor, tunc ſcindit, & diuidit lapidem, & ſic accomodat lapidem loco; ſi autem quis vellet ædificare turrim ea adamantibus, tunc loca deberet coaptare, adamantibus non è conuerſo, propter duritiem, & inflexibilitatem adamantis: ita Deus qui ædificat cælum ex Angelis, & hominibus, in Angelis gratiam coaptant naturæ, & talis menſuræ eſt gratia, qualis natura, in hominibus autem confert gratiam ſecundum voluntatem ſuam; Et hæc fuit origo caſus Angelorum, quia enim videbant gratiam ſibi eſſe collatã ad menſuram naturę, putabant illam ſibi deberi naturaliter, vel propter merita illorũ, indè ſuperbia &c. Cum ergo tanta ſit differentia inter Angelos, & homines, & quo ad intellectum, & quo ad voluntatem, & quo ad modum recipiendi gratiam, quomodo dicit D. Ioannes, menſura hominis, quæ eſt Angeli? conueniunt homines, & Angeli in beatitudine eſſentiali, & reprobatione. In beatitudine eſſentiali, quia ſicut Angeli receperunt beatitudinem propter merita, & maiorem beatitudinem propter maiora merita, ita & homines; ſicut etiam plures Angeli propter demerita fuerunt reprobi: ita & homines, quod magis ea conſideratione reprobationis eluceſcet.

D

At primum deffinitio eius à S. Auguſtino, & à Magiſtro ſententiarum eiuſmodi aſſignatur. *Reprobatio eſt præuiſio iniquitatis quorundã ab ęterno ſubtractio gratię in pręſenti & pręparatio pœnę in futuro.* In qua deffinitione tria recenſentur, de quibus iam nobis loquendum eſt. Et in primis de præuiſione iniquitatis ab ęterno, deindè de ſubtractione gratiæ in præſenti, tertiò de præparatione pœnæ æternæ in futuro. In 7. diſt. 14

Vt autem facilius, & meliùs hæc materia ſublimijs pateat, ſingula verba declarãda huius deffinitionis ſunt, primum dicitur reprobatio; ſicut enim tria ſunt in prædeſtinatione bonorum, ita tria contrariã in reprobatione denotantur: contrariorum enim eſt eadem ſcientia, & diſciplina, per Ariſtotelem. Hæc autem ſunt, Primo præuiſio 3. de anima.

bonitatum ab æterno, ſecundò collatio gratiæ in præſenti, 4. Ethyc.

tertiò præparatio gloriæ in futuro; ſed in hoc eſt differentia prædeſtinationis à reprobatione, prædeſtinatio enim præparat gloriam ſecundum beneplacitum; reprobatio autem pręparat pœnam ſecundum exigentiam demeritorum, & non ſecundum beneplacitum, quia non placet Deo damnatio hominum, vel Angelorum, licet exigentibus eorum demeritis eos damnet: prædeſtinatio enim eſt præcognitio bonorum, cum collatione eorundem. Reprobatio autem eſt præcognitio malorum, quæ potius reſidet penes liberum hominis arbitrium, quam pęnes voluntatem Dei. *Deus namque vult omnes homines ſaluos* 1. ad Th. 2.

fieri, licet exigentibus demeritis quoſdam reprobet. Reprobatio ergo idem eſt, quod ex multis ſegregatio, ſicut v. 4.

(verbi gratia,) mercatores ea diuerſis mercibus, quibuſdã electis, alias reprobare dicuntur, ſicut declarat parabola

Salua oris. Inſigna reprobatio, infeliciores reprobati. Dicitur præterea, quòd reprobatio eſt præuiſio: vbi ſecundum Matth. 13.

quòd Diuinæ cognitionis plures ſecundum veritatem ſunt & 14.

termini, ſeu nomina, ſcilicet ſapientia, quæ nihil aliud eſt, niſi diuina cognitio, in quãtum æternas intuetur rationes, & ſuam eſſentiam, hanc vtique ita deſcribit Ariſtoteles. Ariſ. 6. Eth.

Sapientia altiſſimarum rerum cauſas cognoſcit. Item ſciẽ- In 1. diſt. 18.

tia eſt quę eadem notitia, ſecudum quod creaturas intue- & di. 36. &

tur, mediante tamen diuina eſſentia, quæ eſt ratio cogno- q. 1. Prologi.

ſcendi omnia alia à ſe, per Scotum, nã creaturæ ſunt obie- In 1. diſ. 34.

cta ſecundaria diuini intellectus, per Scotum; diuina vero & diſ. 35. &

eſſentia eſt obiectum primarium. Præterea vocatur noti- 36. 43. in 2.

tia, quæ eſt commune quiddam tam ſapientię, quã ſcientię diſ. 5. q. 3.

item

licut prouidentia,qua vulgo res,vt notæ gubernantur; itē præſcientia,quæ fit cum euentu rei præſcitæ: præſcit enim, & præcognoſcit,quia obſtinato damnatio eueniet.

Aliter tamen Deus præſciт bonos,aliter malos,quia iuxta Sanctum Bonauenturam, (In 1.diſt.36) præſcientia vna eſt ſimplicis intelligentiæ,qua cognoſcit Petrum, & Ioannem &c. Secunda eſt intelligentiæ ſimul,& complacentiæ, verbi gratia,qua quis non ſolum cognoſcit Petrum,& Ioānem, ſed complacentiam habet eos videndo: & hoc modo cognoſcit Deus bonos,ac complacet de bonis operibus eorum. (Ioa.10.v.14) *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas.* Vbi Origenes (Origenes.) inquit,Chriſtum hoc dicere ratione approbationis, quia ratione ſimplicis intelligentiæ, nouit etiam oues non ſuas. Præſcientia ergo euentum nouit malum in præſcito, quia Deus præcognouit eum finaliter impœnitentem moriturū, & ſic damnandum: non cognouit autem eum notitia cōplacentiæ, & approbationis. (Mat.7.v.22) *Multi dicent in illa die Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & tunc confitebor illis,quia nunquam noui vos* ſcilicet notitia complacentiæ,& approbationis; Væ vobis viris doloſis; Væ vobis iniquis; Væ vobis peccatoribus reprobis,quia ſecundum duritiam veſtram,& cor impœnitens theſaurizatis vobis iram in die iudicij Dei, à quo nō aliud quippe verbum in extremo die audituri eſtis, quàm, *Amen amen dico vobis non noui vos.*

Dicitur etiam reprobatio præuiſio iniquitatis,cuiuſmodi iniquitatis? idolatriæ,adulterij,homicidij,luxuriæ,auaritiæ,odij,&c. & huiuſmodi,quæ omnia præuidit ab æterno,antequam fiant:præuidit enim ſuperbiam Luciferi, & aliorum ſpirituum nequam,quos reprobauit, inobedientiam prothoplaſtorum, fratricidium Cain, adulterium Dauid,idolatriam Salomonis,luxuriam Sanſonis, & omnia mala,quæ facta ſunt,& quæ fient vſque ad diem iudicij: præuidit ab æterno, quòd peccatorum demerita fiant cauſa damnationis, licet namque prædeſtinatio non habeat cauſam,ſecundum Scotum,reprobatio tamen habet, (In 1. diſ.41. queſt.vnica.) eſtque malitia ex parte reprobati, nō quidem propter quā Deus effectiue reprobat; inquantum eſt actio à Deo,quia tunc Deus eſſet paſſiuus,ſed quòd iſta actio, in illud obiectum,& non aliud terminetur,vt probat Scotus; nam ſecundum Auguſtinum,non prius eſt Deus vltor,quàm (D.Augu.ſupra Gen. 41.) homo ſit peccator: videtur enim eſſe crudelitatis,punire aliquem,non præexiſtente in eo culpa,atque ita à ſimili non vult Deus prius aliquē punire, quàm videat eum eſſe peccatorem: atque hinc nec Iudam videtur Deus velle damnare,prout ei offertur in puris naturalibus,quia tunc videretur ve le damnare ſine culpa: ſed oportet offerri Iudam voluntati diuinæ,ſub ratione peccatoris, antequam velit ipſum damnare; ergo cum reprobare ſit velle damnare, reprobatio habet ex parte obiecti rationem aliquam, ſcilicet peccatum finale præuiſum. Eſt igitur præuiſio iniquitatis,omnium malorum,& peccatorum tàm mortalium, quàm venialium. Addatur præterea in deffinitione reprobationis. (Iſai.14.v.12) *Quorundam.* ſed quinam ſunt iſti,ſcire non poſſumus, niſi de quibuſdam, quos Sacra ſcriptura commemorat; vt de Lucifero, (Lucifer.) *quomodo cecidiſti de cęlo Lucifer? qui manè oriebaris.* (Cain,Eſau, Pharao.) Cain,Eſau,Iuda,Pharaone,et reliquis; ſed de alijs difficilè eſt determinare: generaliter tamē ſcire poſſumus,quod ſunt ij omnes (proh dolor) qui moriūtur in ira Dei in peccato mortali, in finali impœnitentia deſperati,qui occidunt ſeipſos, hi omnes miſeri adiudicātur pœnis inferni.

Denique dicitur, quòd reprobatio ſit ab æterno: nam certum eſt, diuinum intellectum non præcognoſcere aliquid,niſi in ſpeculo diuinæ eſſentiæ: & cum diuina eſſentia ſit æterna,& intellectus diuinus æternus, ideò omnia (In 1. ſent.) ab æterno ſcit,& præſcit, vt habet Scotus. Hinc Boetius; (Boetius.) Deus enim ab æterno cuncta proſpiciens, cum noſtrorū actuum futura qualitate cōcurrit,bonis prœmia,malis ſupplicia æterna diſpenſans. Princeps ſuperbiæ Lucifer, Deus ab æterno te reprobauit,quia ab æterno præuidit te caſurum,& nunquam per pœnitentiam reſurrecturum; fratricida Caim Deus ab æterno te abiecit; miſer Eſau, Deus ab æterno te contempſit; obdurate Pharao, Deus ab æterno te deſpexit; perfide Iuda,Deus ab æterno te deſeruit; ſuperbe homo, Deus ab æterno te humiliauit, auare, luxurioſe,blaſphemator, Deus ab æterno te reprobauit: vę vobis reprobatis,propter peccata veſtra, propter malitiam veſtram,væ vobis,ſed iam punctum ſecundum de ſubtractione gratiæ ſequitur,eſt autem ſubtractio gratiæ in pręſenti, id eſt cordium obduratio.

E

Sed occurrit dubium: ſi enim voluntas cauſata non poteſt aliquod bonum etiam minimum, ne cogitare quidē nec operari ſinè gratia Dei,& niſi voluntas diuina cooperetur,vt cauſa principalis,quia *non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis*, (2.Cor.3.v.5) ſecundum Apoſtolum, cur ergo Deus ſubtrahit gratiam ſuam multis in pręſenti? quid mihi imputandum eſt ſi operor malum, vel ſi non operor bonum? Deus igitur videtur eſſe cauſa mali, quia non dat gratiam ſuam, non enim imputandum eſt cæco, ſi cadat in foueam,ſed ei qui ſibi lumen ſubtraxit, & oculos effodit: ſicut Deus fecit reprobatis miſeris de quibus Iſaiæ. *Educ foras, populum cæcum, & oculos non habentem.* (Iſai.43.v.8.) Quia ergo ſubtrahit Deus lumen ſuum; id eſt gratiam,ideo ſunt quidam,qui intelligentes illud: (4. Metaph. in eiuſdē 9.) quod ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis. Et illud. Idem ſe aliter habens,eſt cauſa oppoſitorum, ab hoc lapſi ſunt in magnum errorem,affirmantes Deum eſſe cauſam malorum,propter talis gratię ſubtractionem in præſenti,& cauſam damnationis. His ego reſpondendum exiſtimo,quod Deus dicitur ſubtrahere gratiam,& per cōſequens obdurare peccatorem, non quidem irrogando, quomodo ſit deterior,ſed non conferendo quomodo fiat melior; Exemplum,eſt puer, qui ignorat grammaticam, quam eum docere poſſum,tamen eum non doceo,poſſum dici cauſa illius ignorantiæ,non quidem ſubtrahēdo Grāmaticam,ſed non communicando. Sic in propoſito,multò minùs Deus diciturque cauſa damnationis, licet enim quilibet tenetur ſemper habere gratiā, ſinè qua nullo modo poteſt ſaluari,vt patet per Scotū,in reſponſione ad tertium argumētum, (In 2. diſt. 3. & 13.& 23. in 4. diſt. 1. Ibidē & in 2.diſt. 25.) licet etiam immediatè hæc gratia creetur à Deo per Scotum, & ab eo conſeruetur; Deus tamen non eſt cauſa damnationis ſi non communicat gratiam, quia quantum eſt ex parte Dei,communicaret Deus gratiam,ſi eam homo reciperet,& non impediret, atque reſpueret: quòd vt clarius fiat ſciendum eſt, quòd ad dandam rectitudinem actus, concurrunt voluntas diuina, vt cauſa principalis,& voluntas creata, vt cooperans, atque ad rectitudinem recipiendam ſe diſponens,ideò ſi voluntas creata deficit,& non cooperatur,ac per conſequens nō dat rectitudinem actui peccat,& ita peccatum non eſt deffectus,niſi ex parte voluntatis creatę,& non ex parte Dei: vndè Scotus in ſolutione quęſtionis dicit ſic ad literam, (In 2.diſt.37) quando duę cauſę partiales concurrunt ad effectum communem ambarū,poteſt eſſe deffectus, ex parte vnius cauſę concurrentis pręcisè,& non alterius exemplum, ad velle (ſecundum eiuſdem opinionem) concurrit integre intellectus,& voluntas libera, (In 1.diſ. 25.) poteſt igitur eſſe defectus in actu iſto, ex defectu voluntatis, licet non præcedat defectus in cognitione: ita igitur ſi ad velle voluntatis creatæ, concurrunt duæ voluntates creata, & Diuina, poteſt eſſe defectus,in ipſo velle,ex defectu alterius cauſæ, & hoc quia iſta cauſa poteſt dare rectitudinem actui, quam tenetur, & non dat: alia autem licet non teneatur eam dare,tamē quantum eſt ex ſe,daret ſi voluntas creata cooperaretur; Deus enim quicquid vult antecedenter,daret conſequenter,quantum eſt ex ſe,niſi eſſet impedimentum: dando autem voluntatem liberam, dedit conſequenter opera recta,quæ ſunt in poteſtate voluntatis, & ideò quantum eſt ex parte ſui,dedit rectitudinem omni actui voluntatis, & voluntati ex conſequenti daret,ſi ipſa voluntas quemcunque actum elicitum, rectè ageret ex parte ſui. Eſt igitur defectus in effectu duarum cauſarum, non propter defectum cauſę ſuperioris,ſed inferioris,non quod cauſa ſuperior cauſet rectitudinem in effectu, & inferior obliquitatem,ſed quia cauſa ſuperior quantum eſt de ſe cauſaret, ſi cauſa inferior ſecundum ſuam cauſalitatem cauſaret: ac ideò rectitudinem non cauſare eſt propter hoc,quia cauſa ſecunda quantum ad ſe pertinet, non cauſat, hæc *Scotus.* Et in diſt.36.ait,exiſtente primo defectu in voluntate vō

agente

F

agente ad rectitudinem debitam, Deus ea demerito huius defectus ſubtrahit manutenentiā ſuam integram, & cōſequenter homo non operatur meritoriè, ac proindè obduratur in malo quia enim peccator ſe indignum reddit, ideo Deus ſubtrahit gratiam ſuam atque ſic induratur, ſecundum ſimilitudinem duri cordis, quod habet tres proprietates, nempè inhabilitatem ad recipiendum, fortitudinem ad reſiſtendum, ſtabilitatem ad permanendum.

Prima eſt inhabilitas ad recipiendum, ſcilicet impreſſionem ad quam nullo modo diſpoſitum. Vndè Sanctus Bonauentura: quando aliquod agens influit perfectionē ſuam in diuerſa ſubiecta, diuiſibilitas effectum non prouenit ab agentis influentia, ſed à diuerſa diſpoſitione recipientium ſubiectorum, quia (vt inquit Philoſophus) actus

2. de anima

actiuorum ſunt in patiente benè diſpoſito: ſol enim vniformiter agit, & tamen cera à calore eius liqueſcit, lutum, vel lapis induratur: quid ergo? nunquid ſoli imputabimus, ſi lapis ab eo non liqueſcat ſicut cera? abſit ſed inhabilitati, & indiſpoſitioni lapidis: vndè ait Philoſophus: influit bonitatem ſuam omnibus rebus vna influentia, non tamen omnes res recipiunt bonitatem ęqualiter, ſed ſecūdum capacitatem ſuæ naturæ; & Dionyſius; ſicut ſol ęqualiter diffundit radios ſuos; ita Sol iuſtitię; *Deus ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*, & *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et eum qui venit ad me, non eijciam foras.* Deus enim, qui homines generat, & inſpirat, omnes æquales, & pares eſſe voluit, eandem conditionem viuendi omnibus poſuit, omnes ad ſapientiam genuit, omnibus immortalitatem ſpopondit, nemo à beneficijs eius cæleſtibus ſegregatur: nam ſicut omnibus æqualiter vnicum lumen ſuum diuidit, emittit omnibus fontes, victum ſuum ſubminiſtrat, quietem ſomni dulciſſimam tribuit, ſic omnibus æquitatem, virtutemque largitur; nemo apud eum ſeruus eſt: nemo Dominus, ſi enim cunctis idē Pater eſt, æquo iure omnes liberi ſumus, nec Deo pauper eſt, niſi qui iuſtitia indiget, nemo diues, niſi qui virtutibus plenus eſt, denique nemo nobilis, niſi qui bonus, & innocēs fuerit, nemo clariſſimus, niſi qui opera miſericordiæ largitus fuerit, nemo perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus virtutum impleuerit: dicitur ergo obduratus peccator in malo, quia inhabilis eſt, & indiſpoſitus ad recipiēdam gratiam Dei, & eſt factus ſicut lapis; ſic Hieremias, *indurauerunt faciem ſuam ſuper petram, & noluerunt reuerti*: meritò ergo videns Deus eos inhabiles, & indiſpoſitos dimittit, deſerit, & ſubtrahit gratiam, velut indignis.

Lib. de cauſis cap. 1.
Dionyſ.
Matth. 5. v. 45.
Io. 1. v. 9.
Io. 6. v. 37.
Hier. c. 5. v. 3

Secunda proprietas eſt fortitudo ad reſiſtendū: ſicut ferrum reſiſtit malleo, ſic cor peccatoris dicitur induratum, per rebellionem diuinarum inſpirationum, & mandatorum. de hoc ſubdit Iob. *Et ſtringetur, velut malleatoris incus.* Tertia eſt ſtabilitas ad permanendum, ſicut columna, vel turris, ſic cor peccatoris dicitur induratum, per firmam adhæſionem malo, à quo non poteſt auelli minis, non cōſilijs, non flagellis. *Vade tertio quia induratum eſt cor Pharaonis, & non vult dimittere populum meum, niſi in manu forti, & brachio extento.* His ergo tribus proprietatibus cordis duri, obduratum eſt cor peccatoris, & indiſpoſitū ad omnem gloriam Dei, vndè Bernardus de conſideratione ad Eugenium, de tali corde ſic inquit. Quid eſt cor durum, quod ſemetipſum nō exorat, quia nec ſentit quod eſt, quod nec compūctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis nō cedit, flagellis induratur, ingratum eſt ad beneficia, ad conſilia infidum, ad iudicia promptum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentia negligens, futura non prouidens, caueho igitur ego, quàm ſolicitius potero duritiam cordis mei, conſentiam, & obediam legi diuinæ modò in via, vt ſim ſecurus in patria, cedam deniquè vrgenti aculeos, ne bis pungar, quiſquis enim hic contra ſtimulum calcitrat, duplo punietur. Parcetur autem ei, qui conſenſerit, & dederit locum iræ, vt effugiat iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Hinc & Hieronymus ad Syluanum ſcribens ait. Serue libidinis gloriaris in carne, & in confuſione tua, & quaſi pinguis hoſtia in mortē propriam ſaginaris, imitatusque eorum vitam, quorum tormenta non metuis, ignoras miſer, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, ſecundum duritiam autem tuam, & cor impenitens, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Diuini: An idcirco induratur quemadmodum Pharaonis cor tuum, quia non ſtatim percuteris, ſed ſeruaris ad pœnam, ideò & ille decem plagas, non tanquam ab irato Deo, ſed quaſi à Patre commonente non ſuſtinuit, donec populum, quem dimiſerat per deſerta ſequeretur, & ingredi auderet maria, per quæ, vel ſolum doceri potuit, timendum eſſe eum, cui etiam elementa ſeruiunt, & parent. Dixerat, & ille de ſe Domino non dimittam &c. Iſte eſt quem tu imitaris: hoc plango peccator, quia tu ipſe non plangis, quod te moriturum non præſentis, quod libidini conſentis, quod peccata grauaris. Age itaque pœnitentiam, conuertere miſer ad Deū, vt ipſe miſericors ad te conuertatur, fluant paululum de oculis tuis lachrymæ; vt fluant viſcera miſericordiæ Dei tui, & viſitet te de alto, & illuminet te, qui in tenebris ſedes, & dirigat pedes tuos in viā pacis. ò inſenſati, vt quid tantum reſiſtitis Deo patienti, & expectanti? Vt quid permanetis in duritia cordis veſtri? ò iniquiſſimi, & crudeliſſimi ſuper voſmetipſos; cur non miſeremini animæ veſtræ? quid expectatis? quid cogitatis? quid conſideratis? vultis, vt Deus vos trahat ad vitam æternam, nolentibus vobis, creditis vos ituros ad Patriam, cum ſuperbia veſtra, cum fętente luxuria, cum fornicatione, cum auaritia, vſura, &c. ò anima miſera meditare tibi ſalutare non eſſe, quòd non conſideras diuinam iuſtitiam, & tuam malitiā, cum poſt ſubtractionem gratiæ in præſenti ſequatur præparatio pœnæ in futuro.

Cap. 41. v. 15
Exod. 7. v. 14.
Bernard.
D. Hieron.

G

Sed dicet aliquis, quare Deus permittit tantum malum in vniuerſo, ſicut eſt damnatio? Reſpondeo: Clementiſſimus Deus vult hominem eſſe in propria libertate, non.n. fecit hominem per naturam impeccabilem, (vt inquit Scotus) ſed diſpoſuit ſemper concurrere ad omnem actum, & operationem noſtram, quam etiam rectificat, dummodò non ſit ex parte noſtra defectus. Siquidem Deus vult omnes homines ſaluari, cuius ſignum eſt; ſiquis verbi gratia natus eſſet in montibus, & ſyluis, vbi non eſſet poſſibile cum hominibus communicare: hic ſi viueret ſecundum dictamē rationis, nullo etiam docente. Deus finaliter daret ſibi gratiam, & eum illuminaret per Angelum, vt idē Scotus ait in reportatis, & patet de Cornelio. Sed iterum dicet. Si ſaluandus ſum, vel damnandus, cur nam oportet me inſudare bonis operibus? Franciſcus Mayronus etiam tunc benè operandum ſuadet, tùm quia ſeruiendum eſt Deo ex gratitudine, tùm etiam quia Deus nō determinat ſe neceſſariò ad ſaluandum; nec neceſſariò damnandum: prædeſtinat enim contingenter; rurſus quia ſententia illa eſt ſub conditione, id eſt ſi ſeruaueris mādata, ſaluaberis, ſi non, non. Ac deniquè quia bene operando; pœna minuitur. iuxta Sanctum Auguſtinum dicentem, Deus nouit mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare propoſitum. Exemplum habemus de quodam Sancto Patre, qui habebat duos diſcipulos. huic reuelatum fuit, alterum quoad apparentiam meliorem, debere damnari, quo ille diſcipulus cognito humilians ſeſe Deo, ac plorans dixit: placet mihi Domine, quòd & tibi, quoniam iuſtus es, & rectum iudicium tuum, hoc vnum tamen poſtulo, vt quoad mihi ſuperſtes vita fuerit, ſeruiam tibi Domine Deus meus, pro qua humilitate reuelatum eſt eidem Sancto Patri, eundē eſſe ſaluandum. Inſuper obijciet aliquis: ſi Deus præuidet me debere damnari, quare me creauit? reſpondeo præuiſionem illam non cogere voluntatem, & deindè voluntate antecedēte vult te ſaluare Deus, quòd ſi in hoc curioſior fueris, ſcias in voluntate diuina non eſſe quærendam aliquam rationem, quare ſic, vel ſic faciat, vt docet Scotus: veluti ſi quæratur, quare ignis calet? reſpondetur, quia habet calorem, calefacit; ſi vltra quæratur, quare dum habet calorem calefacit? Reſpondetur quia calor, hęc enim eſt immediata propoſitio calor calet ſecundum Scotum, nec poteſt alia ratio aſſignari. Similiter ſi quæratur, quare eſt homo riſibilis? Reſpondetur quia animal rationale? & vltra, quare eſt animal rationale? Reſpondetur recurrendū eſſe ſtatim ad propoſitionem per ſe notam, & immedia-

In 2. diſ. 23.
In 1. diſ. 46.
Act. 10.
Franciſcus Mayr.
D. Auguſt.
In 1. diſt. 8. q. vlt. & diſ. 41.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In 1. diſt. 2. qu. 2. mediatam, qualis eſt iſta ſecundum Scotum. Sic in propoſito ſi quæratur: quare voluntas diuina vult? Reſpondetur non poſſe dari rationem aliam, niſi quia voluntas diuina non habet volūtatem ſuperiorem, quæ poſſit pro ratione aſſignari: ideò Scotus ait, indiſciplinati eſt quærere
In 1. diſt. 8. q. 1. & in 2. diſt. 1. q. 2. 4. Met. omnium cauſas, & rationem cum principiorum demonſtrationis non ſit demonſtratio, ait Ariſtoteles. Quoniam igitur in tantæ maieſtatis ſcrutinio exemptis deficimus, nec rationibus abundamus, ipſa verò maieſtas ineffabili ſingularitate mirabilis, immenſitate ſingularis, omnem ſenſum exuperat hominum, cuius eſt teſtis Apoſtolus dum
Ad Rom. 11. v. 33. raptus ad tertium cœlum exclamauit. *O altitudo Diuitiarum Sapientię, & Scientia*. ideò voluntatis illius cauſam aſſignare non poſſumus, vtporè qui prima omnium cauſa eſt, quocirca, ſi quæratur de aliquo, cur ita ſit? rectiſſimè reſpondetur, quòd ille voluit, qui omnia quæcunque voluit fecit. Si verò quæras, cur ita voluerit? ineptiſſima quæſtio eſt, maximè cum ſic primæ cauſæ voluntatis quæratur cauſa, cuius omninò nulla eſt cauſa. Non eſt ergo quærenda cauſa Diuinæ Voluntatis, ſed ſimplici, & recta
Inſtit. in ſermo. 1. Quadrag. intentione ſeruiendum eſt Deo, præſertim quia illa præuiſio non cogit voluntatem, & Deus ſcit mutare ſententiā, ſi ſic noueris mutare vitam, vt Latius dicetur infra.

H Tertium quoad reprobationem pertinere diximus eſt præparatio pœnæ in futuro, videns enim Deus ab æterno tales omnino inhabiles, & indiſpoſitos ad gratiam ſuam recipiendam, & obduratos omninò in malis, ac obſtinatos in finem, præparauit eis ſecundum iuſtitiam ſuam in
Iſaiæ 45. v. 1 futurum pœnas æternas, vt inquit per Iſaiam. *Ego ſum Deus, & non alter, Deus formans lucem, & creās tenebras, faciens pacem, & creans malum*, id eſt infernum, & pęnas eius æternas, & decreuit, vt in illo omnes reprobi, ac Angeli nequam æternaliter crucientur. Miſeri peccatores reſipiſcite, ſtulti homines, vitioſi, aliquandò ſapite. *gens ſine* Deut. 32. v. 28.
conſilio. & abſque prudētia, vtinam ſaperes, & intelligeres, ac nouiſſima prouideres, quia videlicet de duritia tua, & obſtinatione malorum iudicaberis: væ igitur tibi (vt inquit Anſelmus) miſerabilis peccator, habens cor obduratum Anſelmus
duritia, ad quam conſtringendam, leues ſunt tàm graues mallei, vt tuo adamantino cordi ea, quæ ad molliendum parata fuerant, ad obdurandum, & permanendum in peccato ſeruiant, tot radij Solis iuſtitiæ Dei noſtri non te illuminant, comminationes, & tonitrua iudicis æterni, nō tibi timorem incutiunt, non ſufficit ſanguis manuum, nō pedum, non lateris, non capitis, non totius corporis Chriſti. Heu ſi iſta cogitarent peccatores, adamantina corda illorum, tali conſideratione liqueſcerent. O ſuperbi, auari, vſurarij, obſtinati, timete iuſtum iudicium Dei. Et vos omnes qui fuiſtis aliquandò in gratia, timete, imò magis, ac magis pertimeſcite, quia filij Regni ejcientur. Obdurati timete homines, cordis adamantini timete; vos quoque increduli pertimeſcite, ne mors in numero reproborum vos inueniat, ne in ſiniſtra vos collocet. Mementote, quòd cor ſapientis in dextera eius, ibi ſcilicet in dextera, fixa ſint veſtra corda, vbi ſunt benedictiones, vbi vita, & beatitudo æterna, ad quam nos perducat qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Secundæ Aduentus.

Matth. 11. v. 2. *Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.*

Eccli. 6. v. 31 *Vinculą eius alligatura ſalutis.*

A LONGE diuerſa ſunt vincula ſapientiæ a vinculis peccatorum. De vinculis ſapientiæ loquitur Spiritus Sanctus per
v. 5. Eccleſiaſticum. *Vincula illius alligatura ſalutis*. Nam quemadmodum medici, dum vulnera ſanant, applicant emplaſtra, caſtè linteis obducunt, & alligant, quia illa alligatura eſt alligatura ſalutis. Si cuius itē dolore manus afficiatur, ſerico manum de collo ſuſpēdit, quia id lenit dolorem, & diſponit ad ſanitatem. Ita medicus ille cæleſtis Deus omnipotens deprauatam per peccatum animæ humanæ naturam, volens ad ſanitatem reducere, præſcripſit illi præcepta, & legem ſuam dedit, velut pharmaca immortalitatis, & applicari iuſſit emplaſtra, merita nimirum paſſionis dilectiſſimi filij ſui, & alligari vinculis charitatis bonorum operum. Et ita vincula illa, ſunt quodammodo vincula, ſed vincula ſalutis, & alligatura ſalutaris. Nec eſt imaginandum, quòd vincula ſapiētiæ ſint dura, & ferrea, qualia ſunt quibus latrones, vel homicidæ ligantur. Nam ſunt (inquit Eccleſiaſticus) illius vincula fila hyacinthina, ſunt vincula mollia, ſuauia, decora, quæ lætificant, & multum decoris afferūt homini. Ideò ad hæc vincula perferenda hortatur Spiritus Sanctus ibi-
Eccli. v. 5. v. 26. dem. *Submitte humerum, & porta illam, & ne acidieris in vinculis eius*. Alia litera habet. Ne edens vinculo eius, ac ſi diceret: Non ſis, ſicut equus indomitus, qui frænum dentibus mordet, vt à tali vinculo ſeſe vindicet, ſed ſis, ſicut camelus, cui cum imponuntur, & augentur onera genuflectit, & ſe ſubmittit. Illi ſimilis fieri enitere, in cuius
Eccli. 31. v. 10. laudem Sapien. prorumpēs inquit. *Beatus qui potuit trāſgredi, & non eſt tranſgreſſus*, potuit deijcere vincula, potuit rumpere (quia hæc vincula ſunt fila hyacinthina) & non deiecit, neque rupit, ideo *Erunt illi compedes in ſtolam glorię*. Sed quænam ſunt hæc vincula, qui ſunt hi compedes ſapientiæ? non alij niſi leges diuinæ, & humanę. Hæc vincula cum ſint fila Hyacinthina facilè poſſunt rumpi, nec eſt difficile tranſgredi mandata Dei; facile eſt negotium relinquere bona opera, vitam aſperam, pœnitētiam, Religioſorum vota, vitam Chriſtianorū, qui legibus Chriſti humerum ſubmittunt tanquam cameli. Quod ſi non rumpantur, ſine dubio illi compedes mutabuntur in ſtolam gloriæ, & in torquem fortitudinis, vt inquit idem Eccleſiaſticus. *Nam hæc vincula ſunt vincula ſalutis*; in pręſenti, & in futura vita. His compedibus honorificum putabat Iuſtinianus Imperator etiam Reges, & Imperatores ligari. Digna quidem (inquit ille) vox, imò verò digna virtus maieſtatis regnantis eſt, legibus ſe alligatum Principem gerere, ſuamque auctoritatem, de auctoritate eorum ęſtimare, & cum ad eandem Rempub. ſicut caput ad corpus pertineat, pari iure cum membris degere. Eccli. 6. Iuſtinianus.

Quemadmodum ſi aliquis ex principalibus ſeruis Regis accipiatur in captiuitatem, ibique per aliquot annos captiuus exiſtens, compedes in pedibus, catenam in collo, & manibus, tandem à captiuitate liberatus Regi præſentaretur indutus ſplendidis veſtibus, portans compedes, & catenas in manibus, & aliquandò in pedibus, & collo, vt exprimat quanta pro amore eius paſſus ſit. Hic alloquens Regem diceret; Domine mi Rex, his catenis pro amore tuo, honore, ſeruitio alligatus fui. Quo viſo Rex præter alia pro tanta ipſius virtute pręmia iuberet, vt illas catenas pro ſtemmatibus ſuis adijciendo ei abundantiſſimos reditus haberet. Ita vir fortis poſt hanc vitam præſentatus Deo, portat ſecum catenas, mandata Dei, vitam aſperam, bona opera, dicēdo: his ligatus fui pro tuo Domine amore: & tunc Deus mutat illa vincula in ſtolam gloriæ: & ni fallor hoc innuere voluit D. Ioannes quando dixit. *Opera eorum ſequuntur illos*. portat vnuſquiſque opera ſua, tanquam catenas in manibus, & pedibus, vt ea præſentet antè tribunal Dei, & pro meritis accipiat torquem auream gloriæ, velut aureum inæſtimabilis pretij: longè diuerſa ſunt ab his vincula peccatorum, de quibus, inquit Iſaias. *Quaſi vinculum plauſtri peccatū*. Vincula ferrea, & ignita, vincu- Simile. Apocal. 14. v. 13. Iſa. 5. v. 18.

vincula Diaboli, quibus ligat miſeros peccatores, vt ſic ligatis manibus, & pedibus mittat illos in tenebras exteriores. Quid enim aliud eſt peccare, niſi principem tenebrarum honorare, coram eo genua flectere, collum catenis eius ſubijcere, pedes in compedes illius immittere? His vinculis erat ligatus Herodes. Contrà, vinculis ſapientię (B) erat ligatus D. Ioannes, vinculis legis diuinæ, correptionis fraternæ, ideò ne ea rumpere videatur, corrigit, admonet Herodem, vt tandem eum ex teterrimis inferni vinculis, luxuriæ ſcilicet, liberaret, & vinculis ſapientiæ ligaret. Sed aliter euenit, quia Herodes tanquam equus indomitus, frœnum, & vincula ſapientiæ diſrupit, ac dentibus momordit, & ille qui Herodem è vinculis liberare contendebat, ipſe in vincula, & catenas ferreas coniectus eſt. Non deſtitit tamen procurare, vt ſaltem diſcipulos ſuos ex vinculis infidelitatis liberaret, mittit ad Chriſtum diſcipulos, vt eum tanquam Meſſiam agnoſcant, & profiteantur, & tanquam vinculis huius æternæ Sapientiæ ſubijciantur legibus, & ſalutaribus monitis Chriſti Domini. De hac legatione agitur in hodierno Euangelio, vbi primum legatio expeditur, deindè Ioannes à Chriſto coram multitudine laudatur, & extollitur: vtrumque Deo auxiliante in pręſenti negotio conſiderabimus: prius tamen cauſam huius detentionis in vinculis D. Ioannis inueſtigabimus.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, Quam ob cauſam Ioannes in vincula coniectus fuerit aliquis inquirere poſſet; ſed non eſt difficile cauſam dicere. Ideò n. quia offendit potētem mulierem, in carcerem conijcitur, & in vinculis detinetur. Saltat luxuria, & damnatur innocentia, ſed ab hominibus malis; à Deo autem coronatur. Beatus Ioannes pro Chriſto paſſus eſt, cum eſſet in vinculis: quia pro veritate mortuus eſt: Chriſtus autem eſt veritas; neque vincula patiebatur, quia Chriſtum confeſſus eſt: ſed quia monebat ad iuſtitiam, clauditur obſcuritate carceris, qui venit teſtimonium perhibere de lumine, qui libertatem ſupernæ patriæ annuntiabat, ab impijs in vincula conijcitur. Herodes quia luxuriam cohibere noluit, in homicidij reatum delapſus eſt, qui noluit reprehenſiones ſalutares recipere, medicum animæ ſuæ ligatum vinculis tenet. Singulare eſt illud, quod refert de Iagellone Polonorum Rege Cromerus. (Iagello rex, Cromerus l. 20.) Nam cum Zbigneus Cracouienſis Epiſcopus liberrimi Vladiſlai Iagellonis vitam coram reprehenderet, neque illius iram vereretur, Rex moriens annulum ei nuptialem ab Hiduigi Regina, quo nihil carius ipſe in vita ſua habuerat dono miſit, veniam omnium ſuperiorum admiſſorum ab eo petens, & animā ſuam, liberoſque ſuperſtites ei commendans. Si ſimilis virtutis, & docilitatis fuiſſet Herodes, nunquam tāti ſceleris, quale fuit viri innocentis, ſanctitate conſpicui homicidiū reus fuiſſet. Sed quoniam reprehenſiones Ioannis ſalutares aſpernabatur, ideò in homicidium prolapſus ſanguinē eius fudit, quem Deo gratum nouerat. Hæc igitur cauſa fuit ob quam Ioannes in vincula coniectus erat. Quòd ſi vlterius inueſtigare voluerimus cauſam vniuerſaliorem, quare tot homines in mundo in vincula conijciantur, ſinè cauſa damnentur, perſecutiones, aliaque mala penè infinita patiantur: Sapientiſſimus Salomon nobis conſulendus eſt; hic diuinæ ſuæ ſapientiæ acumine omnia penetrās cum perpenderet, & cauſam inueſtigaret, vndè nam in mundo tot bella, tot regnorum, & totius mundi commotiones, vaſtationes, deſolationes vrbium, oppreſſiones, & vincula iuſtorum oriantur, tandem oſtendit, & dicit: *Per tria mouetur terra*. (Prou. 30. v. 19.) Sed quænam ſunt illa; D. Ioannes dicit eſſe concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorū, (1. Ioan. 2. v. 16.) & ſuperbiam vitæ. *Omne* (inquit) *quod eſt in mundo, vel eſt concupiſcentia carnis, vel eſt concupiſcentia oculorum, vel ſuperbia vitę*. Et tenera hæc diuiſio ita eſt vniuerſalis, & ita perfecta, vt ei nihil addi aut diminui poſſit.

Geographi antiqui Ptolomæus, Strabo, Pomponius Mela, & alij, in tres partes, nimirum in Africam, Aſiam, & Europam, mundum diuiſerunt, in quo multum à veritate deſciuerunt, in tribus quippè rotis vehiculum mundi conſtituendo, de quarta nullam omninò notitiam habebant, inſufficiens eorum fuit diuiſio, quæ noſtris temporibus iam correcta eſt; dum Columbinus aſſociatus ſibi è religionis Seraphicæ fratribus Indias adinuenit, & quartam huic vehiculo mundi rotam applicauit. Non eget tali correctura D. Ioannis diuiſio, non quidem diuiſio mundi; ſed eorum, quę ſunt in mundo eorumque, quæ cauſæ totius mali ſunt in orbe. Continet hæc diuiſio quicquid dixit Dauid de malignitate mundi, cum ait *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonū, non eſt vſque ad vnum* (Pſ. 13. v. 3.) continet id, quod dixit Iſaias *Omne caput languidum, & omne cor mœrens à planta pedis, vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas*. (Eſa. 1. v. 5.) Continet id, quod dixit Oſeas. *Non eſt enim veritas non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra: Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit*. (Oſeæ 4. v. 1.) Continet id, quod inquit Michæas, *Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortem venatur malum manuum ſuarum dicunt bonum, princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt, & magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbauerunt eum. Qui optimus eſt in eis quaſi paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſepe*: (Michææ 7. v. 3.) Omnia hæc continet illa tripartita diuiſio. Nec mirum: Cum enim ait *Concupiſcentia carnis*, (C) quæ eſt prima pars diuiſionis, includit vitia intemperantiæ, gulæ, luxuriæ, vindictas de inimicis, accidiam, & negligentiam in procuranda propria ſalute, includit luxus menſæ, ferculorum, veſtium, ornamentorum muliebrium &c. cum item ait *Concupiſcentia oculorum*: quæ eſt ſecunda pars diuiſionis, includit auaritiam cupiditatem pecuniæ, auri, argenti, gemmarum quæſtum iniuſtum, vt per alchimiam, propter quam ad ſummam egeſtatem plurimi deuenerunt, includit ambitionem, vſura, ſymoniam, cambia, monetarum falſificationem, falſa iuramēta. &c. Cum denique dicit *Superbia vitę*; quæ eſt vltima pars diuiſionis, includit omnes vanitates, quæ ad præſumptionē, & arrogantiam ſpectant, quod vnus putat ſe meliorē alio, doctiorem, fortiorem, ditiorem, nobiliorem: includit intolerabile iugum acquirendi honores, officia, dignitates, includit hypocritas, & fictos homines, qui propter vanā gloriam ieiunant, macerantur in corpore, & cuncta ſpernere videntur: includit arrogantiam ſeruorum, qui Dominis in omnibus aſſimilari volunt; & in ſumma nullum malum vitium, & defectus boni, quem hæc tripartita diuiſio non complectatur reperiri poteſt.

Poſſet quidem aliquis dicere, quòd per vnum mouetur terra, nempè appetitum animalem irreſrænatū, per vnū totus mundus inquietatur, cęcitantur pugnæ, oriuntur oppreſſiones, vincula, carceres etiam Regum. Quemadmodum (vt refert Cranzius,) accidit inter Iagellonem, & (Cranzius lib. 11.) Suidrigalem fratres, qui de Ducatu Lituaniæ inter ſe contendebant armis, quem ſibi Suidrigalis vſurpare præter ius hæreditarium volebat, vnus ab altero captus ſcilicet Iagello, qui vix ære magno redemptus, & liberatus fuit. Itē per illud vnum intereunt regna, & familiæ, quod pluribus (Caſimirus II. Rex Poloniæ.) exemplis manifeſtari poſſet. Domeſticum illud Caſimiri II. Regis Polonorum ſufficiat, qui quamuis ob præclaras virtutes Magni nomen obtinuiſſet, occulto tamen Dei iudicio, tanta pœna diuinitus affectus eſt, vt in eo præclara Praſti ſtirps interiret, & regnum ad Ludouicum Vngariæ regem translatum eſſet; qui veritus ne quam filiæ Caſimiri, innouandarum rerum occaſionem darent Polonis, ablegauit eas in Vngariam, & cōſtituto ibi iudicio perfecit, vt non ex iuſta vxore natæ, atque exhæredes pronunciarentur, iam vero Boleſlaus Audax Polonorum itidē Rex, (Boleſlaus Audax.) quare interijt, & regno priuatus eſt, an non ob eandem cauſam, nempè ob appetitum animalem irrefrænatum: iſte eſt ſeruus, qui obedire natus, regnare, & imperare conatur: iſte eſt ſtultus, qui cum ſaturatus fuerit cibo, & ſaginatus luxuria, repugnat rationi: iſte eſt illa captiua, quę vult eſſe hæres Dominæ ſuæ; caro enim quæ eſt, tanquam ancilla reſpectu animę dominę, & imperatricis in Repub. ſpirituali vult eſſe hæres dominæ ſuę: Ideò rectè dicit Salomon, & D. Ioannes, quòd per tria mouetur terra, per cōcupiſcentiam carnis ex appetitu irræfrænato; per concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ; vel, vt Salomon dixit; per ſeruum cum regnat; per ſtultum cum ſaturatur;

& per

Digitized by Google

& per ancillam cum fuerit hæres dominæ ſuæ. Dicit Euangelium hodiernum, quòd D. Ioannes eſt in vinculis. Quis eum coniecit in vincula? nonnè ſtultus ſaturatus, cibo Herodes conuiuio ſaginatus? Nonnè ancilla illa ſaltatrix, quę petijt caput Ioannis? nonnè concupiſcentia carnis eum in carcerem detruſit? nonnè ſuperbia vitæ eum decollauit? Timuit (inquit) Herodes contriſtare eam, ſed magis timuit, ne pro infideli in promiſſis haberetur. Ecce ſuperbia. Quod ſi tantis malis remedium afferre voluerimus, via facile aliud inuenire poterimus, quàm hunc totius humani generis inimicum, appetitum nimirum animalem irrefrenatum conijcere in vincula, & compedes ſapientię.

D Et quemadmodum ipſe tribus illis ſupradictis venenoſiſſimis ſagittis inficit corda hominum, ita tribus ſagittis cõfigendus eſt. Triplicia vincula, & compedes ei inijciendi ſunt; de quibus D. Bernardus: Conſidera ò homo primordia tua, cogita vndè veneris, & erubeſce: conſidera vbi ſis, & ingemiſce; cogita quò vadis, & contremiſce; his tribus ſagittis confodiendus, in hos compedes, & vincula ſapientiæ conijciendus eſt hic inimicus. Cogita vndè veneris, & erubeſce, perpende ex qua materia creatus es: quærunt Theologi num fuerit conueniens, & ad maiorẽ fœlicitatem hominis ſpectet, quòd potius fuerit creatus ex limo terræ, quàm ex aliqua alia materia excellentiori, puta, vel ex materia cęleſti, vel ex elemento aliquo nobiliori, aut ex igne, aut ex aere, aut ex aqua, vel denè ex aliquo mixto, puta ex auro, argento, vel gemma pretioſa: & reſpondet D. Thomas, magis conueniens fuiſſe, quod crearetur ex terra, idque pluribus rationibus eruditè comprobat; Sed fuſius. D. Hieronymus idem affirmat neq; enim conueniens erat, vt crearetur de nihilo, ſicut Angelus, quia decreuerat Deus, quòd ſi peccaſſet, & mandata eius non obſeruaſſet, ea pœna puniretur, vt ad ſtatum antiquum humilem, & abiectum rediret, ex quo aſſumptus eſt; quemadmodum poſtea dixit. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* decreuerat inquam punire tranſgreſſorem illum; quemadmodum in aula Regis, aut Principis puniuntur filij Regis, qui in pœnam, induuntur veſte viliſſima attrita, veſte inculta, ſedent ad menſam abiectam, & ſic confuſi, pœnam luunt; vel quemadmodum Rex punitet Senatorem, priuando illum dignitatibus, ad quas euectus fuerat, priuando illum dignitate ſenatoria, capitaneatu, &c. Palatinatu, & ab aula ſua in villam relegando, vt in ſimplici equeſtri ſtatu rei æconomicæ occupetur. Sic decreuerat Deus punire tranſgreſſorem legis ſuæ priuando illũ dignitatibus, ad quas euectus fuerat, priuando illum dignitate ſenatoria, & reducendo eum, in eum ſtatum, ex quo aſſumptus fuerat, in eam materiam, ex qua compactus, & creatus fuit: ſi autem ex nihilo creatus fuiſſet, tunc in nihil redire debuiſſet, atque ita annihilari.

D. Bernar.

D. Thom.

D. Hieron.

Gen. 3. v. 19

Non erat ergo conueniens creari hominem ex nihilo; neque etiam debuit creari ex materia cœleſti, ex fruſto alicuius ſtellæ cęleſtis ne in ſuperbiã elatus reſiſteret Deo; quemadmodũ Angelus, qui creatus eſt in cęlo. Superbia (inquit) D. Hieronymus ratione cœleſtis ſublimium appetit mentes, & in gloriam, ac puritatem hominum conatur irrumpere multo perfectiori ſapientia præditus fuit Angelus, quàm homo, & tamen reſiſtit Deo, quid feciſſet homo, ſi ex materia cęleſti creatus fuiſſet? non erat ergo hoc conueniens. Sed neque conueniens erat, vt crearetur de aliquo pretioſo metallo, quia vt dicit idem D. Hieron. ſi eſſet inde creatus, de materiæ potiùs claritate, quàm de artificis dignatione ſe extolleret: ſuum ergo Deus noſter, ſuum propriè voluit eſſe, quod ſumus nihil elementis, nihil principijs, vel magnis, vel minimis nos debere. Neque præterea conueniens fuit creari hominem ex aliquo elemẽto ſuperiori, quàm ſit terra, puta ex igne, vel aere; quia cum naturaliter hæc elementa in altum tendant periculũ erat, ne homo alta petendo præceps rueret. Ex aqua etiã creari non debuit; quia hæc cum ex ſe ſit clara, claris ortus natalitijs homo non ſolùm gloriaretur, ſed & ſuperbiret. Creandus ergo erat ex inferiori materia, quàm aues, & piſces: creatus eſt itaque ex eadem materia, ex qua cętera animalia, & beſtiæ terræ, & comparatus eſt iumentis non ſolùm, quoad appetitum, & inclinationem, ſed etiam quoad materiam ex qua creatus fuit. Cogitare ergo debet homo vndè venerit, & erubeſcet, atque ità eo compede appetitum animalem refrenabit, ſuperbiamque vitæ humiliabit. Alterius quoque conſiderationis compede appetitus animalis concupiſcentia carnis ſtultus ſaturatus cibo refrenandus eſt, illo nimirùm, *Conſidera vbi es & ingemiſce*. Certè qui præſentis vitæ miſerias rectè perpenderit feliciores eſſe eos, qui in ſepulchris quieſcunt, quàm eos, qui in hoc mundo viuunt iudicabit. Tale iudicium fuit Eccleſ. dicentis. *Laudaui magis mortuos, quàm viuentes. & feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus eſt.* Eccleſiaſ. v. 2. Sed quomodò hæc concordant? Si loquamur de mortuis in gratia certum eſt, quòd hi feliciores ſunt quàm viuentes, ſed non eſt felicior eo ille, qui nondum natus eſt. Si verò loquamur de homine moriente in peccato, ſic certũ eſt, eum, qui nondum natus eſt, eſſe feliciorem eo, qui moritur in peccato; quin etiam non eſt felicior ſic moriens viuente: melior eſt enim conditio viuentis, quàm in peccato mortui; quia viuẽs poteſt reſurgere à peccatis per pęnitentiam, mortuus minimè. Verùm non comparat Eccleſiaſtes: Sic, vel ſic morientes ad viuos morientis in gratia, vel in peccato, ſed abſolutè viuere, ac mori. Et dicit melius eſt mori, quàm viuere, finire vitam, quàm tot, & tantas miſerias quotidiè qualibet hora, quolibet momento pati, ita vt videamur in hac vita multoties mori: melius eſt autem ſemel mori quàm multoties. Quemadmodum meliùs eſt amarum pharmacum totum ſimul deglutire, quã per partes ſumere, qui enim deglutit ſemel, amplius amaritudinem non timet, qui autem per partes ſumit, multis amaritudinibus repletur. De Chriſto Domino D. Petrus dicit: *Erat Ieſus in dextera Patris deglutitus mortẽ.* Quia in dextera Patris ſedens æternitate, & perpetua beatitudine præditus regnat in cœlo. Et hoc erat deglutire mortẽ quia ſicut æternitas non compatitur finem, vel priuationẽ vitæ, ita nec mortem. Qui etiam moriuntur deglutiunt mortem amaram quidem, ſed quia deglutiunt tolerabilius eſt, viuentes autem per partes mortem ſumunt; vt dixit Seneca, quotidiè morimur, & tunc quidem cum creſcimus, vita decreſcit, infantiam amittimus, deindè pueritiam, deindè adoleſcentiam, & quidquid tranſit temporis perit. Et hunc ipſum diem, quem agimus cum morte diuidimus. Ex his ergo iam manifeſtum eſt, quòd melius ſit mori, quàm viuere, & magis laudandi ſunt mortui, quàm viuentes, vt dicit Eccleſiaſtes. Et non ſolùm mortui morte naturali, ſed etiam mortui morte violenta, vt innuit originale ad literam, laudaui mag s filios interfectionis, vel interfectos in patibulo, quàm eos, qui cũ ſtrepitu, & melodia viuunt.

1. Petr. 3, v. 22.

E

Seneca Epiſt. 24.

Nec dicere quis poteſt feliciores eſſe mortuos, quàm viuentes, miſeros, afflictos, infirmos, pauperes. Quòd ſi viuentes ſint diuites, ſani robuſti, qui viuunt in lætitia, & abundantia; his feliciores eſſe mortuos videtur dici non poſſe. Sed & his feliciores eſſe interfectos, iam dixit Eccleſiaſtes, & his, qui in melodia viuunt, & ex D. Ioanne in Apocal. id colligitur, qui loquens de Chriſto Domino ſic ait. *Primogenitus mortuorum, & princeps* Regum terræ, vbi priùs tanquàm quid digniùs attribuit Chriſto, quòd ſit primogenitus mortuorum, deindè aliud nempè, quòd ſit princeps Regum terræ, tanquàm quid vilius: ſignum ergo eſt, quòd feliciores ſunt mortui etiam principibus terræ. Quòd cum ita ſit compedem habemus hanc conſiderationem, & cogitationem ad humiliandum appetitum animalem, ad comprimendam concupiſcentiam oculorum, & ad erudiendum ſtultum, ne ſe infarciat cibo, id eſt ne auarè cõgreget ibi, vbi quotidiè moritur. Deniquè pro humilianda concupiſcentia carnis, pro reprimenda captiua ne extollatur, vt ſit hæres dominæ ſuæ. Habemus vltimum compedem Sapientiæ, *Cogita quò vadis, & contremiſce*. Sit aliquis homo, qui litigat, & iure contendit de duobus negotijs ita arduis, quòd pro quolibet illorũ mori deberet, ſi iudicio deficeret: accidit quòd iam defecit in vno, nàm ſententia lata eſt, vt moriatur, de altero eſt in maximo periculo imò probabilius iam et apparet, quòd deficiat, quàm quòd lucretur: quid putas quanto timore hic concutitur? certè immenſo. Decretum eſt, quòd oẽs

Apocal. 1. v. 5.

mone-

Ad Hebr. 9. v. 27. moriemur morte corporali, *Statutum eſt omnibus hominibus, ſemel mori.* Iam hoc determinatum eſt, ſententia lata, executio eius de die in diem expectatur, totum periculũ eſt de morte animæ. Quomodò ergo non timebimus, dum cogitamus, quò nobis eundum ſit? Hoc compede concupiſcẽtia carnis captiua hæc, ne rebellet menti humiliãda eſt. Hac conſideratione (Quò vadis?) ſimiliter cęteri appetitus humiliandi ſunt conſideratione materiæ, ex qua homo componitur, & periculorum mundi, in quo eſt. Sic appetitus animalis in vincula, & compedes coniectus nullum in vincula conijciet. Si Herodes his vinculis Sapientiæ luxuriantem appetitum ſuum refrenaſſet, nunquam D. Ioannes in vinculis fuiſſet.

Verùm & alia cauſa, quare Ioannes in vincula coniectus ſit aſſignari poteſt: nimirùm, vt edoceret Chriſtianos exemplo ſuo, perfectionem Chriſtianam, non in ſola fide conſiſtere; ſed in tolerantia afflictionum, & aduerſitatum. Decipiuntur Chriſtiani, qui putant ſe accepiſſe beneficium fidei abſque onere ſoluendi penſiones, aut tributa Chriſto. Magnum beneficium eſt beneficium fidei, quod tanti faciebat
Cromerus. Miecislaus Rex Poloniæ primus Chriſtianus, vt nullum beneficium maius ſe à Deo accepiſſe profiteretur: ſed non datur beneficium tantùm ſinè onere ſoluendi penſiones Deo: & hoc eſt de quo olim monebat Apoſtolus Philippenſes:
Ad Phil. 1. v. 29. *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolùm, vt in eum credatis, ſed etiam, vt pro illo patiamini.* Magnum beneficium eſt vocatio ad fidem Chriſtianã, ſed fructificare debet. In hoc fundamento noſtram vocationem firmat D. Petrus cum ait,
1. Petri 2. v. 21. *in hoc vocati eſtis, in hoc baptizati eſtis, in quo? Quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*; in hoc, vt ſequamur veſtigia crucis, vt patiamur, ſicut ille pro nobis eſt paſſus vincula, irriſiones, verbera, mortem. Non ſufficit, vt in illum credamus, ſed vt pro illo patiamur. Vix ad fidem vocatus, & electus fuit D. Paulus Apoſtolus, vix de eo dictum eſt; vas electionis eſt mihi iſte,
Actuum 9. v. 16. vt portet nomẽ meum, vix beneficium hoc ei collatum eſt, & ſubito penſio patientiæ ab eo exigitur. *Ego oſtendam ei quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Vas erat, & vas
F
electionis; in quo non liquor aliquis precioſus conſeruandus erat, ſed numen Chriſti, & tamen exponitur periculis, verberibus, percuſſionibus inimicorum: nonnè erat meliùs tàm precioſum vas in aliquo loco eminenti, tutò à periculis reponere? non certè: quia per hoc Chriſtus declarare voluit, quòd non in hoc ſolo perfectio chriſtiana conſiſtit, vt in eum credamus, ſed vt pro illo patiamur, & in hoc vocati ſumus. Propterea D. Ioannes in vinculis fuit, quia in hoc vocatus erat, & præcurſor domini ordinatus, vt pro eo pateretur. Inter plurima autem patientię, & tribulationum beneficia, eſt vnum, quod auditum acuit. Nunquam enim dulcius requieſcunt Sancti, quàm dum laboribus fatigantur, in-
Hilarius. quit Hilarius? Quies autem efficit, vt faciliùs, quis audiat. Hinc noctu dum medium ſilentium tenent omnia, faciliùs ſermo peruenit ad aures, proſperitas mũdi eſt ſtrepitus; qui obruit aures, ne quis audiat. D. Ioannes dum in vinculis, & tribulationibus quieſceret, audiuit opera Chriſti, opera ſalutis miracula, prædicationem, & labores, quos pro ſalute noſtra ſupportabat, tãquam verus Meſſias, & Saluator mũdi, vt nos edoceret non aliter in cęlum perueniendum eſſe, niſi per labores. Mirũ eſt illud, quod ait Ezechiel Propheta,
Ezechiel 1. dum de quatuor animalibus loqueretur. *Facies* (inquit) *vna, facies Cherubin & facies vltima animalis* (ſupple) bouis, de eo enim ſupra dixerat: *Ipſum eſt animal, quod vidi iuxta fluuium Chobar.* Quod maiorem auget difficultatem, quia quòd homo præditus ratione; quòd leo fortitudine excellens; quòd aquila in ſublime volans in cherubin conuertantur, minus mirũ eſſe videtur, ſed quòd labori deputatus bos in cherubin conuertatur, hoc mirùm videtur; Quid enim habent cornua cum alis? quid ferocitas cum vetuſtate Angelica? cum aliquid impoſſibile ſignificare volumus, dicimus. *Bos volat*, quia nihil minus quadrat boui, ſicut volare; & multò minus volare, ſicut cherubin, & tamen ita factum eſt, quòd facies vna, ſcilicet bouis facta eſt facies cherubin: quia qui non exercet officium bouis laborando pro ſalute ſua nũquam erit cherubin, ciues, & incola cęleſtis. Ita enim à Deo ordinatum eſt, vt boues in cherubin conuertantur. Et quid mirum? Siquidem cherubin diuinus Chriſtus Dominus in bouem per aſſumptionem carnis conuerſus eſt. Ad hoc enim venit, vt operaretur ſalutem noſtram, & laboraret pro ſalute noſtra, vt bos. Hæc ergo opera, hos labores cũ audiſſet Ioannes in vinculis: *Mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illis &c.*

Cauſa huius legationis ea præcipuè fuit, quia Ioannes in carcere ſciebat mortem ſibi imminere, & ideo tanquam prouidus parens filios ſuos rectè diſponere cogitans, fideli tutori Chriſto, ſcilicet illos committere voluit. Mittit itaque ad Chriſtum, vt ad proprium ipſorum parentem, quos piè, vt pædagogus erudierat, deindè, vt exactam de Chriſto fidem haberent, & à pernicioſa opinione ceſſarent: putabãt enim Ioannem præponendũ eſſe Chriſto, tùm quòd aſperiorem vitam ageret, tùm quòd in deſerto viuens ab hominum conuerſatione caueret. Mittũt multi hiſce temporibus filios ſuos ad remotas regiones, ab hæreticis perditiſſimis moribus imbuendos, redeunt domum morbidi, criminoſi peſtilentes, timidi, immorigeri, & imprimis in proprios deſæuiunt genitores, alios ſibi ſubijcere, & euertere conantur: Mittẽdi potius ſunt ad pios, & doctos catholicos ex quibus hauriant vitam cum pietate coniunctam; ſicut mittit D. Ioãnes ad Chriſtum diſcipulos, vt ab eo inſtruerentur, & interrogarent. *Tu es, qui venturus es.*

Non erat dubius Ioannes, quòd Dominus eſſet Chriſtus in lege, & Prophetis promiſſus: quomodo enim Prophetarum maximus Chriſtum ignoraret? præſertim cum eum eſſe agnum, qui tollit peccata mundi coram multis teſtibus fuiſſet profeſſus. Non ſuæ ergo, ſed diſcipulorum ignorantię conſulere voluit, vt ſcilicet dictorum, & factorum Domini perſpecta maieſtate, illi crederent, & adhærerent, ſiquidem de diſcipulorum ſalute ſollicitus erat, ſciens ſe breui per martyrium ex hoc mundo receſſurum. Hac ergo prudentia, & induſtria ſuis proſpexit diſcipulis de optimo parente, & tutore fideli. Relinquendus enim erat Moyſes, & recipiẽdus Dominus, nox præceſſerat, dies autem apparuerat, abierant tenebræ veteris legis, & veritas nouæ legis mundum illuſtrare cęperat. Pia ergo erat Ioannis de diſcipulis ſollicitudo: verebatur enim, ne poſt mortem ſuam diſcipuli ſui ad Phariſæorum ſectam conuerterentur: idcircò ad Chriſtum eos miſit, vt ab eo inſtruerentur. Sed non minor erga totũ mundum varijs infirmitatibus laborantẽ pietas fuit D. Ioãnis, ſciebat enim quia expectabat mũdus paſtorem baſim, & fundamentum populi expectabat totus ęgrotus medicũ, qui ſaluum faceret, & quæreret, quod perierat, qui ſanaret omnes infirmitates eorum. Erant quidem multi medici in mundo, *nam altiſſimus creauit de terra medicinam: id eſt ſimul cum terra creauit plantas, & herbas ad medicinam hominum*; vt inquit Hugo Cardinalis ſuper hunc locum, & hoc cum dixit: *Germinet terra herbam virentem.* Erant medici imperatores vitę, ac mortis, vt pulchrè ſcripſit Mantuanus. Lucæ 19. Eccl. 38. v. 4 G Geneſ. 1. v. 17. Mantuan.

His etſi tenebras palpent eſt data poteſtas.
Excruciandi ægros hominesquè impunè necandi

Et Plinius clariùs ait, vt quiſque inter medicos loquendo polleret illicò imperator noſtræ vitæ, cædisque eſt, quia finis medicinæ eſt conſeruare vitam: multoties tamen potiùs aufert, quàm conſeruat vitam. Ideò licet medicinæ, & medici fuerint antè aduentum Chriſti, ſatis tamen imperiti, nec vllus fuit, qui poſſet ſanare omnes infirmitates hominum; ſolus Chriſtus eſt, qui poteſt ſanare omnes infirmitates. De Sole, qui eſt pater luminis finxerũt antiqui, quòd erat Deus medicinæ, & auctor conſequenter ſalutis, quæ eſt finis medicinarum, de illo ſcripſit, Calimachus

Ex illo didicerunt funera primum Calimach.
Vitare, & gelidę differre pericula mortis

Nec mirùm, nam, & medicinæ ex actiuitate, & influentia Solis vim medendi hauriunt, vt ſcripſit Plato dicens. Quid magis confert medicorum Pharmacis? ſiquidẽ herbæ, quę in apricis locis naſcuntur, multò magis rei medicę cõferũt, quã in vmbra, aut humidioribus locis nutritę, & Sol lumine ſuo, ac cętera aſtra vitã, & famẽ humanã ſuſtentant. Hinc illud Plinij. Eſt peſtilentia quæ ſolis obſcuritate cõtrahitur, id eſt defectu caloris, & luminis, vt eſt in locis obſcuris, & humilibus. Et Albumazar docet, ꝙ ſi ſtellę de nocte nõ lucerẽt Plato. Plinius.

C omnia

Digitized by Google

Albumazar in lib. de ſtellatum iudicijs. 4. Reg. 13.

omnia animalia perirent. Et ideò fortaſſis cum Deus miſiſſet ad Ioas Regem Eliſeum Prophetam, vt eum ſanaret, iuſſit aperire feneſtram, & tandem dixit, *Sagitta ſalutis Domini*, vt innueret, quòd mediante lumine, & radijs ſolis ſanet Dominus. Nihilominus tamen, nec medici, nec medicinæ, nec ſol, vel aſtra poterant ſanitatem talem conferre mundo, quòd ſanarẽt omnes infirmitates ipſius ſolus Chriſtus fuit tàm perfectus medicus, vt conſtat ex reſponſione ipſiuſmet ad interrogationes diſcipulorum Ioannis, dicẽte Euangelio: *Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renunciate Ioãni, quę audiſtis, & vidiſtis. cæci vident, claudi ambulãt, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes Euangelizantur*. Sol, medici, & medicina, ſanant hominea ordinariè, per multas diſpoſitiones, & temporis interſtitia. Chriſtus autem extraordinariè, & miraculosè, cæcis viſum reſtituit, claudos, & leproſos ſanat: ſol, medici, medicinę, ſanant corpus, Chriſtus ſanat etiam animam; Eſtque medicus corporis, & animæ. Ideò poſtquam dixit. *Cęci vident, claudi ambulant*: ſubdit pauperes Euangelizantur.

Quid enim aliud fuerint illæ beatitudines, quas propoſuit Chriſtus in monte dicendo, *Beati pauperes Spiritu quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum: Beati mites, &c. Beati qui lugent, &c.* Quid inquam aliud fuerunt niſi recepta,

Matth. 5. v. 13.

Gregorius.

ad ſanandam animam? vt inquit S. Gregorius; *Sicut enim in arte medicinę calida frigidis, frigida calidis curantur*. Ita Dominus noſter contraria appoſuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, iracundis mãſuetudinem, elatis præciperet humilitatem. Et non ſolùm Chriſtus omnes ſanauit infirmitates; ſed etiam in poſterum pro omnibus ægritudinibus pharmaca oſtendit, & curationis modum præſcripſit, pro pauperibus opes, cum dixit, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Pro illis, qui ab aliquo offenduntur manſuetudinem, *Beati mites, &c.* pro peccatoribus lachrymas, *Beati qui lugent, &c.* Pro ditibus miſericordiam, *Beati miſericordes*. Pro voluptuoſis puritatem, *Beati mundo corde*. denique pro illis qui perſecutione patiuntur propter Deum ſecuritatem mercedis.

Eccleſ. 36. v. 25.

Beati qui perſecutionem patiuntur, &c. Cæterum in Apoſtolis impletum eſt illud lingua curationis, Euangelizando enim, arguendo, obſecrando, increpando, curabãt animas. & propterea ipſo die Pentecoſtes Spiritus Sanctus deſcendit de cęlo in forma linguæ, ſeditque ſupra ſingulos eorum, vt manifeſtaret de cęlo hanc animæ medicinam deſcendiſſe, quæ confertur lingua curationis conſolando, monendo &c. Propterea non ſolum Chriſtus dixit: *Cęci vident, ſurdi audiunt, &c.* Sed *& pauperes Euangelizantur*. Quia non ſolùm corporis; ſed etiam animæ ſalutem Chriſtus operatus eſt per ſe, per Apoſtolos, & Apoſtolorũ ſucceſſorea. Talem ergo medicum expectabat mundus, totus lãguidus, & infirmus, cui non erat adiutor. Sed illud conſideratione dignum eſt, quod Chriſtus ait: *Renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis*.

Non ſatis erat dicere, quæ audiſtis, ſed adiecit, quæ vidiſtis. Documentũ nobis reliquit Chriſtus in his quæ de alijs dicuntur, vel referuntur, non ſolùm ſufficere auditum, ſed neceſſarium quoque ipſum viſum. Si enim ad referenda bona opera vtrumque ſenſum requirit Chriſtus, certè multò magis ad oſtendendos defectus aliorum. Et licet quidẽ omnes ſenſus ſubiecti ſint errori, & deceptioni, nullus tamẽ illorum ad fidem faciendam, & adhibeodam, quàm viſus eſt magis neceſſarius. Cum (vt inquit Philoſophus) ſenſus

H

Philoſoph.

viſus ſit omnium acerrimus. Decipitur viſus aſpectu arcus cęleſtis, qui dicitur Iris, quem iudicat eſſe coloratum, cum tamen vera Philoſophia doceat nullum ibi colorem eſſe; deceptus fuit Samuel in auditu, qui non agnoſcens vocem Domini Dei ſui ſe vocantis, accurrit ad Heli Sacerdotem,

1. Regum 3 v. 5.

& dixit: *Ecce ego; quia vocaſti me*: Errauit quoque Iſaac Patriarcha in tactu, cum dixit: *Vox quidem, vox Iacob eſt,*

Geneſ. 27. v. 23.

ſed manus ſunt Eſau. Oſtendit aliud guſtus in ſumptione auguſtiſſimi Sacramenti, & odoratus dicẽtibus ibi eſſe ſubſtantiam panis, cum non ſit, ſed purum Corpus, & San-

Mileſius.

guis Chriſti, Non ſinè cauſa Thales Mileſius inter Græcos ſapientiſſimus dixit, tantùm differre verum à falſo, quantum differunt oculi ab auribus. Ideò animalia de quibus D. Ioannes in Apocalypſi ait erant plena oculis; ſicut & fabuloſus Argos, in fronte, in manibus, in lingua, in imaginatione oculos habebant. De auribus nulla fit mẽtio. Hac ratione moti incolæ Cretæ, quæ nunc dicitur Candia, pingebant Deum ſuum Iouem ſinè auribus cum oculis tantũ, non quòd non audiat omnia, ſicut cuncta videt, ſed quia plus fidendum oculis putabant, quam auditui. Hoc ſi rectè ab omnibus perpenderetur, nunquam tanta quietis perturbatio reperiretur, non ſolùm in conſcientijs hominum, verùm etiam in communitatibus, & regnis. Hinc inter plures cauſas deſtructionis Ieruſalem eam præcipuam multi affirmant temeraria iudicia, falſa teſtimonia, calumnias, & cętera peccata linguæ. Sed & in viſu quoque cautè procedendum eſt, nam, & hic ſæpè decipitur. Præcipuè tamen aduertendum eſt, vt ſit liber ab omni priuato affectu, & paſſione, imitando in hoc naturam, quæ in oculis humorem voluit eſſe Cryſtallinum, purum, nullo permixtum colore, ſeu nõ coloratum, vt rectè de coloribus iudicare poſſemus. Nam ſi (exempli gratia) eſſet viridis, omnia ei apparerent viridia: ſic, & oculus mentis à paſſionibus liber eſſe debet, cum facta, vel dicta aliena dijudicat. Hoc igitur documẽtum nobis obſeruandum eſt, vt de proximis noſtris non referamus ea pro veris, quæ audiuimus ſolùm, niſi quoque viderimus ea. Sed & hoc ipſum cautè agendum, ne veris falſa admiſceantur, & ſuſpicio vices certitudinis agat. Et quoniam prædicta Chriſti miracula viderant, & audierãt, non dum tamen plenè crediderant diſcipuli Ioannis, ideò implicitè redarguit eos Dominus, modeſtè tamen eum ait. *Et beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me*, id eſt, qui non dubitauerit me eſſe Meſſiam.

Auerſo quippè animo erant diſcipuli Ioannis à Chriſto, & inuidia quadam mouebantur contra eum. Vndè, & quæſtione facta inter ſe de mũdatione baptiſmali ipſius, deferebant eum ad Ioannem, quòd ex his ipſorum verbis perſpicuum eſſe poteſt, dum inquiunt. *Magiſter, qui tecũ trãs Iordanem erat, cui & teſtimonium perhibuiſti ecce is baptizat, & omnes ad eum veniunt*. Item quare cum peccatoribus conuerſaretur, & manducaret Chriſtus facta eſt quæſtio inter Ioannis diſcipulos, & Iudæos. Pro cuius reſolutione ad Ieſum poſtea venientes. *Quare nos* (dicunt) *& Pharisæi ieiunamus, diſcipuli autem tui non ieiunant?* Volens Dominus ad legationem eorum reſpondere duo facit. Primùm, non directè reſpondet Ioanni; quia ego ſum; quod ad interrogationem conſequens erat, & hoc propterea ne turbaret eos, ſed: *Ite & renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis*; Deindè eis adiecit. *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me*. In quo illis oſtendit, non eſſe ſibi occultas cogitationes eorum. Si dominus dixiſſet: Ego ſum, tunc dixiſſent, tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuũ, non eſt verum. Ideoque per ſcripturas ad fidem eos adducere conatur. *Beatus* ait, *qui non fuerit ſcandalizatus in me*, id eſt, ex humilitate mea, ideò, & vos non eſtis beati, qui in me ſcandalum patimini, & inferiorem me Ioanne exiſtimatis. Beatus qui non fuerit ex mea cõuerſatione offenſus, quòd non ſeorſim ab hominibus in tanta vitæ auſteritate, quanta Ioannes viuam. Quo facto modeſtè redarguit eos, & ſecretum cordium eorum detexit, cuius ipſi erant cõſcij: Omnium autem maximum fuit ſcandalum crucis, Iudæi enim non aduertentes duplicem futurum aduentum Chriſti, putabant eum vẽturum in maieſtate, & potẽtia magna, ac fortitudine circũſeptum, & redempturum Iſrael; Ethnici verò, quorum Deus venter eſt, finis interitus gloria in cõfuſione, inimici crucis Chriſti, eius humilitate offenſi, fidẽ, & venerationem eius ſpreuerunt, & multas variaſq; ſectas contra Chriſti humilitatẽ diuinitatemq; ſuſcitauerũt. Igitur beatus (ait) qui non fuerit ſcandalizatus in me, hoc eſt, qui fuerit verus, & ſincerus Catholicus, & nõ abierit poſt peſtiferas hæreſes, & nouitates verborum, qui libenter portauerit crucem ſuam poſt me, & improperium crucis non fuerit aſpernatus in me, hoc eſt, in humilitate, & paſſione mea in verbis, & vita mea. Cæterum ſcandalũ græcè, latinè eſt ruina, vel offenſio pedis, vt patet ex illo Pſalmiſtæ loco: *Iuxta iter (inquit) ſcandalum poſuerunt mihi*. Ad hunc modum diſcipulis Ioannis expeditis atque abeuntibus: *Cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne*. Inſtructis quippè illis, & redeuntibus ad Ioannem, conuerſus ad turbas cœpit conſtantiam

Io. 3. v. 26.

Matth. 9. v. 14.

I

Pſal. 139. v. 6.

ſtantiam mentis Ioannis, cęterasque eius virtutes laudibus
efferre. Poſtquam.n.ſignis, atque miraculis diſcipuli Ioãnis
confirmati, & meliores effecti fuiſſent, reſtabat, vt multitu-
dinem etiam ad meliora reduceret. Turba enim cũ neſci-
ret qua mente Ioannes Chriſtũ interrogaſſet, poterat mul-
ta inconuenientia de Ioanne ſuſpicari, eumque inconſtãtię,
& leuitatis arguere: ſcilicet quod modò primũ interroga-
ret Chriſtum, an eſſet verus Meſſias; cui non multò antè te-
ſtimonium perhibuerat, & quem digito oſtenderat dicens.
Ecce agnus Dei. Poterat addubitare non benè conuenire
Chriſto, cum Ioanne, diſſiduum vt aliquod eaorum inter
illos fuiſſe, vel Ioannem afflictione carceris timidiorem ef
fectum non audere veritatem profiteri. Igitur diſcipulis re-
deuntibus ad Ioannem ne putaret vulgus ſe quibuſdam aſ-
ſentatiunculis beneuolentiam eorum captare velle, Ioannis
conſtantiam commendauit. Et reuera tantæ Sãctitatis erat
D. Ioannes, vt illum ſolùm, qui de eo cępit dicere apud tur-
bam, laudes ipſius perficere neceſſe fuerit. Eſt qui dicat ſan-
ctitatem Ioannis eſſe prorſus ineffabilem, accomodãdo D.
Ioãnem ad tyaram, quam Deus ponere iuſſit in capite ſum-
mi Sacerdotis. Duo enim præcipua ornamenta habere de-
Exod. 28. v.29. buit Aaron, vnum ſupra pectus, alterum ſuper caput. *Ratio-*
nale iudicij ſupra pectus eius pones, & Tyaram in capite eius
inquit Dominus ad Moyſen. Chriſtus Dominus erat rex, &
Pſal.109.v.4 ſummus ſacerdos iuxta illud Pſalmiſtæ. *Tu es Sacerdos in*
Pſal.2.v.6. *æternum*. & in alio loco: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab*
eo &c. Debuit ergo tanquam rex geſtare in pectore vellus
aureum, & coronam in capite tanquam ſummus ſacerdos.
Rationale iudicij in pectore, tyaram in capite. Velus aureũ,
& rationale iudicij, eſt S. Ioan. Euangeliſta qui requieuit ſu-
pra pectus Domini, in cuius corde tãquam Onichino lapi-
de precioſiſſimo eaculpta erant credenda Symboli duode-
cim Apoſtolorum, ex quorum doctrina, & prædicatione
Euangelij tanquam duodecim tribubus filiorum Iſrael ex-
creuit copioſiſſimus numerus habitatorũ cæleſtis Ieruſalẽ,
inter quos inſignis excelluit virtute diuini amoris D. Io. Euã
geliſta, adeò vt ſuis nihil pęnè magis commendare, & incul
care videretur, quam amorem Dei, & mutuam charitatẽ,
Ioan.1.v.28 iterãs ſępiſſimè illa verba. *Filioli diligite alterutrum*. Coro-
na, & tyara in capite Chriſti eſt D. Ioan. Baptiſta, qui dum
Chriſtum baptizat ſupra caput Domini manus ſuas impo-
Ioan.3.v.31 nit, quem offendens regem ſic coronatum dicit de illo. *Qui*
de cęlo venit ſuper omnes eſt. Illa itaque manuum impoſi-
tio fit quaſi corona, & tyara capitis Chriſti in qua conſpiciẽs
Math. 3. v. 17. eũ pater cęleſtis ſubijcit ſtatim verba ſua, *Hic eſt filius meus*
dilectus, in quo mihi benè complacui. Et quemadmodum in
hoc mundo niſi vna corona in quolibet regno conceditur,
pluribus autem aurea vellera geſtare conceſſum eſt, ita in
Eccleſia militante non permiſſum eſt plures eſſe tales coro-
nas Chriſti, vnus eſt præcurſor domini, velut vnus anteam-
bulo Regis, vnus Ioannes Baptiſta ſupra caput Domini ma
nus imponens, velut vna corona in regno Chriſti, plures au
tem fieri Euangeliſtas, Apoſtolos, Martyres, Virgines con-
ceſſum eſt. Porrò in illa corona, quam in capite portabat ſũ
mus Sacerdos, ſcriptũ erat ineffabile nomen Dei, in hac au-
K tem, quæ eſt D. Ioan. Baptiſta, ſcripta eſt ineffabilis ſanctitas
eius. Illum ergo qui cępit ad turbas dicere de Ioanne, & vir-
tutes eius prædicare, perficere quoque neceſſe eſt, noſtrum
autem aures erigere, & eis quibus virtutibus præcipuè com-
mendetur à Chriſto attendere. *Quid inquit exiſtis in deſer-*
tum videre? Cuius ſpectaculi gratia in eremum toties con-
fugitis, Ioannem ne viſuri leuem aliquem hominẽ, qui huc,
atque illuc Euripi modo iactetur? Non profectò tanto ſtu
dio impulſi, & effuſi fuiſſetis ad vidẽdum illum hominem,
niſi adamantinis lapidibus firmiorem putaſſetis. *Quid* (in-
quit) *exiſtis videre arundinem vento agitatam?*

Arundinemne videndam exiſtis, quæ facilè in hanc, & il
lam partem flectitur? Non ſanè. arũdo enim vacua eſt, nul
lamque habet virtutem, ideoque, ſi vel leuiſsimus ventus
flauerit, huc, atq; illuc inclinatur. Sic filij huius ſęculi, in qui-
bus non eſt medulla fidei Catholicæ, omni circumferuntur
vento doctrinæ, populari aura mobiles, inſtabiles, ſibi ipſis
nuſquam cõſentientes, ſed ſpiritu inanis gloriæ inflati, va-
cui virtute interna, fragili ſe ſæculari ſublimitate iactantes,
arundini ſunt cõparandi, in quibus ſolidæ iuſtitiæ nullus eſt
fructus, ipſo tantum oris boatu ſonori intus vacui, foris ſpe-
cioſi. Arundines (inquit Ambroſ.) nulla validioris naturæ Ambroſius.
radice fundatæ, ideò etiamſi leuis ſpirauerit aura, motu ſuo
aerem verberant: ita homines nullo virtutis validioris fun-
damento innixi; ſi leuis aſpirauerit aura, proſperi ſucceſſus,
vago motu proximos verberant. Arundines fluuios amant,
& nos bona labentia mundi delectant. Hanc tamen arun-
dinem, ſi quis euellat, & exuat ſuperfluis, fit calamus ſcribæ
velociter ſcribentis. Itaque ſi quis exuerit veterem hominẽ
cum actibus ſuis, erit calamus ſcribæ velociter ſcribentis; ſci
licet Spiritus S. & non arundo vanitatis. S. Ioãnes non erat
arundo, nec mouebatur flatu variarum paſſionum, & affe-
ctionom, ſed Spiritus S. flamine, vndè, & inſtar columnæ
immobilis extiterat. ad Epheſios Apoſtolus ſcribẽs nos hor
tatur, vt ſtabiles ſimus. *Non ſimus* (inquit) *veluti paruuli* Eph.4.v.14.
fluctuantes, neque circumferamur omni vento doctrinę. Itẽ Hebreor. vl
in alio loco, *optimum eſt gratia ſtabilire cor*. Item, *Stabiles* timo v 9.
eſtote, & immobiles, abundantes in omni opere bono ſemper. 1.Corin.15.
Nec diſſentire videtur Sapiens, dum inquit: *Non te venti-* v.58.
les in omnem ventum, Eſto primus in via Domini, & in ve- Eccl.5.v.14.
ritate ſenſus ſui.

Imitare D. Ioannem, qui propterea meruit laudem à
Domino, quòd non fuerit arundo ventis agitata. Commẽ-
dauerat ſupra Chriſtus Dominus D. Ioannis ſanctitatem in
genere cum dixit: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior* Math.11.
Ioanne Baptiſta, id eſt, nullus maior natus eſt inter homines v.11.
Ioanne Baptiſta. Vt autem exciperet ſeipſum, & B. V. Ma-
trem ſuam non dixit abſolutè, quod nullus inter homines
natus eſt maior, ſed non ſurrexit maior quaſi vellet dicere,
inter illos, qui ceciderunt macula originalis peccati infecti,
& poſtea per gratiam Dei ſurrexerunt, nullus natus eſt ma-
ior Ioanne Baptiſta, quia in vtero matris ſanctificatus fuit.
Et ita cæterorum natiuitas fuit in caſu, ſolius Ioannis in ſur
rectione. Cęteri etiam ſancti plerique poſtquam ſurrexerãt
per baptiſma cadebãt, & iterum per pęnitentiam ſurgebãt.
D. Ioannes poſtquam ſemel ſurrexit per gratiam Dei, nun-
quam amplius cecidit per ſeipſum. Nunc autem in particu-
lari laudat eum ex conſtantia, & fortitudine, quòd non ſit
inſtabilis ſicut arundo, ſed fortiſſimus cęterorum Sãctorũ.
Conſiſtit fortitudo in tolerandis aduerſis, & aggrediendis
arduis. Et quid terribilius morte: quæ ita terrebat fortitu-
dinem Dei Chriſtum, vt a longè eam aſpiciens ſudaret ſan-
guinem. *Factus eſt* (inquit Euangeliſta) *ſudor eius, ſicut gut* Lucæ 22.
tæ ſanguinis decurrentis in terram, cum hac tamen adeò for v.44.
titer S. Ioannes cõgreſſus eſt, vt licet videret eam ſibi immi-
nere propter veritatem, intrepidus tamen clamaret, & ar-
gueret regem de peccato dicens. *Non licet tibi habere vxo-* Marci 6.
rem fratris tui. Cæteri Sancti, viſi ſunt quidem etiam con- v.19.
temnere mortem, & quaſi ludere cum ea, ſed ideò, quia iã
fuit per Chriſtum debilitata, & proſtrata, imò occiſa, vt ca-
nit Eccleſia: *Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, &c.*
Impletum eſt, ſicut olim Prophetauerat Oſeas: *Ero mors* Oſeæ 13.
tua, ò mors. Occidit Chriſtus mortem, ſed quomodo? mors v.14.
cuiuslibet viuentis eſt priuatio vitæ, ſed mors mortis cuius L
erit priuatio? non vitæ, quia illam non habet, cuius ergo
erit priuatio? Quando vita moritur, quo priuatur? vita pri-
uatur eo quod fuit. Ita quoque quando mors moritur, quo
priuatur? eo quod fuit mors, & priuatio vitæ, & incipit eſſe
vita, quia contrariorum eadem eſt ratio (inquit Philoſo- Philoſoph.
phus) quotieſcunque enim Deus contulit vitam viuẽtibus
ſemper dicitur ſpiraſſe. Quando contulit vitam naturalem
homini in Paradiſo. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitę*. Geneſ.2.v.7
quando itẽ cõtulit Chriſtus Apoſtolis vitam ſupernaturalẽ
inſufflauit in eos, qñ vitã tribuit morti, *Inclinato capite tradi*
dit ſpiritũ. Magna aũt differẽtia eſt inter has voces ſpirare,
ſufflare, & tradere ſpiritũ, quia hoc vltimum notat non ſe-
mel, atque iterum ſpirare, ſed totũ ſpiritum tradere. Sic ergo
Chriſtus moriens, & cum morte pugnãs totum tradidit ſpi-
ritum, morti dedit vitam, vt iam non ſit priuatio vitæ, ſed vi
ta, priuatio.n. tollitur per formam. Ideò Eccleſia martyriũ,
vel mortem Sanctorum vocat natalitia Sanctorum marty-
rum, vt cuius hodie natalitia colimus, & quia poſt quã Chri-
ſtus mortuus eſt, mors mortua eſt, & iam non eſt mors, ſed
vita. Pugnare ergo cum morte proſtrata, & vt ſic dicã mor-
tua, non erat opus tanta fortitudine, ſed certare cum morte

Digitized by Google

non deuicta, hic labor hoc opus eſt, vt inquit Poeta, quia pugnaturus cum ea fortis eſſe debuit, non arundo, ſed turris fortiſſima. Cum tali ergo morte ſtrenuè dimicauit Ioãnes, nec minimum ceſſit huic, quæ ſemper victrix antè eum fortiſſimos quosque deiecit. Quod cum ita ſit, certè non fuit arundo S. Ioannes, ſiquidem mors fortiſſima, & ferociſſima eum vincere non potuit, multò minus venti ambitionũ cupiditatem honoris, & gloriæ. Sed dicere quiſpiam potuiſſet, eſſe illum hominem delicatum voluptuoſum? Ideò ſubdit Euangelium. *Sed quid exiſtis videre hominem mollibus veſtitum?*

Poterat inquam aliquis dixiſſe conſtantem quidem, & fortem prius vidimus, ſed ſuſpicamur nunc delitijs huius vitæ emollitum, mutaſſe ſententiam. Delitijs enim huius ſæculi plurimi effæminati atque inſtabiles euaſerunt. Sed Ioãnes non eſt delicijs corruptus, quippè qui à puero in deſerto locuſtas, & mel ſilueſtre pro cibo, indumentum ex pilis camelorum pro veſtimento habuerit. Nam ſi Ioannes delitijs caperetur, nòn eremum, non carcerem; ſed Regis domos incoluiſſet, & inhabitaſſet, & ſi tantum modò ſilere voluiſſet. *Haud modicis ab Herode fuiſſet honoribus auctus.*

Carmen.

Qui ergò veritatem potiùs dicere, & ſanguinem profundere, quàm diſſimulare ſcelus maluit, quomodò poterit incidere in ſuſpitionem voluptatis? *Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt.*

S. Ambr.

S. Ambroſius hunc locum myſticè interpretatur. Nõ eſt hic ſermo Domini de veſtibus, ſed de corporibus, quibus animæ noſtræ veſtiuntur. Sunt autem mollia indumenta, delicijs affluens vita, molles actus, & blãdi mores. Quamobrem nos hortatur Apoſtolus, vt exſpoliantes veterem hominem cum actibus eius induamus nouum, in quo dulcis illecebra nõ ſit, actusque laſciuiæ, ſed vſus laboris, & fructus, eo quòd tenera corpuſcula, cura, luxuque, & laſciuarum cupiditate emollita nequaquam cæleſtis aula ſuſcipiat, ad quã per duros laborioſos virtutis gradus aſcenditur. Itaque non fuit Ioannes delicijs correptus, quòd ex veſtitu rigido quo amiciebatur, & deſerto quod incolebat, facilè colligitur. Ideò ait Chriſtus ad turbas. Quid viſuri in deſertum tanto ſtudio perijſtis, vt hominem ſericis veſtium intueminí? Tale ſpectaculum non conuenit, eremo, ſed domibus Regum. Ioannes de pilis camelorum veſtem contextam, & pelliceã Zonam circa lumbos ſuos geſtaſſe dicitur, vilis profectò veſtitus, quamuis non ſoli Ioanni fuerit proprius. Quia legimus, & alios quàm plurimos Sanctos idem factitaſſe. Paulus Primus Eremita tunica de palmæ folijs contexta nuditatem ſuam tegebat, quam poſt obitũ eius S. Antonius adeò in delicijs habebat, & tanto ſtudio aſſeruabat, vt non niſi in feſtis ſolemnioribus ea vteretur. Hilarius Abbas nihil præter vilem cilicinum ſaccum tegendo corpori accommodatum habuiſſe fertur. S. Hieronymus item rudi tunica induebatur; S. Franciſcus vnica veſte eaque rudi, & impolita vtebatur. Quod ſi & ad Gentiles conuerterimus oculos, nõ diſſimile quid in ſummis illis ſapientiæ ſectatoribus, & Philoſophis aduertemus. Licurgus ſanciuerat vni tunicæ quotannis Lacones ſuos aſſueſieri debere, ratus contra frigora, & Solis calores melius poſſe hoc pacto corpora muniri. Crates Philoſophus humili, & ſordido pallio amictus in publicum prodire ſolebat. Zeno quoque tenui, abiectoque operimento contentus in forum procedebat. Quapropter rectè S. Gregorius in homilia dominicæ hodiernæ. Nemo inquit exiſtimare debet in luxu, atque ſtudio pretioſarũ veſtium peccatum deeſſe, alioquin de veſtitus aſperitate Dominus Ioannem minimè commendaſſet. *Diues veſtiebatur byſſo, & purpura,* dicit S. Lucas ſepultus eſt tamen in inferno. D. Auguſt. inquit non vſum rerum, ſed libidinem menſis in culpa eſſe. Qui ergo rigido, & auſtero vitæ cultu delectatur, aulas diuitum, & ſuperba palatia Regum vitare debet. Cuidam de veſtis pretioſæ indumento ſe iactanti. Non deſines ait quidam Philoſophus de ouis vellere gloriari. Facit huic propoſito verbum Auguſti Imperatoris. Veſtes inquit pretioſa, ac mollis vexillum eſt ſuperbiæ, & nidus luxuriæ. Doctor quoque gentium S. Paulus ſuis prohibet talem veſtitum dicens. *Non intortis crinibus auro margaritis, vel veſte pretioſa ornantes ſe. Sed quid exiſtis in deſertum videre Prophetam? etiam dico vobis pluſquam Prophetam.*

S. Paulus Eremita.
S. Hilarius Abbas.
S. Hieron. M
S. Fráciſcus.
Crates.
Zeno.
D. Gregor.
Lucæ 16.
D. Auguſt.
Auguſtus Imperator
1. ad Timo. 2. v. 9.

Poſtquam ſatis efficaciter oſtendit tùm à loco, tùm à vitæ auſteritate Ioannem obnoxium non eſſe etiam ſuſpicioni inſtabilitatis, vel ambitionis quatenus ſuam ſententiam immutare deberet. Nunc oſtendit nulla ex parte Ioannem dubitaſſe de vero Meſſia, cũ ſit maior alijs prophetis. Quia quem alij prædixerant eſſe venturum, ipſe digito monſtrauit. Prophetæ ſiquidem proprium eſt futura tantùm prædicere, non præſentia demonſtrare. Ille inſuper baptizauit Chriſtum, & ipſi maximè vicinus fuit, quòd nulli Prophetarũ contigit. Lex enim, & Prophetæ omnes vſque ad Ioãnem dicit Euangeliſta. Maior ſanè Propheta inquit S. Ambroſius in quo finis eſt Prophetarum: maior, profectò, quia quem multi prophetizando videre cupiebant, ipſe non modò prædixit, ſed etiam conſpexit, ac oſtendit, & quod maximum eſt baptizauit. Illum inquam Prophetam Prophetarum de quo Dominus per Moyſen dixit. *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, & ponam verba mea in ore eius.* Cęterùm illud conſideratione dignum eſt quod in extollendo Ioanne comparatione vtatur Chriſtus Dominus. Legimus quidem eum multos Sanctos commendaſſe. Laudauit D. Petrum cum dixit. *Beatus es Simon Bariona.* Laudauit Magdalenam, cum ait. *Dilexit multum,* & illum de quo dixit; Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt. Vix tamen inueniri poteſt, quòd aliquem laudauerit comparãdo eum ad alios Sãctos: multum autem refert laudare aliquem abſolutè, & laudare conferendo cum alijs: quia cum laudamus comparando aliquem ad alios, tribuamus ei aliquid ſupra alios neceſſe eſt, & è contra. Ipſum ergo D. Ioannem ſic laudat Chriſtus Dominus cum loquit *Etiam dico vobis pluſquam Prophetam.*

Math. 11.
S. Ambr.
Deuter. 18. v. 18.

D. Petro dicit quòd ſit Beatus, ſed non dicit, quod ſit beatior alijs; Magdalenæ ait, quòd dilexit multũ; ſed non dixit, quòd plus alijs dilexerit. Sed cum D. Ioannẽ laudat, aliũ aſſumpſit modũ laudandi, non dicit. n. abſolutè, quòd ſit Propheta, ſed quòd ſit plus, quàm Propheta, quòd magnũ eſt. Nos cum vnum Sanctum comparamus alteri, id facimus non quòd ſciamus, eũ plus habere ſanctitatis, quã aliũ, quia id ſoli Deo notum eſt. Sed ſolũ propterea, vt excitemus animos auditorum ad deuotionem ipſius, quẽ laudamus. Sed cum ille laudat comparando, qui etiam ſanctitatẽ poſuit in pondere, & menſura, iam certificamur hunc maiorem eſſe Sanctum, quàm illum; hũc maiorem eſſe Prophetam, quã illum. Et quoniã noſtra exiſtimatione nullus in hac vita pręter Chriſtũ, & B. V. M. fuit Sanctior Angelis, ideò Chriſtus ipſe laudans Ioannẽ ad captum hominũ ſubdit, & affirmat quod ſit Angelus, vnde Propheta dicit: *Ecce ego mitto Angelum meum antè faciem tuam, qui præparabit viã tuã antè te.* Hebraica lectio, & Septuaginta interpretes ſic habẽt, vt explicat S. Hieron. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam antè faciẽ meã.* Et ſic ſunt verba Chriſti. Marcus verò, & Matthæus habent. Ecce ego mitto Angelũ meũ qui pręparabit viam antè te, & ſic ſunt verba patris ad filiũ: ſed in idem recidit vtrumque, quia patris, & filij æqualis eſt diuinitas. Dicitur autem Angelus tùm ratione officij tùm ẽt ratione vitæ Angelicę, quam in terris egit. Ambr. & Chryſ. intelligunt dominum indicaſſe Ioãnẽ omnibus hominibus maiorem fuiſſe. Quomodò (inquit Chryſoſt.) maior eſt in aula regis, qui Regi vicinior eſt; ita & Ioannes, quamobrẽ propter eximias, & ſingulares pręrogatiuas omnibus hominibus maior eſſe dicitur. Angelico. n. promiſſus fuit oraculo in templo parenti, conceptus fuit miraculosè pręter curſum naturæ, ſanctificatus in vtero, in quo non ſine ſtupore naturæ Chriſtum ſalutauit, & adorauit; ab ineunte ſtatim ætate cum Deo, & Angelis eius in deſerto cõuerſatus, nulla hominum conſuetudine maculatus: primus regnum Dei prædicauit, Chriſtum baptizauit, alijſque digito, monſtrauit, ſolus ordinatione diuina à Prophetis promiſſus, & adumbratus. *Ego vox clamantis in deſerto. Ecce ego mitto Angelum meũ, & pręparabit viam antè faciem tuã.* Angelus vocatus primò, quia natus, Virgo, Martyr, pluſquam Propheta: clarius nãq; præ alijs miſteria Chriſti cognouit, maiori ſpiritu illuſtratus, vtpotè Chriſto vicinior regni cælorũ arcana clariùs cęteris explicauit vitę conuerſatione, & meritis virtutũ omnibus hominibus ſanctior, atque maior. Sed quoniam Angelus eſt nomen commune cœleſtium ſpirituum, dubitare aliquis

Malach. 3. v. 1.
S. Hieron. M
S. Ambr.
S. Chryſoſt.
Eſaiæ 40.
Malach. 3.

quis poſſet, cur non nominatur à Chriſto, vel Prophetis no-
mine proprio, ſed communi omnibus Angelis; Siquidem,
vt innoteſcant diuerſa officia Angelorum, diuerſis eos ap-
pel amus nominibus proprijs, ſicut dicitur in Euangelio
Luc. 1. v. 26. *Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo*, non ſatis erat dixiſſe: *Miſ-
ſus eſt Angelus*, ſed appoſitum eſt *Gabriel*. Sic Angelus lo-
Tobiæ 12. v. 15. quens cum Tobia inquit: *Ego ſum Angelus Raphael*. Hic
autem cum de Ioanne loquitur; Chriſtus inquit: *Ecce ego
mitto Angelum meum*: fortè eam ob cauſam, vt declararet
quòd non ſolùm eſſet Angelus D. Ioannes, ſed per excellen-
tiam Angelus, ſicut cum dicimus vrbs, intelligimus Romã,
quæ inter alias omnes vrbes eſt excellentior. Sic etiam dici-
mus Apoſtolus ſubintelligentes Paulum, qui propter excel-
lentiam commune Apoſtolorum fecit nomen ſuum. Ita
quoque D. Ioannes, quia per excellentiã erat Angelus, ideò
ſatis erat dixiſſe: *Ecce ego mitto Angelum meum*. Et reue-
ra ita eſt, quòd per excellentiam fuit Angelus. Certum eſt
illud, quod vnum alio eſt precioſius, & excellentius, verbi
gratia: adamas eſt carior, & excellentior Smaragdo: Cur
ita? Fortaſſis quia in ſe eſt precioſior, non puto; Sed quia
raro reperitur, cuius ſignum eſt, quia olim, & Smaragdus
erat ita precioſus, quando difficilior iouentu erat, ſicut nũc
adamas. Quemadmodum etiam & œconomica docet, gra-
num frumenti, vno anno eſſe carius, quàm altero, nõ quod
in ſe ſit carius, ſed quia maior eſt eius hoc anno abundãtia,
quàm altero. Imò ſacra Theologia docet nihil eſſe precio-
Pſ. 18. v. 11. ſius verbo Dei: & Dauid Propheta teſtatur. *Eloquia Domi-
ni deſiderata ſuper aurum, & lapidem precioſum multum*.
Et tamen verbum Dei etiam apud populum Iſraeliticum
erat magis precioſum certis temporibus, quam alijs. Quam
D. Hier. obrem? Reſpondit D. Hieronymus, Quia rarum, omne.n.
quod rarum eſt, precioſum eſt. Itaq; precioſiſſimo queque
in ſe, quantò ſunt rariora, tantò ſunt precioſiora. Precioſa
eſt res Angelus, & ſanctitas eius, ſed non eſt ita rara. Dicit
Daniel 7. v. 10. enim Sacra ſcriptura. *Decies centena millia miniſtrabant ei*,
Precioſi ſunt illi Spiritus puriſſimi, qui ſemper aſſiſtũt Deo,
ſed ſunt multi, quia *millia millium aſſiſtebant ei*, & in vna
Hierarchia tot Angelorum. Vnus ſolus Angelus eſt Ioan-
nes Baptiſta; precioſus ergo, quia rarus, precioſus ratione
ſanctitatis; precioſus quoque ratione officij, quia præpara-
bit viam antè te dicit Euangeliſta. Sciendum quòd inter
Angelos magna habeatur ratio officij, quod exercent. Hinc
eſt quòd in Sacra Scriptura legimus quoſdam Angelos, vt
adorarentur ab hominibus permiſiſſe, alios nullo modo id
voluiſſe permittere. In Apocalipſi legitur cum D. Ioannes
Apocal. 22. v. 9. voluiſſet adorare Angelum, eum dixiſſe ſibi *vide ne fe-
ceris conſeruus enim tuus ſum*. Quando autem cum Abra-
Geneſ. 18. ham, Loth, Ioſue, & Daniele loquebãtur Angeli, *proni ado-
Geneſ. 19. rabant eos*, Abraham cucurrit in occurſum, & adorauit in
Daniel 10. terram. Loth cecidit in terram, & adorauit, Ioſue adorauit
cadens in terram, Daniel autem fatetur, quòd conſternatus
iacuerit ſuper faciem ſuam, & non remanſerit in ſe fortitu-
do. Et non ſolùm vltrò, & liberè, ſed etiam quaſi coacti,
& neceſſariò id faciebant. Quia ſi aliquando id non fece-
rant ipſi Angeli id requirebant, & iniungebant, quemad-
Exodi 3. v. 5. modum dixit Angelus ad Moyſen, *Solue calceamentum de
pedibus tuis*. Vnde talis differentia? Indè quia ratio officij,
& perſonæ, quam gerebant, id poſtulabat. Si enim perſonã
Dei gerebant, honorem ſibi exhiberi volebant. Si verò pro
priam perſonam repræſentabant, nihil tale ſibi exhibendũ
poſtulabant, ſed familiariter, vt conſerui agebant. Quòd cũ
ita ſit, quanto honore dignus eſt hic noſter Angelus, cuius
officium eſt tantæ dignitatis parare ſcilicet viã Meſſiæ. Sed
illud mirum alicui videri poſſit, quod cum Chriſtus Domi-
nus D. Ioannem prædicauerit eſſe Angelum, ipſe dicat ſe eſ-
ſe vocem clamantis in deſerto. Verùm vtrumque nomen re
ctè ei competere poteſt. Nomina enim imponuntur aliquã
do, tãquam Symbola ſanctitatis, vel alicuius facti inſignis.
Cromerus lib. 5. Quemadmodum legimus apud Cromerum de familia
Habdanh dicta in Polonia. Scarbicus Comes legatus miſ-
ſus cum alijs ad Henricum IV. Imperatorem Boleslao III.
Polonorum Rege Glogouiæ ab Imperatore obſeſſo, vt pa-
cem peteret; cum Cæſar ingentem theſaurum legatis oſten-
deret his verbis. Hic inquiens Polonos perdomabit Scarbi-
cus legationis princeps, ſtultam Cæſaris iactantiam notans,
annulo, quem in digito geſtabat in theſaurum proiecto: au
rum (inquit) adijciamus auro, id ſcomma intellectum Cę-
ſar gratias agendo eluſit: Habdanh inquiens lingua Ger-
manica, quod eſt gratias ago. Indè familiæ id nomen mã-
ſit vt Habdanci dicantur. Sic D. Ioanni nomen Angelus à
Sanctitate, & officio impoſitum eſt, nomen autem vocis ab
inſigni facto prædicationis pœnitentiæ. Vel certè dici po-
teſt, quòd imitabatur in hoc Chriſtum Dominum, qui cum
eſſet æterni Patris filius hominum, & Angelorũ Dominus,
Imperator cœli, & terræ, & talis etiam fuerit voce è nube
delapſa declaratus, *Hic eſt filius meus dilectus*, nihilomi-
nus tamen cum ſui mentionem alicubi faciebat, filiũ ſe ho-
minis per humilitatem nominabat nobis quoq; relinquẽs
exemplum, vt potiùs ad virtutum ſplendorem, quàm no-
minis claritatem attendamus. Quoniam, vt ait S. Hierony-
mus, nobilitas vera eſt, eſſe clarum virtutibus. Ideò D. Pau-
lus Thimotheo ſcripſit, vt reprehenderet eos, qui intendunt
fabulis, & Genealogijs dicẽs. *Rogaui te vt remaneres Ephesi* 1. Timoth. 1. v. 4.
*vt denunciares quibuſdam, ne intenderent Genealogijs, & fa
bulis; Non enim ille qui ſeipſum commendat probatus eſt, ſed
quem Deus* commendat. Quemadmodum D. Ioannem
commendauit ex Sanctitate, & vitæ puritate. Vtinam, &
nos commendet Deus hic per gratiam, & in futuro per glo-
riam. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Secundæ Aduentus.
De Cardinali Virtute Fortitudinis.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti. Mat. 11. v. 2
Fortitudo ſimplicis via Domini, & pauor his qui ope- Prouerb. 10. v. 29.
rantur malum.

VITAE præſentis beatitudo, quę à Theologis di- A
citur beatitudo viæ, in eo præcipuè cõſiſtit, vt ho
mo quantum fieri poteſt in omnibus operibus,
& actionibus ſuis imitetur Deum, tãquam ima-
go, prototypum. Communis doctrina Chriſtianorũ eſt ex
Sacris Scripturis deſumpta, quod homo eſt imago Dei, ſeu
factus ad imaginẽ Dei. Sed in quo conſiſtat ratio huius ima
ginis non eſt eadem Sanctorum Doctorum Eccleſiæ ſnia,
nam D. Ambr. exiſtimat rationem imaginis conſiſtere in Lib. de Diuinitate humanæ conditionis.
eo, quod ſicut Deus eſt vnus, idem tamen in pluribus locis,
idem, & vnus exiſtens omnia viuificat, mouet, & gubernat,
ita anima hominis, cum ſit vna, totũ corpus, & omnes par-
tes eius informat, viuificat, & gubernat, exiſtẽs tota in toto,
& tota in qualibet parte. Quemadmodum etiã Deus, licèt
ſit vnus in eſſentia, eſt tamẽ trinus in perſonis; ita anima cũ
ſit vna ſubſtantia, habet tamen tres excellentiſſimas poten-
tias, intellectum, voluntatem, & memoriam. Prætereà ſicut
in Deo filius procedit à Patre, & ab vtroq; Spiritus Sãctus,
ita voluntas procedit ab intellectu, ſaltem quoad actum vo
lendi, quia nihil volitum, niſi præcognitũ, & vtrumque (ſci-
licet intellectus, & volũtas) procedit à memoria, ita D. Am-
broſ. At verò D. Aug. inquit, quod in eo factus eſt homo ad Lib. 3. ſuper Geneſim ad literam.
imaginem Dei, in quo alia animantia excellit, & ſubdit qd
in eo excellat, quia intelligit, & libero arbitrio præditus eſt.
Sanctus Cyrillus, & Euſebius Cæſarienſis, dicũt, quòd in eo S. Cyrillus.
excellit alia animantia, quia eſt capax virtutis, bonitatis, &
ſanctitatis; & inditam à Deo inclinationem habet ad virtu-
tes, vt eas diligat inquirat. & proſequatur. Atque ita in hoc
rationem imaginis conſiſtere affirmant. Sed D. Chriſoſt. S.
Theodoretus, & Seuerianus docẽt, rõnẽ imaginis in homi-
ne cõſiſtere, in principatu, dominio, & ptãte, qa ſicut Deus
Princeps, & Dominus eſt omnium, quę ſub cęlo, & in cælo
ſunt, ita voluit hominẽ omnibus viuẽtibus ſub cęlo pręeſſe,
& in hoc principatu conſtituit hominẽ q̃n dixit. *Et pręſit pi-* Gen. 1. v. 26
ſcibus maris, & uolatilibus cęli. Vbi Septuaginta interpretes

ſic legūt. *Et habeant principatū piſcium maris*. præemineant omnibus animātibus, regnent, gubernent, leges ſtatuāt, dirigant, & diſponant omnia, quibus omnes creaturæ obediant, & ſubijciantur. Hoc autem non per aliud dignè, & laudabiliter exequitur homo, niſi per virtutes, & præcipuè per prudentiam, & fortitudinem. Prudentia efficit, quòd ſicut Deus prudenter præeſt omnibus, & gubernat omnia, ita & homo. Fortitudo verò hoc operatur, vt Deus exequatur omnia pro bona voluntate ſua ſuauiter, ſic & homo prudens. Itaque in hoc Deum homo imitari debet, & in hoc ratio imaginis diuinæ in homine conſiſtit, vt virtutibus, & præcipuè prudentia, & fortitudine, tāquam rex omnium viuentium excellat.

Euſebius. Refert Euſebius Cæſarienſis de præparatione Euangelica apud Ægyptios, qui ſignis, & ſimulacris diuina monſtrabant, quatenus Deum repræſentarent, pingere ſuiſſe ſolitos virum aſpectu grauem, veſtibus indutum cæruleis, vna manu circulum, altera ſceptrum aureum tenentem, & in capite alas gerentem. Color cæruleus ſerenitatem animæ ſignificat, ſicut viridis ſpem, & niger mærorem. Iam verò quid aliud efficit cor, & animum hominis ſerenum præter virtutes? qui enim virtutibus præditus eſt, paſſionibus, affectibus, vanis deſiderijs, & concupiſcentijs nō agitatur. In hoc Deum homo imitari debet, vt veſte cærulea induatur, cor, & animum ſerenum habeat; tanquam is, qui à Deo princeps animantium conſtitutus eſt. Certum, & indubitatum eſt cor, & animum diuinum ſereniſſimum eſſe, nec aliquam turbationem in Deum cadere poſſe. In hoc ergo voluerunt Ægyptij quantum fieri poteſt Deum ab homine imitandum eſſe. Quod verò illud ſimulachrum duas alas capiti impoſitas habuerit, hoc vel naturam Dei, & humanam in eodem ſuppoſito Chriſti vnitam ſignificabat. Nam quemadmodum anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus. Vel duplicem in Chriſto intellectum deſignabat, nempè ſpeculatiuum, ad quem pertinet ſcientia, & practicum, ad quem pertinet prudentia. Et in hoc vir prudens Chriſtum imitetur neceſſe eſt, vt ſcientia præditus ſit, quo ad intellectum ſpeculatiuum, & prudentia quo ad intellectum practicum. Circulus in vna manu, in altera ſceptrum, Deum eſſe omnium iudicē, fortem, & inuincibilem, ius imperandi, & puniendi habentem denotabat, & quod in naui gubernator, in choro præceptor, in orbe magiſtratus, in regno rex, id in mundo Deū eſſe prætendebant, ita vt de illo ſimulachro Dei verè dici

Prouerbior. 31.v.25. poſſit, quod *Fortitudo, & decor indumentum eius*, vt igitur homo ſit quoque ſimulachrum Dei. Fortitudo, & decor, ſeu prudentia, indumentum eius fiant neceſſe eſt, vt quemadmodum de Deo dicitur, quod Fortitudo, & decor indumentum eius, ita fortitudo, & decor, fortitudo, & prudentia ſint indumentum, & ornamentum hominis, vt tanquam ſimulachrum præpotentis Dei veſte cærulea, ſerenitate videlicet animi exornetur, alis ſcientiæ, & prudentiæ, cętera animantia ſuperet, & ſceptro fortitudinis ſe ipſum, & alios gubernet. Prudentia enim omnia diſponit, ac dirigit, fortitudo ordinata exequitur, & ad rectum finem deducit. In hoc ergo homo imitetur Deum, ſi imaginem eius exprimere cupit, vt vtraque virtute excellat, vtpotè prudentia, & fortitudine. De prudentia in ſermone præcedenti fuſius diſſeruimus. In præſenti de fortitudine nobis agendum eſt, occaſione ſumpta ex Euangelio hodierno, vbi Euangeliſta refert, quod D. Ioannes liberè Herodem redarguit, & carcerem fortiter ſuſtinuit. Itaque rectè de eo dicere poſſumus. *Fortitudo ſimplicis via Domini*. ſimplex, & rectus; humilis, & modeſtus erat D. Ioannes, ideò fortis. His enim vijs Domini perueniunt ad fortitudinis virtutem. Non erat ille arundo ventis agitata, ſed columna ærea fortis, & immobilis, vt igitur fortitudinem eius imitemur de virtute fortitudinis in hac inſtitutione, agemus. Et vel inprimis qualiter fortitudo ſit ſimplicium, id eſt Chriſtianorum, pranor autem infidelium, hoc eſt, quod fortitudo Chriſtianorum, ſit perfectior fortitudine Ethnicorum, ſeu Paganorū, tàm in rebus gerendis, quàm in re militari: deindè quotuplex ſit fortitudo, & quibus vijs Domini ad eam peruenire neceſſe eſt.

Impius magiſter Pſeudopoliticorum, (qui ſicut in religionem Chriſtianam virus ſuum exeruit, ita in rebus politicis potius ſe eſſe Ethnicum, quàm Chriſtianū declarauit) docere auſus eſt fortitudinem Paganorum, multò perfectiorem fuiſſe, quàm nunc Chriſtianorum; atque ita fortiores fuiſſe Paganos, quàm nunc noſtris temporibus Chriſtianos affirmabat; contrarium planè doctrinæ Salomonis, qui ſimplicium fortitudinem eſſe affirmat, pauorem autem eorum, qui diabolo victimas offerunt, in ſuperbia, & arrogantia. Totum autem fortitudinis defectum in Chriſtianis, religioni attribuit impius homo, nam docet, quod poſtquam homines ab Ethnica Religione deſciuerunt debiles effecti ſunt. Religio enim Ethnicorum (inquit) animos illos excelſos, & ad magnas res fortiter ſuſcipiendas, audaces faciebat; Chriſtianorum verò religio, mentes in nimiam humilitatem deprimens indolem omnem debilitat, eosque iniuriæ, ac prædæ expoſitos reddit. Ipſa cruenta Ethnicorum Sacrificia fortitudinis (ait) admonebant, ne in trucidandis exercitibus, inimicorum puſillanimes eſſent. Deuiat multum à recta rationis regula Machiauellus, hac enim ratione carnifex fortior dicendus eſſet, ac perfectiori fortitudine præditus, quàm is qui ſibi virtute fortitudinem comparauit. Leo quoque, & alia crudelis beſtia, quę humanum nō abhorret ſanguinem, hoc modo fortior, & virtuoſior dicenda eſſet; ſi pro verò habeatur, quod ex conſuetudine trucidandi fortitudo illa, quæ eſt virtus augeretur. Laniator fortior eſſet, quocunque veterano milite, quod ſanè ridiculum eſſe, quis non videat? Non augent hæc fortitudinem, ſed tantum crudelitatem multiplicant, vel ſaltem aliquod robur corporis, in quo non conſiſtit fortitudo ſub virtute contenta, vt infrà fuſius dicetur. Belluas ergo ſatius dixiſſet, vel homines ipſi quoque belluis crudeliores fieri, ex cruentorum Sacrificiorum multitudine. Ex acceptionibus enim fortitudinis diuerſis, quæ inferius proponentur, ac diuerſis definitionibus, de mente Philoſophorum, ac Sacrorū Theologorum conſtat, non in eo conſiſtere eam fortitudinem, quæ verè eſt virtus, vt quis ſit crudelis, immanis, & robuſtus, quos profanum hominem minimè legiſſe apparet; Sed addit impius nugarum ſator, quod Chriſtiana religio gloriam humanam abijcit, & deſpectui habet, Ethnici contra, cum gloriam pro ſummo bono ſibi appetendam ducerent alacritate, audaciaque incredibili omnia aggrediebantur, & gerebant. Præterea religio Ethnica nemini fœlicitatem pollicebatur, niſi ijs, qui ſtrenuè pro principe, patria, republica, ad extremum vſque vitæ periculum certantes, egregia ſibi decora, & gloriam immortalem inter mortales quærerent. Chriſtiana ex aduerſo demiſſos, contemplationi deditos, & honorum huius mundi negligentes ad beatitudinem vocat. Ad hęc humilitas illa, & abiectio Chriſtianorum (inquit ille) imbecilles, languidos, & ignauia torpentes efficit.

Sed imprudentis inſcitiæ eſt aſſerere, nos honorum contemptum diſcere à Chriſtiana religione, vt infrà cum de magnanimitate virtute agemus, dicetur. Secernenda nobis ſunt à virtutibus, vicina vitia virtuti, ne ſimilitudine quadā nobis imponant. Ambitio legibus Chriſti prohibetur, ſed honeſtum honoris deſiderium licitum eſt; iam verò nihil antiquius, aut iucundius eſt Chriſtianis, quam vt conſcientiam integram coram Deo, decus, & bonam famam inter homines conſeruent, & ſtrenuè pugnando, præmia æterna, & gloriā immortalem apud mortales, & immortales conſequantur. In hoc multum Chriſtiani Ethnicos ſuperant, nā cum ſibi benè conſcij ſint, ſe non niſi iuſtum bellum gerere: multò minus vitæ ſuæ parcunt, quàm Ethnici; quùm certò perſuaſi ſint, ſe hac caduca vita defunctos æternā aſſecuturos eſſe. Scribit Cæſar veteres Gallos bellos bellicoſiſſimosque fuiſſe, quod immortales eſſe animas crederēt. Quātò fortiores eſſe Chriſtianos decet, qui non modò de animarum immortalitate non dubitāt: ſed certò quoque ſciūt à Deo perpetuam quietem ſibi paratam eſſe in cœlis. Ideò Chriſtiani, vt vitam hanc feliciore commutent, pro patria, pro pietate bella gerere, & mortem oppetere nō detrectāt. Multùm igitur aberrat à veritate, qui docet Chriſtianam religionem docere, non eſſe appetendam gloriam, nec pro ea alacriter, & fortiter pugnandum, cum totum oppoſitum Sacræ literæ aſſerant; nec appetitum moderatum humanæ

In quo Chriſtiani Ethnicos ſuperāt.

gloriæ

gloriæ tollunt, ſed ambitioni viam præcludunt. Et multò magis errauit cum docuit, quod nullis Euangelium felicitatem promittit, niſi otioſis, & contemplationi deditis. Quippè nos, & Chriſtus operari, & ſegnitiem fugere, & vocationis ſuæ munus fungi vnumquemque docuit. Nam, etſi ſint inter Chriſtianos, ſtudijs literarum dediti homines, vt cæteros docere queant, minimè tamen otioſam monachorũ vitam, & nulli rei niſi delitijs, & ſomnijs cogitandis intentã Chriſtiana religio fouet. Neque literatos homines ſegnitia, ac deſidia bonum otium conterere: ſed poſtquam aliquandiù in ſtudijs priuatis delituere, quod didicerunt in lucem atque in opus educere iubet. Cum autem humilitati, modeſtiæ, lenitati, & comitati chriſtianorum ſuperbiam paganorum præfert, iam hic certè, vel plurimum rectè ſentientibus aduerſatur. Ludouicus XI. (ſicuti ſcribit Cominæus, qui ipſius cubicularius fuit) cultu corporis erat admodum ſimplici, & ſermone demiſſo, cumque errores ſuos agnoſcere ſciret, & maturè ſanare, hac induſtria ex magnis rerum, & difficultatum vndis emerſit. Quippè hoc ferè dictum inſigne habuit in ore, dogmati Machiauelli planè cõtrarium: *quoties præit ſuperbia, ignominia cum detrimento ſequitur*. Fateor quòd religio chriſtiana Deum humiliter, reuerenter, & ſupplicìter nos adire docet, peccatorum enim nos cõſcij, iram Dei deprecari debemus, perindè, vt rei, qui principis genibus aduoluti pacem, & veniam petunt. Præterea, & quæcunque nobis ſunt animi corporiſque dotes, Dei beneficia eſſe agnoſcere, & cum proximis comiter, ac modeſtè agere decet.

Cominæus.

Fateor præterea Chriſtianæ religionis dogma eſſe, præter Diuina auxilia, non eſſe contemnẽda humana ſubſidia; in rebus aduerſis ſtrenuè, in proſperis modeſtè, & mediocriter ſe gerere. Sed an Chriſtiana modeſtia generoſam hanc indolem debilitet, atque imbelles animos reddat, victoriæ Chriſtianorum ex paganis inferius referendę declarant. Certè non fuit melior in hoc axiomate, quod humilitas noceat fortitudini magiſter pſeudopoliticorum. Aygolando Rege Africæ Mahumetanæ ſectæ alumnus qui Carolum Magnum varijs, & longis bellis exercuit: ſemper tamen illo inferior. Itaque vt æquiores pacis leges acciperet à Carolo, ei renunciari iuſſit ſe Chriſto nomen dare, & baptizari cupere. Carolus nuncio delectatus hominem comiter domum inuitat. Ibi cum eſſet tredecim pauperes, mendicorum habitu humi accubantes, & veſcentes ſinè linteo conſpicatus, ſciſcitatus eſt à Carolo qui nam illi eſſent, ſerui Dei ſunt inquit Carolus, (ſolebat autem ille pauperes aliquot domi alere, vt paupertatis imagine, antè oculos poſita, ſummæ fortunæ moderante, Chriſtique, & Apoſtolorum meminiſſe inſueſceret) Tùm Aygolandus: Enimverò Dei tui (inquit) ſeruos ſqualore, & ſordibus obſitos, tuos nitentes, & ſplendidè veſtitos cerno. Cupido me inceſſerat, vt baptiſmo initiatus Dei tui ſeruitio memetipſum traderem: ſed mihi longè alia nunc mens eſt, quando Dei ſeruos, tam malè accipi video. Ita Aygolandus abiecto ſeruorum Dei ſtatu offenſus à Chriſtianæ fidei profeſſione abhorruit, cũ potius humilitas Chriſtiana fortiſſimos efficiat, ita vt cum neceſſitas poſtulat, manu decertet, ac mortẽ ſeruituti anteponat. Expugnatis vrbibus punit ſontes, multitudinem cõſeruat, in omni fortuna recta, atque honeſta retinet, exercet corpus, & ita afficit, vt conſilio rationique obedire poſſit in exequendis negotijs, & in labore tolerando, promptior eſt ad particularia pericula, quàm ad communia pro quibus dimicat. In hac fortitudine bellica ſuperant humiles chriſtiani ſuperbos paganos, nec humilitas imbelles animos reddit, verùm ingenuos, & ad quæuis ardua attentanda, ac molienda erectos.

C
Gregorius Lib. I.

Memorabile eſt, quod refert quidam de Turcarum duce Sultano Iathatines dicto, hic magnitudine, & robore corporis ſuperbus, Theodorum Laſcarim Græcorum Imperatorem in prælio grauiter vulnerauit, ſic vt vertigine oborta ex equo delaberetur; Theodorus indè veluti furore concitatus, præter omnem opinionem ſtricto enſe, barbarici equi pedes anteriores demetit, proſtratoque Sultano caput amputauit, eoque haſta in altum elato barbaris exercitibus oſtentato, Romanorum victoriæ auctor extitit. Quid? an non hic humilitas ſuperbiam ſuperauit? Theodoſius Cæſar adeò humiliter ſe ſe depreſſit, vt cum Ambroſio Epiſcopo ob cædem Theſſalonicæ perpetratam, iure communionis priuatus eſſet: ſe ſe omni ornatu Imperatorio exuit, & coram Eccleſia procumbens cum gemitu, & lachrymis veniam orauit. Hic tamen tali ingenio præditus Romanum Imperium Gothicis armis attritum priſtino ſplendori reſtituit, poſt multas illuſtres victorias, Valentinianus, & Iuſtinianus Chriſtiani Principes Gothos, hic in Italia, & Africa; ille in Gallia ſudere. Carolus Magnus multiq; alij Galliæ Reges ſeni, ac manſueto ingenio, multas de barbaris, atque Ethnicis inſignes victorias tulerũt. Carolus V. noſtra memoria ſæpè in Africa; nuper verò Venetorum, atque Hiſpanorum exercitus nauali prælio Turcarum copias fregit. Ex his igitur quilibet facilè intelligere poteſt, quod, vt dixit Salomon. *Fortitudo eſt ſimplicis*, id eſt, modeſti, & humilis Principis; quia modeſtia, & humilitas eſt via Domini ad veram fortitudinem.

Theodoſius

Carolus V.

Ex his quoque patet, quàm impiè magiſter pſeudopoliticorum aſſeruerit, fortitudinem Chriſtianorũ eſſe imperfectiorem fortitudine paganorum, cùm nec religio Chriſtiana aliquod detrimentum fortitudini afferat, nec gloriã humanam ſpernendam doceat, nec honorum huius mundi moderatum deſiderium probibeat: quin potius ſtrenuè decertantibus, & in præſenti vita omnem proſperitatem, Dei præpotentis gratiam, & in futuro beatitudinem polliceatur. Neque etiam humilitas, modeſtia, & comitas Chriſtianorum diminuit de perfectione fortitudinis, quæ multò ſuperior in militaribus exercitijs ſuperbia paganorum extitit, vt iam exemplis declaratum eſt. Illud verò, quod addit de cruentis ſacrificijs, magnam imperitiam magiſtri pſeudopoliticorum declarat. Quis enim Politicorum dixit, in crudelitate, & immanitate fortitudinis virtutem conſiſtere? non in hoc ſita eſt fortitudinis excellentia, vt quis ſit crudelis, & immanis. Non ſunt iſtæ viæ Domini ad fortitudinis virtutem acquirendam, vt iam ex diuerſa fortitudinis acceptione, & varijs definitionibus Philoſophorũ, ac Theologorum perſpicuum erit. Nam cum de fortitudine agimus, non accipimus fortitudinem, vt eſt vis, vel potentia extrinſeca cuiuſcunque operantis, quomodo ſolemus dicere, hunc regem, hunc exercitum, hunc calorem eſſe fortẽ, eò quod vehementes ſunt in actionibus ſuis. In eodem ſenſu dicimus rationem, argumentum eſſe forte, vel debile; quoniam multum ſtringit, aut parum intellectum audientis. De fortitudine hoc modo dicta habemus in libris Eſdræ. *Forte eſſe vinum. fortior rex, fortiores mulieres, ſuper omnia vincit veritas*. Et Dauid in Pſalmo. *Et occidit reges fortes*. Et in libris Machabæorum. *Et viderunt exercitum fortem nimis*. Et D. Lucas. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, omnia ſunt in pace, quę poſſidet. ſi autem fortior eo ſuperueniat, & vicerit eum, vniuerſa eius arma aufert in quibus confidebat*. Fortitudo hoc modo ſumpta non eſt virtus moralis cum ſit communis animato, & inanimato, homini, & bruto; moralis autem virtus ineſt ſoli homini. Neque hic loquimur de fortitudine, vt eſt robur corporis, quomodo appellamus, equum, leonem, vrſum robuſtum.

Quomodo hic fortitudo accipitur.

3. Eſdræ. 3.
Pſalm. 135.
1. Machab. 3. v. 11.
Lucæ 11. v. 21.

Hæc fortitudo communiter dicitur fortitudo virium, & ſic communiter dicitur homo fortis corpore, quia fortitudo hoc modo eſt vigor corporis; virtus autem eſt in anima, cuius ſignum eſt, quod etiam adoleſcentes, qui corporis robore adeò præditi non ſunt, fortiſſimi extiterunt. Poloni duodecim adoleſcentes ingenui Adrianopoli, cũ ab Amurato Turcarum Principe poſt interfectum ad Vvarnam Vladislaum Regem ex omni captiuorum numero delecti eſſent, vt cubicularios Tyranni agerent, in necem eius coniurarunt, at proditi a Bulgaro quodam, vbi rem palàm eſſe cognouerunt, ne crudelitati Tyranni eſſent obnoxij, obditis oſtio peſſulis, armati inter ſe concurrerunt, & mutuis vulneribus fortiter ceciderunt; Præterea fortitudo ſic ſumpta ineſt homini, & bruto; ineſt bonis, & malis; virtus autem moralis ineſt ſolis bonis. Nec denique agimus de fortitudine, vt eſt firmitas, & animi conſtantia, ac perſeuerantia in quocunque opere bono, quia hoc modo non eſt virtus moralis ſpecifica, ab alijs diſtincta, ſed eſt circumſtãtia, & conditio requiſita in omni actu virtutis, de qua loquens D. Hie-

Bilſcius lib. 3. fol. 38 r. circa finem lib. ij.
Cromerus lib. 12.

Digitized by Google

D. Hieron.

D. Hieronymus ſuper Iſaiam inquit. Fortitudo atque conſtantia via Regia eſt, à qua declinat ad dexteram, qui temerarius, & pertinax eſt; ad ſiniſtram verò, qui formidoloſus, & timidus eſt. Sed accipimus fortitudinem, vt eſt animi conſtantia, in aggrediendis, ſuſtinendisque periculis, quæ naturaliter timorem incutiunt, gratia finis honeſti, vel religionis cauſa; cuius rei quædam exempla refert Guagninus de Polonis. Inter quæ iſtud non poſtremum locum habet. Expurgata ab idolis Polonia. Anno DCCCCLXV. Miecislaus I. Princeps, ad euidẽtius ſignum Chriſtianitatis inſtituit, vt inſra officium Miſſæ, dùm Euangelium prælegeretur, ſinguli eorum ad medium enſes è vaginis depromerent, quo teſtarentur ſe propter Euãgelium Chriſti, ad mortem vſque certare paratos eſſe. Fortitudine quoque ſic ſumpta videntur fuiſſe præditi duo fratres Germani in Moldauia Strucouichij dicti Equites Poloni, nam hi ab exercitu ſuorum aberrantes, cum quinquaginta commilitonibus, in ſe in multitudinem Vvalachorum inciderunt, à quibus vndique circumuenti, in primo congreſſu vnus occubuit, alter verò ſtrenuè dimicando euaſit, ſed cędis fratris germani recordatus, in exercitum Vvalachorum conuerſus, acies eorũ fortiter diſiecit, vt quamuis euadendi facultates iterum ei paterent, tamen honeſtius cum fratre occumbere, quàm eſfugere maluit pro honore patriæ, & vltione ſanguinis fratris ſui. Hæc eſt laudabilis fortitudo, cuius finis eſt honeſtũ, aut gloria Dei, ſic tolerare carcerem, exilium, verbera, ignominiam, mortem, gratia finis honeſti eſt vera fortitudinis virtus, ab alijs virtutibus diſtincta, conducibilior ad conſeruationem imperiorum, quàm potentia, & robur. Conſtat quidem fortitudo ex robore corporis, ac potentia externa, maximè tamen in animo cõſiſtit, quoniam (vt dictum eſt) corporis infirmitatem animoſitas compenſat, & ideò virtus fortitudo requirit, vt animus ſit ſanus, fortis, viuidus, & erectus, & ad excipiendum quoſuis caſus, ſi neceſſitas poſtulet inſtructus, quia hoc animi vigore, corporis imbecillitas multis moleſtijs ſubleuatur. Huius rei documento ſatis eſt Carolus V. in bello Germanico: tametſi enim propter podagram, qua peſſime torquebatur in ſtapede non poſſet collocare pedes, ſed in linteo faſciculo, quaſi circumferret, tamen integram hyemem, eamque aſperrimã, niues, pluuias, & ventos perpeſſus eſt, magna animi elatione deſpiciẽs corporis incommoditates.

Guagninus in vitis Regum Polonorum.

Miecislaus.

Guagninus in deſcriptione Poloniæ.

Sic Sigiſmundus III. Rex Poloniæ cùm arcem Smotenſcenſem obſideret, natura, arte, foſſis, & muris fortiſſimis munitiſſimam, toto tẽpore hyemali, infirmitatibus, & aeris illius regionis incommoditatibus vexatus, obſidionem ſoluere noluit, ſed conſtanter perſeuerauit, quouſque anno obſidionis 3. ipſo die Sancti Antonij Ordinis Minorum, vi, & armis arcem fęliciter accepit. Sic animi fortitudo, infirmitati corporis auxiliatur. Ex hac etiam animi fortitudine vehementer commendatur à Iacobo Zungero Boleslaus Krziuouſtus III. Polonorum Rex fęliciſſimus, & victorioſiſſimus quadragelies ſepties aperto marte dimicauit, ſemper victor, extremo prælio contra Ruſſos ad Halicium hoſtiũ multitudine, & fuga Palatini eiuſdem victus, cum vix euaſiſſet, præ mœrore animi intra annum obijt.

Cromerus lib. 6.

Definitio fortitudinis.

Fortitudinem ſic acceptam multipliciter definiunt Philoſophi. Nam Socrates, eam ſcientiam rerum formidoloſarum contrariarumque eſſe dixit. Hanc ſententiam ſequitur Chryſippus, ait enim. Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum, vel vt Stoicorum quidam ſentiunt. Fortitudo eſt animi affectio in patiendo, ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore. Platonici autem dicunt fortitudinem eſſe conſeruationem ſtabilis iudicij in ſubeundis repellendiſve his rebus quæ formidoloſæ eſſe videntur. Plato, qui eleganter de hac virtute loquitur, in libello de Fortitudine, introducit Socratem diſputantem cum Lachete, vbi Niceæ Laches interrogatus à Socrate, quid eſſet Fortitudo, reſpondit, certò ſcio illum eſſe fortem, qui ordinem ſeruans in oppugnandis hoſtibus initat, nec refugit. Sed hęc definitio eſt falſa, nam qui non permanet, ſed fugiens pugnat, ſicut Scythæ faciunt, qui dicuntur, non minus fugiendo, quàm inſequẽdo pugnare, fortis poteſt appellari. Vnde Homerus milites Æneæ laudans ait, illos celerrimè hinc, & illinc perſequi, & fugere. Æneam quoque ipſum ſimiliter à metuendi ſcientia quandoque laudauit: dixitque illum eſſe metuẽdi, fugiendique peritum. Ideò alia aſſignatur definitio à Theologis: nam D. Auguſtinus Platonem imitatus, ſic fortitudinem definit. *Fortitudo eſt amor omnia facile tolerans propter illud quod amatur.* Hæc definitio rectè tradita eſt, & conformiter ad illud, quod ſupra dictum eſt, qualiter antiqui depingebant amorem virtutum in forma vnius adoleſcentis, habentis in capite coronam, & tres in manu: vna enim ex his coronis in manu eſt fortitudo, quia exequitur id, quod prudentia diſponit, ex amore illius quod amatur. Sic etiam dixit Plato: Fortitudinem eſſe prudentem malorum tolerantiam, propter id, quod pulchrum, amabile, & iuſtum eſt, id eſt honeſtum, & decorum. Hæc definitio fortitudini formaliter competit, quia hominem fortem efficit, vt terribilia aggrediatur, & difficilia ſuſtineat. Non ſic autem ſe habent aliæ virtutes, vt potè Fides, Spes, & Charitas, quibus etiam iſtę, eadem definitio poſſet aliquo modo adoptari; hæ etenim eo modo hominem fortem reddunt, quo in mundano certamine fieri conſueuit. In eo ſiquidem certamine brauium, quod proponitur in medio videtur, ſperatur, & deſideratur, mouetque animos intuentium, vt viriliter certent. Hoc etiam pacto pręmium ęternę beatitudinis, dùm per fidem aſpicitur, per ſpem ſperatur, & per charitatem deſideratur, hominẽ excitat, vt fortiùs certamen ineat. Theologi item ſic definiunt fortitudinem Chriſtianam. Donum Fortitudinis eſt habitus à Deo infuſus, quo poteſt homo innixus diuino auxilio, & non viribus aut medijs humanis operari opera virtutis ardua, & quæcumque pericula aggredi facultatem humanam excedentia, & nocumenta illata non modò patienter, ſed & glorianter ſuſtinere. Sed hæc definitio eſt fortitudinis non vt eſt virtus moralis, ſed prout eſt donum Dei, pro quanto fortitudo moralis, quantumcunque perfectè habeatur non ſufficit ad fortiter agendum, quoniam innititur viribus, & medijs humanis.

D. Auguſt.

Varietas hæc, & diſcrepantia in definienda fortitudine, vndenam proueniat, & cur aliter à Theologis definiatur, exiſtimo quòd ex multiplici ſpecie fortitudinis, quemadmodũ enim multipliciter accipitur, ita, & multipliciter deſcribitur. Itaque quod multipliciter accipiatur fortitudo, tã nobis proponendum eſt. Inde enim intelligemus qualiter in omni fortitudine, ſiue politica ſiue Chriſtiana, Fortitudo eſt ſimplicis, ſeu modeſti, & humilis, vt dixit Salomon.

Diuiſio fortitudinis.

E

Communior autem, & vniuerſalior diuiſio fortitudinis, eſt in fortitudinem politicam, & Chriſtianam. Politica itẽ diuiditur in vrbanam, & bellicam. Porrò Chriſtiana, & politica fortitudo inter ſe multipliciter differunt. Imprimis differunt fine, quia finis fortitudinis politicæ eſt honeſtum, propter quod aduerſa tolerat; finis autem fortitudinis Chriſtianæ eſt tolerare aduerſa pro Chriſto, & æternis præmijs. Politica fortitudo acquiritur vſu, & conſuetudine, ſicut & aliæ virtutes morales, Chriſtiana autem acquiritur gratia Dei. Prætereà politica fortitudo verſatur circa arduum, at aliter quàm Chriſtiana, quia politica eſt circa arduũ vt nimis aggrauat, Chriſtiana verò, vt nimis excedens, ſed hic pręcipue conſideramus differentiam circa media, quia fortitudo politica, ſeu vt eſt virtus moralis, ſiue illa ſit ciuilis, ſiuè militaris ſeu bellica, innititur medijs, & auxilijs humanis. Fortitudo autem Chriſtiana innititur gratiæ Diuinæ. Fortitudo politica in tribus præcipuè fundatur, quæ ſunt quaſi viæ Domini ad fortitudinem, iuxtà quod ſupra dixit Salomon. Fortitudo ſimplicis via Domini, In eo imprimis, vt viriliter agendo non fidat proprijs viribus, ne temerarius videatur, quod eſt vitium contrarium fortitudini per exceſſum. Deindè ne facilè contrarijs cedat, quod eſt vitium contrarium fortitudini per defectum. Et prætereà vt modeſtè ſe gerat in vtraque fortuna, & moderatè declinet aduerſa, exemplum primi eſt in Sacra Scriptura. Cum enim Ietro videret Moyſen, fatigatum, & occupatum in gubernando populo Dei, & tot negotijs ac expeditionibus non ſufficere, tale ei conſilium dediſſe legitur. *Vltra vires tuas, eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere, cadens cades, & populus iſte, qui tecum eſt,* poſtea propoſita difficultate, tale remedium adhibendum eſſe ſuadet. Prouide ex omni plebe viros ſapientes, & timẽtes Deum in quibus ſit veritas. Quodlibet verbum eſt dignum magna conſideratione, d eſt imprimis.

Exod. 18. v. 18.

primis.

primis. Proindè vel conſidera, quia inſtitutio conſiliariorũ, iudicum, officialium, & coadiutorũ gubernationis, ad magnam prouidentiam Principis pertinet; ex hac enim pẽdet vtilitas, vel damnum Reipub. & ipſius Regis, & qui in eo errat in omnibus deuiat, ſicut qui originem aquæ tollit, flumina exſiccat. Inde reputatio Regis fama, fides tàm apud ſubditos, quàm extraneos, inde obedientia, & honor à ſuis, reuerẽtia, & timor ab inimicis, inde omnibus ſatisfactio, ac quies, inde laus Principis vberrima ex cunctis quæcunque attentauerit, egerit, inſtitutus ab eo Præſes: ita quod ſi etiã aliquando in aliquibus contingat error, non reputatur pro errore, propter opinionem præconceptam de bonitate officialium, & iudicum. Quod ſi ſint mali, totum euenit oppoſitum, omnes murmurant, & ſi aliquid boni factum fuerit, non credunt id ex induſtria proceſſiſſe, ſed à caſu eueniſſe. Et propter hãc cauſam ſubdit, ex omni plebe ex duodecim tribubus, vel familijs populi, non attendendo in hac vel illa tribu aliud quam ſufficientiam, ideò dicit viros Sapientes. Vbi Septuaginta interpretes habent, potentes, & fortes. Opportunum itaque medium ad rectè fortiter, & decorè gubernandam Rempub. iudicio humano eſt, habere coadiutores ſapientes, & fortitudine præditos, & hæc eſt prima via domini ad fortitudinẽ, quod etiam aduertiſſe videtur Rex Nabuchodonoſor, qui determinauerat rigoroſiſſimè puniri Satrapas, & conſiliarios, propterea quod non potuerunt interpretari ſomnium, & licet publicè faterentur ſe non poſſe id facere, non ob aliam cauſam, niſi quia non potuerunt, & tamen rex addixit illos neci, cur ita? Putabat enim ſe id iuſtè facere, aut enim poterat interpretari ſomnium, ſed ob puſillanimitatem noluerunt, & ſic fuerunt timidi, aut non poterant, & ſic erant ignorantes, quamlibet autem iſtarum cauſarum putabat ſufficere ad iuſtè puniendum, quia miniſtri Regis debent eſſe fortes, vt nihil timeãt, ſed omnia quæ, & quomodo conuenit exequantur. Omnium rerum periti etiam eſſe debent, vt omnia benè diſponant, ordinent, & prouideant. Res enim vrbanæ non ſunt minores, quàm bellicæ, & domeſticæ, fortitudines non ſunt inferiores militaribus, non minorem vtilitatem afferunt, qui togati Reipub. præſunt, quàm qui bellum ſecundo Marte gerunt. Parua ſunt foris arma, niſi ſit conſilium domi. Imò magis videtur expetenda decertandi ratio, quàm decertãdi fortitudo, nec omnino contemnenda ſunt media humana, ſeu politica in rebus gerendis pace, & bello: quia ſicut rationes humanæ iuuant, & confirmant in fide, ita rationes, & media politica iuuant, & augent fortitudinem. Itaque quod inprimis conſiſtit fortitudo vrbana in eo, vt vir fortis non fidat proprijs viribus, ſed pro opportunitate quærat ſubſidia. Et hæc eſt inter alias egregia via domini ad fortitudinem.

Alia via ad fortitudinem eſt, vt fortis non cedat aduerſis, ſed immobilitatem, ſeu grauitatem illis obijciat, ſiue illa grauitas ſit interna, quæ prohibet, ne animus moueatur ab ijs, quæ hominem à mentis tranquillitate poſſint deijcere, nec moueatur ab vilibus, & ſecuritatem periculoſam excitantibus, quæ grauitas ad fortitudinem ſpecialiter ſpectat, nam non moueri à iucundis, quæ voluptatem afferunt, vel animo, vel corpori eſt grauitas temperantiæ: non moueri ab externa opulentia eſt grauitas liberalitatis, non moueri à gloria eſt grauitas magnanimitatis: non moueri à voluptate vindictæ eſt grauitas clementiæ, aliarumque virtutũ. Sed grauitas, quæ non permittit, vt appetitus deijciat rationem à ſede ſua, imò immobilem eam conſeruat, ne ab vilibus, vel inutilibus moueatur, grauitas eſt fortitudinis, methaphora à grauibus corporibus ſumpta, quæ non facilè loco ſuo mouentur. Siue etiam grauitas externa, quæ ad corporis mores refertur, in quibus tanquam in ſpeculo animi affectus eluceſcunt. In his fortiter ſeſe gerere ad hanc virtutem ſpectat teſte Caſſiodoro. Fortis neſcit in aduerſis tolerando deficere, aut in proſperis aliqua elatione ſe iactare: Nunquam retrocedit, nec in aduerſis puſillanimis, nec in proſperis elatus, ita vt illi applicari poſſit id, quod habet Alciatus in Emblematibus, vbi pictura termini proponitur ſic erecta. Statuitur Saxum quadratum, ſuper ſaxo effigies hominis, ſententia verò deſuper legitur huiuſcemodi. *Nulli cedo*. Mortem per hoc ſignificari ait Alciatus, quia certus eſt à Deo cuilibet conſtitutus terminus mortis, quæ nulli cedit, ſiue ille ſit Princeps, ſiue Dux exercitus, ſiue Rex diademate coronatus. Sed non incongruè etiam dicere poſſumus, hoc ſaxum quadratum eſſe fortitudinem, iuxta ſuperius dicta, cuius finis, & terminus eſt, nulli cedere, nec aduerſis, nec proſperis. Magna quidem fortitudo eſt non eſſe timidum, ſed conſtantem in rebus aduerſis: ſed non minus eſt animi robur, non eſſe inſolentem in proſperis, quæ eſt tertia via ad fortitudinem. Ferè enim ſemper inſolentia cum timiditate coniungi ſolet. A tali fortitudine commendatur Carolus V. qui Barchinonæ nuncios, Victoriæ de Franciſco Rege Galliæ, quæ in ipſo natali die eius parta fuerat nulla cum hilaritate ſuſcepit: ſed ſingulari pietate indictis tantum triũ dierum ſupplicationibus, vt is ſecundus belli euentus Reipub. Chriſtianæ commodo verteretur: cæterùm publicam lætitiam, feſtis ignibus, & tormentorum bombis celebrari vetuit. Similiter Sigiſmundus III. Rex Poloniæ, cum Maximilianus Archidux Auſtriæ in detentionem acceptus eſſet ex conflictu ad Buzinũ, verbis quę ad ipſum habuit ſe Principem Chriſtianum, & ſatis modeſtum eſſe ſufficienter declarauit. Potius enim tanto Principi compatiendum dixit, quàm de victoria, & obtento Regno triumphare. Laudabilis, & Chriſtiano Principe digna eſt hæc in rebus proſperis moderatio, & modeſtia, ſicut multum vituperabilis eſt ex felici ſucceſſu inſolentia, quæ communiter res ſecundas in aduerſas commutat. Sicut accidit Methonenſibus, qui à Baiazethe II. obſeſſi, incentjſque nudati, cum quatuor Venetas triremes onuſtas auxilijs, & commeatu aduentare intellexiſſent, ob præſens auxilium læti, vrbem & mœnia ſine cuſtodijs, & defenſoribus relinquentes in portum excurrebant, Ianizari hoc videntes per ipſa męnia in vrbẽ ingreſſi, Venetis peditibus ad vnum trucidatis vrbe potiti ſunt. Ad hanc etiam politicam, ſeu ciuilem fortitudinem ſpectat, declinatio moderata quorumlibet malorum, quæ eſt quarta via Domini ad fortitudinem. Mala enim quia naturæ inimica fugienda ſunt ea moderatione, vt nec plus quã oportet fugiendo timidi, nec minus quàm oportet contemnẽdo ſtupidi dicamur, recta ratio moderatur hos motus, & propterea reſpectu efficientis ad prudentiam, reſpectu verò materiæ ſubiectæ ad fortitudinem pertinent. In aſcenſu montium calcaribus, in deſcenſu fręno indiget equus: vbique certè robore opus eſt. Sic quoque in tolerando, & propulſando animi præſentia opus eſt, at non minus in declinando. Quia vt politici aiũt, prima fortitudinis ratio eſt, vt mala ſi honeſtè fieri poſſit declinet, ſi id nequeat ſecunda ratio eſt, vt propulſet: ſi neque iſtud, tertia, vt toleret.

Caſſiodorus ſup. Pſ. 1.

Alciatus emble. 157.

Iouius in Ferd. Dauali vita.

Iouius in vita Baiazetis.

F

Reijciendus eſt autem hac in parte Magiſter Pſeudopoliticorum, qui docet fortunam temerarijs, & inconſultis fauere. Legerat fortè illud. Audaces fortuna iuuat, audierat puto, & illud, vbi eſt plurimus intellectus, ibi minima fortuna, verùm illud Liuij multò verius euentu doceri fortes fortunam iuuare, non legerat fortè hoc, vnde nec viderat prudentiſſimum hunce ſcriptorem ab ipſo diſſentire. Idẽ hic de clade ad Traſimenum lacum accepta ſcribens dicit eam, nulla alia cauſa magis accidiſſe, quam temeritate Flaminij Conſulis, quam ingenio eius inſitam fortuna proſpero ciuilibus bellicisque rebus ſucceſſu aluerat. Itaque iam ante ipſum prœlium ſatis apparebat ferocem, ac rapidum in conſilijs, nec Deos, nec homines conſulentem, temerè omnia, & præproperè acturum. Vbique ſanè, ſed maximè in bello hæc moderatio in audacia requiritur. Ex his igitur iã perſpicuũ eſt, quod in rebus gerendis, & in re militari, multò perfectior eſt fortitudo Chriſtiana, quàm Paganorum, & quæ ſunt viæ domini ad hanc fortitudinem, ita vt de illis dixiſſe videatur Spiritus Sanctus. Fortitudo ſimplicis via domini, pauor autem his, qui operantur malum. Pauor his, qui Diabolo victimas offerunt, pauor his, qui in ſuperbia, arrogantia, ambitione Satanã imitantur. Sed tam de Fortitudine Chriſtiana in materia ſalutis agendum reſtat. Si alicubi tum hic vel maximè fortitudo ſimplicis via Domini inquit Sapiens. *In timore Domini fiducia eſt fortitudinis*. Bellum eſt Chriſtianis contra inimicos inuiſibiles, & viſibiles, contra vitia, & mala deſideria, ſed fortitudinis Chriſtianorum fiducia eſt in Deo, vt inquit D. Paulus. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes tenebrarum*. Pugnamus quidem contra carnem, & ſangui-

Machiauellus lib. 2. de Reg. Theure. 10.

Prouer. 14. v. 26.

Ad Eph. 6. v. 12.

Digitized by Google

ſanguinem quando vitijs,& deſiderijs carnis reſiſtimus, vt D. Greg. inquit D. Gregorius.

Fortitudo iuſtorum conſiſtit in vincenda carne, in domãdis cupiditatibus,& voluptatibus eius,in extinguendis oble ctationibus,& in amplectendis aſperitatibus vitę pręſentis, propter vitam æternam,in contemnendis proſperitatibus, & muniendo corde contra aduerſitates. Et in alio loco dicit,quod vir fortis ſimilis eſt figuræ quadratæ,quæ cum habeat quatuor latera vndequaque ſe ſe tueri poteſt: vel eſt ſimilis lapidibus quadris,nec enim nimis extollitur rebus proſperis,nec aduerſitatibus deprimitur,nec frangitur voluptatibus,nec retrocedit à bonis propoſitis, & quaſi ex omni latere ſtatum habet,& caſum in qualibet mutatione non habet. Sed grauior eſt hæc pugna cum poteſtatibus tenebrarũ harum,difficilius certamen cum principibus tenebrarum, opus eſt dono fortitudinis. neceſſaria eſt cæleſtis illa fortiIob 41.v.24 tudo,quæ eſt donum Spiritus S. *Non eſt poteſtas ſuper terrã quę comparetur ei*: inquit Iob. Ideò ſola poteſtas Diuina eius furorem,eius ſuperbiam, eius temeritatem compeſcere,& tantum hoſtem humiliare,ſuperbiamque eius in ignominiam commutare poteſt. Ideò tota fiducia fortitudinis noſtræ in Deo eſſe debet, & hæc eſt præcipua via domini ad hanc fortitudinem. Media politica hic deficiunt, auxilium Dei expetendum, vt nos exempla Sacræ Scripturæ admonent. Vbi qui ardua ſupra humanam facultatem aut operati,aut aggreſſi,aut perpeſſi ſunt in nomine Domini,& Iudith. 13. v.7. in Diuino auxilio confidebant. Quocirca, & Iudith deliberato animo inſurgens in Holofernem,ſciens opus impar viribus ſuis.dixit orans ſilentio. *Confirma me Domine Deus* Heſter 14. v. 3. *Iſrael in hac hora & reſpice ad opera manuum mearum*. Heſter ſtatuens apud Aſſuerum liberare populum Hebræum de manu Aman, ſciens pro certo id non poſſe euenire ſuis viribus,neque meritis,ad Deum confugiens inquit, *Domine mi qui Rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariam, cui præter te non eſt auxiliator*. Et ſic Diuino auxilio roborata, exponens ſe morti; ad Regẽ non vocata acceſſit, & contra Amã hoſtem ſuum præualuit. Dauid diffidens ſuo ingenio ſuiſq; viribus,poſſe ſe liberare de manu Saul; totus in Deo confiPſ. 117. v.6. ſus inquit. *Dominus mihi adiutor. non timebo quid faciat mi* Pſ.27.v.1. *hi homo. Dominus protector meus a quo trepidabo?* Helias 3.Reg.18. v. 40. dono fortitudinis occidit quingentos Propheta Baal. Eliſæus præualuit contra Regem Iuda, qui iurauerat, & iam 4.Reg. c. 6. miſerat viros,vt Eliſæũ occiderent. Mathathias Pater Ma1.Mach.2. chabæorum præualuit contra Idololatras, Græcos, & filios Iſrael,qui receſſerunt à lege Dei ad leges,& ritus Gentium. Ad Philip. 4.v.12. Paulus ex dono fortitudinis inquit ad Philippenſes *Vbique & in omnibus inſtitutus ſum,& ſatiari, & abundare, & eſurire & penuriam pati omnia poſſum in eo qui me confortat*. Eiuſdem fortitudinis extitere alij Apoſtoli, atque ſexcenti Martyres Chriſti, qui poſtquam cæſi,& verberati fuerunt, Actuum 5. v.41. ne loquerentur de nomine IESV. *Ibant gaudentes à conſpectu concilij* ex dono fortitudinis, *quoniam digni ſunt pro nomine IESV contumeliam pati*.

His igitur exemplis adinuoni, in ijs quæ excedunt noſtrã facultatem auxilium Dei inuocandum eſt,præſertim cum Eccle.3.v.8. dicat Eccleſiaſtes: *Tempus belli, & tempus pacis, propterea* Eccl.9.v.10. *quæcumque poteſt facere manus tua inſtanter operare. Quia nec opus nec ratio,nec ſcientia,nec Sapientia erunt apud inferos, quò tu properas*. In arduis fortiter agẽdum eſt, in hoc Spirituali bello; ita tamen, vt tota fiducia in Deo ſit,per quẽ ad illam optatiſſimam quietem,quam expectamus, peruenire poſſimus. Nec ergo in hoc paſſu puſillanimiter agendum,nec nimis audacter,præcipuè in mortis articulo: tunc enim fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,quia videt iam ſibi eripi impugnãdi occaſiones omnes, quamobrem quærit modos, & artes, vt poſſit hominem à bonis propoſitis deijcere,& perpetuæ ſeruituti ſubiugare. Sed duas præcipue contra eum inſtruit acies,duobus fortiſſimis tormentis bellicis eum impugnare conatur,nempè timore, & nimia fiducia. Si enim moritur homo qui rectè vixit, vel ſaltem pro peccatis in vita commiſſis pœnitentiam egit,tunc ipſe timore nimio eũ aggreditur, perſuadet, & proponit nimiũ rigorem iudicis,admonet eum eſſe iuſtum, vindicatiuum, minutiſſima quæque rigoroſiſſimè inquirentem. Abducit in mentem exemplum Angelorum,quis enim Sãctior Angelis? nihilominus tamen. Ecce qui ſeruiunt Deo,non ſunt perfecti,& in Angelis reperit prauitatem? Quod ſi in mentem infirmo veniat confeſsio, quæ omnes aufert imperfectiones,& remittit culpas. Inſtat ille confeſſionem non fuiſſe benè circumſtantionatam,nec Deo acceptam. Et poſito etiam quod confeſsio eſſet non adeò imperfecta,quomodo in illo tribunali te,& cauſam tuam defendes? quomodo loqui poteris,vbi tot millia Sanctorum Angelorum, Archãgelorum,Seraphinorum conſcientiam,& peccata tua inſpicient? quomodo tunc rationem factorum tuorum reddes? Quando ad aliquam inquiſitionem, vel tribunal temporale vocaris,ſi audis ibi multitudinem aſſeſſorum adeſſe, ſi vides aduerſarios,& procuratores aduerſariorum tuorum ſagaces & aſtutos,illic te expectare; times & ingredi non audes,& omnia quæcunque habes ne ingrediaris dare paratus es,vt redimas vexationem. Quomodo ergo illi Diuino tribunali te præſentabis? vbi aduerſarij tanquam Dracones,& Leones rugientes,vt te deuorent expectant. Certè nõ eſt quod amplius expectes,vana eſt ſpes tua, quis te iuuabit? Deus? non; quia eſt iudex rigoroſiſsimus. Chriſtus? Non; quia ſanguis eius pro te effuſus,te accuſabit magis, quã ſanguis Abel,clamabit contra te. Fortaſsis te iuuabunt Sancti, & Angeli Dei? minimè quia propter peccata tua tibi iraſcuntur. Sic in timorem,& deſperationem hominem morientem inducere conatur. Quod ſi videt mori hominem peccatorem,qui quotidie peccabat,& nunquam pœnitebat aliam contra eum inſtruit aciem, alijs armis eum aggredi, & in profundum inferni mergere conatur. Perſuadet,& repræſentat ei Deum ita miſericordem eſſe,vt nihil curet peccata,non eſſe timendum eius iudicium, nec pęnitendum, potius enim eſt pater, quàm iudex. Reuocat in mentẽ exempla Magdalenæ peccatricis, Matthæi publicani.

Hic igitur in tam acri,& periculoſa pugna,dono fortitudinis opus eſt, Diuina auxilia expoſcenda ſunt, vt nec timore perterritus nimiro,nec audacia nimia, & præſumptione elatus in prædam ſit inimico. Non eſt exiſtimandum, impoſsibile eſſe,quod aliquis ſimul,& timeat, & audacter, & fortiter agat,cum fortis miles lorica, & armatura induitur, vt cum hoſte pugnet, tunc & hoſtem terret, & ipſe timet. Timet timore naturali pericula, & mortem audacter tamẽ agit ſpe victoriæ munitus. Sic in articulo mortis, miles Chriſti cum morte,& Diabolo in prælium deſcenſurus,confidecando benignitatem Dei,clementiam, & miſericordiam, qua ei peccata remittet,& auxiliabitur, debet audacter in certamẽ procedere,& indutus lorica fidei aſſumpta armatura Dei,ita fortiter agere, vt poſsit dicere illud, quod ſupra allegatum eſt. *Nulli cedo*. Neque tamen debet nimis G Prouerb.28 v.14. præſumere, memor illius dicti Salomonis. *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus*. Debet ſcire quod ille beatitudinem æternam poſsidet, qui eſt pauidus. Debet recordari, quod Deus non ſolum eſt miſericors pater, ſed etiam eſt iuſtus iudex,ſic enim timenti rigoroſum iudicem, auxiliabitur miſericors pater. Sanctus Antonius refert exemplum. Quod S. Antonius cum quidam vir deuotus ſcire vellet, qualiter ſeparatur anima à corpore,placuit Deo,vt tali reuelatione id ſibi innoteſceret. Cum quodam mane plateam Ciuitatis pertranſiret, videt hominem peregrinum ab omnibus derelictum in platea planè iam expirantem,ſiſtit aliquantulum, & ecce Angeli S. Michael,& S. Gabriel de cęlo deſcendunt, qui eũ conſolantur,& hortantur,vt exire de corpore non trepidet, ille verò rogabat, vt intercederent pro eo ad Deum, quatenus ſibi concedere vellet aliquantulum temporis,ad pœnitendum, & melius ipſi ſeruiendum, conſulunt Angeli Deũ, & quid faciendum ſit interrogant, dixitque Deus. Hic timet mortem deſcendat Dauid cum ſuo ſuaui ſono Pſalterio,& muſica cęleſtis eum conſoletur, atque ita feliciter ex hoc mondo migrauit,& ad paradiſum receptus eſt. Bonum ergo eſt in articulo mortis timere, nihilominus tunc ſimul in Diuinis auxilijs confidere,& fortiter agere, atque donũ Spiritus Sancti Fortitudinis poſtulare. Hæ enim ſunt viæ Domini ad veram fortitudinem,qua munitus homo exemplo D. Ioannis mortem contemnet, vt eãdem gratiam Dei, & vitam ęternum poſsideat. Oportet quoque bonæ conſcientiæ rationem habere, hæc enim roborat, fortemque reddit, vt dixit Sapiens. Fortitudo ſimplicis via Domini, &

pauor

Digitized by Google

pauor ijs qui operātur malum. Fortitudo ſimplicis eſt Dei
Prou.28. v.1 auxilium, de quo aliqui hunc locum interpretantur. *Forti-*
tudo ſimplicis eſt honeſtas lex Dei, quia confirmat, robo-
rat. Nec mirum innuatus enim animus andacem fortemq;
Sapientię 17 v.11. in articulo mortis reddit iuſtum, quia. *Iuſtus quaſi leo con-*
fidens abſque terrore erit. Nam quemadmodum nihil eſt,
quod maiori animum timore percellat, quàm conſcia ſcele
ris mens, iuxta illud Sapientiæ. *Frequenter enim praeocu-*
pant, peſſima redarguente conſcientia, cum enim ſit timida ne
quitia, dat teſtimonium condemnationis, ſemper enim præ-
ſumit ſæua perturbata conſcientia, quem locum antea ſuo
loco expendimus, ita è conuerſo nihil eſt, quod magis ani-
mum ſtabiliat, & impauidum ad omnes caſus comparet,
quàm conſcientia inſons. Haud reticenda ſunt hic verba
Cicero. Tullij pro Milone. Magna (inquit) eſt vis conſcientiæ in
vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiſerint,
& pœnam ſemper ante oculos verſari putēt, qui peccarint.
Imperfectus. Imperfectus verò homilia 5a. in Matthæum ſic habet. Qui
benè ſibi conſcius eſt, fiducialiter, & magnanimiter agit,
quemadmodum ſi quis inſuſo oleo addat lumen lucernæ,
ſic & ille conſideratione bonorum operum ſuorum, ſemet-
ipſum confortat, & fidei ſuæ addit audaciam. Qui autem
ſibi malè conſcius eſt, ſemper puſillanimis, & timidus eſt, &
quemadmodum ſubducto oleo minuitur lumen lucernæ,
ſic & ille conſideratione operum ſuorum malorum ſemet-
ipſum confundit, & infidelitati ſuæ diffidentiam addit. Et
hæc eſt alia via Domini ad fortitudinem. Sunt quidem plu
res viæ ad hanc ipſam, eſt timor Domini, vt placuit Septua-
ginta interpretibus, qui ita legunt. *Munitio Sancti, timor*
Domini. Id eſt, nihil æquè munit, & vndique obornat vi-
Chriſoſt. ros pios, & ſanctos, ſicut timor Domini. Chryſoſtomus in
ſermone de Iob, & Abraham. Tuta (inquit) armatura eſt
timor Dei inexpugnabile ſcutum, quaſi dicat timor vtique
Dei non conſternat animum, ſed obfirmat, & roborat, &
armis omnibus munit. Huc ſpectat illud. In timore Do-
mini fiducia fortitudinis de quo ſupra. Sed cur inquies cum
timores alij, animi robur, & neruos elidere ſoleant, timor
Dei robur, & fortitudinem parit? Rationem obtulit Augu-
Auguſtinus. ſtinus, quia is qui timet Deum, non homines, non humanos
caſus, nec aliquid aliud veretur. Iuxta illud Chriſti teſtimo-
Matth.10. v.18. nium. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem*
non attingunt, Deum autem timete, qui animam gehennę, &
æternis ignibus addicere poteſt. Similiter via Domini ad for-
titudinem pietas, & miſericordia, cæteræq; virtutes. His vijs
homines Chriſtiani ad vrbanam, politicam, & militarem
fortitudinem perueniunt, & in articulo mortis fortes, & in-
uincibiles fiunt, hac ergo virtute prædití exemplo D. Ioan-
nis cum vitijs pugnemus, vt in articulo mortis, caput vitio-
rum Satanam vincamus AMEN.

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ Secundæ Aduentus.
De ſignis prædeſtinationis.

Matth.11. v.4. *Euntes renuntiate, quæ audiſtis, & vidiſtis.*
Sap.16. v.6. *Ad correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes*
ſalutis, ad commemorationem mandati legis tuæ.

A GLORIANTVR communiter homines, ex no-
bilitate ſanguinis, ſed maior eſt nobilitas, quàm
Sancti à Deo per æternam ad beatitudinem ele-
ctionem & prædeſtinationem acceperunt, de
Ioan.1. v.13 quibus D. Ioannes. *Qui non ex ſanguinibus nec ex voluntate*
carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Ordinatiſ-
ſima eſt aula cæleſtis Regis, habet librum vitæ, in quo om-
nes eius aulici, & nobiliſſimi ſerui maieſtatis eius deſcripti
ſunt, ſed quinam ſunt iſti? difficilè ſcire poſſumus quamdiù
in hoc mortali corpore peregrinamur à Domino. Illud cer-
tum eſt, non omnes in aula Dei eſſe æquè nobiles, diuerſi
apud Deum ſunt nobilitatis ſtatus, diuerſi tituli, diuerſi gra-
dus, ex quibus præcipui ſunt quatuor; vnus eſt eorum, qui
moriuntur, & ex hoc mundo decedunt in gratia Dei, licet
in vita peccatores, & inimici Dei fuerint, & iſte eſt infimus
huius nobilitatis gradus; alter eſt paulò altior nobilitatis ſta
tus, eorum qui & in gratia Dei moriuntur, & in libertate
Spiritus, ſeruitutem peccatorum, & vitiorum reſpuētes, per
totam vitam amici Dei fuerunt; tertius gradus nobilitatis
multò felicior fuit illorum, quorum non ſolùm mors, & vi-
ta, ſed etiā natiuitas fuit in gratia Dei, qualis fuit Ieremias,
& D. Ioannes Baptiſta perfectiſſimus, & omnium fœliciſſi- Ieremias. & D. Ioa. Bap.
mus ſtatus nobilitatis huius eſt ille, vbi & mors, & vita, &
vita, & natiuitas eſt ſine peccato, & vltra hoc immaculata
conceptio, ad quam nobilitatem, nullus alius peruenit, pre-
ter Beatiſ. V. Mariam, quodſiquis vlterius quærat, quinam
in particulari ſint illi, qui in primo, & ſecundo gradu collo-
cati ſunt? omnibus enim clarum eſt, eos qui in vtroque ſta-
tu poſiti ſunt, lineam ſuæ deſcendentiæ de cęlo deſumere,
vndè & ius in hæreditatem illam emanat, ſic enim teſtatur
D. Ioannes, ſe vidiſſe, *Sanctam ciuitatem Ieruſalem nouam* Apocal.21. v.2.
deſcendentem de cælo; ſed, ſi quis quærat, quinam ſunt illi in
particulari? huic reſponderi poteſt illud Eccleſiaſtici. *Al-* Eccl.3. v.22.
tiora te ne quęſieris & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quę
pręcepit tibi Deus illa cogita ſemper, & in pluribus operibus
eius ne fueris curioſus. Quando quis aliquam vallem, & pla-
nitiem ſpacioſam ingreditur, varijs fontibus, fluuijs, & riuis
decoratam maximam indè capit iucunditatem, illi enim
fluuij, ac fontes, & oculos lætificāt, cum huc, atque illuc, nūc
in giirum, nunc in rectum fluunt, & aures recreant, cū fluen
do rugitum, vel ſonum ſuauem cauſant, & multoties dulce-
dine aquarum guſtui placent: quod ſi cauſam, & originem
horum curioſius inueſtigare volueris, plurimas difficulta-
tes, & planè impoſſibilitates reperies: ſi inſpicis originem
ſcaturientis fontis, vides aquam impetuosè ebullire, & illo
impetu arenam commouere, ſed vlteriorem huius cauſam
inueſtigare difficile. Quando arbor producit roſam, vides
in illo flore colorem pulcherrimum, in folijs conſideras or
natum mirabilem, percipis odorem ſuauiſſimum, quòd ſi
cauſam inueſtigare volueris, & folia antequam naſcantur
intueri, hoc impoſſibile eſt, quia hæc ſecreta celat natura;
Quemadmodum apes naturaliter mel, quod in aluear io cō
ponunt, cęram, ex qua antequam mel faciant celulas effi-
ciunt, celare conantur. Prædeſtinatio ſanctorum, ſunt fon-
tes flumina, & riui totius boni, qui multum delectant homi
nem, ſed cauſam illius inueſtigare, & notitiam perfectam
de ea habere impoſſibile eſt, ſunt ſicut roſæ pulcherrimæ,
quarum candoris, & odoris cauſas in cęlo tantum, cùm iam
in effectu producentur, percipiemus: Hoc tamen non ob-
ſtante, ſigna aliqua noſtræ prædeſtinationis habere poſſu-
mus. Affirmare aliquid certò difficile; non deſunt tamen
ſigna, & argumenta, ex quibus ſolutio petenda eſt. Quan-
quam enim nullus mortalium cum eſt in via, aliquid certi-
tudinaliter de ſua ſalute poſſit affirmare, poteſt tamen ha-
bere coniecturas ſuæ futuræ ſalutis. Chriſtus rogatus de rei
maximæ, & difficillimæ ab ore condito quæſtione; an eſſet
Meſsias, & Saluator mundi, non reſpondit, ſed ea ſignis do-
ctrina, & operibus iudicādum reliquit, an ſit verus Meſsias
nec ne? Hæc duo certiſsima argumenta profert, quibus in-
terrogato ſatisfaciat, doctrinam, & opera. Proponitur etiā
nobis ſæpiſsimè à conſcientia noſtra hæc quæſtio difficilli-
ma, grauiſsima, vtiliſsima, an ſimus de numero ſaluādorū?
Sapientia Diuina docet nos hanc ſoluere quæſtionem: *ad* Sap.16. v.6.
Correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes ſalutis.
In hac igitur inſtitutione ſigna prædeſtinationis noſtræ, tā
ex parte Dei, quā ex parte noſtra proponemus, & deindè,
an prædeſtinatio poſſit iuuari precibus Sanctorum pertra-
ctabimus.

Tripliciter aliquid cognoſci poteſt; primò ſcientificè, id B
eſt per cauſas, ſcire autem arbitramur, cum rem per cauſam
cognoſcimus, (inquit Philoſophus,) & hoc modo non poſ Ex 1. Poſt.
ſumus noſtram prædeſtinationem ſcire, quia tota ratio no-
ſtræ prædeſtinationis à diuina volūtate dependet per Sco- Scotus in 3. d.18 & 19. & alibi.
tum, nec vllus diuinam voluntatem certitudinaliter ſcire
poteſt; deindè quia meritum pendet à gratia, & nullus cer-
titu-

Sco.q.1. Prologi. titudinaliter poteſt ſe ſcire eſſe in gratia: ſcimus præterea
aliquid per reuelationem, & hoc modo Paulo reuelatum
Ad Rom. 8. v. 38. fuit ſe eſſe in gratia, charitate, & in ſtatu ſaluis, *certus ſum,*
quòd neque mors, neque vita, neque aliqua creatura poterit
nos ſeparare à charitate, id eſt à prædeſtinatione, *quæ eſt in*
Chriſto Ieſu. Præterea ſcimus aliquid per coniecturas, &
hoc modo multæ ſunt coniecturæ, ex quibus perfecti homi-
Sap. 16. v. 6. nes de ſua ſalute ſpem poſſunt certam habere, cum Salomõ
ait: *ad correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes*
ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ. Certiſſima
ſigna ſalutis, & prædeſtinationis innuit, nempè obſeruantiã
mandatorum Dei. Cum enim præcepta Dei pro viribus ob
ſeruare conamur, profectò de noſtra ſalute, coniecturam
Matth. 19. v. 17. quaſi certam habemus, dicente Saluatore; *Si vis ad vitam*
ingredi ſerua mandata. Et tolerantiam prudentem corre-
ptionis diuinæ; aliqui dum à Deo corripiuntur, flagella Dei
ita contemnunt, vt planè inſenſibiles eſſe videantur: non
eſt hoc bonum prædeſtinationis ſignum; non eſt bonum ſi-
gnum ſanitatis, ſi manus, vel aliqua alia pars corporis eſt in
ſenſibilis, nec percipit dolorem, imò eſt ſignum talem cor-
poris partem amplius non viuificari. Non eſt hoc opus vir-
tutis, ad correptionem Dei minimè turbari. Nec Philoſo-
phi Peripatetici talem inſenſibilitatem aliquo modo ad vir
tutem pertinere docent. Aliqui etiam ſunt, qui dum corri-
piuntur à Deo nec remedia eſſe adhibenda per orationes
exiſtimant, hi ſunt ſimiles illis, qui ignem accenſum non eſ-
ſe aqua ſuffocandum putant, cum incẽditur aliqua domus;
nec munienda eſſe caſtella cõtra aduerſarios tempore bel-
li, nec adhibendas orationes tempore peſtis; nec adhiben-
da medicamenta, dum quis infirmatur, quæ ſunt abſurda:
qui ne correptiones Dei recipiunt, vt nec illa ſentiant, nec
remedia adhibeant, non habent certum ſalutis ſignum; ſi-
cut nec illi, qui plus æquo, & iuſto turbantur, ad impatien-
tiam deueniunt ad verba iniurioſa, & blaſphemias, qui ad
correptionem in breui nimis turbantur, & tunc ſolùm glo-
rificant Deum, cum eis proſperè omnia ſuccedunt: Iuxta
Pſal. 48. v. 19. illud Prophetæ *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* quod ſi
aliquid aduerſi aduenerit; in verba impatientiæ prorum-
punt, non eſt hoc bonum ſignum ſalutis: ſignum ſalutis, &
prædeſtinationis eſt, cum quis verè dicere poteſt illud Pſal-
Pſal. 33. v. 2. miſtæ. *Benedicam Dominum in omni tempore,* ſiuè in tem-
pore anguſtiæ, ſiuè in tempore proſperitatis; qui ſic pruden-
ter tolerat aduerſa, qui patiẽter ſuſcipit correctionem Dei,
eamque in eum finem ordinat, in quem à Deo dirigitur, &
permittitur, nempè ad commemorationem mandati legis
diuinæ, vt inquit Salomon, ad obſeruãtiam perfectam mã-
datorum Dei, ille habet certum ſignum ex parte ſuę ſalutis,
& prædeſtinationis Sic enim Saluator promiſit vitam ęter
nam mandata ſeruãtibus, de peccatis pęnitentibus, & Deũ
diligentibus; ſed ex parte ipſius Dei plura etiam ſunt ſigna
prædeſtinationis, ex quibus nunc tria breuiter proponam.
C Primùm ſignum accipitur à vocatione; probabilis enim cõ
iectura eſt, & efficaciſſimum ſignum, quòd Deus glorioſus
vult, vt ſaluemur, cum nos ita cordialiſſimè vocat. Sed ad-
uertere debes vocationem Dei, quantum ad præſens ſpe-
ctat eſſe duplicem: quædam eſt, qua ad finem ipſum vlti-
In 1. diſt. 46. & 47. mum conſequendum vocati ſumus, vt ait Scotus, alia voca-
tio eſt ſufficiens ad media neceſſaria, pro fine vltimo con-
In 2. diſt. 37. ſequendo; vt quando Deus vocat aliquem ad gratiam, gra-
tia eſt medium efficax ad vitam æternam, & ille qui voca-
tur, ſi conſeruat eam vſque ad vltimum inſtans vitæ, ſalua-
tur omninò quia in illo inſtanti non poteſt amplius deme-
In 2. diſt. 4. reri, patet à Scoto. Et hoc eſt, quod dicit Scotus (vt expli-
caui in commentario ſuper primum Scoti) velle Diuinum
diſtingui, in voluntatem beneplaciti, & ſigni: volũtas ſigni,
non propriè voluntatis eſt actus, ſed ſigni cuiuſdam, quod
Deus velit hoc, & communiter dicitur iſta voluntas meta-
phorica, ſicut imago Herculis, dicitur Hercules, ſi compare-
tur ad actum voluntatis beneplaciti, quæ formaliter eſt in
Deo. Hæc communiter voluntas Dei diuiditur in volunta-
tem antecedentem, & conſequentem: voluntate antecedẽ-
te vocat omnes pro quanto dedit eis dona naturalia, auxi-
lia communia, & ſufficientia ad ſalutem, & leges rectas: at-
que hoc modo Angeli mali etiam fuerunt vocati; vt probat
In 2. diſt. 4. Scotus, omnes ſiquidem fuerunt ęquales in gratia ſecundũ
vnam opinionem, & ſi primus Angelus conſeruaſſet illam,
vſque ad vltimum punctum vitæ, eſſet nunc in patria bea-
tus, ſed ob peccatum antè terminum viæ gratiam perdidit:
& quia boni conſeruarunt eam, ſaluati ſunt. Hoc etiã mo-
do multi homines (id eſt Chriſtiani) vocati ſunt ad gratiã,
quam actu habuerunt in baptiſmo, quam quia multi amit-
tunt, ideò damnantur; Vt exemplificat Scotus de Rege
ſtatuente bonas leges, & præfigente miniſtros ad cuſtodiã
iſtarum legum, iſte enim vult omnes ſuos ſubditos pacificè
viuere, & quietè, & tamen ſi videret aliquem tribulari iniu-
ſtè, non ſtatim oportet, vt rex intromittat ſe ad faciendum
illum quietè viuere, niſi deuolueretur cauſa ad ipſum per
querimoniam, & ita vult quemlibet viuere antecedenter
quietè: eodem pacto, & Deus.

Illud quoque aduertendum eſt, quòd ad iſtam gratiam
vocamur, nullis meritis præcedentibus; ſed ſolo merito Paſ-
ſionis Chriſti præuiſæ ſecundum Scotum, & hoc maximè In 3. diſ. 19.
in paruulis patet, licet in adultis requiratur aliquis bonus
motus liberi arbitrij. Angeli etiam, ſecundum vnam opi-
nionem, ſi habuerunt gratiam in creatione ſua, habuerunt
eam ex merito paſſionis Chriſti præuiſæ, vt dicit Bernar-
dus, quia Angeli boni vicerunt prælium merito paſſionis Bernardus.
Chriſti præuiſæ. Ad ſecundam verò gratiam, amiſſa pri-
ma multi vocantur, licet non ſemper efficaciter: nã ex quo
ad eam non ſe diſponunt, illam non conſequuntur; Hoc
modo Lucifer vocatus fuit, ſed non eſt eam cõſecutus, quia
amiſſa prima gratia, ſe non diſpoſuit ad ſecundam, ſed ob-
ſtinatus remanſit; Hoc modo nos etiam amiſſa prima gra-
tia vocamur ad ſecundam, quam conſequi poſſumus, præ-
uia diſpoſitione per veram pœnitentiam; ſed longè effica-
tior vocatio noſtra, quam Angelorum: Angelus enim poſt
primum peccatum ſi pęnituiſſent, Deus paratus erat iuua-
re, & habuerunt tempus ſecundum Scotum, tamen non le- In 2. diſt. 5. & 6.
gimus, quòd Deus miſerit vocare eos ex parte ſua, & fortè
ſi vnus Angelus adhoc miſſus fuiſſet, qui promiſiſſet dare
gratiam, & amicitiã Dei, feciſſet que multò minora iis, quæ
pro nobis Dei filius fecit, fortè cõuerſi fuiſſent. Hinc liquet
quantum amorem nobis oſtendit Deus, quandò miſit Pa-
triarchas, & Prophetas, imò filium ſuum vnigenitum, & di
lectum, qui tot modis perſonaliter nos vocat, maximè, *om-* Iſa. 55. v. 1.
nẽs ſitientes venite ad aquas. Et ex his ſequitur, quòd Deus
glorioſus vltima vocatione ſupradicta, quotidiè vocat nos,
imò in omni inſtanti temporis, ſtat ad oſtium cordis noſtri
& pulſat, vt ei aperiamus, & nunquam ceſſat multis, ac va-
riis modis alloqui, videt enim, & compatitur fragilitati mi-
ſeriæ, ac inopiæ noſtræ. Atque hæc quidem ratio potiſſima
eſt, cum enim gratia ſit quidam decor animæ ipſam animã
reddens gratam Deo, ſecundum Theologos, maximè Sco- In 3. diſt. 17.
tum, & anima habens ipſam gratiam, habet quandam cõ- In 4. diſt. 1. qu. 1.
fidentiam eundi ad Deum, quam ei gratia confert; quia er-
go tali decore gratiæ per peccatum, ſiquè demeritoriè pri- Diſt. 14. & 16. qu. 2.
uatur ſecundum Scotum, idcircò confidentiam quoq; amit
tit, & in ea quidam generatur rubor, quo ſuffuſa, non audet
oculos ad cęlum leuare. Ipſe ergo dulciſſimus Ieſus, vt talẽ
à te ruborem auferat, & det tibi confidentiam, inuitat te,
& benigniſſimè vocat: vbi aduerte magnam ipſius clemen-
tiam, in offenſa enim ſibi facta, ipſe prius ad reconciliatio-
nem te inuitat, ille tuam quærit amicitiam, quaſi ipſe te of-
fendiſſet. Quid vltra? tot voces Sanctorum, exempla prędi-
cationes, inſpirationes, conſcientia ipſa te vocat, & tu negli-
gis, contemnis? *miſit ſeruos ſuos dicere inuitatis.* & *In om-* Matth. 22. v. 3.
nem terram exiuit ſonus eorum, vt veniant ad nuptias. Quo-
circa nemo poteſt ſe excuſare ſi damnetur, quoniam plures
vocati ſunt: Vocat namque Deus omnes blaſphemos, per-
iuros, mendaces, perſecutores fidei, ſicut fuit Sanctus Pau-
lus; mulieres vanas, & laſciuas, vt Sancta Magdalena; pec-
catores, vt Sanctus Matthęus, vſurarios, vt Sãctus Zachęus;
publicos peccatores; vt latro: ſed longè melius vocatur Re-
ligioſi, ab ipſo dulciſſimo Ieſu paupere, obediente, & nudo
in cruce pendente, ad vitam religioſam.

Sed præter hanc vocationem ad gratiam, quæ eſt voca-
tio voluntate antecedente, & multoties eſt inefficax, & re-
miſſa, quæ non ſemper adimpletur, multi enim effectum
vocationis nõ aſſequuntur, eſt quoque alia vocatio efficax,
quam cõſequitur iuſtificatio efficax, illa nimirùm, quę per-

ſeuera-

ſeueratuſque ad finem vitæ, vt etiam dicam inferius, hæc ſanè eſt infallibile ſignum Diuinæ prædeſtinationis.

D Secundum ſignum, vel coniectura, qua certam ſpem de noſtra ſalute habere poſſumus, eſt expectatio, & toleratio, qua miſericors Deus, peccatores miſericorditer expectat, & non ſtatim punit, cum poſſet in inſtanti. Atque hinc elicitur quæſtio à Theologis (cum omnia attributa in Deo ſint
De Trinit. æqualia, per Auguſtinum) quare dicimus, quòd Deus eſt pronior admiſerendum, quàm ad puniendum? & cur miſericordia ſit excellentior, & quaſi maior proprietas Dei,
In Compendio lib. 1. quàm iuſtitia? dicente Eccleſia in quadam collecta. *Deus cui proprium eſt miſereri*. Reſpondet Aureolus, quòd nihil
Ad Rom. 9. requiritur ad complendum opus miſericordiæ Dei, quia cuius vult Deus miſeretur: Hoc enim facit Deus ex ſeipſo nullis meritis præcedentibus, quantum ad donum primæ gratiæ conferendum: ſed quia ad opus iuſtitiæ complendum, requiritur aliquid ex parte hominis, ſcilicet eſſentia culpæ, in miſerendo autem ſola bonitas diuina concurrit, in Deo autem non poteſt ſic iuſtitia diuinæ bonitati appro-
Io dist. 41. priari, ſicut miſericordia, ergo &c. Et hoc eſt, quod dicit Scotus, Deus eligit ad vitam æternam nullo merito præcedente, ſed ex ſola, & mera bonitate ſua, reprobat autem ſecundum demerita. Hæc eſt illa miſericordia, qua Deus delinquentes expectat, & non ſinit, vt iuſtitia puniat; & hoc quidem eſt valdè mirum. Si enim ex vna parte conſiderare volumus grauitatem, & multiplicitatem peccatorum, quibus miſer peccator demeretur, ſtatim vita mereretur priuari, imò in infernum detrudi, imò annihilari: ex alia parte conſideres Dei omnipotentiam, ac iuſtitiam, qua poſſet in ictu oculi cuncta deſtruere, imò ſi per minimum inſtãs ſuã à nobis manutenentiam ſubtraheret, omnia in nihilum tenderent: nonne hoc maximè admirationis eſt, quod tot peccata, iniurias, blaſphemias, patienter tolerat, & vt conuertatur peccator expectat? nõne ipſe dulciſſimus Ieſus (ſi fas eſt dicere) lapis eſſe videtur omninò, non audiens, non ſentiens, maximè cum vnuſquiſque noſtrum, nec paruam quidem miſeriam æquanimiter tolerare queat? Quid enim periuria, blaſphemiæ, cæteraque ſcelera aliud ſunt, quàm ſagittæ, iacula, & lãceæ in Ieſum Chriſtum, & Matrem eius?
Ad Hæb. 6. v. 6. *rurſum crucifigentes inſemetipſis Filium Dei*. O' benigne Deus, cur tot, & tanta à peccatoribus toleras? quomodò nõ mittis ignem de cęlo, quomodo cęli cataractas non aperis, vt eos ſubmergas? quomodò tuam ſuper eos non fulminas ſententiam, vt deſcendant in infernum viuentes? quomodo terram non aperis, vt eos deuoret, ſicut Dathan, &
Ezech. 18. v. 23. Abiron? audi ipſum dicentem, & clementiſſimè reſpondẽtem: *nunquam voluntatis meę eſt mors impij dicit Dominus Deus, ſed vt conuertatur à vijs ſuis impius, & viuat*; quaſi diceret, nolo, vt ſceleratus homo in ſuis demergatur peccatis, ſed potiùs, vt emerſus mecum regnet. O' pietas immenſa, quis enim princeps ita clemens, qui offenſus à ſeruo bis, ter, quaterque non acceleret vindictam? & bis, & ter, & millies offenſus dulciſſimus Ieſus expectat, non iraſcitur. Et quid eſt illud quod eum tenet? pietas, clementia, miſericordia eſt illa, quæ ligat ei manus, ne ſumat vindictam de
Ezech. 33. v. 11. nobis; imò ipſe exclamat: *nolo mortem peccatoris &c.* O' ſi quoties intras Eccleſiam, aſpiceres agnum illum innocentiſſimum pro te in cruce pendentem, & lamentabili voce, lachrymoſis oculis te dulciter ad pęnitentiam inuitantem, audires; doleò anima mea, quia me tantum offendis, non tibi hoc animum addat, quòd te non puniam, hoc enim facio, quòd nolo mortem peccatoris, nimis doleo damnare animam illam, propter quam vniuerſum mundum creaui, propter quam veni in mundum, pro qua triginta tribus annis exilium paſſus ſum in terris, quòd ſi tu hæc contemnis,
Eſa. 1. v. 24. *Heu conſolabor de hoſtibus meis*. *Heu* eſt aduerbium dolẽtis. Ecce ſi atres quam amoroſiſſimè expectat de hora in horam, differt de anno in annum, & tamò magis peiores hac conniuentia efficimur, lento gradu procedit, ſed time, quia Deus clementiſſimus te vſque hodiè expectauit, & forte amplius non expectabit vſque cras. O' quam innumerabiles hoc modo ſunt decepti, qui vel morte improuiſa, vel ſubitanea ſunt interempti, ideo dum nos tam dulciter inuitat, omnes ad eum conuertamur.

E Tertium, & illud præcipuum ſignum eſt, ex quo ſcire poſſumus, quòd miſericordiſſimus Deus, etiam poſt innumera peccata, ſi pęnitentiam egerimus, nobis indulgere ſit paratus, & certam quaſi ſpem de noſtra ſalute habemus eſt redemptio: *ſi enim cũ inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo* Ad Rom. 5.
per mortem filij eius; ſignum eſt, quia vult nos ſaluare ſi voluerimus ipſi, quapropter magis dilexit nos, quàm Ange- v. 8.
los, qui peccauerunt: nam non redemit eos, & quare? quia ſibi non placuit. Quærit Diuus Bonauentura, qui fuerunt In 1. dist. 31.
magis à Deo dilecti, homines, an Angeli? & reſpondet ſi & 32.
loquamur de dilectione effectus creationis, magis dilexit Ibid. q. 4.
Angelos, quia nobiliora eis naturalia bona contulit, quantum verò ad gratiam reparationis, ſic magis dilexit homines, quia eos liberauit, Angelos autem deſeruit. Sed quæ Ibid.
iſtarum dilectionũm eſt maior? Reſpondet idem, ſi loquamur ſecundum ſtatum præſentem, ſic Angelorum dilectio eſt maior, quantum verò ad ſtatum finalis gratię in quo reparatio erit conſummata, ſic magis dilexit homines, quia homines in paradiſo plura habent, quã Angeli, vndè Deos integrant, poſt incarnationem, redemptionem, & eminentem glorificationem. Sed quare non ſic redemit Chriſtus naturam Angelicam, ſicut humanam? Reſpondet Sanctus In 3. dist. 2,
Thomas, & alij Doctores, in primis hac de cauſa, quia An- art. 2.
gelus cognouit in luce plena per intellectum Dei formam, & ſic per ignorantiam non excuſatur; deindè quia conſiderat id ſine inquiſitione, quod eligit; homo autem cognoſcit quæ agenda ſunt deliberando per rationem; vndè peccans de venia cogitauit, & in aliquo deceptus eſt, vt dicit magi-
ſter ſententiarum, non autem Angelus: vndè Damaſcenus In 2. dist. 22.
dicit. Quantò fuit nobilior in Angelis Dei cognitio, tantò
fuit peior in eis erroris occaſio, *quia ſeruus ſciens voluntatẽ* Lucæ 12.
Domini ſui, & non faciens multis plagis vapulabit. Præte- v. 47.
rea, quia voluntas Angeli inuertibilis eſt ad bonum, poſt mali electionem, ideò non eſt ſuſceptibilis pęnitentiæ, vt di-
cit Damaſcenus, quod enim fuit hominibus mors, hoc An- Lib. 3.
gelis caſus, homo autem eſt ſuſceptibilis pęnitentiæ. Denique quia ſecundum Auguſtinum Angeli nullo ſuadente peccauerunt, ideò à nemine redimi debuerunt: homo autem Diabolo ſuggerente cecidit, ideò Dei virtute, ſubleuari debuit. Hæc Sanctus Auguſtinus, ſed quia rationes iſtę ſunt magis congruentiæ, dicendum videtur, quòd magis redemit hominem, quàm Angelum propter nimiam charitatem, qua dilexit Deus hominem. In modo etiam redimendi eſt aliud mirabile, licet enim Angeli mali habuerint aliquam moram, in qua ſi voluiſſent, potuiſſent ſuo creatori re-
conciliari, & ſi pęnituiſſent, recõciliati fuiſſent, per Scotum. In 2. dist. 6.
propter talem tamen reconciliationem non miſiſſet filium Ad Heb. 2.
ſuum, *quia non Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ*. ait v. 16.
Apoſtolus. Sumus etiam reconciliati medio tam ſublimi, Io 3. dist. 19.
omne humanum ingenium, & Angelicum tranſcendente, & 28.
quia in redimendis ſeruis ſuis. *proprio filio non pepercit, ſed* Ad Rom. 8.
pro omnibus tradidit illum. nonne poteras aliter facere? v. 32.
quis dubitat? Vide Auguſtinum, & Theologos, maximè In 3. dist. 1.
Scotum, enimuerò tantus fuit erga nos amor, vt non vnũ & 20.
de primis Angelis, ſed perſonam æqualem, & conſubſtan-
tialem ſibi mittere dignatus eſt. O' ineffabilis amor, meritò Luc. 1. v. 78.
dicitur: *per viſcera miſericordię Dei noſtri viſitauit nos oriẽs ex alto*. Dic mihi ſi Lucifer, & ſequaces eius vidiſſent naturam Angelicam aſſumptam à Chriſto, quid credis feciſſent? certè liquefacti fuiſſent amoris magnitudine, & nos ingrati, ne memini quidem beneficium tantum obuenire ſinimus: illi in tanta miſeria derelicti lugent, nos autẽ redempti pro peccatis lugere recuſamus.

Concluſio ergo, quantum ad ſignum iſtud, magnam profectò, & certam ſpem de noſtra ſalute habere poſſumus, cũ recordamur, quòd tantum dilexit nos, vt filio ſuo nõ pepercerit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: parumne tibi videtur, quod duæ naturæ, vna infinita, & perfectiſſima; & alia imperfectiſſima, ac finita in comparatione ad diuinã (quia finitum diſtat infinitè ab infinito in perfectione, per
Scotum) pro nobis ſint vnitæ in vnitate ſuppoſiti? indè ſanè In 1. dist. 2.
conſtat inæſtimabilis dilectio Charitatis, vt ſeruum redi- In 3. dist. 2.
meret, filium tradidit: qui vt tibi daret confidentiam, & ſpẽ & 19.
ſalutis, exinaniuit ſemetipſum, & animam ſuam poſuit pro F
te, &c. Addit nobis animum, & illud dictum, *non dico tibi* Matth. 18.
ſepties; ſed ſeptuagies ſepties, delinquenti ſi conuertatur ad v. 22.

D pœniten-

Digitized by Google

pœnitentiam peccata donantur: ibi Gloſſa dicit ſeptuagies
Et can. ad ſe ſepties, id eſt, quantumcumque finitum enim pro infinito
eadem diſt. ponitur, quoniam quotidiana eſt offenſio oportet, vt quoti-
Et Can. Ta- diana ſit remiſſio. Item Gratianus ait: tempus verò pœni-
lis. tentiæ eſt vſque ad vltimum articulum vitæ, & nemo deſpe
In t. de pęn. randus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt, qui miſeri-
diſt. t. can. 1. cordiæ Dei, nec menſuras ponere poſſumus, nec tempus de-
Et 24. qu. 3. finire, & apud quem nullas patimur veniæ moras, dicente
can. corripiã Spiritu Sancto per Prophetam; cum conuerſus ingemuerit,
tur. 26. tunc ſaluus erit &c. O' amor infinitus, ò charitas profundã,
Quęſ. 6. can. ò dilectio inæſtimabilis Dei, quæ poſt innumera quoque
His. peccata, & facinora non deſinit tribuere dona gratiæ, &
oſtendere nobis ſigna euidentiſſima noſtræ ſalutis. O' mi-
ſer, ò infelix, ne deſperes, ſed tantùm redeas ad Dominum
Deum tuum, & ſaluus eris; dic tuam culpam, deſineque pec
care, & benignum videbis Saluatorem ad recipiendum te;
Ecce vides tot argumenta amoris, & ſi nihil aliud eſſet, niſi
quòd te ſemper expectat ſufficeret. Sed & exempla ipſa id
2. Reg. 12. ipſum nobis perſuadent; en occurrit Dauid; de Paulo, de Pe
tro, de Maria Magdalena, de Matthæo quid dicemus? con
uerte quæſo oculos ad Ieſum, iuxta quem pẽdet Latro, quo-
modo? innocenter fortè ſicut Chriſtus? non certè; imò
propter ſua demerita; nec vnquam aliquid bonifecit; niſi
quòd in Cruce manens compaſſus ſit Chriſto, eum excu-
ſauit, & ſe illi commendans dixit. *Memento mei, dum vene-*
Luc. 23. v. 42 *ris in regnum tuum. &c.* quid igitur reſponſum fuit? nun-
quid expulſus? Non equidem, imò hodiè mecum eris in
paradiſo audiuit: vbi Ambroſius ait. Pulcherrimum affe-
ctandæ remiſſionis exemplum, cum tàm citò latro in veniã
relaxatur, & vberior gratia, quàm petitio? ſemper enim
plus tribuit, quàm petatur. Denique liberè aſſeuerare poſ-
ſum, ſi Iudas iteraſſet proditionem millies, & pęnituiſſet, in-
ueniſſet apud Deum miſericordiam; prætereà audeo dice-
re, ſi aliquis feciſſet inſtrumentum paſſionis Chriſti manu
propria, de ſanguine proprio, de anima ſua. Si id poſſibile
eſſet, & poſtea pęniteret, ſinè dubio Deus acciperet pęniten-
tiam illam. Ea propter miſericordia infinita Dei noſtri, bo
nitas inenarrabilis, tribue nobis piiſſimè Ieſu per tuam San
ctam miſericordiam, vt hic in gratia, & in futuro tecum in
gloria viuamus. Certiſſima ſigna noſtræ prædeſtinationis
habemus vocationem, redemptionem, & tolerantiam, qua
peccata noſtra toleras; auxiliare nobis, vt dum euidentiora
prædeſtinationis ſigna in nobis cernimus, tibi melius ſer-
uiamus, & gratiſſimus.

Sed quoniam ſanctorum merita, & preces multũ iuuant
ſalutem hominum, non erit extra propoſitum reſoluere hic
illam difficultatem, an prædeſtinatio noſtra iuuetur preci-
Franc May. bus Sanctorum. Dicit Franciſcus Mayr. quod in prædeſti-
in ſerm. 50. natione duo ſint conſideranda, ſcilicet ipſa diuina prędeſti-
G natio, & effectus prædeſtinationis, eſt autem effectus præ-
deſtinationis, effectus Dei prædeſtinantis, ex vi prædeſtina-
tionis, conceſſus prædeſtinato, iſti effectus, vel ſunt bona
aliqua ſupernaturalia, vel bona naturalia, effectus prędeſti-
nationis ſupernaturales enumerat Diuus Paulus dicens.
Ad Rom. 8. *Quos autem prędeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit,*
v. 30. *hos & iuſtificauit, quos autẽ iuſtificauit, illos, & glorificauit.*
Vbi vocatio Diuina, iuſtificatio, & glorificatio hominis, vo
cantur effectus diuinæ prædeſtinationis. Sciendum tamen
eſt, quod vocatio, quæ dicitur effectus certus prædeſtinatio-
nis eſt vocatio efficax, & non tantum ſufficiens, vt ſupradi-
ctum eſt, quia vocatione ſufficienti, multi etiã reprobi ſunt
vocati, & tamen pauci electi, ſeu prædeſtinati. Itaque Apo-
ſtolus loquitur de efficaci vocatione, ſubdit enim quòd vo-
cationem talem conſequatur iuſtificatio, iuſtificatio etiam
intel igitur illa efficax, qua quis eſt iuſtus, vſque ad terminũ
vitæ: hinc ſubditur, *quos iuſtificauit, illos & glorificauit* er-
go iuſtificatio quam conſequitur glorificatio eſt prædeſti-
nationis effectus. Hic ſtatim intelligi datur, quomodo qui-
dam Theologi malè doceant, ſolam glorificationem eſſe ef
fectum prædeſtinationis, non autem vocationem, & iuſti-
ficationem efficacem, cum oppoſitum deducatur ex ſcriptu
ra, imò ipſa glorificatio, an ſit effectus prædeſtinationis? nõ
nulli dubitant, & putant ſola media ad conſequendam glo
rificationem, eſſe effectus prædeſtinationis, non autem ip-
ſum terminum, & finem, ſed abſque vlla dubitatione dicẽ-
dum eſt affirmatiuè cum Diuo Paulo, & Doctore ſubtili, Scot. in 1. d.
vbi tenet prædeſtinationem eſſe actum voluntatis diuinæ 41. q. vnica.
ordinantis creaturam intellectualem ad gratiam, intellige
efficacem, & ad gloriam; ergo illius prædeſtinationis, & vo
litionis diuinæ, ſicut gratia, vel iuſtificatio eſt effectus, ita &
glorificatio. Porrò effectus hi omnia bona ſupernaturalia
comprehendunt, nam ad vocationem pertinent omnia au-
xilia Dei, præuenientia cooperantia ad iuſtificationem, per
tinet gratia gratum faciens, & perſeuerantia in bono vſque
ad finem. Poſſunt autem iſti tres effectus prædeſtinationis
dici effectus per ſe prædeſtinationis; quia per ſe, & neceſſa-
riò requiruntur in prædeſtinato, vt terminum ad quem prę
deſtinationis aſſequatur: alij verò dicuntur effectus per ac-
cidens, vt ſunt bona temporalia, bona complexio, & ad vir-
tutes prona, acumen ingenij &c. quamuis autem bona iſta
ſint indifferentia, & poſſit illis homo vti malè, vel benè, qua
tenus tamen ſunt occaſio, & materia benè merendi, & ali-
qualiter ſe diſponendi ad gratiam, dicuntur effectus per ac-
cidens prædeſtinationis, iuxta illud, *diligentibus Deum* ſeu
electis *omnia cooperantur in bonum*. Simili modo dicendũ Ad Rom. 8.
eſt de malis pęnæ, quãdo patiuntur multa mala electi, quod v. 28.
illa etiã quatenus ſunt occaſio, & cauſa alicuius boni ſuper-
naturalis ducentis ad beatitudinem, ſunt effectus prędeſti-
nationis.

De malo autem culpæ irrefragabiliter ſentiendum eſt,
quòd ipſa culpa, vt culpa, nec per ſe, nec per accidens volita
ſit à Deo, ac per conſequens effectus prædeſtinationis, nec
per ſe, nec per accidens eſſe poteſt: quatenus tamen permit
titur à Deo, illa permiſſio eſt effectus prædeſtinationis, tunc
quando ſcilicet lapſus per Dei miſericordiam, homini eſt
cauſa feruentioris reſurrectionis à peccato, acriorisque pę-
nitentiæ. Hoc præſuppoſito aſſeritur, prædeſtinatum quo-
ad prædeſtinationem abſolutè, non iuuari precibus Sãcto-
rum non enim precibus Sãctorum fit, quod aliquis prędeſ-
tinetur, cum nullam ſit aſſignare cauſam, vel rationem prę
deſtinationis, vt in ſermone ſpeculatiuo Dominicę I. Qua-
drag. dicetur, quoad effectus tamen prędeſtinationis poteſt
iuuari; Nam cum prouidentia ſit pars prædeſtinationis, nõ
ſubtrahit cauſas ſecundas, ſed ſic prouidet effectus, vt etiam
ordo cauſarum ſecundarum ſubiaceat prædeſtinationi: vn-
dè ita prædeſtinatur à Domino ſalus alicuius, vt etiam ſub
ordine prædeſtinatorum cadat quicquid hominem promo
uet ad ſalutem, vt oratio, pęnitentia, vel alia bona opera, at-
que ſic prædeſtinati debent bona facere, quibus prædeſti-
nationem conſeruent: hæc Mayro. Quomodo autem pro- Mayro.
uidentia ſit pars prædeſtinationis nota, quòd Deus primò
prædeſtinat ſinè meritis Petrum, prouidet tamen poſtea de
meritis: verbi gratia, ſi quis voluerit conſequi beatitudinẽ,
ad quam primò eſt prædeſtinatus habeat tot, & talia meri-
ta, & iſta dicuntur effectus prædeſtinationis, vt autem ad ta
lia perueniat merita, poteſt iuuari à cauſis ſecundis, videli-
cet ſi ſit prædeſtinatus, non habens hunc effectum præde-
ſtinationis, nempè merita, & gratiam ad conſequendam
prædeſtinationem, tunc poteſt ab aliquo iuuari, vt median-
tibus orationibus illius, Deus conferat illi gratiam, neque ta
men (vt ſuperius inſinuaui) preces Sanctorum poſſunt iuua
re ad obtinendam prædeſtinationem abſolutè, quia merè
liberè Deus prædeſtinat, ſed benè ad cõſequendos effectus
eius. Cum omni igitur confidentia ad merita Sãctorum, &
preces nobis recurrendum eſt, & præcipuè ad paſſionem
Chriſti Domini, vt cum certas coniecturas, & ſigna noſtra
prædeſtinationis habemus, in præſenti vita gratiam, & in
futuro gloriam, obtinere valeamus, neque enim propter il-
la ſigna prędeſtinationis, imò etiam ſi per reuelationem id
nobis conſtat, quod prædeſtinati ſimus, debemus ita ſecurè
viuere, vt bona opera, & merita Sãctorum omittamus, imò
magis, ac magis timere debemus, ne delinquendo damne-
mur, ſemper implorando opem diuinam, vt per ſuam miſe
ricordiam, & preces Sanctorum præcipuè B. V. M. ſalue-
mur; quod nobis tribuat, qui viuit, & regnat in ſæcula ſęcu-
lorum. Amen.

Digitized by Google

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Tertiæ Aduentus.

Ioannis 1. v. 19. *Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis, Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem.*

Eccl. 9. v. 11. *Verti me ad aliud, & vidi ſub ſole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientum panem, nec Doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus caſumque in omnibus.*

A NE probatos modeſtiæ limites prætergreſſi, noſtris vnquam viribus confidamus, ſatis ſapienter à Sapientiſſimo Eccleſ. hic admonemur, inductione quadam, à donis corporis, animæ, & artis deſumpta. A donis quidem corporis, agilitate nimirum & robore; à ſapientia in corde, & doctrina in ore, quæ ſunt dona animæ; demum ab opere manuali, quod artis proprium eſt. His inquam admonemur, & inſtruimur, ne quiſquam magiſtra temeritate, ſuæ innixus induſtriæ arduum quid moliatur, ſed potiùs Diuinæ fidat prouidentiæ. Admonemur etiam ne vnquam opera noſtra prudentiæ, & virtuti propriç attribuamus, ſed prudentiam, ac virtutem noſtram à prouidentia Dei iuuari credamus, & intelligamus.

Quanta induſtria, & diligentia fuit Iudæorum in quærendo Meſſia. Miſerunt Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannẽ, vt interrogarent illum, an eſſet Meſſias, quærebant Meſſiã, & non inuenerunt, quia nec velocium curſus eſt, nec fortium bellum, nec ſapientum panis. Licet ſit magna prudentia robur, & agilitas, viri currentis ad metam ſibi propoſitam, aut pericula quæcunque euadere volentis, nihilominus, etiamſi vt aquila volet, multoties accidit et illud,

Amos cap. 2. 14. & 15. quod prædixit Amos. *Et fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & tenens arcum nõ ſtabit, & velox pedibus ſuis non ſaluabitur & aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam, & robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in illa die.* Non euaſit Aſael curſor velociſſimus, quaſi vnus de capreis, quæ morantur in ſyluis. Spirituali ſimiliter curſu plurimi currunt, non omnes tamen metam attingunt. Sed cum ſpiritu cœperint, benè currentes, carne conſumantur; atque ita non conſumant curſum, nec viam mandatorum Dei percurrunt, quia graue pódus ſuarum iniquitatum, grauiùs ſuper plumbi talentum illos aggrauat.

Ad Rom. 9. Et non aliam reuera ob cauſam, niſi quia in eo curſu quo ad brauium tendunt, magis proprijs viribus, quàm Deo miſerenti confidunt. Cùm tamen (teſte Dauid) non

Pſ. 17. v. 34. ſit altus, niſi Deus noſter *qui perficiat pedes noſtros ſicut ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuat nos*, faciatque, vt aquilarũ inſtar ſurſum ad cœleſtia euolantes, non deficiamus. Similiter etiam potentiſſimi quique, frequenter ſuccumbunt in prælio, qui proprijs innixi viribus non implorato cœlitus auxilio, Martem laceſſere præſumunt. Quia, *Nec fortium bellum*, bellorum quippè exitus, ac victoriç, non tàm Martiæ virtuti, aut animis pugnantium, quàm diuinæ benignitati, & prouidentiæ tribuendæ ſunt. Quis fortior, ac

1. Reg. 17. v. 50. robuſtior gigante Golia? is tamen à iuuenculo paſtore miſerè trucidatus eſt. Holofernes à fœmina decollatus. Abi-

Iudith 13. melech molæ fragmine, quod mulier de turri deiecerat, nõ

Iud. 9. v. 53. minori dolore, quàm ignominia occiſus interijt. Ideò non ſolùm Chriſtianis Principibus bellum mouere, nõ niſi Deo propitio moris eſt; ſed gentiles etiam Bellonam cum Marte, duo bellorũ numina coluerunt. Res eſt exemplis vtriuſque generis hominum teſtatiſſima. Quid enim memorẽ

Liuius lib. 8. fulminatricem Chriſtianorum legionem? Quid Conſtantinos, Theodoſios, Carolos Imperatores, vel Narſetes Duces? Quinimò ipſi etiam Romani nunquam bellum ſuſcipiebant inconſultis Dijs, aut non placatis, ſi ſibi iratos exiſtimaſſent. Indicebant enim publicas ſupplicationes, ludos, ac dona vouebant, de quo lege Plinium, Macrobium, Plin. lib. 5. cap. 5. Macrob. lib. 28.

Liuium, & pleroſque alios. Non abſimili ratione ſpiritualis etiam certaminis initia à Deo auſpicanda ſunt; infelix enim communiter belli ſpiritualis fit exitus, cuius ingreſſus à Deo non fuerit auſpicatus. Liuius lib. 3. cap. 8.

Præterea ſapientia digna eſt pane, lautoque victu, & tamen ſæpè ſapientes rediguntur ad extremam egeſtatem, vt Iob, alijque, inquit Lyranus. Et ſapientiſſimi neceſſarijs indigent, ait Hieronymus. Ideò dicit Salomon. *Nec ſapientum panem.* Sapientiæ enim pars eſt, ſibi & alijs prouidere panis ſubſidia. Si ergò ſapientes multoties fame marcantur, ſignum eſt potiùs à diuina prouidentia, quàm ab humana ſolertia, aut labore, & diligentia, alimentum expectandum eſſe. Panis quoque ſpiritualis, non eſt ſapientium, per ſtudium laboremque proprium; abſque gratia Dei, quç paratum de cœlo panem miniſtrat abſque labore. *Nec doctorum diuitias.* Quemadmodum enim frequenter viros doctos ſiuè præceptorum medicinæ peritos, ſiuè aliàs tam diuinarum literarum ſcientia, quàm Philoſophiæ profeſſione excellentes pauperes videmus: ita planè diuitijs bonorum operum, multoties doctiſſimi quique, & peritiſſimi carent. Ideò, & hoc donum non humanæ ſolertiæ adſcribendum eſt, ſed potius prouidentiæ diuinæ. Denique *nec artificum gratiam* Salomon vidit. Nam multoties, nec artifices peritias artis famoſi, nec quicunque alij artificioſi captatores fauorum, nec liberalibus diſciplinis inſtructi, quibus magis hominum gratia conciliatur, quàm mçchanicis, inueniunt gratiam in oculis hominum. Plerumque etiam nõ adhibentur ad negotia hi qui ſunt idonei, nec ad curſum veloces, nec fortes ad bellum. Lyranus. Hieron. Eccle. 9. v. 11 Ibidem.

Satis igitur ſapienter ſapientiſſimos Salomon hac ſua inductione modò explanata docet nos, omnes ſcilicet humanas actiones, à diuina potius prouidentia pendere, quàm per tempus, & caſum. Intelligit etenim Salomon, vt exponit D. Thomas, quia ex ipſomet caſu colligitur res quibus ea euenit alicui gubernatori eſſe ſubiecta, nam caſu fit, quod præter intentionem fit. Niſi ergò res quæ patiuntur caſum ab aliquo ſuperiore gubernarentur, nihil intenderent, maximè quæ non cognoſcunt. Eccleſiaſtes verò non dixit ſimpliciter, (inquit Angelicus Doctor) quod vidit caſum in omnibus eſſe, ſed tempus, & caſum: quia ſcilicet ſecundùm aliquem ordinem temporis, caſuales defectus inueniuntur in his rebus. Neceſſe tamen eſt, vt Dei prouidentiam virtus ſequatur, iuxta illud, quod ſcripſit quidam illuſtris Gallus. Nam cùm Pariſijs de ſucceſſore liliorum Gallia diſſideret: ille præ foribus domus ſuæ literis aureis inſcripſit hæc verba. Fidem fati virtute ſequere; & ſanè melius dixiſſet ſi loco fati prouidentiam ſcripſiſſet. Fidem prouidentiæ virtute ſequere. Diuina enim prouidentia non excludit humana ſubſidia. Sacerdotes, & Leuitæ qui ad quærendum Meſſiam miſſi fuerant, ipſum non inuenerunt: quia fidem prouidentiç virtute non ſequebantur, non quærebant bono animo. D. Thomas

Duo in hoc Euangelio pertractantur: Primùm legati ad Ioannem mittuntur, & legationem, expediunt: deindè Ioannes in laudes Chriſti prorumpit, cumque verum eſſe Meſſiam patribus in lege promiſſum confitetur. Vtrũque in explicatione Euangelij videbimus Deo auxiliante, benè propitio.

MISERVNT IVDAEI AB IEROSOLYMIS SACERDOTES, ET LEVITAS AD IOANNEM. De cauſa legationis iſtius difficultas eſt inter doctores, an ſcilicet ex zelo, & amore in Rempublicam, an verò ex inuidia contra Chriſtum, proceſſerit. Poſſibile eſt quòd inter Sacerdotes Hebræorum erant aliqui, qui exemplo patrum ſuorum aduentum B

Meſſiæ præſtolabantur, & cum maximo deſiderio expectabant. Videbant quippe mundum, & Rempublicam Iudæorum magis egere præſentia Meſſiæ, quàm domũ aliquam œconomo, & Patrefamilias deſtitutam. Magnum diſcrimen eſt domus, vel palatij illius, quod inhabitatur, & regitur ab aliquo prudenti œconomo, à domo derelicta, & bono patrefamilias orbata. In hac enim vix aliquid aliud videtur præter ſolitudinem, vaſtitatem, & putredinem, etiãſi ſumptuoſiſſimè ædificata, & pulcherrimè exornata appareat. Eſtque ſimilis illi, qui habens optimè politum, & perlucidum candelabrum, candelam ei ex cera candoris eximij ſuperimponeret, volens eam non accenſam ſuum illuminari cubiculum: proculdubio candor ceræ, aut politura candelabri talem nihil iuuaret ad habendum lumẽ; quàmdiù enim candela non accenditur, ipſe in tenebris maneat neceſſe eſt. Talis omninò eſt domus, quæ non inhabitatur, & moderatorem, ſeu œconomum non habet. Domus aũt, quæ ab aliquo prudente patrefamilias regitur, etiamſi humilis, & minimè ſumptuoſa ſit, omnia tamen in ea iucũda, & ordinata cernuntur, omnia quaſi ridere, & moderatori ſuo applaudere videntur.

Qualis differentia eſt inter vnam, & alteram domum, talis fuit inter mundum ante aduentum Meſſiæ, & inter mundum poſt aduentum eiuſdem. Antè aduentum enim Meſſiæ, omnia obſcura, omnia quaſi lugubri veſte cooperta, magnum præſeferebant mœrorem, & triſtitiam; ſed poſt quam venit lux in mundum, totum oppoſitum, omnia fauſta, omnia lucida, omnia iucunda. Vndè mirum non eſt, quòd Sacerdotes, & Leuitas mittant Iudæi ad Ioannem, vt eum interrogarẽt, nùm ille eſſet paterfamilias tam magnæ domus Dei? totius ſcilicet vniuerſi, nùm ille eſſet Meſſias, & Saluator, atque gubernator Reipublicæ totius mundi, quem expectabant? Sciebant quippe, quòd quemadmodũ mundus hic viſibilis nõ ſolùm Planetis, & aſtris regitur, ſed præcipuus eius Imperator eſt Sol, qui tanquam mundi oculus luce ſua illuſtrat, ſuoque motu diſtinguit vniuerſa. Ita quamlibet Rempublicam non ſolùm bonis magiſtratibus, recto ciuium ordine, legum integritate, & authoritate; ſed quod præcipuum eſt, regum quoque, & ſummorum principum ſplendore illuſtrari.

Ideò ſollicitè per legatos inquirunt, an Ioannes ſit ſummus princeps, & ſol reipublicæ Iudæorum, in lege promiſſus? maximè verò, quia tantum temporis effluxerat, ex quo Iudæis fuerat promiſſus Meſſias vt etiam aliqui hoc ipſum
Pſ.88. v.51. Deo exprobrarent, teſte Propheta. *Exprobrauerunt* (inquit) *commutationem Chriſti tui*, id eſt, Meſſiæ de cœlo in terram
C aduentum. Facta enim promiſſione primis parentibus noſtris, antè quinque millia annorum, per tot ſæcula ſalutare promiſſum differebat. Hanc tarditatem exprobrabant aliqui; vt clariùs alia translatio habet: Exprobrauerũt (inquit) tarditatem veſtigiorum pedum Chriſti tui. Quemadmodũ ſi in aliqua religione nouitius aliquis protraheretur, exprobrari poſſit aliquis dicendo, quòd nunquam futura ſit talis profeſsio; Vel quemadmodum ſi quis prætenderet ferocem leonem manſuetum reddere, alij videntes illum poſt tanti temporis ſpatium paruum, vel nihil profeciſſe, exprobrare poſſent dicentes, impoſsibile eſſe leonem naturaliter ferocem, humana induſtria manſueſcere. Ita planè exprobrabant aliqui Chriſti commutationem, & aduentus illius tarditatem, non conſiderantes, quòd tunc mundus nouitiatum quaſi ageret, qui poſtea profeſsionem fidei in Chri-
D. Thomas 3.p.q.1. ſtum facturus erat, vt inquit commentator D. Thomas. Initiabatur genus humanum ad futurum illud in ara crucis ſacrificium; neque perpendentes, quòd humanus intellectus in credendo incarnationis myſterio, fuerit vt leo, qui longo
Caiet. ibid. art. 1. tempore per prophetarum oracula, per figuras, & Sanctorum patrum teſtimonia, manſueſcere debebat. Veriſimile eſt ergò, quòd Iudæi ſcientes Ioannem claris ortum eſſe natalibus audientes præterea multa Dei magnalia, in natiuitate ipſius facta: vidẽtes etiam magnam vitæ ipſius ſanctitatem, parſimoniam victus, amictus auſteritatem; & fugã humanæ conuerſationis, putabãt illum eſſe Meſsiam. Atq; ita fidem ſuã virtute ſecuti, ex amore in Rempublicam, mittunt interrogando, an ille eſſet dominator dominus, in cuius diebus debebat oriri iuſtitia, & abundantia pacis? vt inquit Propheta. Plurimi tamen ex doctis viris arbitrati ſunt cauſam hodiernæ legationis, ex inuidia, atque malitia Iudæorum accidiſſe, atque ideò ſupra memoratum Galli dictorum nequid de illis vſurpari; ſed potiùs contrarium, nimirùm quòd fidem ſuã, ſeu prouidentiæ Dei non ſunt ſecuti virtute; ſed malitia, & inuidia. Quoniam enim non ſemel Ioannes ſingularem de Chriſto mentionem fecit coram Iudæis. Ego baptizo vos (inquit) aqua, qui autem poſt me venit fortior me eſt, item, baptizabit vos in Spiritu S. & igne; Ex hac occaſione Iudæi ſua excæcati malitia, ægrè ferentes Chriſtum Ioanni præponendum eſſe, grauiter turbabantur. Nam Ioannes claris fuerat ortus parentibus, filius Principis Sacerdotum, vitæ aſperitate omnibus ſuſpiciendus, & admirabilis. Cõtra; Chriſtus obſcuro genere natus,
Math. 3. Marci 6. exiſtimabatur filius fabri, Nazarenus, matre paupere, quòd illi ſæpenumero exprobrauerunt. Præterea conuerſatione, veſtitu & victu à vulgo non differebat. Hinc eſt, quòd Ioãnem potiùs, quàm Chriſtum Magiſtrum habere cupientes mittant hodiè ad Ioannem, vt per adulationem ipſum alliciant, ad vendicandum ſibi perſonam Meſsiæ. Mittũt autẽ viros inſignes, doctrina illuſtres, nempè Sacerdotes, & Leuitas, nec quoſcunque, ſed ab Hieroſolymis, maioris ſcilicet authoritatis, & ſolertiæ. Ad Chriſtum autem, cùm eum vellent capere in ſermone, abiectos, & infimæ fęcis miſerũ homines, ſeruos. ſ. & Herodianos. Sic mundus hodiè magis ſequitur iuuenes robuſtos, quàm ſenes prudentes, iuxta illud,
Pompeius. quod dixit Pompeius ſenex ad iuuenem Cinam, vt ſcribit
Plutarchus. Plutarchus. Plures adorant Solem orientem, quàm occidẽtem, Magis etiam ſequitur mundus potentes, & quibus fortuna ſecũda eſt, iuxta illud
Ariſtophan. Ariſtophanis. Multùm aquę cui nauigatum eſt, ſemper ad fęlicius ſe ſe cautus inflectit latus, id eſt qui nauigat mare, latus ſecurius, & minus immerſum mari eligit, ne voracibus maris fluctibus demergatur in profundum; ita homines mundani illos ſequuntur, quos fortuna euexit, illos autem quos miſeria depreſsit fugiunt, & relinquunt. Nec mirùm quia ipſe etiam mũdus magis adhæret victoribus quam victis. In quo vtitur aſtutia illius
Plutarchus. de quo ſcribit Plutarchus, nam Auguſto ex victoria aduerſus Antonium reuertente occurrit inter congratulatores, quidam coruum habẽs in manu, qui edoctas voces referebat. Salue victor Cęſar Auguſte; iuſſus deindè, vt alium coruũ, quem domi habebat produceret, allatus protinus inſonuit: Salue victor Antoni, & ſic eius aſtutia deprehenſa fuit. Veruntamen in hoc fortè minus peccat mundus, quòd rerum affluentia, & fortunæ bonis pręſtantibus, magis ſe familiarem præbeat; ſed in hoc maximè decipitur, quòd nõ rectè dijudicet, quis ſit verè potens, fortunatus, & victor; non attendit, quòd talis ille non niſi dicendus ſit, quem penes eſt Deus, & virtus. Homines communiter timent eos, qui poſſunt occidere corpus, deſpiciunt humiles, & pauperes, & nõ
Math. 10. v. 28. aduertunt, quod docuit Chriſtus. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*: non recor-
Auguſt. ſermo Domini in monte. dantur quòd de humilibus, & afflictis ſcripſit D. Aug. Inferior non eſt qui quamuis corpore multa ſuſtineat in terra, corde tamen fixus eſt in cœlo, & ideò inferior nõ eſt. Sicut ergo mundus, non ſcit quem timere, & quem non timere, deſpicere, vel honorare debeat, ita ignorat quẽ fugere, vel cui adhærere eum oporteat. Qua etiam reprehenſione ij digni ſunt, qui hodie iuſſu Iudæorũ legationis munus obierunt: Sequebantur. n. Ioannem quia viri potentis, & magni ſacerdotum Principis filius habebatur, quia in deſerto manens, & pelle cameli indutus ſanctior quàm Chriſtus apparebat; & nõ aduertebant quod Ioannes fuerit purus homo, Chriſtus autem ſimul Deus, & homo, in quo cõditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Quanquam autẽ benè nouerat D. Ioannes quo animo ad ipſum veniſſent hi legati Iudæorum humaniter tamen, & benigno vultu eos
Reinold. Heidenſt. li. 1. bel. Moſc. ad fol. 2933 recepit: Nõ ſicut faciunt aliqui Barbari Principes. A Stephano Rege Poloniæ ad Ioannem Moſcouiæ Ducem Legati miſſi, in Moſcouiam peruenerant: vbi a Moſco tum ſuo ipſius ingenio feroci, tum ob rem in Liuonia proſperè geſtã multo etiam ſuperbiore, contumelijs ludibrioque excepti, indigniſſimè habebantur. Multa in nomen Polonicum, & Li-

Digitized by Google

& Lituanicum contumelioſè dixit fecitque inſuper, cum ex inſtituto vtriuſque gentis, lautia vtrinque legatis qui miſſi fuerint præberi debuiſſent, emere victum, nec moris fuerit, nec ſi voluiſſent in Moſcouia quiſquam pro potiori côditione ſua acquirere potuiſſent: Tyrannus non niſi ſordida ac vtiliſſima quæque cibaria, per ſummam indignitatem ijs miniſtrari iuſſit. In colloquijs deindè, cum legati nonniſi de inducijs agêdi mandata ſe habere ſignificaſſet trium annorum inducias ijs dari; literas autem, quas legati obſignare debebant, ſine vlla conditione puré præſcribi iubet, alias deindè, quas ipſe legatis traderet ſub ſigno ſuo ſubijcit, in quibus haſce conditiones adiecerat; vt vniuerſa Liuonia vnà cum Riga, & Churlandia, quæ in poteſtate Regis adhuc erant, & quicquid vſque ad fines Pruſſiæ pertineret Rex ſibi cederet: neminem ex liuonibus præſidij ſui egêtem, multominus ciuitatem aliquam reciperet, vllavè ope auxiliovè ſuo iuuaret. Denique cùm ex more iureiurando placita vtriuſque partis confirmare deberet, amotis ijs in quę legati antè iurauerant, ſolas à ſe datas profert conditiones iureiurandoque in eas ſe obſtringit, atque ita nullo ampliùs de his tractandi loco relicto, ex Moſcouia abire legatos iubet. Hic crudelis, & barbarus Princeps, ſicut in excipiendis, ita in expediendis legatis inhumanum ſe præbuit. Sed D. Ioannes legatos à Iudæis miſſos humaniſſimè recepit miſſi autem fuerant

VT INTERROGARENT EVM: TV QVIS ES? E reuera natales Ioannis adeò celebres erât, vt noti pęnè eſſent omnibus. Quare ergo eum interrogant, Quis eſſet? non alio ſanè animo, niſi vt ſe Meſſiam eum fateretur. Et quoniam ſciebant eum eſſe filium Zachariæ Sacerdotis, ideò non interrogabant eius nomen, & originê, ſed perſonæ qualitatem, & dignitatem; omnes enim (vt refert Lucas) cęperant cogitare de Ioanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus. Cum ergò de illo vulgi variaretur ſuſpicio: in re dubia cupientes certiores fieri; nobiles, & ſpectati nominis viros ad ipſum direxerunt.

Ioannes enim per vniuerſam Iudeæ regionem, adeò celebris fuit, tantæque fidei & veritatis ab omnibus creditus, vt non ſolùm de alijs, verùm etiam de ſeipſo omnium opinione ſententiam ferre poſſet, & teſtimonium. Enimverò quamuis adeò prompto, & amico animo ad Ioannem venerunt, nihilominus poſt modicum plurimum mutati ſunt,

Ioannis 5. v. 35. ſicut dicit Dominus. *Ille erat lucerna ardens, & lucens, vos autem voluiſtis exultare ad horam in luce eius.* Et quamuis hæc exprobratio facta ſit à Chriſto omnibus generatim Iudæis, pro tunc exiſtentibus; peculiari tamê ratione ijs ſeruire videtur, qui iuſtitiam operum plurimi faciebant, quales erant Scribæ, & Phariſæi. Iſti enim in Ioanne non humanam, ſed Angelicam vitam contemplantes, ipſum eſſe Meſſiam ſuſpicari cœperunt, maximè quòd primus omnium baptizare auſus fuerit. Aquæ namque purificationis vitam,

Ezech. 36. v. 25. Meſsiæ congruere manifeſtiſsimè Ezechiel declarauit. *Effundam* (inquit) *ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Quòd Scribæ, & Phariſæi in aduentu Meſsiæ implendum rectiſsimè ſentiebant.

Ex claris ergo Ioannis natalibus, ex ſignis quæ acciderât in ipſius natiuitate, ex ſingulari eius Sanctitate, ex baptiſmi nouitate, commoti ſunt Scribæ, & Phariſæi, ac Principes Iudæorum, vt ad Ioannem, ſolemnes nuntios mitterent, qui

Prou. 18. v. 4 et dignitatem Meſsiæ offerrent. *Sed aqua profunda, verba ex ore viri, & ſapiens exhauriet illam.* Mala intentio iſtorum contra Chriſtum profundè latebat, ſicut communiter accidit in ijs, qui verbis extrinſecùs blandiuntur, mala autê ſunt in cordibus eorum, quod valde perniciosũ eſt. Sicut enim in maiori periculo eſt nauis, cùm in profundo maris ſunt rupes, quæ non videntur, quàm cum oculis percipi poſſunt: ita facilius decipiꝰ, qui bonis verbis malitiam ſuam cooperit. Talis enim venenũ in vaſe aureo porrigit, qui blandimentis decipit: ſed vir ſenſatus ſingula quàm optime penetrat, & quo fine quid factum ſit clarè perſpicit. Sicut perſpexit D. Ioannes, ſiniſtram intentionem legationis hodiernæ, aduertit enim quia *linguis ſuis dolosè agebant, & quia*

Pſ. 13. v. 3. *venenum aſpidum ſub labijs eorum* latebat occultũ. Cognouit ſicut verè ſapiês illos fuiſſe inſidiantes, quaſi aucupes laqueos ponentes, & pedicas, ad capiendos viros, ſicut ait Do-

minus per os Prophetæ; atque ideò oblatam reſpuit digni- Hier. 5.
tatem. Memor doctrinæ Salomonis. *fili ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas illis.* Prou. 1. v. 10

ET CONFESSVS EST. Scilicet veritatem, vt decebat præconem veritatis, & non negauit, quòd antea ipſe fuerat confeſſus. Poſt me venit vir, qui antè me factus eſt, confeſſus eſt, ſe non eſſe Chriſtum, Prophetarum oraculis, & voce Moyſis promiſſum. Nam ſi dixiſſet ſe Chriſtum eſſe, Ieſum negaſſet Chriſtum eſſe.

NON SVM EGO AIT CHRISTVS; non E
ſum Dux Iſrael, ſed præcurſor Ducis? non ſum ſponſus, ſed amicus ſponſi, & gaudeo ad vocem ſponſi; non ſum ego verbum, ſed vox verbi. Vnde ſi Beatum Ioânem prædicamus ex nouo ſuo conceptu, & natiuitate, ex eximia vitæ ſanctimonia, ex prædicationis vtilitate, profectò longè beatior dicendus ex confeſsionis veritate, quam confeſſus eſt, & nô negauit. *Humiliamini ergò ſub potenti manu Dei. vt vos exal-*
tet in tempore viſitationis ait D. Petrus. Humiliemur cum 1. Petr. 5. v. 6
Ioanne, humilia de nobis ſentientes, nec oblatos honores facilè accipiâtes. *Superbum enim ſequitur humilitas. & hu-* Prou. 29. v.
milem ſpiritu ſuſcipiet gloria Ideo grauiter côminatur Deus 23.
ſuperbis per Abdiam Prophetam dicens. *Si exaltatus fue-* Abdiæ. v. 4.
ris vt aquila. & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum. indè detraham te. Sic detraxit Nabuchodonoſor Regem de ſolio Daniel 4.
imperij, vſque ad ſtabulum ferarum: quando eiectus ab ho-
minibus, & cum beſtijs commorans fœnum, vt bos comedere, & rore cæli infundi ſua ſuperbia promeruit. Sic humi- 2. Mach. 9.
liauit ſuperbum Antiochũ, qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, & montium altitudines in ſtatera appendere: quandò eum inſanabili, & inuiſibili plaga, tam grauiter percuſsit, vt de eius corpore vermes ſcaturirent, & fœtore illius totus exercitus grauaretur. Ex quibus ſanè datur intelligi, ſuperbis ſemper Deum reſiſtere, humilibus autem ſuam gratiam, & benedictionem impertiri. Cor de igitur humili eſſe oportet, quia cor humiliatum eſt locus Spiritus S. vt in eo quieſcat, illudque impleat. Superbia enim vbi mentem poſſederit erigendo deijcit, inflando euacuat, diſtendendo diſsipat. Humilitas non vtili peritiuris rebus excellere, ſed æternum aliquid cogitat. Porrò ſuperbia ſtatim parit inuidiam, ex inuidia pullulat detractio, indè procedunt diſcordiæ, homicidia, & omne malorum genus. Sequamur ergò chariſsimi exemplum B. Ioânis, qui ſublimes illos titulos honoris recuſauit accipere, tenuis tantummodò vocibus nomen ſibi reſeruauit. Arripiamus nobiliſsimam virtutem humilitatem, memores nuſquam honorem ſinè virtute obtineri.

Communiter videmus arma nobilitatis ſic depingi, vt circa illa literis, & verbis ſententioſis exprimatur illorum cauſa vel certè aliqua opera, & geſta eminentia, ac virtuoſa maiorum depinguntur, propter quæ talia arma prędeceſſoribus ſuis collata ſint. Per quod admonentur poſteri armorum poſſeſſores quod ſi inſignibus gaudere volunt, virtutem quæ fuit cauſa collationis inſignium obſeruent: ſinè qua etiam nobilitas cum ſuis imaginibus nihil valet, quia honor ſinè virtute nullius frugi eſt. Offertur honor D. Ioâni debitus Meſsiæ, offeruntur arma Chriſti, circa quæ ſcriptũ eſt Redemptor mundi, benè nouerat, quod non erat redêptor: ideò nô acceptat arma, quia honor ſinè virtute inanis eſt: ſed potius elegit virtutê humilitatis, quàm honorê abſq; humilitate, confitendo ſe non eſſe Chriſtum: & quidem tâta conſtantia, vt etiam à Chriſto Domino apud populũ prędicari ex hoc meruerit, nimirum quòd non eſſet arundo vêto agitata: licèt enim validiſsimus ambitionis Boreas, in materia dignitatis altiſsimæ, qualis ſuit dignitas Meſsiæ, contra illum inſurrexerat, tamen ne inclinare quidem eum potuit, nedum ſubuertere. Nec mirũ, quia perfectiſsima ſanctitate prædiꝰ, potiùs columna immobilis, quâ arundo fuit.

De alijs ſanctis verificatur doctrina Apoſtoli, non prius, quod ſpirituale, ſed quod animale: nam in alijs ſanctis ita accidere videmus, quòd prius eſt id, quod animale, deindè id quod ſpirituale: ſiquidem cæteri Sancti prius naſcuntur in mundum, poſtea ſanctificantur. D. autem Ioannes priùs fuit Sanctus, quàm naſceretur, quia in vtero fuit ſanctificatus. Ex quo vlterius ſequitur, quod ſanctitas

Digitized by Google

aliorum Sanctorum fundabatur in natura humana, quia prius debebant eſſe homines, quàm ſancti; D. autem Ioannes fundatus erat ſupra firmam petram ſanctitatis, ideò nõ eſt mirum, quod parietibus, & tectis virtutum in hoc fundamento erectis non noceat ventus ambitionis, aut cuiuſcunque alterius vitij, ſicut, cæteris Sanctis: S. Petrus negat Chriſtum, S. Ioannes Euangeliſta, dum Chriſtus captus eſt, & cæteri Apoſtoli fugerunt, atque diſperſi propter metum Iudæorum; quia parietes diuinæ gratiæ ædificij eorum fuerunt fundati tanquam petræ ſuper terram. D. autem Ioannes nec inclinari quidem potuit robuſtiſſimo vento ambitionis, quia è conuerſo fundatus erat ſupra petram gratię, & ſanctitatis, ſuper quo fundamento etiam domus fictilis nullo vento agitari, aut inclinari poteſt. Dignitas hęc Chriſti, ſeu Meſſiæ, vel vt Theologi loquuntur gratia vnionis non cadit ſub aliquam prætenſionem, aut meritum, ſi tamen poſſunt cadere ſub meritum, non alius potiori iure eam prætendere poſſet, quàm D. Ioannes. Communi elogio profertur, quòd cum quis parum diſtat ab aliqua dignitate, tunc dicimus eum eſſe in veſperis. v. g. Epiſcopatus, quod ſi ita eſt, titæ quattor Dominicæ Aduentus, quid ſunt aliud, niſi veſperæ natiuitatis, & aduẽtus Meſſiæ. Porrò de quo Sanctorum in his veſperis toties facit mentionem Eccleſia, niſi de Ioanne? dominica prima aduentus *Ecce ego mitto Angelum meum.* dominica ſecunda. *Cum audiſſet Ioannes in vinculis.* dominica tertia: *Miſerunt ſacerdotes, & ſcribæ ad Ioannem.* dominica quarta. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem.* Itaque ille ſolus videtur fuiſſe in veſperis tantæ dignitatis, quanta eſt dignitas Meſſiæ. Cæteris ſanctis dies infra octauam ſolemnitatis attribuuntur; Ioanni veſperæ. Et alijs dies, quæ ſequitur ſolẽnitatem, Ioanni dies præcedens ſolemnitatem, iam autem veſperæ eadem ſolẽnitate celebrantur, quia & ipſa dies feſtiua: dies porrò infra octauam non ſunt ita ſolemnes, ſicut veſperę. Ille ergo huic dignitati fuiſſet propinquior, ſi eſſet poſſibile eam mereri. Et tamen dicit, NON SVM EGO CHRISTVS.

In rei veritate non erat ille Chriſtus, ſed ita vicinus tantæ dignitati, vt ſi hoc per impoſſibile ſub prętenſione, & meritis caderet, ille eſſet primus, qui eam mereretur. Non erat D. Ioannes ſicut plerique ambitioſi, quorum cor eſt ſimile Mappæ mundi; in mappa mundi videmus deſcriptas mundi partes depictas vrbes, villas, turres, regna, coronas; ſic in corde ambitioſi, plura etiam quàm in mappa mundi depinguntur; quia non ſolùm præſentia, & quæ ſunt, ſed & quæ futura ſperat, in imaginatione, & corde ſuo depingit, futuras dignitates, officia, honores, diuitias, & his ſimilia. Verùm magna talium eſt inſania, quia idem fit cum illis, quod fieri videmus cum mappa mundi; ſi enim illa ſit ex papyro, venit ventus deſtruit, dilacerat, & diſpergit per aera; Si etiã ſit ex aliqua alia materia, pluuia tollit picturas, deſtruit vrbes, & turres depictas, Idem accidit cordi hominis ambitioſi, qui ſibi promittit multas dignitates, longam vitam, fauores principum, & huiuſmodi, venit ventus, & omnia auffert. Vna febris, vna infirmitas, & mappã, & vniuerſa, quæ in ea depicta erant penitus deſtruit: nec mirum, quia eſt leuius iſtorum cor, quam arundo, quæ vento agitatur: agitatur cor tale, ſicut folium, ſicut papyrus, non erat tale cor Diui Ioannis, ſed potiùs adamantinum, in quo erat ſculpta pęnitentia, virtutes heroicæ, & honor Chriſti, pro quo patiebatur ac mortuus eſt, vnde etiam ventus ambitionis nihil ei nocere potuit. Promouetur ad dignitatem Meſſiæ, & dicit: *non ſum ego Meſſias, non ſum ego Chriſtus.* Non perindè ſe habuit, ac ille de quo ſic ſcribit Dubrau. lib. 6. S. Adalbertus contumaciam gentis maiori auctoritate reprimẽdam ratus, Strachiquam Boleſlai fratrem, qui è Ratisbonenſi cænobio Prágam obiter venerat, ad Epiſcopatũ ſubeundum multis verbis, ſed fruſtra inuitauit, cum is capulũ ſe ſuum pluris facere diceret, quàm inſulam eius. Ad hæc ingemiſcens, prophetico ſpiritu S. Adalbertus, his eum adorſus eſt, magno cum dolore hoc tibi prædico frater, quem honorem vltrò à me tibi oblatum, nunc valdè reſpuis eum pauló poſt non ſinè maximo tuo malo requires. Itaque S. Adalbertus Romam profectus eſt; quo abſente, Strachiquam Epiſcopatus deſiderium inuaſit. Boleſlaus ne honori fratris inuidere videretur, datis literis ad Othonem Cæſarem, & ad præſulem Mogontinum, inaugurari illum poſtulauit; quod munus dum præſul Moguntinus obit, illeque ſe ante aram de more proſternit à dæmone correptus Strachiquas, & ſuffocatus eſt; Boleslaus, & Moguntinus exterriti, legatos Romam ad Albertum ablegant, qui ei reditum in patriam celerem, ad recuperandum põtificatum perſuaderent. Non erat talis D. Ioannes qui coſtantiſſimè acceptare dignitatem Meſſiæ recuſauit; quod ſi per impoſſibile acceptaſſet dignitatem hanc, quantùm putas damnum ſequeretur mundo? quantum peccaſſent illi, qui ad tam dignitatem eum promouebant? certè non aliud patraſſent, quàm crimen læſę diuinæ maieſtatis commiſiſſent. Sic peccant omnes, qui indignos ad dignitatem promouent, & officia ineptis tribuunt, vel principi perſuadent, vt indignis officia conferant. Dubrauius.

F

Poſſet quis quærere, quare falſificatio monetæ dicitur crimen læſæ maieſtatis; cui reſpondetur, quòd ideò, quia qui falſificat monetam efficit, vt Princeps dicat, quod non eſt, & teſtetur eſſe verùm, quod falſum eſt: nam in moneta ſunt arma principis, quæ teſtificantur, quod in hac moneta ſit tanta quantitas auri, vel argenti, tantum pondus, tantus valor: quæ ſi falſificetur ab aliquo, iam fit, vt Princeps, vel potiùs arma ipſius teſtificẽtur eſſe verum, quod non eſt, dicant eſſe tantum pondus, quantum non eſt, in quo magna Principi iniuria irrogatur. Ideò dixit Imperator Theodoricus (vt refert Caſſiodorus) omninò monetæ debet integritas quæri, vbi & vultus noſter imprimitur, quid namque erit, ſi in noſtra peccetur effigie? ſit mundum, quod ad formam noſtræ Serenitatis adducitur; claritas Regia nihil admittit infectum. Eandem ob cauſam, promotio inhabiliũ ad dignitates et officia, crimen læſæ maieſtatis dici poteſt, quia officia omnia ſaltem principalia, ipſe Princeps obire deberet, ſed quotidie pluribus intentus, id exequi non poſſet, inſtituũtur officiales, qui ea nomine ipſius adminiſtrẽt. Qui ergo proponit Principi, & promouet aliquem dicendo, quòd ſit benè meritus, quòd ſit probatæ virtutis, quòd his, vel illis talentis præditus ſit, ſi ita non eſt, vt dicitur, & Princeps cõferat ei aliquod officium, quod ſingulares qualitates, & talenta requirit, talis promotor facit, vt princeps teſtetur falſum: Eo enim ipſo quod illi confert dignitatem, teſtatur eum eſſe dignum, & talibus talentis præditum, qualia illa dignitas requirit; cum tamẽ in rei veritate nihil prorſus inueniatur. Et certè multum in hoc peccatur, maximè ſi tales promoti negligant bonum commune, & potiùs attendant ad priuata commoda, quàm ad neceſſitates boni publici. Non inceſſit hæc ambitio animum D. Ioannis, conſequenter neque accuſari poteſt de crimine læſæ maieſtatis, quia non ſolum negauit, quod non erat, ſed etiam confeſſus eſt, quod erat; vt infra in Euangelio dicitur, officium ſuum authoritate Prophetæ comprobans. Sed iterum interrogatur a Iudæis. *Quid ergo? Elias es tu? & dixit Non ſum*, negat ſe eſſe Eliam in propria perſona, quamuis eſſet Elias Spiritu, virtute, & officio. Caſſiodor.

G

Duæ inſignes perſonæ expectabantur à Iudæis, Chriſtus, quem Moyſes prophetam appellauit, & Elias, vt docemur à Malachia. Cùm autem Ioannes negaſſet ſe Chriſtum eſſe, iterum interrogant, an ipſe ſit Elias; de quo loquitur Malachias Propheta. Vndè licet non dubitarent Ioannem eſſe filium Zachariæ; tenebant tamen iteratam generationem, quam Pythagoras docuit, animarum ſcilicet tranſmigrationem ad aliorum corpora. Hac opinione Herodes deceptus putabat Ioannem, quem decollauerat ad vitam rediſſe, & Ieſum vocari. Eodem etiam errore pars populi ſeducta, arbitrabatur Dominum eſſe Eliam, aut Hieremiam, aut vnum ex Prophetis. Tertiò interrogant eodem errore ſeducti, Propheta es tu? aliquis ſcilicet ex prioribus Prophetis, & reſpondit non. Cuius reſponſionis duplex ſenſus haberi poteſt; vel nõ ſum Propheta quales priores Prophetæ fuerunt, qui à longè Chriſtum prædixerunt venturum, ſed potius is, qui digito oſtendo Chriſtum iam veniſſe. Vel non ſum ille Propheta de quo loquitur Moyſes in Deuter. 18. *Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus, ſicut & me.* Malè Moyſen intelligentes in ipſum Chriſtum deuoluti ſunt (inquit Cyrillus) propter articulum in Græcu præiacentem, qui ad omnium Prophetarum Dominum pertinet, quem Deut. 18. Malach. c. 3. Deuter. 18. v. 15. Cyrillus.

ſe non

Chryſoſt. ſe non eſſe Baptiſta iterum affirmauit; quia inquit Chryſoſtomus putabant Ioannem illum eſſe Prophetam eximiũ, de quo prophetauerat Moyſes in Deuter. 18. & non rogarunt, an eſſet vnus de numero Prophetarum, ſed articulum addiderunt, ac ſi dicerent: Propheta ille es, qui à Moyſe prædictus eſt? propterea negauit. Proprium eſt Sanctis ꝙ quantò magis exaltantur tantò magis ſe humilient; memores illorum verborum D. Gregorij. D. Greg. Qui cæteras virtutes ſinè humilitate congregat, quaſi qui puluerem in vẽtum portat. Ecce Ioannem volunt eſſe Meſſiam, aut Heliam, aut vnum ex Prophetis, & Christus eum dicit eſſe amicũ ſponſi. Ipſe vero, vt verus humilitatis amator, ſe neque Meſſiam, neque Prophetam, neque amicum ſponſi eſſe agnoſcit, ſed tantum præconem, aduentum Domini annuntiantem.

DIXERVNT ERGO EI, QVIS ES? VT RESPONSVM DEMVS HIS, QVI NOS MISERVNT, QVID DICIS DE TE IPSO? AIT EGO VOX CLAMANTIS IN DESERTO. Excellens ſanè & imitanda prudentia, & virtus D. Ioannis, qui cum negaſſet, quod non erat, confeſſus eſt, quod erat, nempè VOX CLAMANTIS & Reipub. Iudæorum auxiliantis tunc, cùm vel maximè iuuari opus habuit. Vix diſcerni poteſt, qui error in Repub. ſit deterior, an ambitioſè dignitates, & officia quærere, & cognita inhabilitate propria eadem ſuſcipere; an verò in dignitatibus, & officijs negligenter ſe habere, & in neceſſitate, Reipub. opem non ferre. In Repub. Iudæorum refert ſacra ſcriptura, ex negligentia cuiuſdam Principis, & gubernatoris Reipub. tot damna eueniſſe, quot vix dici, aut enumerari poſſunt. 1. Para. 4. *Cognationes (inquit) domus operantium byſſum in domo iuramenti.* Diuerſas horum verborum inuenio interpretationes, difficultatem augent verba ſubſequentia. Et qui ſtare fecit Solem. Caietanus. Ex his enim verbis colligit Caietanus Sacram Scripturam loqui de familia Ioſue, cuius occupatio ſingularis erat texere byſſum, pro decore, & ornamento domus, & altaris Dei. In hac ergo (inquit) familia, fuit hic princeps, qui ſtare fecit Solem, ſiquidem nullum alium legimus detinuiſſe ſolem, niſi Principem Ioſue. Sed aliter interpretatur noſter Lyranus, Lyran. qui putat hunc Principem non fuiſſe Ioſue, ſed alium quemdam in gubernatione Reipub. & adminiſtratione ſui officij ſummè negligentem, attendentem potiùs proprijs commoditatibus, quam ad bonum commune. De hoc ergò (inquit) lamentabatur Reſpub. Iudæorũ, quia cum eſſet diues, potens, & obligaretur Reipub. in ſuis calamitatibus auxiliari, tunc vel maximè ad priuatam viã ſe contulit; vndè tanta populi fuit afflictio, quanta eſſet ſi quis detineret ſolem. Et rectè, nam quemadmodum ſtante ſole omnia in mundo immobilia efficerentur, omnia infructuoſa, omnia inordinata, & penè annihilata; ita negligente gubernatore, & ſpernente ea, quæ ſui officij ſunt, in Repub. neceſſe eſt vt ſiſtatur motus ad virtutem, ceſſetque fructus ex ea, ac proindè eueniãt mala penè infinita, latrocinia, homicidia &c. Summum ergo, & intolerabile malũ eſt, dum quis tepidè, & negligenter ſuum exercet officium, maximè ſi id ad bonum commune ordinatur. Hinc eſt, ꝙ cum D. Ioannes interrogaretur, an eſſet Chriſtus, vel Elias, tanquam prudens, & iuſtus, nec alienum officium vſurpare

H voluit, nec in ſui officij obligatione defecit. Confeſſus eſt, quòd non eſſet Chriſtus, aut Elias: Sed confeſſus eſt prætereà, quòd eſſet vox clamantis in deſerto, ad dirigendam viã Domini adhortans, acriter arguendo Legatos Iudæorum, tanquam ingratos, & ignaros ſcripturarum, miniſterium ſibi commiſſum authoritate comprobans Prophetica. Venio (inquit) dicturus eum, qui expectatur præ foribus, vt parati ſitis eum dignè recipere, & vos me loco illius recipere vultis. Venio, & præco antè Regem, & vos me tanquam regem ſalutatis; venio tanquam vox, & vos me vultis eſſe verbum. Ita certè fit communiter, vt ipſa Dei beneficia, malitia hominum faciat arma, quibus contra Deum pugnet, medicamenta in venena commutet. Tribuit Deus alicui diuitias, vt ſibi emat cęlum, & ipſe iiſdem vtitur, vt ſatisfaciat concupiſcentijs ſuis. Tribuit fortitudinem, vt Deo ſeruiat, patriam defendat, & ille vtitur ad ſummendam vindictam de inimicis. Mittitur D. Ioannes, vt genti Iudaicæ demonſtret Meſſiam, at illi in contemptum Meſſiæ volunt Ioannem Meſſiam eſſe. Si Tartari pugnarent contra Polonos diuitijs, & rapinis ex Regno Poloniæ acceptis, certè dolendum eſſet, quod ſi adhuc militarent, & vaſtarent regnum, pecunia eis liberè oblata, acrioris eſſet doloris. Ecce Deus offert Iudæis Meſſiam, & illi eodem beneficio contra eum pugnant. Sed reprehendit eos Ioannes. Ego inquit nõ ſum Meſſias, non ſum verbum, ſed ſum vox: vox Ioannes erat, quia & voce, & operibus, & veſtitu, & vita, lingua, manu, & toto corpore Chriſtum prędicabat: & peccata Iudęorum conſtanter arguendo ad exercitium virtutum animabat dicens. DIRIGITE VIAM.

Sternatur Regi noſtro via ſua, complanentur colles, ac montes, & aſpera loca, in vias planas redigantur, ad Chriſti gratiam, & redemptionis beneficium commodiùs recipiẽdum: quod nõ ſolùm iſta vox clamantis in deſerto, ſed etiã omnes verbi Dei præcones ad ſuorum temporum peccatores clamarunt. Tres viæ hominum deſcribuntur ab Euangeliſta Ioanne, *Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ.* Ioan. 2. v. 16 Per huiuſmodi vias totus planè mundus, *qui poſitus eſt in maligno*, certatim incedit: ſed Dominus volens ſuos ad ſe auocare: à vijs laborioſis, & obliquis, ad vias faciles, & rectas, miſcens triſtia dulcibus ipſos reducit. Sicut dicit Propheta Oſæas, *Sepiam vias tuas ſpinis, quęret amatores tuos & non inueniet.* Oſeæ 2. v. 6. *Errauimus* (inquiunt damnati) Sap. 5. v. 7. *a via veritatis laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.* Viæ ergo noſtræ ſunt peccata noſtra, in quibus ambulamus, imò currimus præcipites vſque ad inferni nouiſſima: Via autem Domini eſt via mandatorum eius, quas iuſti continuo greſſu virtutum calcant. Ergo qui ſapiens eſt, habens cordi animæ ſuæ ſaluẽ, vijs ſuis ſalebroſis quę multis voluptatum ſordibus repletæ prætermiſſis, gradiatur per vias Domini rectas, & optime complanatas. Sequatur Pſalmiſtam dicentem: *Cogitaui vias meas & cõuerti pedes meos in teſtimonia tua* Pſal. 118. v. 59. quia teſte Dauid: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, è contra maledicti qui gradiũtur vijs impiorum, quia dicit Eccl. Eccleſiaſtici 21. v. 11. *via peccatorum complanata lapidibus, & in finem illorũ inferi & tenebrę, & pęnæ.*

ET QVI MISSI FVERANT, ERANT EX PHARISÆIS. *& interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?* Quoniam Phariſæi ob ſuæ ſectæ religioſitatem, tantum ſibi arrogabant authoritatis, vt præter ſe, honorabiliorem paterentur neminem; ideò Phariſæorum meminit Euangeliſta, vt eorum arrogantiam inſinuaret: Cũ enim Ioannes dixiſſet ſe non eſſe Chriſtum, neque Eliam, neque Prophetam, cur (inquiunt) tibi vſurpas, quod alterius eſt officij. Baptizandi ſiquidem authoritas ad Chriſtũ pertinet, ſicut dicit Ezechiel. Ezech. 36. *Effundam ſuper vos aquã mũdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* vel ſpectat ad Eliam, 4. Reg. 2. qui baptiſmi figuram præ ſe tulit, cum ſuo pallio diuideret Iordanem, vel ad Prophetam quempiam alium cuiuſmodi fuit Eliſeus, qui miſit baptizandum Naaman Syrum in aqua Iordanis: 4. Reg. 5. cum ergo non ſis Chriſtus, neque Elias, neque Propheta, vnde tibi hæc nouitas baptizandi? quia eum adulationibus vincere non poterant, obiurgando, & reprehendendo illi moleſti ſunt, vt quod non erat, ſe eſſe fateretur, vel inuitus, ſed fruſtra rete iacitur antè oculos pennatorum, quia Ioannes videns malitiam ipſorũ appoſitè ſatis, & modeſtè illis reſpondit dicens. *Ego baptizo in aqua.* In aqua ſolùm baptizo præparans ad efficacẽ Chriſti baptiſmum, qui poſt me venit, & me ſuperior eſt. Cum ergo baptizem tantũ in aqua, nihil ob id derogo ipſi Chriſto, vel alicui ex prioribus Prophetis. Itaque Ioannes arrogantiæ in ſimulari non poteſt, quia diuino vrgebatur mandato, vt baptizaret, ſeu aqua intingeret homines, diſponeretque ad Meſsiæ baptiſmum, qui baptizaturus erat in Spiritu Sancto, & igne.

I MEDIVS AVTEM VESTRVM STETIT. Hæc eſt Ioannis de Chriſto Domino confeſsio, de quo ſecundo loco loqui promiſeramus, Medius (inquit) veſtrum ſtetit. Hoc eſt per carnis aſſumptionem factus eſt viſibilis, conuerſaturque in medio veſtri, tanquam vnus ex vobis: nã Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: vnde annos duodecim natus, inuentus eſt in templo in medio doctorum.

Digitized by Google

ctorum. Medius quippè locus, ſignum eſt modeſtiæ, & hu-
Luc.22.v.27 militatis, Lucæ 22. *Ego ſum in medio veſtri, ſicut qui mini-
ſtrat.* Eſt quoque locus fortitudinis, & pacis, ipſe namque
eſt pax, & robur noſtrum, ſuſtentans nos gratia ſua, ne rua-
mus præcipites in gehennam. Stetit autem, quia proprium
Pſal.101. habet eſſe, & non dependet aliundè, *Tu idem ipſe es, & an-
v.28. ni tui non deficient*, ait Dauid; Quem vos neſcitis eſſe verũ
filium Dei verumque Meſſiam. Nec eſt mirùm, quod Meſ-
ſiam neſciuerunt Iudæi, quia, & ipſe Ioannes diat ſe non eſ-
ſe dignum, vt corrigiam calceamenti eius ſolueret, id eſt, vt
myſterium Incarnationis ſufficienter explicaret.

Hinc eſt quod diſputant Theologi, quodnam myſteriũ
ſit difficilius intellectu Trinitatiſne, vel Incarnationis? Et
multi affirmant, difficilius eſſe myſterium Incarnationis.
Ad Coloſſ.1. Et ideò inquit (Apoſtolus) *myſterium abſconditum à ſecu-
lis ex generationibus &c.* Myſterium de SS. Trinitate ali-
qualiter lum ne naturali licèt imperfectè attigerunt Philo-
S. Auguſt. ſophi. Hinc D. Auguſtinus affirmat, ſe legiſſe in quibuſdam
libris Philoſophorum Platonicorum, principium Euange-
lij S. Ioannis vſque ad illum locum. *Lux in tenebris lucet. &
tenebræ eum non comprehenderunt.* Legi (inquit D. Augu-
ſtinus) quod Deus erat verbum, quod non erat ex carne,
neque ex ſanguine, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo na-
tum. Sed quod *verbum caro factum eſt, & habitauit in no-
bis*. hæc ibi non legi. Itaque dicit D. Auguſtinus ſe in libris
Philoſophorum aduertiſſe quędam SS. Trinitatis veſtigia,
æqualitatem perſonarum, & ſimilia: ſed quod Deus factus
ſit homo, nullum ex doctiſſimis Philoſophis inueſtigare
potuiſſe, quia myſterium abſconditum à ſæculis, eſt diffici-
lius ad perſuadendum hominibus, quàm articulus SS. Tri-
nitatis. propter has præcipuè cauſas. Inprimis quia quę de-
pendent à libera determinatione voluntatis, difficiliora ſunt
ijs quæ habent naturam determinatam, & ſiunt naturali
curſu cuius ratio eſt, quia iſta habent exiſtentias neceſſa-
rias. Quæ autem dependent à determinatione diuinæ vo-
luntatis, poſſunt eſſe, & non eſſe; Ideoque Philoſophus do-
cuit de contingentibus non poſſe eſſe ſcientiam. Cum er-
go myſterium SS. Trinitatis ſit ex ſe neceſſarium, ita vt non
poſſit non eſſe, hinc eſt quod Philoſophi inueſtigantes Deũ
in effectibus, ex varietate rerum, & mirabili adminiſtra-
tione earum, venerunt in cognitionem diuinæ ſapientię, in-
tellectus, & voluntatis, operationis, & productionis earum.
Myſterium verò Incarnationis à libero decreto diuinę vo-
luntatis dependet, non ſolùm quo ad exiſtentiam, ſed etiã
quo ad modum exiſtendi; Ideò neceſſe fuit, vt illud decre-
tum illis innoteſceret per aliquem reuelantem. Quis enim
vnquam imaginari potuit, quòd ad redimendam creatu-
ram ingratam, & rebellem, impaſſibilis, & æternus Deus
vellet fieri mortalis, & paſſibilis? nihil tale potuit venire in
mentes hominum, ſine ſpeciali reuelatione. Hinc D. Pau-
1. Corint.1. lus: *Prædicamus Ieſum crucifixum Iudęis ſcandalum, gen-
v.23. tibus autem ſtultitiam*: Præterea in myſterio SS. Trinita-
tis ſolùm iubemur credere, quod noſtram excedit capaci-
tatem, & naturæ diuinæ per excellentiam competit, iudicio
luminis naturalis, in myſterio verò Incarnationis iubemur
credere, non ſolum id, quod excedit capacitatem noſtri in-
tellectus, ſed etiam id quod videtur repugnare Deo. Quod
Deus ſit æternus, immutabilis, quòd habeat eſſentiam infi-
nitam, quod intellectus eius, & voluntas nõ ſit otioſa, quòd
operetur ſemper, facilè his cõſentit noſter intellectus; quia
aliquid plus Deo attribuendum eſt, propter excellentiam
naturæ eius, quam creaturæ. Vnde & gentiles de Dijs ſuis
in quos credebant, hos conceptus formabant, quòd eſſent
immortales æterni, &c. Sed quòd Deus ſit homo, qui, vt in-
Ariſtoteles. quit Ariſtoteles, eſt imbecillitatis exemplum, temporis ſpo-
lium, fortunę luſus, inconſtantię imago, inuidiæ, & calami-
tatis trutina, hoc planè incredile eſt. Talia enim attribuere
Deo difficillimum videtur humano intellectui.

Ideò me articulus Incarnationis difficilior eſt: deindè in-
carnatio includit notitiam diuinarum perſonarum: nam
aſſumpſit carnem filius ęterni patris, opera Spiritus Sancti;
oportet ergo ſimul intelligere, quid ſit Spiritus Sãctus, quid
ſit Filius æternus, qui incarnatus eſt, & cuius patris filius, &
ita oportet habere notitiam trium perſonarum. Quare
concludendum eſt nihil eſſe difficilius myſterio incarnatio-
nis: quia nullus Philoſophus attribuit Deo, quòd ſit finitus,
paſſibilis, mortalis, &c. Hæc enim ſectando dictamen in-
tellectus noſtri, repugnant diuinitati, licèt ſecundum diuer-
ſam naturam in eodem ſuppoſito, vel per communicatio-
nem Idiomatum attribuãtur. Quamuis autem difficilè ad-
modum hoc ſit intellectui noſtro: nihilominus tamẽ ſum-
mè neceſſarium ad ſalutem, Quia niſi quis crediderit, quod
verbum caro factum ſit, non poterit ſaluari. *Hęc eſt vita
ęterna* (inquit Chriſtus Dominus loquens ad patrem ęter- Ioan.17.v.
num.) *vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum
Chriſtum*: Quaſi vellet dicere, principium, per quod acqui-
ritur vita æterna, eſt habere notitiam de fide, & Verbo in-
carnato; impoſſibile eſt autem acquirere finem ſine prin-
cipio: ideò impoſsibile eſt habere vitam æternam, quæ eſt
finis omnium naturarum, ſinè hoc articulo. Cum ergo my-
ſterium incarnationis adeò ſit difficile creditu, ſummè ta-
men neceſſarium ad ſalutem prouidentiæ Dei incumbebat K
prouidere medium ad perſuadendũ illud hominibus. Ideò
ab initio mundi, non neglexit Deus reuelare, & notitiam
imprimere tanti myſterij hominibus, a generatione in ge-
nerationem, per figuras, Angelos, Prophetas; Tandem pro-
pterea miſit Ioannem Baptiſtam, de quo inquit Scriptura.
Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumi- Ioan.1.
ne, vt omnes crederent per illum. Erat D. Ioannes, ſicut in
Beatis eſt lumen gloriæ, per quod Deus eleuat, & facilitat
intellectus beatorum, tanquam per inſtrumentum ad vidẽ-
dum Deum: Ita D. Ioannes erat lux quodammodò, per q̃
facilitaretur intellectus hominum, ad credendum tantum
myſterium. Hoc lumen illuminare volebat intellectum eo-
rum qui miſſi fuerant à Iudæis. Confitetur enim, & quaſi di-
gito demonſtrat Meſsiam, Deum & hominem Chriſtum,
Medius autem (inquit) veſtrum ſtetit QVEM VOS
NESCITIS. Quia tenebræ peccatorum impediunt, ne
tantum lumen corda veſtra illuminet: malitia enim, & in-
uidia, ac aliæ paſsiones, obſcuræ ſunt feneſtræ, quibus clau-
ditur cor veſtrum, ne radius veritatis illud illuminet. Ideò
neſcitis quis ſit, & vnde ſit, & quid pro vobis facturus ſit: p-
pterea contemnitis humilem, & pauperem, quia expectatis
arrogantem, & ſuperbum. Sed vos certifico, quod

IPSE EST, QVI POST ME VENTVRVS
EST, QVI ANTE ME FACTVS EST, CV-
IVS NON SVM DIGNVS, VT SOLVAM
CORRIGIAM EIVS CALCEAMENTI. Si
Chriſtus Deus non fuiſſet, Ioannes in tantum non deſcen-
diſſet teſtimonium. Qui poſt me venit ante me factus eſt:
hoc eſt honorabilior eſt me ipſo, in tantum, vt neque inter
vltimos miniſtrorum eius annumerari valeam, vt nequeã
(inquit) eius corrigiam calceamenti ſoluere. Quaſi dicat,
ſiquidem ſoluere corrigiam calceamenti, viliſsimi ſerui of-
ficium eſt, ideò ex hoc colligere poteſtis, quantæ dignitatis
ille ſit, cum nequeam eius ſeruus eſſe, & quidem minimus.
Atque ita, & veritatem dixit, & Phariſæos ab arrogantia
ad humilitatem reducere conatur. Quia verò multum ſe
abiecit, ideò multum eleuatus eſt: Quoniam enim indignũ
ſe eſſe profeſſus eſt. qui tanti Domini minimus fieret ſeruus,
ex ſeruo fieri amicus promeruit. Quod ſi Ioannes in vtero
matris ſanctificatus, indignum ſe fatetur, qui corrigiam cal-
ceamẽtorum Chriſti valeat ſoluere, quid nos viliſsima pec-
catorum mancipia dicemus, qui toties non corrigiam ſol-
uere, ſed ipſum verè, & realiter ſub ſpecie panis, & vini exi-
ſtentem ore impuro ſumere præſumimus? Cæterùm, my-
ſticè bifariam Ioannis reſponſio intelligi poteſt. Non ſum
dignus corrigiam calceamenti ſoluere: hoc eſt, nõ poſſum,
nec debeo Synagogã à ſuo legitimo viro Chriſto, propter
violatam thori fidem repudiatam, in meam tutelam acci-
pere, dicendu, me Chriſtum eſſe, me eſſe virum eius, pro cõ-
perto habens, illam ſemper viduam manſuram, quouſque
reuertatur ad virum ſuum priorem, Chriſtum Dominum.
Alludit Ioannes ad morem veteris legis, quæ iubebat, vt
frater qui nollet nubere vxori, quam frater ſuus defunctus
relinqueret, calceamẽta eius ſolueret. Vel ſic, vt dicit S. Gre- S.Greg.
gorius, Quoniam quidem diuinitas filij per aſſumptam hu-
manitatem, quaſi calceata ad nos venit, propterea dicit Ioã-
nes nuntius Iudæorum, indignum ſe eſſe qui de ſacroſancto
Incarnationis myſterio aliquid vt par eſt eloqui poſſit pro-

pter

Digitized by Google

pter altitudinem, & difficultatem tanti myſterij abſconditi à ſæculis, & generationibus, quod nemo Principum huius ſæculi cognouit. HÆC IN BETHANIA FACTA SVNT TRANS IORDANEM, VBI ERAT IOANNES BAPTIZANS. Locus deſcribitur, in quo hæc Ioannes dixit, coram multis teſtibus, vt fides Hiſtoriæ adhiberetur. Itaque quæ à Ioanne dicta, & facta ſũt mente reuoluentes, eius humilitatem ſingularem, eximiamque modeſtiam, nec non inuincibilem conſtantiam, quoad fieri poteſt imitemur. Idque adeò certaum ex animo agamus, vt qui in eis virtutibus alios antecelleit, nouerit ſe Deo gratiorem eſſe. Multis ſiquidem Ioannes virtutũ prærogatiuis illuſtratur, plurimiſque eminet priuilegijs ſanctitatis; ſed in nullo ita ſplendet ad inſtar Solis in ortu ſuo, ſicut in probatæ virtute humilitatis, quia laudatæ humilitatis rara eſt in terris conſtantia. Da nobis Domine Ieſu imitari, quem laudamus, vt ad illius vitam, & doctrinam mores noſtros componamus, qui tuæ fideliter obediuit maieſtatis. AMEN.

INSTITVTIO Moralis.

Dominicæ Tertiæ Aduentus.

De actibus Fortitudinis.

Ioan. 1. v. 10 *Confeſſus eſt, & non negauit, quia non ſum ego Chriſtus.*

Prou. 16. v. 2. *Melior eſt vir patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.*

A OMNIVM ſententia fortior eſt, qui dominatur animo ſuo, quàm ille, qui vicit exercitus, & expugnauit vrbes. Quid habent victoriæ Imperatorum, & Principum mundi, in euertendis ciuitatibus, in vincendis exercitibus, in acquirendis vexillis, in fugandis inimicis, in ſubiectandis Regnis, cum illis qui ſe ipſos vincunt, rationi ſubijciunt, appetitui frænum imponunt, carnem domant paſſiones temperant? Vincere hominem, quid eſt aliud vincere niſi fœnum? ſiquidem omnis caro fœnum, vincere ferrum eſt vincere terram, ſiquidem ferrum eſt terra condenſata, vincere caſtella, turres, ciuitates munitas, eſt fortitudo, non eſt tamen omninò excellens, ſiquidẽ, vt inquit Cicero. *Nulla eſt tanta vis tantaque copia quæ nõ ferro ac viribus frangi, ac debilitari poſſit*, Quodſi hæc non ſunt omninò fortia, qui hæc vincit non omninò fortis eſt. Frangere, & commouere adamantem non eſt fortitudo, quia ſanguine capræ id fieri poteſt: proſternere murum, eumque æquare ſolo, non eſt fortitudo, quia vno dolio pulueris nitrati id fieri poſſe quotus quiſque eſt qui ignoret? qui ergo hæc vincit non eſt cenſendus, vt fortiſſimus, ſed qui vincit mortem, peccatum, Diabolum, inimicum, ſeipſum, ille eſt fortiſsimus; ea etenim, quæ ipſe vincit ſunt fortiſſima. Huc accedit, quod is, qui ſeipſum vincit, victorem horum omnium vincit, nempè animum, qui expugnat vrbes, & exercitus; qui autem victorem omniũ vincit fortiſſimus eſt; alioquin, vel ille qui vincitur, non eſſet victor omnium, vel qui vincit, non vinceret eum, qui eſt victor omnium; quorum vtrumque eſt contra præſuppoſitũ: reſtat igitur, vt inferamus, quod is, qui vicerit animum proprium fortiſſimus ſit. Celebre nomen eſt in mundo Alexãdri, Scipionis, Cæſaris, qui multa Regna, & Prouincias ſuo Imperio ſubiecerunt: ſed magis celebre trophæum obtinet, qui tantum habet animi, & valoris, vt omnia deſideria, & animi paſſiones ſubijciat rationis imperio, efficiatque, vt iã non caro, non ſenſus, non affectus, & animi paſsiones in ipſo Principatum obtineant; ſed ſola ratio, cui id iure competit, toti homini imperet. Certè quod qui id fecerit (inquit Tullius) non modò cum ſummis viris eum comparo, ſed ſimillimum Deo iudico. Indubitatum igitur eſt, & eſſe debet, quòd melior eſt, qui ſe ipſum vincit, quã qui expugnat

Cicero.

vrbes: prout etiam Plato docuit. *Prima* (inquit) *& optima eſt victoria, vt ſe ipſum quis vincat*. Eiuſdem fuit ſententię Ariſtoteles qui ſic ait. *Nulla maior victoria quàm ſibi imperaſſe*. Certum quoque eſt (quod vt docet Sapiens) *Melior eſt patiens viro forti*, & in Eccleſiaſt co: *Melior eſt ſapientia quam bellica arma*. Hic Cicero. *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ*. Itaque fortitudo eſt inferior Sapientia, & ſapiens melior viro forti. Nulla autem eſt maior Sapientia, quam vincere ſe ipſum. Hinc antiqui finxerunt Mineruam Deam eſſe Sapientiæ, & Reginam armorum, vt dixit Virgilius.

Plato in Dialogo de leg. Prou. 16. v. 32. Eccl. 9. v. 18.

Armipotens belli præſes Tritonia virgo, Virg.

hæc ergo certa ſunt. Sed quod patiens ſit melior viro forti, id difficile videtur, quia tolerare, & non reſiſtere, cedere, & ſupportare, hominum iudicio, non videtur eſſe meliùs, quã impugnare, contraria omnia propulſare, ſe ipſum defendere, & inimicos offendere. Reuera tamen ita eſt, (vt inquit Sapiens) quod *melior eſt vir patiens viro forti*. Iam nunc impletum eſt illud, quod Iſaias olim prædixit. *Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas fortitudinis*. Non aliud officium fortitudinis putat eſſe mundus, niſi vincere, vt leo. Sed qui ſperant in Deo mutant leonem in agnum, vires propulſantes, & robur in patientiam, & tolerantiam, melius vincunt tolerando, & patienter ſupportando aduerſa, quàm fortiter propulſando, & offendendo. Imitantur in hoc Chriſtum Dominum præceptorem ſuũ Chriſtiani, de quo prædixerat idem Iſaias, quòd debuerit venire in mundum, vt dominator, & dominus terrę qui tamen nõ debuit dominari, vt leo, vt Imperatores, & Reges terræ, cõquaſſando regna, & ſubijciendo ſibi Imperia per exercituũ agmina, & potentiam bellicam, ſed vt agnus patienter tolerando aduerſa. *Emitte* (inquit) *agnum Domine Dominatorem terræ*. Hunc ergo imitantur iuſti, & ideo aſſument pennas, vt aquilæ, volabunt, non deficient. Aquila Imperialis, & Regiæ dignitatis ſtemma eſt, ſignumque fortitudinis ſtrenuitatis, & intrepidi animi. Ideò Alciatus celebrans ſub nomine Ariſtomenis fortitudinem Caroli, depinxit aquilam ſuper ſepulchrum eius, cum his verſibus.

Iſa. 40. v. 31. Iſaiæ 16. v. 1 Alciatus Emblemate 33.

Quæ te cauſa mouet volucris Saturnia magni
Vt tumulo inſideas ardua Ariſtomenis?
Hoc moneo, quantum inter aues ego robore præſto,
Tantùm ſemideos inter Ariſtomenes.
Inſideant timidę timidorum buſta columbæ
Nos aquilæ intrepidis ſigna benigna damus.

Ac ſi dicere vellet, quare volucris Saturnia inſides ſepulchro Ariſtomenis? id eſt Caroli, quem ideò Ariſtomenem appellat, quia quæ refert Plinius, & Valerius Max. de Ariſtomene, benè illi applicari poſſunt; interrogat ergo aquilam (quam vocat volucrem Saturniam, id eſt Ioui ſacram, Iouis namque Saturnius à Saturno Patre appellatur à Poetis) quare ardua, id eſt ſublimis, & erecta inſideat ſepulchro? Reſpondet aquila, hoc ſe facere in ſignum fortitudinis, & animi excelſi quo plurimùm pollebat Carolus, adeò vt quemadmodum ego aquila, omne volucrum genus ſupero robore, ita ille inter ſemideos, id eſt Heroas, ſeu principes magni nominis, ſtupendæque virtutis vi, & fortitudine excelluit. Hoc emblema imitatoribus Chriſti inſcribere videtur Iſaias cum inquit. Vt aquilæ volabunt, quia licet videantur eſſe columbæ, (non enim inſurgentibus reſiſtunt, quin potius patienter tolerant) non ſunt tamen meticuloſi, & timidi animi, imò verò generoſi, ceu aquilæ, ac longè magis, quàm Imperatores huius ſæculi. Exemplo eſt horũ omnium D. Ioannes, qui tanquam perfectiſsimum Chriſtianæ fortitudinis Hieroglyphicum in hodierno Euangelio proponitur, nam nec adulationibus, nec blanditijs Phariſæorum, nec legatione ita honorifica abduci potuit, vt officium & dignitatem Meſsiæ, quem tunc omnes expectabant aſſumeret, & oblatam acceptaret, ſed confeſſus eſt, & non negauit, palamque omnibus dixit ſe non eſſe Chriſtũ. Vicit iſte animum, & mehercule præclarè vicit, ad dignitates, & honores promptum, prout aliorum hominũ eſt, ſubiecit ambitionis vitium rationis imperio, maior eſt hæc victoria, quàm vincere fortiſsima mœnia. Eſt porrò præterea in eo fortitudo, quæ in rebus aduerſis conſtanter, & patienter ferendis conſiſtit; cum elegerit potius affligi, & in carcere

Plin. 9. Val. Max. 9.

cere

cere detineri, quàm alienum officium ſibi vſurpare; docens nos exemplo ſuo, quod, *melior eſt patiens viro forti*, melior eſt fortis patiendo, quàm inuadendo, & offendendo, atque propulſando. Vt igitur hæc Salomonis propoſitio omnibus manifeſtior fiat, quod ſcilicet. *Melior eſt patiens viro forti*, in hac inſtitutione demonſtrare enitar, quòd potior actus fortitudinis, ſit aduerſa patienter tolerare, quàm inuadere, aut inuadentibus obſiſtere. Prius tamen hæc duo officia, ſeu actus fortitudinis cõſiderandi ſunt in ſe abſolutè, & deindè vnus alteri comparandus, vt manifeſtum fiat, quis nã illorum melior, & principalior ſit.

B Diſputauimus in præcedenti ſermone, cũ Magiſtro Pſeudopoliticorum, atque determinauimus, fortitudinem chriſtianorum eſſe perfectiorem, fortitudine paganorum, nunc cum Chriſtianopoliticis nobis diſputandum eſt, quinam actus, & operatio fortitudinis ſit excellentior, vtrùm propulſare contraria, an eadem tolerare? Et in primis ſupponendum eſt illud, quod ex præcedenti ſermone patet, nimirùm. Quod fortitudo ſit virtus, & virtus ſpecialis ab alijs virtutibus diſtincta, moderatiua paſſionum potentiæ iraſcibilis. Nàm fortitudo eſt timoris, & audaciæ moderatiua, dirigit hominem in arduis, qualiter, & propter quid, quo fine debeat aggredi difficilia, & tolerare aduerſa, ideò eſt virtus moralis inter quatuor cardinales virtutes, tãquam quatuor columnas, quę ſuſtentant orbem, & rectificant operationes humanas: non poſtrema eſt illa auis Saturnia inſidens toti orbi. Cum verò circa timores, & audacias regulandas verſetur, eſt virtus diſtincta à temperantia, quæ eſt circa delectationes tactus, & guſtus; & à manſuetudine, quæ eſt circa iras; & à iuſtitia, quæ eſt circa humanas operationes; & à prudentia, quæ eſt directiua in conſulendis, & iudicandis, ac pręcipiendis rebus. Cùm præterea ſit cohibitiua timoris, & moderatiua audaciarum (nam eſt medium inter ſemper, & in omnibus timere; & inter ſemper, ac in omnibus audere) oportet ipſam fręnare audaciam, & timorem, quæ ſunt iraſcibilis paſſiones, ne contra rationis iudicium, aut præceptum præualeant: Sed quando ratio dictat timendũ, ipſe periculum deuitent, quando autem dictat audendum, illæ audeant, atque periculum ſubeant. Porrò actus fortitudinis conſiderare oportet, priusquam determinemus meliorem eſſe vnum altero, atque ita maiorem eſſe fortitudinem aduerſa tolerare, quàm eadem propulſare, Quoniam autem fortitudinem comparauimus aquilæ, ſciẽdum, quòd ſicut illa Aleiati aquila duas alas habuit, ita hęc noſtra aquila, inſidens orbi, & humanarum actionum circumferentię, duos actus, ſeu duo officia ſibi propria habet; quorum primus eſt, aggredi difficilia, ſeu propulſare, offendere, ac repellere contraria; alter verò tolerare patienter aduerſa, ſiuè illa euitari poſſint, ſiuè non, ſiuè ſint mala, quę triſtitiam inferunt animo, vt inuidia, conuitia, calũniæ, contumeliæ. &c. ſiuè quæ inferunt dolorem corpori, vt fames, ſitis, morbi, paupertas, ſeditiones, verbera, tormenta, mors. Vnde etiam communiter diuiditur fortitudo, in fortitudinem propulſantem, & aduerſa tolerantem. Ad fortitudinem enim pertinet, extrema ſummèque difficilia non declinare, ſed ęquo animo ferre. Ad eandem quoque ſpectat conſtanter, & inuicto animo difficilia, & contraria repellere: cum autem contraria alia ſint, quæ mentem impugnant, alia quæ corpori nocent, vtraque fortiter propulſanda ſunt.

Porrò inter paſſiones, quæ menti aduerſantur maxima eſt ira, ideò in exemplum aſſumenda eſt, hinc enim intelligemus, quàm neceſſaria ſit fortitudo in repellendis nocumentis animi. Hæc paſſio adeò nocet homini, & rationabili parti eius, vt multoties hominem in inſaniam conuer-
Baſilius. tere videatur, iuxta illud Baſilij. *Iracundia eſt breuis inſania*, nec mirùm, quia cholera, quæ eſt initium iræ, participat de igne, & ita fumos generat, ac quaſi nube obfuſcat intellectum. Ignis eſt, qui intra pectus hominis ardet, & per feneſtras animæ aſcendit, ſcilicet per oculos, iuxta illud Vir-
Virgilius. gilij. *Oculis micat acribus ignis*, quod etiam Iſaias inſinua-
Iſaiæ 9. v. 18 re videtur. *Succenſa eſt, quaſi ignis impietas: veprem, & ſpinam vorabit & ſuccendetur in denſitate ſaltem, & conuoluetur ſuperbia fumi vir fratri ſuo non parcet.* Principiũ iræ incipit à ſpinis, id eſt à verbis aſperis, & tandem quæque intima deſerti deuorat, & in fumum conuertit, nec diſcernit inter fratrem, & inimicum, quia nube intellectum obductum habet. Ad vincendam ergo repellendam, ac temperandam hanc paſſionem, quæ eſt præcipuus mentis inimicus, magna fortitudine opus eſt. Interrogare aliquis poſſet, quam ob cauſam Eccleſia Catholica, cum cantat in Miſſis. *Credo in vnum Deum*, explicitè dicit omnipotentem, & nõ dicit miſericordem, cum tamen miſericordia ſit illud attributum, quod nobis maximè fauet. Ratio ea aſſignari poteſt, quia cum confitemur Deum omnipotentem, ſimul etiã confitemur miſericordem, & non iracundum, nam in eo iuxta quantitatem potentię, eſt quantitas miſericordiæ, cuius interuentu delinquentibus non iraſcitur, & eſt facillimus ad remittendas iniurias, quod egregiè inſinuant ver-
ba illa Sapientiæ. *Sed miſereris omnium, quia omnia potes.* Sap. 11. v. 2
Poſtquam enim Sapiens loco citato oſtẽdit, quòd Deus potens eſt caſtigare malos, ita vt nullus ei reſiſtere poſſit, tandem infert. *Sed parcis, quia potens es.* Itaque parcendo, & iram cohibendo manifeſtatur Dei omnipotentia. Hoc etiã profitetur Eccleſia in quadam collecta. *Deus qui omnipotẽtiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas.* Hoc idem Spiritus S. in libris Sapientiæ egregiè expreſsit, dicẽs. Ob hoc quod omnium Deus es, omnibus parces, virtutem enim oſtendis tuam, ac ſi vellet dicere. In hoc maximè declaras fortitudinem tuam, omnipotentiam tuam, quòd cum ſis Dominus omnium non iraſceris, parcis eis, qui te offendunt, iram cohibes, quanquam in Deo non ſit ira, quo ad affectum, ſed ſolùm quò ad effectum. Quare bona conſequentia infertur, quod ſi quis iram cohibet, parcit iniuriantibus, quod ſit fortiſsimus, quia & Deus maximè ſuam fortitudinem manifeſtat, cum non iraſcitur, ſed parcit. Et reuera, qui ſcire voluerit, quanta ſit fortitudo eius, qui pręcipites motus iracundiæ comprimit, conſideret nullum animi motum difficilius cohiberi, quàm iram. Nullus enim impetuoſior violentior, nullus ſæuitia ſua crudelior, nullus ad
congreſſum ardentior, ac fortior exiſtit. Seneca in Thye- Seneca in
ſte. Cum ſpirat ira ſanguinem neſcit regi. Ergo ſæuam, ef- Thyeſte.
fręnatam, violentam, & liberam hanc animi affectionem perſtringere ſummæ fortitudinis eſt. Huc ſpectat illa non
ſatis pro dignitate celebrata Tullij ſententia pro Marcello. Cicero pro
Domuiſti gentes immanitate barbaras, multitudine innu- Marcello.
merabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes: ſed tamen ea viciſti, quæ, & naturam, & conditionem, vt vinci poſſent, habebant. Nulla eſt enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangique poſsit; verùm animum vincere, iracundiam cohibere, &c. hæc qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo iudico. Ergo Tullius domitæ iræ facinus propterea extollit, quia aliæ res ea conditione, & natura præditæ ſunt, vt domari, ac vinci poſsint, ira verò inſuperabilis videtur, at inquies cur iracundia inſuperabilis eſt, cur tam libera, & iugi expers? Ratio eſt in promptu, quam obtulit Seneca in libro de ira. Quia interni animi motus non aliter domari poſſunt, quàm alij ab alijs, nimirùm contrarij à contrarijs. Ergò cum omnes animi motus alios vi, atque violentia iracundia facilè ſuperet, hinc eſt, vt indomita prorſus, & inuicta cenſeatur.

Quapropter illi cui cum ira res eſt, non ſolùm fortitudo, & vires omnes aduocandæ, ſed etiam actus, & calliditas, nam aduerſarium viribus ſuperiorem, imbecillis hoſtis nõnunquam ſternit, niſi callidè illum adoriatur. Ita quidem ſuadet Seneca de ira, cum ait indignationem per proditionem eſſe ſuperandam, quaſi dicat: aduerſus iram proditione vtendum eſt; nam à fronte commiſſo prælio ſuperari nõ poteſt: Et quidem ſi potiſsimum iræ peruincendæ conſiliũ ſpectes, facilè cognoſces in eo proditionem intercedere: iubemur enim iram antequam exurgat, vel excitetur, id eſt iacentem adhuc confodere. Atqui aduerſarium iacentem, & ſomno preſſum, & nedum excitatum opprimere prodi-
tionis genus eſt. Item ira (vt verbis vtar D. Auguſtini) mẽ- Auguſ. lib. 1
tis è veſtigio arcem petit. Et quidem cum inter omnes ani- Confeſſ.
mi affectiones facilè princeps ſit ira, tanquam princeps, arcem illam propriam ſibi vendicat, vbi verò arcem illam tenet inexpugnabilis eſt. Quapropter ſuademur, vt antequã ira arcem mentis inſcendat, mentem ipſam, animumquè manſuetudini, atque lenitati dedamus: quod quidem ſecundum

Digitized by Google

cundum proditionis genus exiſtit. Sed agnoſce incredibilem iræ vim; quæ non aperto marte, ſed per proditionem ſuperatur. Magna igitur requiritur fortitudo ad repellendam, & propulſandam iram, qua iuſtum eſt omnes Chriſtianos præditos eſſe, particulari tamen ratione Reges, Principes, iudices, in hac virtute excellere æquum eſt. Omnes quidem qui iram ſuperant Reges, à D. Chryſoſtomo dicũtur. Qui iræ (inquit) atque inuidiæ, alijsque huiuſmodi violentis animi morbis imperat; hic demum Rex eſt, vt iuſtius hunc Regem voces, quàm eum qui purpura indutus eſt, ac corona redimitus ſplendeſcit, in throno aureo ſeſſitans. Is demùm Rex eſt, qui iram, & inuidiam cohibẽs omnia ſub Dei lege agit mentem liberam ſeruans.

omo 5. de ꝺparatio- : Regis, & onachis.

Talem equidem Regem libentius viderem, & populis, & terræ, & mari, & ciuitatibus, & exercitibus iura dantem: quisquis enim animi affectibus rationem magiſtram præfecerit, is paruo etiam negotio hominibus, vnà cum diuinis legibus præfici poſſit, vt eundem patris loco ſubditi habeãt, cum omni manſuetudine ciuitatibus conſuetudinis ſuæ copiam faciẽtem: qui verò cum hominibus imperare uideatur, iræ tamen ſeruit, hic primùm ſubditis ſuis ridiculus videri poſſit, hoc ipſo, quod coronam quidem geſtat gemmis auroque intextam, temperantiæ verò corona minimè inſignis eſt; & purpureo paludamento toto corpore ſulget, animum autem inornatum habet, qui tamen alijs imperant, & impetuoſiſſimos iræ motus vincunt, duplici ratione Reges dici poſſunt, & ideo quia ſubditis ſuis imperant, & propterea etiam, quia rebelles ſubditos, ſingulos iracundię motus compeſcunt, regunt, & rationi moderandos tradũt, quo potiori iure reges efficiuntur: qualis fuit ille, qui dicebat. *Anima mea in manibus meis ſemper*. Tales Chriſtus dixit eſſe beatos. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*. Conſuetudo erat antiquis, nunquam iudicia, ac alios iuriſdictionis gradus exercere, niſi ſedendo, vt aliàs dicetur, eã fortaſſis ob cauſam, vt denotarent reges, iudices, & alios ſuperiores ſedatos, & fortes animo eſſe debere. Itaque hoc eſt præcipuum, & primum fortitudinis opus vincere nocumẽta animi, quod quam ſit difficile iam in exemplo iræ declaratum eſt.

al. 119. C

Aliud fortitudinis opus eſt vincere nocumenta corporis præcipuè hoſtes. Itaque conſtanter, & inuicto animo pugnare contra inimicos viſibiles, patriæ gentis, & Eccleſiæ Dei, eosque repellere, & glorioſè in bello deuincere, actus fortitudinis eſt, isque laudabilis, & Deo multùm placens, quod in libris Machabæorum Scriptura inſinuaſſe videtur vbi Iudas Machabæus vir fortiſſimus, & egregius populi Iudaici defenſor, in oratione ad milites dixit in ſomnis apparuiſſe ſibi Ieremiam Prophetam offerentem ſibi gladium aureum munus à Deo, ad expugnandos, & repellendos inimicos Iſrael, & dicentem ſibi. *Accipe Sanctum gladium, munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael*. Ex his verbis facile intelligi poteſt, quantùm placeat Deo inuicto animo pugnare contra hoſtes, nam cum dicit, accipe Sanctum gladium, opus ſanctum, & laudabile eſſe armis repellere, trucidare hoſtes innuit. Cum etiam munere Dei ſibi oblatum ait, Dei munus eſſe denotat frangere, & deuincere aduerſarios Patriæ, raptores bonorum fortunæ, & corporis. Cùm tandem ſubdit illum gladium aureum fuiſſe, quid aliud innuere vult, niſi quantùm æſtimet Deus arma, quibus hoſtes ſuperandi, & repellendi ſunt? Crux in qua Chriſtus pro ſalute mundi mortuus eſt, ex ligno non ex aliquo metallo pretioſo facta fuit. Ad oſtendendum tamẽ quàm prætioſa ſint hęc arma, quibus Chriſtus mundum, & Diabolum deuicit, & in quanta reputatione, atque exiſtimatione ſint apud populum Chriſtianum, ex adamantibus, auro, vel argento gemmis pretioſis, & lapidibus inſitato, ac exornato, cruces nunc efficiũtur, ſic Deus, vt oſtenderet quãti æſtimet viros fortes, & arma ferrea, quibus contra hoſtes pugnant, aureum, gemmis, & lapidibus pretioſis, exornatũ Duci exercitus populi ſui, per Ieremiam Prophetam miſit gladium. Hinc eſt quod bellum diuino mandato non ſolùm licitum, ſed, & vtile, & laudabile eſt, legibus diuinis, & interpretatorijs approbatum, contra Manichæos, & Æcolampadium, qui bellum illicitum eſſe affirmabant. Differenter tamen, vt aduertit D. Auguſtinus. Nam Manichæi

Mach. 15. 26.

ug. lib. 10. . 22. contra auſtum.

nullo modo licitum bellum eſſe affirmabant. Vnde Moyſen belligerantem etiam iuſſu domini reprehenderunt, Æcolampadius, qui ſolùm videtur affirmare bellum eſſe illicitũ, niſi aliàs fiat ex præcepto domini, qua ratione Moyſes bellum geſſit. Quos errores his temporibus reuocauerat Cornelius Agrippa, qui impudenter affirmare auſus eſt, quòd licet bellum approbauerint Plato, Auguſtinus, Bernardus, & aliqui Summi Pontifices, non tamen Chriſtus, aut Apoſtoli. Falſum, & Hæreticum hoc dogma eſt, ſi enim illicitum eſſet pugnare contra hoſtes, certè quando milites interrogabant D. Ioannem, quid illis faciendum eſſet, vt ſaluentur, reſpondiſſet non eſſe pugnandum contra inimicos, quod non dixit, ſed ſolùm eos admonuit, vt abſtinerent à furto, à rapinis, & latrocinijs. Chriſtus etiam non redarguit centurionem, quando gloriabatur ſe habere milites obedientes, ita vt ſi dicat huic vade, vadit; & alteri fac hoc, facit; imò collaudauit multum fidem illius, per quod iuſtum bellum approbaſſe videtur, non nego plurimos euenire errores, plurima inueniri peccata inter homines caſtra ſequẽtes, ſed non ſunt miſcenda, imò diſcernenda bona à malis. Ars mercatoria ex ſe bona eſt, & reipub. neceſſaria, licet auaritia mercatorum multa iniuſtè fiant, ars medica eſt laudabilis, licet imperitia, vel negligentia medicorum, multoties aliqui potius viribus priuentur, quàm ſanitatem acquirant, ſic ars militatis ex ſe bona eſt, licet nimia licentia militum, ijs qui inermes ſunt, multa damna afferant: Dauid Abner. S. Martinus. S. Sebaſtianus. S. Theodoretus, Thebei, & alij innumeri milites fuerunt, & tamen tàm Deo, quàm hominibus clari: ideò, & leges humanæ laudabile eſſe contra hoſtes pugnare aiunt, vt habet Iuſtinianus Imperator in Inſtitutis. Imperatoriam maieſtatem non ſolũ armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, vt vtrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè poſsit gubernare, & Princeps Romanus nõ ſolùm in hoſtilibus pręlijs victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites, calumniantium iniquitates expellat, & fiat tam iuris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus triomphator magnificus.

Plato, Aug. Bernardus.

Iuſtinianus in Inſtitutis in principio

Id Deus pluribus miraculis approbare voluit, quod, vel in ſolis Teutonibus cernere licet. Nam anno ſalutis 1500. Ordinis Teutonici Magiſter Vulterus à Pletenburg cum Moſchis conflicturus, publica ieiunia, & ſolemnes litanias inſtituerat: quibus peractis ipſo Exaltationis S. Crucis die, ad vrbem Pleſcouiam exercitum ducit, iuxta hanc ſita eſt planities duorum milliarium latitudine patens, in quam cum deuenerunt, obuiam illis proceſsit Moſchouiticus exercitus centum millia armatorum in duodecim acies diſtributorũ continens, his adiuncta erant Tartarorum triginta millia, inito prælio, fuſi hoſtes tanta ſtrage, vt cum ex Teutonicis vnus tantùm deſideraretur, complures non lethaliter vulnerati eſſent. Moſchouitarum, & Tartarorum circiter centena millia ceciderunt, ita vt duobus milliaribus cadauera paſsim proſtrata iacerent; triginta verò millia fuga elapſa ſunt: hanc cladem ſuorum Moſchorum Dux Baſilius Ioannis filius audiens, cum ſummo ſtupore admiratus, tantum exercitum, tam exigua manu turpiter cæſum, & proſtratũ; ad quinquaginta annos cum Teutonibus inducias confeſtim firmauit. Rutheni que, & Moſchouitæ ab eo tempore, Teutonicos ferreos viros appellarunt. At poſtquam finem fortitudinis mutarunt, viribus, & fortuna vti neſcij Teutones. Regnum Poloniæ frequentibus victorijs, tumidi opprimere cęperunt, quo ex auſu ita rapinis inſiſtebant, vt omnia præcipuè in confinibus Pruſsiæ vaſtarent, ac depopularentur. Tandem eò per ipſorum temeritatem ventum eſt, vt innumerabilium damnorum, quæ Regno Polonię intulerunt proprio exterminio penſionem redderent. Etenim Polonis iniurias ſuas ſanguinolento Marte vindicantibus, ipſi finem inuaſionum viuium, & perpetuã ſocietatis ſuæ abolitionem acceperant, eam etiam ob cauſam Iacigum reliquiæ extinctæ ſunt. Nam anno 1282. Lituani cum Iacigum reliquijs, ſubita excurſione Poloniã tripartito agmine crudeliter depopulati ſunt, Leſcus niger Polonorũ Princeps, parua manu illos inſecutus eſt, cum verò eum ex laboribus itineris, & ex ſomnibus vigilijs ſopor inuaſiſſet, ea perexpergefactus poſtero die, lętus, ab Archangelo Dei Michaele, in ſomnis confirmatum ſe, & ſponſione certæ victoriæ, per-

D

Gnagninus in deſcript. Liuoniæ.

Cromerus Lib. 10.

ſequi

Digitized by Google

ſequi barbaros iuſſum eſſe pro concione expoſuit, quo ſermone animatis militibus cum expeditis ſex millibus equitum, arma tantùm, & aliquot dierum cibaria ferentibus, hoſtium veſtigijs inſtitit, captiui ſuorum ſigna conſpicati, oblatis telis à tergo hoſtes adoriuntur, inermes quoque, & fœminæ clamore ſublato ſuos animabant, & hoſtibus terrorē incutiebant. Quin, & canes quos ſecum ducebant barbari, & qui dudum lætiore vlulatu aduenientibus noſtris gratulari viſi erant, ſæuis morſibus barbaros ipſos impetebant. Itaque ancipiti malo turbati, fuga effuſa proximas ſyluas petunt, inſtat fugientibus Leſcus, inſtant, & captiui mutuò ſe ſe cohortantes, dolore, & ira extimulati. In eo prælio reliquiæ Iacigum, qui pertinatius Polonis reſiſtebant, & à ſuſcepta religione defecerant, penitus extinctæ ſunt. De Lituanis quoque qui quatuordecim millia bellatorum expleuiſſe dicebantur, non multi euaſerunt, complures enim qui effugerant partim pudore, partim timore ſuorum mortem ſibi conſciuere. De Polonis ne vnus quidem deſideratus eſt. Leſcus victor in Poloniam reuerſus Lublini templum monimentum victoriæ ſuæ condidit, ac Diui Michaelis, quem in ſomnis victoriam ſibi pollicentem viderat memoriæ dedicauit. Simile qoid Boleslao III. Polonorum Regi accidiſſe legimus, qui Pomeranos rebelles, ad Naclum vrbem inſigni clade affecit, conuenit exercitus ad Cruſuiciam, iamque moueri caſtra debebant, ecce clara die inſpectante omni exercitu, apparuit in culmine Baſilicæ Cruſuicienſis formoſus iuuenis, candida veſte refulgens, cunctiſque ſtupentibus deſilijt, & ante ſigna progreſſus eſt. Ibi vniuerſus exercitus lætus, è veſtigio diuinitus oblatum ducem ſequitur, inſignem victoriam ex hoſte barbaro ſibi pollicens, quam, & obtinuit. Sic rectè Dei iudicio manifeſtatum eſt quod quēadmodum hoſtes patriæ, & Eccleſiæ Sanctæ fortiter impugnare, laudabile eſt, & diuinæ maieſtati acceptabile; ita rapinis inſiſtere, & pro eis fortiter pugnare, vituperabile, & diuinæ maieſtati abominabile.

Cromerus lib. 5.

Alius fortitudinis actus eſt tolerantia malorum, ſiue patientia in aduerſis, ſiuè illa euitari poſſunt ſiuè non, ſiuè ſint mala, quæ inferunt triſtitiam animo, & inuidia, conuitia, calumniæ, &c. ſiuè quæ inferūt dolorem corpori, vt fames, morbi, æſtus, ſectiones, verbera, tormenta, mors, paupertas, inedia. Pertinet quidem, & ad alias virtutes tolerare mala, ſicut ad clementiam pertinet ſufferre, & nō vlciſci de eo, qui infert malum; ſed hoc ſpeciale habet, virtus fortitudinis, quod perferat mala ex animi habitu imperterrito, vel ex corporis firmitudine, & quadam velut indolentia, ſolo habito reſpectu, propter quem, ex qua cauſa, & quo fine; finis enim præcipuè, ſicut in alijs actibus moralibus, ita & in hoc fortitudinis actu, qui eſt patienter tolerare aduerſa, conſiderandus eſt, ſi enim finis non eſt rectus, nec opus bonum eſt; ſi autem laudabilis finis eſt, vt pro defenſione veritatis, iuſtitiæ, honoris diuini, obſeruantia legis diuinę, Eccleſiæ Sanctæ vnione, opus laudabile eſt. Propter hæc, ita aduerſa omnia ſunt ſuſtinenda, vt nec blanditijs, nec doloribus, vir fortis vacatur, vt potius eligat mori, quàm deficere; quales fuerunt Martyres, Apoſtoli, & qui contemnebāt iuſſa Principum, mandata Imperatorum, gratiam illorum floccipendebant, ſupportando fortiter perſecutiones, pro iuſtitia, & Chriſto Domino. Imò in vtroque fortitudinis actu, ad duo attendere neceſſe eſt, nempè, vt ſit finis bonus, & cauſa iuſta, ac recta, deindè ne error accidat per exceſſū, vel defectum, aliàs non eſſet opus laudabile. Ideò nec Cato Viiceoſis, qui mortem ſibi intulit, vt euaderet manus Cęſaris; nec Lucretia, quæ ſe ipſam interemit, laudatur, quia finis talis occiſionis fuit vanagloria, vt caſta reputaretur.

Catu.

Vnde dum Catoni quadam die fuiſſet præſentatus miles cicatricibus plenus, qui adeò audax fuit, vt in quocūque bello nullus ad pugnam promptior illo, nullus ad perſequēdum inimicum facilior reperiretur, omnibus qui circumſtabant ſperantibus à Catone, ſummis laudibus extollēdū, Cato viſo milite, hæc in verba prorupit. Plurimum refert, virùm quis virtutem magni æſtimet, an vitam non magni faciat. Magna enim differentia eſt inter eum, qui virtutem magni æſtimat, & inter illum, qui vitam floccipendit. Heroicum opus eſt plus amare virtutem, quàm vitam. Vitam tamen fluccipendere ob aliud quidpiam, & non ob virtutem, res ſordidi, atq; deſpicabilis animi eſt. Aliud ad quod attendendum quatenus hi actus ſint recti eſt, ne error accidat, ſicut in repellendo contraria, ita, & in tolerando aduerſa, ſiuè error per exceſſum, vt eſt in repellendo contraria temeritas, in tolerando mala nimia ſufferentia cum obſtinatione, & ſinè neceſſitate: ſiuè per defectum, vt eſt in repellendo contraria ignauia, & timiditas, in tolerando aduerſa puſillanimitas, ſed de his fuſiùs aliàs. Nunc autem iam videndum eſt, quis iſtorum actuum ſit nobilior, & principalior. Hinc enim intelligemus, quod melior eſt patiens viro forti. Nam communis Politicorum, & Theologorum opinio eſt, quod principalior fortitudinis actus eſt, ſuſtinere, ſeu tolerare aduerſa, quam iiſdem reniti. Fundamentum eſt, quia virtus moralis eſt, vel circa paſſiones moderandas, vel circa actiones dirigendas. Cæteræ virtutes moderantur paſſiones, iuſtitia dirigit actiones, vt rectè fiant.

Itaque fortitudinis officium eſt moderari paſſiones, timoris, & audaciæ; ideò laudabilius. Quod autem ſit difficilius, ſic declaratur, quia in malo arduo futuro, (quod eſt fortitudinis obiectum) duo cōſiderari poſſunt, vnum quod ei per ſe conuenit, quod eſt euadere malum; alterum quod ei conuenit per accidens, ſi ſuperetur, (ſcilicet) aliquod bonum, vt victoria. Fortiùs autem mouet vnumquodque, ratione eius, quod ei conuenit per ſe, quàm ratione eius quod ei conuenit per accidens, cęteris paribus. Vnde, & ipſum terribile, quod eſt obiectum fortitudinis, fortiorem cauſat in appetitu reſolutionem à malo arduo, quod eſt timoris, quā inſurrectionem contra malum arduum, quod eſt audacię, atque adeò difficilius eſt moderare paſſionem timoris, quā audaciæ. Aggredi autem eſt actus fortitudinis, in quātum moderatur audaciam, ſuſtinere verò eſt actus eius quatenus moderatur timorem, vel triſtitiam de arduo malo. Malum enim arduum propter ſui præſentiam, rationem mali ardui non amittit, imò cæteris paribus magis eſt arduum præſens, quàm abſens, atque ita difficilius eſt ſuſtinere terribilia, quàm ipſa aggredi ob ſpem victorię, ſeu alicuius gloriæ, vel læſionis inimici obtinendæ, quæ aggrediens apprehendit, vt ſibi delectabilia. Et ſic dicit Philoſophus, quòd difficilius eſt triſtia ſuſtinere, quā à delectabilibus abſtinere. Præterea quęrit Philoſophus, qui nam exercitus ſit fortior, illenè qui aggreditur, an qui expectat inimicum in cāpo? & certū eſt, quòd loquitor de duobus exercitibus, quorum vnus non ſuperat alium numero, multitudine militū, fortitudine armorum, quia quando (exempli gratia,) vnus exercitus eſt quingentorum millium, alter quinquaginta, ſi minor exercitus expectat intrepidè maiorem, minor exercitus fortior eſt, quando verò vltra hoc, maior exercitus ſuperat minorem, tormentis bellicis alioque apparatu bellico, & tamen minor ei reſiſtere paratus eſt: tunc in minori exercitu non ſolùm maiorem fortitudinem, ſed particularem Dei prouidentiam adeſſe neceſsè eſt. Sed in iſto exemplo non eſt hoc, quod inquirit Philoſophus, ſed ſi duo exercitus eſſent æquales, quoad omnia, ita quod ſi iſte exercitus ſit triginta millium, alter ſimiliter, ſi in vno exercitu ſint 20. millia equitum, & 10. peditum, in altero ſimiliter; ſi vnus exercitus ferro armatus, alter ſimiliter, ſi vnus cum haſtis, alter ſimiliter, vter eorum ſit fortior, hoc inquirit, & reſpondet: quod ille qui expectat hoſtem, cuius hanc reddit cauſam, quia iam illi duo exercitus non ſunt æquales, ſed ille qui aggreditur ſuperat armis non materialibus, quia ponimus quod in hoc ſint æquales, ſed armis cordis, communiter cum dicitur, quod in bello cor pugnat; ſignum ergo eſt, quod cor habet arma; quæ autem ſunt iſta arma cordis? illa de quibus Poeta. *Furor arma miniſtrat*. Sic igitur dicit Philoſophus, quod exercitus, qui aggreditur armis ſuperat eum exercitum, qui expectat, quia ſuperat ira: nam ira in furore augetur, in quiete diminuitur, quia homo in motu accenditur, in quiete frigeſcit; ideò exercitus, qui aggreditur magis timendus eſt, cum ſuperet armis eum exercitum, qui expectat. Quia ergo exercitus expectans vincit hunc timorem, ideò fortior eſt. Exercitus quidem aggrediens audacior eſt, ſed expectans fortior: fortitudo enim non in audacia, ſed in animo intrepido, & maiorem timorem ſuperante conſiſtit. Rectè id dictum eſt; ſed non ineptè dixiſſet Philoſophus, eam ob cauſam quoque exercitum expectan-

E

3. Ethi. c. 1

Explicat ſententię, melior eſt patiens viro forti.

pectantem fortiorem eſſe, quia melior eſt patiens viro forti, excellentior eſt actus fortitudinis tolerare aduerſa, quàm aggredi difficilia: fortiores ſunt, qui trucidari non timent, præcipuè propter cauſam iuſtam, & honeſtam, quàm illi, qui aggrediuntur, vt mactent, & perdant.

Egregius miles Dauid, & rei militaris peritiſſimus, quē cæteri milites imitari deberent, idem quoque perfectiſſimus politicus, ſi interrogatus fuiſſet, tunc quando perſequebatur eum Saul, & hanc difficultatem ei propoſuiſſet. Vtrū maiorem æſtimaret fortitudinem illam, qua Goliath proſtrauit, an fortitudinem, qua munitus, tot aduerſa ab aduerſario Saul Rege illata tolerauit. Certè reſpondiſſet, quòd melior eſt patiens viro forti, magis gloriabatur fortitudine, qua aduerſa tolerauit Dauid, quàm illa qua hoſtes ſuperauit, & ideò cum in Pſalmo quinquageſimo ſeptimo, perſecutiones, & aduerſa, quæ patiebatur, Deo præſentaret, ſic il- Pſ. 57.
lum Pſalmum inſcribere voluit. *Ne diſperdas Dauid.* in Vatablus.
tituli inſcriptione, quod Vatablus ſic legit. Ne diſperdas inſigne aureolum Dauid inſcriptione Pſalmi, cum fugeret à facie Saul Regis Iſrael in ſpelunca. Conſuetudo fuit antiquis precipuis militibus, qui aliquid inſigne geſſerunt in bello conferre inſignia depicta in ſcuto, propterea enim in expeditione ad bellum, tyrones milites portabant ſcuta in
Virgilius. quibus nihil depictum erat ſicut teſtatur Virgilius. *Armaque inglorius alba.* Non erat apud hos cōſuetudo, quę nūc eſt ſucceſſione, & hæreditate inſignia accipere, ſed cuilibet, prout ſe geſſit in bello, tanquam ſingulare præmium, inſignia depicta in ſcuto nudo conferebantur. Hinc Hiſpani arcem, in qua inſignia depingūtur vocant ſcutum inſigniorum, fortè ab hoc antiquiorum more, modum loquendi ſumendo ad propoſitum noſtrum, cum Dauid fugeret à facie Saul, abſcondit ſe in ſpelunca, ad quam cum deſcendiſſet Saul, non eſt dubium, quòd commilitones Dauid pluribus rationibus eum inducerent, vt eum tunc occideret, quando in poteſtate ſua vitam eius haberet, ac ſic tandem aliquando illis tribulationibus, & perſecutionibus finem imponeret, ſed recordatus eſt Dauid legis diuinæ, recordatus eſt pietatis, & mandati Diuini, quo præceperat parcendum eſſe inimicis, etiam cum propria iniuria. Atque ita pepercit Saulí propter Deum: & obſeruantiam legis diuinæ, & non interfecit eum, hoc erat primum, & principale opus heroicū Dauidis depictum in ſcuto, quod vt non deleatur exoptat. Ne diſperdas (inquit) inſigne aureolum. Poterat quidem in ſcuto Dauid depingi caput Goliath, poterant depingi vrſi, leones, quos paſſim occidebat Dauid, poterant depingi exercitus Philiſteorum, & his ſimilia: nullam tamen horum fecit mentionem; quia nullum inſigne tanti ęſtimat, vt in ſcuto eius permaneret, quàm illud quod ex tolerantia aduerſitatum obtinuit, nimirùm fruſtum panni, quod abſcidit à veſte Saul, cum hac inſcriptione, propter Deum, quia nullum opus magis heroicum eſſe videtur, tum ex ſe, tùm etiam ex cauſa, ſeu fine qui eſt obſeruantia legis diuinæ, ſicut hoc ſi pepercīſſet inimico propter aliam cauſam, nempè, vt liber eſſet à perſecutionibus, vt eligeretur in regem, non eſſet ita excellens opus ſicut tunc cùm præciſè ob amorem in Deum ei pepercerit, ideò nec mirùm quod confidēter poſtulat à Deo, ne diſperdat inſigne aureolū eius. Quod verò dicit in inſcriptione Pſalmi, alludit ad conſuetudinem modernam, quia ſicut nunc videmus communiter, diſputantes apponere concluſionibus inſignia eius, cui concluſiones dedicantur, vel eius qui diſputat, ita Dauid dedicando Deo Pſalmos, videtur apponere inſignia, quæ declarant id, de quo in Pſalmo tractat, & quia in Pſalmo quinquageſimo ſeptimo, agit de perſecutionibus, & tribulationibus, quas patiebatur à Saol, ideò illud inſigne huic Pſalmo appoſuit, quod cum lateret in ſpelunca acquiſiuit. Hoc ergo inſigne aureolum, quod illi Pſalmo appoſuit, ne deleatur poſtulat, quia inter egregia opera eius, hoc erat præcipuum, quod ita patienter tolerauerit aduerſa, & pepercīſſet Saul, tunc cū illum interimere potuiſſet.

Multa in Sacra Scriptura reperiuntur exempla, plurimi reperiuntur Sancti, qui egregia inſignia propter actum fortitudinis intrepidè aggrediendi aduerſa obtinuerunt; Sam-
Iudic. 14. v. 14. ſon vicit leonem, obtinuit igitur pro inſignibus leonem in campo viridi, cum tali inſcriptione. *De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo.* Pugnauit Ioſue contra aduerſarios Dei, & pro armis accepit Solem, cū inſcriptione. *Obediente Deo voci hominis.* Sed tot aliis plures reperiūtur, Ioſue 10.
qui propter altum fortitudinis actum, ſcilicet tolerantiā ad v. 14.
uerſitatum, tanquam finem honeſtum, glorioſiſſimis armis delati ſunt, & victoriam in pugna mortem tolerando obtinuerunt. *Quia melior eſt patiens viro forti.* Prima pugna quæ fuit in mūdo fuit inter Abel, & Cain, vicit Abel per patientiam, & tolerātiam mortis, ideò obtinuit inſignia in cāpo rubro cum tali inſcriptione. Plurem hoſtiā obtulit Abel, Hebr. 11.
quàm Cain. Succeſſit alia, in qua pugnauit Noe, cum fluctī v. 4.
bus maris, vicit per patientiam, & obtinuit inſignia, nempè vnam columbam cum ramo oliuarum in campo cæruleo, cum tali inſcriptione. *Sanabit iterum Sapientia per contem-* Sapient. 10
ptibile lignum iuſtum gubernans. Pugnauit iterum Ioſeph v. 4.
in Ægypto poſitus in carcere, & ideò obtinuit inſignia pallium, quod reliquerat in manu adulteræ, in campo cādido cum tali inſcriptione. *In medio ignis non ſum æſtuatus.* Pu- Eccli. 51. v. 6.
gnauit Moyſes in Ægypto, & ideò obtinuit inſignia Coronam, & Sceptrū, ſeu virgā qua miracula faciebat in campo aureo, cum tali ſubſcriptione. *Aſpiciebat enim in remunera-* Hebr. 11.
tionem. Hi & alij plures fuerunt milites egregij veteris teſta v. 26.
menti, qui ex tolerantia ad ampliſſimum glorię gradū peruenerunt. Nec minus animoſi in nouo teſtamento reperiūtur milites, ſancti Martyres, varijs armis ditati, propter tolerantiam martyrij. An non egregius miles S. Petrus, & ſtrenuus contra portas inferi, quæ non præualuerunt? ideò accepit ipſe, & ſucceſſores eius inſignia, rete expanſum in mari, cum tali inſcriptione. *Piſcator hominum.* An nō egregius Math. 4. v. 19
miles D. Paulus? ideò accepit inſignia equum proſtratū in campo, cum tali inſcriptione. *Viuo ego iam non ego.* An nō Galat. 2.
egregius miles D. Laurentius, cuius arma propter toleran- v. 20.
tiam paſſionis eſt craticula. Cum inſcriptione. *In craticula te Deum non negaui.* An non egregius miles D. Stephanus, & alij Martyres, qui palmis, & coronis, quas ex tolerantia martyrij reportarunt, nunc in cęlis lętantur, & gloriantur. Imò Sacra Scriptura non vł attribuere premium, & coronam aggredienti ardua, aut lædendi aduerſarium, ſed patiēter toleranti aduerſa. *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quo-* D. Iacobus
niam cum probatus fuerit accipiet coronam vitę. dicit D. Ia- c. 1. v. 12.
cobus. Arma Chriſti Domini eſt crux in campo cādido cū inſcriptione. *Ibi abſcondita eſt fortituda eius.* Per quid autē Habac. 3.
hæc arma obtinuit Chriſtus, niſi per tolerātiam paſſionis? v. 4.
qui cum eſſet candor lucis æternæ, per crucem, & paſſionē ſaluauit mundum, vicit diabolum, peruenit ad triumphū. Ideò *melior eſt patiens viro forti,* ſed abſcondita eſt hęc fortitudo ab oculis mundi, quia difficilè vident, quomodo is, qui multa aduerſa patitur fortis dici poſſit? videtur enim iſte eſſe inferior eo, qui ipſum perſequitur, & quaſi pedibus conculcat, ſed inferior non eſt inquit Diuus Au- D. Auguſt.
guſtinus, qui quamuis corpore multa ſuſtineat in terra, corde tamen in cęlo fixus eſt, anchora amoris Dei, magis quā nauis inter medios fluctus; mundus fortiores iudicat, qui vincunt lædendo.

Ad hoc propoſitum poteſt hic referri illud, quod ſcri-
bit Plutarchus de Themiſtocle; cui cum oblata fuiſſet a- Plutarchus.
nis, multis vulneribus affecta, & interempta ex pugna cum aduerſario, quæ tamen ſic vulneribus onerata non ceſſauit à pugna, ſed vſque ad mortem pugnauit. Reſpondit Themiſtocles, da mihi potius eam, quæ vſque dum necet pugnat, ſic homines mundani laudant illos, qui pugnant quouſque mactent, & lædant: quia potiùs vtilitatem, quæ indè ſequitur, quàm virtutem perpendunt. Illos autem, quos Deus, Eccleſia, & Sacra Scriptura ob malorum tolerantiam canonizat, miſeros reputant; cur ita? quia hæc fortitudo eſt abſcondita. Nec mirùm, quia & Angelis ignota: Chriſto Domino triumphante, & limbum ſubeunte, cum dicerent. *Aperite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ, & introibit Rex gloriæ,* interrogarunt Angeli. *Quis eſt iſte rex gloriæ,* quibus reſponſum eſt. *Dominus fortis, & potens in prælio,* qui nimirum mortem tolerando ſuperauit, mundumque, & diabolum, conculcans pede victrici peruenit ad triumphum, quo audito mirabantur Angeli nimium, quis nā fuerit iſte fortis, dicentes intra ſe nouimus Alexndrum

Digitized by Google

Magnum fortem, nouimus Cæſarē, & alios, ſed nullus iſtorum tam fortis erat, quia illi erant fortes, & potentes in re-
Cromerus. pellendo aduerſa, Chriſtus in tolerādo; ex hac fortitudine commendatur Sigiſmundus I. Polonorum Rex, qui ad ſectionem digiti pedis ſacro igne inflammati, nihil erat planè commotus. Commēdatur item Ioannes Vulodicus. Nā cum circa annum MCCCCXXXIX. Tartari Podolios, aut victos profligaſſent: accidit, vt Ioannes Vulodicus gente Sulimæus, multis vulneribus confectus inter cadauera iacens, a victoribus deſpoliaretur, quo in caſu ita compreſſit vitalem ſpiritum, vt cum barbarus caligas de pedibus eius non ſine vulnere reſcinderet, digitumque cum annulo præcideret: tamen nullam doloris atque ſenſus ſignificationē
Cromerus lib. 21. ediderit, qua tandem incredibili patientia vitam ſeruauit. Sed nos Apoſtolos, Martyres, Sanctos, præcipuè D. Ioannē, qui hodiè in tolerandis vinculis, & carcere perfectus extitit, & ipſum Sanctorum caput Chriſtum Dominum imitari decet, ſi in hac virtute, & perfectiſſimo actu eius excellere deſideramus, vt tandem in præſenti vita Dei gratiam, & in futuro Dei gloriam obtinere valeamus. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ Tertiæ Aduentus.
De Contritione.

Ioā. 1. v. 23. *Dirigite viam Domini.*
Eccl. 5. v. 5. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas miſeratio Domini magna eſt.*

A QVAESTIO mouetur à Theologis. Quiſnam plus debeat Deo, vtrum innocens, an peccator pœnitens? Produxerat Deus in illo ſacro paradiſi palatio in quo hominē creauerat, innocentiam, quamque primo homini dederat ſociam, à qua, in illo fęliciſſimo ſtatu, innumerabilia in hominem redundabant beneficia, & ornamenta. Nam præter dotes animæ, & virtutes; præter potentias perfectiſſimas, intellectum, voluntatem, memoriam; præter ſcientias, tàm Speculatiuas, quam practicas quibus in illo ſtatu homo à Deo exornatus fuit, præter inclinationem in omne bonum, & naturalem à malo auerſionem, illud ſpeciale fuit, quòd ſtante innocētia, non accidiſſet mors, ſed quilibet translatus fuiſſet in paradiſum, antequā fuiſſet aliqua infirmitate debilitatus, vel ab aliquo extrinſeco corrumpente ſublatus. Neque enim in illo ſtatu mortuus fuiſſet homo morte violēta, neq; per ſubtractionem alimenti, neq; ex indiſpoſitione ab extrinſeco cōtinente. Nā neq; ab aliquo animali recepiſſet nocumētū, ſtante ſtatu innocentiæ, quia oīa animalia fuiſſent homini mitia, & amicabilia, vel ſaltē non inimica; nec ab Angelo malo; quia Deus cōſeruaſſet eū, neq; ēt ab aliquo homine malo, & ſic non fuiſſet mortuus morte violenta. Nō fuiſſet ēt mortuus per ſubtractionē nutrimenti, ſtāte vniuerſali innocentia, alias n. ſubtrahentes fuiſſent nocētes. Nec deniq; per continens extrinſecum paſſus fuiſſet aliquē defectum: quia nec ignis, qui directè corrumpit, qđ cōtinet, nec aqua, aut terra, quæ prohibent quod neceſſarium eſt ad vitā, nēpè inſpirationem, & reſpirationem, & iō ſubitò auferunt vitā quia ſtante innocentia non expoſuiſſent ſe periculis; aliter. n. fuiſſent nocentes: nec aer eis nocere potuiſſet, regionis intemperatæ, qui paulatim, & non ita ſubitò, ei quod continet infert mortem; quia fuiſſent in paradiſo vbi eſt aer temperatiſſimus. Tantæ fælicitatis ex innocentia prouenientis memoria, hodiè animū hominū lætificat; ita vt ēt excellentiſſimi homines in mundo eius nomē ſibi imponere voluerint, aliqualē memoriā fęliciſſimi illius ſtatus, in ſe retinere volentes, ex quibus fuerunt plures ſummi Pontifices, qui nomen ſibi Innocentij aſſumebant; ſed (proh dolor) in ſua tenera ætate mortua eſt innocentia, extincta eſt per peccatū hominis, perijt generatio eius, dos quam cū illa primus homo pro ſe, & poſteritate ſua acceperat, illa moriēte, ab Adā repetita eſt, non ſecus, atq; moriente vxore ſine prole, dos omnis à viro accipitur. Quare pauperrimus remāſit homo, omnibus bonis quibus ex innocentia diues erat, ſpoliatus. Omnia bona Seraphin à Deo in paradiſum expeditus cōfiſcauit, Adamū ex paradiſo eiecit, & tanq̃ iniquū poſſeſſorē omnib. priuauit. Sed benigniſſimus Deus exhibuit his ma- B
lis remedium. Produxit pęnitentiam, quantùm ad aliquid ſimilem innocentiæ; quia (vt inquit Seneca) Quem pec- Seneca Co-
caſſe pęnitet, pœnæ innocens eſt. Quantum verò ad alta, med. 8.
multò diſsimilem, & differentem ab innocentia, triſtē, melancolicam, quæ pro ſtemmatibus habet flagella, veſtes aſperas, ieiunia, afflictiones, &c. Nihilominùs tamen dedit eam Deus homini ſociam, cum qua multa illi dedit, & promiſit bona, vt reſtitutionem in ſtatum fęliciorem multo, quàm fuerit ſtatus innocentiæ. Hæc Deū homini facit amicum ſicut, & innocentia. Hæc aufert peccata, recōciliat hominem Deo. Hæc viam Domino præparat, & dignū Deo
habitaculum, *rectas facit ſemitas Dei noſtri.* ſm̄ Iſaiam. Hęc Iſaia 4. v. 3.
dirigit viam Domini, vt inquit hodiernū Euangeliū. Et iō Ioan. 1. v. 23
iurè meritò, quærunt Theologi, quod maius ſit beneficium C
Dei, & quis plus teneatur Deo, Innocēs, quē Deus ab omni peccato pręſeruauit, qui habitationē cordis ſui nunq̃ ita maculauit, vt eſſet in ea id, quod Deū hoſpitē offenderet. An verò pęnitēs peccator, qui per pęnitentiā, viam Deo pręparat, maculas omnes, quibus tantus hoſpes offendi poſſet dolore, & lachrymis extergit? Et reſpōdent communiter, quòd innocens maiora debet Deo, peccator autem pęnitens plura. Vt igitur tantò melius hoc beneficium percipere, & facilius de peccatis dolere poſsimus, memores illius doctrinæ
Eccleſiaſtici. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, de Eccleſ. 5. v. 5
contritione erit hæc inſtitutio.

Quamuis. n. nullus dubitet, quod magna eſt miſericordia Dei, monet tamen Eccleſiaſt. non eſſe dicendum, miſericordia Domini magna eſt multitudine peccatorum obrutū miſerebitur. Miſericordia enim, & ira citò ab illo approximant, & in peccatores reſpicit ira illius: quæ ne in nos deſcendat, de peccatis dolendum, & pœnitendum eſſe partis pęnitentiæ contritionis virtute, auxiliante Dei gratia nobis
perſuadendum eſt. Pœnitentia, vt à deſcriptione nominis D
exordiamur, varia ſibi vendicat nomina, ab effectu, quem in anima operatur, deſumpta. Quandoque vocatur amari-
tudo, iuxta illud Regis Ezechiæ. *Recogitabo tibi omnes an-* Iſai. 38. v. 15
nos meos, in amaritudine animæ meę. Mirùm ſane eſt, quod in Cāt. Reg.
velit recogitare omnes annos in amaritudine. Sic. n. diceret Ezech.
aliquis omnes annos vitæ eius fuiſſe amaros, nonnè etiam aliqua tempora læta fuerunt? Siquidem ita à Deo inſtitutum eſt, vt vita noſtra nec tota in amaritudine, nec etiam tota in lętitia, ſed in amaritudine permixta lætitiæ pertrāſeat, quomodo ergo ſine vlla exceptione omnes dicit dies fuiſſe amaros? Fortè propterea, quia qui agitur pęnitentiam, totum ſtomachum animæ repletum habet amaritudine. Et ſicut infirmus amaritudinibus repletum habēs ſtomachum, omnia reputat amara, & dulciſsima quæque abſinthium ſibi eſſe videntur: ita pęnitens plenus triſtitia, omnia reputat amara, vt virtute huius amarę pęnitentię, à multo maiori amaritudine peccatorum liber eſſe poſsit. Vnde, & libenter recogitat peccata cum amaritudine, quia hæc amaritudo eſt medicina purgans nociuas amaritudines peccatorū. Amaritudo eſt pęnitentia, ſed dulcis amaritudo, quia ex hac amaritudine reſultat ſalus, & dulces lachrymæ, quæ conuertuntur in gemmas. Fœlix ille cinis, quo aſpergitur caput, qui conuertitur in diadema gloriæ, fœlix illud cilicium, & veſtes aſperæ, quæ conuertuntur in togam vitæ æternæ. Vocatur etiam pęnitentia planctus peccatorum,
iuxta illud Diui Ambroſij. *Pęnitentia eſt præterita pec-* Diu. Ambr.
cata plangere, & plangenda iterum non committere. In apud D. Th.
his duobus hic planctus conſiſtit, quod autem illorum 4. Sen. d. 14.
magis ſit de eſſentia pęnitentiæ diſputant Theologi; quidā aſſerunt magis principale officium pęnitētiæ eſſe præterita plangere, alij verò docent præcipuum eius officium eſſe, plāgenda non committere. Illud certiſſimum eſt, quod pęnitentia eſt ſimilis imagini, ita artificiosè depictæ, vt quocunque

ta verias,ſiue ad hoc,ſiue ad illud latus,ſemper videatur te
diametraliter inſpicere,ita pęnitentia reſpicit,& præterita,
vt de illis doleat,& futura,vt ab illis caueat. A quibuſdam aũt
dicitur fulmen ſpirituale,propterea quod citò ſonat in ani-
E ma. Refert Plutarchus,quod Apelles depingebat Alexan-
Plutarchus. drum fulmen tenentem in manu, propter celeritatem ni-
miam in rebus gerendis. Communiter dicitur, quòd qui
audit tonitruum non timeat fulmen; quia prius fulmẽ per-
cutit, & lædit, quàm tonitruum audiat licet auditui noſtro
aliter accidere videtur; ſed experientia ipſa id nos edocet,
nam priùs exploditur bombarda, quàm ſonus illius audia-
tur,priùs qui cedit ligna in ſyluis,percutit lignum,quàm ſo
nus percipiatur; ſic pœnitentia ſolo propoſito efficaci velle
determinatè Deo ſeruire,& amplius Deum non offendere,
aufert,& tollit peccata,adipiſcitq; victorias multò celeriùs,
Alexander. quàm Alexãder Iulius Cæſar pro ſigno magnæ victorię ha-
Iulius Cęſar buit illas tres dictiones,veni,vidi, vici. Multò meliùs potuit
David pro ſigno maximæ victoriæ illud vnicum verbum,
2.Reg.12.13 *Peccaui*,vſurpare. Sic igitur vnico verbo ex intimis cordis
F penetralibus prolato,delentur peccata,& non ſolũ vno ver
bo debitè prolato,ac ex intimo cordis dolore, ſed etiã ipſũ
Pſal.31.v.5. propoſitum illud proferẽdi tollit peccata,iuxta illud. *Dixi:*
confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino,& tu re
miſiſti iniquitatem peccati mei; vbi innuit peccatũ ei remiſ-
ſum fuiſſe,ob confeſſionem futuram, ſeu propoſitum confi
tendi: nam cum ait,*Dixi*,idem eſt,ac diceret propoſui,quia
proponere,ſeu determinare eſt dicere ipſius animæ, ſermo
enim animæ eſt cogitatio communiter loquendo. Dẽt ĩn ta
le propoſitum,& decretum eſſe ita immutabile,vt de eo ve-
rè dici poſſit. *Dixi*,vt correſpondeat immutabiliter cogita-
tioni,& propoſito opus. Debet hoc verbum. *dixi*, ita effica-
citer proferri à pęnitente,ſicut prolatum fuit à Deo in prin-
Geneſ.1.3. cipio mundi. *dixitq; Deus fiat lux,& facta eſt lux*,ita ſi pec
cator dicat ex intimo dolore peccaui,ſtatim effugiunt tene-
bræ,& lux illuminat cor,& conſcientiam eius.

Vocatur etiam pœnitentia medicina,quæ medetur infir
mitatibus animæ,ſanat morbos conſcientiæ, vt in ſequenti
inſtitutione dicetur. Sed nullum nomen ſibi magis propriè
vendicat pęnitentia,ſicut hoc,quod ſit contritio, & dolor,
hoc enim nomen deſumitur ex definitione illius, quæ com-
D.Bonau.In muniter à Theologis ſic traditur.Contritio eſt dolor volun
4.ſent. d.16. tariè aſſumptus,pro peccatis,cum propoſito confitendi,&
q.1.art.1.p.1 ſatisfaciendi. Dicitur in primis dolor,non tamen qualiſcun
que,ſed dolor voluntariè aſſumptus,ſeu dolor volũtatis,nõ
dolor ſenſus,ſeu ſenſualis, cuius effectus proprij ſunt gemi-
tus,& lachrymæ. Et licet multoties hi effectus ſunt ſigna do
loris interioris voluntatis,non ſunt tñ certa,& infallibilia ſi
gna,quia põt fieri quod plangat peccata ſine vllo dolore vo
luntatis,alius aũt licet flere non poſſit,multũ tñ dolet. Itaq;
nec dolor ſenſitiuus,nec eius affectus, ſeu effectus ſunt pro-
priè pęnitentia;ſed dolor voluntatis,ita vt nullus lamentari
poſſit,quod pęnitere non poſſit,licet.n. non poſſit aliquan-
do flere,ſufficit quòd doleat ſe peccaſſe aliquando,ita quod
ſi rediret nũc illud idem tempus,quo Deum offendit, Deũ
non offenderet,pro quacunque re temporali, pluris exiſti-
mando tranſgreſsionem mandatorum eius, quàm quam-
cunque propriam vtilitatem, aut quodcunque damnum.
Debet etiam hic dolor eſſe propter Deum, ſeu quod offen-
deret Deum,non propter pęnam, quam meretur peccatũ,
aut propter damna, quæ ſequuntur ex peccato: nam licet
hic dolor ſit aliqualis de peccato,non eſt tamen dolor per-
H fectus;& ideò cõmuniter à Theologis multiplex aſsigna-
tur: eſt enim contritio vitioſa: eſt contritio laudabilis qui-
dem,ſed imperfecta: eſt etiam contritio, & laudabilis, &
perfecta: contritio vitioſa eſt, cum quis extrinſece videtur
pęnitere,verè tamen non pęnitet,ſine dubio non reprehen-
duntq; ſigna extrinſeca pœnitentiæ,ſed illa ſola nõ ſufficiunt.
Contritio imperfecta communiter vocatur attritio,ex qua
tamen (vt communiter fert Theologorum doctrina) fit
quandoque contritio, cum attritio initium ſit contritionis,
In 4.diſt.4. quod ex ſubtiliſsimo Scoto conſtat,dum inquit. Diſpoſitio
q.2.art.2. præuia ad deletionem peccati eſt actus informis, id eſt ſinè
gratia,& charitate abſq; ipſa namq; ſola gratia dicitur actus
formatus: illud verò q concomitatur deletionẽ peccati, eſt
actus formatus; nempè gratia: in illo ſiquidẽ inſtãti,in quo
peccatum deletur, gratia ineſt. Sed antequam procedamus
ad maiorem declarationẽ huius materiæ,declaremus prius
naturam contritionis,& attritionis: contritionis perfectæ,
& imperfectę,& quæ differentia eſt inter vtramque; hæcq;
ex ſimilitudine à qua nomen accepit contritio mõſtremus.
Sicut enim conteri dicitur, cùm aliquid in minutas partes
comminuitur,& quaſi annihilatur, frangi autem, quando
in magnas partes diuiditur: ſic metaphoricè dicitur durũ
cor hominis,quàm diu diuinæ inſpirationi, quaſi manui ſe
tangenti non cedit (veluti durũ eſt,quod non cedit tactui)
ſed obſtat;id eſt dum in affectu peccandi moratur. Conte-
ritur autem,quando affectus peccati ſecundum omnem ſui
partem in eo totaliter deſtruitur, ideſt, quando voluntas
perfectè recedit à culpa. Frangitur autem quando reſipi-
ſcere ſolùm incipit,quamuis nondum totaliter cõuertatur,
& id dicitur atteri & non conteri.

Ex quo colligitur, quod differt contritio ab attritione in I
duobus. Primò quia attritio eſt dolor imperfectus, contri-
tio verò perfectus. Secundò attritio eſt dolor ſine gratia
gratum faciente,contritio verò non eſt ſine gratia. Itaque
contritio,& attritio materialiter idem ſunt, ſicut domus ob
ſcura,& illuminata: attritio quippè eſt lux auroræ,quę cre-
ſcendo fit meridies. Sicut vt docet D.Bonauentura. Duobus In 4.diſt.16
modis homo conteritur, vel per ſuperius eleuans, quæ eſt art.1.qu.1.
ſpes veniæ,ex conſideratione diuinæ miſericordiæ; vel per
deorſum deprimens,quod eſt timor pęnæ,ex conſideratio-
ne Diuinę iuſtitię. Sed ad maiorẽ elucidationẽ huius paſſus,
adducẽda hic vr̃ doctrina Scoti de attritione;qui imprimis In 4.diſt.14
dicit. Quod peccator in peccatis exiſtens,id eſt in obligatio- q.2.art.2.
ne ad pęnam (non.n. remanet in peccatore aliquid abſolu-
tum,aut relatiuum,poſitiuũ vel priuatiuũ,à quo dicatur pec
cator à tempore ceſſationis actus; vſq; ad pęnitentiã: ſed tñ
modò quædã relatio rõnis,in quantum eſt obiectũ intelle-
ctus,& voluntatis diuinę,quia poſtq̃ peccator cõmiſit pecca
tũ,Dei voluntas ordinat illũ ad pęnam correſpondentẽ pec
cato) põt ex naturalibus cũ communi influentia,conſidera-
re peccatũ cõmiſſum,vt offenſiuũ Dei,vt cõtra legẽ diuinã,
vt auerſiuũ à Deo,vt impeditiuũ p̃mij, vt inductiuũ ſuppli-
cij,& ſub multis talib. rationib. ſub quib. omnib. vel ſub ali-
qua illarũ voluntas,peccatũ ſic cõſideratũ, põt deteſtari,&
ille motus põt conſiderari,& intendi ante infuſionẽ gratię.

Secundò dicit Scotus. Iſta deteſtatio põt eſſe totaliter cir K
cũſtantionata,circũſtantijs moralibus debitis,non.n. eſt ne
ceſſe,vt poſt peccatũ remanens actus diſplicentię,careat cir
cumſtãtijs moralibus: põt ergo eſſe circũſtantionatus circũ-
ſtantijs,& iſtũ motũ diſplicentiæ vocat Scotus attritionẽ, & Scotus.
diſpoſitionẽ de congruo,ad deletionẽ peccati mortalis,quã
quidã deletio ſequitur in vltimo inſtanti alicuius tẽporis,in
quo iſta attritio durauit. Idẽ inquit. Si iſta attritio nõ eſt cir
cũſtantionata moraliter perfectè,ſed caret aliqua circũſtã-
tia debita,& conſideratione intellectus,vel omiſsione volũ
tatis,quo ad illã circumſtantiã,non eſt certũ, ſed dubiũ
ingens,an Deus velit eã eſſe diſpoſitionẽ ſufficientẽ ad iuſti-
ficationẽ: ſin aũt eadẽ attritio ſit inordinatè circũſtantio-
nata,nõ eſt diſpoſitio ad iuſtitiã,quia tunc eſt actualiter of-
fendens. v.g. eſt peccator,qui habet diſplicẽtiã de omnib.
peccatis ſuis,ſed præter hoc non vult dimittere cõcubinam,
vel odiũ,vel rẽ alterius,& huiuſmodi,ſi retinet aliquid iſto-
rũ,cũ ſit actu offendens,talis attritio non eſt ſufficiẽs ad de-
letionẽ peccati,quia actu ponit obicẽ. Inſuper ait qđ ſi eſt at L
tritio perfectè circũſtãtionata in genere moris, vt̃ omninò
diſpoſitio ſufficiẽs ad iuſtitiã ſeu iuſtificationẽ,in termino il
lius attritionis acquirẽdã,quẽ Deus præfixit debere eſſe ter
minũ illius motus attritionis,quẽ vſq; tunc vult continuari.
Itaq; nulla põt eſſe facilior diſpoſitio, & ſufficiẽtior ad iſtã
iuſtificationẽ,q̃ attritio perfectè circũſtantionata in genere
moris,& tũc ſi in vltimo puncto,vel in aliquo,qđ Deus de-
terminauit attritio durat,eſt meritũ de cõgruo,vt infunda-
tur gratia,pp iuſtificationẽ adipiſcendã,atq; tũc ſimpliciter
deletur peccatũ: & ſi manet idẽ motus contra peccatũ in eſ
ſe naturæ,& in eſſe moris, qui prius,tũc idẽ motus,q fuit at
tritio in illo inſtanti fit cõtritio,quia in illo ſigno cõcomita-
tur gratia,ſeu charitas,quæ eſt forma ſupernaturalis actus.
Exẽplũ omnium iſtorũ ſit. Aliquis offendit regẽ,& vellet eũ ſi-
bi recõciliari,hic talẽ dẽt ſeruare ordinẽ, primò conſideret
grauitatẽ offenſæ in regẽ factæ: ſecũdò valdè deteſtetur,ſeu
diſplicentiam habeat de offenſa: quæ inſuper diſplicẽtia ſit

E 2 debitè

debitè circumſtantionata: primò circumſtantia cauſę, vt ſcilicet merè, liberè, & nullo modo coactè fiat. Secundò circũſtantia obiecti, ſ. quod talis diſplicentia ſit de genere boni. Tertiò circumſtãtia finis, ſcilicet amore regis, quẽ offendit, & non timore. Quartò circũſtantia modi, ſeu formæ, vt. ſ. talis deteſtatio debitum modũ teneat. Et ſi rex omninò diſpoſuiſſet, ſe nullo modo remittere offenſam, niſi præcedat talis diſplicentia. & per vnũ diẽ continuetur: certũ eſt, ſi iſte continuaret talẽ diſplicentiã debitè circumſtantionatã per diẽ, quòd rex in termino illius diei; remitteret ſibi culpam. Si etiã diſpoſuiſſet non remittere iniuriam, ſiue culpam, niſi conferatur ſibi tale, & tale donum, tunc ille motus diſplicẽtiæ, durans vſque ad vltimũ inſtans illius diei dicetur Attritio de congruo, diſponens ad deletionem peccati, ille idem motus ſic continuatus, conſideratus cũ illo dono dr̃ contritio, quæ hactenus dicebatur attritio; Sic in propoſito peccator exiſtens in peccatis quantũcunq; enormibus, cognita re cum cõmuni influentia, quòd peccatum ſit offenſiuũ Dei, poteſt illud conſiderare ſub illis conditionibus, & ſtante tali conſideratione, intellectus dictat voluntati, vt illud cũ debitis circumſtantijs deteſtetur. Et ponamus quod Deus talẽ diſplicẽtiam diſpoſuerit durare per horam, & in vltimo inſtanti illius horę vellet delere culpam, ac conferre gratiam, tunc dico, quod ſi diſplicentia illa ſit circumſtantionata, & duret per horam illa tota diſplicentia durans, vſque ad inſtans vltimum illius horæ dicitur attritio, & in illo puncto in quo gratia infunditur, dicitur contritio, ob ſuperuenientem gratiam; imò etiam ſi diſplicentia illa duraret per annum, & non eſſet ibi gratia diceretur attritio: habita vero gratia nuncuparetur contritio. Neque tamen eſt intelligẽdum, quòd ipſa gratia informet illam diſplicentiam, non enim infunditur in illam et operatione, ſed in voluntate: atque ſit quando voluntas deteſtatur peccatum, & habet de illo diſplicentiam, ſi non habet gratiã, tunc diſplicẽtia talis durans per horam dr̃ attritio, & voluntas habẽs talẽ diſplicentiam, nominatur attrita, in vltimo autem inſtãti in quo gratia infunditur ipſi voluntati, informando illam, tunc talis diſplicentia in voluntate appellatur contritio, quia eſt in voluntate habente, gratiam, & ipſa voluntas tali gratia, ac diſplicentia informata; dicitur iam contrita.

M Sed quanta debet eſſe iſta attritio, vt ſit ſufficiens præuia diſpoſitio, ad infuſionem gratiæ, & deletionem culpæ? Si quæras quanta eſſe debet, id eſt quantùm debet durare, inferiùs dicam, quòd ſi quæras quanta eſſe debet quò ad intẽſionem, ad hoc reſpondet Doctor ſubtiliſſimus. Quod iſta attritio poteſt eſſe quinq; modis, & quilibet eſt ſufficiẽs ad delendum culpam, & ad habendam infuſionem gratię. Primò modo ſi aliquis ex memoria peccatorum, & pro eorum diſplicentia pateretur, & ſufferret pęnam, vel calumniã, vel detrimentum in corpore, vel diuitijs &c. & hoc liberè ex amore Dei, quem offendit, & debito modo: tunc talis ſufferẽtia, ſi duret per tale tempus ordinatum à Deo, per totum illud tempus dicitur attritio, ſufficienter diſponẽs de cõgruo ad peccati deletionem, poſt infuſionẽ verò gratiæ, & in eodem inſtanti quo gratia infunditur, tota illa tolerantia, dicitur contritio. Secundò libenter acceptare pęnam directè pro peccato illo, quod commiſerit inflictam. Nam ſi illa acceptatio duret, vt ſupra, eſt attritio de congruo diſponẽs, habita gratia dicitur contritio. Ad hæc poſito, quòd non poſſet patienter tolerare, nec libenter acceptare, tamen diſplicet ſibi valdè Deum offendiſſe, ad quam diſplicentiã ſequitur dolor, talis diſplicentia durans per tempus, &c. vt ſupra, eſt attritio, adueniente gratia fit contritio. Præterea poſito, quòd nullus ſequatur dolor de peccatis, ſi voluntas tantùm illud ipſum deteſtetur, & doleat, quòd de ipſo dolere non poſſit, certum eſt talem diſplicentiã non concomitante dolore, ſi duret vſque ad tempus præfixum, dici attritionẽ, habitaque charitate, dici cõtritionem. Poſtremò, poſito quòd nullum ſupradictorum poſſet eſſe in voluntate, nihilominùs ſi voluntas eum omnibus circumſtãtijs debitis imperet intellectui, vt conſideret peccata cum omnibus conditionibus ſupra dictis, & imperet ſibimet, vt nolit peccare, vel diſpliceat peccaſſe, & tamen non poſſet ſentire talem dolorẽ, vel diſplicentiam quoquo modo (quia ſicut intellectus, vt ait Scotus conformatur parti ſenſitiuæ in nobis, ita appetitus intellectiuus, appetitui ſenſitiuo, quantùm ad faciliter condelectari, & contriſtari. Cuius ergo appetitus ſenſitiuus, nõ poteſt triſtari vel dolere, eius voluntas non facilè triſtatur) in hoc caſu ſi talis actus voluntatis imperatiuus duret vſque ad tempus præfixũ à Deo, eſt verè attritio, & diſponit de cõgruo, &c. & adueniente gratia, ille actus imperatus cum ſit gratia formatus, dicitur contritio, licet (vt dixi) alius dolor non ſequatur: & hæc eſt via facillima ad ſalutẽ, quã Scotus ſubtiliſſimè ponit, & opinio eius eſt tutiſſima. Quã quidam Magiſter omni doctrina, & morũ integritate ornatiſſimus dum iam in extremis decumberet, ſic approbauit, loquẽs. Si non eſſet opinio Scoti, nũc morerer deſperatus, quaſi velet dicere, quod opinio Scoti, eſt ita tuta ad ſalutẽ, vt niſi deſperaret peccator de peccatis ſuis, omninò obtineret veniã à Deo pro peccatis ſuis, tenendo modũ, & viam à præfato doctore aſſignatã. Qm̃ autem frequenter diximus, talẽ diſplicẽtiam debere durare per tẽpus præfixũ à Deo, in cuius puncto vltimo infunditur gratia; vellẽ vtiq; ſcire (dicet aliquis) de illo puncto, in quo gratia infunditur, & attritio fit contritio. Dico id nequaquã ſciri poſſe, ſiquidẽ arcanũ Dei eſt: noli tñ deſperare, cũ hoc habeamus pro certo, ꝙ in Sacramento conferatur gratia, ideò etiam habens eiuſmodi diſplicentiam, cum propoſito recipiendi Sacramentum pęnitentiæ, & benè confeſſus certus eſt, ſe in Sacramento illu receptiuum gratiam, per quam attritio fit cõtritio. Et Deus benedictus, (vt doctè inquit Scotus) diſpoſuit vniuerſaliter, & de hoc Eccleſiã certificauit, qd̃ ſuſcipienti tale Sacr̃m, ipſe paratus ſit conferre effectũ ſignatũ, id eſt gratiã. Hoc ergo modo declaratur cõtritio à Scoto doctore ſubtiliſſimo. In 4. diſ. 14. in reſponſione ad primum principale.

N Sed iam de cacumine montium deſcendamus, & vſque ad pedem montis progrediamur, vbi ſalutaria anidota hęc addiſce. Primò ſi potes habere dolorẽ, & amaritudinem de peccatis tuis, quæ amaritudo ſequitur deteſtationẽ peccatorũ; ac inſuper hic dolor eſſet, ita magnus, vt lacbrymæ ẽt ꝓrumpant tibi ex oculis: tunc profectò eſſet cõuenientiſſima diſpoſitio ad gratiã: quòd ſi talẽ dolorẽ habere non poſſis, de hoc ſaltẽ doleas, quia dolere, vt par eſt non potes. Nã aliqñ accidit quempiã committere tale peccatũ, ex quo hẽt delectationem, vel commodũ tñ, vt non poſſit dolere de eo; imò qñque propter delectationem ſenſuum, & volũtas hẽt quandã complacentiã; puta ſi fuerint peccata carnalia, vel natus eſt filius de adulterio: & in hoc caſu, & ſimilibus, ſi nõ potes dolere de delectatione, & cõmodo, nec de filio genito, pp hoc non es extra ſtatũ ſalutis, ſi modò doleas, ꝙ dolere non poſsis, licet. n. (vt diximus) ſi dolere poſſes, eſſet bonũ & quantò maior dolor, tantò fieret ſalubrior, ſi tñ propter caſum ſupra poſitũ, vel conſimilẽ, dolere nõ potes, noli deſperare, quia non eſt abbreuiata manus dñi: ſed doleas de duritia cordis tui, hæc oĩa, quæ ſequuntur pro viribus adimplendo. Quinque vltra dolorẽ, hic requiruntur; vt ex definitione contritionis patet. Primò adhibeas diligẽtiã in peccatis ad memoriam reuocandis; quale aũt hoc examẽ eſſe debeat docet Scotus, ꝙ inquiſitio, ſeu inueſtigatio peccatorũ nõ magis diligẽs eſſe dẽt, q̃ quoad poſsibilitas fragilitatis humanæ patitur: & nimirũ quãtã inquiſitionẽ poſſet aliquis adhibere circa aliqd multũ arduũ, quod ſibi plurimũ eſſet cordi, tantam teneatur adhibere in reuocandis peccatis mortalibus. cum omnibus circumſtantijs, aut aggrauãtibus, aut mutantibus ſpeciem peccati: quod ẽt totũ fieri dẽt cũ expreſsione numeri; nã hęc circũſtãtia numeri ſimpliciter poſuit aliud, & aliud nouũ peccatũ, ſm̃ quod alia, & alia vice peccatur. Scdò circa hoc modo inueſtigata cõmiſſa, vel omiſſa habeas actũ negatiuũ, &c. id ẽ nolle cõmiſiſſe, aliàs vocaberis obſtinatus. Dic ergo. Dñe Deus verè ex corde dico, quod nollẽ commiſiſſe tale, & tale peccatũ; vbi licet non ſequatur alius dolor, ſufficit tibi actus ille negatiuus, cũ his, quæ ſequuntur. Deindè oportet deſiſtere à quocũque actu peccandi, & dimittere oĩa illa (ait Scotus) quę hominẽ tenẽt in actu offendendi Deum, & per conſequẽs nõ dimittẽdo illa, ſcilicet concubinam, non reſtituendo aliena, retinendo odium, aſſeruando domi inſtrumẽta, quibus exercita fiũt, quæ ſine mortali culpa nec eſſe, nec teneri poſſunt; nam huiuſmodi peccator, eſſet in ſtatu damnationis. Sunt enim plerique, qui dicunt: heu ego ſui blaſphemus, homicida &c. omnia iſta volo dimittere, tamen nolo inimico parcere: alius verò nolo concubinam dimittere, & ſic de alijs. Hi veſani homines, quamuis plures effundant lachrymas, quam In 4. diſ. 17. q. 1. art. 2. O

ſint

ſint aquæ maris, fluminum, ac fontium, nihil proderit: & ſi cum tali diſpoſitione deceſſerint, condemnabuntur. Non enim ſufficit lachrymari, aut percutere pectus, ſed ab omni actu peccandi, tàm in voto ſeu voluntate, quàm etiam in opere omnino deſiſtere, idque ante Confeſſionem, quia hanc circumſtantiam includit attritio, ſecundum Scotum.

In 4. diſt. 15
B. Cherub.

Ad hoc propoſitum Sanctus Bernardinus, & Beatus Cherubinus afferunt exemplum, de eo qui dum recõciliari vult ei, quem offenderat, obſecrans veniam; figit ſibi gladium in pectore dicens, parce mihi Domine, nec tamen remouet gladium, imò eò fortiùs adhuc infigit; quo diutiùs veniam petit; certè talis hac reſponſione dignus eſſet, ſi vis parcam tibi, amoueas manum ab armis, proijce hæc abs te, cum quibus amicitia noſtra ſtare nequit.

De ſummo bono de pęnit. diſt. c. 3. P

Vnde Iſidorus, irriſor (ait) eſt non pęnitens, qui adhuc agit, quod pęnitet. Præterea oportet habere (& neceſſariò ſequitur ad ſupradictam conditionem) ſummum propoſitum non peccandi: vt ipſe dicit Chriſtus, & Confeſſor in abſolutione communiter ſic loquitur, *Vade, & amplius noli peccare*.

Ioan. 8. v. 11
In 4. d. 16. & in q. circa litterã Magiſt.

Quale autem debeat eſſe hoc propoſitum, docet Diuus Bonauentura dum inquit. Quod ſicut habens charitatem debet diligere Deũ ſuper omnia, adeò vt pro nullo damno, vel commodo temporali velit Deum offendere: ſic qui habet diſplicentiam contritionis, ſic debet deteſtari commiſſum peccatum, vt pro nulla re mundi, velit amplius peccare, imò paratus ſit potiùs mori, & omnia pati tormenta, quàm Deum offendere.

In 4. diſt. 14. art. 3.
Iſa. 1. v. 16.

Magiſter etiam ſententiarum exponens illud. *Lauamini mundi eſtote, &c.* dicit. Lauatur, & mũdus eſt, qui pręterita plangit, & plangẽda iterum non committit, lauatur, & non eſt mundus, qui plãgit, quæ geſſit, & poſt lachrymas ea quæ defleuerat repetit, Dicunt ergo quia ad veram pœnitentiam requiratur, & munditiès, id eſt dolor de commiſſis, & lotio, deteſtatio ſcilicet, & fuga antea commiſſorum.

In opuſculis par. 2.

Alludit ad hæc etiam Ioannes Gerſon dicens. Fauorabiliorem eſſe opinionẽ pro peccatoribus, quòd ad fructuoſam pęnitentiam ſufficeret, ſi confeſſus non habeat actuale propoſitum peccandi: hoc enim dicunt eſſe non ponere obicẽ. Melior tamen, & ſecurior eſt opinio, neceſſarium eſſe actuale propoſitum poſitiuum non peccandi in futurum. Sic igitur ad veram pęnitentiam requiritur actus ille negatiuus, nolle peccaſſe, cum propoſito firmo non recidiuãdi: & hoc eſt non ponere obicem, eſtque diſpoſitio ſufficiens ad recipiendam gratiam.

Q

Quarto requiritur, vt vitet, & fugiat omnes pro viribus peccandi occaſiones, omnem conuerſationem ad peccatũ inducentem, omnia inſtrumenta, quibus offenditur Deus; vnde non teneat domi laruas, laſciua ornamenta concubinas, & huiuſmodi: ſi verè iſta non vult dimittere, certum eſt deeſſe ibi propoſitum abſtinendi: & ſic omninò abſolutio eſt deneganda, volens namque efficaciter finem, non ſolùm vult, & eligit media, ſed etiã remouet omne impediẽs,

In 2. d. 6. q. 1
In 1. d. 27.
In 4. d. 29.

vt dicit Scotus. Si ergo peccator vult ſaluari, ita ſe gerat, ſicut exempli gratia vnus ſenex valdè debilis, & propter ſenectutem, ac propter infirmitatem, dum vellet ad Eccleſiam pergere per viam valdè lutoſam, cadit, ſurgit, & vadit, iterumq; propter ſenectutem, & infirmitatem, atque debilitatem cadit, iterum ſurgit cum propoſito vlterius non cadendi: nũc certè (inquit) tam cautè ambulabo, vt amplius non cadam & accipiens baculum propter euitationem malæ viæ, facit, quod in ſe eſt: tamen cadit iterum, & ſurgit, & cadendo, & ſurgẽdo, idem quod primò facit, quoadvſque ad locum deſtinatum perueniat. Sic in propoſito, peccator ex infirmitate, fragilitate, & propter occaſiones; quæ ſunt in mundo, cadit, & ſurgit cum propoſito amplius non cadendi, vitat malam viam, id eſt occaſiones, ſumit baculum, id eſt adiutoriũ Dei, quo plena eſt Sancta mater Eccleſia, confitetur ſæpè &c. & ſi iterum ex fragilitate cadat, ſurgat modo prędicto, & ſic cadendo ex infirmitate, vel fragilitate, non autem ex malitia, ac rurſus ſurgendo, ſi faciat quantum de ſe fieri poteſt, ſine dubio ſaluabitur.

R

Denique debet habere propoſitum confitendi, & ſatiſfaciendi. Primò confitendi, quando habuerit copiam confeſſoris, & toties, quoties mortaliter peccat debet confiteri, ſi verò non habeat copiam confeſſoris, habeat contritionẽ, eo modo quem ſupra annotauimus, tandem expectat tempus ordinatum, ſed tutius, & ſecurius eſſet confiteri ſaltem bis, ter, quater in anno, vel ſemel in anno ſecũdum ordinationem Eccleſiæ Romanæ: poſt confeſſionem debet ſatiſfacere competenti delicto ſatisfactione, quam ſibi imponit Confeſſor pro peccatis. Inſuper omnia iſta faciat cum debitis circumſtantijs, inter quas primum locum tenet, circũſtãtia principij, & finis, id eſt vt liberè faciat, & tantũ amore Dei, & non timore pęnæ. Pro nunc epilogando dico.

In 4. d. 14. & 28.

Si habes actum illum negatiuum circa peccatum commiſsũ, ceſſas ab actu peccandi, ſtatuis firmum propoſitum non recidiuandi, fugiendi occaſiones, voluntatem pręterea habes confitendi, & ſatisfaciendi, & hæc omnia liberè, & ea amore Dei, tunc vera cõtritione plenus es, quæ eſt diſpoſitio ſufficiens ad gratiam, vade ſecurè ad confeſſionem, quia gratiam in Sacramento recipies. Quod ſi vnum prædictorum deficiat, nihil feciſti, nec tibi alia prodeſſe valebunt, quin potius fatuitas tua eluceſcet. Et hæc eſt innata penè omnibus hominibus conſuetudo, quod pro aliquo commodo q̃nque vel malo fugiendo, omnibus periculis ſe exponunt, pro ſalute verò animæ, vix aliquid pati volunt.

S

Nam ſi medicus dicat infirmo reſtitue aliena, aliter non ſanaberis, ſtatim reſtituit, ſi mulieri vanæ, vt vanitates deponat, ſi iuueni, vt malam relinquat ſocietatem, ſi infirmo quantumcumque delicato, vt patiatur ignem, vel inciſurã, vt corpus redimat, obedit. Medicus autem Spiritualis pro ſalute animæ ſimilia ſuadens, inuanum laborat, littora bobus arat. Hinc Iuuenalis Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris. Amittit quis pecuniã plorat, lachrymis veris, amittitur eis anima, & nihil ſe amittere putat: amittit diuitias, (proh dolor) quot lachrymas, quot lamenta, quot eiulatus, quot ſuſpiria emittit, verè plorat lachrymis veris: amittitur anima, nihil ſe perdere exiſtimat: O infęlix humana conditio, & futuri neſcia, ait Hier. Certè plorabitis, & flebitis in alia vita, nolitis, velitiſq; ibi riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupabit.

In lib. de geſtis Angel.

Refert Beda exemplum cuiuſdam mortui, qui poſtq̃ fuit vitæ reſtitutus, ſtatim fugit ad eremum, & continuè flebat, & manens iuxta flumen frigidiſſimum, balneabat ſe in illo, & permittebat veſtes ad carnem congelari, poſtmodum balneum calidiſſimum intrabat, vt maiorẽ cruciatũ ſentiret, dumq; à multis argueretur de tam ardua pęnitentia, flendo, & eiulando reſpõdebat. O ſi vidiſſetis, quę ego vidi, vos certè maiorem pęnitentiam faceretis, pęna vtique præſens, nihil eſt reſpectu futuræ, & omnis pęna, quæ eſt in purgatorio, nihil eſt in comparatione pęnarum inferni. Deinde clamabat, facite pęnitentiam, quam ſi non feceritis in hoc mũdo, certè facietis ſine fine in inferno. Eia igitur chariſſimi ſurgite, quia hora eſt iã nos de ſomno ſurgere, tẽpus flendi eſt, petite quæſo à Dauide quomodo fleuit, vt ei adulterium dimitteretur, & homicidiũ; certè reſpondebit.

T
Pſ. 6. v. 7.
Matth. 26. v. 75.
Lucæ 7. v. 38

Laboraui in gemitu meo lacrymis ſtratum meum rigaui. Si à Petro; *Egreſſus fleuit amarè.* Si à Sancta illa peccatrice: *Lachrymis cępit rigare pedes Ieſu* Iam tandem aliquando poſtpoſita omni deſperatione, ac negligentia ploremus, vel ſaltẽ diſpliceat nobis Deum offendiſſe, cum circumſtantijs ſupra declaratis, & quod nobis deeſt, de viſceribus Iesv Christi compenſemus, *ipſe attritus eſt propter ſcelera noſtra*, ſecundum Prophetam.

Iſa. 53. v. 5.

& ideò omnis noſtra attritio, diſplicentia, & omnis alia pęnitentia noſtra, in virtute paſſionis ſuæ Sanctiſſimæ habent efficaciam. Teſtatur id Franc. Mayronius vbi inquit. Actus contritionis animæ Chriſti, quem in cruce habuit ꝓ peccatis noſtris, & qñ dicit. *Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ*, maximè dr̃ fuiſſe ſalubris quia paſſio animæ eſt [illegible], & ad merendam indulgentiã efficacior, q̃ paſſio corporis, ex quo patet quòd ille pro nobis doluit, & maiorẽ partẽ de obligationibus noſtris ſoluit.

In ſerm. 58.
Matth. 26. 2. 38.

Profectò miſer, & miſerabilis eſt, qui non conatur habere illã paruã diſplicentiã, & quòd tãti beneficij ſe reddat indignũ. Habeamus ergo cor cõtritũ, & humiliatũ, vt poſt hac exaltari, & Chriſto pro nobis quodã attritio perfrui mereamur. Imitemur exempla pęnitẽtiæ nobis propoſita, imitemur Dñm; Imitemur Dauid pœnitentem; proptetea etiam noſtris tẽporibus ædificantur monaſteria pęnitentium Religioſorũ, qui aſperè viuũt, aſperis teguntur veſtibus, aſperis lectis viũtur, aſperis veſcuntur, vt eos imitemur, nobiſque veniam peccatorum obtineamus. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Quartæ Aduentus.

Lucæ 3. v. 1. *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris, &c.*

Prouer. 14. v. 34. *Iuſtitia eleuat gentes, miſeros autē facit populos peccatū.*

A

IMPOSSIBILE eſt dictu, quanta mala afferant hominibus peccata; peccare enim nihil eſt aliud, quàm ignem accēdere, & inſtruere ad comburendas diuitias, & theſauros cœleſtes, quorum vel minima pars plùs valet, quàm omnes theſauri totius vniuerſi, imò plus, quàm mille mundi. Quid aliud eſt peccare, quàm lacerare, ac deſtruere ius, & priuilegium, quod habuit homo ad gloriā, ad hæreditatem æternam, & omnes eminentias eius? Quid aliud eſt peccare, quàm propria domo Deum eijcere, & ſplendidiſſimum hunc Solem, cum omnibus ſuis radijs donorum, & gratiarum è penetralibus ſuis excludere, & tenebras, ac principem earum admittere? Quid aliud eſt peccare; quàm reiecta libertate, in miſeriam, ſeruitutem, & captiuitatem teterrimo Principi ſeipſum venundare? Cum aliquis in captiuitatē abducitur, etiamſi ſit cæteris nobilior, & excellentior nihilominùs tamē proprijs ornamētis exuitur, ſericeis veſtibus ſpoliatur, & ſordida veſte indutus, ad labores perpetuos deſtinatur, vel ad triremes condemnatur, vt luctetur, cum fluctibus, & tempeſtatibus maris. Hoc idē ferè cum peccatore miſerrimo fit, quando diuinam maieſtatem offendit, vt in ipſo exordio naſcentis mundi, patuit, quando Deus primum hominem poſtquam peccauit, gratia ſua, tanquam ornamento ſpoliari, & iuſtitia originali, ac ſi veſte pulcherrima exui curauit, ac perindè ceu captiuum pellibus eum veſtiendo, ad labores, & ærumnas, velut triremes condemnauit, vt in hoc turbulentiſſimo mari, ipſe, & poſteritas eius laboraret, ac pugnaret cum tempeſtatibus, & fluctibus furioſi maris, huius mūdi paſſionū; doloris &c.
Gen. 3. v. 19 illa adijciens verba. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.*
Deniquè quid aliud eſt peccare, quam innumeris miſerijs ſeipſum implicare? Inde procliuitas ad malum, inimicitia quædam occulta, & innata vis reſiſtendi virtutibus, & legi diuinæ, indè cæcitas, & error in intellectu, vt inquit Eccleſ.
Eccl. 11. v. 16 *Error, & tenebræ peccatoribus concreata ſunt.* Inde impotentia, & defectus virium, iàm ſpiritualium, quàm corporalium, & priuatio auxiliorum, quibus homo propter peccata deſtituitur. Indè breuitas vitæ, inconſtantia, & mutabilitas fortunæ, & plurima alia mala. Non ſolùm autem hominibus priuatis adeò nocet peccatum, ſed etiam vniuerſæ quandoque Reipub. cauſa interitus eſt. Quod animaduertens
Prouer. 14. prudentiſſimus Salomon *miſeros* (inquit) *facit populos peccatum.* Nec mirùm contrariorum enim haud diſpar eſt ratio; Sicut enim aqua pura, & clara diuinæ gratiæ efficit animas candidiores lilijs, nitidiores niue, pulchriores quoque floridiſſimo prato: ita è cōtra aqua peccatorum reddit mōſtruoſas, deformes, & ſuper carbones denigratas: ſicut aqua diuinæ gratiæ efficit animas fœcundas virtutibus, & bonis operibus, ita aqua culpæ reddit ſteriles, & infructuoſas: ſicut aqua gratiæ temperat, & refrigerat, ita aqua culpæ, tanquā peſtiferum venenum, inficit, & tanquam ignis omnia conſumit exſiccat, & depopulatur etiam ſi eſſet anima ad inſtar fontis cryſtallini currentis in vitam æternam, etiam ſi eſſet coronata floribus, ad inſtar prati floridiſſimi; aqua culpæ omnia deſtruit, & demolitur, vt Pſalmiſta ait. *Ponit flu-*
Pſal. 106. *mina in deſertum, & exitus aquarum in Sitim, terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea.* Si in aqua pura profluente de torrente diuinæ bonitatis, creſcunt flores gratiæ Dei, gemmæ, & pretioſi lapides producuntur, quibus anima exornatur, in aqua culpæ peſtilenti profluente ex faucibus draconis infernalis producuntur bufones, ſerpentes veneuoſi, baſiliſci, homines periuri, inhoneſti, maledici, peiores etiam ipſis draconibus, qui ignem infernalem ſpirantes plurimos inficiunt. Sicut denique aqua diuinæ gratiæ confert vitam, ita aqua culpæ affert mortem. Sicut iuſtitia eleuat gentes, ita peccatum deprimit, & miſeros efficit populos. Contrariorum enim haud diſpar eſt ratio. Fœlicitatis, & infœlicitatis; fortunæ, & infortunij, boni, & mali, cauſas contrarias eſſe neceſſe eſt: iuſtitia eleuat, peccatum deprimit: iuſtitia fœlicem, & beatam reddit gentem; peccatū miſeram, & infœlicem efficit, mutat, inuertit, & transfert imperia. Omnia quidem quæ ſunt, natura ſua mutabilia ſunt, omnia mutationi obnoxia, omnia in circuitu ambulant, ſphæræ cœleſtes, ſol, & aquæ ſub ſole reperiuntur, nunquam in eodem ſtatu permanent; Sol oritur, vt occidat, occidit, vt oriatur; fluuij egrediuntur ex mari, vt fluant, & iterum in mare reuertantur; prata florent, & herbas producunt virētes, vt marceſcant, marceſcunt, vt iterum floreant; homines moriuntur, vt alij naſcantur; naſcuntur, vt alij moriantur. Sed multò magis regna, & imperia, quæ ex tanta multitudine hominum coaleſcunt, mutabilia ſunt, communiter autem cauſa mutationis ſunt peccata. Tribus præcipuè Rerūpublicarum externa, temporalis fœlicitas retinetur, atque augetur, ſcilicet imperio, copijs, atque multitudine inhabitantium. Hæc tria bona peccatum euertit, & diſſipat, ac totidem mala his aduerſa populis afferre conſueuit: nimirū peſtem, famem, & bellum; peſtis multitudinem imminuit; bellum aufert imperia; fames autem copias exhaurit: his tribus imperia euertuntur, vt innuit diuerſa prædictæ ſententiæ translatio, Septuaginta enim Interpretes ſic legunt. *Minuunt autem tribus peccata*, id eſt, peccata priuant tribus bonis, quæ fœlicem reddunt Rempublicam, minuunt populos peſte, minuunt diuitias, inopeſque reddunt populos, & ſic exhauſtis copijs fame, miſeros facit populos peccatum: vt inquit vulgata. Minuunt famam per bellum per depoſitionem gloriæ, & imperij, vt Chaldæus tranſtulit. *Opprobriū,* (inquit) *ſeu ignominia populorum peccatum.* Hæc quamuis communia ſint cuique Reipub. Hebræi tamen vnam non niſi partem ſibi ſententiæ applicabant, alteram autem ad gentes pertinere aſſerebant, & ideò Hebraicè ad verbum hæc ſententia ſic legitur. *Iuſtitia exaltauit gentem, & miſericordia populorum peccatum.* Iuſtitia exaltauit populum fidelem, qui veri Dei cognitione imbutus eſt, at populorū, id eſt gentium miſericordia, & pietas, peccatum eſt, quia vt
ait Paulus. *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Hanc Ad Rom. 14
interpretationem multi Rabinorum ſectantur: Sed Euan- v. 23.
gelium hodiernum apertè teſtatur Rempublicam Iudæorum populum Hebræum miſeratione dignum, infœlicem, & diminutum eſſe, diminutum imperio, copijs, & multitudine. Translatum enim Regnum ad Imperium Romanorum legimus in Euangelio. In cuius interpretatione videbimus, quibus poteſtate peccatis in ſpeciali hæc Respub. interijt, & ad Romanorum Imperium translata eſt, deindè quid Ioannes prædicauerit conſiderabimus.

ANNO (inquit) QVINTODECIMO IMPERII TIBERII CAESARIS PROCVRANTE: PONTIO PILATO: &c. B

Diſtinctè, & more optimi hiſtoriographi Euangelicā narrationem texere incipit S. Euangeliſta, vt luculentius fiat teſtimonium veritatis. Vbi etiam euidenter exprimit cauſam deſtructionis Regni Iudæorum. Sanè generalis eſt illa cuius mentionem fecit ſupra Salomon, nempè peccatum. *Quia iuſtitia eleuat gentes, miſeros autem facit populos peccatum.* Sed particulares tangit in contextu ſuo Euangeliſta, nempè auaritiam Pontificum, quorum dignitas venalis nunc erat, & non ſecundum ordinem legis. Regni quoque in tot partes diuiſionem, pluralitatem principum. In primis autem deſcribit Euangeliſta, ſub quibus cœpit prædicatio Ioannis, & Chriſti. ANNO (inquit) QVINTODECIMO. Vnde cognoſcimus quoto anno Imperij Cæſaris Auguſti, qui quinquaginta ſex annis regnauit.

Cæ-

Chriſtus, & Ioannes nati ſint, nempè anno quadrageſimo ſecundo. Chriſtus enim ferè triginta annorum erat cum à Ioanne baptizaretur, vt Lucas Euangeliſta apertè docet. Itaque in primis meminit eorum S. Lucas, qui imperabant Iudæis, ſcilicet Tyberij Cęſaris, quia tunc Iudæi, cum eſſent ſubditi Romanis per annos Imperatorum tempus, & res geſtas deſignare conſueuerant. Meminit etiam eius, qui tunc præerat Iudæis, dũ inquit, PROCVRANTE PONTIO PILATO IVDÆAM. Id eſt, tunc præſidem agente Pontio Pilato; remoto namque, & in exilium miſſo Archelao in eius locum Pontius Pilatus ſucceſſerat. Iudæa enim tributaria effecta Syriæque coniuncta per procuratorem, & nõ per principem regebatur. Ordo autem pręſidum Iudeæ ſic ſe habet. Primus Iudæorum ab Auguſto præſes Coponius deſignatur, cuius locum non multò poſt Marcus ſuſcepit, huic ſucceſſit Annius Rufus, ſub hoc præſide mors Auguſti contigit: Annius autem accepit, ſucceſſorem Valerium Gratum, qui poſtquam vndecim annis Iudæis præfuiſſet, à Tiberio Cæſare in eiuſdem locum Pilatus ſubrogatus eſt. Atque ſub hoc cępta eſt Ioannis, & Chriſti prædicatio, vt refert Ioſephus. Porrò Pilatus completo

Ioſephus.

decennio in Iudæa Romam profectus eſt, de quibuſdam rebus in Iudicio coram Cæſare ſe expurgaturus. Sed interim mors Tiberij incidit, qui viginti duobus annis regnauit Principum quoque temporalium nationis Hebrææ mentionem facit Euangeliſta, cum inquit.

TETRARCHA AVTEM GALILÆÆ HERODE, PHILIPPO AVTEM FRATRI EIVS TETRARCHA ITVREÆ, ET TRACONITIDIS REGIONIS, ET LISANIA ABILIDÆ TETRARCHA. Herodes quippè maior, regnum in tres partes diuiſerat, & ab Auguſto ſecũdum teſtamentum Herodis, medietas regni aſſignata eſt Archelao, duci vero reliquæ partes ſunt diſtributæ Herodi, & Philippo. Lyſanias autem non fuit Herodis filius, nec aliquam regni partem poſſedit, Sed vt dicit Ioſephus filius fuit

Ioſeph. lib. 14. cap. 21.

Ptolomæi Minæe Chalcidis, iuxta Lybanum montem Tyranni. Deindè illi tres filij Herodis maioris, Archilaus ſcilicet Herodes, & Philippus, non ideò dicti ſunt Tetrarchæ à quarta parte regni accepta, quamuis nomen Tetrarchæ à quarta Regni portione videatur emanaſſe; nam Herodes minor, & Frater eius Philippus priuſquam Herodes eſſet

Ioſeph. lib. 14. cap. 21.

Rex à Romanis declaratus ambo Tetrarchæ Iudæorum conſtituti ſunt ab Antonio, vt ſcribit Ioſephus. Itaque anno duodecimo Imperij Tyberij Cęſaris Pilatus Iudææ pręfectus creatus eſt, & præſidem egit, quaſi vſque in finem Imperij Tyberij Cæſaris. Auguſtus poſt Chriſti natiuitatem quindecim annis vixit; quindecim ergò anni Auguſti, & quindecim Tyberij, triginta annorum numerum complẽt; Chriſtus ergo, & Ioannes triginta annos nati verbum Dei ſeminare cæperunt. Denique Principes Sacerdotum commemorat cum inquit SVB PRINCIPIBVS SACERDOTVM ANNA, ET CAIPHA.

Venalis tunc erat principatus Sacerdotum, non ex legitima ſucceſſione proueniens, neque ex more legis, ſed ex ambitione. Nam Herodes maior ignobilibus Sacerdotiũ, ſeu Pontificatum conferebat. Similiter, & Archelaus, pariterque Romani. Scribit enim Ioſephus Annanum quendam Pontificatu priuatum fuiſſe à Valerio Grato, & Iſmaelem filium Iabin deſignaſſe Pontificem; Et hunc non multò poſt abieciſſe, & Simonem Camiti ſuffeciſſe: quo remoto poſt anni ſpatium, Ioſephum cui Caiphas nomen erat ſucceſſorem dediſſe. Veriſimile eſt ergo tempore Pilati Annam, & Caipham muneribus, & largitionibus officium Pontificatus aſſecutos fuiſſe, vnde liquet (inquit Gregorius) ad finem regni Iudæam peruenisse, quæ tot Regibus diuiſa ſubiacebat. Nam cum omninò eſſet conciſa, & dilacerata, cum Sacerdotium, & regnum antè oculos iacerent proſtrata, tunc venit verus rex, & Sacerdos, adiutor factus in opportunitatibus, & tribulatione, regnoque, terreno, & Sacerdotio regali abolitis, in regnum cęleſte illa, & Sacerdotium Spirituale commutauit. Vndè ſi quando tunc, vel maximè occaſio fuit prædicandi regnum cęlorum, quia omnia præſidia, omnia humana auxilia defecerant. Sed non temerè quis dubitare poterit: cur à Principe Romano incipit

Ioſeph. lib. 18. Antiquitatum c. 4.

Grego. Homil. 20.

Euangeliſta terreni principatus computationem, cęleſtis autem, & ſpiritualis Principatus, tempus, & res geſtas computat non ab Imperatore Romanorum, non à mũdi exordio, non ab vrbe condita, ſed à prædicatione Ioannis. Sic nimirùm fieri ſolebat, vt computatio annorum fieret ab aliquo fęliciſſimo euentu, vel famoſiſſimo opere; Sic deſignabantur anni ab vrbe condita; ſic Romani computabant annos à fundatione ſuæ vrbis, vel à Cæſare Auguſto, ob egregia facta huius Imperatoris, Hebræi ab vnctione Dauid in regẽ, vel à natiuitate Moyſis, aut Abraham Patriarchę, Chriſtiani autem, quia nihil beatius, iucundius, fœlicius, atque magis proſperum eis accidiſſe potuit, ſicut eſt Incarnatio, & aduentus meſſiæ computant annos à Natiuitate Domini, ſiue ab Orbe redempto. Sed ſpiritualis computatio non debuit eſſe ab orbe condito, ab anno quo motus Angelorũ incœpit. Sed ab eo tempore, quo iuſſis in cęlum ianua patere cępit, à die quo Ioannes pęnitentiam prædicare inſtituit, & quo ſedium vacuatam in cęlis reparatio facta eſſe dicitur à Zacharia. *Benedictus* (inquit) *Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.* Nondum — Luc. 1. v. 68.

Chriſtus paſſus erat, nõdum redemptionem compleuerat; & tamen dicit. Fecit redemptionem naſcente Ioanne, quia Hebræis mos eſt, res incęptas pro abſolutis iudicare, ſicut apud Ioannem dicitur. *Eſt cęna facta*, id eſt cęna incępta. — Ioan. 13. C

Sufficit autem nobis, quòd a diebus Ioannis incępit Redẽptio, & pęnitentia. Ideò ab hoc ſucceſſu fęliciſſimo cępit cõputatio. *A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud* nimirum *cum factũ eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* — Matth. 11. v. 12.

A diebus Ioannis computus incipit intrantium in cęlum, quando venit in regionem Iordanis prędicans baptiſmum pęnitentiæ. Et tu, quiſquis es Chriſtiane dies, & annos tuos à diebus Ioannis, id eſt à diebus pęnitentiæ, quibus in cęlũ per pœnitentiam greſſum conuertiſti computare debes. De cauſa porrò deſtructionis reipublicæ iudaicæ, non videtur dubitandi locus. Quis enim non videt tum tẽporis conuulſam, & dilaceratam fuiſſe. Quia, & caput Reipublicæ non erat conforme cæteris membris, & diuerſum à congregatione populi, diuerſum à religione, diuerſum à cultu diuino, Tyberius nimirùm Imperator, ſimulachrorum cultor: — Tyberius.

Pilatus verò præſes veri Dei inſcius. Quæ res profectò ſumma Reipub. erat afflictio, & confuſio, multò maior, quàm grandis illius ſtatuæ, per ſomnium Nabuchodonoſor Regis Babyloniorum viſæ. Quæ cum caput ex auro, pectus, & brachia de argento haberet, ventrem, & fęmora ex ære, pedes verò fictiles, lapide exiguo deſuper percuſſa, tota diſſipata, & comminuta eſt. Quod ſi è contra caput habuiſſet fictile, pedes verò aureos, vel argenteos, certe multò debilior fuiſſet, quàm pedes fictiles habendo. Talis fuit Reſpub. Iudæorum, cuius caput erat tanquam fictile, Ethnicus nimirũ & Idolatra, Deum verum, & cultum eius ignorans. In illa viſione mirabili Ioſeph Patriarchæ, vbi manipulum eius adorabant manipuli fratrum illius, verisimile eſt (vt quidam Rabini aiunt) quòd manipulus eius videbatur fuiſſe in cęlo, fratrum verò illius ſuper terram. Per quod ſignificabatur, quòd futurus eſſet caput, & ſuperior fratrum, nihilominus tamen non erat diuerſus manipulus Ioſeph, vt dicit Sacra Scriptura à manipulis fratrum, quoad materiam; omnes enim erant ex materia ſpicarum, vel fęni, tàm huius quàm illorum. Hoc ipſo Deus ſignificare voluit, quòd licet Dominus, & gubernator differat honore a ſubditis ſuis, & ſit maior illis dignitate, debet tamen eſſe eiuſdem fidei, atque eiuſdem religionis.

Qua in re feliciſſima poteſt iudicari Reſpub. Polona, quæ a tempore Micislai Principis, per quem Chriſto fidẽ dedit, nunquam diuerſæ religionis monarcham vel regem habere paſſa fuerit, altera Reſpubl. Iudaicæ afflictio fuit, quòd in principatus, vt poté Tetrarchias diuiſa fuerit, & plures moderatores, tàm ſæculares, quàm ſpirituales habuiſſe dicatur ab Euangeliſta. Quod quàm afflictam reddat Rempub. vel ex eo intelligi poteſt, quod refert Plinius, & alij magni nominis authores, de fundatione capitolij Romani, Nam cùm fundamenta erigenda eſſent, & profundè terra effoderetur inuẽtum eſt in ipſa foſſione caput humanum, ſanguine madens calido, cum multis alijs indicijs vitę

Plinius lib. 3 cap. 5.
Varro de ling. lat.
Liu. dec. 1. lib. 5.

præter-

præterquam quòd oculis caruiſſet, nec vllum oculorum ſignum habere viſum eſſet, ſtupebant omnes rei nouitate, turbati, congregantur idolorum Sacerdotes, fit conſultatio; & tandem conueniunt omnes, caput inuentum ſignificare futuram Reipub. Romanæ diſpoſitionem, & varietatem fortunæ: Romam quidem forè caput totius mundi, ſed nõ niſi ſanguine, & igne ad tale imperium peruenturam: hoc enim ſignificabat calor, & ſanguis, quo caput illud manabat, & hæc omnia proſpera erant. Sed quod fuerit caput ſine manibus, ſine brachijs, & pedibus, ac cęteris membris, præcipuè verò ſine oculis, hæc infauſta erant; futurum eſſe enim dicebant, quod immoderatores illius reipub. ita paſſionibus, inuidia, odio, delaborarent, vt licet non eſſent cæci, omninò tamen excæcati in ſuis operibus viderentur, ita vt de eis dici poſſit illud

Malè concordes, nimiaque cupidine cæci.

Et reuera id impletũ eſt in Sylla, Mario Cæſare, Pompeio, & alijs, qui tanquam cæci, paſſionibus obtemperantes, ſeipſos, & Rempub. Romanam in pernitiem deduxerunt. Futurum quoque dicebant, vt quilibet ciuium imperare vellet, quilibet prætenderet eſſe caput, nullus verò contentus eo, vt ſit tanquam manus, brachium, pes, Reipub. atque ita neceſſarium erit, vt plura ſint capita, & quia hoc monſtruoſum eſt, hinc excidium Reipub. ſequetur. Tali ratione etiã excidium Reipub. Iudaicæ superuenit, quia non ſolùm caput eius erat fictile, & diuerſum à membris, diſſimilis nimirum religionis, ſed etiam plura capita habebat, Tyberium, Pilatum, Herodem, &c. in ſtatu ſæculari, in ſpirituali item duo Pontifices erant. Erat Reſpub. ſicut caput ſine manibus, brachijs, cruribus, pedibus, quia omnes regere, gubernare, præeſſe volebant, & quod peius, qui regimen ſibi vſurpabant, libidine auaritiæ ſacrilegia infecti erant, qua olim

D Roma interijt. Vt ſcribit Ouidius.

Pluris opes nunc ſunt, quàm priſci temporis annis.
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
At poſtquam fortuna loci caput extulit huius
Et tetigit ſummos vertice Roma Deos.
Creuerunt & opes, & opum furioſa libido,
Et cum poſſideant plurima, plura petunt
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant,
Atque ipſę vitiis ſunt alimenta vires
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda
Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ
In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores
Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.

Talis tunc fuit Iudæa, vbi nec virtute, nec ſanguinis claritate, ſed pecunia Pontificatus comparabatur. Iam verò quemadmodum cuiuslibet regni calamitas, & extremum excidium, contingit ex diſſimilitudine capitis, & membrorum, regis nimirum, & populi, præcipuè verò, ex regni officialiũ ambitione, negligentia, & auaritia; ita per oppoſitum tota Reipub. ſalus, ex contrarijs fontibus emanat. Ex bonitate ſcilicet Principis, & officialium. Princeps verò talis debet eſſe, cuius (vt Plinius inquit) vita ſit cenſura aliorum. Nam

Plinius.

Regis ad exemplum totus componitur orbis. Vita (inquit) Principis cenſura eſt, eaque perpetua ad hanc dirigimur, ac conuertimur, ad hanc cõformamur; plus enim egemus exemplo, quàm imperio. Si Princeps fuerit præſtans religione, deuotione, rigore in ſeipſum, ita vt nec valetudini ſuę parcat, modo ſubditis præbeat exemplum bonum, de hoc dici verè poteſt, quod vita eius eſt cenſura perpetua. Et implebitur illud optimi Poetæ, qui inquit.

Sic agitur Cenſura, & ſic exempla parantur
Cum iudex alios, quod monet, ipſe facit.

Dum quis excommunicatur, extinguuntur candelæ, & ille actus vocatur cenſura Eccleſiaſtica, ad corrigendum excõmunicatum. Non eſt talis cenſura, vita bona Principis: eſt tamen ſimilis huic cenſuræ; nã vita boni Principis eſt quaſi lucerna lucens alijs virtute, & bono exemplo, qua illuminãtur, & corriguntur mores ſubditorum, iuxta illud, quod habetur in lib. Reg. de optimo Principe, & ſancto Rege Dauid: *Non egredieris in bellum nobiſcum, ne extinguas lucernam Iſrael.* Debet ergò perpetuò hæc lucerna lucere, quouſque extinguatur per mortem, debet eſſe cenſura perpetua, cui ſubditi conformentur. Ex hoc ergo primatto pendet

2. Reg. 21. v. 7.

felicitas Reipub. adminiſtratores, deindè, & officiales Reipub. boni, ac fideles erga Deum erga Principem, & Remp. ſi adſint, felix, & beata illa Reſpub. Mirari aliquis poteſt, cur olim miniſtri, & officiales Regis, atque Reipub. dicerẽtur patres regis. In palatio Regis Tyri, Hyram dicebatur Pater Regis. Sic enim ſcripſit ad Salomonem idem Rex Tyri. *Miſi tibi virum prudentem, & ſcientiſſimum Hyram patrem meum.* Ne autem quis putaret patrem eſſe Regis naturalem, Septuaginta Interpretes legunt. *Miſi tibi Hyrã ſeruum meum & patrem per officium.* Non aliam credo ob cauſam ſic vocabantur, niſi vt aduerterent, quod non alium affectum, niſi paternum erga Regem, & Rempub. gerere debebant. Sed quæret aliquis, qualiter, & Reges, & miniſtri Regum, ad tantam perfectionem peruenire valeant, vt bonitate ſua Rempub. conſeruare poſſint. Si nimirùm imitentur S. Iob qui dicere ſolebat, quod pater eius putredo, & vermis. Vtinam his temporibus, & Reges, & adminiſtratores Regnorum dicant quoque cum Iob. *Putredini dixi: pater meus es tu.* Si enim recordabitur rex ſe nihil aliud eſſe niſi putredinem, & ſaccum terræ, non ſuperbiet, nullum opprimet, Deum timebit, & ea faciet, quæ in beatitudinem ſuam, & ſalutem Reipub. vergant. Nihil etiam adcò ſagacem præpoſitum domus officialem &c. efficere poteſt. Sicut memoria mortis, vt patet diſcurenti per officia, quæ ad domum regiam gubernandam, & reipub. inſtruendum pertinent: Ad præpoſitum domus regiæ pertinent ordinare domum, diſponere familiam, vt cuncta in laudem Dei, & honorem domini feliciter ſuccedant. Hęc autem docet mors. Exemplũ ſit, vel ipſe Ezechias Rex, qui poſtquam audiuit Iſaiam dicentem. *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Sicut pullus hirundinis, ſic clamabat ad Deũ, poſtulans adhuc vitæ prolongationem, vt in terra melius domum ſuam ordinare, & diſponere poſſet; Fidelis item camerarius eſt, qui mortem pro cubiculario habet.

2. Paralip. 2. v. 13.

Iob 17. v. 14.

Iſaiæ 38. v. 1.

E

Camerarij officium eſt cuſtodire theſauros concreditos ſibi. Si mors habet claues ad cubiculum memoriæ, ita vt ſæpe illuc ingredi ei liceat, impoſſibile eſt quin cubicularij admoneantur ad rectè ſua officia obeunda; quòd ſi prohibetur morti ingreſſus in memoriam quid aliud expectandum eſt, niſi illud Pſal. *Non eſt reſpectus morti eorum*; ſeu vt alia litera habet. *Non eſt clauis morti eorum.* Non habet mors claues ad memoriam eorum, ſemper clauſæ ſunt fores memoriæ. *Ideò tenuit eos ſuperbia operti ſunt iniquitate, & impietate ſua prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum tranſierunt in affectum cordis, cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt.* Secretarium quoq; docet memoria mortis ſuum exercere officium. Docet quãta cum diligentia memorialia Principi porrigere debeat, quanto animo ad dignitates dignos promouere teneatur, non eos, qui per ſe, vel per alios eas ambiunt. Memor illius doctrinæ D. Bernardi: Pro quo rogaris ſit tibi ſuſpectus, qui pro ſe rogat, iam iudicatus eſt. Et illius S. Cypriani, dignitas oblata periculoſa eſt, quæſita verò peremptoria: Docet audientias non eſſe denegandas, docet negotia citò expedienda, exemplo illius de quo Ezechiel Proph. *Ecce vir, qui erat indutus lineis, habebat atramentarium in lũbis ſuis.* Vbi litera Hebræa, & Chaldæa adiungit. *Et tabella, atramentum, & calamus*, & ſic omnia neceſſaria ad expediendos ſine procraſtinatione litigantes: Præterea quis melior præceptor conſiliariorum, ſicut mors, de qua inquit Eccleſiaſticus. *O mors bonum eſt iudicium tuũ, homini indigẽti*, id eſt iuueni, qui eget conſilio propter defectum experientiæ. Et defecto ætate, id eſt ſeni, cui ætas nimia diſcurſum debilitauit. Hæc inſtruit iudices, qualiter caſtigare debeãt iuſtè, & modeſtè, ſicut inſtruebat Dauid dicentem. *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes prędicationes tuas in portis filię Syon*: Alia translatio habet. *Qui tranſire me facis ab atriis mortis, ad atria Syõ*, id eſt à tribunali mortis, ad tribunal iudicij Hieroſolymitani: Nunquam enim ſedit pro tribunali in monte Syon, niſi memor tribunalis mortis. Denique nullus bene poteſt fungi officijs theſaurarij, niſi qui ſciat Arithmeticam, artem numerandi horas, & dies ſuos, quos menſurabiles, ſeu numerabiles poſuit Deus. Certè qui numerat dies ætatis ſuæ, non errabit in coaceruandis theſauris, non augebit noua tributa, nouos reditus

Pſal. 72. v. 4.

Pſ. eodem.

Bernar. lib. 4 de conſideratione ad Eugenium.

Ezech. 9. v. 11

Eccleſiaſtici 41. v. 4.

Pſal. 9. v. 15.

cum oppreſſione,& lachrymis pauperum,ſed dicet cũ quo-
dam Sapientiſſimo rege. Plus timendæ ſunt lachrymę pau
perum,quàm arma inimicorum. Non permittet, vt theſau-
ri Regij, aliter expendantur,quàm ſit intentio Reipub. nec
vt exhauriantur in luxus,vnde euenire attenuatio regni poſ
ſet,quia recordatur,quod iuſto iudicij rationem de omni-
bus redditurus ſit. His medijs,& bonos officiales Reſpubl.
acquiret,& bonum habebit Principem, & ipſa fęlix longè
diſtabit ab illa miſeria,qua afficiebatur reſpub Iudæorum,
cum & à malis Principibus gubernabatur, & bonis carebat
officialibus. Sed non diſtulit ferre opem iam miſeræ, & af-
flictæ Reipub. Iudæorum Deus.

FACTVM EST ENIM VERBVM DO-
MINI SVPER IOANNEM ZACHARIÆ
FILIVM IN DESERTO. Hebraica phraſi vtitur
Euangeliſta, oſtenditque Ioannem à Deo miſſum fuiſſe
præconem veritatis,& præcurſorem diuinum ad reparan-
dam rempublicam Iudæorum,& totius mũdi reſtauratio-
nem. Factum eſt ergò,id eſt admonitio facta eſt ſuper Ioã
nem,ſiue interior per inſpirationem, ſiue exterior per ver-
bum ſenſibile, vt præcederet ſummum illum ſalutis noſtræ
architectum, qui reparaturus erat mundum doctrina, &
paſſione ſua. Ita enim fieri debuit,vt qui ædificauerat Syõ,
ille idem repararet,quòd in maximã eius redundabat glo-
Pſ.101.v.17 riam,vt inquit Pſalmiſta. *Ædificauit Dominus Syon & vi-*
Amos 9.v.6 *debitur in gloria ſua*. Et Amos Propheta. *Qui ędificat in*
cælo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram
fundauit. Ne quis dubitaret, quænam eſſet hæc aſcenſio,
ſiue domus quam in cęlo Dominus ædificat, additur,& fa-
ſciculum ſuper terrã,faſciculum florum. Faſciculus florum
eſt Reſpub. quæ tanquam faſciculus ex bonis, & iuſtis ho-
F minibus inſtituitur,& vnione atque charitate ligatur. De
Amos ibid. hoc faſciculo inquit inferius Propheta. *Suſcitabo taberna-*
culum Dauid, quod cecidit, & reędificabo aperturas murorũ
eius & ea quæ corruerant reſtaurabo. Quod de Eccleſiæ
Catholicæ ædificio, & redemptione mundi intelligendũ
eſt. Vnde ait D. Iacobus *viſitabit Deus ſumere populum ex*
Act.15.v.14. *gentibus nomini ſuo*. Sicut ſcriptum eſt: *poſt hęc reuertar, &*
reędificabo tabernaculum Dauid. Vel per faſciculum, intel-
ligitur anima iuſti cum ſuis potentijs. Iuxtà illud Sapientis.
Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, eſt cęlum Aſcenſionis aſcẽ
dit enim per virtutes ad tantam perfectionem, vt ſit cęlum
ad habitandum ei. Quia ergo hanc creauit Deus, eandem
reparare per pœnitentiam ipſemet poteſt; præmittit tamẽ
D. Ioannem, qui materiam iuſtificationis per pęnitentiam
præparandam prædicaret. Faſciculus mirrhæ eſt faſciculus
pęnitentiæ. Faſciculus mirrhæ, quia non eſt pęnitentia ſine
dolore,& contritione; non eſt ſine mortificatione, quam
mirrha ſignificat. Quia verò præcipuum in pęnitentia eſt
charitas erga Deum,& proximum, ideò dicitur faſciculus,
propter vnionem cum Deo per charitatem, vel faſciculus
dicitur, quia contritio eſt actus neceſſarius ad reconcilian-
dum Deo. *Indeſerto*. Rationi conſentaneum fuit, vt Ioan-
nes, qui annunciaturus erat Euangelium Chriſti, à primis
annis indeſerto moraretur, ne quiſpiam ſuſpicaret gratia af
finitatis cum Chriſto, vel conſuetudinis, à teneris annis, ta-
lia de Chriſto teſtimonia eum protuliſſe. Itaque ex interio-
ri deſerto Iudeæ, exiens Ioannes in quo multis annis viae-
rat, venit circa Iordanis regionem, quã Matthæus, & Mar-
cus vocant deſertum Iudæ, quod rari incolæ in ea, & pauci
homines habitarent. Eſt & alia ratio, vt nimirùm exordiũ
nouæ legis correſponderet Sãctioni veteris legis. Lex enim
vetus lata eſt in deſerto Syna. Indeſerto quoque Euangeli-
ca gratia annuncianda erat, in ſolitudine gentium. *Ponam*
Iſaiæ 41.v.18 (inquit Iſaias) *deſertum in ſtagna aquarum, & terram in*
Idẽ 32.v.15 *viam exitus aquarum*. Et in alio loco. *Erit deſertũ in Char-*
Idem 35.v.1. *mel*, hoc eſt in agrum benè cultum. Et rurſus ibidem infe-
rius. *Lætabitur in deſerta, & in via & exultabit ſolitudo, &*
florebit quaſi lilium. *Rectas facite in ſolitudine vias Dei no-*
ſtri, in ſolitudine Eccleſiæ nouæ, in deſerta gentium multi-
tudine. In deſerto D. Ioannes prædicaturus Meſſiam per-
ficiendus erat, vbi puſillanimes in viros fortes,& magnani-
mos euadũt. Quid debilius fuit Iſmaele? de quo dicit Scri-
Gen.16.v.12 ptura, quòd eſſet futurus homo verus. *Hic* (inquit) *erit ferus*
homo, ita quòd manus eius contra omnes, & manus omnium
contra eum, quid inquam debilius eo fuit? Quando eum S. Hier. qu.
matre Agar eiectus de domo patris Abraham, in deſerto ſuper Gen.
potus penuria laborans, ſiti moribundus plorabat. Attamẽ
poſtquam commoratus eſt in ſolitudine, euaſit, *& factus*
eſt iuuenis Sagittarius, inquit Scriptura. Sic, & D. Ioannes
in deſerto perficiendus erat, vt in virum fortem euaderet,
ibi enim vitalis Spiritus Sãctus, aura reficiuntur, & roborã-
tur corda hominum, vt ait Philo, ſuper illa verba. *Surge A-* Cant.4.v.16
quilo, veni Auſter, & perfla hortum meum. Auſtrum (in-
quit) aduocat; id eſt vitalem Spiritus Sanctus flatum, qui
perflat in deſerto. Deus ab Auſtro venit, quia dona Spiri-
tus Sanctus ab Auſtro in deſertum veniunt, ſicut ab Aqui-
lone panditur omne malum, vbi ſedem ſuam collocare co-
gitauerat Lucifer, dicens intra ſe, ſedebo in monte teſtamẽ-
ti in lateribus Aquilonis. Sed quomodo (dices) ſponſa hor-
tum ſuum perflandum ab Aquilone exoptat. Siquidem ab
Aquilone panditur omne malum? Non exoptat ſanè. Nõ
dicit enim in plurali, perflate hortum meum, ſed perfla in
ſingulari, potius petit, vt ventus ab Auſtro veniat, & ab A-
quilone ſurgat, ſupple, in contrariam partem pellatur ab
horto eius, vt noxius, quia ab Auſtro tantùm vitali Spiritus
Sanctus aura corda hominum reficiuntur, ſicut hodie ab
Auſtro in deſerto.

VENIT IN OMNEM REGIONEM IOR- Ioſephus.
DANIS. Iordanis fluuius effunditur duobus fontibus,
ex iugo Libani, quorum alter Ior alter verò Dan eſt dictus
teſte Ioſepho, atque hi vocibus, & vndis coniunctis Iorda-
nem efficiunt. Hic autem fluuius, non procul à fontibus la-
cum efficit: à quo defluens incrementum ſumit, & poſt cẽ-
tum viginti quatuor ſtadia dilatatus, alium efficit priori ma
iorem, & mare Tyberiadis cognominatur, à Tyberiade ci-
uitate, quam Herodes erexit in honorem Tyberij Cæſaris,
ab alijs vocatur Genezar, vel Genezareth, & mare Galileę.
Ex hoc iterum lacu profluens per ſolitudinem ſatis magnã
diuagatur, ac demum aquas ſuas ſalubres, aquis peſtilenti-
bus commiſcens, incidit in illud, quod mare mortuum di-
citur, ibique, & ipſe emoritur. Porrò vox ipſa Iordanis, di-
citur quaſi fluuius iudicij. Ior enim fluuium, Dan verò iu-
dicium, deſignat; quia in hoc fluuio princeps huius mundi
iudicatus, eſt, per baptiſmi Sacramentum, & condemnatus.
Hoc fluuio in veteri lege, nullus maior apud Iudæos, atque
celebrior commemoratur, ſiquidem in eo, baptiſmi pręlu-
dia præceſſerunt. Et populus Iſraeliticus, Duce Ioſue ſicco G
veſtigio tranſiens, ad terram promiſſionis peruenit. Sic nos
in aqua baptiſmali veluti in Iordane abluti, ab omni ſorde
peccati ſicco pede tranſimus ad hæreditatem cœleſtem. He
lias ſuo pallio diuiſit Iordanem, eoque tranſitu, in curru
igneo, & equis igneis raptus eſt in Cęlos, oſtendens poſt ba-
ptiſmi Sacramentum iter patere ad cęlum fidelibus. Naa-
man Syrus in Iordane lotus ſepties, ad præceptum Eliſei
Prophetæ, à lepra mundatus, & caro eius ſicut pueri effecta
eſt; eodem quoque nos modo per baptiſmum efficimur, ſi-
cut pueri innocentes: venit ergo S. Ioannes non temerè, ſed
voce diuina monitus in regionem Iordanis prædicans ba-
ptiſmum pęnitentiæ.

Quemadmodum & B. Ioãnes Capiſtranus Ordinis Mi- Ioã. Cochl.
norum de obſeruantia, non temerè in regnum Poloniæ, at- lib. 11. Hiſt.
que Vngariæ venit cum fratre Iacobo Picco eiuſdem ordi- Huſſ.
nis, ſed à Nicolao Pontifice Romano miſſus fuit, vt Germa
nis; Polonis, & Vngaris prædicaret, atque ad expeditionẽ
contra Turcam ſuſcipiendam hortaretur, Deo per miracu-
la vocationem eius approbante; Nam cum Padum traijce-
re vellent, & à portitore pertinaciſsimè repellerentur, eò
quod pecunia carerent, quam pro naulo darent, indilatatũ
ſuper vndas pallium, cum comitibus conſcenderunt, & in
eo, veluti quadam naufragij tabula in ripam alteram, non
ſine ſtupore auari portitoris diuina ope tuto tranſlati ſunt.
Cum autem in Syleſiam perueniſſent regijs literis in Polo-
niam inuitati fuere, quarum ſeriem hic apponere placuit,
vt eodem Spiritu directum beatum Capiſtranum in Polo-
niam quilibet intelligat, quo directus fuit B. Ioannes ad po
pulum Hebræum, quarum tenor hic eſt. Venerabilis, &
egregiè vir, pater ſingulariter chariſſime, ſplendorem ſuum
Princeps Regum terræ abundè in nos, & nationes Slauorũ
effudiſſe cognoſcitur, dum per gentis Boemiæ reductionẽ,
quæ

Digitized by Google

quæ in regionem diſſimilitudinis abiens, varia hæreſum dogmata ſectabatur, te vnum olim ſibi cognitum, & probatum diuina mente, & ſtupendis operibus inſignem tranſmiſit. Et inferiùs. Tu autem pater mi gentis illius reductione, quantum fas erit expedita, ingredi, & viſere regnum noſtrum non grauer is, ſed per nos rogamus declina paululũ, & nos filium tuum deuotum præcor, & per miſericordiam Domini obteſtor ne prætereas. Eſt nobis regnum Poloniæ tenaci fide catholicam religionem obſeruans eſt & Ducatus Lithuaniæ, cuius populos genitor noſter clariſſimæ memoriæ Ladislaus Poloniæ rex chriſtianiſſimus ab idolorũ cultu ad vnius veri Dei agnitionem adduxit. Vtriuſque Domini noſtri populus, magnoperè te geſtit videre, & tuam præſentiam ſummo deſiderio, & omnia prece exoptat. Et inferiùs, ſi te Boemorum ſollicitat reductio, vt pro illorum ſalute omnes aduerſitates, & pericula ſubire dulce tibi fuerit; multò magis te moueat Ruthenorum deuotio. Et paulò inferiùs. Accingere igitur vir optimè ad viagium hoc, ad quod te vox multorum nationum vocat, ad quod, & nos tuam charitatem precibus noſtris inuitamus. Perſuadet hoc charitati tuæ profeſſio tua, perſuadet zelus animarum, compellit amor fidei, & charitas, & Deus ipſe reſidens in excelſis mandat, & imperat. Itaque non ſolùm à Principibus ſolemniter inuitatus, veruntetiam ab ipſo ſupremo numine Deo directus eſt, ad prædicandam pœnitentiam D. Capiſtranus Septẽtrionali populo, quemadmodum D. Ioannes ad populum Hebræum, vt prædicaret baptiſmum pœnitẽtiæ, ſic enim habet Euangeliſta.

PRÆDICANS BAPTISMVM PÆNITENTIÆ IN REMISSIONEM PECCATORVM. Prius enim prædicauit pœnitentiam, deindè baptiſmum pœnitentiæ, tandem poſtremò baptizauit eos, quos peccaſſe pœnitebat, in teſtimonium deteſtationis veteris vitæ, ſolùm Chriſtum aduerſa ratione baptizauit. Cæterùm Sancta Synodus Tridentina ſeſſione 7. de Baptiſmo Can. 1. ait. Si quis dixerit, baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum baptiſmo Chriſti, anathema ſit. Multùm ergo errant Hæretici, qui baptiſmo Chriſti, & baptiſmo Ioãnis, eandem tribuunt operandi efficaciam, eandemque virtutem. Errant præterea, qui dicunt, quod Ioannes non cognouerit Ieſum aliquando Meſſiam eſſe: propterea quod ſcripſerit. Et ego neſciebam eum. Ioannes enim partim viſu, partim auditu, partim prophetico ſpiritu Chriſtum cognouit: illi namque dictum eſt. *Super quem videris Spiritũ deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu Sancto &c.* Auribus quoque vocem Patris de nube ſonantem audiuit. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacuit.* Pater audiuit in voce, filius baptizatur in Iordane, Spiritus Sanctus videtur à Ioanne in columbę ſpecie deſcendere in filium. Nouit etiam more Prophetico, nõ humanitus, ſed diuinitus illuſtratus, ac conſiſtens in vtero, Chriſti præſentiam agnouit. Sed ex his quæ dicta ſunt poteſt aliquis non temerè dubitare, quare baptiſmus Ioannis ſit dictus baptiſmus pœnitentiæ in remiſſionem peccatorũ? Si eam remiſſionem non conferrebat: breuiter dici poteſt baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum, ea dictum fuiſſe ratione, vt per pœnitentiam præparati, per fidẽ tandem in Chriſtum, & baptiſmum eiuſdem Chriſti remiſſionem conſequerentur peccatorum. Itaque Ioannis baptiſma, peculiariter dictum eſt baptiſma pœnitentiæ, quod potiſſimùm ad pœnitentiam inuitaret, & in teſtimonium pœnitentiæ daretur maximè, Chriſti verò baptiſma rectè dicitur baptiſmus fidei. Eſt enim ſignum fidei, gratiæ, & Spiritus Sancti, eſt lauacrum regenerationis, & renouationis, vt dicit Apoſtolus. Dictus eſt autem Baptiſmus Ioãnis, quãuis a Deo eſſet, & non ab hominibus; tum quia Ioannes eo primus vſus eſt, & cum Ioanne defecit, tum quia in baptiſmo Ioannis nihil agebatur, quod non fieri poſſet ab homine. Baptiſma autem gratiæ, & ſpiritus non dicitur eius, qui baptizat, ſed Chriſti, *ſuper quem videris* (inquit) *Spiritum Sanctum deſcendentem, & manentem, ſicut columbam; ille eſt qui baptizat.* Nos verò miniſtrorum tenemus locum, gratiam autem, & purgationem animæ à peccatis, Chriſtus ſolus operatur. Ex quo patet magiſtrum Sententiarum diſtinctione 24. non eſſe audiendum, qui docet non fuiſſe rebaptizandos baptiſmo Ioannis baptizatos, qui Spiritũ Sanctum agnouerunt, nec ſpem ſalutis in baptiſmo poſuerunt cum fuerint omninò diſtincti baptiſmi. Si enim (vt ipſe etiã fatetur) Ioannis baptiſmus non delebat peccata, nec erat in Spiritu; Ergo neceſſarius erat illis Ioannis baptiſmus, *quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Prædicauit ergo Ioannes baptiſmũ pœnitentiæ, id eſt hortabatur ad pœnitentiam, & ad baptiſmum inuitabat, qui in teſtimonium pœnitentiæ eſſet. Sciebat enim D. Ioannes, Syon collapſum non poſſe reſarciri, ſeu reparari, niſi per pœnitentiam, nec rempub. collapſam reſtaurari, nec animam deformatam vitijs renouari, niſi per pœnitentiam, ideò maximè perſuadebat illis pœnitentiam. Licet enim ædificationem Syon videatur. Pſal. Deo authori attribuere, cum dixit. Ædificauit Syon, illud tamen certum eſt, quod materia huius ædificationis ab hominibus præparanda ſit. Nam ſi de ſtructura Reſpub. loquamur. Huius materia prima eſt rudis plebs, lapides angulares, & columnæ ſunt perſonæ in reſpub. eminentes, cæmentum concordia, & vnitas animorum. Si verò de ædificio Eccleſiæ, lateres huius ſtructuræ, lateres ſunt fideles, calx fides, quam in baptiſmo profitentur, columnæ iuſti homines, & Sancti Doctores. Sic etiam ſi de reparatione ædificij Spiritualis, id eſt animæ dicamus, quod eſt habitaculum Spiritus S. huius materia eſt, actus pœnitentis, nimirùm contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Hæc porrò materia præmiſſa, & rectè præparata, Deus animam pœnitentis ſic reparat, & ita iuſtificat, vt ſit ceu faſciculus florum, in eaque, vt in cęlo habitat. Ad prædicandum ergo iſtam pœnitentiam, D. Ioãnes directus ſunt à Deo, qui eam non vtcunque, & perfunctoriè prædicabat, ſed ſtudioſè ſumma cum contentione clamabat perſuadendo, & hortando ad eam, ſicut ſcriptum eſt in libro Iſaiæ Prophetæ. *Ego vox clamantis.* Nõ dicit in plurali. Ego voces, ſed vox, quia omnia Ioannis opera, cogitationes, verba, auſteritas vitæ, ipſe denique veſtitus vilis, & abiectus, (vt pote, qui ex pilis fuit Camęlorum,) vna vox erat, clamãs & inuitans ad pœnitentiam. Quando æger eſt aliquis, & grauiter morbo debilitatus, vix loqui poteſt, & ideò ſubmiſſa, & debili voce loquitur, ita vt vix audiri poſſit: ſic cum prælatus, vel præco verbi Dei, non clara, ſed obſcura voce redarguit peccata aliorum, maximè ex grege ſibi commiſſo, ſignum eſt, quod ſit æger S. Ioannes, qui palàm, & clara voce arguebat. Non licet tibi habere vxorem fratris tui, clamabat, inuitabat ad pœnitentiam, & monebat ad parandam viam Domino. Sed mirùm eſt adeò ſurdos fuiſſe Hebræos, quod hanc vocem tàm claram, tàm ſonoram nõ audierint. Narratur de S. Adalberto patrono Poloniæ. Quod dum Pragenſem Epiſcopatũ gereret, apparuit ei Ieſus, totus vulneribus ſauciatus, eique hæc verba dixit. Alberte ſtertis, & populus hic præceps fertur. Quibus ille verbis, tanquam calcaribus adeò extimulatus fuit, vt per Morauiam, & Vngariam chriſtianam fidem paſſim prædicaret: Sed cum nihil proficeret, eò quod Bohemi monita Sacra contemnerent, Romam paucis comitatus profectus, à Summo Pontifice benignè ſuſceptus eſt. Roma tandem euocatus à Boleslao ſecundo Boemorum Rege, cum Gaudentio in Pannoniam venit, Stephanum ducem conuertit. Comitatu indè auctior cum ſex fratres Roma eum ſequentes, aſſecuti eſſent, in Boemiam ſumma ſiccitate laborantem ingreſſus; tantam repẽte imbrium copiam ſecum attulit, vt pleraque loca ſtagnauerint. Manetque etiam nunc in ea gente prouerbium ſenſim Germanis communicatum, ſi quando religioſos viros iter facere conſpiciant, pluuiarum ea die dicunt, ſed cum iterum Bohemi ob ſcelera, & enormia vitia ſacram cenſuram incurriſſent, in Poloniam abijt ad fidem Chriſti diſſeminandam, & Gneſnæ præſulem dedit Gaudentiũ fratrem. Hinc ad Prutenos veniens cum populum penitus rudem, & indocilem eſſe videret, nouos ſibi in grege armentorum, & pecudum quæſiuit auditores. Atque res tum dictu mira contigit, vt ſtarent erectis auribus, boues, equi, aſini, capræ, ſues, & quaſi benè per Albertum dicta ſentirent intelligerentq; nutu illa capitum approbabant. Pruteni autem, illis brutis magis bruti, ad ſummã per hæc crudelitatẽ efferati, Fiſchuſij in Pruſſia anno ſalutis humanæ 988. alijs 997. Sanctum virum ſeptem ſpiculis cõfodeeunt, caputque mortui amputarunt,

Ioan. 1. v. 33

Ibid.

S. Adalbert.

Dubrauius lib. 6.

tarunt,

tarũ. Atque ita de illis etiam iure optimo dici poterit, quod
obſurducrant aures eorum malitia, & iniquitate obſtruen-
te, ideò non poterant audire vocem prædicantis, quemad-
modum, & hi quibus prædicabat Ioannes, & clamabat
dicens.

PARATE VIAM DOMINI RECTAS
FACITE SEMITAS EIVS. Hęc duo inculcabat
Ioannes Iudæis, vt pararent viam Domino, & rectas face-
rent ſemitas eius. Quaſi diceret, qui hactenus diſtortis mo-
ribus, & putridi vitijs fuiſtis, ad præſentiam domini rectos,
& integros vos eſſe oportet, quia rectus Dominus Deus no-
Pſal 91. ſter, *& rectos decet collaudatio. Videbunt recti & lætabun-*
Pſal. 52. *tur, & omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Via ſtulti recta in*
Pſal. 106. *oculis eius* (ait Sapiens) *qui autem Sapiens eſt audit conſilia.*
Prouer. 12. Stultus enim cum ambulat recta ſibi eius videtur via, & ſtul
tos eos opinatur eſſe, qui eius ſtultitiam non ſequuntur, nẽ-
pè luxum, ſpurcitias, delitias mundi, illecebras corporis, &
quæ ſunt generis eiuſdem. Sed hæc via, quæ ſtulto videtur
recta, ducit ad inferos; quæ verò eſt recta coram Domino,
ducit ad vitam. Tres ſunt viæ rectæ per quas ambulant ho-
mines recti corde. Prima quia Deo non adſcribunt mala,
quæ patiuntur; Secunda quia Deũ dicere non audent iniu-
ſtum. Tertia quia Deo non auferunt gubernationem rerũ.
Hier. 2. v. 19. De primo dicit Hieremias. *Arguet te malitia tua, & auer-*
Pſal. 118. *ſio tua increpabit te.* De ſecunda autem Dauid. *Iuſtus es*
v. 37. *Domine, & rectum iudicium tuum.* De tertia verò Eccleſ.
Eccleſ. 5. v. 5 *Ne dicas coram Angelo non eſt prouidentia.* His vijs non
ambulabant Iudæi, ſed in omnibus delinquebant, qui (teſte
Ezech. 18. Ezechiele) ſoliti erant dicere. *Patres noſtri comederunt vuã*
v. 2. *acerbam, dentes autem filiorum obſtupeſcunt.* Quibus hæc
exprobrans Dominus per eundem Prophetam dicit, Dixi-
ſtis. *Non eſt via recta Domini, Et nunquid via mea non ſunt*
ęqua, & non magis vię veſtra prauę ſunt? Quaſi diceret.
Quoniam cauſam iniquitatis veſtræ confertis in me, & in
iuſti iudicij me in ſimulatis, meque humanarum rerum cu-
ram, vel nullam vel valde exilem habere dicitis; propterea
Idem Eze- vias veſtras nõ rectas, ſed diſtortas appello, & iniuſtas. *Eru-*
ch. 35. *beſcite ergo ſuper vijs veſtris.* Antiquis temporibus, diuer-
ſis vijs diuerſa fuerunt nomina impoſita pro quantitate la-
Alex. ab A- titudinis, vt habet Alexander ab Alexandro: dicebantur
lex. lib. 2. Gē enim viæ, actus, iter, ſemita; via erat, quæ habebat octo pe-
nial. c. 20. dum latitudinem; actus quatuor; iter verò pedes duos tan-
tum latitudinis habebat; ſemita demũ quaſi ſemi iter, vnũ
pedem lata erat. Quare autem ſic dicebãtur cauſam refert
Varro lib. 4. Varro. Qua (inquit) agebant, actus dicebantur, quà vehe
lin. Lat. bant, via qua ibãt ab itu iter appellarunt, qua anguſtę erãt,
ſemitæ, id eſt ſemis iter nuncupatæ. Hic D. Ioannes ſolùm
meminit viæ, & ſemitæ, & duplicem præcipuè ſtatum, hac
ſimilitudine exprimit, nimirùm magis; & minus perfectũ.
Status magis perfectus, qui in obſeruantia mandatorum,
& conſiliorum Dei fundatur exprimitur ſimilitudine ſe-
mitæ; minus perfectus ſimilitudine viæ, qui mandata Dei
D. Greg. tantùm obſeruant, iuxta illud D. Gregorij. Arcta enim be-
nè viuendi cenſura, non eſt via, ſed ſemita ſtricta, in qua
K quiſque ſtudioſè ſtringitur. Et paulò ſuperius idem, vię eius
ſunt viuendi ordines, quos ad ſe venientibus præbuit. Cùm
autem ſemita dicatur à ſemis; datur intelligi, quod qui ſe-
mita gradiuntur anguſtiorem, & ſtrictiorem vitam agunt,
& minus perturbantur, quia vt duo ſe in ſemita offendant,
eſt impoſſibile, vt in itinere ſæpiſſimè id accidit.

Porrò D. Ioannes, & viam, & ſemitam Domino præpa-
rare iubet, quia omnis conditionis, & ſtatus homines, ad ex
cipiendum Chriſtum ſe præparare debent maximè, quia
omnis vallis implebitur; id eſt omnes humiliati exaltabũ-
Ad Philip. 2 tur, quemadmodum. *Chriſtus humiliauit ſemetipſum vſ-*
v. 8. *que ad mortem, propter quod, & Deus exaltauit illum. Glo-*
Pſal. 8. v. 7. *ria, & honore coronaſti eum,* quem paulo minus ab Angelis
minuit; deindè *Omnis mons, & collis humiliabitur.* Hoc eſt,
qui ſuis viribus confidebant, fidere ſibi deſinent, omnemq;
Luc. 1. v. 52. ſpem, & fiduciam in Chriſto collocabunt. *Depoſuit potentes*
de ſede, & exaltauit humiles ait in ſuo Cantico glorioſa Ma
ter, & Virgo, primus mons per Chriſti aduentum depreſ-
Iſai. 13. v. 2. ſus fuit Satanas, de quo ait Iſaias: *Super montem caligino-*
ſum leuate ſignum. Hoc eſt contra Satanæ ſuperbiam, qui
ſæpè ſub nebula ſimulationis lædit incautos, Leuate vos

Chriſti fideles, & cohæredes ſignum Sanctæ Crucis, ex vir-
tute illius victores euadetis. Secundus mons ſuperbia exti-
tit Iudæorum, & gentilium altitudo, & ſublimitas. De his
montibus Dauid ſic eſt locutus. *Montes ſicut cera fluxe-* Pſ. 96. v. 3.
runt à facie Domini. Id eſt, omnis potentia, omniſque alti-
tudo virorum, in aduentu Domini deprimetur, & humilia
bitur. Multi ſiquidem, qui tumebant, poſtquam Chriſtus
apparuit in carne pęnitentiæ feruore liqueſacti ſunt. Ter-
tius mons eſt ſapientia huius ſæculi, de qua Deus per Apo-
ſtolum ad Corinth. *perdam Sapientiam Sapientum, & pru* 1. Cor. 1. v. 19
dentiam prudentium reprobabo. Qui tranſtulit montes (in-
quit Iob, & Pſalm. *Altitudines montium ipſius ſunt,* id eſt Pſ. 94.
ſuperbæ hominum cogitationes in manu Dei ſunt, quocun
que voluerit vertet illas. Omnis igitur mons humiliabitur,
omnis poteſtas dæmonum conculcabitur, omnis contuma-
cia Chriſto ſubijcietur, omniſque ſapientium arrogantia
deijcietur, & humiliabitur. Omnis autẽ vallis implebitur.
Impleta eſt Gentilitas plenitudine gratiæ Saluatoris, de-
creuit tumor Iudæorum. Vnde Pſalmiſta: *Qui emittis fon* Pſ. 103. v. 10.
tes in conuallibus inter medium montium pertranſibũt aquę.
Corda ſiquidem humilium, & credentium, fontibus diui-
norum eloquiorum impleta ſunt, & ſuperba corda Iudæo-
rum intelligentiæ ſiccitate aruerunt. Vidit hoc vates Da-
uid, & dixit, *Valles abundabunt frumento, clamabunt, &* Pſal. 64. v. 14
hymnum dicent, Sicut à montibus aqua dilabitur, ita men-
tes ſuperborum doctrina fugit veritatis, humiles verò pabu
lo doctrinæ ſalutaris replentur.

ET ERVNT PRAVA INDIRECTA, ET
ASPERA IN VIAS PLANAS. Nihil prauum,
& diſtortum, nihil aſperum, & ſuperbum in ſupernam Ci-
uitatem introibit; quoniam ciuitatis illius Dominus iuſtus
eſt, rectus, *& æquitatem videt vultus eius.* Cum enim con-
deret hanc pacificam ciuitatem, ſurrexerunt quidam pra-
ui, diſtorti, & aſperi Spiritus, ſed colliſi ſunt ſubitò, & ad tar-
tara detruſi virtute dominantis, omnia ergo ſunt ibi plana,
& recta, Deoque clara, & accepta.

TANDEM VIDEBIT OMNIS CARO
SALVTARE DEI. Quia de omnibus gentibus ali-
qui ſaluabuntur, & Chriſtum viſuri ſunt in gloria Dei Pa-
tris. Si verò velis referre ad regnum cęlorum præſentis
temporis abſque dubio percipies montes deiectos eſſe,
& valles erectas, quoniam: *Depoſuit potentes de ſede, &*
exaltauit humiles. Praua etiam hominum corda recta, &
mitia, & tractabilia, effecta fuiſſe, quod eſt opus diuini-
tatis. *Et ſic videbit omnis caro ſalutare Dei.* & ſentiet po-
tentiam eius. Inſuper aſperos, & ferinos hominum mores
in mãſuetudinem cõuerſos inuenies, quia docentur à Chri-
ſto, & Apoſtolis eius omnes homines mites eſſe, & humiles
corde, & ſic videbit omnis caro ſalutare Dei. *Quoniam in* Pſal. 18. v. 5
omnem terram exiuit ſonus eorum in fines orbis terræ verba
eorum, qui Chriſtum gentibus nunciarunt, & qui in poſte-
rùm annuntiaturi ſunt videbuntque omnes per fidem ſalu-
tare mundi, videbit, & in vltimo, ac tremẽdo iudicio Om-
nis caro ſalutare Dei, quando iuſtiſſimus iudex rationalẽ,
& intellectualem creaturam in iuſtitia, & æquitate iudica-
bit. Cum ergo hæc omnia quæcunque videntur, ac ſen-
tiuntur in hoc mundo diſſoluenda ſint, & tempus iudicij
prope ſit, & regnum cælorum appropinquauit; enitendum
eſt, vt opera noſtra praua recta fiant, & aſpera in
vias planas vertantur, vt effugiamus horrendam
illam, & tremendam ſententiam. *Ite ma-* L
ledicti in ignem æternum. Iudican-
di enim ſumus à iudice, qui iu-
ſtè, & potenter omnia iu-
dicabit, cui ſit laus,
& gloria ſem-
piterna
in
ſæcula ſæculorum.
Amen.

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Quartæ Aduentus.

De Magnanimitate.

Lucæ 3. v. 3. *Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ.*

Eccl. 1. v. 16. *Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt antè me in Ieruſalem; & mens mea contemplata eſt multa ſapienter, & didici: dedique cor meum, vt ſcirem prudentiam, atque doctrinam, erroreſque, & ſtultitiam.*

A PLVRES in mundo præclari nominis fuerunt homines, qui propter diuerſas cauſas Magni cognominabantur; quo nomine alij æquè ſapiẽtes, ęquè prudentes &c. deſtituti ſunt. Primus fuit Alexander rex Macedonum, qui cognominatus eſt Magnus, idq; ob res geſtas: ſiquidem intra decennium orientalibus populis ſibi ſubactis, famam ſuam extremis mũdi terminauit oris. Antiochus vnus ex ipſius ſucceſſoribus eodem inclaruit nomine plus tamen eximiæ ſapientiæ, quàm fortitudinis, ergò, quod tamen poſtea amiſerat à Romanis victus. Inter Romanos plures dicti ſunt Magni. Q. Fabius Maximus appellatus eſt, non quidem quod fortitudine bellica excelleret; ſed quod temerarijs Liberrinorũ motibus dexterimè compoſitis, maximo periculo Rempub. exemiſſet. Pompeius quoque Magnus cognominabatur, at potius pro pter applauſum militis, quo victorem iuuenem excipiebat: quàm quòd obtinuiſſet id facinore aliquo inſigniori, cui aſſignandum foret illud virtutis nomen. Inter alios quoque Reges Ethnicos plures Magni appellati ſunt, Mithridates rex Parthorum, & alius quidam Ponti; ille propter ampliſſimas victorias, hic propter diuturnum bellũ. Reges Ægyptij vocabantur Magni Sultani. Præclara Mahometis I. facinora duobus enim imperijs ſubiugatis, duodecim regnis Chriſtianis ademptis, ducẽtas vrbes occupauit, illa (inquã) effecerunt, vt Magnus Turca diceretur, qui titulus fortitudine patris, quaſi hæreditariè omnibus eius ſucceſſoribus etiam nunc tribuitur. Hingo Tartarorum regi nomen Magni comparauit victoriarum amplitudo, poſtea in ſucceſſores ita deriuatum, vt nunc Tartarorum rex, magnus Cham vocetur. Atrait nomen hoc Thamerlanes, propter ingentẽ exercitum, quem ducebat, & propter rerum geſtarum magnitudinem, præcipuè quod Baiazetum Turcarum Imperatorem, victum, & captum humiliauerit.

B Sed magis hoc nomine digni fuerũt Principes Chriſtiani; ex quibus Conſtantinus Magnus honorificentiſſimum hunc titulum obtinuit; partim quod imperium belli ſucceſſibus augeret, partim quod Religionem Chriſtianam longè, lateque diffunderet. Imperium enim ante miſerè diſtractum, & diſiectum collegit, ac refecit, fidei Chriſtianæ fœliciſſimus propugnator. Sic Rex Polonorum Caſimirus II. ſibi idem nomen comparauit, non tam victoriarum ſucceſſibus, quàm multarum vrbium reſtaorarione, munitionum roboratione, præſidijſque firmiſſimis; templorũ fundatione, & donatione, paciſque cultura exactiſſima: & ſic à magnificentia nomen Magni ſortitus eſt. Maxima etiam cum laude præ cæteris hoc cognomen obtigit Carolo I. Regi Galliæ ex rebus tam bello, quàm pace præclarè geſtis, ex Chriſtianę fidei propagatione, ex inſigni erga literatos fauore, & artium, quas tanquam orco amandatas in lucem vindicauit. Maximè verò quod primus Imperator Occidẽtis fuit. Sed nulli tanto iurè competit nomen magni, ſicut D. Ioanni, qui ita omnibus perfectionis numeris abſolutus erat, tanta claritate, tanto lucis ſplendore præcæteris fuit conſpicuus, vt ab ipſo Chriſto Domino, maximus inter natos mulierum, quo non ſurrexit maior, dictus fuerit: cũ ob maximam vitæ auſteritatem, & ſanctitatem, tum præcipuè ob ſummam animi magnitudinem, ſeu magnanimitatem, qua intrepidè Herodem redarguit, ſummum honorem Meſſiæ acceptare noluit, & aſperam pęnitentiam exẽplo, vita, & doctrina inter homines plantauit: ideò rectè de ſe dicere potuiſſet verba Eccleſiaſtæ. *Ecce magnus effectus ſum*: quia inter natos mulierum non ſurrexit maior &c. Præceſſi omnes ſapientia, dedi cor meum, vt ſcirem errorem, & ſtultitiã, quia in eum finem à Deo directus erat, vt prædicaret pęnitentiam, reprehenderet errores, & ſtultitiam, vt impauidè, & magnanimiter hortaretur ad parãdam domino viam perfectam. Has ob cauſas dictus fuit maximus inter natos mulierum à Chriſto Domino, ſed pręcipuè à magnanimitatis virtute, qua inſtructus ſapiẽter honorem Meſſiæ, (qui ſibi à rerum ignaris deferebatur,) vſurpare detrectauit. Imitando in hoc ſapientiam Salomonis, qui licet fuerit magnus potentia, diuitijs, præcipuè tamen his tribus maior cęteris fuit, nempè ſapientia, doctrina, atque prudentia, & corde alta petente, atque contemplante. De his ergo magnanimitatis dimenſionibus agemus, longitudine, quæ in ſapientia conſiſtit, latitudine, quæ in prudentia, altitudine, quæ in poſſeſſione virtutum moralium, & ſpeculatiuarum ſita eſt ſed prius de ipſa magnanimitate virtute in hac inſtitutione verba faciemus: vbi in primis, quid ſit magnanimitas virtus declarabimus, deindè quæ materia circa quã verſatur, quod ſit ſpecialis virtus, & quæ eius officia diſputabimus.

C Virtutem magnanimitatis Principibus Chriſtianis, alijſque viris excelſi animi deeſſe impiè aſſerit Magiſter Pſeudopoliticorum propter leges Chriſti, in quibus ipſe diſcipulis, & ſectatoribus ſuis perſuadet modeſtiam, comitatẽ, manſuetudinem, lenitatem, patientiam, quæ animi magnitudini repugnant. Deindè leges, (inquit) Chriſtianæ, homines ad iniuriam ferendam aptiores, quàm ad propulſandam reddunt. Quid nam hæc ad magnanimitatem animi? ſed quàm inepiè hæc ab illo aſſerantur ex definitione magnanimitatis intelligemus. Nam quid aliud eſt magnanimitas, quàm conſtans, & perpetua voluntas, quæ recta, & honeſta ſunt, perſequendi, fugiendique contraria propter maximum honorem? Hinc eſt quòd magnanimitas, vt dixit Salomon conſiſtit ex ſapientiæ contemplatione, prudẽtia, & fortitudine animi. Ecce (inquit) magnus effectus ſũ, & præceſſi omnes ſapientia, & mens mea contemplata eſt, multa &c. Hæc ſi in homine concurrunt, res maximas efficiunt: has autem virtutes Chriſtianis proprias eſſe ſupra docuimus. Sed non omnes in hanc ſententiam veniunt, quod magnanimitas ſit perpetua, & conſtans voluntas agendi, quæ honeſta ſunt propter maximum honorem: ſunt namque qui exiſtiment, quòd fons, & origo magnanimitatis ſit cor hominis, ita quòd eos magnanimos aliqui appellent, qui magnitudine cordis excellunt, atque ita iuuenes eſſe magis magnanimes aſſerunt, quàm ſenes. Hi ſequuntur id, quod Pierius in ſuis Hieroglyphicis, & ante ipſum Plinius inquirit, an creſcat cor hominis ad duas dragmas per annum in iuuenibus, & decreſcat in ſenibus? exempli gratia, eſt infans vnius anni: accipiatur cor illius, & ponderetur: iuſtum pondus eius eſt duarum dragmarum; ponderetur anno ſequẽti, iam põderat quatuor dragmas, anno tertio ſex dragmas, & ſic conſequenter: atque ita cum ad annum quinquageſimum cor hominis creſcat, anno quinquageſimo ponderabit centum dragmas, quia quolibet anno creſcit ad duas dragmas. Proportionaliter dicunt de decreſcentia cordis in ſenibus, quorum cor quolibet anno decreſcit ad duas dragmas: & cum ab anno quinquageſimo decreſcere incipiat, ſicut in iuuenibus ad annum quinquageſimum creſcit; ſequitur ſecundum iſtos, in primis, quod ſi aliquis perueniret ad annum centeſimum moreretur ex ſola cordis decreſcentia, ex ſolo cordis defectu, ſine vlla infirmitate. Huius ſententiæ videtur fuiſſe Polion, qui affirmat Moyſen vixiſſe centum, & viginti annis: at poſteriores viginti, non naturæ ordine, ſed diuino dono ei fuiſſe ſuperadditos. Et aliqui Rabbini dicunt Moyſen habuiſſe reuelationem à Deo, quod nullus mortalium poſſet ad tantam ætatem peruenire.

Machiauell. lib. 2. de relig.

Plinius.

Polion.

D Inferunt ergo iſti, quod ſenes non ſint ita magnanimi, ſicut

ſicut iuuenes, qa magnanimitas eſt ex magnitudine cordis, φ in iuuenib. creſcit, in ſenibus decreſcit. Sed hoc ego affirmare nõ auſim, qa ẽt noſtris tẽporib. referuntur aliqui vixiſſe ſupra annum 100. q̃uis nullũ his tẽporib. exceſſiſſe annum 120. credibile eſt. Dubiũ ergo eſt an hoc pacto cor hominis creſcat, aut decreſcat: probabilius dicerẽ, φ cor hominis non creſcit, nec decreſcit ita notabiliter, vſq; ad annum 50. ſicut nec ipſe homo ad tantã ętatẽ creſcit. Qđ aliqualiter creſcat, vel decreſcat, hoc fortè negari non põt; videmus.n. iuuenes, ꝑcipuè ab anno 25. ad 40. eſſe fortes, & robuſtos ſenes eſſe debiles: hoc aũt operaƭ cor p augmentũ, vel decremẽtũ ſuũ. Hinc cõiter dicimus timidos homines exigui cordis. Sed ex hoc non ſequitur, φ ſenes ſint minus magnanimi, q̃ iuuenes: tũ qa in ſenib. cor diminuitur, non p decreſcẽtiã, ſed p quãdã cõtractionẽ, q̃ ẽt in facie, ac alijs mẽbris ſenũ apparet; cor aũt contractũ vƭ vires collectas, & maiorẽ vigorẽ habere: tum ẽt qa non ex ſola cordis magnitudine, aut exiguitate maior magnanimitas oriƭ, ſed etiã ex alijs cauſis ꝓcedit: imò accidere poſſet, φ eſſent duo homines ęquale cor habentes, & tñ vnus alterũ magnanimitate excelleret. Senex fuit Cõſidius Rom. ciuis, & tñ magnanimior erat alijs iunioribus: nam (vt ſcribit Macrob.) cũ eſſet ſenex, & aduerteret, φ Iulius Cæſ. multa publicè ſtatueret contraria legib. & libertati Reip. repugnãtia, vt Imp. euaderet; ipſe ſic eũ allocutus eſt. Putas nè Cęſar oĩa hęc, q̃ ſtatuis ꝓbari Senatorib. Romanis? certè non ſed arma, & potẽtiã tuã verẽtur, iõ tibi cõtradicere, nõ audent, licet aliter ſentiant, & hoc φ ſtatuis multũ eis diſpliceat: cui Cęſar cur ergo tu arma mea non times, vt te domi cõtineres, & ſileres, & te mihi non opponeres? rñdit Cõſidius. Mihi ſenectus meũ ademit. Iſte fuit ſenex p conſequens minoris cordis, & tñ fuit magnanimior alijs. Signũ ergò eſt φ quẽadmodum fortitudo non eſt principaliter ex potentia, aut robore corporis, ſed ex fortitudine animi iuxta ſuperius dicta, ita quoq; magnanimitas virtus non eſt principaliter ex magnitudine cordis, ſed ex magnitudine animi, ſapientia, prudẽtia, & fortitudine mentis, vñ pullulat cõtẽptus vitæ, & rerũ tẽporaliũ, q̃ ꝓ nihilo reputat magnanimus, ſola ardua, & alta petit, ſola cęleſtia magni ęſtimat cętera flocci pendit: niſi fortè ſumatur cor, ꝓ intellectu, & voluntate cõſtanti, ſicut ſumitur in Sacra Script. *Obſcuratũ eſt inſipiens cor eorũ*, id eſt, intellectus, animus, & voluntas, qa iuxta ſuperius dicta, magnanimitas eſt cõſtãs, & ꝑpetua voluntas ꝓſequandi, q̃ honeſta ſunt, q̃ eſt maxima ſapientia, magnanimitas.n. eſt virtus, qua animus extenditur ad magna pp magnũ honorẽ eſt virtus maximè neceſſaria, ſicut in reb. politicis, ita & diuinis, qa impellit animũ, ad ꝓſecutionẽ magnorũ, atq; extimulat appetitũ retrahentẽ ſe à bono arduo, & difficili pp arduitatẽ, & difficultatẽ. Sicut.n. ſunt aliq̃ virtutes, q̃ moderãtur appetitũ, retrahendo ipſum à bono ne nimiũ tendat in illud, ꝓut humilitas retrahit ab appetitu nimię excellentię & honoris: ita neceſſaria erat virtus, q̃ motũ ſpei augeret, animum erigeret ad bonũ licet difficile, & arduũ ſit, incitaretq; ad ꝓſequendum magna ſm rectã rõnẽ: & qa poſt virtutem nihil eſt maius honore, iõ impellit ad honores magnos ꝓſequendos, & ea quę honore digna ſunt. Nobiliſſimũ q̃ppè vniuerſis virtutib. addit ornamentũ, ꝑcurrit ſiquidẽ cãpos oẽs, & caſtra Dei viuentis, hoc ẽ virtutũ agmina cęleſtib. armis ſepta ꝑluſtrat, vt grãdia ꝑſtẽt. Subiectũ illius eſt iraſcibilis appetitus, ſiquidẽ in iraſcibili ſedẽ ſuã locat: materia ſeu obiectum eſt magnus honor, ſeu gloria; nõ qa gloriã exquirat, vt finẽ, (hoc.n. parũ eſſe putat,) ſed õpus magnũ, φ honore dignũ eſt; ad duo.n. reſpicit, ad magnũ honorẽ, pp φ ẽt ſpectat ad iraſcibilẽ: reſpicit ẽt ad aliq̃d magnũ operandũ tãq̃ finẽ pp honorẽ, & ex vtroq; reſpũ denominationẽ hẽt, nã honor eſt maximũ bonũ, maximè virtuti ꝓpinquũ; & iõ inter res humanas exteriores ꝑcipuũ locũ tenet: quate pp materiã, circa q̃ operatur, dƭ magnanimitas, qa circa id verſatur, φ in rebus humanis eſt maximũ: ſumit ẽt denominationẽ ab operõne, ſicut à fine, qa magnanimitas reſpicit operõne magnas tãq̃ finẽ. Eſt igitur magnanimitas virtus: qa ponere modum rõni, ſeu operari vt oportet virtus eſt: vt bonũ rõnis ſeruetƭ, φ eſt propriũ bonũ hominis, & hoc magnanimitas exercet. Hæc virtus ſpectat ad fortitudinẽ cardinalẽ virtutẽ. Hanc ob cãm, ex cõi doctrina Philoſ. & nrõm Patrũ, q̃ nq; ꝑcipuè partes fortitudinis aſſignanƭ, ſ. magnanimitas, cõfidẽtia, ſecuritas, patientia, & perſeuerãtia, licet Macrobius, & Cic. quatuor tñ numerent: tñ reuera hęc vñ eſſe neceſſariæ, nec plures req̃runƭ, ſed iſthæc ſufficiunt. Nã imprimis vir fortis, dẽt habere fiduciã, φ benè ei ſuccedet id φ aggrediƭ. Nã ſi non hẽt fiduciã, nõ ſuſcipiet efficaciter laborẽ, vt teſtaƭ D. Paul. *Quoniã dẽt in ſpe, qui arat arare: & qui triturat in ſpe fructus recipiendi*. Ne aũt iſta fiducia ſit vana, in ſecuro poni, & in fundamẽto inuincibili fundari dẽt qa exiſtente fiducia benè, vel malè fundata ſimiliter erit, & ſecuritas. Porrò vt ſit fiducia pfecta, maturè cõſiderãda ſunt media ad finẽ. An ſint vera, vel falſa, deindè an ſint falſa per defectũ, cũ q̃s timet, φ timendũ nõ eſt. Sicut.n. ſtultũ eſt non timere vbi timẽdũ eſt, ꝓut faciũt quidã robuſtiores inexperti iuuenes, q̃ ꝓprijs virib. fidentes, vel auxilijs amicorũ, difficilia aggrediuntur falſa ſecuritate decepti, & iõ breui deficiũt: ita ẽt fatuũ eſt timere vbi nõ ẽ timẽdũ: nã ſicut falſa ſecuritas, & audacia nimia eſt nociua, ita nimius timor. Quare vt q̃s ſit pfectè ſecurus, fundamentũ ſit ſecuritatis auxiliũ Dei, ꝑcipuè in his q̃ notabiliter excedũt, ꝓprias vires. Habita fiducia, & ſecuritate ſuccedit magnanimitas, q̃ firmat animũ, q̃ eſt magnanimitatis ſedes, & vbi reſidet ad aggrediendũ difficilia, & ꝓſequendũ incępta, & ſupportãdũ aduerſa, ita generoſo, & cõſtãti animo, vt vel moriẽdũ, vel vincẽdũ ſit pp maximũ honorẽ acquirendũ, vel cõſeruãdũ. Magnanimitas itaq; ẽ virtus, q̃ ſedẽ ſuã fixit in iraſcibili. An verò ſit ſpecialis virtus ab alijs diſtincta? cõueniunt Theol. & Politici eſſe virtutẽ ſpecialẽ, magnanimitas.n. ponit modũ rõnis circa determinatam materiam, ſ. circa honores: honor aũt ſm ſe conſideratus, eſt quoddã ſpeciale bonũ, & maximũ in bonis externis: & ſm hoc magnanimitas in ſe conſiderata eſt ſpecialis q̃dã virtus: licet.n. honor ſit pręmiũ cuiuſcunq; virtutis, tñ nulla virtus ex ſpeciali intentione circa honorẽ occupaƭ, ſed ex cõſequẽti tñ. Sicut aũt liberalitas eſt moderatio circa pecuniã, & diuitias, tẽperantia circa delectabilia in guſtu, & tactu, ita magnanimitas eſt moderatio circa honores magnos. Difficultas aũt eſſe poſſet de differentia Magnanimitatis virtutis à Philotimia, & Aphilotimia, qa hæ virtutes circa honores verſantur: ſed & ab iſtis virtutib. diſcreta eſt magnanimitas: nã virtutes illæ Philotimia, & Aphilotimia circa mediocres honores verſanƭ; magnanimitas aũt circa maximos honores, nã Philotimia eſt honoris mediocris amor, Aphilotimia aũt eſt virtus, q̃ docet moderatè non curare honorẽ mediocrẽ. Qñuis cõiter hę virtutes confundanƭ & altera ꝓ altera ꝓmiſcuè accipiaƭ, magnanimitas ꝓ Philotimia, & è conuerſo. Iõ aliqui dñt φ Aphilotimi extiterunt Paul. & Barnabas, iũ edũ ſciſſis tonicis ꝓdierunt in publicũ ꝓhibẽtes Lycaonios, & Lyſtrios, ne diuinos ſibi impenderẽt honores, vt eſt in actib. Apoſt. Similiter qñ Ioan. cecidit ante pedes angeli, vt adoraret eũ, ad quẽ Angelus: *vide ne feceris conſeruus tuus ſũ*. Cũ introiſſet Petrus (inq̃t lectio act. Apoſt.) obuius venit ei Cornelius, & ꝓcidens ad pedes eius adorauit eũ, Petrus verò eleuauit cum dicens. *Surge & ego ipſe homo ſũ*. Moyſes optabat, vt oẽs de populo ꝓphetarent, licet honor ſuus minui videreƭ. Dñs nr̃ Ieſus Chriſtus ſingulis quos à diuerſis infirmitatib. liberabat, ne quidquam dicerent iniunxit. Deipara Virgo cum Mater Dei ab Angelo nominaretur, ſe ancillã Domini appellauit. Beatus Pater Noſter S. Franciſcus cum ſe apud homines fama Sanctitatis efferri percepiſſet, ne aliquã ex eo voluptatem caperet alteri negotium dedit, vt è contra probris petulantiaq; eum laceſſeret. De Hilarione ſcribit Hieronymus. Mirentur (inquit) alij ſigna, quæ fecit, mirentur incredibilem abſtinentiã, ſcientiã, humilitatem: ego nihil iſta ſtupeo, quam gloriã, & honorem calcare potuiſſe. Ex gentilibus enã fuerunt aliqui aphilotimi. Titus Veſpaſianus Hieroſolymis captis, cum omnia loca cadaueribus repleſſet, & ob victoriã à finitimis gentibus corona ei offerretur, reſpuit, dictitans ſe tali honore indignum. Non.n. ſe talium operum authorem; ſed Deum ipſum iracundiã contra Iudęos demõſtrãtẽ extitiſſe aſſerebat. Tiberius Cæſar ſtatuã ſibi erigi, aut tẽplũ ædificari nõ ꝑmiſit, Dñs à liberis hominib. aut Imp. ꝑterq̃ à militib. vocari voluit: Patris Patriæ nomen oĩnò repudiauit Principeſq; Senatus (vt erat vetus conſuetudo) nominari tñ voluit. Traianus Imp. mortuo Nerua, magnis reb. geſtis in Germania, cui præerat floruit, ſubiugatiſq; Marcomannis, & Pãnonię populis, cũ ad ſucceſſionẽ Imp. Rom. rediret minimè triũphans, nec quadrigis cũ ei p Senatũ liceret, ſed tñ equo, inſidens in Capitoliũ inuectus eſt. Sic igiƭ aliq̃ volũt Philotimos eſſe moderatos, ſiue circa mediocres, ſiue circa magnos

Cõſidius.

Ad Rom. 1.v.21.

E

Macr. 19.
Cicer.

1.Cor.9.
v.10.

F

Actor.14.

Apocal. 19.
10.

Act.10.v.26

Digitized by Google

G honores. In rigore tñ loquendo Philotimia differt à magnanimitate, vt hēt D. Th. q̄a Philotimia ponit modū rōnia circa mediocres honores: Magnanimitas aūt ponit modum rōnis circa magnos honores, & licet magnū, & paruū accidant honori, & per accidens ſe habeant circa honorem, ſm̄ ſe conſideratum, tñ magnam differentiam faciunt, ſecundū quod comparātur ad rōnem, cuius modum in vſu honoris obſeruari oportet, qui multò difficilius obſeruatur in magnis honoribus, q̄ in paruis: quemadmodū ēt magnum, & paruum accidunt pecunijs, ſeu ſumptui, cum tñ diuerſas requirant virtutes, parui quidē ſumptus liberalitatē, magni aūt magnificētiā. Nec obſtat q̄ eadē ſit virtus circa magna, & parua irā, q̄a in ira nō hēt difficultatē, niſi illud q̄ eſt maximū, circa quod oportet eſſe ſolā virtutē. Alia aūt eſt rō de diuitijs, & honoribus, q̄ ſunt res extra animā exiſtētes, atq; ita ſicut alia eſt virtus circa pecunias mediocres, ſ. liberalitas, & alia circa pecunias magnas ſ. magnificentia, ita hic, & in alijs vbi paſſiones hñt vim magnā repugnādi rōni, ex ipſis reb. exterioribus, vt infra dicetur, ibi dēt eſſe vna virtus circa maxima, & alia circa mediocria. De differētia ēt magnanimitatis à fortitudine difficultas eē poſſet, nā ēt fortitudo eſt, firmitas animi, imo oīs virtutis hoc eſt cōe, q̄a firmiter ſe habere requiritur in oī virtute, vt dr̄ in Ethicis, pcipuè tñ laudatur hoc in virtutib. q̄ in aliq̄ arduū tēdūt, in quib. difficillimū eſt firmitatē ſeruare, & iō q̄tò difficilius eſt in aliquo arduo firmiter ſe habere, tāto principalior eſt virtus, q̄ circa illud firmitatē pſtat animo. Difficilius aūt eſt animosè ſe habere in periculis mortis, in quo firmat animū fortitudo, q̄a ſicut homo maximè diligit vitā ſuā, ita maximè refugit mortis pericula. Magnanimitas aūt firmat animū circa id, q̄ eſt maximū bonū ſperādū, vel adipiſcendū nēpè honor, q̄ nō eſt ita difficile, atq; ita magnanimitas cōuenit cū fortitudine in quātū cōfirmat animū circa aliq̄d arduū. Deficit aūt ab ea in hoc, q̄ firmat animū in eo circa q̄ facilius eſt firmitatē ſeruare, & ſic differt ab ea ex parte obiecti, differt ēt ex parte moderationis paſſionū; q̄a fortitudo moderatur paſſiones, q̄ ſūt ex ſeipſis vehemētes: magnitudo aūt moderatur paſſiones, q̄ ſunt vehemētes ex magnitudine obiecti, nā quædā paſſiones ſunt, q̄ hñt magnā vim reſiſtēdi rōni principaliter ex parte paſſionis, q̄dā verò principaliter ex parte rerū, q̄ ſūt obiecta paſſionū. Paſſiones aūt nō hñt magnā vim repugnādi rōni, niſi fuerint vehemētes, eò q̄ appetitus ſēſitiuus, in quo ſūt paſſiones naturaliter ſubditur rōni, & iō virtutes q̄ ſūt circa huiuſmodi paſſiones, nō ponūtur, niſi circa id q̄ eſt magnū in paſſionibus: & ita Fortitudo eſt circa maximos timores, & audacias, tēperantia aūt circa maximarū delectationū concupiſcētias, & ſimiliter māſuetudo circa maximas iras. Paſſiones aūt q̄ tā (vt dictū eſt) hñt magnā vim repugnādi rōni ex ipſis reb. exterioribus, q̄ ſunt paſſionū obiecta, ſicut amor, vel cupiditas pecuniæ, ſiue honoris,

H & has moderatur magnitudo virtus. Magnanimitas igr̄ ponitur pars fortitudinis, quia adiungit̄ ei ſicut ſecundaria principali. Sic igitur patet q̄ magnanimitas eſt virtus, & ſpecialis virtus ab alijs diſtincta, q̄ occupatur in moderādo animo circa magnos honores appetēdos, vel pſequēdos, vel eſt moderatū ſtudiū honoris, & gloriæ acquirendæ, conſeruādæ, &c. quia hoc eſt eius primum munus, & officiū. Maximus aūt honor eſt Pōtificatus, Sacerdotiū, Principatus, Regnum, in his acquirendis, vel cōſeruādis moderatē ſe habere magnanimitatis eſt, in quo multū cōmendatur Leſco II. Nā Leſco I. Polonorū Principe ſine liberis defuncto, & multis Procerū, Principatū ambiētibus, placuit in dicto ad certā diē maculoſorū equorū curſu, ſtatuere, vt qui primus ad metā perueniſſet, eius dn̄s potius Poloniæ Princeps eſſet. Igitur meta poſita ad Prādnicum amnē in aperta planicie ad ſeptētrionalē plagā Cracouiæ. Ibi Leſcus quiſpiā pcerū, & cōpetitorū vnus, cū ſtadiū vafro cōſilio ſtrauiſſet clā in ſabulo ferreis hexagenis, ſiue ſtylis cæcis, quib. currentiū equorū pedes læderētur impediuiſſet: ipſe obliquo, & minimè impedito tramite, primus ad metā peruenit. Muniuerat is ēt equi ſui calces ferreis ſoleis, vt ne offenderet in ſtylis, ſi fortè cū impetu currens in eos incidiſſet, cū oēs oīum aliorum equi de more illius tēporis ſoleas nullas haberēt: rei prorſus ignaris, & miraculo attonitis oībus, & iā victorē, atq; Principē diuinitus ſibi oblatū Leſcum cōclamātibus, techna deprehenditur: protrahitur Leſcus in mediū, cōuincitur, dānatur, equis raptatus mēbratim diſtrahitur. Notārat quippè cōmētū illud duo q̄dā iuuenes tenues, & obſcuri.

Cromer. lib. a. & Gnagn. in vitis Reg. Polon.

Cū. n. ſequēti die quidā ī ſtadio illo, pedeſtri curſu fortè certarēt, ioco principatū inter ſe pacti, offendūt in ſtylis, ſubſiſtūt, inueſtigāt rē curioſius, notāt tramitē ſtylis intextū. Eorū vnus equitib. cōcitatiſſimè pcurrētib. pcurrit, & ipſe pedeſter, non totā ſibi tramite, oībus effuſo viſu, eū proſequētibus: oīum verò equis, cū ad ſtylos ventū eſſet cespitantibus; iuuenis ille pedeſter primus poſt doli fabricatorē ad metā peruenit. Eū igit̄ Leſco interfecto, principē populus oīs ſalutauit, & ne q̄d ad auctoritatē, & maieſtatē ipſi deeſſet, Leſcus II. cōmutato nomine appellatus ſuit, atq; is cū tā inſperato euētu rei mirabūdus, atq; dubitabūdus principatū ſuſcepiſſet: ſedulo dedit operā ne tāto munere indignus iudicaretur: nec modò repreſſit finitimorū vim, & incurſiones, ſed quibuſdā ēt populis vltro bellū intulit. Quid dicā de alijs nationib. ? Romanis, Lacedemonijs aliarūq; gentiū eximijs quibuſq; viris, qui p honore, & fama acquirenda, plurima egregia opera moliti ſunt, cōtēptis periculis vitæ, virtute magnanimitatis erecti. Q̄d ſi ro ob tinendis dignitatib. tēporaneis in acquirēdis honoribus, q̄ ſicut vmbra pieteūt, tm̄ laborarunt homines ingenui: q̄d facere æquū ē eos, q̄ æuo ſēpiterno magni eſſe deliberāt? exacuāt oēm ignauiā neceſſe ē intelligant eos ſolū nō apud Deū modo, ſed apud homines vniuerſos, immortale ſibi nomē cōparaſſe, q̄ mediocrib. cōtenti nō fuere; eorū tm̄ nomina recēſentur, & laudāt̄. Cæteros verò mediocres, aut ignauos Chriſtianos, quaſi nati nō fuiſſēt poſteritas minimè cōmemorat, q̄a pp exigua merita parū laude dignos autumāt. Nonnulli magnanimitatē ad ſolos Reges, Monarchas, Principes ptinere aſſerūt, ſed decipiunt̄. Qui. n. beneficia maxima clemētiſſimo Deo ſe debere pſpiciūt, q̄ eſt gratitudinis, magna moliri dēt, vt pro virili ſua gratiā referāt: ex quo efficitur, vt magnanimitatis virtus ppria ſit eorū, quos Deus magnis auxit beneficijs. Vt ergo dignas gratias Deo referāt, oēm ignauiā, vt à ſe abijciant neceſſe eſt; exēplo virorū illuſtriū, qui magnitudine animi, laudē, & famā immortalē ſibi cōpararūt. Cuiuſmodi fuit

I

Lacedęmoniorū regnū florētiſſimū, q̄ nō aliundē, q̄ ex magnanimitate, nō ſolū virorū, ſed mulierū quoq; excreuerat: familiare quippè vtriq; ſexui erat, p virtute colenda, honorē vitāq; contēnere. Romani quoq; qui ad vlteriores metas imperiū protēderūt, ſi vera fateamur, magnanimitate orbē ſubiugarūt: animis q̄ppè grādia cogitātibus, res p voto ſuccedebāt; & tñ ſiue Lacedęmones, ſiue Romani, ſiue alij quicūq; Chriſti expertes, erāt flāmis æternis vrendi, & infamia ppetua notandi: cur ergo q̄ cū Deo regnare cogitāt parua nō ſpernāt, & heroicos ad regnādū conatus nō adhibeāt? Verū q̄ de gētibus à nobis dicta ſūt ſanè vōr parua, ſi cū militū Ieſu Chriſti facinorib. cōparēt̄: maius quippè ſinè controuerſia eſt pprium appetitū, q̄ mœnia exterorū expugnare; qua in re q̄d, & Martyres, & Confeſſores, & Virg. præſtiterint Chriſtianis apertū eſt. Cōſtātiſſimè ſiquidē malis occurrerūt, mūdū pculcarūt, carnē domuerunt, pp æternū illū, & immarceſcibilē honorē.

K Certè magnanimorū eſt illuſtria exēpla Sāctorū, & recētia pſertim q̄ quaſi viuæ vocis energia lētos animos carpūt, imitari nō ob laudē, q̄ aucupari vanū eſt, ſed ob ſanctimoniā, q̄ oīno à Chriſti famulis exquirenda eſt; in aſſequēdis virtutib. toto conatu, & labore deſudādo, vt ad apicē illarū aliq̄n pertingere liceat: abiecta oī deſidia, & tædio, q̄ à cęptis grādib. facilè auellunt, & abducūt. Magnanimorū quoq; eſt in conſeruandis, & acquirēdis honorib. irreprehēſibiliter ſe habere, vt nec honorib. extollatur, nec ex honorationib. frāgatur, vt nō curet honores humanos, ſed eos cōtēnat, reputādo eos eē minores, q̄ ij quib. eſt dignus. Si. n. dignus eſt, q̄d honoretur à Deo, nō dēt magni ęſtimare, q̄ non honoretur, vel minus honoretur q̄ æquū ſit ab hominibus, nec ēt oīnò cōtēnat honores, ita vt nihil faciat q̄ ſit honore dignū; hoc. n. vituperabile ē: ſed tūc ſolū honorē cōtēnere dēt, cū id cedit in Dei honorē, vel publicū bonū, vt ſimultatis ſedādę gratia, vel q̄d ſimile. Sed plura alia ſūt magnanimi officia. Ad magnanimū ſpectat, aggredi ardua, fortunæ ictus ridere, inhonorationibus nō debilitari, terrena contemnere, pericula vitæ, gratiam hominum deſpicere, eſſe beneficum, iniurias remittere, corporis geſtu, ſermone, & voce alijsq; omnibus grauitatē colere, & plura cætera, quę ad acquirendum, augendum, conſeruandum honorem pertinent. At verò vt hæc officia magnanimi, quæ expreſſit Eccle. cum dixit, Ecce magnus effectus ſum, ſufficienter explicari poſſint ad tres dimenſiones magnanimitatis nobis attendendum eſt; ad longitudinem, latitudinem, & altitudinem.

Digitized by Google

nem. Longitudo conſiſtit in ſapientia, vt innuit Eccle. cum dicit magnus effectus ſum præceſſi omnes ſapientia, ſapientia enim docet ſupportare moleſtias, qua cauſat dilatio, & expectatio eius quod ſperatur, quæ ſine dubio ſunt magnæ, teſte Spiritu Sancto in Prouerbijs. *Spes quæ differtur affligit animum*: hanc longitudinem magnanimitatis cauſat fiducia. Et propter hanc cauſam D. Thomas docet fiduciam pertinere ad magnanimitatem, & ſimiliter ſecuritatem: quia fiducia importat quoddam robur ſpei, quod prouenit ex fide, & ideò nomen fiduciæ ex fide aſſumptum eſſe videtur: ad fidem autem pertinet aliquid, & alicui credere. Pertinet autem fiducia ad ſpem ſecundum illud Iob. *Habebis fiduciam propoſita tibi ſpe*. Qui longiſſima continuant ieiunia, qui ſe macerant diuturnis vigilijs, qui multis diebus aſperas portant catenas, moleſtiſſima tolerant cilicia totū corpus ex carnificantia, qui rigida hyeme tenuiſſima, & vnica veſte contenti ſunt, qui nationes remotiſſimas prædicandi verbi diuini cauſa pertranſeunt, qui longiſsima nauigatione tranſeneant maria, oēm ſecuritatē in diuina protectione collocantes, qui quotidianū martyriū patientiſſimè multis annis tolerāt, & huiuſmodi: hi omnes ſub magnanimitatis vexillo conſcripti, longanimitatis præſidio fulciuntur.

Prou.13.v.12

Iob 11.v.18.

L Et certè longitudo magnanimitatis mirabilia efficit in bonis operibus. Efficit enim ne vincatur homo moleſtijs, & dilatione prolixa eius quod expectatur: efficit ne in bonis operibus deficiat, ne ab exercitio in virtutibus ceſſet, ne efficiatur ſimilis illis in Bethulia, qui præſcripſerunt certum diem, & terminū, quo determinatè ſe cē tradere inimico, niſi auxilium infra illud tempus eis de cęlo veniret. Et reuera memores eſſe deberent iſti reprehenſionis Sanctæ Iudith, qua reprehendit Hebræos puſillanimes. Sed Magnanimi nunquam fatigantur, aut deficiunt, quacunque dilatione: ſcientes quòd cauſa dilationis ſubeſt, & dependet ab arbitrio illius, qui nouit, quod tempus ſit cōmodius, & magis proficuū ad exequēdū id quod ſperatur, pro maiori Dei gloria, & vtilitate hominū: & in eo quod magnanimiter agere cœperunt non deſiſtūt quouſq; ſinē imponāt, & ad brauium ſupernæ vocationis per medios hoſtes perueniant.

Latitudo Magnanimitatis conſiſtit in prudentia, in contemnendis rebus caducis quod ducet prudentia in contemnendis iniurijs, & contumelijs magnanimus ergo contemnit iniurias, & vilipenſiones, ſupportando, & diſſimulando iuxta illud commune dictum. Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare. Sententia de qua tale fuit cuiuſdam Regis eloquium, quod nollet filium ſuum aliquid ſcire præter artem diſſimulandi, & quamuis diſſimulatio ad prudentiam videatur pertinere, quo ad hoc, quòd eſt tempus opportunū præſtolari: tamē ex eo pertinet ad magnanimitatem, quia diſſimulare non eſt ſinē magna tolerantia. Tiberius Cęſar erat in arte diſſimulandi perfectiſſimus, ita vt nullus vnquā potuerit inueſtigare eius propoſita, qualitercunque fuerit irritatus. Et in Sacra Scriptura legitur, quod poſtquam fuit Saul vnctus in regem fuit ita magnanimus, vt contemneret maleuolorum murmurationes, & maledictiones. *Ipſe verò diſſimulabat ſe audire*: inquit Sacra Scriptura, ad magnanimum ergo pertinet diſſimulare, & cōtemnere iniurias, pręcipuè quæ inferuntur lingua à detractoribus, nec de facili turbari, nec adamuſſim vindictam ſumere: Sciendo quod proprium ſit Regum, Dynaſtarum, & Superiorum, benè agere, & murmurationes, & detractiones equanimiter tolerare. Neque exiſtimare quiſquam debet, quòd tales murmurationes, ac detractiones honori eius nocere debeant, quia honor eius non in eo conſiſtit, vt nullus de ipſo ſiniſtrè loquatur, ſed in eo, vt ipſe non operetur malè, ne quiſquam de eo male dicere poſſet ſine mēdatio. Nec ità diſſimulare dēt, vt omninò pęnas remittat; ſed vbi tēpus opportunū caſtigandi delicta aduenerit caſtiget, ea tñ conditione, vt oēs aduertant, eum punire malos boni communis, & conſeruationis Reip. zelo, nō aūt propriæ vindictæ, & offenſę cauſa. Oēs aūt interim videant, quod non ſolū iuſtè puniat, ſed & (vt ait Seneca) nolens, & dolens, & qđ facilior ſit ad parcēdū, ꝙ ad puniendū, quod ſi aliter fieri nō pōt, niſi vt puniat, bonu eſt, vt recompenſet beneficijs aſperitatē pęnæ, aut el quē punit, aut filijs, & amicis. Neq; .n. dēt relinquere peccata impunita: ſed ſic punire, vt delinquens emendetur, & pietas ſuperioris omnibus eluceſcat; atq; crudelitatis nota cui-

1.Reg. 10.

M

Sen.lib.1.de Elementis. cap. 22.

tetur. Magnanimi ergò eſt contemnere, & tolerare iniurias & qnque deſpiciendo pertranſire, qnque eaſdem punire: magnanimus igitur omnia præſentis vitę bona contemnit: & ideo rectè Plotinus inquit, quod magnanimitas eſt rerū mortaliū contemptus, oēs mundi honores, & faſtus calcat, vt ſupra mundū extollatur ad Deū deſiderat, oēm mūdi claritatē, gloriā, & famā non poſſidere, ſed contēnere propter Deū aſpirat. Magnanimus erat Moyſes, qui repudiauit delicias, theſauros Ægyptiorū, & pauper cū alijs ſui generis eſſe elegit, Regias aulas cōtempſit Chriſti exēplū veri Regis ſecutus; quāræ putas magnanimitatis eſſe Regia tecta, & Regiam mēſam deſpicere? & præſertim cū tanq̃ Dij apud Ægyptios Reges tunc haberentur, & diuitijs, theſauriſq; ſine rentur innumeris: omnib. iñ neglectis, & Ægypti regno cōtempto pręuilit humilia, & grauia ſuſtinere cū populo Dei; atque ita in magnanimū virū euaſit. Quemadmodū ergo acceptare, & procurare honores ſi illi cedunt in Dei gloriā, & aliorū ſalutē ſalutare eſt; illoſq; debitē acquirere laudabile eſt, & ad magnanimitatē ſpectat: ita quoq; honorē cōtemnere ſi nulla inde gloria Dei, ſi nulla ſperatur vtilitas ꝓximorum, ſi ſalus periclitatur ad magnanimitatē pertinet, vtrumq; .n. debitè agere, ſ. tam procurare honorem per magna, & honeſta opera, ꝙ eūdem vbi decet declinare, magni animi indicium eſt. Communiter tñ honor eſt valdè pernicioſus, poſt magnū.n. honorem, tneurrit ſæpe homo magnū vituperiū, & ignominiā: ſicut de Aman legimus: vñ veriſſimum eſt illud Greg. Non eſt (inquit) tanti honoris excelſa tenuiſſe, quāti meroris de excelſis corruiſſe. Præterea honor mūdanus ſenſum peruertit. Homo. n. qñ in locum nimis altum aſcendit, cerebrū ipſius ſolet turbari, ita ꝙ de rebus minimis ſubtus exiſtentibus benè iudicare non pōt. Noctua et quantò altiùs de die volat, tantò minus videt: ſic multi in altis honoribus, & in die, & in elatitate mundanæ dignitatis, & proſperitatis conſtituti, viſum veræ diſcretionis perdunt; quod patet, quia tunc & proprios benefactores, aut ſocios non cognoſcunt. Legimus de quodā, qui oēs Prælatos mundi cęcos appellabat: tandem ipſe Prælatus factus in omnib. actionibus ſuis lumine priuatum ſe eſſe declarabat; nam & benefactores amplius non cognoſcebat, & amicos contemnebat, cui quodam mane portā ciuitatis ingredienti occurrit quiſpiam cum luminaribus, quem cū interrogaſſet, quā ob cauſam ei obuiam veniſſet cum luminaribus cum dies eſſet? reſpondit, lumē tibi ſubminiſtro, quia te lumine priuatū cerno, nec amicos intueris, nec benefactorū recordaris.

N

Gregorius.

Ex hac porrò cæcitate ſequitur, vt mores mutētur, & ſubuertantur: nam multi qui ante erant probi, mox vt ad honores euecti ſunt malitia eos deprauatos accepimus: cuiuſmodi fuere Nero, & Saul, ideo rectè dixit Pſalmiſta. *Homo cū in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis, &c.* Alciatus in emblematibus id expreſſit qū depinxit iumentum ſeu aſſellium, geſtantem effigiem Deę Ægyptiorum Iſidis, quā oēs obuiā facti reuerebantur, & adorabant, ac pias preces genuflexo offerebāt: quod cū aduerteret aſinus, cępit ſuperbire, eò ꝙ putaret hunc honorē ſibi deferri, quē tandem agaſo flagris compeſcuit dicens. Nō tibi ſed religioni, nō tibi diuini honores debentur; ſed ſacris, quæ portas. Huic iumento ſimiles ſunt, qui qualiter honores ſint appetendi nō intelligunt, vel honorem qui alijs debetur ſibi tribuunt, vel in honore, qui eis defertur excedūt, inſoleſcunt, & in reprehenſionē veniunt, ſiue ſint Principes temporales, ſiue Eccleſiaſtici, hos flagellat agaſo, id eſt mēs, & ratio. Horū meminiſſe debebat Pſeudopoliticorū magiſter, qui appetitū ordinatū honorū ab ambitione ſecernere neſciuit. Secernenda certè nobis ſunt à virtutibus vicina virtuti vitia, ne ſimilitudine quadam nobis imponāt. Nā ambitio ipſa quidem imitatur bonæ famæ, & exiſtimationis appetitū, qui in omnib. bonis eſſe debet. Si quis ergo ad honores vi, pecunia, fauoribus aditū ſibi faciat, eoſq; adeptus, aut ſuperbia infletur, aut ira æſtuet, priuati potius commodi, quàm Reipub. rōnē habeat: is multū à recto deuiat. Fugięda eſt eiuſcemodi honorū via, ad magnitudinē animi alio tramite contendēdū eſt, honeſtis nimirū, licitiſq; rōnibus bona exiſtimatio tuēda: & ad dignitates quib. pares eſſe poſſumus aſpirandū, vt Deo, & Reip. vtiles ſimus, id verò Dei verbo prohibitū eſſe nemo eſt, qui affirmare audeat. Magnanimitas et deſpiciat tribulationes, aduerſitates, qualeſcunq; fuerint, imo quantò

Pſ.48. v. 13.

O

F 2 magis

magis tribulatur, tãtò magis excelſo, ac ingenuo animo cõ-
ſpicitur. In quo imitatur palmã, quæ quãto magis oneratur,
Pſ. 9. v. 13. tantò plus in excelſa ſẽdit, & fortè ꝑpea dicit Dauid. *Iuſtus,*
vt palma florebit. ad magnanimũ ergo pertinet, neq; pertur
batione animi, neq; perſecutionibus hominũ, neq. fortunę
caſibus ſuccũbere. Magnanimus quippè ea q̃ videntur aceſ
ba, ita ferre cõſueuit, vt nihil à ſtatu magnanimi, nihil à di-
gnitate ſapiẽtis diſcedat, ſed ſẽper ſtat rectus, ac immobilis
ſub quolibet pondere, tã aſperis, q̃ blandis obuiãs, impertur
batus, & intrepidus: nulla vi frangitur, aut deprimitur, ad q̃-
cunq; imminentia æquanimiter in ſe ipſo reſidet, & cõquie
Tullius. ſcit. Teſte. n. Tullio magnanimitas eſt, ratio difficiliũ aggreſ
ſiua: vnde ait qđ ad magnanimũ pertinet, nec perturbatio-
ni hominũ cedere, nec fortunæ inſtabilitate moueri. quare
Seneca in pſona magnanimi dicebat. Pauper ſiã? inter plu-
res ero. Exul ſiã? ibi me natũ putabo. Quò mittar, nõ curo.
Vni angulo non ſum natus, patria mea totus hic eſt mũdus.
Sene. Epiſt. 28. Idẽ ẽt Seneca in epiſt. cõparat virũ magnanimũ animalib.
maximis, & ſtupidis, ſicut ſunt Elephãtes, & cetè grãdia: qa
.ſ. iſta non facilè ſentiunt iacula venatorũ; vnde ait, qđ pro-
priũ eſt magnæ feræ nõ ſentire iaculo ſe eſſe percuſſam, im-
manis quoq; fera ad latratus canum lentè reſpicit. Vult. ſ. Se
neca ſupponere de viro magnanimo, quod ille latratus, &
morſus, impetus, & conatus quoſcũq; forti animo ſcit aſper
nari, cuncta calcare, & nihili facere; quantò plura ſuſtinet,
tãtò fortior, & hilarior apparere: exemplo aeris, qui tũc ap-
paret ſerenior, qñ præceſſerit aura violentior; exẽplo ẽt ſy-
derũ, quæ tunc lętiùs rutilant, atq; rident, qñ frigora plus re
Sene. Epiſt. 35. dundant, ad quod facit illud, quod dixit Seneca. Magnani-
mo (inquit) de rebus magnis iudicandũ eſt, fortunatior eſt,
qui aſperis non mouetur, quã qui proſperis promouetur: nõ
eſt mirùm in tranquillitate non cõcuti, ſed illud mirare, ibi
aliquem ſtare vbi oẽs iacent, & ibi aliquem extolli, vbi alij
deficiũt; Igitur ad magnanimum ſpectat, magnis reſiſtere,
P parua floccipendere. Hinc ergo colligere licet, ꝙ Altitudo
magnanimitatis conſiſtat in animo excelſo ſola alta peten-
te, & contemplante. Quid aũt altius eſt virtute? quid altius
Dei amicitia, & sãctitate? ideo homines Christiani magna-
nimi ad hoc attendunt, vt magna cordis erectione Apoſto-
licas virtutes comparent. Hoc robur cordi habent, vt heroi
cos actus virtutũ exercere poſſint propter Deũ: optãt habe-
re Iob patientiã, Pauli charitatem, Magdalenæ pęnitentiã;
deſiderant vt Angelico more in terris viuãt, vt difficultates
in exercitio virtutum occurrẽtes ſuperent, vt animũ à Chri-
ſtiana perfectione comparanda non deſpondeãt, vt in mã-
datis Dei exequendis proficiant, vt ſtrenuè cũ inimico inui-
ſibili pugnent, & alia his ſimilia quæ alta, atq; excelſa ſunt;
ęſtimãtes apud ſe quod his magnanimos locupletari, ac de-
lectari decet. Innatum eſt homini magni patrimonij, hære
ditatis, ſeu dignitatis amplę, & vniuerſarũ rerum eximiarũ
poſſeſſione lętari: quantò magis lætantur, qui diuinæ poſſeſ
ſionis hæredes ſe eſſe reputant? Ideò rectè dixit Varro, vt re
Aug. lib. 3. de Ciui. Dei cap. 4. fert D. Aug. vtile eſt (inquit) vt ſeſe viri fortes (etiã ſi falſum
ſit) ex Dijs generatos eſſe credãt: vt eo modo animus huma
nus, velut diuinę ſtirpis fiduciã gerẽs, res magnas aggrediẽs
prẹſumat audacius, agat vehemẽtius: & reuera animos huic
virtuti deditos quaſi diuinos ſibiq; ſimiles Deus ardentiſſi-
mè amat. Differenter igitur magnanimitas Chriſtianorũ, &
Philoſophorũ alta petit. Nã Philoſophorũ magnanimitas
conſiſtit in eo, vt debitè circa magna occupetur, circa ma-
gna inquam proportione, non verò abſolutè, quia occupa-
tur circa magna debitè, iuxta rationis dictamẽ, vt nec exce-
dat nec deficiat. In rebus aũt humanis, nihil maius vr̃ hono
re. Honor. n. eſt propinquiſſimus virtuti, quippè qui eius te-
ſtimoniũ dr̃, & Deo, atq; optimis viris impenditur. Magna
nimus ergo eſt ſecundũ Philoſophos, qui magni facit hono
rem, & rebus alijs anteponẽdum eſſe dicit. Magnanimita-
Q tis autem Chriſtiana altitudo in eo conſiſtit, vt ea homo in
ſtructus, omnibus emineat aſperis, & blandis; nec periculis
ſe exponat, niſi propter bona ſupernaturalia, & diuina, pro-
pter cęlum, & Deum: ad cuius fruitionem animus eius con-
ditus eſt. Ac propterea inferiora cuncta contemnit, & mor
talia quæuis animosè tolerat: propterea ẽt bonũ honeſtum
expetit, non quia eſt honoribus, & opulentia conuenientiũ, ſed
quia per ſe eſt bonum, & ad cęleſtia acquirenda promouet:
ideò illud auidè intuetur, & ſtudioſè proſequitur: ſi ẽt hono
res acceptat, circa eos mediocriter ſe habet. Et ideò magna-
nimi Chriſtiani ſunt Philotimi, vel modeſti. Sunt. n. qui pu
tant, quod circa honores paruos, & mediocres modeſtia ver
ſatur, & habẽt pro ſe Philoſophum, qui ait. Quemadmodũ
circa pecuniarũ elargitionẽ duæ verſantur virtutes, magni-
ficentia. ſ. & Liberalitas, ita planè circa honores magnani-
mitas, & innominata virtus, quæ ſic ſe habet ad magnani-
mitatẽ, ſicut liberalitas ad magnificentiã: Magnificentia cir
ca magnos ſumptus ſe ſe exercet, Liberalitas verò circa par-
uos, & mediocres: ita magnanimitas circa magnos hono-
res, & innominata virtus, circa paruas, & mediocres; iſte
aũt medius habitus carens proprio nomine, qui à D. Th. ap
pellatur Philotimia, ab alijs dr̃ modeſtia: & is quidẽ in eo
conſiſtit, vt nec vacuitas appetitus honoris, nec auiditas ni-
mia, ſed mediocritas adſit. Ex dictis iã facilè cõcluditur, qđ
turpiter à vero aberrauerit Magiſter Pſeudopoliticorũ: dũ
aſſeuerat Chriſtianos Principes carere magnanimitate: nã
Chriſtiano homini honores appetere, ẽt maximos honeſta
rõne licet per leges Chriſti, modo non priuati cõmodi cau-
ſa, ſed Reipub. & communis vtilitatis gratia. Iã verò ęternũ
illum honorem in perpetuas æternitates duraturũ, nonnè
Chriſtus quærendum eſſe docuit? Porrò ſuperbia, aſperitas,
appetitus vindictæ, non magnanimi, ſed imbecillis animi
ſigna ſunt, vt ſæpius dictũ eſt. Magnanimitas. n. vitia repel-
lit, ſolas virtutes fouet. Honorem ergo tẽporalẽ mediocri-
ter appetũt Chriſtiani, ſi ſit in gloriam Dei, & ædificationẽ
proximorum: honorem autem æternum hunc maximè de
ſiderant tanquam altum, & arduum, qui Sanctis in cęlis cõ
fertur, de quo inqt D. Aug. quod nulli denegabitur digno, D. Auguſt.
nulli concedetur indigno: quia gloria, & honore iuſti coro-
nabuntur: hac veſte induetur à Sanctis Angelis, *quem Rex*
cęleſtis honorare voluerit; hac veſte honoris honorabitur,
qui nunc veſtibus heroicarum virtutum exornatur, ita vt di
cat illud Danielis. *Senſus meus reuerſus eſt ad me, & ad ho-* Dan. 4. v. 35
norem regni mei, decoremq; perueni. Ea veſte qua Chriſtus
indutus fuit in monte Thabor (vt inquit Apoſtolus) indue-
mur, ſi monita D. Ioan. obſeruabimus, ſi per pęnitentiã viã
cõſcientiarum noſtrarũ Chriſto præparabimus, ſi magna-
nimitatis longitudinem, latitudinem, altitudinẽ, in hac val-
le miſeriarum. Sapientiam in ſupportandis moleſtijs: pru-
dentiam in contemnendis caducis, & iniurijs cõtemplatio-
nem, & mentis eleuationem in procurãdis virtutibus, & Sã
ctitate obſeruabimus. His magnus effectus fuit Salomõ: his
magnus effectus, & D. Ioan. qui ſapienter, & patiẽter multa
pp Deũ ſupportauit, prudenter caduca reſpuit, in deſertũ ꝓ
perans, & ibidẽ cęleſtia contẽplando, errores, atq; ſtultitiã
mundanorũ reprehendebat, oĩbus ſuadẽdo pęnitentiã pp
ſummum, & æternum honorem gloriæ beatificæ, quã no-
bis tribuat, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ Quartæ Aduentus.

De Confeſsione.

Pænitentiam agite appropinquabit vobis Regnũ cęlorũ. Matt. 3. v. 2.
Qui abſcondit ſcelera, non dirigetur; qui autem confeſſus Prou. 28. v. 13
fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.

NVNQVAM clemẽtiſsimus Deus cultores ſuos A
ſine remedijs opportunis ad Beatitudinem, reli
quit. In qualibet lege prouidit remedia oportu-
na, contra peccata impedientia acceſſum ad re-
gnum cęlorum. Pro ſtatu innocentiæ, non erat congruũ in-
ſtituere aliquod Sacramentum, quia tunc nullum ſenſibile
fuit neceſſarium, per quod excitaretur homo ad quærendã
pęnitentiam ad ſalutem, vel ad remouendũ impedimentũ
ſalutis, tanquam medicina, cum nulla tunc fuerit infirmitas
animæ. In illo etiam fęliciſſimo beatitudinis ſtatu, quem
omnes finaliter expectamus, non erat neceſsè inſtituere ali
quod Sacramentũ, cum ibi oẽs iam ſint conſecuti ſalutẽ, &
Sacra-

Digitized by Google

Sacramẽta inſtituta ſunt, vt auxilia ad ſalutem: ſed poſtquã
culpa originali, humanum genus infectum eſt, debuit Deus
prouidere de remedio pro quocunque ſtatu, quia pro quo-
cunque ſtatu fuit morbus; quæcunque igitur neceſſaria fuit
medicina, per quam homo ſanaretur, & culpa originalis de
B leretur. Et quidem in lege naturæ, vltra fidem, & actum in-
teriorem, ſeu motum bonum intrinſecum, fuit Sacramen-
tum aliquod ſignum ſenſibile, proteſtatio nimirùm in ver-
bo aliquo inuocandi Deum, vel offerendi Deo Sacrificium
Scotus in 4. dist. 1. 2. 7. cùm fide, vt docet Doctor ſubtiliſſimus. In lege autem ſcri-
pta, iam perfectius inſtituit Sacramentum in remediũ ori-
ginalis culpæ, Circumciſionem, quod conferebat gratiam
ex opere operantis, ſeu ex diſpoſitione recipientis. At verò
in lege gratiæ, multò perfectiora inſtituit Sacramenta, &
perfectiora prouidit remedia, quæ non ſolùm delent origi
nale peccatum, vt Baptiſmus, ſed etiam omne actuale, vt Sa
Matt. 3. v. 2. cramentum Pœnitentiæ, vt iam verè dici poſſit. *Appropin-
quauit vobis regnum cælorum*. De his nouæ legis Sacramẽ-
D. Thom. tis tractans D. Thomas, ſic ait. Lex vetus docet faciendum,
ſed noua vires ſubminiſtrat ad opus, non quod Sacramen-
ta veteris teſtamenti, nullam contuliſſent gratiam, ſaltem
ex opere operantis, ſed quia Sacramenta nouæ legis perfe-
ctiùs, & perfectiorẽ conferunt gratiam, perfectiorẽ quidẽ,
quia totum ſanãt hominem multoties, & animã, & corpus,
C vt patet de multis, & varijs languoribus oppreſſis, q acceptа
pœnitentia, & Sacramento Euchariſtiæ, confeſtim quo ad
vtrumque hominẽ ſunt ſanati, quemadmodum etiam ipſe
benigniſſimus Ieſus dum eſſet in mundo, languentes quan-
tum ad vtrumque hominẽ ſanabat. Perfectius quoque con-
ferunt gratiam, quia ex paſſione Chriſti exhibita, illa autẽ
ex paſſione præuiſa: perfectiorem autem confert gratiã paſ
ſio Chriſti exhibita, quàm præuiſa. Quemadmodũ, inquit
Ariſtot. Ariſt. quòd ignis agit in omnem loci poſitionem, plus tamẽ
iuuat directio, quàm propinquatio. Quòd etiam ipſa com-
probat experientia, nam ſi aliquot homines ſeſe calefaciant
ad ignem, quilibet ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtrã ſedeat,
ſe ſe calefacere põt, eleuando etiã manus ad flammã calefa-
cit, ſignum ergo eſt quod ignis agit in omnẽ loci poſitionẽ.
Non ſic lapis, vel aqua, nam ſi quis lapidem proijciat, & per
cutiat pedem, lapis pedi infert dolorem, quem nõ infert, quã
quis ſupra lapides ambulat. Si etiam plures homines in cir-
cuitu ſederent ſuper aquam, nullum ad hius ſedentem aqua
humectat, niſi illum, qui deſcendit in aquam. Signum ergo
eſt quod hęc nõ agũt in omnẽ loci poſitionẽ, ſicut ignis, plus
tñ (inquit) Ariſt. iuuat directio, quàm propinquatio. Hoc ẽt
docet experientia, nam ſi quis admoueat papyrum ad ignẽ
lateraliter, non ita facilè comburitur, ſicut ſi papyrus appli-
cetur ex parte ſuperiori, v.g. candelæ; etiam ſi aliqñ maior
ſit approximatio papyri ad ignem lateraliter, non tñ ita fa-
cile comburitur, ſicut communiter videmus in lucernis, quę
fiunt ex papyro, quare hoc? quia plus iuuat directio, quàm
propinquatio, magis ignis agit in partem ſuperiorem, quã
lateraliter. Paſſio Chriſti Domini egit in omnem temporis
poſitionem, quia valor illius ſe extendebat ad tempora pręe-
terita, præſentia, & futura ad vetus, & nouum teſtamentũ.
Plus tñ iuuat directio, quia maior eſt valor paſſionis Chri-
ſti exhibitæ, quàm præuiſæ, vbi aũt eſt efficatior paſſio Chri
ſti, ibi maior gratia, plura auxilia, ſalubrior medicina, perfe
ctior peccati deletio, & conſcientiarum candor. Si quis quę-
rat; quare in Æthiopia ſunt homines nigri, in partibus ſeptẽ
trionalibus albi? eſt ex eo, quia ſol directè agit radijs ſuis in
ipſos, & ita magis agit in eos, & ſic denigrat eos. Oppoſitũ
eſt huc; quia illi in quos maior eſt actiuitas paſſionis Chriſti
candidiores fiunt, non denigrat, ſed potiùs dealbat conſciẽ-
tias eorũ, in quos directè agit hic ſol Chriſtus Deus noſter,
ſicut ẽt ſol materialis Venetijs, vbi eſt maior actiuitas ſolis,
dealbat ceram magis, quàm in Polonia, vbi minores ẽt tẽ-
pore æſtiuo ſunt calores. Quia ergo, & perfectius, & perfe-
ctiorẽ conferunt gratiam Sacramenta nouæ legis, quàm ve
teris teſtamenti, ipſa quoq; Sacramenta nouæ legis ſunt per
fectiora à Chriſto inſtituta; ita vt iã liberè Præcurſor Chri-
Matt. 3. v. 2. ſti proclamet. *Appropinquabit nobis regnũ cælorum*. Ex qui-
bus, ad quotidiana delenda peccata inſtitutum eſt Pęniten-
tiæ Sacramentum, ad quod Cõfeſſio ſpectat, quę ita perfe-
Prou. 28. v. 3 ctior eſt confeſſione in veteri lege vſitata, quam Salomõ in-
nuit cum inquit qui abſcondit ſcelera ſicut ipſa Sacramenta
nouæ legis iã declarata ſunt perfectiora, quã antiqua. Nos
quoq; tantorum vtriusque Teſtamenti Dei. Opt. Max. Prę-
conum exemplo, ad pęnitendum adhibita Sacramẽtali Cõ
feſſione, Chriſti fideles præſenti inſtitutione auxiliãte Dño
excitare conabimur. Determinabimus autem primò an, &
quomodo neceſſaria ſit homini Sacramentalis confeſſio;
& quo iure teneamur ad illam. Secundò proponemus vn-
de nam ſit, quòd difficiles ſimus ad confitendum.

In præcedenti ſermone diximus, qualiter pęniten tia in D
ter alia nomina rectè vocatur medicina; quæ multò perfe-
ctiùs medetur infirmitatibus animæ, quàm medicina cor-
poralis corpori; vt etiam inferius dicam. Sed qm̃ in medi-
cina corporali videmus varias reperiri medicinas alias, quę
colliguntur ex agris & pratis, & vocantur communiter me-
dicamenta ſimplicia: alia ſunt etiam medicamenta, quæ e-
muntur in officinis Apotecariorũ, alijsque aromatarijs; &
vocantur communiter medicamenta compoſita. Qñque ẽt
compoſitio vel commixtio fit ad temperandã, & diminuẽ-
dam virtutem, vt cum aqua infunditur vino forti. Qñq; ve
rò ad fortificandam virtutem, ſicut medicamẽtum fortius
debiliori apponitur, vt augeat virtutem eius. Similiter dicẽ-
dum vẽ in medicamentis animæ, quædam. n. ſunt medica-
menta ſimplicia; vt eſt pęnitentia, virtus, ſeu contritio; alia
ſunt medicamenta ſpiritualia compoſita; vt eſt pęnitentiæ
Sacramentum, quæ componitur ex dolore de peccatis, con
feſſione, & ſatisfactione, vocatur etiam qñq; pęnitentia id
quod in Confeſſione imponitur, ſed hoc potius eſt ſatisfa-
ctio, quàm pęnitentia, quia propriè eſt pęnitẽtia in anima,
& volũtate, quia eſt dolor volũtariè aſſumptus, ſeu pertinẽs
ad voluntatẽ, vt in pręcedenti ſermone dixi, nõ aũt in mor-
tificatione extrinſeca, ieiunijs, diſciplinis, orationibus, elee-
moſynis &c. Aliàs qui hæc exercere non põt, vt pauper, vel
infirmus, deberet de eo dici, quod pęnitere non põt. Vocã-
tur ergo illæ pęnalitates, quæ à Cõfeſſore aſſignantur Pęni-
tentia, vel quia aſſignatur in Confeſſione, vel quia ſunt ter-
na pars pęnitentiæ. Pęnalitates ẽt, quæ volũtariè aſſomũtur
pro peccatis, licet non aſſignentur à Cõfeſſoribus, vocamus
communiter pęnitentias denominatione deſumpta ab effe
ctu, quia ſunt effectus pęnitentiæ, ſicut ẽtiam radios ſolares,
& lumen dicimus eſſe ſolem, cum enim hypocauſtũ illumi-
natur à ſole dicimus, ſolem eſſe in hypocauſto, non, quod ſit
ibi ſol, qui ſemper manet in cęlo, ſed quia eſt ibi lumen, qđ
ſol producit, ita in propoſito, quia illa opera pęnalia profi-
ciſcuntur ex pęnitentia: ideò vocantur pęnitentia, propriè
tamen ſunt effectus pœnitentiæ tantùm.

Itaq; duplex tantùm reperitur pęnitentia: Pęnitentia vir E
tus, & pęnitentia Sacramentũ. Pęnitentia quæ eſt medica-
mentũ ſimplex, & pęnitentia, quæ eſt medicamentũ cõpo-
ſitum. Inter vtrãq; ea eſt differẽtia, quæ eſt inter medicamẽ
tum ſimplex, & compoſitũ. Simplex medicamentũ non eſt
tantæ virtutis, nec ita humores nociuos faciliter purgat, aut
ſanitatẽ confert, ſicut medicamẽtũ cõpoſitũ, ita ẽt pęniten-
tiæ virtus, auferet quidem peccata, tollit culpas, reconciliat ho
minẽ Deo, ſed debet eſſe in magna perfectione vt in pręce
denti ſermone dixi, ſimplici hoc medicamento curabãtur
animę hominũ ante aduentũ Chriſti Dñi, & nunc poſſet qs
curari ante Baptiſmũ. Si nimirũ antequã baptizaretur, ha-
beret aliqua peccata mortalia, & doleret de illis peccans
ſufficienter ſine confeſſione, aut propoſito illius, tũc ſanare-
tur, quia Baptiſmus ianua eſt Sacramentorum, nũc aũt poſt
Baptiſmum ſimplex medicamentum nihil prodeſt animæ,
niſi componatur cũ alijs medicamentis, magna autem hęc
eſt vtilitas compoſitionis, vt non requiratur tanta virtus, &
intenſio Contritionis, ſicut qñ fuit per ſe ſola, imò nõ requi
ritur ſimpliciter, & neceſſariò contritio, ſed ſufficit attritio,
quia quod deeſt attritioni ſupplet pars pęnitentiæ, & ꝑpea
maior eſt virtus omniũ ſimul partiũ compoſitarũ, quàm cu
iuslibet ſeorſim ſumptæ, vt patet in exemplo de ſatisfactio-
ne, vbi plus valet vnũ Aue Maria impoſitũ à Sacerdote ꝓ
peccatis, quàm totius diei deuotio, quæ non eſt à Sacerdote
in Cõfeſſione impoſita. Cuius ratio eſt, quia per abſolutio-
nem Sacerdotis applicantur merita Chriſti, quæ in Sacra-
mentis ſunt depoſita, tanq̃ in theſauris, vt cõmunicẽtur his,
qui Sacramenta recipiunt, & hoc eſt quod cõiter dñt Theo

Digitized by Google

logi. Sacramenta cōferre gratiā Sacramētalē ex opere operato; atq; ita ſi partes pœnitentię per ſe ſumantur, ſolùm hñt gratiā ex opere, ſeu deuotione operantis, ſi aūt ſimul cōponantur, tunc hñt virtutē, & augmentū gratię, & ex deuotione recipientis, & ex virtute Sacramentorū; ita tñ vt quantò

F

fuerit maior deuotio, & diſpoſitio, tantò maiorē pœnitēs recipiat gratiā, virtute Sacramentorū, quia Sacramenta nouę legis conferunt maiorem gratiā, melius diſpoſitis, quod vulgari exemplo declarari poteſt. Si quis vult excitare ignē, & lumen ex lapide ſilice, ſi ferro percutiat ſilicem, cadunt multæ ſcintillæ, & tamen non accenditur lumen, iterū percutit ſilicem, & ecce poſtrema ſcintilla accendit lumen, vnde eſt hoc? fortè quia poſtrema ſcintilla eſt maioris virtutis, quàm aliæ? aut ignis in ea erat fortior, quàm in alijs? & hoc non: ſed quia aliæ ſcintillæ huc, atque illuc cadentes, non attingerunt ſulphur: ſic in propoſito nulla pars pœnitentiæ, ita efficaciter operatur per ſe ſola, ſicut cum alijs coniuncta, deindè vbi eſt maior diſpoſitio in recipiente hoc medicamentum compoſitum, ſeu Sacramentum, ibi maior eſt gratia, & melior animæ ſalus.

Componitur autem hoc medicamentum ex dolore pro peccatis, ſeu contritione, aut attritione, ex confeſſione, & ſatisfactione, tanquam ex tribus partibus pœnitentiæ, quę perficiuntur per abſolutionem Sacerdotis legitimi. Abſolutio enim eſt quaſi ſigillū regale, quo ſigillatur moneta, vt plus valeat, & per illam cælum ematur, ita enim inſtituit Chriſtus Dominus, vt moneta Sacramentorum nihil valeat, niſi vt eſt ſigillata ſigillo abſolutionis. Et quemadmodum aliquæ medicinæ non recipiuntur, niſi ſint ſigillatæ ſigillo præpoſiti officinæ aromatariæ; ita Sacramentum pœnitentię, vt conferat gratiam debet ſigillari ſigillo abſolutionis Sacerdotis legitimi. Quoniam autem de prima ingredientia huius medicamēti, ſeu de prima parte pœnitentiæ, fusè egimus in præcedenti ſermone morali, ſcilicet de contritione, nunc iam de alia ingredientia, & de alia parte pœnitentiæ, ſcilicet de confeſſione loquamur.

Sed quomodo confeſſio eſt neceſſaria, ſiquidem Deus videt omnia etiam infima cordis? fateor quòd Deus videt omnia, videt intima cordis humani, nihilominus tamen quouſque homo detegat peccata ſua per confeſſionem, ita ſe habet, ac ſi non videat. Quemadmodum ſi quis reſpice-

G

ret in hypocauſtum tuum, per feneſtellam, quæ ſolet eſſe in foribus, omnia videret, quæ ſunt in hypocauſto tuo, & certum eſt, quòd nihil eſſent, nunc illi abſconditum in hypocauſto tuo; tamen ſi tu aperias feneſtram, vel fores amico tuo, vt omnia videat, quæ tua ſunt, tunc detegis illi omnia, ac ſi ipſe nihil vidiſſet. Ita ſe habet Deus: videt omnia; tamen quātum eſt ex parte noſtra, detegenda ſunt, vt ſic dum nos peccata noſtra Deo per confeſſionem detegimus, ille per remiſſionem tegat conſcientias, & peccata noſtra. De confeſſione ergo cum iam loqui fuſius intendimus, ſcire debemus, quod finis confeſſionis, ſicut & aliorum Sacramentorum eſt gratia, vel aliquis effectus Dei inuiſibilis, diſponens

In 4. diſt. 1. q. 5.

hominem ad ſalutem, vt dicit ſubtiliſſimus Scotus. Eſt enim Sacramentum inſtrumentum ad gratiam primam, ſicut diſpoſitio præuia, eo modo quo alteratio poteſt dici inſtrumentum reſpectu generationis ſubſtantiæ, quia eſt ſecun-

In 4. diſt. 19. & in diſt. 18. &c.

dum ſupra dictum Doctorem præuia diſpoſitio. Ad nullum verò alium finem inſtituta ſunt Sacramenta, vt ſigna viſibilia, ac per conſequens ipſa confeſſio, niſi vt in illis conferatur gratia à Deo. Et tunc ipſa viſibilia erunt effectus Dei inuiſibilis oſtenſiua, ac moraliter productiua.

Hoc præſuppoſito, dico; quòd non fuit neceſſarium neceſſitate ſimpliciter inſtituere confeſſionem, vel alia Sacramenta, nec quòd Deus determinaret virtutem ſuam ſigno ſenſibili: abſolutè enim poſſibile eſſet effectum inuiſibilem,

In 4. diſt. 1. q. 3. art. 1. In 4. d. 1. q. 3. ar. 1. & in 1. diſt. 2. q. 1. diſtin. 8. q. vltima con. opinionem Philoſophorū.

id eſt gratiam haberi ſine tali ſigno, ſecundum Scotum. Deus ſiquidem ex ſe nihil neceſſariò agit, vt tenent omnes Theologi. Sunt tamen Sacramenta ſigna practica, licet non habeant aliquam actionem propriè dictam, reſpectu gratiæ, per quam poſſint illam attingere, quoniam illa creatur à Deo, nec reſpectu diſpoſitionis ſupernaturalis, quia illa etiam à Deo producitur, finis ergo Sacramenti, qui eſt gratia poteſt haberi ſine tali ſigno: quia Deus poſſet cauſare gratiam in anima, abſque vllo ſigno Sacramentali ſenſi-

& di. 39. & in 2. diſt. 1. q. 1. In 4. diſtin. 1. q. 5. In 4. diſt. 1.

bili, & poſſet dare gratiam ſine confeſſione, ſed quia ordinauit ſigna illa ſenſibilia, ideò ſunt neceſſaria, vt ſigna practica, & cauſæ morales, neceſſitate congruentiæ. Hanc autem congruentiam explicat Magiſter ſententiarum, quando dicit. Triplici de cauſa Sacramenta inſtituta eſſe. Primò. propter humilitatem. Secundò. propter eruditionem. Tertiò. propter exercitationem. Propter humilitatem, vt homo ſenſibilibus rebus, quæ infra ipſum ſunt ex præcepto creatoris, ſe reuerenter ſubijciat, quatenus ex hac humilitate, & obedientia Deo magis placeat, & apud eum mereatur, cuius imperio quærit in inferioribus ſe, & ſi non ab illis, ſed per illa. Secundò. propter eruditionem, vt per id, quod foris in ſpecie viſibili cernitur, ad inuiſibilē virtutem (quæ intus eſt) cognoſcendam, mens erudiatur. Tertiò. propter exercitationem, ne homo ſit otioſus, proponitur vtilis, & ſalubris exercitatio in Sacramentis, qua vanam, & noxiam vitet occupationem: non enim facilè capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hieronymus. Semper aliquid operis boni facito, vt te Diabolus inueniat occupatum. Hæc Magiſter.

H

In 4. diſt. 1. q. 3.

Scotus autem ponit alias congruentias dicens. Congruū eſt effectum inuiſibilem, id eſt gratiam creandam à Deo, ordinantem hominem ad ſalutem, ſignari per aliquod ſignum ſenſibile, & efficax, id eſt, practicum, & non ſpeculatiuum, & certum, vt in pluribus, hoc eſt ſignans gratiam certò recipi à pœnitente, niſi indiſpoſitio eius impediat, & hoc eſt quod dicit verbum efficax, iſtud inquam ſignum, ait Scotus, hoc modo congruum fuit inſtitui, ſignificans, quod pœnitens ſtatim recipiat gratiam, niſi obicem ponat. Præterea congruum fuit inſtitui, vt viator inquirens cognitionem, ex ſenſibilibus effectum illum inuiſibilem, id eſt gratiam certiùs cognoſcat, & ſit certus ne decipiatur. Præterea ardenter quærat ſe optimè diſponendo ad recipiendum tàm ſingulare donum, & theſaurum tàm pretioſum, vt eſt gratia Dei, quæ omnem huius mundi ſubſtantiam excellit, imò præponderat mille mundis: vnit enim nos vltimo fini, vt

In 2. diſt. 29 In 4. diſt. 22

dicit idem Doctor, quo nihil gratius, iucundius, ſalubrius, & vtilius in hoc mundo haberi poteſt. Præterea ſecundùm eundem congruum fuit omnibus viatoribus vnius ſectæ, aliquibus ſignis exterioribus communicare, & conuenire, per quem etiam ab alijs alterius ſectæ diſtinguantur, nam ex talibus ſignis noſcitur homo, quis nam ſit, & cuius ſectæ. Hoc autem expedit; quia quando ſciunt ſe eſſe eiuſdem ſectæ, iuuant ſe mutuo ad obſeruationem eius, velut faciunt armigeri: atque hinc intelligitur nos maximam obligationem habere, ad promouendam ſalutem proximi, *Vnicuique* (enim) *Deus mandauit de proximo ſuo*; & qui ſciunt ſe

Ecc. 17. v. 12

diſſimilis ſectæ, vitant ſe mutuò, tanquam mutuò ſe impedientes. Præterea congruum fuit Sacramentum confeſſionis, & alia Sacramenta inſtituere, cum enim ſignum diuidatur, in memoratiuū, quod eſt præteriti, demonſtratiuum, quod eſt præſentis, & prognoſticum, quod eſt futuri: congruū fuit, vt per ſigna viſibilia, memoratiua paſſionis Chriſti Ieſu (*per quem ſaluati, & liberati ſumus*, per quem omnia opera noſtra grata ſunt Deo Patri) eam quotidie nobis,

Ad Ephe. 2. v. 5. & 8.

in memoriam reuocemus; ſiquidem illa mediante, omnibus ad Dei miſericordiam recurrendi aditus patet. deindè vt per demonſtratiua certi ſimus, quoad effectum inuiſibilem nempè gratiam, quam ſine obice poſito ſemper conſequimur. Denique vt intuendo ſigna prognoſtica ſciamus, & ſpem firmam habeamus futuræ gloriæ, quibus item mediantibus piè credimus, non niſi paſſionis Chriſti merito & virtute, portas Paradiſi nobis eſſe reſeratas. Præterea aliā congruentiā tangit Scotus vbi ſupra. Pro quocunque tem-

In 4. diſt. 1. q. 3. art. 3.

pore (inquit) in quo eſt morbus, neceſſaria eſt medicina. Sed omni ſtatu viæ, maximè poſt lapſum morbus eſt in natura, ergo congruum fuit, vt Samaritanus ille piiſſimus, cæleſtis medicus, de cælorum ſublimitate deſcenderet, quatenus nimirùm ex oleo miſericordiæ ſuæ vinoque iuſtitiæ,

Luc. 10. v. 33

portans peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum, languenti homini electuarium præberet ſaluificum. nonnè electuarium eſt ſaluificum Pœnitentia & Sacra confeſſio? nonnè quoties tibi placuerit, peccatorum vulneribus per eam mederi poteris, & æternam mortem euadere?

1. Pet. 2. v. 24

Magna profectò, & admiranda ſunt hæc, ac ideò væ nobis

bis

Digitized by Google

bis ingratiſſimis, qui ſaluberrima medicamenta ſpernen-
tes, vltro ad interitum tendimus. Præterea alia congruentia
In 4. diſt. 2. q. 1. tangitur à Scoto, vbi inquit, quod legem Euangelicam con
gruit perfectiſſimis Sacramentis ornari, hæc enim eſt lex
perfectiſſima, quam Trinitas homini dare diſpoſuit pro
ſtatu viæ, eſtque vltima ſecundum illud Matth. 26. *noui &*
Matth. 26. v. 26. *æterni teſtamenti*, id eſt per quod nullum aliud eſt futurum,
in proceſſu autem ab imperfecto ad perfectum, poſteriora
ſunt perfectiora, atqui iſtud eſt proximum perfectiſſimo,
ſcilicet ſtatui finalis beatitudinis, ergo competebat homini
in ſtatu illius legis, perfectiſſimis adiutorijs ad gratiam re-
parari, cuiuſmodi ſunt perfectiſſima Sacramenta. Præterea
quum paſſio Chriſti ſit cauſa meritoria gratię, plus imperat
exhibita, quàm præuiſa, ergo congruum fuit per paſſionem
Chriſti exhibitam, nouæ legis adiutoria nobiliſſima, ad gra
tiam hominibus conferri. Pro meliori fide ſubnectit aliam
In 4. diſt. 14. q. 1. art. 3. 4. de. conſ. proſa. 4. congruentiam Scotus, quum homo ordinatus ſit ad beatitu
dinem, non poteſt ad eam peruenire, niſi deleto peccato,
quia nullus beatificatur remanens obligatus ad pęnâ, opor-
tet igitur prius delere peccata, nam pęna eſt ordinatiua cul-
pæ ex Boetio. Pęnam autem iſtam non poterat homo ex ſe
ſoluere, niſi ex merito Ieſu Chriſti iuuaretur. Dicit enim Sco
In 4. diſt. 2. q. 1. & 15. q. 1 tus. Diſpoſuit Deus non remittere culpam, nec dare gratiâ,
niſi in virtute meriti illius, qui erat ſine peccato, ideoque cô-
gruum fuit remedia illa optima inſtituere, & viſibilia ſigna
illius gratiæ, atque illius infinitæ miſericordiæ oſtenſiua,
quia filius Dei obtulit ſe pro nobis Deo patri in odorem
ſuauitatis. Et confirmatur iſta congruitas, quum enim Chri
ſtus Ieſus ſit caput noſtrum, vt patet ex fide, & vt dicit Sco-
In 3. diſt. 13. tus, de lege communi, non eſt aliud caput in Eccleſia à quo
fiat influentia gratiarum in membris, quum ergo ipſum ca-
put noſtrum ſit mundiſſimum, & ſine macula, non poſſunt
illius membra eſſe, niſi munda, & immaculata, & ideò data
eſt pœnitentia, vt poſt peccatum per ipſam mundari poſſi-
mus. Hæc dumtaxat omnia licet dicta ſint de omnibus Sa-
cramentis in communi, tamen benè eidem pęnitentiæ, &
confeſſioni deſeruire poſſunt, vtpotè cum omnia Sacramê-
ta, ſimul ſint vberes fructus ligni vitæ, & paſſionis Chriſti
Ieſu, ad quos omnes currere debemus, vt ad gaudia æterna
peruenire mereamur. Sed iã de ipſa confeſſione loquamur.

I Quærunt Doctores, quo iure tenemur ad confeſſionem?
In 4. diſt. 17 In hac ſententia miſſis alijs opinionibus, amplector Scoti
declarationem, ſuppoſita vna diſtinctione, & quatuor con-
cluſionibus. Diſtinctio eſt hæc. Ius eſt triplex: naturale poſi-
tiuum, diuinum, & poſitiuum Eccleſiæ: ius naturale eſt prin
cipium practicum notum ex terminis, vt ſummum bonum
eſt ſummè diligêdum; cognitis enim his terminis, bonum,
& diligere, ſtatim lumine naturali notum eſt, bonum eſſe
diligendum, ſtatim etiam manet concluſio demonſtratiua
ex tali principio. Principium eſt Deus: ſummè diligendus,
quia eſt ſummum bonum, vel aliquid conſonum principio
concluſio ſequitur, ergo eſt ei ſummè obtemperandû, quia
hoc eſt conſonum principio primo. De iure poſitiuo diui-
no ſunt, quæcunque continentur in Scriptura, pro tempo-
re, quo ſunt obſeruanda, ſicut fuerunt cęremoniæ Iudæorû,
pro tempore legis Moyſi, & Chriſtianorum pro tempore
legis gratiæ. De iure poſitiuo Eccleſiæ ſunt multa, quibus
propter obſeruantiam honeſtiorem in moribus, propter re
uerentiam maiorem in ſuſcipiendis, & diſpenſandis Sacra-
mentis Eccleſia vtitur. Quibus præſuppoſitis ſit prima con-
cluſio. Confeſſio non eſt de iure naturę, quia tunc hæc obli-
gatio fuiſſet pro ſtatu cuiuſcunque legis, quod eſt falſum, ne
que enim erat in ſtatu innocentiæ, neque legis Moyſi, nec
Gene. 3. obſtat Gloſa. *Adam vbi es?* vox (inquit) eſt increpantis,
& confeſſionem inquirentis. Non enim concludit, quòd
Confeſſio ſit facienda homini, licet eſſet facienda Deo in-
crepanti, neque militat contra nos, ſi dicatur, notum eſſe lu-
mine naturali, eum eſſe iudicandum, hoc enim concedi-
tur, & quod ille altus non poſſit iudicare, niſi ſibi reueletur;
quia ipſe peccata nouit, antequam fiant: & ita tota ratio nô
concludit, niſi quòd peccator de iure naturæ teneatur Deo
confiteri, nô autem homini. Nullus ſiquidem homo poteſt
eſſe iudex peccati hominis, niſi vt miniſter ſummi Iudicis,
hoc aût modo vnuſquiſq; magis eſt miniſter in iudicando
peccatum proprium. Nec etiã obſtat quia in lege præcipie-
batur filijs Iſrael, vt qui peccaſſet confiteretur peccata ſua,
& offerret tale, vel tale Sacrificium; in tota enim lege Moy- Leuit. 16.
ſi non inuenitur inhibita eſſe iſta confeſſio, de qua loqui-
mur, ſed tantùm Deo de occultis, de defectibus autem pu-
blicis, & de inobſeruantia legalium, fiebat à Sacerdote ge-
neralis Confeſſio, ſic iniuſtè egimus iniquitatem fecimus;
& fiebant quædam ſacrificia generalia, pro peccatis gene-
ralibus, ad miſericordiam impetrandam. Sic patet prima
concluſio. Concluſio ſecunda, ſecundum Scotum vbi ſupra.
Confeſſio non eſt de præcepto poſitiuo Eccleſiæ, tum quia
Papa non teneretur confiteri, cum non habeat imperium
par in parem. cap. Exijt de verborum ſignif. & tamen tene-
tur. cap. ſignificaſti. de foro competenti, tum quia etiam Ec-
cleſia non attentaſſet, tam graue iugum imponere Chri-
ſtianis, ſicut eſt Confeſſio, niſi haberetur ex lege diuina.

Sed contra hoc dupliciter arguitur. Primo ſic. Gloſſator
iſtam quæſtionem mouens dicit. Melius eſt dicere pęniten- De pęn. d. 1.
tiam inſtitutam ex quadam vniuerſali traditione Eccleſię,
quàm ex nouo, vel veteri Teſtamento. Secûdò videtur hoc
ſtatutum eſſe per Eccleſiam in capitulo. Omnis vtriuſque ſe
xus. Reſpondet Scotus, quod Gloſſator ille dicit tantum, & De pęnit. & remiſ.
non probat, dicit enim illud ſtatutum ab Eccleſia, & nullû
Capitulum ad hoc adduci. Sicut autem turpe eſſet Theo- In 4. diſt. 17
logo dicere aliquid eſſe ſtatutum ex Canone Bibliorum, & q. 1. art. 1.
non probare per locum ex Biblijs excerptum, ſic Canoniſtę
dicere aliquid eſſe de vniuerſali traditione Eccleſiæ, & non
allegare capitulum Canonis ad iſtam traditionem, eſt in-
decorum. Secundum ſimiliter non valet, quia illud capitu-
lum inſtitutum fuit in Concilio Lateranenſi, tempore Inno Innocêtius.
centij III. ante autem illud tempus, plus quam per octin-
gentos annos fuit Auguſtinus, qui prædicauit Confeſſionê Auguſtinus.
eſſe neceſſariam, vt patet in Libro ſuo de vera, & falſa pœ-
nitentia, cuius authoritates ponuntur à magiſtro. Tertia In 4. diſ. 17.
concluſio. Melius eſt dicendum (ait Scotus) Confeſſionem & in Cano.
eſſe de Iure Diuino poſitiuo expreſſo per Euangelium. *Ac-* de pęn. diſ. 6
cipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. In 4. diſt. 17.
Item *tibi dabo claues regni cęlorum*. Hoc idem ponit Sco- in fin. 1. art.
tus, atque ex his arguit. Hic data eſt poteſtas Apoſtolis, & Ioã. 20. v. 22
in perſona illorum omnibus Sacerdotibus remittendi pec- Matth. 18. 19
cata, nô principaliter hoc enim eſt proprium Dei, ergo mi- In 4. diſt. 2.
niſterialiter, & arbitrariè, ſed non poteſt arbitrari in cau- q. 1.
ſa ignorata, ergo manifeſtanda eſt eis cauſa, de qua debent K
arbitrari, huiuſmodi manifeſtatio eſt, & fit per Confeſſio-
nem. Ergo ex iſta authoritate poteſtatis arbitrariæ collata,
Sacerdotibus in cauſa peccati, obligatur peccator accuſare
ſe coram eis, tanquam arbitris, quod eſt confiteri. Nulli. n.
committitur poteſtas iudiciaria, vel arbitraria, niſi alicui im
ponatur neceſſitas ſubmittendi ſe illi, nullius namque pro-
priè ſubiacet iudicio is, in cuius volûtate eſt iudicari ab iſto
iudice, vel non iudicari, tunc enim iſte nullam auctoritatê
iudicandi habet; ſed Sacerdoti committitur huiuſmodi po-
teſtas, ergo & reo imponitur neceſſitas ſubmittendi ſe illi,
& hoc eſt confiteri. Secundò arguit ſic. Quicunque primâ
gratiam amiſerit, tenetur de neceſſitate præcepti illius. *Di-*
liges Dominum Deum tuum, item diliges te ipſum, agere
quantum in ſe eſt ad eius recuperationem, non enim tene-
mur ſimpliciter diligere Deum, ſed dilectione, quæ ſibi gra
ta ſit, hoc autem ſine gratia eſſe non poteſt (ſecundum Frâ-
ciſcum, & Occkam ibidem, & Scotum) ſi præcipuè ipſam In 1. diſ. 17.
gratiam amiſerit per peccatum mortale. Ergo tenetur eam In 3. diſt. 27.
recuperare per pęnitentiam, & ſatisfactionem, quæ ad hoc
inſtituta eſt; aliter non implet præceptum de dilectione
Dei gratuita. Item ex illo verbo diliges te ipſum, quilibet te
netur diligere ſe ipſum, vt illa dilectio ſit grata Deo; patet,
quia ſic tenetur diligere proximum, ſecundum Scotum, er- In 3. diſt. 27.
go, à fortiori ſe ipſum. Sed talis dilectio non eſt grata Deo,
niſi procedat à charitate, ergo tenetur gratiam amiſſam re-
cuperare, & poteſt eam recuperare per ſuſceptionem Sa-
cramenti Confeſſionis, ergo Confeſſio cadit ſub præcepto
iuris diuini.

Si dicas maiorem eſſe veram, quod teneatur ad aliquam
viam, per quam poſſit gratiam recuperare, ſed non ad iſtã,
ſi alia ſit poſſibilis; nunc autem licet Confeſſio ſit vtilis, eſt
tamen, & attritio proficua, ergo ſine Côfeſſione poſſumus
gratiam recuperare. Contra. vbi eſt via facilior, id eſt magis
in

Digitized by Google

in poteſtate hominis,& exactior ad gratiam recuperandã, tenetur quilibet ad illam viam: ita quod omiſſa,illa attentaret aliquam difficiliorem,& incertiorem,ac propterea exponeret ſe periculo ſalutis ſuæ,videreturque eſſe contẽptor ſalutis ſuæ propriæ. Sed illa via ſuſcipiendi Sacramentum pęnitentiæ,ſcilicet confitendo peccata ſua, eſt magis poſſibilis homini,& certior ad gratiam primam recuperandã, patet,quia ſic non oportet,niſi non ponere obicem ad gratiam,quòd multo minus eſt, quàm habere aliquam attritionem,quæ per modum meriti de congruo ſufficiat ad ſalutis iuſtificationem. Poteſt etiam aliquis eſſe magis certus quod non ponat obicem, quàm quod habeat ſufficientem confictionem, quia probabiliter poteſt ſcire, ſe tunc non peccare actualiter,peccato interiori,vel exteriori, & intendere recipere, quod Eccleſia intendit in illo Sacramento conferre:non ſic poteſt ſcire,ſe habere attritionem ſufficientem,tanquam meritum de congruo. Hæc Scotus. Si neque hoc te conuincit, dicimus cum Scoto confeſſionem eſſe de iure diuino poſitiuo promulgato à Chriſto Apoſtolis,Eccleſiæ autem per Apoſtolos abſque omni ſcriptura dato. Sicut multa alia tenet Eccleſia. orretenus per Apoſtolos tibi promulgata iuxta illud. *Multa quidem & alia fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*, ideſt in libris Sacri Euangelij. (Ioã.20.v.21) Rationem tangit Scotus, vbi ſupra, quæ etiam ſuperius tacta eſt. Quia videlicet Eccleſia non attentaſſet imponere fidelibus tam graue iugum,vt eſt confeſſio,niſi eſſet de iure diuino. Tenendum eſt ergo indubitanter, confeſſionem eſſe de iure diuino,quod nobis poſtea præcipitur ab Eccleſia in cap. Omnis vtriuſque ſexus de pœnit.& ita iure duplici ad confeſſionem tenemur, Dei, & Eccleſiæ. Vnde Bernardus. Abſque confeſſione iuſtus iudicatur ingratus, & peccator mortuus deputatur. Confeſſio igitur peccatoris eſt vita,iuſti gloria,& peccatori neceſſaria. Canones etiam (Diſt. 1. cap. non poteſt.) multipliciter oſtendunt hoc de pœnitentia. Ambroſius in libro de Paradiſo. Non poteſt quiſquam à peccato iuſtificari, niſi peccatum fuerit ante confeſſus. Et Hieronymus eadem diſtinctione. cap. vide. cap. ſuper tribus. cap. Secunda poſt naufragium. & cap. quia diuinitatis. & multi alij.

L Sed iam ad id quod ſecundo loco propoſui,venio. Quæritur vnde eſt hoc, quòd tàm difficiles ſimus ad confitendum? Dico Diabolum habere tres catenas,funes,ſeu vincula quædam,quibus linguam peccatoris tempore confeſſionis ligat,& licet dicat ſapiens: *funiculus triplex difficilè rumpitur*: (Ecc.4.v.12.) non eſt tamẽ abbreuiata manus Domini, quin cum ipſius adiutorio, opportuna remedia,ad diſrumpendũ hæc vincula inueniamus,de quibus ſtatim loquemur. Iſtæ itaque catenæ tres ſunt. Spes. Timor. Rubor. Prima catena eſt,ſpes longæ vitæ. Sunt multi, qui procraſtinant confiteri,quibus longam vitam Diabolus ſuggerit; tales reſeruant peccata confitenda etiam de anno in annum, de menſe in menſem,& nunquam propoſitum implent. Hac catena ligatur lingua iuuenis hominis, ſani, & bonæ complexionis, proſperi, lenis, fortis, & robuſti. Tales ſic procraſtinantes infirmitate grauati,anguſtia intrinſecus cruciante faſtidiente familia,& morte perurgente,ſine pęnitentia moriuntur, & tandem ignitam catena ligati, ad tartarea loca mittuntur. O' quot animas Diabolus huc modo lucratur. Si vis hanc catenam præcidere, cogita, quod multi talium ſine confeſſione decedunt iuſto Dei iudicio, quidam aquis ſuffocantur,quidam morte intereunt ſubitanea, quidam perdunt loquelam,quod non ſolùm multorum librorũ exemplis,ſed quotidiano vſu diſcimus. Alia eſt catena,timor ſatisfaciendi: multi enim ſunt, qui dum cogitant, quòd Deo, & proximo ſatisfacere oporteat dolendo de præſentis, ꝙ eſt difficile, cauere in futurum, quod eſt difficilius: facere iniunctam pęnitentiam, quod eſt difficillimum: horrent confiteri,ne vel prauam viuendi conſuetudinem dimittere, vel aliena reſtituere cogantur. Tales ſunt notorij peccatores,vſurarij homicidæ,meretrices, detractores, infamatores,mulieres,& viri,qui pompis,& vanitatibus alios ad peccandum incitauerunt concubinarij, adulteri, luſores, blaſphematores, & huiuſmodi. Si vis hanc catenam rumpere, cogita te pęnitentiam, ſatisfactionem, & reſtitutionem facturum,ſi non in hoc mundo,omninò tamen in alio,& multo maiorem, ac intolerabiliorem. Per confeſſionem autem remittitur pars pœnæ,& minuitur ſecundum Theologos, maximè Scotum. (In 4.diſt.18)

Vſitata eſt & illa catena omnibus, nempè verecundia, appropinquante enim confeſſionis tempore, Diabolus qui abſtulit ruborem erubeſcentiæ in peccando, ruboris velamen reſtituit in confitendo, de quo quàm plurima habes exempla. De Sancto Cyrillo Epiſcopo legitur,quòd viderit Diabolum inter pęnitentes ſtare: & cùm interrogaret, (S.Cyrillus.) quid iſthic faceret,ait Diabolus: reddo iſtis,quod eis abſtuli;ſcilicet verecundiam. Hac catena ligantur homines luxurioſi,& mulieres laſciuæ,hoc modo nobiles, & ciues,qui ſunt bonæ famæ,verecundantur confiteri, maximè confeſſori,quem norunt. Hanc catenam ſi vis rumpere, oportet te multùm laborare: quia hic funiculus difficilè rumpitur. Commenda te Omnipotenti Deo, & Beatæ Virgini Mariæ,fac tibi violentiam,& cogita, quæ infra dicuntur. (M) Primo dicit Raymundus in ſumma. Ratio dictat, quod nullus debet verecundari facere opus virtutis; quia in virtute erit laus,in malitia verò vituperium,vt ait Ariſtoteles. (In polit.c.14) Vnde ſi non verecundaris facere opera impia,vituperanda,& vitioſa,quantò minus opera virtuoſa. Sed confeſſio eſt opus virtutis, & maximi meriti quemadmodum ait ſubtilis Scotus; (In 4.diſt.17) & Sanctus Cyprianus dicit, quod eſt opus præclarum, ſalutare,& diuinum, ſicut enim potentiæ naturales ſunt ad ipſum agere: ſic virtutes ſunt ad ipſum benè agere, & vitia ad malè agere. Ergo ſicut per vitia dicimur mali,& iniqui, ita per virtutes boni, & iuſti, ſed nunquam dicimur mali, niſi cum delectamur in malo, ergo nunquam dicemur boni,niſi cum triſtamur de malo,hoc autem vſo venit in confeſſione, & attritione; ergo confeſſio eſt opus virtutis, ac ideò ſi vis amare virtutem,ama,& adorire prius confeſſionem. Vt tamen,& hoc tantò citiùs exequaris,nota quòd in confeſſione manifeſtentur potentia, ſapientia, ac bonitas. Diuina nobis communicata. Nam confitens peccata ſua,facit tibi violentiam, per quod conformatur potentiæ Patris. Dicit enim Scotus, quòd nihil tam difficile eſt in Eccleſia, (In 4.diſt.40 quęſt.vnica.) quàm confeſſio, difficile enim videtur peccata ſua ſecreta homini reuelare. Inſuper etiam eſt ita potens confeſſio,vt neceſſitet Deum dare ſibi gratiam,& hoc ex pacto ſuo. Secundo conformatur ſapientiæ filij, quoniam confeſſio illuminat confitentem, tum per virtutem ibi aſſiſtentem, tum per miniſterium confeſſoris,qui tenetur corrigere pœnitentem. Tertiò conformatur bonitati Sancti Spiritus,dum in ea confertur gratia, & charitas, quæ Spiritui Sancto attribuitur,niſi pęnitens ponat obicẽ,eſtq; actus virtutis,dum pęnitens conformat ſe primæ regulæ confitendo,quę dumtaxat confeſſio eſt de iure diuino. Sed reuertamur vnde digreſſi ſumus.

Quando igitur verecundia te opprimit, cogita quiſnam ſit ille, quem offendiſti? non enim vilem creaturam, ſed Deum omnipotentem,creatorem tuum, ſaluatorem tuum offendiſti, qui tot tibi beneficia contulit,qui vt æterno Patri te reconciliaret,atque ſaluberrimum hoc inſtitueret Sacramentum,ſuſtinuit ignominioſam mortem,confuſione contempta. Quare miſer erubeſcis confiteri, vt ei reconcilieris, qui nimia charitate ſua, pro tua reconciliatione cum Deo Patre tantam confuſionem ſuſtinuit. Cogita etiam quid per peccatum amiſiſti,quod vtique per confeſſionem recuperare poteris. O' mercator, doleſne,quia merces amiſiſti, quibus tantum confidebas? certè ſic; vſque ad cordis medullas, & ſi poſſes recuperare, quid faceres? certè quæcunque ardua,& difficilia, & omnia peccata mea quantumcunque enormia panderem. O' infælix creatura doles, de amiſſis mercibus,& tamen paradiſi gloriam,quæ omnibus mundi theſauris pretioſior eſt,Deique gratiam amiſiſſe non doles, imò quod peius eſt, pro reparatione theſauri celeſtis, recuſas aliquid leue ſuſtinere. Aduerte miſelle,quanta tibi commoda præſtat confeſſio ſyncera, & recta; etenim non ſolùm gratiam amiſſam reſtituit, quæ præponderat mille mundis, verùm etiã multa alia bona confert: merita enim per peccata mortificata,in confeſſione reuiuiſcunt ſecundũ Theologos maximè Scotum,& Sanctum Bonauenturam. (In 4.diſt.22) Fit etiam,vt attritio minus ſufficiens euadat ex confeſſione in contritionem. (Diſt.4.q.vlt.) Virtute denique clauium,& meriti Chriſti da-

Parte ſecun-da ſuorum opuſculorũ.

ſti dantur in confeſſione indulgentię, ait Gerſon. Per confeſſionem tandem exhilaratur conſcientia, & fit homo lætus, iucundus, & Spiritu hilaris. His iam ſaltem ſtimulis laceſſitus, reuolue vlterius, quid per peccatum lucratus es, & quem fructum habebis de ijs, de quibus nunc erubeſcis, ait Apoſtolus, cogita tormenta quæ te expectant, cogita diem Iudicij, quando omnia omnibus nuda erunt, tuus pater, frater, vxor, vir, filij, etiam amici tui videbunt in fronte tua omnia peccata. O' quæ confuſio erit illa. etiam ipſis damnatis manifeſta erunt. Etſi anima damnati redire poſſet credisnè, quòd verecundaretur confiteri? certè non, etiam coram toto mundo. Denique expende Confeſſorem etiam hominem eſſe æqualem tibi, quare voluit Deus, vt homo confidentius homini confiteretur. Nolite ergo verecundari peccatores, ſed potiùs pudeat vos peccare, pudor non vos terreat à Confeſſione Sacra, ſed potiùs à peccato retardet. Diabolus conatur pro viribus laborare, vt ab iſto bono omnes impediat, & multum inde lætatur, ſi hominem aliquando auertat à recto, & ad ſe imitandum inducat. Vos Diabolo reſiſtite, Chriſtum quem offendiſtis placate, Confeſſionē prò galea, lachrymas prò ſcuto contra tela inimici ſumite, vt coronam victricem in cęlis obtineatis. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ infra Oct. Natiuitatis Dom.

Lucæ 2.v.32 *Quæ non diſcedebat de templo, &c.*

Prou.10.v.11 *Vena vitæ os iuſti, os autem impiorum operit iniquitatē.*

A

IMPOSSIBILE eſt viuere in hoc mūdo ſine vllo cęleſtium incolarum auxilio, & commercio. Non eſt adeò fertilis terra noſtra, vt producat omnia humano generi neceſſaria. Per eam enim nō niſi caduca, & corruptibilia, eaque certo temporis interuallo, & ſucceſſu producuntur. Quam ob cauſam ſicut dicitur communis mater viuentium, ita etiam commune Sepulchrum morientiū: quia quidquid ea ipſa producitur in eam rurſus cōuertitur, & reſoluitur. Anima verò, quæ eſt potior pars hominis cū ſit Spiritus, & immortalis, non terrenis, & corruptibilibus opus habet alimentis, vt creſcat, & confortetur coram Deo: ſed opus habet Sapientia, & gratia Dei, alijſque donis ſupernaturalibus, quæ ei non debentur iure hęreditario, ſicut animæ Chriſti, ſed acquirenda ſunt cum labore, & tanquā de vltimis finibus petenda ab oriente nimirùm. Quæreret aliquis poſſet, quam ob cauſam verſus orientem communiter oramus, & miſſæ ſacrificium facimus, atque Eccleſias, & altaria erigimus. Plures cauſas aſſignat Archidiaconus: quia ad orientem exordium Apoſtolicæ ordinationis, & prædicationis, & Paradiſus erat ad orientem plantatus, & ad illū aſpiramus pęna ſeruitutis grauati. Sed præcipua cauſa eſt, quia Chriſtus Dominus nominatur oriens, & Chriſti crucifixio, aſcenſio, Spiritus Sancti miſſio in oriēte fuerunt, & aduentus ad iudicium in parte orientali futurus eſt. Ab hoc oriente, qui in tenera ætate in templo Salomonis, in medio doctorum clariſſimè reſplenduit, omnia vitæ corporalis, & ſpiritualis neceſſaria petenda ſunt, atque comparanda; poſſet quidem liberaliſſimus fons vitæ, & omnium bonorum Chriſtus, plenus ſapientia, & gratia Dei, omnia hæc nobis liberaliter communicare, putat tamen glorioſius eſſe, vt prædicta omnia, quæ de cęlo accipimus, pretio cōparemus, ſed pretio, quod nulli deeſſe poteſt, etiam pauperrimo, pretio oris, quod omni tempore, loco, occaſione, facilè haberi poteſt. Hac moneta, nempe orationibus, & ieiunijs, eſca corporalis, & ſpiritualis augmentum, & robur ſpirituale animæ comparandum eſt, ſapientia, & gratia Dei; hæc à Spiritu Sancto per hos Salomonis in prouerbijs dicitur fons vitæ. *Os* (inquit) *iuſti fons vitæ*. Et licet Hugo prædicta verba de Chriſto Domino intelligat, dum inquit. *Os iuſti, dicitur os Chriſti, cuius verbo multi vitam receperunt à mortuis excitati*. Et Lyra explicat de peccatore propria delicta confitente, qui dicitur os iuſti, quia eſt os, quod non celat, ſed effundit delicta ad inſtar aquæ clariſſimæ è fonte manantis. De oratione tamen non incongruè intelligi poteſt, quæ vena vitæ dicitur, quia eſt fons viuus, ideſt perennis iugis, & ſemper manans. Eſt præterea fons vitæ: quia dulci, ac ſalubri aqua fluit contra ſalſum, ac inſalubre peccatorum mare. Eſt item fons vitæ: quia eſt vena vitæ viua; quæ alit, & nutrit animata. Porrò vt fons iugis, & perennis ſit, obſeruandum eſt Chriſti pręceptum ſemper, & ſine intermiſſione orare.

Archi. in c. Eccl. 11. diſt.

Hugo.

Lyra.

Id ſanè intereſt inter iuges, & non iuges fontes, quòd iuges omni tempore fluant, æſtate ſcilicet, & reliquis anni tēporibus, qui verò iuges non ſunt, in autumno quidem cùm pluuiæ frequentiores terram irrigant, uberrim manant: æſtate autem cum magis ſunt ſitientibus neceſſarij ſiccātur, & exhauriuntur. Non aliter accidit inter Chriſtianos, quorum aliqui eo ſolùm tempore, quo bruma tribulationum, & morborum vrget orant, cùm autem vires, & robur integrum adeſt, deficiunt. Iuſti autem ſemper, & ſine intermiſſione orant: vt ſic dulces, & ſalubres effundant aquas lacrymarum: quæ propter iacturam temporalium fuſæ, amaræ ſunt, & ſalſæ. Si vat nonniſi ex intimo cordis erga Deum amore manantes, ſalubres ſunt, & dulces, iudice Auguſtino, & Chryſoſtomo. Iam verò, vt ſit vena viua neceſſè eſt, vt aliquid viui, aut animati in ſe contineat. Cùm lethalis culpa animum inficit, oratio emortua eſt: quia os impiorum operit iniquitatem: cùm autem fide, ſpe, & charitate informatur, & animatur eſt fons viuus: iuxta illud; *Poſtulet autem in fide, nihil haſitans*. Confidentia enim, ſpes in Deum, & cor purum, ſunt vita orationis, ſunt imagines monetæ, ac pretij, quo ab oriente comparamus bona terrena, & cęleſtia. Cæterùm fontis vtilitates innumeræ, ſunt, ideo Plato in ſua Repub. fontem, in vrbis foro, & meditullio collocari præcepit, vt ſcilicet omnibus in promptu eſſet, & communes fontis vtilitates ad omnes peruenirent; nimirùm ad potum ſingulorum, ad irrigationem hortorum, ad neceſſitatem tricliniorum, &c. Vtque ſi quando exarſerit ignis in vrbe citiùs, & commodiùs incendijs occurri poſſit. Hoc verò nullo alio modo accommodatiùs præſtari poſſe putauit, quàm ſi fons in medio vrbis poneretur. Sed tamen ea ratione aſſequi non potuit, vt æquè omnibus in promptu, & ad manum (vt aiunt) eſſet fons. Nam editis nibilum nimiū que infimis vrbis locis tanta facilitate ille fons ſeruire non potuit. Agnoſce, quàm lacrymoſæ orationis magnā ſanè præſtantiam ſit, vtpotè, quæ ad prædicta omnia vtilis eſſe dignoſcitur. Illius quippè irrigatione germina virtutum fouentur; per illam in cœlo noſtræ beatitudinis triclinium exſtruitur: per illam incendia paſſionum noſtrarum extinguuntur, nimius concupiſcentiæ ardor reprimitur, & gratia Dei obtinetur. Hæc multò magis hominibus in promptu eſt, quàm fons Platonicus. Sed illud peculiare eſt; quòd ſit pretium, & moneta, qua emimus cęlum, comparamus virtutes, & dona Spiritus Sancti. Hoc pretio comparauit ſibi Anna Propheteſſa donum Prophetiæ, de qua in hodierno Euangelio dicitur: quòd *non diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte, & die*. Hoc pretio efficiēdum eſt, vt Chriſtus non ſit nobis in ruinam, ſed in reſurrectionem. Hoc pretio obtinendum eſt, vt creſcamus, & confortemur in via Spirituali, in Sapientia, & gratia Dei nouos ſemper faciamus progreſſus ad imitationem capitis noſtri Chriſti Domini, de quo in hodierno Euangelio dicitur, quod creſcebat, & confortabatur plenus ſapientia, & gratia Dei erat cum illo. Sed iam ad interpretationem Euangelij

Auguſtin. in Pſal. 128.
Chryſoſ. Homil. 63. ad pop.
Iacobi. 1.v.6
Plato.
B

gelij

Digitized by Google

gelij accedamus. ERANT IOSEPH, ET MARIA MATER IESV, &c. Erat Ioſeph tanquam ſponſus B. V. M. ex omnibus mortalibus electus à Spiritu Sancto, vt ſanctiſſimus, & caſtitatis, atque virginitatis flore cæteris ſuperior: vt eſſet ſponſus Matris verbi Incarnati, & ad hoc ab æterno prædeſtinatus. Inter Ieſum, Mariam, & Ioſeph; Ieſus eſt infinitè melior, & ſanctior; poſt Ieſum Maria, poſt Mariam Ioſeph melior cunctis mũdi hominibus,

Eſdræ lib. 4. cap. 5. ita, vt dicere poſſimus illa Eſdræ verba. *Ex omni ſylua terræ, & omnibus arboribus eius elegiſti vineam vnam, & ex omni terra orbis elegiſti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis elegiſti tibi lilium vnum; & ex omnibus abyſſis maris repleſti tibi riuum vnum. & ex omnibus ædificatis ciuitatibus ſanctificaſti tibimetipſi Sion: & ex omnibus creatis volatilibus, nominaſti tibi columbam vnam: & ex omnibus plaſmatis pecoribus, prouidiſti tibi ouem vnam.* Cuſtos igitur huius vineæ, gubernator domus, ſeps huius lilij, & paſtor ouiculæ ſcilicet B. V. M. fuit Ioſeph electus, ex omnibus hominibus. Hic igitur cum Maria, erant mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo. Non omnis admiratio ex ignorantia procedit, licet enim (vt plurimum) admiratio ſit ſignum ignorantiæ, ideò & Philoſophi primum cæperunt mirari, poſtea Philoſophari, multoties tamen procedit ex cogitatione, & contemplatione magnitudinis rei, prout do-

D. Thom. cuit D. Thomas: Et de Chriſto ait Euangeliſta. *Miratus eſt audiens fidem centurionis*: cui nulla ignorantiæ nota tribui poteſt, qui omnia nouit in verbo, vt ſapientia Patris, iuxta id quod diximus Dominica tertia poſt Epiph. Id quoque de Maria, & Ioſeph affirmare debemus, præcipue autem de Beatiſſima Virgine, quod eorum admiratio nõ ex ignorantia proceſſit, ſed ex contemplatione horũ, quæ de Chri-

Exod. 25. ſto relata audiebant. *In lege antiqua iubente Deo*, circa propitiatorium duos cherubinos ex ligno oliuarum poſitos legimus, vnum à dextris, alterum à ſiniſtris, qui aduerſis oculis propitiatorium intuebantur, admirabundis ſimiles. Hæc

Dyoniſius. admiratio non proceſſit ex ignorantia, quia (vt D. Dionyſius ait, quem poſtea ſecutus eſt D. Hieronymus, Auguſt. O-

Hieron. Auguſt. rigen. & Philo Iudæus) Cherubim ſignificat multitudinem ſcientiæ: proceſſit ergo ex contemplatione magnitudinis rei. Sit in propoſito propitiatorium (teſte Apoſtolo) eſt

1. Io. 2. v. 2. Chriſtus. *Ipſe enim eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Hoc propitiatorium contemplationis oculo proſpiciunt Cherubini. Qui enim ſanctitatem Ioſeph perpendent, rectè ipſũ Cherubim appellabit, qui et factas reuelationes Angelorũ: cum Ieſu, & B. V. M. conuerſationem conſiderauerit, eum plenum ſcientia myſteriorum Dei confitebitur: atque ita nomen Cherubinorum, & officium ei competere non negabit. Omnia Angelorũ nomina Sanctiſſimo Ioſeph Spõſo B. V. rectè competunt, maxime tamen officium, & nomen Cherubinorum. Nouem choros Angelorum eſſe, ex ſacris literis colligitur (prout probat D. Gregorius, & declarat S. Dionyſius Areopagita) Angelorum, Archangelorũ,

Dyoniſius. Principatuum, Virtutum, Poteſtatum, Dominationum, Thronorum, Seraphinorum, Cherubinorum, horum omnium nomina competunt S. Ioſeph. Et in primis officium principale Angelorum (hic eſt chorus infimus) quorum eſt

Pſ. 90. v. 11. cuſtodire homines iuxta illud Pſalmiſtæ. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, &c.* De ſolo Chriſto Domino dicunt Doctores, quod non habuit particularem Angelum cuſtodem, ſed plures Angeli miniſtrabant ei. Itaque officium Angeli cuſtodis, reſpectu Chriſti, datum eſt S. Ioſeph. Hic cuſtodiuit Chriſtum ab ira Herodis, ne eum occideret, hic eum cuſtodiuit, dum iret in Ægyptum, & reuerteretur inde, dum ibãt

C in Ieruſalem ex Nazareth, multoties in manibus ſuis portãdo Chriſtum, & cuſtodiẽdo ne in aliquo pateretur aliquod detrimentum, habuit ergo nomen, & officium Angeli cuſtodis. Item habuit nomen & officium Archangeli. De Archangelis dicitur, quod officium eorum ſit, nũtiare magna perſonis principalibus, quemadmodum Gabriel Beatiſſimæ Virgini, Raphael Tobię, Michael Danieli, Vriel Eſdrę. Item officium eorum eſt, reſponſa Diuina dare: Vtrumque officium exercuit S. Ioſeph, qui & Beatiſſimæ Virgini nuntiabat, quæ ab Angelo per ſomnium audiuit, & tres Reges Magos admonuit, ne redirent ad Herodem. Principatuũ officium eſt, gubernare, & alijs Angelis inferioribus imperare; & Sanctus Ioſeph gubernauit Ieſum, & Beatam Virginem, & regimen eorum ſuſcepit. Poteſtates ſunt, qui omnipotentiam Dei manifeſtant, cum inimicos eius humiliãt, & ſuperbiam eorum pęnis coercent, ex quibus fuit ille Angelus, qui centum octuaginta quinque millia occidit Aſſyriorum; & Sãctus Ioſeph dum ingrederetur in Ægyptum cum puero Ieſu, & B. V. M. repræſentauit omnipotentiam Dei deſtruendo omnia idola Ægypti, quæ corruerant ingrediente illo in Ægyptum. Virtutes ſunt, quorum miniſterio operatur Deus miracula, & opera ſupernaturalia, quemadmodum per vnum ex his, ſol tempore Ioſue detẽtus fuit, & manna pluit de cęlo Hebræis. Quod maius miraculum reperiri poteſt, ſicut infantia, & vita Chriſti? cuius Ioſeph miniſter fuit. Dominationes ſunt, qui Deum eſſe Dominũ vniuerſorum manifeſtant, & libertatem eorum, qui Domino deſeruiunt. Sancto Ioſepho vniuerſorum creator, & imperatrix cœli obedierunt, & ſeruierunt: qua libertate, & imperio nullum maius in cęlo, & in terra reperiri poteſt. Throni ſic dicuntur, quia ſunt tanquam tribunales, ſeu ſedes cathedræ Dei, inſtruentis mundum; per ſpiritus enim cœleſtes Deus iudicat, & docet, atque inſtruit mundum: & S. Ioſeph eum, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, qui leges præſcripſit & modum viuendi tradidit mundo ſæpe in vlnis ſuis portauit. Seraphini ſunt Spiritus, qui immenſo amore exardeſcunt in Deum ob infinitam bonitatem eius, quos Iſaias vidit alatos: Ioſeph, & Maria ſunt Seraphini ſex alarum tecti velo, propter ſex alas amoris, quibus præditi erant, ala nimirùm cognitionis diuinæ, gratitudinis de beneficijs acceptis, ſubiectionis ad Deum, amoris in Deum, quoad actus interiores, amoris item quoad actus exteriores, & vnionis perfectæ cum Chriſto. Sed vel maximè competit eis officium Cherubinorum: licet enim omnes Angeli contemplentur, & ament Deum, omnes conſiderent, omnes meditentur, & mirentur opera Dei ineffabilia, & intima æternæ ſapientiæ myſteria, hoc tamen præcipue attribuitur Spiritibus, qui dicuntur Cherubin: & quis perfectiùs contemplabatur Incarnationem Verbi æterni, opera, miracula, myſteria, ſicut Ioſeph, & B. Virgo?

Ideo ergo dicitur in Euangelio, quod mirabantur ſuper his, quæ dicebantur de illo. Hæc quippè admiratio fuit cõtemplatio, & cogitatio eorum, quæ dicebãtur de Chriſto. Porrò quam ſuauis, & iucunda Diuinæ Maieſtati fuerit, hæc eorum admiratio, & contemplatio, vel ex eo intelligi

poteſt, quod ait Pſalmiſta. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquię cogitationum diem feſtum agent tibi.* Sed quoniam multiplex eſt horum verborum tranſlatio, multipliciter etiam interpretari poſſunt. Qui ſequuntur tranſlationem Sancti Hieronymi ſic legunt. *Quoniam ira hominis* confitebitur tibi, & reliqui iræ accingens; accipitur Pſ. 75.

autem hic ira eo modo, quo furorem accipit Plinius, dicẽs, Plin. lib. 1.

furorem eſſe velle ſcire quid agatur apud Antipodas; & vt cap. 1. Nat.

ſic ira furor nihil eſt aliud, quàm ſuperba mentis elatio, de hyſt.

qua B. Virgo Maria in cantico, *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Tales furioſi communiter ſunt homines potentes, Luc. 1.

diuites, & docti, de quibus intelligi poteſt illud Senecę. *Nullum magnum ingenium ſine mixtura dementia fuit.* Hæc au- Sen.

tem dementia communiter elucet in eo, quod ſint mente ſuperbi, cogitationibus elati, quas cum diſſipat Deus, maximè per mortem iuxta illud Iob. *Qui diſſipat cogitationes malignorum ne poſſint implere manus eorum, quod cęperant*, tũc Iob 5. v. 12.

omnipotentia eius agnoſcitur reliquis autem cogitationũ accingitur Deus ad eum modum. Si Polonus eques deijceret Turcam ex equo, & caput ei amputaret, veſtibusque eius veſtiretur, & in ſignum victoriæ armis illius ſplendentibus & accingeretur, & in ſignum victoriæ inſignijs illius ſplendentibus vteretur. Sic in laudem Dei cedunt reliquiæ cogitationum hominis ſuperbi, dum aduerſitate fortunæ deijcitur, vel per mortem humiliatur. Iuuat hanc interpretationem inſcriptio Pſalmo huic donata, in quo prædicta verba continentur, quæ talis eſt. In finem in laudibus Pſalmus Aſaph. Canticum ad Aſſyrios, id eſt Canticum compoſitum à Dauid, quod magiſter Capellæ Aſaph ad laudem Dei cantauit, voce pſalmi, & voce tubæ corneæ, gratias agẽdo Deo pro victoria ex Aſſyrijs deuictis, ac humiliatis, qui

ſuperbi

Digitized by Google

ſuperbi mente erant, atque furioſi, alia de ſe ſentientes, & præſumentes. Sed lectio vulgata magis deſeruit noſtro propoſito, & licet aliqui illa intelligunt de quacunque cogitatione bona, & Sancta, D. Auguſtinus tamen non de quacūque cogitatione, ſed cogitatione prima vnde peccator incipit confiteri, & laudare Deum pro remiſſione peccati, & cōuerſione ad ipſum, priorem vitam in peccatis damnando, & aſpernando. Reliquias autem cogitationum tunc dicit eſſe, quando non excidit à memoria, & ille qui ſanauit eū, & vulnus quo ſauciatus fuit per peccatum, & ipſum peccatum, quo ad deteſtationem. Ideo ſubdit D. Augu. Si vulnus te habuiſſe oblitus fueris, non tibi erunt reliquiæ cogitationis. Hāc interpretationem videtur ſequi D. Thomas ſuper hæc verba, qui ſic ait. Dauid cognoſcebat, & deteſtabatur proprium peccatum, qui ſemper habebat peccatum contra ſe, vt ipſe fatetur cum ait. *Et peccatum meum contra me eſt ſemper.* Id eſt, vt contrarium, & nociuum mihi. Et ideò illud ſemper deteſtabatur. Verumtamen alij intelligunt prędicta verba, de contemplatione Dei mirabilium, vnde anima exultat, Spiritus iucundat, & laudat Deum, & reliquiæ cogitationum, id eſt memoria mirabilium, & ex contēplatione, feruor ad facienda feſta Deo, ad ſeruiendum Deo. Nam quemadmodum ſi aliquis Princeps potens, & diues hoſpitando conuiuium extrui curaret apud pauperem fieri nequit, quin ex ijs tantum alimentorum cederet pauperi per multum temporis ſe, & familiam ſuam alere poſſit. Ita contemplatio mirabilium Dei, relinquit reliquias, nempè feruorem ad illa facienda, quæ in laudem Dei cedunt.

Aug. Tom. 8 ſup. Pſ. 15.

D

D. Thom.

Pſ. 50. v. 5.

Sic contemplabantur B. V. Maria, & Ioſeph mirabilia, quæ acciderant circa Natiuitatem Chriſti, & quæ dicebantur de illo, & ſic cogitatio eorum confitebatur Domino, & reliquiæ cogitationum diem feſtum agebant. Mirabantur ergo non quod hæc noua eſſent omninò, iam dudum enim audiuerant ea ab Angelis, a Paſtoribus, & Magis, ſed quod illa, quæ audierant à Simeone ſene probato, de puero Ieſu quomodo poſitus eſſet in ſignum, cui contradiceretur, & in ruinam, & reſurrectionem multorum, omnia erant admiratione digna, & prioribus conformia. Mirabantur itaque ex ampliori rerum diuinarum notitia, & opera enim Dei quantò amplius cognoſcuntur, tantò admirabilius mētem ſuſpendunt. Miras enim laudes Simeon annoſus, Spiritu Sancto afflatus, de puero Ieſu deprompſit, quod eſſet datus in ſalutem gentium, & gloriam plebis ſuæ Iſrael, & in ruinam, & reſurrectionem multorum, & in ſignum cui cōtradicitur. Sicut in Actibus Apoſtolorum legitur. *Sect ę huic vbique contradicitur.* Atque ita obſtupebant admiratione congratulationis, & reuerentiæ, non dubietatis, aut ignorātiæ. Admirabantur prius Angelos canentes, paſtores currentes, Stellam fulgentem, Magos adorātes, mutum loquētem, Ioannem Prophetantem, in matris vtero, & exultantem. Nunc verò mirantur Senem Simeonem magna prædicentem, Annamque Propheti ſſam ſenio confectam, Dominum confitentem. Vniuerſus ſiquidem mundo, omnis natio, omnis ætas, omniſque ſexus admiratur, quia ille apparuit, cuius nomen eſt admirabilis, conſiliarius, princeps pacis, Pater futuri ſæculi. Mirabatur B. V. Maria, quomodo facta dictis ſibi correſponderent, atque ita deuotiſſimè Sacroſanctum reuerebatur diuinę incarnationis Myſterium: nam quoniam mente humillima erat non poterat non ſatis mirari, & venerari diuinam bonitatem, quæ elegit eam, & prælegit, vt conciperet, geſtaret in vtero, & pareret filiū, qui eſt filius naturalis cęleſtis Patris, ante ſæcula æternus Deus, & nunc homo Chriſtus Ieſus. Mirabatur etiam S. Ioſeph myſterij altitudinem, Mariæ excellentiſſimam ſanctitatem, pueri nati diuinitatem, & ſe tàm magni, & abſcōditi Sacramenti participem effectum. Cumque vellet diſcedere indignum ſe tanto Sacramento intereſſe reputans, ab Angelo eſt prohibitus, & de rebus omnibus admonitus, fidelis nutritij officium adimpleuit. Mirabantur ergo Parentes, id eſt contemplabantur, & cum reuerentia venerabantur Sacroſanctum myſterium, & admirabile Chriſti incarnati Sacramentum.

Act. 28. v. 22

ET BENEDIXIT ILLIS SIMEON. Id eſt proſpera quæque illis precatus eſt, atque fęlices eos prædicauit, qui tanti pueri parētes eſſent; Benedixit, & puero, hoc eſt optauit illi fęlicem ſucceſſum eius negotij, ad quod miſſus fuerat. Nec obſtat quod dicit Apoſtolus. *Minor à maiore benedicitur.* Illa enim Apoſtoli authoritas, non de ſimplici, ſed de ea potius benedictione, quę fit diuina authoritate eſt intelligenda. Vnde Petrus Galatinus aſſerit hunc Venerabilem ſenem eſſe Apoſtoli inſtructorem, ex cuius venerabili lanicie plurimum ornamenti acceſſit Senectuti. Habet ætas ſenilis ſuam gloriam, ſed tamen longè maiorē ab hoc ſene mutuauit. Non ſine cauſa Romulus, cum Romam fundaſſet elegit centum Senes, quos & Senatores appellauit à Senectute; horum maturo conſilio omnia diſponebat. Et quoniam cum magno zelo, & ſolicitudine bonum commune promouebat tantum honorem eis exhiberi voluit, vt nomina eorum literis aureis conſcriberentur, & ideò poſteà dicti ſunt Patres conſcripti. Quibus tantam Romę reuerētiam exhibebat, vt nulli maiorem, nec quicquam ſine conſilio eorum agere liceat quos tanquam oracula, & ſapientię Archicium habebant: Si ad zelum, & boni communis amorem acceſſiſſet etiam Sanctitas, vera, ac recta fides qualis fuit in hoc Simeone Sene, qui expectabat redemptionem Iſrael maiori proculdubio honore digni fuiſſent. Poſſumus autem aſſerere, Simeonem Sacerdotem fuiſſe, & Chriſti parentibus benedixiſſe authoritate Sacerdotali, quæ poſita eſt in Sacris literis. *Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te: oſtēdat Dominus faciem ſuam tibi & miſereatur tui: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.* Sic (inquit) benedicetis filijs Iſrael, & inuocabitis nomen meum ſuper eos. Simeon ergo cum eſſet Sacerdos, iniunctum benedictionis munus executus, Ioſeph, & Mariæ benedixit, quanquam maioris eſſent meriti apud Deum, & Sanctitatis. Benedixit autem ſumma cum lætitia animi.

Hebr. 7.

Romulus.

Numer. 9. v. 24.

De Alexandro Duce Lituaniæ ſcribit Guagninus, quod cum eſſet vilnæ infirmitate correptus, interea Tartarorum viginti millia in Lituaniam excurrerunt, contra quos Alexander Stanislaum Viszham Lituanum cum armata manu deſtinauit, ipſeque præſens adeſſe volens ſemiviuus ferè, exercitum ſecutus eſt, recenſitiſque copijs in Lyda arce remanſit. Lituani igitur inopinatè in Tartaros ſecuros, ad Vloczho oppidum ingenti impetu irruentes eos, penitus cruenta clade fuderunt, & ſpolia, captiuoſque abegerunt. Quæ victoria cum Alexandro iam iam animam agenti nūtiaretur, ille quamuis beneficio linguę priuatus eſſet, manus tamen in altum extollens, ſuſpirāſque cum lachrymis Deo gratias egit: omnibuſque circumſtantibus manum porrigens ad ſuperos migrauit. Si tantam attulit Alexandro lætitiam illa de hoſte temporalis victoria, vt lætus migraret è vita: Quanto maiori credibile eſt Simeonem Senem perfuſum fuiſſe gaudio cum de potentiſſimo totius generis humani hoſte victoriam ſempiternam parari cerneret. Vnde lætus occinit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Deinde conuertens ſermonem ad matrem pueri prædixit futuram Chriſti victoriam, non omnibus fore ſalutarem. Quāuis enim agnoſceba illum veniſſe ad gloriam plebis Iſraęl, ſubiunxit tamen. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & reſurrectionem multorum in Iſrael.* Quaſi diceret ſcito, ò Domina puerum hūc, quem vlnis tuis geſtas, & vbere de cęlis pleno lactare mereris, ſcandalo multis, & caſui futurum; alijs eum perditionis occaſionem, alijs fore ſalutis ęternæ: O quàm ſtupenda, quàm ſecreta myſteria. Poſſibile ſanè, quòd Simeonis vaticinium, hoc vel maximè mirabantur Ioſeph, & Maria. Verè enim res admiratione magna digna eſt, de qua olim Iſaias dixit. *Ideò ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi, & ſtupendo. Peribit enim ſapientia a ſapientibus eius & intellectus prudentium eius abſcondetur;* Certè admiratio, & miraculum ſtupēdum, quod lux, quod ſapientia, & prudentia, quæ eſt lux animæ illuminans mentem, ſenſus, & opera, potius illos malignos, & inſidioſos Phariſæos, & Hypocritas obcæcauerit, quàm illuminauerit, ſi quidem lucis proprium eſt illuminare, nihilominus tamen poſitus eſt in ruinam Phariſæorum, & ſimilium Hypocritarum; in reſurrectionem verò publicanorum, & miſerorum, voluit enim Deus per ipſum quorundam efficere reſurrectionem, & occaſione illius quoſdam ſinere labi, ob ipſorum demerita, & ſuæ iuſtitiæ illuſtrandæ gratia. Offen-

Guagninus in vita Alex.

Iſaię 29. v. 14

dérunt

Digitized by Google

derunt ergo in lapidem offenſionis, & petram ſcandali ſa-
pientes Iudæorum, pauperes vero, & meretrices regni cęlo-
rum ſunt municipatum adepti. Obſeruanda autem ſunt ver
ba Euangeliſtæ dicentis. *Hic poſitus eſt in ruinam.* Non di-
cit hic lapis, hic Ieſus facturus eſt ruinas, ſed hic poſitus eſt
in ruinam, id eſt: Hic potius poſitus eſt, vt impleat ruinas.
Pſ. 109. v. 6. Vt dicit Dauid: id eſt: *Reſtaurabit damna, quę Sathanas ele*
ctorum congregationi intulit: non enim Dominus ruinæ,
ſed reſtaurationis eſt author. Licet eo aliqui ſumpſerint oc-
caſionem ruinæ, tota tamen ratio ruinæ ab hominibus nō
à Deo ortum habet, nam quia oblatam ſibi lucem auerſati
Ioan. 3. v. 19 ſunt. (*Venit enim lux in mundum, & dilexerunt homines*
magis tenebras, quam lucem) ideò in doctrina verbis, &
operibus Chriſti ſcandalizati ſunt. Quapropter præpoſitio,
In non denotat cauſam, ſed conſecutionem duntaxat. Quia
tamen alij ex ipſo, ædificati ſunt: Ideò admiratio, & mira-
culum ſtupendum, quod illud æternum lumen Chriſtus Ie-
ſus ſit alijs in reſurrectionem illuminando. Alijs autem in
ruinam, illos nimirum, quos ea hac occaſione iniquitas eo-
Iſaiæ 59. v. 9 rum excæcauit, vt ipſemet apud Iſaiam fatetur. *Expectaui-*
mus lucem, & ecce tenebrę ſplendorem, & in tenebris ambu-
lauimus. Palpauimus, ſicut cæci parietem, & quaſi abſq; ocu
lis attrectauimus, impegimus meridie quaſi in tenebris in ca
liginoſis quaſi mortui. Certè Deus factus homo fuit, quo ad
Diuinitatem obſconditus fuit quaſi poſt parietem naturæ
E humanæ proſpiciens per cancellos, hoc eſt Diuinitatis ſuæ
lumen, puta miracula diffundens. Phariſæi tamen, & lumi-
ne ſapientiæ, & lumine fidei, & lumine illo, quod illuminat
gentes, quòd eſt Chriſtus Ieſus, potius excęcati, quàm illu-
minati, tanquam cęci palpabāt parietem, attrectabāt Chri-
ſtum, hominem & Diuinitatem eius non percipiebant, &
hęc fuit admiratio magna, & ſtupendum miraculum, quid
enim admirabilius accidere poteſt, quòd nec ſapientia ſa-
pientes inſtruat, nec prudentia prudentes doceat, nec lu-
men fidei fideles illuminet, ſed potius ſtolidos, & inſipien-
tes efficiat.

Mirantur multi, quòd ſol lumine ſuo induret lutum, &
emolliat ceram; miratur hortulanus, quòd cum in eadem
terra plantet arbores, & æquè diligenter omnes curet, ęquè
irrigationibus humectet, ęqualem influxum permittat inę-
quale tamen, & diſpar incrementum accipiat, miramur, &
nos quòd idem lumen aliter illuminet gemmas, aliter late-
res, gemmæ enim (vt adamas) ſplendorem Solis in ſe reci-
pere, & conſeruare videntur, lateres verò æquè lutoſi poſt
illuminationem, ſicut & ante; miramur, quòd idem lumen
excęcat veſpertilionem, & alias auiculas illuminat. Sed mul
tò magis mirari nos iuſtum eſt, quòd eadem Chriſti Domi
ni vita, mors, Paſſio quibuſdam Chriſtianis eſt in ſalutem,
alijs in condemnationem, quòd idem Sanguis Chriſti ob-
latus, in iudicium, alijs ad cōfuſionem, alijs in ſubſidium fu
turus ſit. Offerunt quidem damnati Sāguinem Chriſti, ad
placandum Deum in ſatisfactionem ſuorum peccatorum,
ſed nihil proficiunt, non dabit tunc ſanguis Chriſti Deo pla
cationem ſuam, & pretium redemptionis animarum ſua-
rum, quin potius ad furorem, & indignationem commo-
uebit quemadmodum ſanguis iuſti Abel. Offerunt etiam
iuſti ſanguinem Chriſti, acceptabit Deus placationem, &
redemptionem pro animabus eorum, & lauabunt ſtolas
ſuas in ſanguine agni. Sed vnde quæſo tantum diſcrimen,
& ſic diuerſi effectus eiuſdem cauſæ? non aliunde ſanè niſi
a diuerſa ſubiectarum diſpoſitione. Non eſt attribuendum
Chriſto, quòd ipſe ſit cauſa ruinæ, quòd ſit cauſa peccati, nō
eſt attribuendum paſſioni, ac ſanguini Chriſti, quòd ipſe ſit
cauſa damnationis, ſed potiùs malitia hominum id efficit.
Quando Chriſtus Dominus illuminauit cæcum natum, plu
res inuenti ſunt, qui glorificabant Deum, Phariſæi autem
Ioan. 9. v. 16. inuidia moti dicebant, *Hic homo non eſt a Deo, quia Sabba-*
thum nō cuſtodit. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt; tunc
dum cæcus lumen accipit, illi excæcantur, tunc dum alij glo
rificant Deum illi blaſphemant. Quia poſitus erat Chriſtus,
alijs in ruinam, alijs in Reſurrectionem, vt dicitur in Euā-
Eph. 5. v. 14 gelio. *Et in Reſurrectione multorū*, eorum ſcilicet, quos hor
tator Apoſtolus. *Surge qui dormis, & exurge a mortuis, &*
Ad Rom. 6 *illuminabit te Chriſtus.* Hæc eſt prima Reſurrectio, de qua
v. 4. idem dicit in alio loco, *Conſepulti cum Chriſto per Baptiſmū*
in mortem, vt quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis
per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus,
& nouitas Chriſti ſit quadam Reſurrectionis Chriſti a mor
tuis imitatio. Cæterùm admonemur hic, ne quis quantum
vis ſibi videatur ſtare nimium confidat, iuxta illud. *Qui ſtat* 1. Cor. 10.
videat, ne cadat, Nemo etiam quantumuis peccatorum ma v. 12.
ximo pondere grauatus ſit, & iam in barathro vitiorum ſe-
pultus, deſperet, poſitus enim eſt Chriſtus (vt inquit Simeō)
in Reſurrectione multorum. Non eſt autem Reſurrectio,
niſi præceſſerit ruina. Ait præterea ad Sanctiſſimam Vir-
ginem.

ET TVAM IPSIVS ANIMAM PERTRAN
SIBIT GLADIVS. id eſt tuammet animam trāſibit
gladius doloris immenſus, & inexplicabilis. Non accipitur
autem hic gladius, pro ſcandalo, & dubitatione, quam tem
pore Paſſionis Domini Apoſtoli habuerunt, ſed pro acer-
bitate doloris, & aculeo. Neque illa probatur ſententia, quę
accipit *pertranſire* pro præterire, quaſi dolor non inſederit
in animo virginis, ſed prætereuerit, quaſi per vmbram, ſicut
ille qui timorem incutit; non tamen percutit, non (inquam)
ſic accipitur, ſed potius iuxta opinionem Græcorum ſigni-
ficat penetrare. *Tuam* (ergo) *animam pertranſibit gladius*
doloris, ſenſus eſt, adeò contradicetur huic ſigno, vt doloris
aculeus, velut gladius tuammet animam penetraturus ſit.
Verè (inquit Bernardus) ò beata mater tuammet animam
gladius penetrauit, nam poſtquā Spiritum emiſit ille tuus
Ieſus, ipſius animam non attigit crudelis lancea, quæ eius
latus aperuit, ſed tuam vtique animam penetrauit doloris
anguſtia, vt pluſquàm martyrem te prædicemus; quod .n. in
carne Chriſti agebant claui, & lācea, hoc in beatiſſimæ ma
tris mente agebat compaſſio naturalis, & materni affectus
aculeus. Beata Dei Genitrix, & martyr fuit (inquit Hiero- Hieron.
nymus) alij Sancti paſſi ſunt in carne, beata autem Virgo
ſpiritualiter patiebatur in anima, ideo atrociorem, & vehe
mentiorem perpeſſa fuit doloris gladium; dolores quippè,
quos in partu Chriſti non ſenſerat, in eius morte percepit.
Gladius pertrāſijt animam eius, donec veniret eloquium Dei. Pſ. 104. v. 18
Pſalmiſta ait. Senſus eſt. Ioſeph exiſtens in Ægypto acerbos
pertulit dolores, quaſi gladio eius anima trāsverberaretur;
eodem modo gladius dicitur pertranſiſſe animam Virgi-
nis, quia ſcilicet ingentes pertulit dolores, dum videret filiū
ſuum crucifigi, & mori. Quod ſi ita eſt, cuius obſecro no-
ſtrum, tanta erit impatientia? vel potius impudentia, vt de F
afflictionibus diuina voluntate permiſſis, cōqueri quis pre-
ſumat, cum innocentiſſimam Virginis puerperæ animam,
a Deo ſupra omnes puras creaturas maximè dilectam, &
prælectam, doloris gladio vulneratam eſſe audimus? ma-
ximè verò cum certa ſciamus experientia tribulationes, &
omnes ærumnas a Deo vtilitatis noſtræ cauſa permitti;
adeò enim natura noſtra corrupta eſt, vt niſi nos mala ob-
uenientia detineant, ſtatim ad delicias, & voluptates cæco
impetu, feramur.

VT REVELENTVR EX MVLTIS COR
DIBVS COGITATIONES. Etenim mortuo Chri
ſto in cruce, & eius Matre, præ doloris anguſtia vix ſemiui-
ua manente, in apertum eruperant arcana cordium, & ſe-
creta animorum. Ioſeph, & Nicodemus diligentiſſimè ſe-
pulturam Chriſti curant; Phariſæi ſepulchro cuſtodes ad-
hibent, mulieres emunt aromata, vt venientes vngerēt cor-
pus Ieſu, Apoſtoli in vna domo clauſi latent, perſecutorum
crudelitas feruet, amici autem Chriſti in fide, & amore per
ſeuerant, incertum vulgus deridet, viri probi triſtantur, &
redduntur attoniti. Si autem ſpectes totius vitæ decurſum
Chriſti, Deus bone quot hominum cogitationes in publi-
cum venerant, Magorum, Herodis, Phariſæorum, & Scri-
barum, Tyrannorum, & Hæreticorum, & quæ ſunt generis
eiuſdem: Sed ſimpliciter poteſt ſic exponi. Hic poſitus eſt in
ſignum, cui contradicetur, vt reuelentur, ſeu retegātur mul-
torum cogitationes cordis, proinde mox pręcedentia, quaſi
per parentheſim legantur interpoſita; Ita puer iſte poſitus
eſt in ſignum, cui a multis contradicetur, vt multorum cogi
tationes, quæ prius occultę latebant in corde, detegerentur,
vt qui videbantur pietatis arcem obtinere, eorum impietas
reueletur: per Domini enim paſſionem, & inſidiæ Iudæo-
rum, & diſcipulorum infirmitas patuit. Sanè incertum erat
homi-

hominibus Deum in carnem veniſſe, ſubiectumq; infirmi-
tati, ac morti; putâtes ipſum penis huiuſmodi poſſe minimè
ſubiacere; ſed vt Chriſtū viderunt mortuū, & in ipſius mor
te cęlum obſcuratum, velum templi ſciſſum, monumenta
aperta, multa corpora quæ dormierant ab ipſis excūita fur
recta terra concuſſa; quod in corde dubiè putabant, in ma-
nifeſto eructantes, Deum confitebantur mortuum dicēres,
Matt. 27. v. 55. *verè filius Dei erat iſte*, & ſic multorum cordium reuelabā
tur cogitationes. Quidni de diſcipulis illis, oppidū Emaus
pergentibus, quorū alter viſu magiſtro crucifixo hæſitabat
an eſſet reſurrecturus? alter an eſſet Deus? nonnè illorum
cogitationes peregrino magiſtro in aperto eruperunt? Ex
Ioan. 20. v. 28. cogitationes cordis D. Thomæ Apoſtoli *niſi videro, & teti
gero minime credam*, quia prius viſo magiſtro in cruce poſi
to, tanquam in ſignum cui cōtradicebatur, cogitabat in cor
de ſuo ipſum non amplius reſurrecturum; ſed cum illi poſt
reſurrectionem Chriſtus apparuit oſtendens manus & la-
tus patefaciens cordis arcanum exclamauit dicens, *Domi
nus meus, & Deus meus*. Et vt omnia perſtringantur. *hic po
ſitus eſt in ſignum cui contradicetur* (vt) *reuelentur ex mul
ti cordibus cogitationes*, vbi eſt animaduertēdū, quod illud
(vt) non denotat cauſam, ſed conſequutionem effectus, pe
rinde ac ſi diceret, poſitus eſt in ſignum cui contradicent, vt
re ipſa contradixerunt in doctrina, in vita, in perſona, & in
omnibus: verum vt eius nomine dixit Dauid loquens cum
Pſal. 17. v. 44 æterno Patre. *Eripies me de contradictionibus populi, conſti-
tues me in caput gentium*: & ex illa contradictione ſeque-
tur, quod plurimorum cogitationes patefiēt iam bonę quā
malę quę antea occultæ erant: patuerunt inuidię Phariſęo-
rum cogitationes, & Iudęorū malitia, patuit Pilati timor,
qui ne Cęſaris amicitiam amitteret eum condemnauit, pa-
tuit Iudę proditio, patuit D. Petri, & aliorum Apoſtolorum
exigua, & infirma fides, patuit filiarum Hieruſalem pius &
deuotus animus quæ eum cruce oneratum lachrymis proſe
quutæ ſunt, & aliarum mulierum, quæ ſanctiſſimā Virginē
Eutimius comitatę ſunt, in cuius honore Eutymius interpretatur prę
ſuper poſita dicta, & dicit quòd ſenſus verborum iuſti Simeonis hic ſit,
verba. *Chriſtus filius tuus morietur*: ex hac morte id ſequetur, qđ
Luc. 2. de te cogitationes multorum reuelabuntur. Multi.n. erant,
G qui de maternitate Mariæ Virginis, variè cogitabant, qui-
dam enim putabant eſſe ſolùm matrem puri hominis, alij
nec matrem verā eſſe hominis affirmabant, corpus ex ae-
re Chriſtū aſſumpſiſſe affirmando: Hâc igitur verū eſſe (.ſ.
filium tuum, Deoq; Patri coæqualem in morte) reuelabun
tur cogitationes multorum. Videndo.n. Chriſto moriente,
dolorem tuum immenſum cogitationes, quæ à ſuſpicione
proceſſerant prodire, & reuelare incipient, te eſſe matrē ve
ram Dei, & hominis. Alij Doctores interpretātur de bona,
aut mala voluntate, & affectu hominū erga Chriſtū. Iuxta
ſuperius dicta. Multi.n. erāt Chriſto malè affecti. Expecta-
bat mundus Meſſiā: expectabant boni, & mali, ſed quo ani
mo, aduentus Meſſiæ declarauit: Herodes turbatur, Paſto-
res lætantur: Reges adorant, euentus animum declarauit.
Prædicante quoque Chriſto reuelabantur cogitationes bo
norum, & malorum. Quia aliqui beatum prædicabāt, alij
dęmonium habere affirmabant. Moriēte aūt Chriſto ma-
ximè reuelabātur cogitationes, aliqui.n. nihil curabāt. Apo
ſtoli triſtes, Iudęi gaudētes: & horū alij dīt verè filius Dei
erat, alij blaſphemabāt mouentes capita ſua. In ſumma om
nium cogitationes tunc manifeſtabantur. Cogita & tu ꝙ
in morte tua reuelabuntur de te multorū cogitationes, hīc
manifeſtabuntur opera tua, ſiuè bona, ſiuè mala, tunc ma-
nifeſtabuntur iniuriæ, & malæ voluntates, tunc incipit per
ſecutio honoris tui, domus tuæ, filiorū: ꝙ ſi multos habuiſti
amicos, nullum offendiſti, beneficijs plurimos affeciſti: tūc
ēt reuelabuntur cogitationes eorū, quia dolore, & gemitib.
domus tua replebitur, & benedictionib. anima tua impin-
Luc. 16. guabitur. Itaq; ſequaris conſiliū Chriſti. *Fac tibi amicos de
mammona iniquitatis*: vt cum defeceris recipiāt te in æterna
tabernacula. Quod licet cōiter de elargitione eleemoſinæ
intelligatur, benè tñ, & de alijs bonis operib. intelligi pôt,
quib. obſtruas os loquentiū, & remoueas in memoria ęter
na iuſtorū, nec timeas ab auditione mala. Sed iā ad ſcđm no
ſtri ſermonis partem accedamus, & Annę viduę laudes, ac
Prophetiam perpendamus. *Et erat* (inquit) *Anna Prophe-
tiſſa*: cōmendatur hæc mulier Sancta ex multis. Ex Spiritu
Prophetico, ex nobilitate, ex ſanctitate, ex cōtinentia, & de
uotione in ętate prouecta. Oīa hæc laude digna ſunt. Et in
primis cōmendatur ex officio Prophetiæ. Tēporib. nāq; il-
lis erat mulier q̄dā hñs Spiritū Propheticū Anna nomine,
Patris, & trib. mulieris Sāctis mētionē facit Euāg. vt dictio
ni illius maior fides adhibeat, ideoq; multis eā titulis cumu
lauit, lōga.n. caſtitate, multisq; ieiunijs, atq; obſecrationib.
Deo ſeruierat, ideoq; culmē Propheticū oſtendere meruit,
& ob id Prophetiſſa nuncupatᷓ. Fuerunt aūt in veteri teſta- Exodi 15.
mento multæ Prophetiſſæ, in primis Maria Soror Moyſis,
& Aaron, de qua Scrip. Sacra. *Sūpſit Maria Prophetiſſa tym* Iudicum 4.
panū in manu ſua. Delbora itē, quę rexit populū, defenditq;
ab hoſtiū incurſu. Olda præterea q̄ Soſiæ Regis Iuda vati
cinata ē mala ventura, poſt eius obitū. Denīq; Anna Prophe 4. Reg. 24
tiſſa cuius Euāgelica lectio meminit. In nouo aūt primū lo
cū tenet Glōr. Mater Dei, ſicut refert Iſaias. *Et acceſſi ad Pro* Iſai. 8. v. 10.
phetiſſam, & cōcepit, & peperit filiū. Maria ergo mater Dei
fuit illa Prophetiſſa, quę prophetauit. *Ex hoc beatā me dicēt* Lucæ 1. v. 48.
oēs generationes. *Quatuor itē Virg. natæ Philippi Prophetā-* Actorū 21.
tes: & multæ aliæ. *De tribu Aſer*: Hæc vox Hebræis beatū v. 8.
ſonat: ſic.n. lib. Gen. refert eā dixiſſe pro beatitudine mea,
beatā me quippè dīt oēs mulieres, ꝓpťa appellauit eā *Aſer
Filia Phanuel*. S. Hiero. ſcribēs ad ſeriā ait, Anna ſcđm Ethy-
mologiā ſui nominis ſignificat gratiā: & ex re, quæ Spiritu
Prophetico erat ꝑdita, nomē ſortita eſt. Poſuit Euang. An-
næ Genealogiā, q̄a teſte Hieron. hoc ſolū in nobilitate ge-
neris appetendū eſſe vř, ne à maiorū nobilitate poſteri de-
generēt: maximè cum hoc fiat ſępiſſime, ꝙ Patri optimo, fi-
lius obtingat peſſimus: Sicut Adę, Cain, Noe, Chā, Abrahę
Iſmael, Iſaaco, Eſau. Vera aūt nobilitas eſt clarū eſſe virtuti
bus, (vt inqt D. Hieron.) Nobiliſſimus fuit Melchiſedech
Rex Salem, ita ꝙ Chriſtus dici voluit Sacerdos, ſcđm ordinē
eius. *Tu es Sacerdos in ęternū ſcđm ordinē Melchiſedech*. Et Pſ. 109. v. 4.
tñ de eo dicit D. Paulus, ſinè patre, ſinè matre, ſinè Genea-
logia. Clarū eſt, ꝙ debuerit habere patrē, & matrē, ipſe.n.
ſeipſum generare non potuit. Sic tñ dictū eſt à D. Paulo, vt
innueret adeò virtuoſum fuiſſe, vt de cælis in terrā veniſſe
videatur, totus cęleſtis oīb. nobiliſſimis virtutib. ꝑditus. Ve-
ra igitur nobilitas eſt, clarū eſſe virtutib. Non nego nobili- H
tatē eſſe metallū pręcioſum. Verūtñ quēadmodū nihil ad
rē eſſet carbones, vel fruſtra ferrea in vas aureū adoptare lo
co gemmarū, & lapidū pretioſorum, ita nobilitas vitijs de-
nigrata vituperabilis eſt. Hinc D. Ioan. Bapt. prædicās Hæ
bręis ſæpè inclamabat. *Genimina viperarū, ne cœperitis dice* Lucæ 3. v. 7.
re Patrē habemus Abrahā: nā adeò eſtis mali, & vitioſi, vt
rectè de vobis dici poſſit, quòd eſtis vas aureū, vel argenteū
carbonib. vitiorū deformatū, vultis gloriari ex nobilitate
Abrahā, q̄ fuit vas aureū gēmis, & lapidib. pretioſis exorna
tū. Sed via, & hoc tribuēdū vř nobilibus vitioſis, ꝙ ſint me-
tallū prætioſum, maximè quia dixit D. Paulus. *Si charitatē* 1. ad Cor. 13
non habuero nihil ſum. Potius dicendi eſſet viperæ, quia mo v. 1.
re viperarū ſuis abominādis moribus, libertatibus, diſſolu-
tionibus, Rēpub. matrē ſuā eneruāt, & enecāt. Certè imme-
ritò nobiles, vitioſi dīt Dñi, potius deberēt dici ſerui, quia
ſunt miſcra mancipia vitiorū. Nā quēadmodū mācipia ad
nutū obediunt dñis ſuis, ita & illi ſuis paſſionib. Quō pôt di
ci Magnificus, qui auarus eſt, quō vir honoratus, qui mini-
mas quaſq; iniurias: ēt vlciſcitur? quō dicetur vir prudens,
ſi eſt malitioſus? De his.n. potius dici dēt illud B. Ioan. *Scio* Apoc. 3. v. 1
opera tua, quia nomen habes, quod viuas, & mortuus es. Fru
ſtra deformis æthiops prætioſis veſtibus exornatur, ſic &
homo vitioſus nobilitate gloriatur. *Hæc proceſſerat in dieb.
multis, & vixerat cū viro ſuo annis ſeptē à Virginitate ſua,
Et hęc Vidua vſque ad annos* 84. Cōmēdatur ergo (vt dixi,)
hæc mulier Sancta à nomine, à proſapia, ab officio, (quia
Prophetiſſa erat,) à tēpore, quia prouectæ erat ætatis, à ſum
ma continentia, quia ſeptē annis in matrimonio vixerat, à
virginitate ſua; & poſthac vidua erat vſq; ad annos 84. Qui
bus verbis oſtenditur eius caſtitas virginalis ante matrimo
nium, deindè coniugalis in matrimonio, & vidualis poſt
mortem viri ſui. *Vidua* 84. Incertum eſt, an numerus anno 1. ad Cor. 2.
rū ad ætatē mulieris pertineat, an ad ſpatiū viduitatis eius. v. 8.
Cæterùm ſtatus viduatum commendatur ab Apoſtolo di 1. ad Tim. 5
cente. *Non nuptis, & viduis dico bonum eſt illis ſi ſic permā* v. 5.
ſerit, ſicut ego: Et alio loco: *Viduas honora quę verè viduę* Exodi 22.
ſunt. *Viduę, & pupillo non nocebis*: *Elias mittitur ad mulierē* Auguſt.

viduam. Auguſtinus ponit tria genera viduarum. Vnum quod perfectiſſimũ eſt, & cæleſti præmio deſtinatum, quod Deo orationib. & ieiunijs die, noctuq; deſeruit. Aliud verò quòd curam filiorum habere dicitur, & domus: non tamen tanto præmio dignum, nec peccatis obnoxium. Tertium genus eſt in epulis, & delitijs, commorantium quòd
1. ad Tim. 1. æternæ morti ſeruat. *Vidua enim in delitijs viuens mortua eſt. Nam quæ verè vidua eſt ſperat in Domino, & inſtat orationi die, ac nocte*. Quapropter Apoſtolus iubet huiuſmodi viduas multum honorare, quoniam viduæ iuniores acrius tentantur, quàm virgines (inquit Ambroſius) propter delectationis recordationem. Sancta autem Anna ſeptem annis fuit cum viro ſuo, & poſtea vixit caſtè, vſque ad ætatis ſuæ annum 84. Magnam ergo & eximiam laudem ſuæ retulit caſtitatis, atque continentiæ vidualis. De
Act. 9. v. 36. qua dici poterat quod de Thabita (quam S. Petrus reſuſcitauit) dictum eſt. *Hæc erat plena bonis operibus, & eleemoſinis quas faciebat*: Sed contraria hæc videntur, quomodo enim erat plena operibus bonis, ſi eas erogabat; potius dicendum eſſet, quòd pauperes erant pleni eleemoſinis, quas ipſa erogabat, illa autem pauper permanſerat, quia quicquid habebat elargiebatur eis. Ita ſanè accidit, quòd qui eleemoſynas elargitur centies plus accipiat, quàm elargitur. Ea enim eſt differentia, inter liberales, & prodigos, quòd prodigi, quantò plus expendunt in luxũ, quoad epulas, veſtes, & ſeruitia, tantò minus habent, & pauperes fiũt; qui autem in pauperes eleemoſynas elargiuntur, hi magis ditãtur. Quia eleemoſynæ multiplicatæ in ſinus eorũ reuertũtur. Quẽadmodũ ergo, Thabita plena erat eleemoſynis, quas faciebat, & erat Vidua Sancta q̃ pter vidualis caſtitatis laudẽ, bonis operibus abũdabat, orationibus, & ieiunijs inſtabat. Ita & hæc Anna Propheteſſa, de qua ſubdit Euãg.

QVÆ NON DISCEDEBAT DE TEMPLO IEIVNIIS, ET ORATIONIBVS
S. Cyprian. SERVIENS DIE, AC NOCTE. S. Cyprianus in expoſitione orationis Dominicæ, huius S. Annæ mentionem facit: Anna (inquit) vidua ſinè intermiſſione rogabat: Non recedebat de templo, ieiunijs, & orationibus ſeruiens. Legimus de quibuſdam mulieribus, quæ conueniebant ad orandum iuxta oſtium tabernaculi, quæ pro
Iac. 5. v. 16. Republica deprecabantur Deum continuo. Et reuera *multum valet coram Deo oratio iuſti aſſidua*: De Vladiſlao Ia-
Crome. lib. 20. gellone Rege Polonorum ſcribit Cromerus, quod cum Suidrigellonem fratrem rebellem, ad Moraquam flumũ, magna ſtrage affecit (Abeſt autem locus ille prætij a Leopoli non minus quadraginta milliaribus benè longis) eo die, quo hæc geſta ſunt, hoc eſt vltimo Nouembris, cũ Rex in templo, vbi tunc totos dies tranſigebat diuinam opem ſedulus imploraret, non ignarus cum quam grauibus, & inſidioſis hoſtib. exercitui ſuo res eſſet, rumor de victoria ſparſus totam vrbem impleuit. Nec auctor huius rumoris inueniri potuit, ita vt vana lætitia exultaſſe homines viderẽtur. Poſtero deindè die, certo nuntio res omnis, vt geſta erat cognita eſt, gratiæque actum Deo, ac dona à Rege miſſa militibus. Quod ſi vnius Principis tantùm potuit oratio, quid hominum Sanctorum continua ieiunia, & orationes diurnæ, & nocturnæ, quemadmodum orationes huius Sãctę viduę, quæ etiam ex hoc ipſo commendatur quod.

I ET HÆC IPSA HORA SVPERVENIENS CONFITEBATVR DOMINO ET LOQVEBATVR DE ILLO OMNIBVS, QVI EXPECTABANT REDEMPTIONEM ISRAEL. Superuenit hæc Propheteſſa inter gaudiorum celebrationem, & Sanctæ Purificationis ſolẽnia, nec non Simeonis annoſi vaticinia, vt gaudijs gaudia cumularentur, ac nato Regi teſtimonium perhiberet, ſuique pios pectoris affectus cum aliorum gaudijs coniungeret. CONFITEBATVR DOMINO: Senſus eſt; quemadmodum Simeon Dominum laudauerat, & benedixerat, ita & ipſa viciſſim reſpondens confeſſioni Simeonis, Deo gratias agebat, quòd *nos viſitaſſet oriens ex alto*. Non ſolùm collaudabat Dominum, verum etiã alijs de ipſo loquebatur: de illo ſcilicet puero, cuius laudes extulerat. Loquebatur autem omnibus liberè, qui tunc aderãt, poſtea verò alijs, tunc non præſentibus, his ſcilicet, qui expectabant redemptionem Iſraelis, tanquam iam imminentem. Quia ſapientiam loquimur inter perfectos, &
Vbi non eſt auditus, nõ effundas ſermonẽ, (inquit Eccleſiaſt.) Eccl. 31. v. 6

ET VT PERFECERANT OMNIA SECVNDVM LEGEM DOMINI REVERSI SVNT IN GALILÆAM IN CIVITATEM NAZARETH. Dicunt Theologi Lucã omiſiſſe hoc loco, quæ à Matthæo ſatis expoſita nouerat: Dominum ſcilicet poſthæc, ne ab Herode necandus inueniretur in Ægyptum à Parentibus fuiſſe delatum, defunctoque Herode ſic demùm in Galilæam reuerſum ad Nazareth ciuitatem ſuam ibique inhabitare cæpiſſe. Meritò autem dicit: *Perfecerant omnia*, quia non perfunctoriè Mater Chriſti adimpleuit ſingula, quæ à Prophetis, prædicta, & præſcripta legis Moſaicæ adimplenda erant ſed perfectè, & magna cum diligentia. Docemur hoc exemplo, omnes noſtras virtuoſas actiones, quaſcunque incæperimus oportere nos ad perfectionem perducere, ne magno probro noſtro dicatur
illud Euangelium. *Hic homo cępit ędificare, & non potuit* Luc. 14. v. 30
conſumare. Sicut enim nihil iuuat alta ædificij iacere fundamenta, niſi poſtea reliquã tum parietum, tum tecti ſtructuram perfeceris: ita planè nequicquam prodent, incipere ſeruire Deo, vel alicuius virtutis exercitium aggredi, niſi in incepto opere ad finem vſque cõſtanter perſeuerateris.
Ita Beatus Iob faciebat, ſicut de ſeipſo teſtatur ipſemet, ſic Iob 27. v. 5.
inquiens. *Donec deficiam, nunquam recedam ab innocentia mea, & iuſtificationem quam cępi tenere non deſeram*: Et Eccleſiaſticus ait: *Homo ſenſatus in Sapientia manet, ſicut Sol, ſtultus autem ſicut Luna mutatur*.

PVER AVTEM CRESCEBAT, ET CON- Eccleſ. 27. v. 12.
FORTABATVR PLENVS SAPIENTIA, ET GRATIA DEI ERAT IN ILLO. Dominus Ieſus Chriſtus in eo quòd puer erat, id eſt quod habitum fragilitatis humanę induerat, creſcere, & confortari habebat. In eo verò quòd erat verbum Dei, & Deus æternus nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Vnde rectiſſimè plenus Sapientia, perhibetur, & gratia. Sapientia quidem, quia in ipſo habitat, *in eo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi* Dicit D. Paulus. Gratia autem, quia illi tanquam optimo Dei, & hominum mediatori, data eſt gratia non ad menſurã. Mirabilis ergo fuit illius pueritia, quia verbum Dei erat plenum gratiæ, & veritatis. Fac diuinæ puer & nos creſcere in virtutum quantitate, & conforta nos in charitate dilectionis tuæ, qui cum Patre, & Spiritu Sancto regnas Deus per ſæcula. Amen.

INSTITVTIO
Moralis

Dominicæ infra Oct. Natiu. Domini.

De Fiducia, & Securitate virtutibus Oratione comparandis.

Quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs, & orationibus Luc. 2. v. 22.
ſeruiens die ac nocte.
Melior eſt finis orationis, quàm Principium eius. Eccl. 7. v. 9.

AD comparandam ſibi, & Regno ſecuritatẽ ap- A
poſita media Iuſtinianus Imp. Principib. ordi- Iuſtinianus
nauit, & præſcripſit, in principio ſuarum inſtitu- in inſtitutio
tionum, cum ait: Imperatoriam Maieſtatẽ non à principio.
ſolùm armis decoratam, ſed ẽt legibus oportet eſſe armatã: vt vtrumq; tempus, & bellorum, & pacis rectè poſſit gubernare; & Princeps Romanus non ſolùm in hoſtilib. prælijs victor exiſtat, ſed ẽt per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat tàm iuris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus triumphator magnificus. Quod olim Imp. ad inſtructionem, & ſecuritatẽ Principum prælo mãdauit,
hoc egregio Hieroglyphicõ, Duces Saxoniæ expreſſerunt, Cycropius
qui ſculpſerunt quandã ſtatuã hominis totã armatã, & à ca- Decanus in
pite ad pedes armis onuſtã, cui nomen inſcriptũ erat *Commu-* Saxonib. fo.
nis virerũ obſeruator. in vna manu tenebat vexillũ diuerſis 652. & 653.
coloribus

coloribus depictum, in cuius medio ramus oliuæ: in altera ſtateram, in hac ſtatua ſic arecta ſcriptum erat: *Dux ego gentis Saxonum, victoriam certam polliceor venerantibus.* Vbi tres conditiones exprimuntur ad obtinendam victoriā

Iuſtinianus.

& ſecuritatem, quarum mentionem fecerat Iuſtinianus; nimirùm, arma, integritas legum, & recta conſilia. Nā ſtatua armis decorata ſignificat neceſſitatem armorum, ſtatera in manu æquitatem legum, vexillū in altera, quid aliud ſignificat, niſi recta conſilia? quemadmodum.n. erat vexillum ex diuerſis coloribus, ita cōſilia ex diuerſis ingenijs à diuerſi ſtatus hominibus proficiſcuntur; omnia tamen ad vnā collimant metam, quæ eſt, vt in pace, & quiete viuamus: quòd ſignificabat ramuſculus oliuæ in medio vexilli poſitus. Ma-

B

gnum bellum à Creatione mundi eſt inter virtutes, & vitia, inter partē animæ ſuperiorem, quæ reſpicit cęleſtia, & ſenſualitatem, atq; paſſiones animi, quæ ad terrena vergunt: cruentum nobis bellum eſt, aduerſus poteſtates tenebrarū, aduerſus inimicos viſibiles, & inuiſibiles: victoriam certam polliceor, ſi hæc tria adſint, recta conſilia, legum integritas & pręcipuè arma; arma inquam inuicta ſanctæ Orationis, ſi quis.n. vim Orationis perpenderit, perfectiorem, & efficaciorem eſſe ad comparandam ſecuritatem facilè iudicabit, quàm arma materialia; cum de illa dicat D. Chryſoſt.

Chryſoſt.

Magna arma ſunt preces: vbi duo affirmat, ꝙ preces, & orationes ſint arma, & ꝙ ſint magna arma. Quòd verò preces, & orationes ſint arma ex Sacra Script. facilè intelligitur, præ-

Numeri 22 v. 4.

cipuè ex illa hiſtoria Numerorū, vbi poſtquā filij Iſrael ingreſſi ſunt terram Moabitarum, Balac Rex Moabitarū miſit nūcios ad Balaam Pſeudoprophetam dicens. *Ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbam vſque ad radices carpere*; veniat igitur Balaam Propheta, vt deferat verbis verba contraria, & pre-

Orige. Tomo, Hom. 13.

cibus preces. Miratur hic Origenes quare vtitur cōparatione hac Balac bouis obtingentis herbas, quare potius nō dixit, ſicut exercitus innumerabilis, vel ſicut, qui colligit meſſes. Et reſpondet idem Origenes, eam eſſe cauſam, quam à quodam Iudæo Doctore nouiter conuerſo affirmat ſe audiuiſſe. Quia ſicut bos ore abrumpit herbam de campo, & dētibus tanquam falce quæcunq; inuenerit demetit; ita & populus hic quaſi vitulus ore, & labijs pugnat, & arma habet in precibus. Accerſit igitur Balaā, vt ſimilibus armis pugnet contra Iſrael, non ferro, aut tormentis bellicis, non ſagittis, bōbardis, arietibus, & machinis; ſed labijs, & lingua. Itaq; preces, & orationes ſunt arma ēt iudicio infidelium. Sunt pręterea orationes magna arma, vt dixerat Chryſoſtomus. Non ſine cauſa aliquis mirari poteſt, quare ſpecialiter hoc epitheton orationi tribuit, & precibus, quòd ſint magna arma? quare potius non dicit fulgentia, & ſplendida? ſicut dixit Virgilius:

Virg.

Conſtituit tumulo fulgentiaque induit arma.

Arma materialia reſpectu ſpiritualiū, quæ ſunt preces, ſunt arma debilia, quæ inimico longè exiſtenti nocere non poſſunt. Arma autem quæ ſunt preces vincunt inimicos abſentes, & præſentes, viſibiles, & inuiſibiles, & vſq; ad Deū ipſū pertingunt: ideo magna arma ſunt preces: arma materialia afferunt ſecuritatem, ſed imperfectam: arma Spiritualia ita ponunt hominem in tuto; ita perfectam afferunt ſecuritatem, & tranquillitatem; vt nullum inimicum nullum periculum timere poſſit. *Ineſt paupertati ſine qua nihil eſt iucū-*

Sen. epiſ. 17.

dum ſecuritas inquit Seneca. Sed & nos dicere poſſumus: Ineſt orationi, ſine qua nihil eſt iucundum, ſecuritas. Hāc p orationem erat adepta Propheti ſſa illa, de qua in hodierno Euang. dr. Quæ non diſcedebat de tēplo, &c. Nec mirū; qa finis orationis eſt ſecuritas: propter hoc.n. oramus, vt ab inimicis ſecuri eſſe poſſimus. De vtraq; igitur virtute in hac inſtitutione nobis agendum eſt. Prius tamen de oratione, cuius finis eſt ſecuritas: deinde de fiducia, quæ eſt orationis principium: & tandem de ſecuritate, quæ eſt finis orationis, de qua inquit Eccleſiaſtes. Melior eſt finis orationis, quàm principium eius.

C

Magna differētia eſt inter Principes, & Seruos Dei in cōparāda ſecuritate, inter Principes Chriſtianos, & Ethnicos. Magiſter pſeudopoliticorum, qui in omnibus magis fauet Ethnicis, ꝗ Chriſtianis docet Principi pro acquirēda ſecuritate licere peierare, fauere, diſſimulare, ciuiles ſeditiones, ac diſſēſiones excitare, diſſidia inter ſubditos fouere, & inopiā promouere: hnc.n. (inquit) modo ſubditi in pace, & concordia facilè retinentur. Debet etiam arces extruere in ditione ſua, vt ſubditos in obſequio, & fide contineat. Ineptam eſſe, & omninò ſecuritati contrariam hāc doctrinam nemo eſt, qui non videat, nemo eſt tàm imperitus, quin ſciat quanti Principes ſeditionibus, & diſſidijs abſumpti ſint, qui hoc cōſilium ſecuti ſunt: pernicioſa ſunt hęc omnia, fuſiùs infra cōſutanda. Aliud fuit conſilium Iuſtiniani Imp. qui cuſtodia

Iuſtinian.

legum ſecuritatem comparandam ſuaſit. Diuerſum ab ineptijs Magiſtri pſeudopoliticorum eſt cōſilium Chriſti Domini, quòd ſequuntur Principes Chriſtiani, & ſerui Dei, qui ſibi obtemperantibus ſuadet, vt ſi ſecuri eſſe volunt, non ſolùm ab hoſtibus viſibilibus, ſed etiam ab inuiſibilibus, ſemper orent, & nunquam deficiant. Et rectè, vbi enim maior ſecuritas, quàm cum de cęlo auxilium, ſubſidium, & protectio adeſt, quàm nobis affert oratio, quæ eſt ſingularis virtus, imò virtutum auctrix, & conſeruatrix. Oratio etenim eſt virtus propria Chriſtianorum, ſine qua aliæ virtutes conſiſtere non poſſunt: quia omnium virtutum eſt origo, omnes virtutes promouet, ac vegetat: ita vt rectè dici poſſit. Quantùm quis habet de bonitate orationis, tantùm habet de virtute: non quòd oratio ſit omnis virtus, aut illa ſola ſine alijs ſufficiat; ſed quia eſt inſtrumentum ad acquirendas virtutes, & ad omne lumen, atque augmentum vitæ ſpiritualis obtinendum à Deo. Neque aberrabit à vero (inquit

D. Chryſ.

D. Chryſoſt.) ſi quis affirmet deprecationem eſſe cauſam omnis virtutis, & iuſtitiæ, nec quidquam eorum, quæ cōferunt ad pietatem venire poſſe in animam, cui non adſit deprecatio, & obſecratio. Proindè quantò aliquis melior, perfectior, & ſanctior, tantò magis in oratione eſt aſſiduus.

D

Et me hercule ineſt in natura ſemen huius virtutis, quēadmodum aliarum quoque virtutū, quarū actus naturę ductu, imperfectè ſaltē in nobis cernuntur. Nemo.n. eſt adeo ferus, qui ſaltē periculis, & calamitatibus oppreſſus neſciat cogitare Deum vbique pręſentem, poſſe mala illa depellere & in ſecuro, atque tranquillo afflictum collocare: ac ex illa fide eum pro malis auertendis deprecari, optareque illius gratiam inire: quod profectò nihil eſt aliud, quàm orare, iuxta definitionem orationis à Sanctis Patribus traditam: quæ ſic habet: Oratio eſt eleuatio mentis in Deum. Huius virtutis neceſſitatem perſuadere volūt Sancti Doctores va-

Auguſt.

rijs ſimilitudinibus, & exemplis, & præcipuè D. Auguſtinus cum inquit: Oratio eſt orantis ſubſidium, Deo ſacrificium, Dæmonibus flagellum. Ita ſanè eſt, quòd oratio, & preces ſunt arma offenſiua, & defenſiua. Cum enim bellum nobis ſit aduerſus vitia, cum quibus pugnant virtutes: bellum Spirituale hominum aduerſus poteſtates tenebrarum: arma quoque nobis quærenda ſunt, quibus homines contra Diabolum, virtutes contra vitia pugnent. Et quoniam hoc bellum eſt, & offenſiuum, & defenſiuum, arma quoque, & offenſiua, & defenſiua procuranda ſunt, nec aptiora eſſe poſſunt, quàm ſit oratio. Sit aliquis exempli gratia homo probus, & integer, qui tādem in aliqua labatur vitia; & poſt vitam laudabilem vituperabiliter viuat. Si quæras ab illo, qđ eſt in cauſa, quòd relictis virtutibus ſe ſe trāſtulerit ad vitia? relicta vita laudabili malè viuat? Si verum fateri voli, aliter dicere non poteſt, niſi quia defuerunt ei arma, quibus continuò pugnaret contra vitia, & hoc relicta oratione, quæ ei fuit ſubſidiū, & telū defenſiuum, murus contra vitia pugnātia: vnde ad tantā deuenit debilitatem: vt amplius eis reſiſtere non poſſit, & ſe illis ſubijcere neceſſariò debeat.

Eſt ſanè oratio ſubſidium, vnus defendendi modus contra inimicos: eſt murus, & antemurale. Murus recipit tormentorum exploſiones, & prohibet ne tormenta hominibus noceant. Antemurale prohibet, ne inimici appropinquent muro principali. Hoc totum operatur oratio. Eſt murus, qui detinet exploſiones infernalium tormentorum, dæmonum, & vitiorum: terret inimicos, ne appropinquent, ita vt facilius ſit à mollibus Turcis, aut leuibus Tartaris occupari muros alicuius fortiſſimæ arcis, quàm animam hominis continuò orantis à Dæmonibus, & vitijs comprehendi. Alius quoq; modus defendēdi ſe ab inimico, eſt tractare de auxilio cum potentiori: offerēdo ei dona, & munera, quibus adducatur, vt auxiliū pbeat. Hoc

Digitized by Google

quoque operatur oratio, vt dicit D. Aug. *Deo ſacrificium*:
Et quidem certum eſt, quòd orare eſt cum Deo loqui, & tra
ctare, ex quo innumerabiles proueniunt homini vtilitates
indè acquirit alios oculos, vt videat fœditatem vitiorũ: alios
ſenſus, qui ſentiant damna, quæ a vitijs anima recipit: aliũ
intellectum, qui melius iudicet: aliam voluntatem, quæ ita
afficiatur virtutibus, vt execrabilia ſint ei, & odioſa vitia: &
in ſumma totus ita mutatur, vt longè ſit ab hominibus mũ
danis. Et vltra hoc obtinet à Deo, vt eum defendat ab inimi
cis: quia cum orat, Deo ſacrificat, & optima dona, quæ ha-
bet offert. In alijs donis, & muneribus, quæ offerimus Deo,
offerimus ea, quæ noſtra ſunt: in oratione nos ipſos offeri-
mus. Cum quis dat eleemoſinam, dat panem, vel denarios:
cum ieiunat, offert abſtinentiam, & mortificationẽ carnis;
cum facit diſciplinam, offert ſanguinem proprium; ſed cum
orat, licet nihil offerre videatur, offert in oia animæ ꝓpria,
& ſe ipſum ſacrificat, & præbet cor proprium, quod incen-
ditur ſanctis deſiderijs, & ſe totum ſubijcit Dei voluntati,
& ſeipſum offert tanquam id, quod Dei eſt: ſicut offerebat
Pſ. 31. v. 7. David cum dicebat: *Exultatio mea erue me à circundãtibus
me*: vitijs, & alijs inimicis. Tale ſacrificium accepiat Deus,
& tuetur hominem, defendit beatorum Angelorum pia, &
fida tutela, atq; fortiſſima muniti cuſtodia: vt hoſtes oium
bonorum confuſi diſcedant per virtutem tanti ſacrificij. Idõ
rectè dicit D. Aug. quòd oratio eſt Deo ſacrificium, & ar-
ma defenſiua. Et vltra hac, orationes, ſeu preces ſunt arma
offenſiua, *Dæmonibus flagellum*: Qui fugit orationes, ſicut
canis flagella, timet, & confunditur, qui perdere cuncta fe-
ſtinabat. His flagellis cæditur duriſſimus ſpiritus ſuperbię, in
uidiæ, immunditiæ, & cætera vitia. Quis ergo timebit his ar
mis ſtipatus, vbi per ſacrificium orationis Deo oblatum, ni-
tum à Deo obtinuerit ſubſidium? quomodo non erit ſecu-
rus, cum flagellis orationum inimicos cæciderit? quomodo
ab illis periculum timebit? Sed quam ob cauſam inquit Ec
clesiaſtes: *Quod melior eſt finis orationis, quàm principium*.
F Quis eſt iſte finis? quod principium orationis? Finis oratio-
nis eſt ſecuritas, in eum enim finem diriguntur ſupplicatio-
nes noſtræ, & preces, vt homo ſit ſecurus ab inimicis viſibi-
libus, & inuiſibilibus, à vitijs, & peccatis: Principium autem
orationis eſt fiducia.

Primum enim quod in hac virtute exquiri debet eſt fidu
cia, & inconcuſſum, quoddam fidei robur: vt nihil hæſitet,
qui poſtulat. Sed quoniam fiducia, vel fundatur in medijs,
& auxilijs humanis, vel in medijs, & auxilijs diuinis: ideò
altera eſt politica, altera Chriſtiana. Fiducia politica, eſt pr
ſagitio quædam futuræ proſperitatis, quæ à ſpe, aut conſide
rata ratione proficiſcitur; multoties etiam a conſuetudine
oritur: & non ſolùm hoc, verùm etiam à petulantia, & arro
gantia: vt exempli gratia fiducia victoriæ, à cõſuetudine vin
cendi, ſed nulla eſt laudabilis, niſi quę à virtute proficiſcitur
& præcipuè à Spe benè circumſtantionata: adeoque ab alijs
definitur, quòd eſt robur Spei, ſeu ſpes roborata: & propter
hoc potiùs dici conditionem virtutis, quàm virtutem, quæ
ex eo quod vitiur audacia pertinet ad fortitudinẽ; ſed hoc
ex conſequenti: per ſe autem ſpectat ad magnanimitatem,
quia magnanimitas proprie eſt circa ſpem alicuius ardui,
Egregia virtus eſt fiducia, ſi ſit modeſta, & à virtute profici-
ſcatur: ſecus ſi temeritati, & præſumptioni ſit annexa. Qua-
Nero Imp. lis fuit Neronis Imperatoris, hominis ad ſæuitiam, temeri-
tatemq; nati: qui ex cõtinua proſperitate, & perpetuo rerũ
ſucceſſu, tantam fiduciam cõceperat, vt cum naufragiu pre-
tioſiſſimas quaſdam res amiſiſſet, magna cum fiducia dice-
re auſus eſſet: Piſces eas oẽs ad me referent. Fiducia Chri-
ſtiana multò excellentior eſt, & ordinis altioris: quæ in eo
cõſiſtit, vt quis certò ſtatuat ſe bona, quæ depoſcit per Chri
ſtum obtenturum quàm firmitatem, ex tribus ſequentibus
rõnibus, quibus nemo mentis compos valet obluctari, pote
rit haurire. Nimirũ quia Deus ſuaptè natura ad benefaciẽ-
dum propenſiſſimus eſt: quia Chriſtus neci traditus eſt, vt
eo pretio obtinerẽ ego bona, quæ poſco: quia firmiſſima ꝓ-
miſſione ſe ipſum obligauit. Prima rõ euidens eſt. Deus.n.
ſuoptè ingenio eſt ad benefaciendũ, ac miſerendũ propẽſiſ
ſimus, quia eſt infinitè bonus; ꝙ ipſe luculentiſſimè oſtẽdit,
cũ non rogatus, ſed innata ſua bonitate flexus Filiũ ſuũ ne-
ci tradidit pro me: Si ergo nõ interpellatus mihi immeri-
tò, ac in peccatorum cęno iacenti Filiũ dedit. quis niſi planè
ſtolidus, vel inſanus dubitabit, an mihi non iã peccare cogi-
tanti, ſed peccatorũ veniam, & alia ei gratiſſima, ſed multò
minora bona poſtulanti ſit veniã indulturus? Certè hæc rõ
conuincit, vel me dementem eſſe, vel debere, ſine vlla hæſi-
tatione, quidquid confert ad ſalutẽ æternã poſtulare. Secũ-
da item. Certum.n. eſt dulciſſimũ Dñm noſtrũ Ieſum Chri
ſtum, ita per me morti traditũ, ac ſi pro nullo alio traditus
fuiſſet: non.n. mihi magis officit aliorum ſalus, nec magis à
me ſanguis illius diuertitur, q̃ ſi pro me ſolo illũ effudiſſet,
nec de alio quouis redimẽdo cogitaſſet, ꝙ Apoſt. ſenſiſſe vĩ
dum ait: *Viuo in fide filij Dei qui dilexit me, & tradidit ſe-* Ad Gal. 2.
metipſum pro me. Statuamus igitur, me non vniuerſorũ ho- v. 20.
minum ſcelera, ſed pauciora perpetraſſe, ac de illorũ remiſ
ſione apud Patrẽ æternum agere; interpoſito totius ſangui-
nis Filij eius pretio, vt mihi clementiſſimus Pater ignoſcat
vbi (ex hypoteſi) de vnius duntaxat hominis peccatis cõdo-
nandis agitur, ac ſi nemini pręter q̃ mihi parcẽdũ eſſet. Qua
in re quis obſecro iam rudis, vel amens erit, vt nõ animad-
uertat ſe omni hæſitatione depulſa, debere fidentiſſime po-
ſtulare? nõ.n. hæc rõ eſt minus firma, q̃ doctrina ipſius ve-
ritatis, cui illa innititur: vt mirũ ſit quo ſpei infirmitate labo
rem. Tertia denique ſuper alia ſpei fomenta eſt inſignis illa
promiſſio. qua Dñs noſter Ieſus Chriſtus ſemetipſu nobis
ſpontè obſtrinxit dicẽs: *Omnia quęcunq; orãtes petitis, credi-* Marci 11.
te, quia accipietis, & euenient vobis: quibus certè verbis ita v. 24.
fiduciã meam promouere ſtuduit, vt nullo modo quidquã
aptius, & ad eam engendam efficacius poſſim excogitare.

Itaque ex his facilè intelligitur multò perfectiorem eſſe G
fiduciã Chriſtianã, quæ eſt principium orationis q̃ Politicã.
Exoptandum.n. & procurandum eſt, vt fiducia in ſolo Deo
figatur. Ad hanc virtutẽ nos hortatur ipſe Dñs per Oſeam
Prophetam: *Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me au* Oſeæ 13. v. 9
xilium tuum. Et Rex David: *Dominus firmamentum meũ,* Pſal. 17. v. 3
& refugium meum, & liberator meus, Deus meus adiutor Pſ. 56. v. 2.
meus, & ſperabo in eum. Et, *In te confidit anima mea*. Et, *Bo* Pſ. 117. v. 8.
num eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine. Et
Rex Salomon: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo*. Prou. 3. v. 5.
Et Eccleſ. *Confide in Deo, & mane in loco tuo*. Habita fiducia Eccl. 11. v. 22
Diuinæ opis, imploratio per preces ad Deum, & Sãctos ad
hibenda eſt. Eſt.n. oratio Chriſtiana, non ſolùm Spei ſobo-
les, ſed ẽt tota innititur fiduciæ ad id obtinendũ à Deo, qđ
poſtulat: *Si quis* (inquit) S. Iacob. *indiget ſapientia, poſtulet à* Iac. 1. v. 6.
Deo, poſtulet autem in fide nihil hęſitans. Et S. Ioan. *Hæc eſt* Ioan. 5. v. 14
*fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcunq; petierimus
ſecundum voluntatem eius audit nos*. Ad hanc prætereà fidu Luc. 11. v. 9.
ciam, & quidẽ cõſtantem inuitat nos Saluatoris parabola
de amico q medìa nocte importunè petijt ſibi accõmodari
tres panes, & ob importunitatem, vel in petendo perſeuerã-
tiam impetrauit: nam mox ſubdit. Et ego dico vobis *Petite
& dabitur vobis. Omnis enim qui petit accipit. Quis autem ex
vobis Patrem petit panem, nunquid lapidẽ dabit illi? aut ſi pe
tierit ouum, nunquid porriget illi Scorpionem?* In hac virtute H
excelluiſſe vĩ Rob. Sanſeuerinus: qui cum aliqñ Hieroſoly- Robertus.
mam ad Chriſti ſepulchrum, quò ſe voto damnatũ abſolue
ret profectus eſſet: accidit vt inde proficiſcenti ad montem
Sinai (quo in monte & D. Catharinæ monumentum eſt, &
Deus Opt. Max. Moyſi ſe oſtenderat deſcribendis tabulis,
ac legibus Iudęorum generi) latrones Aſſirij obuiã fierent,
qui viatorum aditus obſidebant. Hos cũ aliquantò lõgius are
narũ agitatu, quas feſtinato curſu excitauerãt, venientes ani
maduerteret: conuerſus ad eos, qui Sultani publica fide eũ
ducebant quinã eſſent percontatus eſt, cũq; illi metu repẽte
conſternati, latrones eſſe Arabes reſpondiſſent, vagos, palã
tes, nulla lege coercitos: ibi Robertus confirmatiſſimo ani-
mo plenus fiducia cõmendans ſe Deo, & S. Catharinæ pa-
trocinio, cohortatus familiares, ac comites, iuſſit vt ſarcinu-
las explicarẽt, prãdiũ.n. parandũ eſſe aduentantib. deq; pul
uere, atq; ęſtu fatigatis: inde vultu maximè hilari, vt erat ſta
tura, totoq; corporis habitu inſignis proceſſit illis obuiã, ar-
ridẽſq; veniẽtib. comiter eos excepit, multaq; p interpretes
iucũdè, familiariter, ac maximè fidẽter locutus fuit. Illi aũt
quanq̃ barbari, atq; inhoſpitales, & maieſtate viri cõmoti,
& comitate ſermonis, cũ pranſi fuiſſent, cumulati ab ipſo ijs,
q̃ tũ in prõptu habere poterat munerib. tãtopere inhumani
illi

Digitized by Google

illi humanitate viri victi, ac deuincti erant: vt & gratias
Roberto egerint, ꝙ ab eo tã communiter accepti eſſent & va
lere cũ hilariter iuſſerint, ac tãdẽ q̃ maximè pacatis, atq; a-
micis animis diſceſſerẽt. Hic fiduciã in Deo magnanimiter
repoſuerat, & idcircò pſentiſſimo ab eo auxilio adiutus fuit.

Theodoſ. Imperator. Simile accidit Theodoſio Imp. Pugnante cõtra Eugeniũ
Tyrannum ad Iulias Alpes Theodoſio Magno (vti Theo-
doretus, & Zoſimus ſcribunt) cũ defectio ſolis incidiſſet tan
ta, vt noctis tenebras adęquaret: Gothi oẽs propè, q̃ Theo-
doſio militabant (decem millia fuiſſe feruntur) vnà cũ Ba-
curio duce deſiderati ſunt: nox interea pręliũ diremit. Hoc
detrimẽto illato, Eugenius per noctẽ in caſtra regreſſus mu
nera diſtribuere ijs, qui ſe ſtrenuè geſſerant, cępit: & tanquã
nullo à Theodoſio imminente periculo, vt corpora quiete
citrarent præcepit. Theodoſiũ verò ſui monuerunt, vt bellũ
in ver proximum prorogaret, ac maiorẽ exercitũ procura-
ret, quò multitudine par eſſet Eugenio. Quod Theodoſius
ſe facturũ negauit, ſed tota fiducia in Deo poſita per totã no
ctem Deum pro victoria futura ſupplicauit. Sub galliciniũ
verò ſomno victus, ſibi videre viſus eſt, duos viros equis can
didis inſidentes, qui ſe bonum animum habere iuberent: &
vt prima luce in pręlium rediret, monerent: fore nimirùm
victoria potiatur, quorum alter ſe Ioannem, alter Philippũ
Apoſtolos eſſe dicebat. Hoc viſum militi quoq; apparuit, id
que per Tribunum ad Theodoſiũ detulit. Theodoſius inde
exercitum alloquutus, quę ſibi, & militi viſa in ſomnis eſſẽt,
expoſuit, atq; omnes arma capere, & forti animo pro liber-
Sigonius li. 9. Imp. Occident. tate, & fide decertare hortatus eſt; atque ita illuceſcente die
copijs in prælium eductis, hoſtes ſomno vinoque merſos
inuaſit, atque ſuperauit.

I Fiduciæ, & Orationi ſuccedit ſecuritas tanquam finis il-
lius, hæc.n. nulla alia ratione perfectiùs comparatur, q̃ ora-
tionibus. Illud mediũ Magiſtri Pſeudopol. ineptum eſt ad
comparandam ſecuritatẽ, vt Princeps munitiones aduerſus
ſubditos extruat, in maximis quibusque vrbibus arces exci-
tet, caſtella, & ꝓpugnacula imponat pontibus, & oẽs ſaltus,
locaq; trãſituri opportuna pręſidijs impediat, obſideatque.
Præſidia quidem, & arces in limitibus, & confinijs imperij
egregia initia cõparandæ ſecuritatis ſunt, & munimenta ad
hoſtium impetus retardandos, & incurſiones arcẽdas aptiſ-
ſima ſunt, ad ſubditos in tuto conſeruandos. Sed arcium, &
munitionum inſtitutio in alijs locis, quàm in limite Regni,
vel ditionis, qualis fieri ſolet aduerſus hoſtem externum: in
dicio eſt Principem popularium fidei haud ſatis fidere. Vbi
autem ſubditi ſuam fidem ſuſpectam eſſe Principi his ſignis
deprehẽderint: ſimul inde eius animũ à ſe alienatũ eſſe col-
ligunt. At dũ ita ſe Principi inuiſos eſſe ſuſpicantur, ei vt be-
nè velint fieri non poteſt: ſublata beneuolentia ipſi inuiti pa
rent, ac vbi opportunitas ſe ſe dat, obſequiũ, & fidẽ rũpunt.
Hinc autem, quæ ſecuritas Principi eſſe poteſt? præſertim
quia ſecuritas vera ab omni cura, ab omnique ſollicitudine
hominẽ eliberat. Ex alto fonte ſecuritas, quæ eſt virtus hau-
rienda eſt, quòd antequã aperiamus de ipſa ſecuritate in ſe
conſiderata priùs diſſerendum eſt. Ad quamnam virtutem
pertineat ſecuritas paulò difficilius ad diſcernẽdum v̄r. Ad
Magnanimitatem tamen pertinere docẽt Theologi, & Po
litici: Nam quemadmodũ fiducia importat quoddã robur
ſpei: ita ſecuritas importat quandam perfectam animi quie
tem, contra omnem timorẽ. Nec mirum dẽt eſſe alicui, ꝙ
ſupra diximus. Securitatẽ pertinere ad fortitudinẽ; nunc
aũt dicimus pertinere ad Magnanimitatem: quia diuerſa
conſideratione, & (vt loquuntur Theologi) ex conſequenti
id fieri poteſt. Ad ſecuritatem.n. pertinet, & oppoſitũ ſpei re
pellere, nempè deſperationẽ, & animũ quietare à timore.
Ex prima conſideratione pertinet ad magnanimitatẽ: quia
ſpes directè pertinet ad Magnanimitatẽ. Ex alia verò con-
ſideratione pertinet ad fortitudinem: quia repulſa timoris
illuc ſpectat. Et quemadmodum fiducia, quia vtitur auda-
cia pertinet etiam ad fortitudinem ex conſequenti tamen:
directè autem ad Magnanimitatem: ita ſecuritas directè
ad fortitudinem, conſequenter ad Magnanimitatem.

K Eſt autem ſecuritas, remotio curæ, quã ingerit timor, eſt
virtus animi excelſi: qui poſtquam pręuidit, quæ per prudẽ
tiam præuideri poſſunt, liber eſt ab omni cura, omniq; ſolli
citudine, & paratus labores omnes ſubire, ac dolores decori
gratia perpeti, & mortem etiam appetere. Qua qui affecti
ſunt (vt ait Cicero) in eadem cauſa ſunt in qua fuerunt an- Cicero.
tequam nati fuiſſent. Quin etiã, qui optimè vixerunt, & be-
nè de hominum genere meriti ſunt; non modò famam, ac
gloriam ſperare poſſunt: ſed perpetuam etiam, ac ſempiter-
nam cũ Diuis immortalitatẽ. Hęc ſecuritas tanti olim apud
Philoſophos fuit, vt in ea beatam vitam ſtatuerint. Et hæc
quotidiana ſecuritas, quæ minor eſſe v̄r, quàm ea in qua fę-
licitatem conſtituerunt Philoſophi, eſt multum neceſſaria
omnibus: ſed præcipuè illis, qui imperant. Vultum.n. Prin-
cipis hilarem, ſerenumq; oſtẽdit, & placati, quietiq; animi
eſt index. Comparantur verò (vt iam hic ea, quæ paulò an-
te de origine veræ ſecuritatis relicta erant, reſumamus, ac
proſequamur) beneuolentia, & amicitia, vt clarè innuit Mi Micipſa.
cipſa Numidiæ Rex in oratione, quam paulò ante mortẽ
ad Iugurtam Manaſtabulis fratris filium, ad propriosque
filios habuit. Non exercitus, neque theſauri, pręſidia Regni
ſunt, verùm amici, quos neque armis cogere, neq; auro pa-
rare queas: officio, & fide parantur. Hinc qui tyrannicè im-
perabant, nunquam perfectam ſecuritatẽ adepti ſunt. Eiuſ-
cemodi fuit Dionyſius, qui cum parũ fidei in beneuolentia Dionyſius.
ciuium ſuorum reponeret: cubicularem lectum, perindè vt
caſtra lata foſſa cingebat, & foſſæ tranſitũ ponticulo ligneo
iungens: eius diſiectos aſſeres, & axiculos ſecum in ſtratum
abiens transferebat: quum fores cubiculi extrinſecus à cu-
ſtodibus apertas, interiore clauſtro ipſe diligenter obſeraſ-
ſet. Idẽ collũ tõſori cõmittere nõ auſus tõdere filias ſuas do
cuit. Sed Cõmodus multò ẽt ſolertior, q̃ tonſorũ metu cãdẽ
tibus iuglãdiũ putaminibus comã, & barbã ſibi adurebat.

Acquiritur etiam Clementia, ea.n. virtus ſiquidem benè L
uolentes, ſubditos vltrò obſequẽtes efficit; quibus ſecuritas
comparatur. Alexandrum Seuerum, moderatũ, lenẽ, affabi Alex. Seuer.
lem, & cunctis hominib. amabilem fuiſſe accepimus. Itaq;
cum ei nimiã ciuilitatẽ obijceret, Mãmea mater, & ſæpe di- Bruſon. lib. 3. cap. 13.
ceret, molliorẽm tibi poteſtatem, & contemptibiliorem im
perij feciſti, ille reſpondit: ſed ſecuriorẽ, atq; diuturniorem.
Præclarè ſanè, ac verè: nã niſi illa obſuiſſet, diù imperatorũ
ſpes erat: ſed parca, & ſordida mulier, tantùm arrogãtia, &
auaritia effecit; vt ſibi & filio exitium attulerit. Simile dictũ
Theopompo Spartanorũ Regi attribuitur: qui cũ Regiã
poteſtatẽ optimam eſſe intelligeret, ſi ea Reges moderatè
vtantur: plures tñ eſſe, qui eam in ſuperbiam, & libidinẽ ver
tant, q̃ qui moderari ſciant, ſolitæ Regum potentiæ Epho-
rorum auctoritatem, tanq̃ frænum iniecit, ſibiq; & ſequen
tibus Regibus, illos veluti cenſores, & caſtigatores morum
impoſuit. Ergò cum exprobraret ei vxor, quòd regnũ filijs
minus, quàm accepiſſet eſſet relicturus: imò (inquit) eò ma-
ius, quo diuturnius. Ita nimirùm innuens principatũ nulliſ
melius opibus fundatum, quàm moderato imperio ſtare:
quũ videlicet Princeps, ita iura, & leges dat ſubditis: vt legũ
auctoritati ſemetipſum ſubijciat. Seuerus Imp. multis alioq
virtutibus memorabilis, ea dote caruit: verũ cũ re ipſa cru-
deliſſimus eſſet clementiã tñ dignam Principe virtutẽ agno
ſcebat, & fatebatur: talemque ſe haberi cupiebat, niſi facta
obſtitiſſent. Poſtremò quoque moriens ſupremas has voces
edidit: ſe Antoninis (filios innuẽs quibus, vt omnibus chari
eſſent Antonini cognomen impoſuerat) firmũ imperiũ tra-
dere, ſi boni eſſẽt; ſin mali imbecillũ. Cũ Ageſilaus Rex La
cedæmoniorũ interrogatus fuiſſet, qualiter Rex, vel quicũ- Ageſilaus.
que alius Princeps ſecurus eſſe poſſet: multoties.n. accidit, ꝙ
Principes ſtipati militibus, & cuſtodia vndique ſepti, ſecuri
tñ, ita vt par, eſt eſſe nequeant. R̃ndit ille: Si ſuis populis ita
imperet, vt parentes filijs. Recta eſt hæc reſpõſio. Princeps
.n. qui diligitur a ſubditis, non eget cuſtodia, amor ſiquidẽ
fidelis efficit, vt ſit ſecurus, & pacificus. Sed fortè melius re-
ſpõdiſſet aliquis, ꝙ tũc ſecurus eſt Princeps, cũ feruidis preci M
bus inuocat Dei ꝓtectionẽ. Eſt.n. oratio murus fortiſſimus,
qui Principes, & quosuis alios ab oĩ impetu tueri põt: preces
namq; ſunt arma defenſiua, vt ex ſuperioribus cõſtat. Si ali-
quis ſtatus nõ indigeret oratione maximè Reges, vt potè q
ſpecialiter iuuãtur, illuminãtur, & dirigũtur à Deo, ne in gu
bernãdo a recto aberrẽt; iuxta illud Sapiẽtię: *Per me Reges* Prou. 8. v. 15
regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Ii quoq; vt
communis eſt Theologorum doctrina, magis iuuantur ab
Angelis, quã alij homines, & ſpeciali Angelo cuſtode mu-

Digitized by Google

nii ſunt: publicæ etiam orationes totius Regni, & omnium Prouinciarum, maximo illis ſunt adiumento, vt illorum intellectum Deus illuſtret: propter quod etiam magis pollēt prudentia, quàm alij etiam doctiſſimi homines, & dicta, ac ſancita eorum communiter ſunt meliora, quā aliorum etiam Sapientiſſimorum: quia ex cerebro cui tātùm fauet Deus, & quòd hinc inde tot habet auxilia, quomodo nō re-
Prou. 16. v. 10. cta, & ſalubria procedant decreta? Siquidem *Diuinatio in labijs Regis, & in iudicio non errabit os eius.* Iſtam peculiarem aſſiſtentiam, quam ſic Deus promiſit Regibus alij nō experiuntur. Et hinc communiter docent Politici, etiam doctiſſimos conſiliarios debere expectare, & poſtulare à Regibus iudicium, & voluntatem.

Nec obſtat quod in hoc videntur ſe ſe ſubijcere inferiori quoad intellectum, & ſcientiam, præſertim ſi contingat ꝗ illi ſint doctiores, & multoties quoad voluntatem, & affectum: quia poteſt fieri, quòd conſiliarij ſint animi melioris quàm Princeps, etenim licet quo ad Scientiam Princeps videatur inferior, tamen quo ad aſſiſtentiam Dei, & particularem de Regibus prouidentiam ſemper excellit; quem ſpecialiter Deus illuminat, vt rectè reſpondeant ad ea, de quibus conſuluntur, & ſufficienter prouideant in quo requiruntur. His tamen non obſtantibus ſemper a Deo maiorem protectionem, & maiorem illuminationem petere Reges
N debent, exemplo Chriſti Domini, qui cum eſſet Deus plenus ſapientia, tamen erat pernoctans in oratione Dei: in quo innuitur, quòd non ſolùm debent orare, ſed etiam feruenter orare. Hoc eſt enim quod exprimitur, & ſignificatur per orationem Dei, oratio ſcilicet talis, quæ perueniat ad aures Dei. Quia licet omnis oratio ſit cum Deo ſermocinatio, tamen ſpeciali quadam ratione vocamus orationem Dei illam orationem, quæ eſt cum affectu animæ, & deuotione tanta, vt pertingat ad aures Dei; & quæ non eſt ita communis, nec adeò indeuota, & vulgaris, vt rectè poſſit vocari
Theodor. oratio hominum. Hanc comparat Theodoretus ſcribenti aliquid ſine vlla aduertentia, & attentione: hic nihil aliod facit, niſi quòd chartam atramento depingit: ita qui ſine attētione orat, nihil aliud facit, niſi aerem voce verberat, vel poteſt comparari ei, qui ponit incenſum thuribulo vacuo; certum enim eſt, quòd illud incenſum non olet, nec fumus eius exhalat: ſi autem prius appoſuerit carbones accenſos, tunc incenſum reſoluitur, & odor eius ſuauiſſimè ſurſum aſcendit. Ita in propoſito niſi cor hominis ardeat deuotione, etiamſi orauerit tota die, & tota nocte, hæc nō erit oratio Dei, ſed popularis hominum, nec odor eius perueniet ad nares Dei. Per oppoſitum oratio Dei, oratio feruens, poteſt comparari ei, qui verbi gratia Romam portat ſupplices literas, nec reuertitur, donec non ſolùm illuc perueniat, ſed etiam obtineat in literis ſupplicibus ſcriptum FIAT. Ita feruens oratio pergit vſque ad præſentiam Dei, nec reuertitur donec obtineat, quod petit, & reuertatur cum ſubſcripto. *Fiat.* Vel eſt ſimilis plumbo, quo communiter nautæ profunditatem maris, in quo nauigant experiri volunt. Proijciunt plumbum inter vndas maris artificioſè inſtructum, id cum pertigerit ad fundum, arenam in ſe recipere poteſt. Itaq; ſi extracto plumbo arenam in eo repererint, ſignum eſt, quod peruenit ad fundum: ſi autem non reperiunt, ſignum eſt, quod nondum tetigit fundum: ita in propoſito, ſi oratio non reuertitur de cœlo cum eo quod petit, ſignum eſt quòd nec penetrauit cęlos, nec ad præſentiam Dei per-
Trenor. 3. v. 44. uenit. Vnde inquit D. Bernardus: *Tepida oratio in via langueſcit, feruēs verò ſine dubio cęlos penetrabit*: vnde certum eſt, quòd vacua redire non poteſt. Ad hoc propoſitum adduci poteſt illud Hieremiæ: *Poſuiſti nubem ne tranſeat ora-*
O *tio*: Non diſputabo modo quiſnam has nubes ponat. an Deus iratus orationi tepidæ, & negligenti quam peruenire non ſinit ad tribunal proprium: an verò homo peccator. Peccata enim nubibus aſſimilari poſſunt, quia ſicut nubes ex humiditatibus de terra aſcendentibus educūtur: ita peccata ex malis inclinationibus, & negligentijs, euaporant, & conſurgunt. Iam verò certum eſt orationem deuotam eſſe ſolem, & eius feruorem eſſe radium ſolarem. Lachrimæ in oratione deuota fuſæ, vel ſaltem intimus in Deum amoris affectus eſt pluuia, quæ irrigat cęlos, & nobis fructus cæleſtes parturit.

Notabile eſt illud, quod Dauid Sanctos nomine cælorū appellet: *Laudate eum cæli cælorum*: id eſt Sancti incolæ Pſ. 148. v. 4
cælorum, qui eò conuenientius cæli vocātur, quò intimius, & ſpecialius à Deo inhabitantur, quā cæli materiales. Hos igitur cælos oratio noſtra, tanquam ſol terrenus radijs ſui feruoris illuminat, eoſdemque irrigat ſalutari pluuia, nempè lachrymis, aut amoroſis ſuſpirijs. De S. Magdalena inquit S. Petrus Chryſologus: tamen mutatur natura, terra Petrus Chryſol. Hom. 1. de S. Mag.
cælo pluuiam dat. Tunc autem terra pluuiam cælis dedit, cum Magdalena Chriſto Domino lachrymis pedes lauit. Quod etiam inſinuat Iob. *Si reuerſus fueris ad Omnipoten-* Iob 22. v. 24
tem, dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. Proprium eſt ſoli, & aſtris in conchis producere gemmas, in cauernis terræ aurum, lapides pretioſos, aliaque metalla. Hoc faciunt Sancti per ſuam orationem pro nobis Deo oblatā, exorati iidem à nobis. Itaque oratio Sanctorum feruida, eſt Sol, cuius radij diſſipant nubem, quæ impediebat ne trāſiret ad cælos oratio. Certùm eſt præterea, quòd nubes nō impedit auditum, æquè enim percipit homo ſonos, nubilo, atque ſereno cælo: igitur ſolùm impedit radios. Si ergo nubes peccatorum impedit orationem, ſignum eſt quòd oratio ſit ſol, cuius radij reſoluunt nubem, ne impediat pene-
trari ab ipſa cælos. Quamobrem cum oratio talis, qualis de- P
ſcripta eſt nociua omnia impediat, proficua afferat, certè ſecuritatis tanquam proprij finis cauſa eſt. Sunt quidem, & alia plura orationis principia, quæ etiam dicuntur partes orationis, nempè præparatio, lectio, meditatio, gratiarum actio, oblatio, & tandem petitio. Fiducia tamen de qua ſupra locuti ſumus, eſt principium quoddam vniuerſale, ſine quo alia non proſunt. Sunt præterea, & alij orationis fines, nempè bonum, vtile, honeſtum, & delectabile: nam hoc triplex boni genus, quo capitur cor humanum, in hoc planè cęleſti exercitio cumulatè prouenit: vtile vſque ad quandam immunitationem a bonorum vtilium indigentia; conſtat .n. viros orationis ſtudio deditos, minùs quàm alios fame, ſiti, frigore, calore vexari, ac propterea victum, veſtitumq; parciſſimum requirere: honeſtum vſq; ad excelſam cum Deo familiaritatem: delectabile vſq; ad ineffabiles, caſtiſſimaſque paradiſi delicias, quæ fæliciter hic prælibantur. Hi ſunt quodammodo fines orationis, ſed vniuerſalior eſt ſecuritas; quæ ita cæteris melior, & excellentior eſt, ſicut finis eſt melior his, quæ ſunt ad finem. Huic ſuccedit alia ſecuritas, quę eſt beatitudinis æternæ conditio, ſicut & perpetuitas, quam in futura vita expectamus: nunc autem Deum ieiunijs, & orationibus placare, ipſique die, ac nocte ſeruire debemus, exemplo Propheteſſæ. Quæ non diſcedebat, &c. vt ſub alis protectionis illius, ope miſericordiæ eius adiuti ſecuri eſſe valeamus. Amen.

INSTITVTIO

Speculatiua

Dominicæ inf. Oct. Natiuit. Dom.

De Maternitate Beatiß. Virg.

Erat Ioſeph, & Maria Mater Ieſu mirātes ſuper his &c. Luc. 2. v. 33.
Memoria Ioſię in compoſitione odoris, facta opus pigmētarij, in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio Vini. Eccl. 49. v. 1.
Fons & origo interitus omnium rerum ſublunarium eſt tempus; vt rectè dixit Poeta.
Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas omnia deſtruitis.

A DVo conuenientiſſima epitheta attribuuntur tempori, nempè quod ſit edax, & inuidioſum, hominem communiter inuidioſum dicimus. qui ita triſtatur de bono alterius, vt præ inuidia mori videatur, tale eſt tempus, quod quidquid in natura pulchrum, vel pretioſum videt, de hoc triſtetur, ſed quia palam

palam quaſi præ verecundia illud tollere non audet, occultè, & ita imperceptibiliter deſtruit, vt prius tempus conſumet, & deſtruat illum, qui percipere vellet, qualiter tempus deſtruat, quicquid pulchrum, aut pretioſum eſt in mundo; eſt latro creaturis intimus, qui ita aſtutè furatur, quidquid precioſum habeat homo, & aliæ creaturę, gemmas incredibilis valoris, vires, iuuentutem, ſanitatem, vt centies iuraret homo, quòd nullum ſibi damnum infert tempus. Quanti iuuenes reperiuntur, qui millies iurarent, quòd cum ſunt in florida ætate, potius in viribus, & ſanitate proficiant, quàm deficiant, ſed cum canitiem capitis aduertunt, vires debilitatas ſentiunt, tunc primùm fatentur, quòd tẽpus illud præteritum fuit latro aſtutiſſimus, qui prædicta floridæ ætatis bona, quæ eis inuidebat, inaduertenter abſtulit. Ideo rectè dixit Poeta, *inuidioſa vetuſtas*; ſed nec minùs aptè ait, quòd tempus eſt edax rerum; niſi fortè in adiecto, ſeu verbo ſequenti, repugnantia, ſeu contradictio eſſe alicui videatur. Si enim tempus eſt vetuſtas, præ ſenectute dentibus caret, quo modo igitur edax? ſed hoc non iuuat, Sic enim omnia ſuccesſu temporis paulatim diſponuntur, & emoliuntur, vt facilè a tempore vetuſto conſumantur. Vbi nunc Carthago? Vbi Troia? Vbi Obeliſci? Vbi Machabæorum Sepulchra Regia? Vbi Mauſolei? Vbi fortiſſimi exercitus? Vbi theſauri innumerabiles? Omnia tempus edax conſumpſit; vbi epithetia virorum illuſtrium in ære, aut marmore ſculpta? omnia tempus deleuit, nõ cum maiori difficultate, ac ſi carbone in pariete exarata eſſent. Nec mirum, quia hic ſuſtentatur tempus, vt egregia fictione declararunt Poetæ, qui Saturnum Deum temporis, ſenem, & canitie plenum depingebant, quia tot annorum eſt, quot mũdus, cum quo ſimul incipit eſſe, natos quos produxerat, in dentibus tenentem, & degluctentem. Vnum putabant Iouem dentes ſuos euaſiſſe.

Plotinus. Plotinus, & alij per Iouem animam rationalem intelligũt, quæ licet ſit temporis filia, quia tamẽ eſt immortalis, & æterna, tempus edax, & inuidioſum ei nocere non poteſt. Si

B culpam ad tempus comparauerimus, omnia, & plura alia damna, quæ tempus infert, & plura alia culpam nobis inferre animaduertemus, ita vt rectè mutatis verbis Poetæ dicere poſſemus:

Malitia edax rerum, tuque inuidioſa culpa
omnia deſtruitis

Rectè inuidioſa culpa dicitur, cuius origo inuidia fuit, & ex inuidia Diaboli in orbem intrauit, hæc quicquid pretioſum & pulchrum in anima noſtra videt, inuidet, & immanifeſtè deſtruit, virtutes, gratiam Dei, gemmas prætioſiſſimas aufert, & omnibus bonis ſpoliat: edax rerum culpa omnia conſumit, quia nec animæ immortali, quam tempus conſumere non poteſt parcit. Eſt Saturnus antiquus dierũ in paradiſo infęliciſſimè productus, cuius dentes, nullus homo, nulla anima intellectualis euaſit, præter Iouem, nempè Beatiſſimam Virginem, quæ licet ſit filia Adæ peccatoris, nunquam tamen dentes peccati originalis, aut actualis experta eſt, & vnde hoc Beatiſs. Virgini? non aliundè, niſi quia mater Dei, inſidiatus eſt quidem huic Virgini Saturnus ille infernalis, ſed nihil proficit, nihil aliud videtur cogitare, niſi vt eam, aut honorem eius degluciat, memoriam illius deleat, ſed nihil iuuat, quia memoria Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Dei eſt multò melior, quàm compoſitio, vnguẽti, quàm memoria Ioſiæ. Hæc enim eſt illud timiama ſuauiſſimum, ex floribus, herbis, lapidibus virtutum compoſitũ, quod totum mundum, & cęlum odore ſuauiſſimo repleuit, nec ſolùm olfactum recreat, ſed etiam auditum lætificat. Eius memoria, vt muſica in conuiuio vini, & guſtui maximam dulcedinem affert, opus (inquit Eccleſiaſticus) pigmentarij, in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria. Nihilominus tamen venenoſiſſimus Draco, eius honorem veneno infamiæ afficere conatur. Nec mirùm, quòd tantum erga eam odium habeat, quia ſicut poſt Chriſtum benedictum fructum vteri virginalis Marię, nihil beatiſſima eadem Virgine Matre in omni creatura innocẽtius, nihil ſanctiùs, nihil ſublimiùs agnoſcit, veneraturque Eccleſia Catholica, ita contra nihil poſt Chriſtum acerbius, teterrimus ſalutis noſtræ hoſtis Diabolus eadem Beatiſſima Matre auerſatur, nec mirùm, nullum enim aliunde accepit vulnus æquale ei, quòd mediante hac Deipara Virgine, ipſi Regnoque eius totum retulit cõfractum, contritumq; quo ad omnem eam poteſtatem, quam prætendebat in electos Dei; atque ideo veteri adhuc furore inflammatus, omnem occaſionem ſedulò vndique conquirit, eãdem præ reliquis ſanctis omnibus (quorum peculiaris alioqui, ac perpetuus eſt accuſator) carpendi, calumniandi, per ſuos quoſdam, tã quam per electa ad hoc vnicum inſtrumenta, nimirùm hęreticos, qui non ſolùm laudes Mariæ prædicare nolunt, verùm etiam ſancta opera eius blaſphemant, & quod peius eſt, veram fuiſſe Matrem Dei negant, apertè contra Euangelium hodiernum, in quo ponitur Mater Ieſu, & Ioſeph erant mirantes, cum tamen Ioſeph fuerit Pater Chriſti putatiuus, & nutritiuus; Beatiſſima autem Virgo Maria fuerit vera Mater, non tantùm Chriſti hominis, ſed & Dei, quòd in hac inſtitutione declarabitur.

Altiſſima dignitas Sacratiſſimæ Virginis, ad quam aſſũpta eſt, cum Mater tanti Dei fabricata eſt, altiſſimam a nobis expoſcit conſiderationem, ſiue enim in re ipſa, vt alij loquuntur Phyſicè, ſiue in exiſtimatione ſapientum, aut quod idem eſt moraliter excipiatur, excedit omnem totius creaturæ dignitatem, nam Phyſicè, & in re ipſa hæc interueniũt in munere Matris, primùm quod Beatiſſima Virgo verè ac propriè concurrat ad fabricandum corpus Deo, ſecundo hinc factum eſt, vt aliqua ſubſtantia Virginei corporis, (ex qua fuit Chriſti corpus, & in principio conſtitutum, & poſtea auctum, quamdiu ſanguine, vel lacte Matris nutriebatur) vnita ſit Hypoſtaticè verbo Dei, ideò ſcitè, Sanctus Petrus Damianus ſermone de Natiuitate Mariæ dicit, cum Deus alijs in rebus ſit tribus modis, in Virgine fuit, quarto ſpeciali modo, ſcilicet per identitatem, quia idem eſt, quod ipſa; hic taceat, & contremiſcat omnis creatura, & quis audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem? & Auguſtinus: caro (inquit) Chriſti caro eſt Mariæ, & infra. Caro Chriſti quamuis gloria Reſurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen manſit, quæ ſuſcepta eſt de Maria Virgine, ex quo poteſt facilè credi, illam ſubſtãtiam carnis, quam Chriſtus aſſumpſit ex Virgine nũquam fuiſſe omnino dimiſſam aut continua caloris naturalis actione reſolutam, ſed eandem omninò fuiſſe conſeruatam, ſemperque Verbo Dei vniã Moraliter etiam loquendo, quia ſecundum Doctorum, exiſtimationem, Virgo retinet ſupremum quendam, & excellentem dignitatis gradum, propter ſingularem, quam cum Deo habet coniunctionem, idcircò fit, vt ſingulare ius habeat ad bona Dei filij ſui, quòd clarius, & efficatius ex infra dicendis patebit. Illud ergo in primis certum eſt, Beatam Virginem propriè eſſe Matrẽ huius hominis, ſcilicet Chriſti, hoc enim expreſsè dicitur, *Et erat Mater Ieſu ibi*, *& vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me, &c.* Angelus quoque dixit ad Ioſeph. *Accipe puerum, & Mariam Matrem eius.* Dices ſimilibus teſtimonijs probaretur, Ioſephum fuiſſe Patrem Chriſti? Reſpondetur diſpari adeò ratione, tum quia propterea additum eſt, vt putabatur filius Ioſeph, quod de Virgine nunquam eſt dictum, tùm etiam quia de Ioſepho, nunquam dicitur in Euangelio genuiſſe Chriſtum, virgo autem dicitur concepiſſe, & peperiſſe filiũ, hoc etiam confirmat illa frequens appellatio, qua Chriſtus in Euangelio filius hominis vocatur, vt notauit Irenęus, ſimiliter cum dicitur, filius Dauid, vel Abraham, media. n. generatione ex Virgine Matre ab illis deſcendit, vnde dicitur, *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos eius de radice aſcendet*; ſicut ergo flos verè producitur ex arbore, ita Chriſtus ex Virgine, vt teſtatur Hieronymus; Leo item Papa, & Auguſtinus, atque eandem vim habet, hoc teſtimonium, etiamſi per virgam Chriſtum intelligamus, vt intelligit Clemens Alexandrinus, & Chryſoſtomus; Origenes, Hilarius circa illa verba: *Reges eos in virga ferrea*; Ambroſius, & Cyrillus in Iſaiam eandem in quam vim habet, quia Chriſtus non fuit de radice Ieſſe, niſi mediante Virgine: Hoc præſuppoſito concluditur.

Vlterius intenta veritas, Beatam ſcilicet Virginem, verè, ac propriè, non tantùm eſſe Matrem huius hominis, qui dicitur Chriſtus, ſed eſſe Matrem Dei, ita Scotus docet hoc, idem tenet Sanctus Damaſcenus, vbi ait; Dei genitricem, ſcilicet Mariam prædicamus, ſicut enim verè Deus ex ipſa natus eſt, ita ipſa verè Dei genitrix dicitur: Deum enim dici-

C

Serm. de Aſſump. Virg. cap. 5.

Ioan. 2. v. 1.
Luc. 1. v. 43.
Mat. 2. v. 13

Lib. 3. cõtra Hereſ. c. 32.
Iſaiæ. 11. v. 1
Serm. 4. de Nat.
Serm. 3. de Temp.
Lib. 3. Pedagogiũ c. 9.
Homi. 3. in Mathæum.
Homi. 9. in vnam.
Pſalm. 2.
Serm. 84.
In 3. ſent. d. 4 qu. vnica.
lib. 133. & 8

Digitized by Google

dicimus ex ipſa genitum eſſe, nõ vt Deitatem, Verbum, ſeu principium, eſſendi accipientem ex ipſa, ſed Dei Verbũ ex ipſa incarnatum, & genitum, non enim hominem merum genuit Beata Virgo ſed Deum verum, neque ſolùm Deum, ſed incarnatum, nam nõ dicimus genuit Deitatem, ſed carnem Deitati vnitam, nullum enim inſtans fuit, inquo caro illa, non fuit vnita Diuinitati. Sanctus Thomas aliter hoc declarat, qui ad hoc, vt aliquis dicatur pater, vel mater, quatuor requirit: primò, vt viuum generet viuum, ideò lignũ non dicitur pater, vel mater ſcamni, nec ignis generãs, ignis geniti: ſecundò ſubſtantiæ collatio, ideo artifex non dicitur pater vel mater menſæ: tertiò materiæ præparatæ adminiſtratio, & ideò quamuis homo ſit de limo terræ formatus, non tamen dicitur terra propriè mater eius, ſcilicet hominis: quartò aſſimilatio in ſpecie, ideo capillus, vel vermis generatur ex homine, non tamen dicitur filius hominis: pari ratione inueſtiganda eſt maternitas Beatæ Virginis, quæ fuit verè Mater Chriſti: primò, quia genuit viuum, nã aliç matres generant carnem illam, quæ vſque ad quadraginta dies in maſculis, & octuaginta in fęminis non viuificatur; Beata autem Virgo genuit viuum, quia in eodem inſtanti infuſa fuit anima, & vnita Deitati, ſine temporis interuallo: ſecundo de ſubſtantia ſua contulit Chriſto proprium ſanguinem: tertiò præparauit materiam, ſola ſiquidem cooperante Sancto Spiritu præparauit totam materiam; quartò ſimile ſibi in ſpecie produxit, ideò fuit vera Mater Chriſti.

In 3. diſt. 31. qu. 27.

Et quoniam ex doctrina Scoti, animatio non præceſſit incarnationem, quia natura illa humana fuiſſet taliter in ſe præparata, & non in Virgine, & ita Virgo Maria non fuiſſet verè Mater Dei, non enim genuiſſet Deum, ſed purum hominem, cuius natura poſtea fuiſſet vnita Deo, & tota ratio Maternitatis Mariæ terminata fuiſſet in productione illius naturæ, adueniente quoque Deitate; eſſet mater hominis tantùm: dicimus ergo cum ſubtili Doctore, quòd ratio maternitatis terminata eſt ad hominem Deitati, ſeu Hypoſtaſi diuinæ vnitum, eò quòd in eodem momento facta fit animatio, & incarnatio: non ſolùm ergo genuit viuum, de ſubſtantia ſua præparando materiam; nõ ſolùm genuit ſibi ſimilem filium, ſed etiam Filium Dei, & Deum, quemadmodum ſi filius Regis naſcitur poſthumus, antequam ſit homo, inſtituitur rex: vnde poſtquam eſt homo, dicimus quòd mater eius genuit regem, id eſt filium hominem, cui dignitas Regia erat vnita: ita in propoſito. Hinc eſt quod in Euangelio præcipuè fit mentio maternitatis B. M. Virg. ſubticentur alia priuilegia, & perfectiones, & id quod eſt præcipuum, & à quo cætera omnia dependent exprimitur, de qua natus eſt Ieſus, quia hoc tantùm explicat formaliter, quod ſit Sacratiſſima Virgo. Sicut illud definimus benè, quando aliquid, quod conuenit omni, Soli, & ſemper, in definitione ponimus: ſic in Beatiſſima Virgine hoc conſideramus, & hoc illi attribuimus, quod illi ſoli conuenit, & ſemper, quia mater eſt Dei, & ſic alia reticentur, ſed ſolùm ſua maxima proprietas explicatur, de qua natus eſt Ieſus &c. Et ideo rectè D. Paulus loquitur de Chriſto, *cui aliquando Angelorum dixit: Filius meus es tu*: idem nos dicere poſſumus, cui aliquando dixit, Mater mea es tu, ab initio poſſedi te, & elegi te ante mundi conſtitutionem. Vocamus Virginem Sanctiſſimam, Martyrem animo, Confeſſorem, Apoſtolã, Patriarcham, quia in illa reſplenduerũt omnes virtutes omnium, ſed hęc communia ſunt, illud quod claudit omnia de qua natus eſt Ieſus &c. Si Cæſari Chriſtiano diceretur, qđ victor fuerit, quod debellauerit tot nationes, quod tot triũphos Romæ habuerit, non eſſet contentus, illi enim Scipiones hoc habuerunt, ſed dum illi dicitur, quod fuit Imperator mundi totius, quod fuerit primus, qui abſolutè dominabatur, qui neminem cognoſcebat ſuperiorem poſt Deum, tunc illi verus dabitur titulus. Sic ſi Sanctiſſimæ Virgini damus virginitatem, minus attribuemus, quia fuit ipſa ſuper omnes Virgines: ſi attribuimus virtutem Apoſtolicam, alij fuerunt Apoſtoli: ſi conſtantiam martyrij, & ſic adhuc non explicamus propriũ illi Soli: ſed cum dicimus Mater Dei, vel de qua natus eſt Ieſus, id exprimimus, quod illi ſoli conuenit, & ſemper. Inde eſt quod ſit Regina Angelorum, Imperatrix cæli, & terræ, & prima quam adorauerunt Angeli, quæ ſubiecit ſibi totum infernum, quæ in virtutibus non habuit æqualem. Multum placuit Chriſto confeſſio diuinitatis, quando dixit Apoſt. *Tu es Chriſtus Filius Dei viui, &c.* ita vt in præmium huius confeſſionis, Chriſtus tunc illum Canonizauerit, vel beatificauerit. *Beatus es &c.* certè exiſtimandum eſt, quod & Beatiſs. Virgini multum placeat cum ea confitemur θεοτοκον Matrem Dei, & hominis.

In 3. diſt. 2. qu. 3.

Ad Hebr. 1. v. 5.

Matth. 16. v. 16.

Verùm difficultas ex dictis ſe offert, an Beata Virgo fuit Mater naturalis, an verò miraculosè Chriſtum genuit? Reſpondet Scotus, vbi ſupra, & Anſelmus hanc conceptionẽ fuiſſe miraculoſam, & hoc quidem verum eſt (ait Scotus) quantum ad modum reducendi potentiam naturalem actiuam Mariæ, & fęcunditatem naturalem ad actum, quę naturaliter non reducitur ad actum, niſi a cauſa actiua determinata naturali, Scilicet vi actiua Patris naturalis: fuit etiã miraculoſa, quantum ad modum procedendi in illa generatione, quia vel erat omninò repentina, qualis non eſt proceſſus naturalis in generatione hominis, vel ſi ſucceſſiua, illi motus, qui præceſſerunt generationem, in tanto, & in tam breui tempore fuerunt, inquanto non ſunt nati fieri naturaliter. Verumtamen ſi attendatur potentia actiua ipſius Mariæ, ſic erat conceptio filij Dei, & maternitas Beatę Virginis naturalis, vtpotè quia iſta potentia erat illi naturalis, Secundum quam erat naturaliter fęcunda, ſicut aliæ mulieres, & potuiſſet concepiſſe à Patre naturaliter, qui egiſſet ad productionem prolis. Rurſus propter modum exequendi actum huius potentiæ duplicem, ſupernaturalem, poteſt dici non naturaliter: ſed miraculosè genuiſſe. Sed ex dictis ſequi videtur, quod Chriſtus Dominus poſſet dici filius Spiritus Sancti, ſicut B. V. Mariæ, ſiquidem conceptionem filij operatus eſt Spiritus Sanctus, dicendum eſt Chriſtum non eſſe nuncupandum, filium Spiritus Sancti, quia tota ratio paternitatis in Patre, non eſt productio filij adeſſe, ſed oportet, quod conueniant in natura, ſecundum quam ſit productio. Cum ergo Spiritus Sanctus non cõueniant cum Chriſto in natura humana, ſecundum quam Spiritus Sanctus ipſum produxerat, ideò non dẽt dici Pater Chriſti, nec Chriſtus filius eius, bene tamẽ Virginis glorioſę, quia inter Chriſtum, & Matrem eſt conformitas in natura.

De Conceptu Virgin. cap. 11.

E

Quod ſi quis obijciat de alijs hominibus, conceditur, quod ſunt filij Spiritus Sancti, quare ergo, & de Chriſto id dici non debet? Reſpondetur quia alij homines ſunt filij Spiritus Sancti per gratiam, quod in Chriſto locum non habet propter vnionem, quæ non tantum facit illum (inquantũ etiam homo) eſſe filium Dei per gratiam, ſed filium Dei per naturam. An autem Chriſtus poſſit dici filius totius Trinitatis, difficultas eſt non modica nam, vt habet Scotus, ſunt qui dicunt Chriſtum eſſe filium Dei adoptiuum, & hi dicere deberent eſſe filium totius Trinitatis, quia tota Trinitas adoptat; cuius oppoſitum aſſerit Diuus Auguſtinus: Ieſus (inquit) Trinitatis filius dici non poteſt: Idcircò notandum eſt, quod licet humana natura in Chriſto ſit facta a tota Trinitate, ratione cuius factionis, dr̃ Deus Pater creaturarum, iuxta illud. *Nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* tamen non admittitur iſta locutio, Chriſtus eſt Filius Trinitatis, vt dicit Beatus Bonauentura, ne videremur fauere errori Arrij, qui poſuit Chriſtum eſſe puram creaturam, in hoc enim eſt differentia inter Chriſtum, & alios homines, quia Trinitas fecit ſimpliciter alios homines, ſecundum omnem ſui naturam.

Diſt. 10. q. 1

Cap. 11. de Trinit.

Deuter. 32. v. 6.

Neque verò Chriſtus, dici debet Filius Dei adoptiuus: ſed naturalis, vt docet Scotus, vbi ſupra aſſerens, nomen adoptionis tranſlatum eſſe a iuriſtis, apud quos dicitur filius adoptiuus, qui non eſt naturaliter genitus ab aliquo, nec ex generatione naturali, habens ius ſuccedendi in hæreditatẽ, ſed ex gratia præordinatur, vt habeat ius ſuccedẽdi: vbi tria concurrunt. Extraneitas ex generatione naturali gratia, ſcilicet gratuita voluntas ipſius adoptantis, & bonum ad quod præordinatur, nempè hæreditas, ad quam habet ius ſuccedendi ex adoptione. Quod verò ita non conueniant Chriſto ſecundum generationem Diuinam patet, quia ex generatione naturali diuina, eſt hæres naturalis in hæreditate æterna, ſecundum etiam naturam humanam, non dicũtur hæc ſibi conuenire, quia ſecundum iſtam generationẽ, non fuit extraneus, ſiquidem fuit innocens Chriſtus, igitur non eſt filius adoptiuus, ſed naturalis, nam quicunq; adoptatur,

de non

de non filio fit filius, ſed Chriſtus nũquam fuit, quin ſtatim
eſſet filius Dei, igitur & ſi dicatur, quod eſſe Chriſti, in quan
tum homo præintelligatur ipſi gratiæ, dicendum licet præ-
intelligatur eſt exiſtentiæ in Chriſto, ratione humanitatis,
non tamen ſubſiſtentiæ; immò vnicum eſt tale eſſe in Chri
ſto, ſcilicet ratione diuinæ perſonæ. Quod ſi quis obijciat
Angeli, & homines ſunt filij adoptiui per Chriſtum, igitur
Ex 2. Met. & Chriſtus erat filius adoptiuus; Reſpondetur omne tale p
participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam,
ſed Angeli, & homines ſunt filij per adoptionẽ, igitur Chri
ſtus eſt naturalis Dei Filius, & ita maximè talis, nos verò
Ad Galat. 4 v. 5. adoptiui, & per participationem, ideo dicitur, *Miſit Deus*
filium ſuum, vt adoptionem filiorum reciperemus. Iſta itaq;
adoptio appropriatur Patri, tãquam Auctori, filio ſicut me-
diatori, Spiritui Sancto ſicut illi, cui attribuitur charitas, per
quam adoptamur. Atque ita per Chriſtum adoptamur ap-
propriatè, quia per illum adoptat nobis Deus gratiam, &
Ad Rom. 1. gloriam. Nec obſtat, vt inquit Scotus vbi ſupra, *quod Chri-*
ſtus ſit prędeſtinatus filius Dei, vt dicitur, aliter nãq; Deus
adoptat, aliter homo, homo adoptat per nouum actum vo
luntatis, & ita hominem adoptare, eſt aliquem ad hæredi-
tatem optare per nouum velle; Deus autem non adoptat p
nouum velle, ſed producendo nouum effectum, ſcilicet gra
tiam; prædeſtinare ergo diuinum, licet ſit præordinare ali-
quem per actum voluntatis ad hæreditatem, & quodam-
modò adoptare ad illam, non tamen propriè dicitur ado-
ptatio, ſed tantum ipſa mera collatio gratiæ dicitur adopta-
tio, vnde licet Chriſtus ſit prædeſtinatus, non tamẽ adopta-
tus, non enim ſequitur, Deus prædeſtinat, ergo adoptat, ſed
oportet addere, quod illi prædeſtinato, vt quandoque ex-
traneo conferat gratiam.

F Ex his ergo intelligitur qualiter B. V. fuerit Mater Dei
naturalis. Iam quæritur an id meruerit, vt ad punctum ſecũ
dum expediendum accedamus. Et in primis præmittendũ
eſt, triplex eſſe meritum, congruum, dignum, condignum.
Congruum eſt actus liberè elicitus acceptatus ad aliquid re
tribuendum, non ex debito iuſtitiæ, ſed ex liberalitate acce-
ptantis, non enim in hoc meritò de congruo, ſicut in meri-
tò de condigno, illa æqualitas dignitatis, & retributionis
exigitur in operante, & retribuente, præmians namque nõ
intuitu alicuius operis condigni, ſed potiùs ea quadam ope
ris congruitate, ſuaque liberalitate aliquid operanti retri-
buere decreuit. Iterum meritum de cõgruo eſſe dicitur, quñ
homo nihil eorum prætermittit, quæ ad conciliandã Dei
gratiam neceſſaria eſſe arbitratur, tunc autem congruum
videtur diuinæ bonitati, non aſpernari huiuſmodi laboran
tem, idque pro ſua bonitate, & liberalitate, propterea quod
nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue
opera, ipſam iuſtificationis gratiam promereri queãt. Hoc
meritum de congruo, quidam viri docti reijciendum puta-
runt, ne cum Pelagianis aliquid commune habere videren
tur, cum quibus ea de re, Deo auxiliante in Commentarijs
ſuper tertium, vel quartum D. Sobt. diſputabimus. Nunc
autem abſque vllo periculo ſupponitur, & admittitur me-
ritum de congruo in ſenſu ea poſito. Secundum meritũ eſt
quod vir iuſtus orans pro alio meretur exaudiri. Tertium
quo quis exiſtens in gratia, & charitate meretur gloriam.
Ad propoſitum, de merito condigni omnes Doctores do-
cent, quod Virgo Maria nõ meruerit fieri Mater Dei, quia
excedit omne meritum, ſed de merito congrui plurimi te-
nent, quod meruerit fieri Mater Dei; oppoſitum tamen vi-
detur verius, & ſic deducitur. Quãdo aliquis meretur quid-
piam de congruo, meretur per actum ſuum proprium, qui
eſt diſpoſitio ad habendum illud tale, ſicut dicimus, quod
actus dolendi de peccatis, meretur de congruo gratiã gra-
tificantem, idque per actum proprium, ſed antequam ad
huc noſceretur Virgo ipſa fuit electa, & prædeſtinata ante
Diſt. 7. & 19 mundi conſtitutionem, per Scotum; fuit enim prædeſtina-
ta, quod talis natura eſſet aſſumenda ex Virgine Maria, &
per conſequens fuit prædeſtinata, vt eſſet verè Mater filij
Dei. Præterea ipſa de facto habet maiorem gloriam, quã
aliquis alius Sanctus, ergo eſt prius prædeſtinata ad maio-
rem gratiam, quàm aliquis alius Sanctus. Antecedens pa-
tet, quia exaltata eſt ſuper omnes choros Angelorum, vt Ec
cleſia canit. Conſequẽtia probatur, quod enim Deus ordi-
nat ad maiorem gloriam per conſequens prius ad maiorẽ
gratiam prædeſtinat, patet per Scotum, natura namque aſ- In 3. diſt. 7.
ſumpta à Verbo fuit ſimpliciter prius prædeſtinata, quapro
pter prius ordinabatur ad ſuam gratiam deindè ad gloriã.
Hoc idem dico de Virgine Maria, quæ conſequenter prius
prædeſtinata fuit ad talem, & tantam gratiam, poſtea verò
ad gloriam.

His igitur ſuppoſitis credendum eſt firmiter, quod prius
prædeſtinata eſt, & electa in Matrem Dei, ac per cõſequẽs
de congruo, & actu proprio non meruit fieri Mater Dei,
quin potius id totum fuit ex magna liberalitate voluntatis
Diuinæ, quia per Auguſtinum, incarnatio Filij Dei fuit ſum In lib. de
ma gratia, id eſt, ex ſumma liberalitate diuinæ voluntatis, Trinit.
vt declarat Scotus, immò quod quibuſdam incredibile vi- In 3. diſt. 2.
detur, auſim dicere. Etiamſi Adam nõ peccaſſet Virgo Ma-
ria fuiſſet electa in veram Matrem Dei ex ſumma miſeri-
cordia, & liberalitate diuinæ voluntatis, & per conſequens
hoc nõ eſſet ex aliquo merito, ſed magis ſingularis electio
voluntatis Diuinæ, quod vtique redundat in maiorem glo-
riam Virginis glorioſæ, tùm quia eſt electa ad opus tã per-
fectum, tùm quia nullo modo poteſt cadere ſub meritò ali-
cuius creaturæ talis electio, ſed omnem dignitatem, & di-
ſpoſitionem ad hoc, vt eſſet digna Mater Dei habuit libe-
raliter à Deo, qui eam ſuis manibus fabricauit, & eam ad
tam dignum myſterium idoneam fecit. O' benedicta Vir-
go, ò glorioſa Dei Genitrix, ò immaculata Virgo Mater
Dei, & gratiæ, ora pro nobis dilectum Filium tuum, tu quæ
es Mater non ſolùm Chriſti hominis, ſed etiam Filij Dei,
ab æterno ad hoc præelecta, & determinata, & quis iam di
gnè perſpecta viribus noſtris dignitate Virginis Marię, pri-
uilegia, & commoda, quæ ex ipſius Maternitate, ſeu fonte
quodam ſcaturierunt poterit explicare? hos igitur fructus
fęcundos per eandem Maternitatem nobis elargitos ſpe-
culemur, quos recenſet Sanctus Bernardus ſuper illud Euã-
gelium, *ſtabat autem, &c.* inquiens Ex beatæ Virginis ma-
ternitate, hæreditatis Cæleſtis fructum multiplicem acqui-
ſiuimus, per hanc enim habemus nobiliſſimum fratrem
Chriſtum miſericordiſſimum Patrem Deum, & hæredita-
tem Regni cęlorum, theſaurum habemus, omnem ſcilicet
gratiam Mariæ, habemus præterea ſinum apertum miſeri-
cordiæ in omni neceſſitate. Vnde idem mellifluus Doctor.
vbi ſupra exclamat. O Verbum omni acceptione dignum;
ſcilicet Verbum Domini Ieſu, ecce Mater tua; ſi Maria eſt
Mater tua, ò homo, ergo Ieſus ẽ frater tuus, ergo Pater eius,
Pater tuus, ergo Regnum eius hæreditas tua, ergo gratia
miſericordiæ eſt theſaurus tuus, Matres enim theſaurizant
filijs, ergo omnis neceſſitas tua ad cor eius aſcendet, cõmo-
ta enim ſunt viſcera eius ſuper filio ſuo, accipe ergo eam tã
tuam. Idem dicit. O' felix Maria, tu Mater Regis; tu Mater
exulis, tu Mater Rei; tu Mater iudicis; tu Mater Dei, & ho-
minis, quum ſis Mater vtriuſque diſcordiam inter filios ſu-
ſtinere, O' Benedicta Maria, quantum tibi debemus, per
quam talem fratrem habemus, id eſt Dei filium.

Cæterùm non ſolùm hos fructus admirabiles, per iſtã
Maternitatem nobis acquirimus, ſed, & ipſamet venerãda
virgo plurima priuilegia obtinuit, vt de ſe in elogio ſuo ce-
cinit. *Fecit mihi magna qui potens eſt*, Siquidem tota ſan-
ctiſſima Trinitas eam inhabitauit, Pater ſibi potentiam cõ
cipiendi tribuit, Filius carnem de ea aſſumpſit, Spiritus San
ctus eam obumbrauit, ac deniquè ipſa ita perfectum filiũ
habuit; ſicut Pater æternus, quod verò maximum eſt, in
vtero Beatæ Virginis exiſtens, ita generabatur à Deo Patre
ſecundum Diuinitatem, ſicut ab æterno erat ab eo genitus,
ipſe idem in vtero exiſtens ſpirabat Spiritum Sanctum; ſi-
cut & modo in cęlo, inſuper Chriſtus exiſtens in vtero Ma-
tris, glorificabat omnes Angelos; Sicut Deus Pater, & Spi-
ritus Sanctus mundum conſeruabat, ſicut Deus Pater, &
Spiritus Sanctus omnia ſciebat, comprehendebat, quę ſunt
fuerunt, & futura ſunt, quot damnandi, vel quot ſaluandi
erant, accedit & hoc non poſtremum, quod in Virginis vte
ro habitauit Deus, æque magnus, & æqua maieſtate, ſicut
in cęlo, & latiſſimo mundo, quia quem cęli capere non po-
terant tuo gremio contuliſti, tum etiam quia ibidem ſua ſa-
pientia diſponebat totum mundum, & omnia quæ in mun
do volebat, faciebat, ac ſuo iudicio diſponebat, diſcernebat

quis

Digitized by Google

quis diues, quis pauper fieri deberet in mundo, quis domi-
nus, quis rex, quis ſeruus, quis princeps. Ad extremum in ip
ſa Virgine Maria, ſummus ſplendor Diuinæ potentiæ præ-
ſcens, non ſolùm in anima, verum etiam in corpore, mira
S. Bernard. radioſitate relucebat: vnde ſecundum Sanctum Bernardũ
propter ſplendorem ab eius facie procedẽtem, Ioſeph eius
ſponſus via audebat faciem eius intueri: & S. Matthæus di-
cit; *Accepit Ioſeph coniugem ſuam &c.* quam Spiritus San-
ctus a conceptione plenius impleuerat. Nec illud tacitus
pręterire poſſum, quod in ipſa, & ipſa humana natura ſum-
mè exaltabatur, in aſſumptione namque verbi, tantum fuit
natura humana ſublimata, vt eſſet æqualis Deo, licet non
ſit æqualis humanitas Diuinitati, quia Chriſtus eſt æqualis
Patri ſecundum Diuinitatem, vt dicit Athanaſius in Sym-
bolo, immò quod maius eſt, vnus homo Chriſtus eſt, ita per
1. de Trin. fectus Deus, ſicut tota Trinitas, vt dicit Auguſtinus, quod
eſt valde ſtupendum, & plus quam ſi diceretur, quod vnus
lapis ſit æqualis Soli, & cęlo. Item tam illuſtri natura huma
na dignitate in Virgine Maria fuit inſignita, vt ſuper om-
nes creaturas, adoratione latriæ ab omnibus Angelis fuerit
adorata humanitas enim Diuinitati vnita, poteſt termina-
re adorationem latriæ, licet ratio principalis adorationis,
In 3. diſt. 9. ſit ipſa Diuinitas ſecundum Scotum. Hunc etiam non mi-
norem fructum Virgo Maria habebat, cum Dominum eſt
adepta tantùm, ſuper omnes Angelos, homines, & omnẽ
mũdi creaturam, vt eſſet Regina omnium cęlorum, terræ,
& inferni. Denique ipſe erat illi dulciſſimus Dei filius ſub-
ditus. Bernardus. O fęlix Maria, data eſt tibi omnis pote-
ſtas in cęlo, & in terra, vt quidquid volueris efficere valeas.
H Cum igitur tot ſint Beatiſſimæ virginis priuilegia, quę ex
eo quod ſit Mater Dei proueniant, tot emolumenta, acce-
damus cũ omni fiducia tanquam ſubditi, ad Reginam no-
ſtram, ſi enim eſt Regina Angelorũ, diues eſſe debet, mul-
tos, & plurimos theſauros poſſidet, neque enim in hanc Re
giam dignitatem pauper aſſumitur. Si eſt Regina Ange-
lorum, debet eſſe potens, vt nos defendat, & tueatur, hoc.n.
ad Reges ſpectat, vt defendat ſubditos, & multò magis ad
Reginam cæli, Reges terreni manifeſtant ſuam potentiam
in defectu. Deus, & Beatiſs. Virgo debent manifeſtare in
effectis defendendo. *Qui Regis Iſrael intende, qui deducis* Pſ. 79. v. 2.
*velut ouem Ioſeph manifeſtare corã Beniamin, Ephraim, &
Manaſſe:* dicebat quondã Dauid Iſrael interpretatur, qui vi-
det Deum, quemadmodum Sancti in cęlo, tu igitur qui re-
gis Iſrael, id eſt Sanctos, qui ſedes ſuper Cherubim, qui gu-
bernas Angelos, qui deducis velut ouem Ioſeph, qui tanq
paſtor oues paſcis, & gubernas homines, qui es Rex cæli, &
terræ, manifeſtare coram Ephraim, quod interpretatur qui
fructificat, & ſignificat ſtatum matrimonialem, Beniamin,
quod interpretatur Filius manus meæ dextræ, & ſignificat
eos, qui viuũt in mundo in caſtitate, & continẽtia, pugnãdo
contra tentationes mundi, & Diaboli, & ideò requirunt au
xilia dexterę Dei, & Manaſſes, quod interpretatur obliuio,
& ſignificat ſtatum Virginum, & Religioſorum, qui omniũ
obliuiſcuntur, & de ſolo Deo cogitant. Idem nos dicere poſ
ſumus, ad B. Virginem, quæ regis Iſrael, quæ es Regina
Angelorum, intende, manifeſta potentiam tuam coram
Angelis, & hominibus, & omnium hominũ ſtatu, tu enim
es vniuerſalis omnium ſtatuum Regina, in te omnium ſta-
tuum excellentiæ relucent, in te omnium ſtatuum virtutes
cernuntur, tu omnib. auxiliari debes. Poteſt fieri quod vnus
Sanctus vni ſtatui magis auxilietũr, quàm alteri, potius vnã
virtutem impetret à Deo, quàm alteram. Sed tu vniuerſalis
omnium Domina Regina, & omnes igitur in omnibus ex-
periantur tuum auxilium, quicunque celebrant tuam San-
ctam Maternitatem. Accedamus igitur tanquam filij ad
Matrem, non eſt poſſibile, quod tantus ſit amor vnius Prin
cipis erga ſubditum, etiam intimum, ſicut erga filium. Cum
igitur Beatiſſima Virgo ſis Mater monſtra maternum affe
ctum, auxiliare, vt in præſenti gratiam Dei per tua merita,
& preces habere poſſimus, & in futuro per te Matrem mi-
ſericordiæ Deum in perpetuum laudare valeamus. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ infra Octauam Epiphaniæ.

Luc. 2. v. 45 *Regreſſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum.*

Prou. 2. v. 4. *Si quæſierit ſapientiam quaſi pecuniam, & quaſi theſau-
ros effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini, &
ſcientiam Dei inuenies.*

A ACQVIRENDAE ſapientiæ modus tri-
plex inueſtigari poteſt; quæritur enim ſa-
pientia deſiderio, voce, labore, quod di-
uerſa interpretatio, & lectio prædictorũ
verborum. *Si quęſierit ſapientiam:* innue-
re videtur. Nam nonnulli interpretes Sa-
cræ Scripturæ ſic legunt: Si inclinaueris cor tuum pruden-
tiæ. Alij. Si ad intelligentiam clamaueris, & dederis vocẽ
tuam. Vulgata autem habet, ſi quæſieris eam tanquam pe-
cuniam; Hebraica verò, tanquam argentum. Prima inter-
pretatio oſtendit modum quærendi ſapientiam deſiderio.
Altera modum procurandi eam voce, & vltima, modum
quærendi opere. Primo, & ſecundo modo quærebat ſa
Sap. 7. v. 6. pientiam ille, qui dixit: *Optaui, & datus eſt mihi ſenſus
inuocaui, & venit in me Spiritus Sapientiæ.* Certum
eſt, quod aliquis deſiderio quærere poteſt, & inuenire ſa-
pientiam. Hoc eſt enim quod dicebat Dauid. *Defece-*
Pſ. 118. v. 82 *runt oculi mei in eloquium tuum dicentes, &c.* Sed quo-
modo (inquit Dauid) oculos dicere, ſeu loqui? ita ſanè
deſiderio ex affectu loquuntur, imò efficacius loquuntur,
S. Auguſ. in quam lingua, vt dixit Auguſtinus. Plus alloquebantur, Ani-
lib. Confeſ. ma, frons, genæ, oculi, color & modus vocis, quàm verba,
Cicero. quæ promebã. Solitus erat dicere Cicero, quod clamoroſi
oratores ſunt ſimiles claudis militibus, qui, vt tegatur defe-
ctus eorum claudicationis, equos conſcendunt, vt ſic ſimiles
alijs videantur, ideo enim ignari oratores clamãt, quia ſunt
claudi; quo ad intellectum, & ita, cum illis rationes deficiũt
tunc ad clamorem confugiunt, vt obruant, & defectum tẽ-
gant, & hoc cum diſputant, vel litigãt, aut perſuadent, cùm
autem aliquid petunt, ſi claudi ſunt, ſi carent meritis, quæ
ſunt quaſi pedes, ad voces, gemituſque confugiunt, ſed hoc
de illis, qui aliquid accipere quærunt ab hominibus dici po
teſt. Nam quo ad Deum, ſufficiunt deſideria, & gemitus.
Non eſt claudus orator, qui gemitibus aliquid poſtulat à
Deo, communiter tamen gemitus in voces prorumpunt.
Refert Valerius Maximus de Egle Athleta muto, in quo Val. Max.
cum victor extitiſſet in ludis Olympiacis, palmamque, & li. 1. de Egle
præmium ſibi denegari vidiſſet, tantum potuit affectus ve- Athleta.
hementia ex deſiderio breuij, vt ruptis vinculis linguæ, vo-
ce intentiſſima honorem ſibi debitum poſtularet. Nec mi-
rum, ſic enim natura comparatum eſt, vt vox ſit interni af-
fectus ſignum, illud verò per accidens eſt, quod nonnun-
quam aliquis extrinſeca hæc ſigna, vocem, lachrimas, &c.
fingat. Ordinariè tamen, & ſecundum diſpoſitionem natu-
ræ, vox eſt interni affectus ſimulachrum. Ideo qui apud
Deum ſapientiam quærit affectu, quærit communiter, &
voce. Optaui (inquit Salomon) & inuocaui. Quæritur etiã
ſapientia labore, & virtute, quam Salomon comprehendit
ſub nomine timoris Domini ſolicitudinis, & laboris. Tunc
(inquit) intelliges timorem domini, & ſcientiam Dei in-
uenies. Magnus, & incomparabilis eſt theſaurus ſapientiæ
creata, quia nihil eſt, quod ditiorem reddat hominẽ, quàm
vera ſapientia, ſiue pietas, imo ſolis diteſcimus virtutibus;
Sed de hac re alibi eueniet ſæpè occaſio dicendi. Libet ta-
men

Digitized by Google

Baſil. in epiſto. 24. Magnus Anton. ſon. 10 Meliſſa. In leg. Logi ad Thebel. men hic addere verba Baſilij. Virtus, inquit, poſſidenti pręcioſum eſt peculium. Nec diſſimile illud de eadem Magni Antonij. Maximè bonum peculiū eſt cuiuſcunq; propria virtus. At quid eſt peculium? Primo quidem peculium eſt pecuniæ cumulus, quam aliquis repoſitam habet ad ſubitos caſus. Quamuis id ſolius virtutis proprium ſit: ſubitos n. caſus fortunæ quæ nis alia bona euertere ſolent, ſola virtus ad ſubitum caſum valere dici poteſt; nam ſolam illam ſubiti euentus non attingunt. Rurſus peculium ſignificat eas facultates, aut copias, quas filius familias, vel ſeruus (qui quidem de communi lege nihil ſibi vendicant) peculiari priuilegio, ceu proprias poſſident. Fortuna (inquit Seneca) in B hominum bona tanquā mancipia ius omne habet. Ergo ex his bonis, quæ fortunæ ſubiacent, nihil homo ſibi tanq̄ proprium vendicare poteſt, cum ſeruus ſit fortunæ. Sola virtus hominis peculium eſt, in quam nullum ius fortuna habere poteſt. Hinc illud Greg. Nazianz. in carminibus.

Greg. Naz.

Quæ tenet hic mundus cuncta hæc aliena putabis,
Virtus hanc habeas, ſi modò ſola tua eſt.

Magnus quidem, & incomparabilis theſaurus eſt ſapiētia creata, quæ nomine pietatis, & virtutis intelligitur, ſed multò maior theſaurus ſapientia increata Filius Dei, in quo reconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Vtraque ſapientia, vterque theſaurus quærendus eſt per timorē Dei ſolicitudinem, & laborem. Et in primis timore Dei, quia timor Dei eſt ſignum huius theſauri. Apud veteres in vſu fuit, ea loca in quibus theſauros deponebant aliquo ſigno notare, quod perpetuam latentis theſauri indicationē conſeruare poſſet. Id verò frequentius erat, vt ij qui theſaurum altè defoderant, quibuſdam interuallis carbones terræ permixtos ſubter iacerent, vel cinerem: ea eſt enim carbonis cauſti, ac cineris natura (teſte D. Auguſtino) vt nulla humoris iniuria tabeſcat. Propterea antiqui agrorum terminos defoſſis carbonibus notabant, qui verò carbones huiuſmodi inde eijciebat, reus alieni exiſtimabatur. Quia ergo carbones ad theſauros notandos, & indicandos adhibebantur, inde natum eſt illud prouerbium. Theſaurus carbones erant. De cinere etiam ſuppetit illud Alciphrōtis. Nam omnes theſauri cinis mihi erunt. Quia cùm theſauros cinere, vel carbonibus iniectis notari ſolitum ſit, ſępe accidebat, vt multi cùm in cineres incidiſſent putando ibi eſſe theſaurum, decipiebantur, fodebant, & non inueniebant. Communiter tamen cinis ſignum theſauri erat. Sicut ergò ex cinere ad theſaurum perueniebatur, ſic ex timore Dei ad theſaurum ſapientiæ peruenitur. Nec ineptè carbones, aut cinis ſignificant timorem gehennæ, atque pœnarum; nam carbo, ignis exiguum eſt, cinis etiam carbonum reliquiæ ſunt. Primum ergo quo quæritur ſapientia, eſt timor, & ideo dicit Salomon. Poſtquam timorem Dei inueneris, non longè abeſt theſaurus ſapientiæ. Quæritur præterea ſapientia ſolicitudine; ſicut quæritur pecunia, vel argentum, tanto ſcilicet conatu, & ſolicitudine, quanto auarus quærit pecuniam; ſi quæſieris eam (inquit) quaſi pecuniam. Denique quæritur ſapientia labore, ſi (inquit) tanquam theſauros effoderis illam, ſi laborem tuum, atque operam impendas ligone de terra eruas, quod laboris magnitudinem ſignificat. Sic quærendus eſt Deus, ſic quærenda eſt ſapientia corde, ore, ſeu voce, timore, ſolicitudine, & labore; ſic enim inuenitur ſapientia increata Ieſus. Sicut Beatiſſima Virgo quæſiuit eum puerum in Ieruſalem, tanta ſolicitudine, & tanto labore; vt in explicatione hodierni Euangelij clariùs patebit, ad cuius interpretationem iā nobis accedendum eſt.

Aug. lib. 5. de Ciuitate Dei.

Alciph. epiſ. quadam.

C IBANT PARENTES EIVS PER OMNES ANNOS IN IERVSALEM IN DIE SOLEMNI PASCHÆ. Licet Nazareth ab Ieruſalem itinere trium dierum abeſſet, quotannis tamen incolæ eius ad templum Salomonis aſcendebant in Ieruſalem vota ſua ibi, & gratiarū actiones Domino reddituri, & ſacrificia oblaturi. Præceptum enim erat in lege, vt non ſolū Paſcha certo tempore celebraretur, ſed etiam in certo loco quem ſibi Dominus delegiſſet, vbi ter in anno præſentare ſe deberet omne maſculinum coram Dño: Lucas tñ ſolius feſtiuitatis Paſchalis mentionem facit; quia illa inter oēs feſtiuitates præcipua erat ſolemnitas, ad quā profectò quotānis Beatiſſima Virgo cum S. Ioſeph pro animi ſui in Deum pietate, & obedientia, adimplendæ legis cauſa aſcendere conſueuerat. Ex quo intelligimus Deum quædam loca ſibi delegiſſe, in quibus voluit, vt ſua ſacrificia, & gratiarū actiones fierent. *Erunt* (inquit Deus) *oculi mei aperti, & aures meæ erectæ in loco iſto.* Non ignorabant parentes Chriſti, Deum eſſe vbique omniaque videre, & audire, ad templū tamen oraturi quotannis certo tempore aſcendebant. Dauid quoque nō in ſua aula, ſed in loco vbi erat arca Dei preces fundebat. Inter Principes etiam Polonos Boleslaus III. Poloniæ Rex ad imitationē B. Mariæ V. & S. Ioſeph ſpōſi eius cum ſolemne chriſtianis 40. dierum ieiunium, pane tātùm, & aqua ſe reficiens cilicio ſubtus maceratus exegiſſet, paucis ſacerdotibus, & alijs pijs hominibus comitatus ad Ægidij tutelaris ſui ſepulchrum in Narbonenſem Galliā peregrinationem, priuati hominis habitum indutus ſuſcepit. Atque hoc iter magna ex parte nudis pedibus confecit. Nullum interea templum, nullum monaſterium, nullum egentium domicilium, neminem denique ſacerdotem, aut mendicum obuium omittens, & præteriens, quin liberalitatis, & munificentiæ ſuę quippiam in eum cōferret. Quindecim dies ad Diui ſepulchrum, ieiunijs, & ſupplicationib. vacans commoratus, cum in Poloniam rediſſet, & reliquū illius anni tempus quieti dediſſet, verè proximo in Vngariam ad D. Stephani ſepulchrum alteram peregrinationē inſtituit pedeſter. Inter Imperatores item Chriſtianos Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & S. Ioſeph exemplum ſecutus eſt Otho. II. qui poſt acceptū Romæ diadema Michaelis Archangeli ædem in Gargano monte votis ſe ſoluturus, & orationis cauſa adijt. Succeſſu temporis etiam ſepulchrum D. Adalberti Gneſnæ viſitauit, vbi Boleſlao Polonorū Duci à quo Regijs honoribus exceptus erat gratitudinis ergo Regium titulum contulit, & Romani eum Imperij ſociū, amicumque ſcripſit, deditque pro Regalibus inſignijs coronam, & ſceptrum, lanceam præterea Beati Mauritij, & clauum Domini Saluatoris noſtri, quæ in armario Cracouienſis Eccleſiæ conſeruantur. Boleſlaus viciſſim donauit Imperatori brachiū D. Adalberti Martyris. Quemadmodum autem loca ſacra ita, & reliquias Sāctorum venerari, atque itinerum moleſtias in honorē eorum ſuſcipere opus pietatis eſt. De Caſimiro Polonorum Rege narratur, cum ſibi per Ægidium Montnēſem Epiſcopum à Lucio III. Romanorum Præſule offerrentur S. Floriani reliquiæ, ad ſeptem ferè milliaria à Cracouia, cum ingenti omnis generis hominum multitudine obuiam proceſſit. Hi ergo Principes imitabantur Virginem Beatiſſimam, quæ ibat per omnes annos in Ieruſalem, nō ſinè magna moleſtia, maximè quia cum tenerrimo puero Ieſu iter agebat, vt dicit Euangelium.

2. Paralip. 7. v. 15.

2. Reg. 7.

Boleslaus.

Otho. II.

Caſimirus.

CVM FACTVS ESSET IESVS ANNORVM DVODECIM. Puerum Ieſum parentes in templum deducunt. Sic etiam Anna mater Samuelis ablactatum puerum Samuelem ad Siloe adduxit, ac ipſi ſacerdoti Heli tradidit educandum. Puerorum enim ætas ſanctis admonitionibus indiget, quæ tenera cum ſit facilè imbibit quicquid inſtillatur ei, & firmiùs retinet, ſi quidem, vt inquit Cicero. Tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus. Et Poeta per ſimilitudinem idem oſtendēs dicit. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem, teſta diu. In homine autem ætas duodecim annorū eſt tempus, in quo perfectum diſcretionis iudicium incipit eſſe, & pueritia terminatur. Propterea videtur Chriſtum voluiſſe in ea ætate aliquod diuinitatis ſpecimen præbere, ceſſante nimirùm pueritia, vt ſenſim homines ad ſuæ diuinitatis fidem recipiendam præpararentur. Hoc tempore & hac ætate puerum Ieſum duxerunt ſecum parentes in Ieruſalem.

Cicero.

D

SECVNDVM CONSVETVDINEM DIEI FESTI: ſcilicet Paſchæ. Erant autem tres feſtiuitates, quas Iudæis Deus indixerat, Paſchæ, Penthecoſtes, & Scenopegiæ, quibus quotannis omnes Hieroſolymam conuenire ſolebant. *Tribus vicibus* (inquit Dominus ad populum Iſrael) *per ſingulos annos mihi feſta celebrabis ſolemnitatem azymorum cuſtodies,* hoc erat feſtum Paſchæ, *Solemnitatem meſſis primitiuorum operis tui, quæcunque ſeminaueris*

Exod. 23. v. 14. & 15.

Digitized by Google

naueris in agro, hoc erat feſtum Penthecoſtes. *Solemnitatē quoque in exitu anni quando congregaueris fruges tuas in agro*: & hoc erat feſtum Scenophegiæ. Feſtū Paſchæ celebra- (Deuter. 32. v. 10.) batur in memoriam liberationis ex Ægypto: feſtū vero Pēthecoſtes in memoriam datæ legis in monte Sinai: Feſtum aūt tabernaculorum, vt recordarentur filij Iſrael patres eorum in deſerto quadraginta annis in tabernaculis habitaſſe. *Inuenit eum in terra deſerta* (ait Moiſes) *in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis. circumduxit eum, & docuit & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.* Pro feſto itaque diei Paſchæ celebrando Ioſeph, & Maria Virgo cum puero Ieſu in ſanctā venerant ciuitatem: CONSVMATISQVE DIEBVS CVM REDIRENT: Id eſt expletis diebus (Deuter. 16. v. 3.) ſeptem illius feſtiuitatis. Sic enim ſcribitur. *Septem diebus comedes abſque fermēto*. Si autem ſeptem integris annumeretur dies immediatè præcedēs, in cuius veſpera luna quarta decima immolabatur Phaſe, vt dicitur in Exodo tunc huic ſolemnitati, octo aſſignantur dies. Parētes ergo Chriſti, nihil quod legis erat, prætermiſiſſe indicat Euangeliſta, ſed vſque ad finem ſolemnitatis eos permanſiſſe. O quam diuerſa deuotio noſtra. Nos exiguum temporis Diuinis rebus impendendo, tædiosè id facimus, & ad finē rarò perſeueramus, in friuolis verò agendis, & caducis acquirendis tēpus nobis etiā deeſſe videtur, nec dū tædio afficimur. Quēadmodum autem Ioſeph, & Maria prouectiores ętate, exēplo ſuo ad perſeuerantem deuotionem nos hortantur; ita puer Ieſus præbet hic pueris pietatis exemplum, vt tēplum frequentēt, ac diuinis rebus aſſueſcāt: Puer enim iuxta viā, quam ambulauerit, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Puer Samuel in templo pernoctans Dei voce excitari meruit. (D. Martin.) Diuus Martinus, quòd duodecim annos natus inuitis parentibus ad Chriſtianorum templa confugerit, & ſe cathecumenum fieri poſtularit à Seuero Sulpitio commendatur.

CVM IGITVR REDIRENT: ſcilicet ab Hieroſolymis Galilæam verſus, remanſit puer Ieſus in Hieruſalem. Hinc collige non in templo amiſſum fuiſſe puerū (E) Ieſum, ſed cū redirent, in ipſo actu redeūdi REMANSIT PVER IESVS IN HIERVSALEM. Non caſu, nec parentum negligentia, ſed ex beneplacito, & ſua Diuina ordinatione inſcijs parentibus; ne per eos à rebus Diuinis abſtraheretur, aut eos cōtemnere videretur, ſi retrahentibus non obediret. Docere præterea nos voluit renunciandum eſſe parentum, cognatorumque affectibus ei, qui vult viam perfectionis aggredi, ad ſublimemque virtutum verticem aſcendere. Docet relinquenda eſſe temporalia negotia, vt quis ſapientiæ vacare vacet, quia, vt inquit (Eccleſ. 38. v. 25.) Eccleſiaſt. *Qui minoratur actu ſapientia perficitur*. Eſt anima ſicut arbor, quæ in altum ſtando tanto magis ſeſe erigit, quantò diligentiùs ramuſculi laterales minus vtiles amputantur, & præciduntur. Eſt ſimilis habenti hypocauſtū, vel palatium pulchrè exornatum, & occupationes iucundiſſimas, qui nihilominus maioris recreationis gratia egreditur in porticum holocauſti ſui, vt inſpiciat hortos, flores, vineas, tandem iterum in hypocauſtum ſuum reuerſus, diligēter occupationibus ſuis incumbit; ita anima habet palatia ſua interiora, in quibus ſe occupat per intellectum, conſiderationem, habet etiam campos, & prata florida quo aliqñ egreditur, & per contemplationem recreatur, dum mediātibus ſenſibus creaturarū decorem aſpicit, & videt tandē in ſe reuertitur, vt ad cęleſtia ſeſe eleuet Deum laudando, & ad eum aſpirando, ad quem his tribus gradibus aſcenditur, nimirùm cum egreditur mens ex interiori cubiculo ad Deum per affectum, atque ita totum iter in Deum horū (Hugo de S. Victore 3. d clauſtro animæ. c. 9.) trium dierum ſpatio conficitur, vt rectè Hugo ait. Homini data eſt mens, vt per intellectum intus ingrederetur, & contemplaretur Dei ſapientiam: & per ſenſum foras egrederetur, & contemplaretur opera ſapientiæ: Intellectus intus illuſtrauit, ſenſus foris decorauit, vt in vtroque refectionē inueniret intus ad fælicitatem, foris ad iucunditatem. Sed quia bona exteriora diu ſtare non poſſunt, iuſſus eſt homo ab exterioribus ad interiora tranſire, & ab interioribus ad ſuperiora aſcendere. Contemplari igitur creaturas, & eis Deum laudare, eſt res decora, & vtilis valde, ita tamen vt ſit occaſio ad Deum, & cæleſtia, non autem diſtrahendi, vel auertendi à Deo, ſicut quondam acciderat D. Augu- (Aug. Cōfeſ. lib. 10. c. 23.) ſtino, qui dicens lamentabatur. Illa me tenebant longe à te, quæ nō eſſent, niſi eſſent in te; nec mirum, quia vt idem ait. Minus te amat, qui tecum aliud amat, quod non propter te amat. Ideo & Chriſtus remanſit in Hieruſalem, non inter cognatos, licet & hoc licitum erat; vnde dicitur.

EXISTIMANTES AVTEM ILLVM IN COMITATV VENERVNT ITER DIEI. Senſus eſt. Vnius diei confecerunt iter euntes ex Hieruſalem verſus Nazareth, & cum diuerterentur pro nocte ad hoſpitium non inuento puero veſperi in comitatu, nec ſequenti die, regreſſi ſunt in Hieruſalem. Mirari poſſet quiſpiam, quomodo pia mater abſque puero Ieſu redire ſit paſſa. Nouerat ſancta Virgo puerum ſuum officioſiſſimum, atque obſequētiſſimum eſſe, nouerat ſanctiſſimos pueri mores, propterea ab Hieroſolimis receſſit, putans eum eſſe in comitatu virorum, cum Sancto Ioſepho, nam ipſa ſeorſim ibat in cætu mulierum, impuberes verò pueros cum vtroque ſexu proficiſci, (vt dictum eſt) licitum erat, magis tamē placuit puero Ieſu remanere in Hieruſalem, quod interpretatur viſio pacis, quia vt dixit Hugo loco ſupra nominato. (Hugo.) Iuſſus eſt homo ab exterioribus ad interiora vacare, & ab interioribus ad ſuperiora aſcendere; diuagatio namq; ſenſuum, niſi quis citò ad ſe reuertatur, noxia eſt, & potius nocet, quàm prodeſt. Nihilominus tamen.

REQVIREBANT EVM INTER COGNATOS, ET NOTOS; nempè carnis cognatione coniunctos. Quam ob cauſam Apoſtolus: *Et ſi co-* (2. Corint. 5. v. 16.) *gnouimus* (inquit) *Chriſtum ſecundum carnem: nunc tamē amplius nouimus:* atque hoc eſt quòd impedimento eſt Iudæis quominus hunc Ieſum inueniant. Cum enim Meſſiā expectent, ſuæ gentis Saluatorem, & cernant hunc Ieſum, à gentibus coli, & adorari, non putant hunc eſſe Chriſtum, ſed illum adhuc quærūt inter cognatos, & notos, & ſic quęrentes non inueniunt. Nonnulli quærunt Ieſum inter cognatos, & notos, quippè qui aliquam beneficentiam exhibent proximis reſpectu cognationis, nō autem Chriſti, ſed ij minimè inueniunt. Sciendum tamen, quod non omninò vituperabilis ſit affectus erga cognatos: ſed ex parte, placet enim Deo cum eis auxiliamus, præcipuè orationibus, tàm viuis, quàm mortuis, adeò vt etiam miraculis declarare id voluerit: nam de S. Adalberto ſecundo Pragenſium (D. Adalbe) Epiſcopo narratur, quod cum Boemi monita ſacra contēnerent, Romam profectus à Pontifice impetrauit, vt Boemos iugum Chriſti palàm excutiētes, diris deuoueret. Boemi eo facto offenſi fratres eius germanos quinque numero per tumultum, & rixam eam ob cauſam excitatam, de induſtria, interfecerunt. Adalbertus cum eo forte die, quo fratrum occiſorum exequiæ in Boemia celebrabantur, ſolemne ſacrum Romæ, Pontifice Romano præſente faceret, ſeque, vt fieri ſolet poſt calicis ſubleuationem ad ſilentium, vita functorum memoriæ dedicatum tacitus cōponeret, amplius duas horas, haud ſecus, quam ſtipes arę affixus, ſtetit immotus, & ob eam inſolitam moram à Pontifice correptus, reſpondit, ſe interea in Boemia exequijs fratrum ſuorum interfuiſſe, ac dum Romam ad rem Diuinam peragendam redire feſtinaret, alteram è duabus chirotecam ad feretrum reliquiſſe. Pontifex qui mira prædicari de Adalberto audiuerat, comperto rem ita (Dubrauius lib. 6.) ſe habere, & chirotecam relatam alteri quam retinuerat planè reſpondere in admirationem verſus, Adalbertum cœnobio Sancti Alexij accuratè commendauit. Itaque (F) moderatum erga cognatos, & ſanguine coniunctos affectum non vituperat Chriſtus, ſed immoderatum, qualis fuit Iudæorum. Nam quærunt Iudæi Chriſtum ex cognitione legis, cæremoniarum obſeruatione, atque ſacrificiorum oblatione, & nequeunt inuenire, quoniam tranſgrediuntur præcepta legis. Inuenerunt autem eum gentiles, quem prius non quæſierunt, vt ait Dominus per (Iſai. 65. v.) Iſaiam. *Inuentus ſum à non quærentibus me*. Quæruntur piſces in aqua, feræ in deſertis montibus, pecora in paſcuis, fructus in arboribus. Chriſtus verò quæritur in Ieruſalē, quę eſt viſio pacis; *Quia factus eſt in pace locus eius*. Nō (Pſ. 75. v. 3.) eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis. *Quæramus eū chariſſimi, dū* (Iſai. 55. v.) *inueniri pōt*: vt dicit Iſaias. Quærēdus eſt Ieſus ſincera fide,

& cha-

& charitatis affectu, quærendus eſt ea toto corde: quia ipſe
Hierem. 29 v. 13. dicit; *Quæretis me, & inuenietis*, cum ea toto corde quæſie-
ritis me, nam & pater tales quærit. Vt oſtendit Pſalmiſta di
Ioan. 4. cens. *Nō dereliquiſti quęrentes te Domine*. Quia dignos ſe-
Pſ. 9. v. 11. ipſo circuit quærans. *Quęrit Deus, qui adorent illum, in ſpi-*
Sap. 6. v. 17. *ritu, & veritate*. Quærit dignos ſe, qui eū ex toto corde quę
runt, & ſe quærentibus offert quæſitū. Quęrit homo fide, quę-
rit pietatis affectu, quærit diligenter, quærit perſeuerantèr, & ſic tandem inuenit. Sicut & parentes Domini Ieſu dolentes quærebant eum, & poſt triduum inuenerunt in medio Doctorum; ſoli peccatores ſunt, qui Ieſum non quærūt, ſed
Iſai. 26. v. 9. de his fortè poſſet dici illud Iſaię. *Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in pręcordijs meis de manè vigilabo ad te.* Sed quomodo peccatores in peccatis exiſtentes Deum quærere poſſunt, qui nec carentiam vel abſentiā eius aduertunt. In latino ſermone hoc vnicum verbum, *deſideratur*, duo ſignificat carentiam, & deſiderium. Nam *deſideratur*, idem eſt, quod deeſt, & idē, quod exoptatur. Et hinc eſt, quod bonum quod deficit non optare, vitium indicibile eſt in latina phraſi. Non eſt enim poſſibile iuxta hūc modum loquendi, quod aliquis aduertat bonum aliquod ſibi deficere, & quod illud non exoptaret. Quapropter ſignum eſt, quod peccatores non aduertant, quod careant ſapientia increata Chriſto, quod longè ſit ab eis Deus, quem nec deſiderio quærunt: Ideo potius peccatoribus pęnitentibus, quā non pęnitentibus abſolutè verba Prophetæ quadrant. Aliqui .n. quærunt Deum de nocte, qui timore pęnæ perculſi, timore gehennæ perterriti, partim calcari amoris in Deum excitati corde, & ore quærunt Deum. Hi inter tenebras, & lucem poſiti, tanquam aurora ab illo lucidiſſimo, & diuino Sole colluſtrari incipiunt. Et quantò perfectius ſol in eorū cordibus oritur, tantò diligētius radijs eius illuminati eum inquirunt. Et cum Deum abeſſe cernunt ſummoperè turbantur: ſibi tantùm volunt deficere, deſiderant, inuocant, quærunt, vt tandem theſaurum hunc ex venis Diuinæ gratiæ fodere, & effodere poſſint; fodere non recuſant, maximo cum dolore quærunt, vt aliquando inuenire valeant, & hi manè quærunt Deum, ita vt dicere poſſint cum Iſaia. *De mane vigilabo ad te.* Alij denique ſunt, qui gratia Dei perfectè illuminati in lumine diei, quærunt ſapientiam, quærūt filium Dei, ſi aliquantulum ſe ab illis quaſi recedere fingat. Duo aūt nos ad quęrendū Deum impellunt, cōplementum naturalis deſiderij in Deū, & obligatio de qua in tremendo iudicio examinabimur. Nihil .n. magis quærit anima, & corpus hominis ſicut Deum, à nulla re magis ſeparari timet, ſi-
Pſ. 62. v. 1. cut à Deo, teſte Dauide; *Sitiuit*, (inquit,) *in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.* Magnum eſt deſideriū, & inclinatio animę ad ſcientias, ad virtutes, & vitā virtuoſam,
Laertius in vita Ariſt. lib. 2. de moribus. & nihil ita timet amittere, ſicut hæc ornamēta ſua ſpiritualia, & vitā virtuoſam: iuxta illud reſponſum Ariſtippi Philoſophi militi cuidam exprobrāti ſibi, quod cū periclitaretur in mari, timeret mortem, miles aūt minimè. Qm̄ nō de parui (inquit) anima, mihi, tibiq; curę eſt, non de parui vita. qui malè viuit nihil curat quod moriatur; ſed qui rectè viuit timet, quia mors animā ſeparat ab eo, quo maximè delectatur nempè à ſcientijs, & virtutibus. Magnum item deſiderium
Andreas Eborēſis exēplorum memorabiliū. Plutarchi in vita Iulij Cęſar. virorū illuſtrium. tomo 2. corporis ad ſanitatem, quod idē expreſſiſſe vr̄, quidā miles alius, qui cū infirmus eſſet, & pauper, tunc maximis periculis ſe exponebat, & ideo nunquam in aciem prodiuit, quin aliquid egregij, & memoriā dignum egiſſet, ſed poſtquā iubente Rege Antigono à medicis curatus eſt, timidus, & puſillanimis extitit. Interrogatus itaque cur tunc cum infirmus eſſet adeò audax fuerit, nūc aūt ita puſillanimis, vt nullus eo timidior eſſe videatur. Reſpondit tūc corpus infirmū perdere nihili exiſtimabam; at benè ſanum corpus periculo committere non audeo, ne corpus ſanum vulnera, & cicatrices à ſanitate ſeparent ad quam maximè propendet. Sed maior eſt inclinatio animæ, & corporis ad Deum, ideo nō dixit Dauid. Sitiuit anima mea ſciētias, & virtutes. Sed ſitiuit in te anima mea, & corpus meū multipliciter, quia quot ſūnt dolores carnis, tot ſunt ora muta, quę ſitiunt ad Deū remedium vniuerſale omnium malorum. Anima quoq; ſitit in Deum potius totaliter, quàm multipliciter, quod cum ſit capax illius, nullo bono alio ſatiari poteſt, niſi hoc bono infinito, quod eſt Deus. Cum ergo tantum ſit deſiderium, & inclinatio tanta in Deum; quæramus Ieſum cum Maria matre, & Ioſeph, vt deſiderio noſtro ſatisfaciamus. Auxiliabitur nobis ille de quo canit Eccleſia in Hymno. *Da dexteram ſurgentibus, Exurgat vt mens ſobria, flagranſque in laudem Dei, grates rependat debitas.*

Non ignorandum quoque quod ipſe porriget dexterā, vt ſurgamus à negligentijs noſtris, ex noſtris peccatis, ſi quę
ramus eum dicente cum ſponſa: *Surgam, & quęram, quē* Cant. 3. v. 2.
diligit anima mea. Sed quia, ne ſurgere quidem abſque Dei
auxilio poſſumus, dicamus ad eum cū Iob. *Operi manuum* Iob 14. v. 16.
tuarum porrige dexteram. Homines domibus quas ædificant, ſi minantur ruinā ſupponunt fulcimēta, & nos ſumus opus manuum tuarum auxiliare igitur, & porrige dexterā. Dextera ſignificat auxiliū, iuxta illud Virgilij Æneidos 6.

Da dextram miſero, & tecum me tolle per vndas.

Significat præterea pacem, & amicitiā, quod illud Pytago- G
rę ſymbolum oſtendit, vt hēt Plutarchus: Non cuiq; dexte- Plut. in Cōmēt. de multorū amicitia.
ram porrigandā. ſed ſolis amicis; iuxta illud, quod reſpōdit is, qui erat caput cōiurationis contra Conſtantinū, Nebridioni Duci exercitus. qui noluit ſubſcribere cōiuratoribꝰ cōtra Conſtantinū volēti dexteram eius. Et quid precipuum ſeruatum erit amicis, ſi tu dexterā meā attigeris. Et nos neſcimus dignè poſtulare dexterā Dei, inſignum amicitię, qui tot peccatis illū offendimus; poſtulemus ſaltem auxiliatricē manū, vt ſurgamus, & quæramus eū in quē cor, & caro noſtra exultat, vt ſaltem poſt triduum inueniamus eum, ſicut Maria Chriſtū, de quo hic ait Euang. de hoc præcipuè examinabimur ante iudicem tremendum cęli, an quęſierimus Deum in noſtra vita. Non enim habitabit in tabernaculo
Dei, vt ait Propheta in pſalmis, niſi *qui non accepit in vano* Pſ. 23. v. 4.
animam ſuam. Ille autem in vano accepit animam, qui nō quærit Deum, vt idem ait. Qui non accepit in vano animā ſuam &c. *Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiā à Deo ſalutari ſuo, hęc eſt generatio quærētiū Dominū.* Itaque qui non quærunt Deum in vanum animam accipiunt, ſed quomodo in vanum, ſiquidē Deus, & Natura, nihil faciūt fruſtra? Ita ſanè, ideo etiam nō dr̄, quod in vanū dedit illis Deus animā, ſed illi in vanum accipiunt; ſicut, ſi pater daret filio mille florenos, aut gemmā pętioſam, vt mercaretur illa, & emeret poſſeſſiones, ille aūt illos mille florenos projiceret in angulū, certè iſte fruſtra acciperet. Ita hic accepit à Deo gēmā p̄cioſā animā, in eū finē, vt Deū q̄rat, tanq. ſupremū, q̄ Dei capax eſt, ſi id non p̄ſtat in vano accepit animam; ſed vbi tandem mater Ieſu inuenit puerum ſuum.

IN TEMPLO IN MEDIO DOCTORVM. In templo quidem quia veritas angulos nō amat,
ſed in medio Eccleſiæ aperuit os eius. Inter Doctores itē diſpu Eccl. 15. v. 5
tantes ſedet Chriſtus, Dei ſapientia, nō inter nugas, & fabu-
las, doctrinā nobis relinquens, q̄ toties ſapiens inculcat. *Nō* Eccl. 8. v. 11
te pręteręat, (inquit,) *narratio ſeniorum*: ipſi .n. didicerunt à patrib. ſuis, qm̄ ab ipſis diſces intellectū, & in tēpore neceſſitatis dare reſponſum. Hinc elicitur authoritas doctrinę Sā-
ctorum patrū, quibus D. Aug. debere fidē adhiberi docet. D. Aug. contra Iulianū Pelagianū.
Quod credunt (inquit) credo, quod tenent teneo, quod docent doceo, quod prędicāt prædico. Iſtis crede, & mihi credes. Tātūne apud te poſſunt Pelagius, & Cęleſtius, vt à ſolis ortu vſq; ad occasū tot, ac tantos Catholicæ fidei doctores, ac defenſores antiquos, & noſtræ ætati contiguos, non ſolū deſerere, ſed & Manichęos audeas appellare? An tantā cōſenſionē Catholicorū Sacerdotū, cōſpirationē dicturus es perditorū? puto ac integro animo patres, ſcripturas tractaſſe, præmiſſa oratione S. Athanaſius, affirmat, eaq; puritate do-
cet à nobis tractandas eſſe. Propterea ſic orabat S. Aug. Circūcide Dn̄e ab omni temeritate omniq; mēdacio interiora, & exteriora labia mea, vt ſint caſtę, delicię meæ ſcripturę D. August.
tuæ, ne fallam in eis, nec fallat ex eis. S. Hieron. in prologo D. Hieron.
Paralipom. ſcribit, ſe ita in Sanctorum librorum lectione verſari ſolitum eſſe, vt in eis intelligēdis, nihil ſuo ingenio, & viribus tribuerit; ſed à Deo facultatem petierit. Venerādi ergo illi patres, ac principes noſtræ religionis ex alijs diuinarum literarum ſenſum percipere ſtatuerunt, & non ſuæ prudentiæ tribuerunt. Manēdum eſt ergo inter Doctores Catholicos ei, qui vult rectè Sanctas Scripturas interpretari, audire, & interrogare, ſicut Chriſtus de quo apud Euāgeliſtam audiemus. Sed qn̄, & vbi quærendus ſit videamus.

Digitized by Google

POST TRIDVVM INVENERVNT ILLVM IN TEMPLO SEDENTEM IN MEDIO DOCTORVM. Hoc eſt cum iam tertius dies Luc. 2. v. 27 aduéniſſet, ſicut etiam D. Lucas ait. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo.* id eſt, cum eſſet dies octauus à Natiuitate, circumciſus eſt puer. Inuenitur ergo poſt triduum, quia tres leges traditæ ſunt homini, lex naturę, ſcripta, & lex gratię. Sed lex gratiæ perfectiſſima, ideo doctores dicũt gratiam legis antiquæ eſſe aduentitiam. Erat (inquiunt) gratia, quam lex ſcripta afferebat aduẽtitia, in nobis autẽ proprius eſt, & per ſe fructus. Cum aduena alicui præficitur Ciuitati, nõ eſt tãtæ authoritatis, ſicut cum indigena gubernat. Sic aqua, quæ ex proprio fonte emanat, maioris eſt virtutis, quàm illa, quę aliunde venit ab extra. Fons gratiæ eſt Chriſtus Dñs, à quo mediantibus Sacramentis oritur, & fluit gratia Dei, ideo efficaciter, plura confert auxilia, exempla, ideo poſt triduũ, id eſt poſt triplicem legem inuenitur facilius Chriſtus. Poſt triduum inuenitur, (ait Ambroſ.) vt eſſet indicio, quia poſt triduum triumphalis illius paſſionis, in ſede cęleſti, & honore Diuino fidei noſtræ ſe reſurrecturus offert, qui prius mortuus fuerat. Itaq; triduo perſeuerat, qui triduo ſuſtinet Chriſtum, refectionem cum turba meretur. Ibimus, inquit Moyſes, iter trium dierum. Primus dies ad Adam; Secundus ad Moyſen; Tertius ad Chriſtum pertinet. Qui ergo poſt hoc triduum quærunt Chriſtum inueniunt illum. Sic Magi poſt triduũ poſt Natiuitatem Dñi quęrebant Chriſtũ, & inuenerunt, quærebant eum, quem ſui non receperunt. Iudęis fuit promiſſus, & apud eos natus, quia poſt triduũ nõ quærebãt Chriſtum. Hunc ergo Magi inuenerunt, tanquam gemmã ad litus à Iudæis derelictã. Nam vt dr̃ in iure, habentur ꝑ derelictis bonis, quæ dominus dimittit, & primo occupãti ceduni. Quem ergo Magi inuenerũt, vt à Iudæis derelictũ, hunc nos quærere debemus, à B. Virgine ſollicitè quæſitũ. Illi in diuerſorio inuenerunt, nos in templo; illi in medio duorum animalium, nos in medio doctorum. Ita. n. dicitur ab Euangeliſta in templo in medio Doctorum.

AVDIENTEM ILLOS, ET INTERROGANTEM. Exemplum eſt humilitatis, audire prius, & interrogare, quàm inſtruere. Ne ergo paruuli à Senioribus erubeſcant diſcere, cum ipſe ob ætatis incongruentiam homines auſcultare non erubeſcit Deus. Itaque qui vult ad arcem ſapientiæ attingere, audiat prius, & auſcultet diligẽ-
Prou. 1. v. 5. ter, *quia audiens ſapiens ſapientior erit:* & qui prius reſpõdet
H quàm interrogetur, ſtultum ſe eſſe demõſtrat, & confuſio-
Deuter. 32. v. 7. ne dignum. *Interroga patrem tuum, & dicet tibi, ſeniores tuos, & docebunt te.* At hodie ſeniores deridentur, quia carnalitas, & præſumptio vigent in hominibus iuuenilis ętatis. Puer autem Ieſus audiuit, interrogauit, reſpõdit. Ex vno. n. doctrinæ fonte hæc tria manare videntur. Nam ſine ratione temerè interrogare, magis ſtolidi, quàm ſapientis eſt.
Eccleſ. 32. v. 14. *Audi tacens ſimul & quęrens*, inquit Eccleſiaſticus, *& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Verumtamen non ſolùm Chriſtus audiebat, & interrogabat, ſed etiam docebat
Marc. 1. v. 2 vt inquit Marcus: *Stupebant ſuper doctrina eius*: erat enim docens eos, quaſi poteſtatem habens, non ſicut Scribæ. Cũ Sacra Scriptura aliquem indicat fuiſſe in lege doctiſſimũ, vocat illum Scribam, quia Scribarum profeſſio fuit legem interpretari, vnde erant peritiſſimi legis. Hinc illud Eccle-
Eccleſ. 10. v. 5. ſiaſtici: *Super faciem Scribę imponi honorem*, vbi gloſſa, & interpretes legunt. Super doctorem ſapientem in lege. Nihilominus tamen puer Ieſus erat melius docens, quàm Scribæ, & quod maius eſt docebat, tanquam poteſtatẽ habens, tanquam ſuperior, tanquam prælatus eorum, qui exequebatur poteſtatem ſibi traditam in cęlo, & in terra. Licèt ergo audierit, & interrogauerit ob humilitatem, tamen docebat ob ſapientiam Diuinam, & poteſtatem.

STVPEBANT ERGO OMNES SVPER RESPONSIS EIVS. Erat. n. doctrina Chriſti ſtupenda, interrogationes eius mirabiles erant, ſed eius reſpõſa mirabiliora: Interrogabat enim Magiſtros, & Doctores legis, & quia reſpondere non poterant, ipſe his, de quibus interrogabat, reſpondebat. Reſponſio autem pro doctrina accipitur, iuxta illud: Moyſes loquebatur, Deus autem reſpondebat ei voce. Reſponſio illa de his rebus erat, in quib.
D. Hieron. interrogantem Moyſen Dñs inſtruebat. S. Hier. In prologo Bibliorum. Duodecim annos Saluator impleuerat (inquit) & in templo ſedens de quæſtionibus legis interrogãtes, magis docet, quàm interrogat prudenter. In verbis aũt, & ſermone Chriſti mira quædam maieſtas inerat, ac energia, nã & vultus eius fulgidus apparebat, quem ille ſplẽdere aliqñ permittebat in terris adhuc commorando, vt efficacius argueret, atque ſuam Diuinitatem, & potentiam manifeſtaret. Quod aũt Dñs ſedebat, audiebat, & interrogabat Doctores, humanæ id erat humilitatis indicium, quando verò ſublimiter reſpondebat, Diuinæ erat poteſtatis argumẽtũ. Magnum profectò id fuit miraculum Diuinitatis ſuæ, cum puer duodenus tam ſapienter interrogabat, & reſpondebat. O' quàm fęlices illi Doctores, ſi ſcripturarum interpretationem ex ore tãti Magiſtri, Sanctiſſimi pueri audire voluiſſent, ſed excæcauit illos inuidia, & in ſua malitia contabuerũt. Nos autem fideles laudemus Deum in operib. ſuis, quia paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, qui vocatur admirabilis, conſiliarius. Mirabantur Doctores, & auditores prudentiam, atque raram, & penè inauditam vultus, linguæ, geſtus Chriſti moderationem, quæ tantam gratiam reddebat intelligentiæ, vt ſtupeſcentes mira tenerentur auiditate ſermonum eius.

QVI EVM AVDIEBANT. Puerum ſcilicet tãto cum iudicio, & eloquentia ex Sacris Scripturis myſteria depromentem. Vnde aptiſſimè, & æquiſſimè poterat quiſque illorum, tum temporis, hunc pſalmiſtæ verſiculum dicere. *Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia* Pſ. 118. v. 99
tua meditatio mea eſt. Mirantur Doctores, & iuſtè, quia rẽ talem nuſquam, vel audierant, vel viderant. Mirabantur, & parentes eius quod à pueritia ſtatim ſuam ſapientiam voluerit hominibus teſtatam facere. Legimus quoſdã multa præter ætatem prudenter, & maturè egiſſe, quæ ſpectantibus magnam admirationem pariebant, & futuræ virtutis indicium erant. Quemadmodum de Boleslao III. ſcribit Cromerus. Nam cum Vladislaus I. Polonorum Rex Secechum Palatinum Cracouienſem cum exercitu contra Morauos mittebat. Boleslaus filius (qui poſthac mortuo pa- Crom. lib. 5
tre bellicis artibus mirificè claruit) nonum tunc agens annum genua patris amplexus exorauit eum, vt cum Secécho mitteretur. Non abnuente patre vbi ad exercitum ventum eſt, puer ſingula, quæ fiebant; curioſius obſeruare, verſari inter ordines, omnibus arridere, æſtum, imbremque pati, vigilare, humi cubare, vigilias cum Secécho obequitare, aliaque multa præter ætatem facere, ferreque viſus eſt, ita vt indoles illa, ſtudiumq; pueri, futuram eius magnitudinẽ, non obſcurè portenderet. Item de Ladislao (poſtea Vngariæ Rege) referunt Hiſtorici, quod adhuc puer quatuor annorum, incedebat per aulam tanquam ſciret ſe Regem eſſe, deberique ſibi ab omnibus reuerentiam, oculoſque nũc huc, nunc illuc non ſine maieſtate quadam deflectens, candidulam manum porrigebat aſtantibus: tãtaque elucebat in eo puero grauitas, vt ſæpè minorem grãdæui Reges pręferrent. Antequam patruelis adeſſet, nutricem percontatus eſt ſæpè, vbinam eſſet? Quem vt venientem didicit in honorantis modum ſuaptè induſtria caput ſuum inflexit, & tanquam ſciret, quantum ducalis dignitas ab imperiali diſtaret, aliter Sigiſmundo Duci, aliter Cæſari ſe obuiam dedit. Dum hinc, atque illinc in circulo interpellaretur, Æthiopem fortè vidit, inque in Cæſaris fugiens ſinum, Heu quàm inquit, deformis eſt iſte. Demiratus eſt Cæſar, confugientis ad ſe pueri confidentiam, qui priori tempore, nunquam in eum erigere lumina voluiſſet, lætuſque nouitatem circumſtantibus exponebat. Tum Gaſpar Schlichius Cancellarius. Ne mirere (inquit) Imperator, numen in puero eſt. Matrem habuit cum te antea ſpreuit. Nunc illa defuncta, præter te habet neminem; ideoque tibi tãquam patri alludit. Tu illi pater, tu mater, tu auus es. Æneas Siluius libr. 1.
in te illi ſpes, in te ſubſidium, in te ſalus eſt. Mouerunt Cę- cap. 18.
ſarem tum pupilli blãdimenta, tum Gaſparis verba, & poſt morulam: Non deſeram (inquit) ſanguinem meum, &
vel cum Romani Imperij, & Auſtriæ periculo partes pueri I
ſuſtinebo. Cum aũt ſextum annũ agebat. Grizea Boemus acceſſit manum eius exoſculaturus, & in hunc modũ verba fecit, Video te tandẽ, teneoq; mi Rex ſi tu ſcires, quæ ego pericula ꝑpter te ſubini, quibus me laboribus implicui, quod

aduer-

Digitized by Google

adverſo corpore vulnera accepi. Patri ego tuo, tibiq; vitã devovi: etſi tu hæc per ætatem non intelligis. Et ſubridens; Quod mihi (inquit,) præmium fidei ac laboris erit? & quod das militi tuo ſtipendium? Tum Ladiſlaus oculos huc, atq;

Æne. Sil. c. 58. Hiſt. Bohem. Boiintnius lib. 5. Dubra. lib. 58.

illuc deflectens, loculos Ioannis Magiſtri Cameræ, in quib. ille nummos pauperibus erogandos aſſeruabat, tactus arripit, æraq; ſex tantum, neque. n. plura inuenit illinc deprompta Griſeæ dono dedit. Quos ille auro poſtmodũ incluſos è collo ſuſpendit Regiæ gratitudinis monimentũ futuræ magnificẽtiæ indicium. Sed quid habet hic Boleslai, & Ladiſlai pueri induſtria, cum puero Ieſu, qui in tenera ætate Magiſter fuit Doctorum, ſed & nos inſtruit; vt præpoſitis noſtris ſubijciamur. Nam dimiſſis doctoribus, ſolus cũ parentibus remanſit. Tacet Ioſeph, qui nihil habebat iuris in partũ Mariæ. Mater pro ſua authoritate loquitur dicens.

FILI QVID FECISTI NOBIS SIC. Non increpauit, nec obiorgauit, ſed dolorem ſuũ indicauit: Quã obrem ſuauiſſimè fili, inquit, remanſiſti Hieroſolimis, equidem vellem ſcire moræ iſtius cauſam, vt ea cognita in me mitigetur dolor. Satis modeſtè de ſe loquitur Beatiſs. Virgo, in qua dolor cum lætitia inenarrabili miſcebatur, quem

Plutarchus.

corde, & ore exprimebat. Scribit Plutarchus de quadã nobili matrona, quod cum audiſſet filium ſuũ occubuiſſe in bello, & tandem pôſt multum temporis redeuntem viuum dũ aduertiſſet, tanta in ea fuit lætitia exorta, vt præ gaudio geſtiẽs deliquium paſſa corrueret, quod cor ſupra modum dilatatum fuerit in ea, vt loqui non potuerit. Sãcta mater Eccleſia poſt cõtemplationem paſſionis Chriſti in hebdomada ſancta vſq; ita lætari in Paſchalis feſto ex reſurrectione illius, vt nihil prę dilatatione cordis dicere videatur, niſi *Alleluia*. Et quemadmodum ex lagena plena odorifera aqua propter ſtrictum orificium tota ſimul erumpere nõ poteſt; ſed guttatim deſcendit, ita Eccleſia plena lætitia non poteſt aliter exprimere ſuum affectum, niſi dicendo *Alleluia*, & toties repetendo tanquam guttas ſtillat lætitiæ ſuæ. Talis B. V. Mariæ lætitia, & incomparabiliter maior fuit, cũ puerũ Ieſum, poſt tot dolores inuenit, talis fuit, & S. Ioſeph. Sic verè pænitentes lætantur, cum per peccatum amiſſum Deum iterum per pęnitentiam inueniunt, ſic lætabatur Dauid cum

Pſ. 15. v. 9.
Pſ. 43. v. 3.

dixit: *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea*. Et in alio loco. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*. Ex hac ergo lætitia cum dolore mixta ſubiungit Beatiſſima Virgo.

ECCE PATER TVVS, ET EGO DOLENTES: Ob honorem, & dignitatem virilem præponit ſibi Sanctum Ioſeph, B. Virgo, quia maritus eius erat, ſecũdũ legem: Propterea & SS. Euang. per S. Ioſeph, non per B. Virginẽ Genealogiã texuerunt. Diſcant ergo exẽplo eius vxores viris ſuis honorem deferre: quia vir caput eſt mulieris. Magna ſanè dignitas Sanctiſs. Ioſeph ſponſi Beatiſs. Virg. quod Pater Chriſti ab ea vocetur. Minus eſt, quod ab ignaris myſterij incarnationis, dicatur Pater Chriſti quẽadmodum blaſphemi Iudæi dicebant: Nõne hic eſt filius Ioſeph fabri, ſed quod Euangeliſtæ, & ipſa B. Virgo tale ei nomen tribuant, id magnæ ſanctitatis, & excellentiſſimæ dignitatis ſignum eſt. Communiter imponuntur nomina rebus ad ſignificandam naturam, officium, dignitatem, & excellentiam earum, maximè ſi nomina non à caſu, ſed ex propoſito, & præmiſſa deliberatione imponuntur. Quemadmodũ ex Sacra Scriptura colligitur Adam perfectam habuiſſe notitiam omnium, quæ produxerat Deus, eo quod eis nomina impoſuerit; ſic in quolibet Regno, Rex dr̃, qui regit; Iudex, qui iudicat; Paſtor, q̃ paſcit, &c. Cũ igitur S. Ioſeph imponatur nomen patris, certè hoc nomẽ debet eſſe ſignũ alicuius p̃dictorũ. Et qm̃ ſolus æternus Pater, & B. Virgo ſont parentes naturales verbi Diuini, nomen patris S. Ioſeph impoſitum, qm̃ non ſignificat naturalẽ productionẽ Chriſti p̃ generationẽ dẽr ſignificare officiũ, dignitatẽ, & excellentiã. Olim patres per officiũ dicebãtur gubernatores domus, vel familiæ, quẽadmodũ apud Romanos primarius famulus, domũ gubernãs dicebat̃. Pater principis teſte Claudiano.

Gen. 2.

genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur Regia Patrem.

Item apud Ægyptios cum Ioſeph cõſtitueretur gubernator Ægypti preco clamabat iuxta vulgatum, vt omnes corã eo genua flecterent, vbi verſio Chaldea dicit. Et preconem ire fecit corã eo. Hic eſt Pater Regis, ideo cum gloriaretur in præſentia fratrum de dignitate ſua Ioſeph dicebat. *Non veſtro cõſilio, ſed Dei veritate huc miſſus ſum, & fecit me Deus quaſi patrem Pharaonis*. Inter Syrios in curia regis Aſſueri, Naaman erat pater per officium; ideò & ſerui illius dicebãt ad ipſum. *Pater, & ſi rem grandẽ tibi dixiſſet Propheta, &c.* Eodem titulo gaudebat Hyram in curia Regis Tyri. Ideò ſcribens ad Salomonem dicebat. *Miſi tibi virum prudentẽ Hiram patrem meum*. Hic ſicut, & cæteri prædicti nõ erant Patres per generationem, ſed ex officio. Eodem modo, & Ioſeph, ex officio dicitur Pater Ieſu. Habebat autem plura officia S. Ioſeph, ex quibus iuſtè hoc patris Ieſu nomen ſibi vendicabat. Nam in primis erat tutor Ieſu talis, quales ſolẽt eſſe illi, quibus Principum filij cõmendantur, dum in exteras nationes mittuntur. Præterea erat Pater Chriſti adoptiuus, cum adoptat ſibi filium vir diues, & honoratus, quẽ conſtituit hæredem vniuerſorũ dr̃ Pater eius S. Ioſeph adoptauit ſibi in filium Chriſtum, & hæredem conſtituit, non effectu, quia pauper erat, ſed affectu, eo modo quo dicebat D. Aug. Deus meus ſi ego eſſem Deus, & tu eſſes Aug. Ego vellem eſſe Auguſt. vt tu eſſes Deus. Ideo & ratione iſtius adoptionis, rectè S. Ioſeph dicebat̃ Pater Ieſu. Deindè erat pater Ieſu per electionem. Politicæ leges docent Regẽ per electionem tantæ dignitatis eſſe, quantæ ſunt reges hęreditarij. Cum ergo electus fuerit Ioſeph in patrem à Chriſto, rectè hoc nomen dignitatis ei tribuitur. Communiter etiã nomen patris attribuimus ei, cui obligamur pro aliquo excellentiſſimo beneficio, maximè pro vita corporali, aut Spirituali; & ex hac quoque cauſa rectè S. Ioſeph dicitur Pater Chriſti, qui eum liberauit à morte, quam ei Herodes Tyrãnus inferre volebat, vt cætera bona opera, puta prouidendi neceſſaria, victum, amictum, & his ſimilia omittam. Iã verò nõ ſolùm officium, & dignitas, ſed & ſanctitas vitæ promeruit, vt Ioſeph diceretur pater Chriſti. Quemadmodum enim D. Auguſt. inquit, lætare Ioſeph, quod non ſolùm dignus factus ſis habere pro ſponſa puriſſimam Virginẽ, ſed etiam Virginitate tua promeruiſti, vt nomen patris Chriſti tibi attribueretur. Non immeritò ergo dixit B. Virgo.

Gen. 45. v. 8
4. Reg. 5. v. 33.
2. Paralip. 2. v. 13.
K
D. Auguſt.
Aug. ſerm. 14. de Nat. Dom.

EGO, ET PATER TVVS DOLENTES QVÆREBAMVS TE. Quid tanti pueri abſentiam ferre non poterant. Et nos etiam, ſi cognouerimus Dñm Ieſum nos reliquiſſe doleamus. *Voſmetipſos tentate*, ait Apoſt. *ſi eſtis in fide, ipſi vos probate. An nõ cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? Niſi fortè reprobi eſtis*. Hoc dicit Apoſt. (ait Ambroſ.) quia ſi probare, atq; diſcutere vos inuicem neſcitis: non cognoſcitis, quia Ieſus Chriſtus eſt in vobis, & hoc eſt reprobum eſſe neſcire religionis, & profeſſionis ſuæ fidem. Qui. n. fidei ſuę ſenſum in corde ſuo habet, hic ſcit Chriſtum Ieſum in corde ſuo eſſe; hęc Ambroſ. Proindè Apoſt. dicit Chriſtum in ſe viuere. *Viuo ego iã non ego, viuit verò in me Chriſtus*. Chriſtus autem viuit in nobis per fidem, ſicut idem Apoſtolus ait, *Chriſtum per fidem habitare in cordibus noſtris*. Igitur qui non habet fidem charitate formatam, non habet Chriſtum, vbi verò fidei eſt diuiſio, ibi non eſt charitas, quoniam charitas colligit; Hæreſis verò diſpergit. Igitur omnes hæretici, quia nõ habent charitatẽ, non habent Chriſtum, licet ſibi promittant eum debitorẽ, quaſi Chriſtus mortuus ſit non ſolùm pro impijs; verũ etiã pro improbis, qui poſt baptiſmum luxurioſè, & impiè volũt viuere. Atqui Chriſtus peccatores venit vocare ad pænitentiam, & non vt in peccato perſeuerent, & maneant. Soli verè pænitentes quærunt Chriſtũ dolẽtes, & flentes. Nec alia via facilior eſt ad inueniendum Deum, quàm lachrymæ dolore elicitæ; de his enim ſcripſit Gregorius. Lachrimæ ſunt peccati diluuium, mundi piamentum, iter ad Deum. Hinc S. Leo principem Apoſtolorum ſic alloquitur Fęlix es ò Apoſtole, lachrimæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem habuere ſacri baptiſmatis. Hoc lixiuio animæ ſuæ maculas abluit. S. Dauid hoc pane animã ſuſtẽtabat, quod ipſe fatetur dicens: *Fuerunt mihi lachrimę meę panes die, ac nocte*. Hoc potu animã reficiebat inquiens. *Super aquam refectionis educauit me, animam meam cõuertit*. Et benè, nam vt inquit Ambroſius, paſcunt frequenter lachrymæ, & mentem alunt. Lachrymæ ergo ſunt diluuium

2. Corin. 13. v. 5.
Ambroſ. ad Galat. 2. v. 20.
Epheſ. 3. v. 17.
S. Aug. ſilius pupillæ S. Maoræ fol. 66.
S. Leo ſerm. 9. de paſſione fol. 21.
Pſ. 41. v. 4.
Pſ. 22. v. 2.
Ambroſius.

H 2 pecca-

Digitized by Google

peccatorum,ſunt aqua abluens peccata, non qualiſcunque ſed diſtillata ex floribus virtutum mediante igne S. Spiritus. Sunt ſicut aquæ maris rubri, quæ fecerunt iter populo Iſraelitico in terram promiſſionis,hæ autem faciunt iter ad Deum; Sic Chriſtum inuenit Petrus; ſic Magdalena; quia
Io. 20. v. 12. dum fleret, *Vidit duos Angelos in albis ſedentes*, & ipſum poſthac Angelorum Dominum. Flendum ergo eſt dũ quęrimus Deum,quouſque ipſe in perſona ſua abſtergat omnẽ lachrimam ab oculis noſtris. Sed mirum eſt,quod B. V. Maria non dicit flentes quęrebamus te,ſed dolentes,propterea quod ſe hoc termino *dolentes* melius anxietatis ſuæ molem exprimere poſſe putabat: Nam vt inquit Boetius. Si dolor adſit nubila mens eſt. Tempore æſtiuo, dum nubilum eſt cęlum maiorem ſentimus calorem,quam cum ſol virtutem & radios ſuos diffundit per aerem: nam dum nube radij ſolis impediuntur, mine multiplicantur, & fortificantur: Sic quandoque dolor in cordis intimis conntetur,& quaſi nubila eſt anima,cor anxium,ac gemens,& ſuſpirans;ſed poſtquam nubes reſoluuntur in aquam,dolor in lachrimas, leuior dolor eſt,& cor minus anxium, ideo ergo dixit B. V. Maria *dolentes*.non flentes, abſque dubio tamen multum fleuit de amiſſo filio ſuo. Si enim Dauid amiſſo Deo per pec
Pſ. 37. v. 9. catum dicebat. *Rugiebam à gemitu cordis mei*. Et non ſine
D. Auguſt. cauſa dixit, *à gemitu cordis*. Nam vt dicit D. Auguſtinus. Hic à gemitu cordis, alij rugiunt à gemitu carnis,& horum gemitus,quia malè gemunt,nil valet, gemũt enim propter damna temporalia,non propter damna animæ. Si ergo, inquam,Dauid ſic rugiebat à fletu,quantò magis B. V. Maria quærendo dilectiſſimum filium ſuum tanquam theſaurum ſapientiæ,deſiderio,voce,& labore,ſicut Salomon iubet,quæ melius mærorem ſuum non potuit,niſi nomine doloris exprimere dolens ob cauſam ſupra dictam. Sed Dominus Ieſus cõſolans eã inquit. QVID EST QVOD ME QVÆREBATIS? Cum hæc mea abſentia à vobis,in gloriam Dei ordinata fuerit. Iſtud eſt verbũ primum ab ore Dei prolatum,cuius meminit Scriptura. Poſſibile eſt,& alia plura eum locutum fuiſſe, ſed de illis mentionem non facit,ſicut & fecit multa alia miracula,quæ ta
Ioã. cap. vlt. men non ſunt ſcripta vt dicit S. Ioannes. Quam ob cauſam (inquit) me quærebatis,cum receſſeram à vobis,ſi quidem id fecerim in gloriam patris mei: Gaudere potius debetis, & non flere,quandoquidem honorem patris mei quæſiui. Dic Ariane,quem Chriſtus hic vocat Patrem? Sanctum ne Ioſeph? Minimè Nam Chriſtum vocat templum domum patris ſui. Templum autem illud erectum eſt in nomine
I. Domini,& nõ in nomine Ioſeph. Patrem ergo vocat Deũ, ideoque debemus in Chriſto duas agnoſcere natiuitates, ſeu generationes; paternã vnam; maternam alteram. Sed paterna eſt diuinior materna,quæ in noſtrum bonum vſũque deſcendit. Et ideo quæ ſupra naturam,ſupra ętatem ſupra conſuetudinem fiunt,non humanis aſſignanda virtutibus,ſed diuinis referenda ſunt poteſtatibus. Quoniam ergo B. Mater cauſam ſui doloris cupiebat ſcire, obediens puer liberè indicauit: dicens oportere ſe in his,quæ patris erant, eſſe,quoties fuiſſet opus,& ſibi delegato munere fungi. Hãc enim ob cauſam miſſus fuerat à patre cęleſti in hunc mundum,vt ſalutem hominum procuraret. Quapropter deponenda eſt omnis ſolicitudo,metusque duturis,cũ vobis notum ſit,me his,quæ honorem patris mei concernunt operam dare. Quanta ergo ſolicitudine,chariſſimi,quantaque induſtria,& animi feruore par eſt,vt exequamur ea,quę nobis Deus præcipit facienda,cum videamus Chriſtum, tam diligenter mandata Patris ſui cæleſtis exequentem. B. Mater Ioſeph patrem Chriſti nominat. Chriſtus verò Deum patrem ſuum vocat, cuius voluntati implendæ ſemper incũbit. Et eius voluntatem facio ſemper.

Ioan. 8. v. 19 NESCIEBATIS, QVIA IN HIS, QVÆ PATRIS MEI SVNT OPORTET ME ESSE? Non aſſertiuè,ſed interrogatiuè reſpondit. Vt ſit ſenſus. Cum vobis conſtet, quod ſim miſſus à Patre cęleſti, vt procurem ſalutem hominum,in mentem venire vobis dẽt. me illus operibus perficiendis intentum eſſe. Cum ſim Magiſter Angelorũ,docui in cælo Angelos, ſed quoniã miſſus ſum à Patre,vt ſim Magiſter hominum,hodie Cathedram poſſeſſione accipio,& lectionem lego,non qualitercunque ſed ad mẽtem Patris mei. Dicit verò PATRIS MEI. Non patris veſtri,quia ſolius Chriſti eſt pater naturalis, nobis verò pater adoptiuus.

ET IPSI NON INTELLEXERVNT VERBVM. Hoc eſt nondum planè perceperant ſublimitatem Diuinæ ſapientiæ,& virtutis,licet ſcirent eſſe prolem diuinam: nondum tamen plene perceperunt conſilij diuini modum, quo Dominus vti voluit in ſuo admirabili incarnationis opere. Audiunt nomen patris,audiunt negotia patris,& ſciunt non de Ioſeph loqui; ideoque magna circa eius geſta admiratione tenentur, ſed ne videretur inobediens matri ſubdit Euangeliſta.

ET DESCENDIT CVM ILLIS, ET VENIT NAZARETH, ET ERAT SVBDITVS ILLIS. Iam oſtenderat,quibus in negotijs parẽtibus non ſubeſſet, deinceps ad ſolitam parentum redijt ſubiectionem, *& erat ſubditus illis*: nempè parentibus. Omnibus Prelatus ſubditus fieri non eſt dedignatus. Miror
vtrum liber, ait Bernardus, ſiue filij benigniſſimam dignationem,ſiue matris excellentiſſimam dignitatem,vtrinque ſtupor,vtrinque miraculum;quod Deus fęminę obtẽperat, humilitas abſque exemplo,& quod fęmina imperet, ſublimitas ſine ſocio. Quid.n. Magiſter virtutis, ait Ambroſ. niſi officium pietatis impleret,& miramur, ſi patri defert, qui ſubditur matri. Non itaq; infirmitatis,ſed pietatis iſta ſubiectio eſt. An homini deferre pietatis eſt: Deo aũt deferre infirmitas? Pater honorificat filium,non vis vt filius honorificet Patrem? Diſce quid parentibus tuis debes cum legis, à patre filiũ non voluntate nõ opere,non tẽpore diſcrepare. Ecce Chriſtus obedit,nõ ſolũ Beatiſs. Virg. ſed & Sanctiſs. Ioſeph. ET MATER EIVS CONSERVABAT OMNIA VERBA HÆC IN CORDE SVO. Mater prudentiſſima ſagaci voluebat mente omnia facta, dictaq; de puero,pauca loquens,plurima cogitans. Modeſta erat,& prudens. Modeſta quidẽ in tacendo, prudens in cogitando. Non ſe iactabat,ſed magnificè de puero cogitabat,conferẽs in corde ſuo,in theſauro ſuo verſans,& reuoluens,quæ prius oſtenſa ſibi fuerant oracula. Cõſeruabat aũt & verba illa,& beneficia Dei in corde ſuo, & tunc, & toto vitæ ſuæ ſpatio, ex quo in tãtum amorem erga Deum exardeſcebat,vt cor illius ſanctiſſimum igne amoris Diuini ſuccenſum continuò arderet,multò magis, quàm illius,qui di
cebat: *In meditatione mea exardeſcet ignis*, & hoc non aliã Pſ. 38. v. 4.
ob cauſam,niſi quia cõſeruabat Dei beneficia in corde ſuo. Sol cum tranſit per vitrũ cryſtallinum,non rumpit vitrum, imò nec calefacit. Stupam aũt,quæ eſt à longè,vel lignũ,cõburit,quia vitrũ nõ cõſeruat,non retinet calorẽ, lignũ aũt, vel ſtupa ſuſcipit,& fouet. Ita ſi quis globum calefactum de manu in manum recipiat,& in vna manu diutius non retineat,vix manum ille globus calefacit,ſic qui non conſeruat beneficia Dei in corde ſuo,frigidus eſt erga Deum. Beatiſſima autem Virgo conſeruabat in corde ſuo omnia verba hæc,& beneficia Dei,& inde eſt quod potius in cælis commorari videbatur dum in terris viueret,

ET IESVS PROFICIEBAT SAPIENTIA, ET ÆTATE, ET GRATIA APVD DEVM, ET HOMINES. Sicut proficiebat corporis ſtatura,viribus,atq; corporis acceſſu,ita planè maiora ꝓmebat ſapientiæ,& gratiæ indicia, quæ profectò in anima Chriſti fuerunt in ſummo gradu à principio ſuæ conceptio
nis. Proficiebat Ieſus, ait Greg. Nazianz. non quod incremẽ Grego. Nazian. 8. Oratio.
tum aliquod acciperet; cũ fuerit ab initio pfectiſſimus. ſed quod hæc paulatim detegebantur,& apparebant,videlicet ſapientia,& gratia. Profecit igitur nõ habitu,ſed effectu,nõ per habituũ augmentũ ſapientiæ,& gratiæ,quippè qui ſim naturam humanã accepit à patre, à principio ſuæ incarnationis,oẽm gratiæ,& ſapiẽtiæ plenitudinẽ: ſed per effectuũ oſtẽſionem: cũ ætatis.n. augmẽto maiora,atq; plenioris ſapientiæ opera faciebat. Ecce bone Ieſu,ſapientia noſtra ſtultitia eſt,da quæſumus,vt hæc ſtultitia vera fiat ſapientia: & auxiliare nobis,vt eam quæramus magis,q̃ pecuniã,& theſauros,iuxta ſapientiſſimi Salomonis conſiliũ,quia ſic intelligemus timorem, & inueniemus te ſapientiam Dei patris tui. Cum quo,& Spiritu Sancto Deus trinus, & vnus viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum Amen.

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIO Moralis

Dominicæ infra Octauam Epiph

De Sapientia.

Luc. 2. v. 53 *Ieſus proficiebat ætate, & Sapientia.*

Sap. 7. v. 14. *Infinitus eſt theſaurus Sapientiæ, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitię Dei.*

A MIRARI quiſquam poſſit, quam ob cauſam Salomon, non ſolum cunctis opibus, ſed omnibus quæ deſiderari poſſunt prætulerit ſapientiam. Pro. 3. v. 15. *Pretioſior* (inquit) *eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur huic non valēt comparari.* Quod etiam exaggerat diuerſa prędictorum verborum lectio. Nam vbi volgata habet, cunctis opibus. Hebraicè legitur. Hebraicè *Pretioſior eſt cunctis margaritis, & voluntates tuę non æquabuntur in ea.* Septuag. Septuaginta verò interpretes legunt. *Pretioſior eſt lapidibus, & non reſiſtit illi vllum malum.* Omnibus itaque opibus non ſolùm in vnum collectis, ſed etiã quas inſatiabilis humana auiditas appetere poteſt, pretioſior eſt ſapientia. Omnibus prætetea margaritis nobilior. Inter res Plinius. pretioſas teſte Plinio margaritæ principatũ olim obtinuerant: Ideo & Chriſtus Dominus Euãgelium margaritis cõparauit, & quælibet Euangelio poſtponenda, exemplo eius qui mercatur margaritas, docuit. Ideo quoque Salomon probitatem, & virtutem, ac cętera quæ nomine ſapientię intelligit, margaritis anteponenda eſſe voluit. Mirum eſt quãtum merguli induſtriæ adhibeant, vt ex profundiſſimo maris ſinu margaritas eruant, ſed illud præcipuum quod prorſus ore compreſſo, ſpirandi aditum, exitumq; pręcludũt. Ad eundem igitur modum, qui ſapiẽtiam id eſt probitatem inueſtigat, quod margaritũ eſt omni auro pretioſius, omnia aliarum rerum deſideria, quæ ſunt quodammodo aſpirationes, & anhelitus noſtri cohibere & opprimere debet: nã quo aliquis appetitiones ſuas melius continet, eò plures nãciſcitur virtutes, quæ omnibus margaritis pretioſiores ſunt, atque hoc eſt quod ibi dicitur, & voluntates tuæ, id eſt appetitus & deſideria non æquabuntur in eis. Omnibus denique lapidibus pretioſior eſt ſapientia, & non reſiſtit illi vllum malum. Dicunt Septuaginta interpretes. *Pretioſior eſt cunctis adamantibus.* Adamas malleis nunquam domatur; ſapientia, probitas, & virtus, etiãſi tundatur ab alijs, non poteſt lædi, tentationibus non cedit, ſed fortior ijs exercitata fit, & pro nomine Saluatoris inter flagella lætatur; atque ita non reſiſtet ei vllum malum, Adamas expellit metus irrita reddit venena, domat duriſſima corpora, lymphaticorum morbis medetur, maleficijs occurrit. Plin. lib. 37. cap. 4. Sapientia verò non quibuſdam, ſed malis omnibus medetur, ideo pretioſior eſt ſapientia cunctis adamantibus, & non ſolum cũctis adamantibus, ſed omnibus lapidibus pretioſis, omnes lapides pretioſos ſuperat pretio virtus. Nam conſtans apud peritiores ſententia eſt, gemmas, & omnes pretioſos lapides primum in pretio haberi cæpiſſe, propter virtutes ſecretas, quibus aduerſus morbos præditi ſunt. Poſtea verò luxu in dies incrementa capiente, quæ fuerant morborum medicamenta in ornamenta gloriæ, & oſtentationem traducta ſunt, cum igitur non vnum, aut alterum malum, ſicut lapides vnum, aut alterum morbum, ſed omnia mala pellat virtus, omnibus quoque lapidibus pretioſior eſt, omnibus reſiſtit malis, omnia vincit, indomita domat corpora, vt quemadmodum cuſpide adamantino in duriſſimis quibuſque corporibus ſcribitur: ita durum malum nullũ eſt, quod ſapientia, probitas & virtus, non incidat non ſulcet, non edomet. Ea eſt. n. honeſtatis vis, vt mala etiam ſi id fieri poſſet, in bonã formã reducere videatur, ideo iure merito omnibus margaritis, & lapidibus præfert Salomon ſapientiã.

B Sed quam ob cauſam mirari, vt dixi ſupra, aliquis poſſet à admirationem hanc tollit ipſemet Salomon, quoniam (inquit) *infinitus eſt theſaurus ſapientiæ, quo qui vſi ſunt, facti ſunt participes amicitię Dei.* Si eſt infinitus, quid mirum quod ſit pretioſior cunctis opibus, quæ finitæ ſunt? ſi illi, qui eo vſi ſunt, amicitię Dei participes effecti ſunt, quid mirum, quod ſit pretioſior cunctis margaritis? Si illi, qui eo vſi ſunt participes immortalitatis facti ſunt? ſola ſapientia (inquit Plato) poteſt facere homines immortales, ita vt rectè dici poſſit, quia qui vſi ſunt facti ſunt participes immortalitatis. Plato in Sympoſio. Quod fortaſſe innuit Dauid, quando cum maxima inſtantia petijt ſapientiam à Deo, & non aliam aſſignat cauſam niſi vt viuat & nunquam moriatur. Non petit à Deo diuitias, poſſeſſiones, potentiam, aurum, argentum &c. quia hęc non iuuant, nec promouent hominem ad immortalitatẽ, ſed ſolam ſapientiam. *Aequitas* (inquit) *teſtimonia tua in ęternum intellectum da mihi & viuam.* Pſal. 118. v. 144. Supple in perpetuum. Quia viuens vita temporali, nõ temporalem ſed perpetuam vitam poſtulat, acquirendam per intellectum. Intellectum da mihi & viuam, id eſt ſapiẽtiam, ac probitatẽ, & virtutem, neque enim ſolum intellectum ſpeculatiuum, qui in contemplatione conſiſtit, poſtulat, ſed principaliùs intellectum practicum, qui ad laudabiles & virtute inſignes operationes extenditur. De infinitate igitur huius theſauri, ſcilicet ſapientia, in qua proficiebat Ieſus, vt inquit Euangelium. Lucæ 2. Proficiebat Ieſus ætate & ſapientia coram Deo, & hominibus, in primis nobis agendum eſt. Deinde quomodo, hic theſaurus acquirendus eſt. Denique quod hoc theſauru amicitia Dei, & immortalitas comparanda eſt iuxta illud Salomonis, quo q vſi ſunt participes facti ſunt amicitię Dei.

C Agreſtes & ferales ſunt illæ nationes, quæ reſpuunt ſapientiam, & ſunt literis inimicæ, qualis inter alios fuit Michael Balbus, Michael Balbus. qui ita ſe literis contrarium declarauit, vt nec ipſe ſtuduerit, nec alios doctrina imbuere permiſerit, imo ſcholas euerterit, & pueros ſcientia imbuere prohibuerit. Eam etiam ob cauſam Licinius Imperator inter Barbaros computatur, Licinius Imperator. quod tantus idiota eſſet vt nè ſubſcribere quidem literas ſciuerit. Et iure meritò hi ſapientię oſores inter agreſtes recenſiti ſunt. Communis enim Theologorum doctrina eſt, id quod præcipuum vrget in homine, & per quod diſtinguitur ab animalibus irrationabilibus eſſe rationem, & intellectum, qui eſt radix, & initium ſapientiæ: ita quod quantò quis magis eſt ingenioſus, tantò eſt magis capax ſapientiæ. Et non ſolùm ab animalibus ratione carentibus, ſed etiam ab alijs hominibus differt homo ſapiens per ſapientiam in tantum, vt planè alterius ſpeciei eſſe videatur ille, qui caret ſapientia, ab eo qui ea imbutus eſt: vt quidam Poeta ait. Homo homini quid pręſtat? D Quod ſi hominibus conditionis inferioris eſt neceſſaria ſapientia, quantò magis Regibus, Monarchis, Gubernatoribus, Superioribus. Iſti enim ita differre debent ab omni populo, quemadmodum differt vir ſapiens ab inſipiente. Hinc quando Deus elegit Saul erat altior omnibus, ita vt ſuper omnes emineret capite; vt oſtenderetur, quòd omnem populum debuiſſet antecellere ſapientia. Quando Deus creauit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, conferendo illi memoriam & intellectum, quando eum conſtituit dominum omnium creaturarum, vt præeſſet piſcibus maris, volatilibus cęli, & vniuerſæ terræ, tunc contulit illi magnam ſapientiam. Si ergo ille, qui debuit præeſſe piſcibus, & volatilibus fuit tanta ſapientia exornatus, quantò magis ille, qui hominibus præeſſe debet. Quando Deus per Iſaiam promittebat populo aureum ſæculum, fælices annos, proſperoſque dies futuros denunciabat, quando erat futura pax, iuſtitia, ſalus, abundantia omnium rerum, tãdem ad extremũ inquit. *Non vocabitur vltra is, qui inſipiens eſt, princeps.* Magna fęlicitas, ſed mirabile quod dum populo tot proſpera ſimul annunciaret, & prophetaret, Regi, Principi, &c. ſolam ſapientiam promiſerit. Non abſque ſpeciali myſterio id factum eſt Deus enim omnibus tribuit, id quod pro conditione vnicuique conuenit. Subditus debet habere ſuperiorem, qui eum corrigat, iuſtitiam adminiſtret, in pace conſeruet, neceſſaria quo ad victum, & amictum prouideat. Superior autem, cui incumbit regere, & gubernare debet habere ſapientiam, quæ eſt anima, & vita ſuperioritatis. Hæc enim omnia pondera, grauamina, ſuſtentat, ſine ipſa etiamſi ij, qui pręſunt, fuerint ditiſſimi, &

Digitized by Google

potentiſſimi, quoad regimen erunt nõ ſecus, ac corpus ſine
anima, caput ſine cerebro. Nec mirum, nam ſicut omnes
ſenſus originantur ab anima, à corde, à capite, & ab eſſen-
tia eius reſultant paſſiones, ita à ſapientia Regibus, & Su-
perioribus omnia bona proueniunt, vt inquit Sapiens. *Rex*
Sap. 6. v. 26 *Sapiens ſtabilimentum eſt ciuitatis*. Rex Sapiens fortificat
regnum, inſipiens autem deſtruit. Dubitare aliquis poſſit,
quare in illis comitijs, quæ celebrarant arbores, & plantę, vt
eligerent ſibi Regem, in primis nominarunt ad Regnum
arborem oliuarum? Aliqui dicunt quod propterea, quia ſi-
gnificat pacem. Alij alias aſſignant cauſas, ex egregijs qua-
litatibus, quibus hæc arbor abundat. Ego verò dixerim id
factum fuiſſe propterea quia oliuarum arbor pinguedine
ſua eſt ſymbolum Sapientiæ, impinguantis, recreantis, ac re
E focillantis omnia, & hæc maximè deſiderantur in Regibus,
& Superioribus. Neque tamen exiſtimandum eſt eandem
& æqualem omnibus Sapientiam competere. Neque enim
requiritur vt omnes principes ita ſapiẽtes ſint vt Salomõ,
neque eadem ſapientia conuenit ſuperiori, & ſubdito, ho-
mini ſæculari & religioſo, Duci exercitus & viro politico.
Infinitus ſiquidem eſt theſaurus ſapientiæ inquit Salomõ,
quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei, &c.

Lib. 11. de Conſilio Theo. 1. Ex hoc ergo theſauro infinito, omnes haurire debent nõ
tamen æqualiter. Non audet ſapientiam denegare Princi-
pibus magiſter Pſeudopoliticorum, docet enim Principes
prudentia & ſapientia ornatos eſſe debere, ſed in aliud ex-
tremum perniciosiſſimum lapſus eſt, cũ vt Principes ſuoptè
tantum ingenio ſapiant, nec ſapientiam alienam conſilio
comparandam ſuadet, hoc exitiale dogma eſt: etenim Prin
cipem non vſque adeo excæcare debet propriæ ſapientiæ
opinio, vt alienam aſpernetur. Ipſe Salomon ſapiens, ſa-
pientes viros in conſilium adhibere conſueuerat. Sed ante-
quam hunc craſſum eius errorem refutemus, prius videa-
mus acceptiones diuerſas huius nominis ſapientiæ, & am-
plitudinem huius theſauri identidem perluſtremus. Itaq;
ne æquiuocè, & ambiguè loquamur, ſciẽdum eſt quod mul
F tipliciter accipitur ſapientia. Primo ſapientia dicitur Sciẽ-
tia, & certa cognitio rerum ſummè difficilium, altiſſimarũ
atque admirabilium, qualia ſunt ab omni materiæ conta-
gione ſemota & ſeparata entia, vt Deus, & intelligentiæ eo-
rumque perfectiones intrinſecæ. Hæc eſt tantæ excellentiæ
Ariſtot. apud Ariſtotelem, vt nõ duxerit vitio eam ſcientiarũ Deã,
Diuinam poſſeſſionem, & ſcientiam veritatis appellare, ac
proinde ex ea omnem humanam fælicitatem ſpeculatiuã,
poſſibilem pro hac vita haberi exiſtimabat. Præterea acci-
pitur pro ſuprema peritia in quacũque arte; quã inſtructus
iudicat, & ordinat, & corrigit inferiores in illa arte: in qua
acceptione dicimus ſapientem ducem exercitus, ſapientẽ
nauis gubernatorem, & ſapientem architectum. Sumitur
quoque pro ſapientia ciuili directiua multitudinis, qua, qui
pollet, ſcit ſubditos bene regere, iuſtè iudicare, & vnumquẽ-
que ad congruum, & aptum ſibi finem ordinare. In hoc ſen
ſu dicimos Sapientem Regem, Sapientem Patremfami-
lias. Iuxta ſecundum & tertium modum, communiter de
ea loquitur Scriptura Sacra. Primus patet in Philoſophis a-
lijſque rerum abditarum indagatoribus. Secundus in li-
Exodi 31. bris Exodi, de Beſeleel, *quem impleuit dominus Sapientia*,
id eſt ſumma peritia, *ad excogitãdum quidquid poteſt fabre-
fieri, ex auro & argento ex ære, & marmore, & gemmis*.
Tertius verificatur paſſim in Salomone, cui dedit ſcientiam
regendi, & iudicandi populum, quam appellat Sapiẽtiam.
Rurſum ſumitur pro ſcientia interpretandi ænigmata, &
ſomnia. Vnde Ioſeph apud Pharaonem, & Daniel apud
Nabuchodonoſor, & Balthaſar dicti ſunt Sapientes. Sumi-
tur etiam pro conſummata aſtrorum, & motuum cęleſtiũ
cognitione; iuxta quem ſenſum Ægyptij, Chaldæi, & Ara-
bes dicti ſunt Magi, ſcilicet Sapientes, eo quòd in tali noti-
tia maximè excelluerint. Amplius ſumitur pro ſcientia colẽ
Plato. di Deos, cęremonijs, ritibus, & ſacrificijs. Vnde Plato in Al-
cibiade deuoto cõmemorat magiã Zoroaſtris Oromaſij,
quæ nõ eſt aliud quàm ſciẽtia colendi Deos. Et in Scriptura
Sacra ſcientia colendi verum Deum tradita per Moyſen di
Deut. 4. v. 6. citur ſapientia, *Hęc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus
coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc dicant. En
populus ſapiens, & intelligens, gens magna, non eſt alia natio
tam grandis quæ habeat Deos appropinquãtes ſibi, ſicut adeſt
Deus noſter cunctis operationibus noſtris*. Quæ. n. eſt alia
gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias, iuſtaque iudicia, &
vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos
veſtros? Sumitur prçterea pro cognitione rerum diuinarũ,
& ſpiritualium, ad quæ non ſufficit virtus humani intelle-
ctus cum omni inquiſitione ſua. Cui cognitioni adiungi-
tur amor & dilectio, ad omnia rectè rationabiliter, & ſe-
cundum Deum apprehendenda.

G Hæc ſcientia continetur in Sacra Scriptura noui, & ve-
teris teſtamenti, de qua rectè dici poteſt, quod eſt infinitus
theſaurus, quia includit omnes ſcientias humanas, & diui-
nas, includit omnes artes, & quamcunque peritiam guber-
nandi. Includit poeſim in Pſalmis Dauid; Dialecticam, &
Philoſophiam naturalem, in Libris Iob: Ethicam, Politicã,
Æconomicam, & quæ ad regimen pertinẽt, in Prouerbijs,
& libris Sapientiæ: eloquentiam in Prophetis: Rhetoricã,
& artem perorãdi, in epiſtolis Diui Pauli: Bucolicas paſto-
rales in libris Canticorum: viſiones, & metamorphoſes di-
uinas in Apocalypſi: emblemata peregrinarum ſignifica-
tionum in ſerpente ęneo, qui ſignificabat Chriſtum. Docet
Sacra Scriptura artem nauigandi in Arca Noe, quæ dedit
occaſionem ædificandi quodlibet nauigij genus ad pera-
granda, ac traijcienda maria accommodatum, hinc eſt ꝙ
noſtræ rates ſimiliter intus & foris, vt olim arca, bitumine
liniantur. Docet Aſtrologiam in horologio ſolari Achas.
Docet Coſmographiam, cum tractat de diuiſione terrę Sã-
ctæ, & modo tranſeundi Iordanem. Docet modum ſcri-
bendi hiſtorias, & actus heroicos principum, in libris Iudi-
cum, Regum, Paralipomenon, vbi fortitudo Samſonis pro
ponitur; magnificentia Salomonis in ędificijs, liberalitas in
exornando tabernaculo, conſona varietas cantus, & inſtru-
mentorũ muſicorum in templo Dei, cęremoniæ, & modus
colendi Deum. Ibi exprimuntur ſtemmata fortium, ſicut
expreſſa fuerunt in rationali Aaronis, & virtutes eorum ad
imitandum proponuntur. Inſuper quomodo exercitus or-
dinandi ſint, docet Sacra Scriptura, quæ loquens de exerci-
tu Dei, quo vix fuit maior, & copioſior in mundo, ſiquidẽ
in eo continebantur hominum decies centena millia, &
octingenta: hic ſuit inſtructus, & ordinatus, figura quadrã-
gulari, quæ vt aduertit Begeſius de re militari, & alij, eſt fi-
gura aptiſſima ad tuendum exercitum, & reprimendũ ini-
micum. Docet ſtratagemata bellica, vt exiguis copijs ingen
tes vincantur exercitus, exemplo Gedeon, & militum eius,
exemplo Ioſue, qui ſonitu tubarum muros concuſſit, ac ſolo
æquauit. Gedeon autem ſolo lumine inimicos proſtrauit.
Docet proprijs inimicorum armis inimicos expugnare, exẽ
plo Hebræorum, qui Ægyptios armis, quæ ab eis mutuò
acceperant inceſſerunt. Veriſimile enim eſt quod ſicut au-
rum, & argentum mutuò acceperant ab Ægyptijs Hebræi,
ita & arma. Immeritò gloriantur Chinenſes quod fuerint
primi inuentores præli, ſiquidem Spiritus S. per os patien- H
tiſſimi Iob hanc artem inſinuauit. *Quis mihi tribuat vt ſcri* Iob 19. v. 24
bantur ſermones mei? Impoſſibile videtur quod ſcriptura
comprehẽdere deberet miſerias quas patiebatur Iob, ideo
deſiderat, vt ſaltem verba in exemplum patientiæ futuris
ſæculis deſcribantur non in papyro, aut membranis perga-
menis, vel cortice arborum; ſed in libro plumbeo, nõ qua-
licunque calamo ſed ferreo. *Quis mihi det vt exarentur in* Iob 19. v. 24
*libro ſtylo ferreo & plumbi lamina vel celte ſculpantur in ſi-
lice?* Quod ſi id fieri non poſſet, vt ſcribãtur in libro plum-
beo, qui ad conſeruandas antiquitates eſſet aptiſſimus, ita
quod & his temporibus literæ ſcriptæ in laminis plumbeis
ab immemorabili tempore incorruptæ appareant. Vel cel
te ſculpantur in ſilice. Neſcio qualiter legẽdum ſit certe, vel
celte. S. Hieronymus, S. Gregorius, S. Bonauentura, S. Tho- S. Hieron.
mas, & Lyra legunt certe, ita etiam habent Biblia Sixtina Greg. Bona
correctiſſima impreſſa Anno 83. Ita quoque tranſtert D. uent. S. Th.
Hieronymus, & ſignificat idem quod aduſque vt ſit ſenſus. Lyr.
Quis mihi det, vt ſcribantur verba mea, non ſolùm in papy
ro, non ſolum in plumbo, ſed vſque etiam in ſilice, vt ſic nec
ignis, nec aquæ inundatio, nec temporis diuturnitas eis no-
ceat. Alij tamen legunt celtè, & ſignificat inſtrumentum,
quo ſculptores vtuntur in exprimẽdis literis in lapide. Hinc
impreſſores acceperunt occaſionem prælo imprimendi li-
teras.

teras. Quis igitur non videt infinitum eſſe theſaurum ſapientiam? quæ non ſolum tradit, & continet omnes ſcientias, ſed etiam errorem eorum corrigit. Quæ ſcientia videtur eſſe magis aliena ab errore, quàm Arithmetica? potius
I enim vita ſpoliari conſentiret vnus Arithmeticus, quam cõſentiret quòd tria, & vnum non ſint quatuor; vſque ad extremum ſanè vitæ diſcrimen defenderet hoc: quod tria & vnum ſunt quatuor. Sed corrigit Arithmeticam ſapientia Diuina, quæ docet, quod tres perſonæ, & vna eſſentia, non ſunt quatuor res, quia quaternitas non eſt in diuinis, nec eſſentia realiter diſtinguitur à perſonis, nec in Trinitate ſunt tres Dij, ſed vnus Deus. Eſt ſapientia fons, vnde innumerabiles iiſq; amænisſimi bonorum omnium fluuij emanant; eſt hortus, in quo non ſolum fructus colliguntur, ſed & flores virtutum, non ſolum flores, ſed & herbæ, quæ non tantum neceſſitati, & ſanitati tanquam medicamenta, ſed etiã recreationi deſeruiunt.

Ingenia hominum ad recreandos ſenſus inuenerunt varia commenta vt comœdias, ſpectacula, exteriores apparẽtias, quæ ita videntur eſſe, & non ſunt. In quibus apparet, quod aliquis ſit decollatus, vel quod ex fronte ſibi aquæ fluant, & ſimilia, in rei tamen veritate ita non eſt. Simile
Sap. 3. v. 2. quid habemus in libris Sapientiæ. *Viſi ſunt oculis inſipien-*
Ioa. 7. v. 78. *tium mori illi autem ſunt in pace. De vẽtre eius fluunt aquæ viuæ*, dixit Chriſtus, de homine in gratia exiſtente, quod eſt fons vitæ æternæ. Eſt ſapientia liber manu ipſius agni intus & foris deſcriptus, plenus myſterijs, Sacramentis, notis, ſignaculisque ſpiritualibus, curioſitatibus, omnibus, & ſingulis ſeorſim hominibus cuilibet ſtatui, cuiuis ſęculo ſeruientibus. Hic liber de cęlo demiſſus, non ſolum docet nos, quæ in cęlis ſunt, qualiter vnus eſt Deus in eſſentia, & trinus in perſonis, qualiter Angeli ſint ſubſtantiæ immateriales, & quæ officia eorum, qualiter eſt nouus mundus, & nouum
Apoc. 21. num. 1. cælum. *Et vidi cęlum nouum, & terram nouam*. Sed etiam dum ſumus in hoc mundo inſtruit nos, quo itinere, & quibus ſemitis ad illam nouam terram perueniamus, nempe per virtutes; qualiter nos gerere debeamus, ne ab hoc itinere deuij facti in Chaos illud æternum, quod Deus auertat, impingamus. Infinitus profectò eſt theſaurus Sapientię qui tot bona, & plane infinita continet.

K Sed iam explorandum eſt qualiter hic theſaurus inueniatur. Theſauri materiales inueniuntur quandoque caſu,
Aſcanius Centorius lib. 4. & fortuna. Refert Centorius propè Deuam Tranſyluanię vrbem in vetuſta arce, paucis ab hinc annis, poſt diuturnos imbres, & inundationes ſub arbore vetuſtate exeſa, ingentem theſaurum ſolaribus radijs, aurum admirando fulgore detegentibus repertum fuiſſe à colonis: ſerpens autem tanquam cuſtos appoſitus erat, quem Ferdinandus Imperator accepit: numiſmata aurea, tres aureos coronatos noſtrates pendentia, eaque innumera. Lyſimachi Regis Thraciæ imaginem, auerſa parte victoriam præferebant. Centum millia coronatorum theſaurus iſte ſuperauit, quod ſuperſunt inuentoribus 20. millium coronatorum æſtimationem adæquauit. Quandoque etiam theſauri materiales in-
Platina & Sabellicus li. 5. En. 8. ueniuntur Diuina prouidentia. Tiberius II. Imperator dũ ſeme per ædes ſuas contentius inambularet, cerneretque in pauimento marmoream crucem, eam religionis cauſa ne pedibus conculcaretur auferri iuſſit, melioríque loco, atque honeſtiori reponi, poſt hanc verò, vna atque altera inuenta eſt, ſub qua tantam vim auri atque argenti reperit, quantam hominis beneficentia requirebat, cuius quidem magnam partem pauperibus erogauit: Sigeberto quoque Francorum Regi, qui ſe per Legatos miſerat, cum reliquis muneribus, quæ magna fuere, aureos etiam quinquaginta ſingularum librarum miſit; quorum pars vna imagine principis ſignata erat cum tali inſcriptione. Tiberij Conſtantini perpetuo Auguſti: altera verò pars quadrigam continebat cum aſcenſore his literis. Romanorum gloria. Et ne quid ad integram eius fęlicitatem deeſſet, exercitus, quẽ in Perſas miſerat, victor rediens, tantam prædam cum viginti elephantis aduexit, quantam nullus vnquam antea. Hoc requirebant eius merita, erga genus humanum: hoc religio in Deum. Communiter autem inueniuntur maximis ſumptibus, & laboribus, dum ex fodinis terræ eruuntur. Hic autem theſaurus in finibus Sapientię, inuenitur natura, doctrina, & vſu. Requirit enim Sapientia ingenium verax, cautũ,
L ſagax, vigil, promptum, ſedatum, capax. Et hæc à natura homini conferuntur. Requirit præterea doctrinam, quæ rerum diuerſarum ſcientia comparatur. Requirit denique vſum; vnde rectè agendi peritia proſluit, breuiter ſingula perſtringamus. Et in primis ſapiens erit veraci ingenio, nõ quia vendicat, ſed quia vera capiat. Huiuſmodi erit ſi fabulis, more vulgi, non capiatur; eas vero corde rideat, quamuis fronte patiatur, quas rudiori ſæculo, aut fama tradidit, aut imperij ambitio. Adſint veraci ingenio cautio, & ſagacitas, hoc eſt acuta ingenij habilitas ad prudentiam, ſagax etenim eſt, qui acutè percipit, & prudenter iudicat, quæ ſuo proponuntur conſilio: cautus qui tacet, qui diſſimulat, qui alias natura diffidens, & ſuſpicioſus, diffidentiam, & ſuſpitionem tegere, & noxium omni arte fugere nouit, acutum ergo ſagacis cautique ingenium eſt, ſed id conditum prudẽ
1. Tacit. 5. ann. tia: qui enim ſine quiete, & prudentia acuti, potius Sophiſticæ quam conſilio apti. Nimia talium ſubtilitas eſt inimi-
2. Pli. 8. c. 22 ca prudentiæ: Vigilantiæ quoq; fructus accedat, ne quid inopinatum, ſubitumque Rempub. opprimat: vigilem publicæque rei ſtudioſum noſces, qui propriæ, aut priuatæ ita incumbit, vt eius potius obliuiſci videatur. Sed hæc in alia adſint, non ſemper certa, fidaque vigilantiæ iudicia. Quidã enim polypo ſimiles ad ſolum quæſtũ ſuum, callidè ſapiũt,
Plin. lib. 9. cap. 29. alibi pecudes meræ. Timeri autem poteſt ne publico dormiat, qui proprio nimis ærario inuigilat. Fœlix etiam ingenij virtus promptitudo, ea inopinatis non turbamur, & vt præuiſa ſubitò expedimus. Turbata mens, vel nihil, vel errores decernit, turbatur ſubitò quolibet caſu, qui nimia, & acri laborat bili. Turbatur etiam qui ingenio tardus feſtinat in ſubitis, nam omninò anxius inde fit, dum aduertit quod ſe nõ poſſit illicò expedire. Qui nimis acutus, ac multiplici, varioque conceptu, quorum alter alteri ſæpè aduerſatur abundat, is ſemper diſtractus in continuo eſt motu, & turbatione, ſed nihil datum fruſtra à natura. Hæc enim ingenia, ſi nõ gerendis, notandis tamen, inueniendisq; acutè rebus experimur aptiſſima, & ſæpe vtilia. A promptitudine fortè nata ſedatio, prompto enim relatæ motu cauſæ deficiunt. Sedatus verò eſt, cuius in mente, & vultu, põdus, & grauitas ſedem habent. Vera hæc Regij ingenij virtus. Qui enim ſine hac eſt, is ſi vel natura vel fortuna alius ſuperior ipſo agnoſcitur, cum nemini inuideat, & gaudet, & quieſcit. Seditio porrò ſæpè ab inuidia pullulat, inuidia tantum inferiores aguntur. Sedatæ ergo ſit mentis conſiliarius: fugiendus qui inordinato manus, vocis, aut oculi motu, animi ſui leuitatem oſtendit. Qui ingenij ſui oſtentator, & aliorum contemptor, non proficiendi, ſed contradicẽdi ſtudio ſententiam profert, talis conſilij indignus eſt, tanquã homo abiectus, & litigioſus, & qui omnium in ſe odia prouocans, bona ſalutariaq; aliorum ſubuertit conſilia. Concordia ſummè decet conſiliarios, ideoque diſcordiarum authores à conſilio arcendi. Vltimum bonæ mentis ornamentum capacitas. Capax eſt qui rerum multitudine, aut pondere non obruitur, plures quos familiaris commendauit, publica dehoneſtauit prudentia; plures quos parui magnos, paruos magni honores docuere. Hæc ſi deſunt, & à M
natura denegata ſunt, neceſſe eſt implorare diuinam opẽ, exemplo Salomonis; exemplo quoque Dauidis, qui conti-
Pſ. 142. v. 10 nuo Deum hac voce ſollicitabat. *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu*. Et præcipuè ſi naturale lumẽ intellectus debile habeat, nec nimis ingenio polleat,
De tempo. ſer. 68. Quatenus vbi humanum deficit auxilium, vt inquit D. Auguſtinus, illic diuinum intercedat adiutorium. Quod ſi etiã clarum habeat ingenium, diuinum non ſpernat auxilium, eo enim ſi vel tantiſper iuuetur exiguo ſuo labore, multa egregiè perficere poteſt. Et ſic prædictus theſaurus acquiritur natura. Acquiritur præterea doctrina, ſeu ſcientia, non illa, qua abundant Pſeudopolitici, qui vt inquit D. Bernardus, cum de ſapientia ſua gloriãtur, ſapienter vadũt in infernum; ſed ſapientia Chriſtiana; vt ſciãt & perſpectas habeant diuinas leges, quibus omnia negotia metiantur: vt habeant notitiam eorum, quæ ſpectant ad miniſterij, & officij eorum rectam adminiſtrationem, conformiter ad Dei voluntatem, & Reipub. vtilitatem ordinandam. Vtiliſſimum quidem eſt ad acquirendam prudentiã, ſi doctrinas

Philo-

Philoſophicas, Theologicas, ac Iuris prudentiæ calleant, ſi tamen omnes alias artes, quæ in Academijs diſcendæ proponuntur, ſaltem deguſtent: bonum eſſet, vt ſi deficiat experientia, & vſus, ſine quo cætera manca mutila, & inutilia ſunt, diuerſorum librorum, ac hiſtoriarum lectio defectum ſuppleat. Si enim multa lectione exerciti, & in hiſtorijs bene verſati ſint, in quibus tam antiquorum, quàm recentiorum ſententiæ, narrationes, ſapienter dicta, leges, doctrinę, continentur, quibus eximij quique viri Rempub. inſtituebant, & ordinabant, & inſtitutas conſeruabant, tempore pacis, & belli, multam proculdubio acquirent prudentiam. Euenit enim vt plus per lectionem breui poſſit aliquis diſcere, quàm per experientiam multis diebus, aut multis annis acquirere. Quanquam & experientia eis eſt multum neceſſaria, quia per hanc acquirunt conſiliarij, & homines magnæ authoritatis dexteritatem in conſilijs, & rebus gerendis. Scientia ſine experientia periculoſa eſt; vt expreſſerunt, qui mythologias tractant, exemplo Phaetontis dirigētis currum ſolarem: qui etiamſi plenus eſſet Sapientia, hūc enim ſignificat Sol; quia tamē cum ſcientia nullam habuit experientiam in dirigendo curru ſolari, & quadrigis eius, tantum intulit damnum mundo, quantum etiam nunc in cælo cernitur, vt fingunt Poetæ. Denique acquiritur ſapien-

N

Hier. 8. v. 8. tia vſu, quod videtur innuere Propheta Ieremias, cum ad Phariſæos, & ſcribas ſic ait. *Quomodo dicitis ſapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? verè mendacium operatus eſt ſtylus veſter*, mēdax ſcribarū eius, dicebat olim Deus per Prophetam. Non conſiſtit Sapientia hæc, quæ reſpicit operationes virtutum, vel artem colendi Deum, in ſola notitia, & ſpeculatione altiſſimarum cauſarum, non conſiſtit in peritia aſtrorum, & motuum cæleſtium, non conſiſtit in peritia interpretandi ænigmata, ſed in probitate, & aſſiduo vſu colendi Deum; non verbis tantum ſed bonis operibus; ſi quis enim verbis, & cæremonijs tātum veneraretur Deū, poſſet illi dici, verè mendacium operatus eſt: Conſiſtit inquam hæc ſapientia in vſu, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Conſiſtit in morum probitate, operumque rectitudine. Si enim mores, & bona opera non concordant cum ſcientia, & doctrina mendacium eſt: ſicut ſi id quod tranſumptum eſt, ex aliquo originali, non concordat cum ſuo originali ſtylus mendax eſt: ſic etiam Chriſtiani populi ſciunt qualiter Deus venerandus ſit, pietatis exercitio, & legum obſeruantia; quocirca originale habent legis Diuinæ: ſed ſi id non exequuntur, nec notitiam in vſum deducunt, ſtylus mendax eſt. Parum refert ſi aliquis diſcipulis ſuis lectionem legat, inſtruat, vociferetur, ſi aliter ſcriptis in charta, vel characteribus in tabula, quod docuit, declarat. Non ſine cauſa ſapiens in prouerbijs docet legem Dei, ſcri-

Prou. 7. v. 2. bendam eſſe in digitis. *Legem* (inquit) *meam quaſi pupillam oculi tui liga eam in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui.* Mirum alicui videri poſſet, quomodo in digitis deſcribi iubeatur lex Dei? potius digiti ipſam calamo ſcribere debent, quam in digitis, quis enim vidit ſcribi aliquid in digitis tanquam in papyro? Pro eodem in lingua Hebræa hæc ſumuntur, ſcribere in digitis, & ſcribere digitis.

Geneſ. 32. v. 10. Quemadmodum etiam dicitur in Geneſi, *In baculo meo tranſiui Iordanem*, non quod in baculo tanquam in naui tranſierit, ſed quia nullo alio auxilio, at ſolo baculo manū regente flumen illud pertranſiuit. Vult ergo ſapiens, vt lex Dei ſcribatur in digitis, hoc eſt lex Dei, cuius notitiā habet populus in vſum deducatur, & opere exerceatur, ita vt ope-

Philoſ. ra notitiæ correſpondeant; ſicut etiam dixit quidam Philoſophus, quod homo eſt ſapientiſſimus animalium, quia habet manus: id namque quod homini ſapientia, vel ars ſuadet, manibus executioni mandare ille poteſt. Hanc ob cauſam D. Paulus conquerebatur de Philoſophis, quod cum Deum cognouiſſent, tamen eum non glorificauerunt, ideo etiam non ſunt facti participes amicitiæ Dei; quia illi ſoli fiunt participes amicitię Dei, qui habent ſapientiam in vſu, nimirum, qui ita viuunt, quemadmodum viuendum eſſe norunt, quique ita operantur vt operandum ſapientia ſua-

6. Eth. c. 4. det. Quod Ariſtot. quoque in Ethicis docuit, affirmando non illum eſſe virtuoſum, qui ſcit de virtutibus diſcurrere, & tractare, ſed qui virtuosè operatur. Imò docet poſſe aliquē eſſe virtuoſum, & virtuosè agere, licet notitiam virtutū non habeat; quia virtus comparatur ex actibus virtutum freqūtatis, & ea conſuetudine rectè operandi. Sapientia itaque vera non conſiſtit tantum in notitia agibilium, ſed in ipſa operatione.

Hoc modo inuento theſauro, per eum amicitia Dei nobis comparanda eſt, inquit enim ſapiens: Quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei. Plura reperiuntur media ad acquirendam amicitiam hominum efficaciſſima, & in primis medium ſingulare eſt virtus. Sic fortitudo Dauid fuit occaſio contrahendi amicitiam cum Ionatha. Iuſtitia, & Sapientia Romanorum, cum diuerſis nationibus. Religio quoque eſt occaſio ineundi amicitiam. Hinc eſt mos Principum Galliæ religioſam aliquam militiam pro arbitrio ſtatuere, ad quam quos initiatos admittunt, iurare verbis conceptis cogunt, futuros ſe ſocios periculorum, neque vllo vnquam tempore in aduerſum arma laturos: fidē amicitiamque perpetuam ſeruaturos; vbi etiam caſus tulerit, auxilio futuros: in bello præſentes, armatoſque in acie ſtaturos, aut pecunia adiuturos. Vnde fortè in Eccleſia emerſit laudabilis origo earum ſodalitatum, quas vulgo. Confraternitates vocant, quomodo in Regno Poloniæ nuper erecta eſt Archiconfraternitas, ſub nomine, tutela, & vexillo S. Michaelis, quatenus eo Duce, & patrono ſelectiſſimus flos Polonæ militiæ, ſtrenuè ac impauidè Turcas, Tartaros, aliosque intaminatæ fidei hoſtes, terris Polonorum vnaquaque confines, arcere, & debellare poſſint. Occaſione O tandem petendi ſuppetias contra hoſtem ſolet inter Principes aut oriri, aut iam antea exorta augeri animorum mutua coniunctio. Pruſſis Idolatris anno Chriſti 1227. Maſouiam vaſtantibus, Cunradus Dux Chriſtiano Epiſcopo

Cromer. in hiſt. Polon. ſuadente fratres ſeu ſodales nationis Teutonicę, paullò ante à Saracenis, è Syria electos, Roma acciuit; Culmenſemq; tractum, & quidquid terrę, eſt inter Viſtulam Mocram, atque Deruanuam flumina eis tradidit: his legibus vt contra Pruſſos ſedulò, & ſummis viribus bellum gererēt; vbi verò eos domuiſſent, Culmenſem ditionem redderent: cætera verò quæcunque de barbaris cæpiſſent, arbitrio bonorum virorum, ex ęquo inter ſe, ſeu cum poſteris ſuis partirentur. Polonis ne aliquam vim, aut iniuriam inferrent, neue hoſtes eorum receptarent, aut vllo fauore proſequerentur: cōtra barbaros autem, aut à Religione Chriſtiana alienos, vt ipſis cum opus fuerit præſto eſſent. Si quid eorum, quæ ita pacti erant tranſgrederentur, beneficia accepta amitterēt. Hæc inter Conradum & fratres Crucigeros quoniam tunc Hermanus de Salza ſummus Magiſter erat, conuentio ſtetit. Iam verò tum fæderum conditionibus, tum cōiugij vinculo non mediocriter amicitiam, vel de nouo inſtitui, vel collapſam integerrimè reſtitui compertum eſt. Vladislaus P Lockieus Polonorum Rex Crucigerorum ſimul, & Lituanorum armis preſſus, miſit ad Gediminum Magnum Ducem Lituaniæ legatos, qui fædus cum eo ferirent, & filiam eius Caſimiro regis filio vxorem peterent; nec dotem aliā ab egeno Principe, quam captiuorum omnium Polonici

Cromerus lib. 11. generis miſſionem poſtularent. Gediminus ſponſam cum eis miſit. Quæ ingentibus omnis conditionis ſexus, atque ætatis captiuorum cateruis comitata, veniens Cracouiam, religionemque Chriſtianam à Nanicero Epiſcopo edocta, & ſacro lauacro initiata, Annæ nomen accepit; rituque ſolenni Caſimiro ſextum decimum annum agenti nupſit; anno Chriſti 1325. Atque ex eo tempore Polonia populoſior eſſe cępit, dimiſſis, ac deductis quoquo verſus agricolis, qui ex captiuitate redierant. Non poſtremum etiam medium ineundi amicitiam eſt conuictus. Veneti Principes, quater ſingulis annis patritios omnes intra Palatium ſuum conuiuio excipiunt, publicæ beneuolentiæ amplianda gratia: nē-

Egnatius li. 2. cap. 1. pe diebus feſtis S. Iſidori, Aſcenſionis Dominicæ, SS. Viti, & Modeſti, denique D. Stephani. Poloni quotannis celebrant comitia, & quandoque crebrius; quod immeritò aliqui redarguunt, nam præter plurimas vtilitates, quæ inde Reipub. proueniunt: ibi de conſeruando ſtatu, & integritate Reipub. cōſulitur, ibi de bello, & pace agitur, ibi, quod non poſtremum eſt ea conuictu amicitia inter eos, qui in diuerſis partibus regni habitant contrahitur, & renouatur. Et hæc quidem, ac plura alia ſunt media ineundi amicitiā politicam, quæ quidem media ſapientiæ gremio compre-

hen-

Digitized by Google

Caſſianus. hendumtur. Ioannes Caſſianus plura alia tradit ad retinen
Q dam, vel inſtaurandam amicitiam Monaſticam, & Spiri-
tualem ſummè neceſſaria. Primò vt qui ea vti volunt firmũ
fundamentum iaciant in contemptu ſubſtantiæ mundanę,
& omnium rerum, quæ ſub vſum humanum cadunt deſpe-
ctione. Tandem vt ita vnusquisque propriam eiuret, abo-
leatque voluntatem, ne ſuis malis potiùs, quam proximi de
finitionibus, ſanctionibusque obſecundare. Vt ſciat omnia
etiam quæ neceſſaria, & vtilia æſtimat, bono caritatis, & pa
cis poſtponere: vt caueat iracundiam quæ eſt mater diſcor-
diæ, amicitiæ nouerca. Deinde vt iracundiam fratris aduer
ſus ſe etiam ſine ratione conceptam curare ac lenire æquè
atque ſuam deſideret. Vt ſe de hoc mundo credat quotidie
migraturum, quod generale vitiorum omnium perempto-
rium eſt. Vt in opinionibus ad intellectum pertinentibus
fugiat contentiones. Denique vt nunquam ſuo plus, quàm
fratris iudicio fidat, ne decipiatur à Diabolo. Nam Paulus
ipſe licet in cęleſti ſchola edoctus, non fidebat tamen præ-
dicationi ſui Euangelij, ſed Hieroſolymam abijt, vt cum
coapoſtolis ſecreta examinatione illam conferret, vt eſt in
Ad Gal. 2. Epiſt. ad Galatas, & hæc omnia docet Sapientia practica.
Sed vniuerſaliùs loquendo de amicitia inter omnes Chri-
ſtianos, hæc contrahitur medijs iam ſupra enumeratis, vir-
tute, beneuolentia, concordia, beneficentia, liberalitate, af-
fabilitate, obſeruantia legum amicitiæ, reciproco amore,
tolerantia leuium defectuum amici. Vt ex Eccleſiaſte inno
tuit. *Ad amicum ſi aperieris os triſte non timeas eſt enim
concordatio &c.* & vt paucis multa comprehendam, amici-
tia iiſdem principijs comparatur, & conſeruatur, ex quibus
originem trahit.

R Quod ſi de ineũda paciſcendaque amicitia cum Deo lo-
qui volumus egregium ad id medium eſt vitius. Hinc Da-
Pſal. 5. v. 7. uid. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque ha
bitabit iuxta te malignus, neque permanebũt iniuſti ante ocu
los tuos. Odiſti omnes qui operantur iniquitatẽ.* & S. Paulus.
2. Cor. 6. Quæ ſocietas luci ad tenebras? *Quę conuentio Chriſti ad Be
v. 15. lial?* & B. Iacobus. *Quicunque voluerit eſſe amicus huius
Iacob. 4. v. 4 ſęculi, cupiditatibus prauis obſequentis, inimicus Dei conſti-
tuitur.* Deinde obſeruantia legum amicitiæ, ſtabilitur ami-
citia Dei, ita vt ſit idem Dei, & noſtrum, velle & nolle; pro-
pter quod Dauid dignus fuit huiuſmodi amicitia. *Inueni
Dauid filium Ieſſe virum ſecundum cor meum, qui faciat om
nes voluntates meas.* Præterea comparatur vnitate animo-
rum, vt nimirum amicus ſit alter ipſe. *Qui enim adhęret Do-
7. Cor. 6. mino,* ait Apoſtolus. *vnus ſpiritus eſt cum eo.* Ad hæc, vt ami
v. 17. corum ſint omnia communia. Et quidem Deus cum tradi-
dit nobis proprium filium, omnia nobis tradidit cum ipſo,
Ro. 8. v. 31. vt teſtatur D. Paulus. *Si Deus pro nobis, quis contra nos.
Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus
tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis do-
nauit.* Tu etiam cum te ipſum tradis Deo, omnia quoq; quę
tua ſunt, ei offers. Totum Deo dedit, qui ſe obtulit inquit D.
Auguſtinus. Accedit, vt cum amico ſit conuerſatio, & coha
Ad Phil. 3. bitatio una, *Noſtra conuerſatio in cęlis eſt.* Et ſicut Deus
v. 20. pro homine vitam propriam tradidit. *Sic Deus dilexit mũ
Ioan. 3. v. 16 dum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit
in eum non pereat, ſed habeat vitam ęternam:* ita quoque
homo pro Deo mori paratus ſit. Denique, vt familiaritas,
vel amicitia cum Deo ſit indiſſolubilis, & ſempiterna. Si n.
amicitia cum homine inita, firma, & non interrupta eſſe
debet (vt ſupra oſtendimus) quantò magis hęc cum Deo?
Hæc ſunt media pręcipua ſtabiliendi amicitiam cum Deo,
& hominibus: quæ ſi obſeruentur certiſſimò vinculũ illud
hic, & in cælo in perpetuum conſeruabitur. Prædicta verò
omnia continet ſapientia, ideo rectè dicit Salomon, quod
qui habent ſapientiam, participes ſunt amicitiæ Dei, & ho-
minum. Qui enim eſt verè ſapiens eſt quoque virtutũ cul-
tor eximius, Deumque vera Religione veneratur: quia ſa-
pientia (vt ſupra dixi) eſt ſcientia colendi Deum. Qui ſa-
piens eſt, fœdera, & contractus fideliter tuetur, & tenet. Qui
ſapiens eſt contemnit mundanas vanitates, bono charitatis
& pacis omnia poſtponit, cauet iracundiam, honore alios
præuenit, eſt liberalis, affabilis, legum amicitiæ obſeruator.
A quo ita veriſſimum eſt illud dogma Spiritus Sācti, quod
nobis propoſuit per os Salomonis videlicet, qui habet vſũ
ſapientiæ ſit particeps amicitiæ Dei & hominum. Cæte-
rùm tali ſapientia creſcebat Ieſus coram Deo, & homini-
bus, & nos eius exemplo creſcamus, quo indiſſolubili ne-
xu ei ſociemur, hic per gratiam, & in futuro per gloriam.
Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ infra Oct. Epiph.

De æterna electione Beatiſſimæ V. Mariæ.

Remanſit puer Ieſus in Hieruſalem. Luc. 2. v. 43.
Ego ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnem Eccl. 24. v. 5
creaturam.

QVI diligenter perpenderit, & examinauerit A
D. Pauli doctrinam in epiſtola ad Hebręos, vbi
dixit, *Quod autem antiquatur, & ſeneſcit propè* Ad Hebr. 8.
interitum eſt. Mirari poterit, quare Beatiſſima
Virgo, in perſona ſapientię glorietur, quod ab initio, & an-
te ſæcula creata fuerit, quod ex ore altiſſimi prodierit, pri-
mogenita ante omnem creaturã, *ante omnes colles* (inquit)
parturiebar primogenita ante omnem creaturam. Si enim
verum eſt, quod quidquid antiquatur propè interitum eſt,
quidquid à ſuo principio, à quo originem ſumpſit elonga-
tur, ad terminum, & finem appropinquat, & quantò alicu-
ius origo antiquior, tantò finis, & terminus proximior. Si-
cut viator, qui pluribus diebus iter egit, magis ad terminũ,
quò tẽdit, appropinquauit, ſic homo, qui pluribus annis vi-
xit morti vicinior eſt, & idem indicium eſt, de omnibus re-
bus creatis, de quibus Apoſtolus. *Et omnes, vt veſtimentum* Ad Heb. 1.
veteraſcent. Vbi Campenſis legit, & omnia ſicut veſtimẽ- Campenſis.
tum veteraſcent, non videtur igitur quare B. V. ex antiqui-
tate gloriari debeat, quia quantò aliquid antiquius, tantò
fini propinquius: ita ſane eſt in rebus deficientibus, & com
mutationi obnoxijs, de quibus ibi loquebatur D. Paulus, ſed
in perpetuis non ſic, vnde non ſine cauſa D. Paulus non di-
xit, quod antiquius eſt, hoc propè interitum eſt, ſed quod an
tiquatur, non ſine cauſa etiam adiecit, & ſeneſcit, id eſt inue
teratur, & deficit, vt innueret, quod omnia, quæ antiquan-
tur, & ſeneſcunt, propè interitum ſunt, & ideò ex antiquita- B
te ſua gloriari non poſſunt, ſed quæ antiquitate nõ deficiũt
immò proficiunt, ex antiquitate iurè meritò gloriari poſ-
ſunt; gloriantur ex antiquitate Angeli, de quibus Campen-
ſis ſuper illud, omnes, ſicut veſtimentum, &c. Dicendo om-
nia non (vt arbitror) ibi Angelos, non ſpirituales creaturas
deſignat, quæ in ſua dignitate manſuræ ſunt, ſed illa, quæ
commutationi obnoxia probantur, gloriantur ex antiqui-
tate Sācti in cęlo, quia, qui illud prius ingreditur, prius ęter-
na beatitudine, & viſione lætatur; nec ille, qui prius beatitu-
dinem inchoauit citiùs finiet, quia in æternum beatus per-
manebit. Immò, & Deus ipſe ex antiquitate gloriatur, ideò
quando exprobrabat, per Prophetas populo Iſraelitico er-
rorem in colendis Dijs alienis, licet fuerint falſi, quia hęc
ſapientia, nec bonitate, nec omnipotentia, nec immortali-
tate præditi, His tamen omiſſis, illud ſolùm exprobrat qđ
ſint noui. *Noui recentesque quos non coluerunt Patres eo-
rum,* quod ſacrificabant Dijs, quos ignorabant, nec nomi-
na, aut cognomina tanquam tunc primũ eſſe cepiſſent im-
ponere illis nouerant. Quare igitur & Beatiſſima V. in per
ſona ſapientiæ gloriari non debeat, quod ante omnẽ crea-
turam producta ſit in mente Diuina à ab initio & ante om
nem creaturam, ſiquidem de ſe teſtatur, quod vſque ad fu-
turum ſeculum non deſinet, eſt ex numero eorum, quæ nec
deficiunt, nec antiquitate ſeneſcunt, ab æterno poſt Chri-
ſtum Dominum immediate in mente Diuina producta, &
nunquam ab eo derelicta, vt merito blaſphemorum ho-
minum impudicitia reijcienda ſit, qui ex eo, quod Chriſtus
Dominus, in his, quæ Patris eius erant remanſit in templo,
vt di-

Digitized by Google

vt dicit hodiernum Euangelium, & Parentibus eius negli-
gentiæ, & ipſi Chriſto Domino contemptos parentum no-
tam inurere minimè verentur. Atque hinc occaſionem fu-
mentes, temerè dicunt, Chriſtum Dominum reliquiſſe, de-
ſeruiſſe, ſpreuiſſe, Beatiſſimam Virginem Mariam, quo ni-
hil peiùs dici poteſt, cum Euãgelium ipſum, Chriſtum Do-
minum, his, quæ Patris eius erant peractis, cum parentibus
deſcendiſſe, non coactè, ſed liberè, & illis ſubditum fuiſſe
teſtatur. Vt verò melius blaſphemorum pertinacia infrin-
gatur, duo in hac inſtitutione proponemus. Primum quod
filius glorioſæ Virginis ſemper fuit cum ea ante mundi con
ſtitutionem in æterna electione ſuper omnem Creaturam;
Deinde an Chriſtus Filius Virginis, fuerit ſecum in mundi
creatione, & poſt mundi conſtitutionem, in omni gratiarũ
collatione, animæ, corporis, & coniuncti.

C Temeritas quidem, & præſumptionis euidentiſſimum
ſignum eſt, quando quis ea, quæ ſuam excedunt facultatem
attentare audet, idem ſanè vereor ne nobis imputetur, dum
cupientibus glorioſæ Reginæ cęli laudes extollere, omnes
profectò facultates, vireſque ſuccumbunt; nec mirum. Si.n.
Sancti ſcientia, & conſcientia præditi, ac facundia ornati,
Matris Dei preconia, nõ ſinè magno timore, & excuſatio-
ne enarrare auſi ſunt, quid nos tantilli, quid actione puſilli
D. Auguſt. (vt Auguſt. inquit) in laudibus Beatæ Mariæ referemus?
quum omnium noſtrum membra, ſi in linguas verterẽtur,
D. Hieron. eam laudare ſufficienter non poſſent. Sic & Diuus Hiero-
nymus. Timeo inquit, ac valde pertimeſco, dum laudes Vir
ginis vobis proponere cupio, ne fortè ſicut improbus, ita &
indignus laudator inueniar. Ecquid nos attentabimus, qui-
bus nec ſanctitas, nec facundia ſuppetit, vt beatam & glo-
rioſam Virginem dignè laudare valeamus? potius ergo au
diamus qualiter ipſa in perſona Sapientiæ de ſe ipſa gloria-
tur, de antiquitate generis ab æterno inquit ordinata ſum.
Beatiſſimam Virginem ab æterno ordinatam, & diuinæ
Bernar. ſer. 2. de ann. menti præſentem fuiſſe nullus dubitat, ſic D. Bernardus de
annunciatione. Virginẽ nec nouiter, nec fortuito inuentã,
ſed à ſæculo electam, ab altiſſimo præcognitam, & ſibi prę-
paratam, ab Angelis ſeruatam, à Patribus præfiguratam, à
Ildephon. Prophetis premiſſam ait ſimilia verba, & alij habent paſ-
Damaſcen. ſim, non quod talis præordinatio ex diuina præconſiliatio-
Arno Carnotenſis. ne proceſſerit, ſed quia ſi diuina mens, quod fieri non po-
teſt, omnia ab æterno in promptu non haberet, ſed alia ex
Petrus Damia. alijs cognoſceret, ita vt pręconſiliatione ad res magnas agẽ
das opus haberet, ſanè tantum tamque excellens opus eſt
Maria, vt ad illam condendam, & efformãdam in tempo-
re, æternam quandam præmeditationem, & præconſilia-
tionem Dei adhiberi oporteret. Quapropter cum audis
Virginem ab æterno ordinatam à Deo, ſic accipe. Quia ſi
per impoſſibile Deus optimus maximus, res conſilio adhi-
bito præordinare, & præmeditari neceſſum haberet, æter-
nam ſane in ea ordinando durationem ponere opus eſſet,
adhunc modum de æterna Chriſti, & Redemptionis no-
ſtra prædeſtinatione Auguſtinum olim ratiocinatum fuiſ-
ſe conſtat. Sicque interpretandus eſt idem Auguſtinus, qui
Mariam æterni conſilij opus eſſe dixit, id eſt tale eſſe, ac tan
tum opus, vt ſi Deus cõſilio, & meditatione præuia indige-
ret ad res agendas, ad illam efformandam æternam medi-
tationem præmittere oporteret. Non ſolùm autem Beatiſ-
D ſimam Virginem Mariam ſic ab æterno præordinatã fuiſ-
ſe affirmant Patres, ſed ita fieri debuiſſe docent, & aliquot
rationibus declarari poteſt. Nam in primis ſi (quod impoſ-
ſibile eſt) Deus ab æterno omnes minimè res præuideret,
ſed more humano multò poſt futura, tanquam longe poſi-
ta, & valde diſtantia non videret (ita enim accidit homi-
nibus, vt quæ nimium diſtant acie ſua non attingunt, ſicut
nautæ poſtquam in altum mare ſe dederunt terras lõge diſ
ſitas non aſpectant) ſi inquam hoc etiam Deo ita eueniret,
ſanè quemadmodum etiam nobis vſu venit, vt magnum
aliquem & excelſum montem, longè diſtantem viſu attin-
gamus, etiamſi minora alia, ſcilicet colliculos, arbores, &
alia eiuſmodi, quæ in longo interſtitio ſunt acies noſtras ef
fugiãt: ita pariter Deo accidiſſet, quod licet ab æterno alia
minora tantò poſt futura tanquam longiſſimè poſita mini-
mè præuideret, quia videlicet tanta ſeculorum diſtantia in
cauſa eſſet, vt eius aciem effugerent, tanta eſt Mariæ ma-
gnitudo, celſitudo & moles meritorum, vt tamen viſio Dei
ad illam quamlibet infinitis ſeculis diſſitã pertingeret, præ-
uideret, ac præcognoſceret; itaque illud meritò de Maria
prædicari poteſt, quod ſi per impoſſibile Deus alia ab ęter-
no neſciret, ipſam tamen haud neſcire potuiſſet. Rurſus ali-
quid aliud in cauſa foret, ne Deus Mariam ignorare potuiſ
ſet, nimirum quædam concertatio, quæ inter ſecula, nõ mo
dò à creatione mundi, ſed etiam ante conditionem inita
eſt, nam cum ab æterno quodlibet ſeculum, vel ſpatiũ æter-
nitatis, Mariam ſibi vendicaret, & poſtularet à Deo, eã Di-
uinæ cognitioni præſentiſſimam offerebat. Hanc ſeculorũ
concertationem deſcripſit Damaſcenus his verbis. *Certa-* Damaſcen. in Orat. 1. de Virg. Natiu.
bant (inquit) *ſecula quodnam maximè ortu tuo gloriaretur:*
verùm eorum concertationem præfinitum Dei, à quo ſecula
facta ſunt conſiliũ ſuperauit: & poſtrema prima facta ſunt,
dum ipſis feliciſſima natiuitas tua obtigit. Quo ſpectant il-
la verba Sybillæ, quæ Poeta venuſto carmine expreſſit.

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo, Virg.
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia Regna,
Iam noua progenies cęlo demittitur alto.

Ergo cum ab æterno ſæcula omnia, vel ſpacia ex quadam
inuidentia de Mariæ Natiuitate certarent, dum quodlibet
cauſam ſuam apud Deum agebat, eidem Mariam adduce-
bat in mentem. Atque adeò licet Deus alia, quę mox futura
erant non præuideret, Mariam tamen non potuit non prę-
ſcire, quia cum nulla non dies, non hora, & antequam dies
eſſent, & horæ, nullum vel minimum durationis ſpatiũ ab
æterno fuerit, quod de natali Virginis gloriari, & efferri im
penſius appetens, eam ſibi à Deo non poſtularet, Mariam
illius cognitioni ſemper præſentiſſimam offerebat. Deniq;
id patet ex ratione Andreæ Hieroſolimitani, qui inter mul Andreas Hieroſol.
ta alia Virginis præclara Elogia, eam diopram perſpectiuã
nominauit Salue (inquit) *διόπτρα*. perſpectiua eſt autem
dioptra in conſtructione Aſtrolabij radius ille, è cuius ex-
tremis aſſurgunt duæ pinnulæ perforatæ, per quas vident
perſpectiui, cum rerum diſtãtium magnitudinem captare,
cumque gradus, horas, & alia id generis metiri volũt. Sub-
dit Andreas per hanc dioptram Prophetas futurarum, &
longè poſitarum rerum prænotiones adeptos, & earũ quã-
titatem, & modum omnem emenſos fuiſſe, quod ſanè ea-
tenus verum eſt, quatenus ad omnia quæ prophetæ pręno-
uerant, & prædixerant de Chriſto, de redemptione, & ſalu-
te mundi, aditum reſeratura erat Maria, propterea.n.om-
nia per ipſam quaſi per dioptram perſpectiuam à lõge te-
ſpexiſſe meritò dicebantur. quòd igitur de præſcientia Pro-
phetarum docuit Andreas Hieroſolimitanus, ſine Dei iniu-
ria, illius etiam præuiſioni, ac præſcientiæ accommodare
poſſumus.

Et ex his non ſolum intelligitur beatiſſimam Virginem E
ab æterno ordinatam eſſe, & ſic fieri debuiſſe, ſed etiã quod
prædeſtinata, præordinata, & præſcita fuerit magis quam
cæteræ creaturæ, quia nimirum tãquam per dioptram per
ipſam omnes alios eorum magnitudinem, celſitudinẽ me-
titur, & Sanctitatis gradus ſpeculatur, & metitur magnitu-
dinem Petri, celſitudinem Pauli, & in vniuerſum omnes
meritorum, & Sanctitatis gradus, quos aliquando habituri
erant omnes Sancti, tanquam per perſpectiuam, ex longa
illa ſuæ æternitatis diſtantia, ſpeculatus & mẽſus eſt Deus.
Ideò ſine dubio Virgo glorioſa perfectiori modo fuit ele-
cta, vt eſſet in mundo, quã alia creatura. Licèt enim in mẽ-
te diuina quęlibet creatura fuerit ab æterno, ſecundum eſ-
ſe cognitum amatum, vel volitum: ſiquidem voluntas Di-
uina, quicquid produciт ad extra illud voluit ab æterno, aliàs
ſi ex tempore vellet mutaretur, nam noua volitione vellet, In 3. diſt. 42
vt communiter tenetur etiam in Scoti doctrina, quamquã & in 2. diſt.
oppoſita ſententia probabilis ſit, vt inferius dicitur, vult er- 1. q. 2.
go ab æterno, poſtea ſequitur cognitio illius voliti Diuina, Sermo ſpec.
quia cognitio cuiuſcunque contingentiæ, neceſſario ſequit Domin. 1.
determinationem diuinæ voluntatis, vt patet ex Scoto, licèt Quadr.
etiam quæcunque creatura habuerit, ab intellectu diuino Quæſ. vlt. ꝓ
abſolutè, & ſimpliciter perfectius & verius eſſe, quam in ſe logi in 1. d.
(notanter dico in ſe, quia non habuit verius eſſe tale per 39. & 40. &
Scotum, nam lapis in intellectu diuino, participatiuè dici- q. 14. quodl
tur Deus, quia ipſe lapis dicitur intellectus intellectione di- In 4. d. 1. q.
uina, quæ eſt ſimpliciter idem Deo per Scotum, & ita par- 1. diſt. 2.
tici-

Digitized by Google

ticipatiuè, ac denomioatiuè extrinſeca lapis ob hanc intellectionem dicitur Deus) tamen beatiſſima Virgo habuit ēt in mente Dei nobilius, & perfectius eſſe omnibus alijs creaturis terminatiuè. Nam nobilius eſſe alio, poteſt intelligi dupliciter terminatiuè, & effectiuè, ſicut in intellectu ereato, ita & intellectu Diuino. Exemplum in ereaturis, cognoſco hominem & lapidem, cognitio terminata ad hominē, eſt nobilior cognitione terminata ad lapidem, quia homo eſt nobilior lapide, & hoc terminatiuè, effectiuè etiā, quia ad cognitionem illam, non tantum concurrit intellectus,

Aug. de Trinit. Scot. in 1. diſ. 3. q. 7. & in 2. d. 3. q. 1. & q. 15. In 4. d. 1. q. 1.

ſed etiam ipſum obiectum ſecundum Auguſtinum & Scotum, nobilius autem obiectum nobiliorem intellectionem producit, & quanto intellectio nobilior, tanto cognitum eſſe nobilius habet, per Scotum, ſed comparando ad intellectum diuinum, & effectiuè loquendo, certum eſt quod eſſentia diuina vna cum intellectu diuino, ſit quaſi cauſa totalis cognitionis intellectus diuini; dixi quaſi, quia intellectio illa nullo modo cauſatur, vel producitur, ſed tantum quaſi producitur: inter producens enim, & productum ſemper eſt diſtinctio realis ſecundum Auguſtinum, quæ diſtinctio non eſt inter intellectum diuinum, & intellectionem diuinam, quod autem ipſa eſſentia, & intellectus ſiot quaſi

In 1. diſ. 25. & in 2. d. 5. q. 1. & q. 2. In 2. d. 8. q. penult. & q. 5. quolib.

cauſa intellectionis patet à Scoto. Ad hæc cum illa intellectio, qua intellectus Diuinus intelligit oīa, & volitio qua vult omnia, ſint formaliter infinita, non tantum per identitatem ſecundum Scotum, idcirco dico, quod quodlibet cognitum, & volitum ſic à Deo erit participatiuè æquale in perfectione, quum eandem ſimpliciter participent intellectionem, & volitionem diuinam, loquendo non effectiuè, ſed terminatiuè, ſic nobilius vnum dicitur eſſe alio, nā Angelus, vt in mente diuina inquantum terminat cognitionē, & volitionem diuinam, eſt perfectior lapide terminante, quia natura Angeli eſt perfectior natura lapidis.

Iam verò quod Beatiſſima Virgo habuerit nobilius, & perfectius eſſe terminatiuè in mente Diuina ſic oſtendo. Deus eligendo aliquem ad quodpiam officium, dat ei plerumque ſufficientiam ad illud exequendum. *Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum*. Lyran. iūgit hæc duo ſimul, ratio eſt in promptu; nam ſi natura non deficit in neceſſarijs, ſed cum forma ſubſtantiali, dat proprietates, quæ ſunt neceſſariæ in operibus congruentibus ipſi formæ, multò magis auctor naturæ non defuit in neceſſarijs, qui cōcedens dignitatem apoſtolicam, dat etiam gratiā, ad exequēdum. Simile huic legitur. *Directus eſt Spiritus Domini à die illa in Dauid*, quia ordinatus eſt in Regem. Quoniam ergo voluntas diuina voluit ab ætereo Virginem Mariam eſſe in rerum natura, & non tantum hoc, ſed etiam Matrem Dei, ſequitur plenam omni gratia, omni virtute decoratā ab æterno præuiſam fuiſse ab intellectu diuino, poſt determinationem voluntatis, ideò dicitur habere eſſe cognitum & volitum perfectiùs, quàm omnis ercatura, ſimul & quælibet ſigillatim.

Ad Rom. 1. v. 5.
Lyranus.
1. Regū. 16. v. 13.

F

Sed vt clariùs hæc manifeſtentur, licet ſic imaginare, intellectus diuinus in primo inſtanti, præſentat voluntati diuinæ ſuppoſitum Virginis, & animam illius; voluntas enim non habet actum circa incognitum: tunc voluntas diuina vult ipſam in rerum natura eſſe, & habere oobilius eſſe, q̄ quemcunque alium hominem, quia dedit ei maternitatem & officium, ad quod eam ab æterno elegerat, & ad quod non elegerat aliam creaturam etiam Angelicam, intellectus quoque intellexit ipſam formaliter in tali eſſe exiſtentem, ſecundo idem intellectus offert ipſam ad maximam gratiam & gloriam, & ita voluntas diuina determinat ipſam ad maiorem gratiam, & gloriam, quam omnes ſimul creaturas. Tertiò præſentat ipſam ad maternitatem reſpectu Dei, & tunc voluntas diuina vult ipſam eſſe Matrem Dei, & genitricem: quarto offert ipſam ſicut Matrem Dei, gratiam illius cæteraſque virtutes, & opera meritoria, & tunc voluntas diuina vult in ipſa excellentiorem gratiam præſtantiores virtutes, & ſublimiora merita, quam in omnibus alijs prædeſtinatis, vel prædeſtinandis, ſimul relucere, & hoc modo fit ſtatim, & ſimul præſens Patri, Filio, & Spiritui Sancto, vbi ipſæ tres perſonæ vt principium, quod voluntas, & eſſentia Diuina, vt principium, quo formale, & fundamentale, ipſam producunt in eſſe volito. Idem dic & de productione in eſſe cognito. Et poſtquam ſic ab æterno in memoria S. Trinitatis fuit conſtituta perſonæ Diuinę locutiooe intellectuali dixerunt, hæc eſt illa, de qua naſcetur Filius Dei in redemptionem totius mundi, de qua verbum æternum carnem aſſumet, hæc eſt quæ omnes Sanctos, & Sanctas virtutibus, & gratijs excellet; Hanc oſtendit Trinitas Sanctiſſima Angelicæ naturæ, in ipſa ſui creatione, vt eam velut Matrem Dei adoraret, eam ſuper Angelicam naturam in corpore, & anima exaltaret, ac ideo hanc ſuper omnes exaltatam Reginam Angelorum, quia Luciſer cū ſequacibus ſuis noluit adorare, dedignās tam verbum, quā Matrem eius, ad Tartara detruſus eſt, qui verò adorauerunt, in gratia ſunt confirmati.

Quod cum ita ſit, non immeritò de hoc primatu in æternis decretis, ac prædefinitionibus gloriatur Virgo Beatiſſima. *Ab ęterno ordinata ſum, antequam terra fieret &c.* licèt enim omnes alias ereaturas, quantumlibet minimas, ab æterno præſciuerit, & præordinauerit Deus, in hac tamen præuiſione, primatum beatiſſima Virgo tenet, quia vt ſupra dixi, ſi diuina mens (quod fieri non poteſt) omnia ab æterno in promptu non haberet, ſed alia ex alijs cognoſceret, ita vt præconſiliatione ad res magnas agendas opus haberet, & ſic per impoſſibile res conſilio adhibito præordinaret, primum & maximum de beatiſſima Virgine Maria præordinanda, conſilium adhiberet, & æternam præmeditationem præmitteret: ex hac ratione Diuus Auguſt. dicit Mariam æterni conſilij opus eſſe, id eſt tale ac tantum opus eſt virgo glorioſa, vt ſi Deus cōſilio opus haberet, ęternam in conſiliando durationem ponere opus eſſet, ſicut ergo in rebus humanis ea maximi ducimus, quæ præcōſiliata, & à longo tempore mente comparata ſunt, ita Virgine glorioſa nullum opus ex pure creatis maius, aut diuinius Deum condidiſſe concludere debemus. Deinde vt etiam dixi. Si per impoſſibile Deus ab æterno alias creaturas non præuidiſſet, propter nimiam diſtantiam, & vilitatem creaturarum, ſicut nauta nauigans in alto mari, propter nimiā diſtantiam, nec homines, nec terram aſpicere poteſt, & ſicut pergens ad aliquod caſtellum, in altiſſimo monte ſitum, monticulos, arbores, valles &c. ob nimiam diſtantiā non videret, montem tamen longe diſtantem proſpiceret, ſic ſanè accideret Deo ſuppoſitio illo impoſſibili, quod alias creaturas non præuideret; Mariæ tamen magnitudo, celſitudo, & moles meritorum, etiam infinitis ſæculis diſſita, præuiſionem, & præcognitionem Dei non euaderet, itaq; meritò de beata Virgine prędicari poteſt, quod in pręuiſione, & in pręordinatione ęterna primatum obtinuit, quia ſi per impoſſibile alia ab æterno neſciret, ipſam ignorare non poſſet. Imò rectè dictum eſt, Deum cętera omnia mentia acie ex longa ſuæ æternitatis diſtantia, per beatiſſimam Virginem tanquam per perſpectiuam, qua à longe diſtantia videntur ſpeculatum fuiſſe, ſiquidem per ipſam alij iuſti prædeſtinati, & præuiſi ſunt, per ipſam magnitudo virtutis eorum innotuit, per ipſam celſitudo Pauli, excellētia Petri, & in vniuerſum omniū Sanctorum merita, & ſanctitatis gradus, quos aliquando habituri erant Sancti, tāquam per Dioptram ſpeculatiuam, cum à longe diſtarent, ſpeculatus eſt, quia omnes Marię precibus ad eam Sanctitatis magnitudinem peruenerunt, quam illis Deum donaſſe conſtat.

G

Ad aliud punctum inſtitutionis declarandum, accedentes, nimirum, quod in temporanea creaturarū productione, ſeu creatione fuerit verbum illud ęternum cum beatiſſima Virgine, ſupponamus vt certum. Deum in rerum conditione Beatiſſimam Virginem præ oculis habuiſſe, menteque contemplatum fuiſſe, ſic enim de ſeipſa per os Salomonis loquitur in prouerbijs, *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret*. Vbi illud verbum *poſſedit*, ad mentem diuinam referendum eſt, vt ſit ſenſus, præſentem me habuit, cum conderet creaturam vniuerſam, *& in initio viarum ſuarum*, ſiue nomine viarū Dei, intelligantur virtutes; ſicut accipit Diuus Ambroſius, qui ſic de Chriſto ſcribit, ſoli Chriſto ſeruabatur, magnarū prærogatiua virtutum, quia ipſe eſt virtutum principium, ſicut dixit, Dominus creauit me principium viarum ſuarū. Siue nomine viarum intelligantur leges, ſicut intellexit Cyrillus Alexandrinus, qui ſic ait, quid enim aliud opera, & viæ

Vbi ſupra.

Digitized by Google

viæ Domini ſignificant, præter mandata eius, quæ cuſto-
dientes recto itinere ad ipſum pergimus, harum igitur via-
rum Chriſtus initium dicitur, quia initiom eaſdem ingre-
diendis alijs fuit exemplo præfulgens, & gratiam donans,
S. Cyrillus. vel aliter initium viarum Domini Chriſtus appellatus eſt,
ex ſententia Cyrilli, quia lex extremas quaſi mandatorum
metas præſcribit, Chriſtus eius initia & præcipua capita de-
clarauit, lex enim dicit non mœchaberis, Chriſtus verò ad
Matth. 5. v. 29. caput rediens, *quicunque viderit mulierem ad concupiſcen-
dum eam hic iam mœchatus eſt in corde ſuo*, idem iudicium
eſt de dilectione inimicorum, atque alijs præceptis, quorũ
ſeueriorem diſciplinam Chriſtus tradidit. Siuè nomine
viarum intelligantur creaturæ quarum conſideratione tan
quam itinere quodam peruenitur ad Dei notitiam, ſiuè gra
tia & gloria, quia, & ad quam prædeſtinauit electos, ſemper
Beatiſſima Virgo primatum tenuit, ſed præcipuè cum in
mente creaturas in eſſe cognito produxit. Tunc enim B. V.
Maria in initio viarum poſſedit, Deus, id eſt in productio-
ne creaturarum, mente eam præſentem contemplatus eſt,
vt initium viarum, id eſt caput, & principalem creaturam
totius mundanæ, & cæleſtis Machinæ eam conſtituerit.

Sed quorſum inquit Deus mundum conditurus in Ma-
riam inſpexit? multiplici à diuerſis occurritur reſponſione,
vel vt imperio eius omnia ſubijceret, & ius Dominij in
creaturas, quod homini primo in ſua conditione collatum
Gen. 1. v. 26 eſt (*iuxta illud, vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli,
& beſtijs, vniuerſæque terræ &c.*) cumulata adauctaque in
immenſum poteſtate recuperaret, & non terræ tantum &
terrenis, ſed cælo etiam & cæleſtibus imperaret. Vel vt ver-
bum Dei è cælo ad terram venturum dignè exciperet, cum
enim ad excipiendum illud deordinatus mundus appare-
ret, tunc quando ad excipiendum tantum hoſpitem ſeſe cõ-
D. Auguſt. ponere, & exornare debuiſſet, nunquam enim (ait Augu-
ſtinus) mundus immundior fuit, quam cum *Verbum caro
Ioan. 1. v. 10 factum eſt*, & Diuus Ioannes ſcribit in Euangelio. *In mun-
do erat & mundus eum non cognouit &c.* Itaque quia & il-
li qui cognatione ei coniuncti erant, tantum hoſpitem recu
ſarunt, & mundus ad illum recipiendum imparatior & in-
eptior fuit, neceſſe erat vt nomine totius Machinæ munda-
næ, in obſequium verbi diuini illa acciperetur, quæ tantum
hoſpitem dignè reciperet, vel vt mundum quem Deus præ-
uidit pactum homine violante à præſcripto ordine deſci-
ſcere debuiſſe, ordinaret. prænouerat enim omnium creatu-
rarum ruinas, tandem aliquando per beatiſſimam Virgi-
nem inſtaurandas, & reficiendas. Sed illa ratio præcipua
eſt, vt omnium creaturarum perfectiones beatiſſimæ Vir-
gini conuenirent, & Deus Benedictus ex omnibus aliquid
exciperet, quod ei impertiretur, vt euaderet, ſic vera non fa-
H bulosa Pandora, omnium rerum perfectiones includens, vt
quæ res omnes melius quodammodo in illa, quã in ſemet-
ipſis forent, ſicut etiam melius fuerat in Deo ante creatio-
nem, quam in ſe ipſis, quia in Deo fuerant iuxta ſuperius di
Vt ſupr. 8. cta, & ideò ſubdit ſingula enumerando nondũ erant abiſſi.
Quando præparabat cælos aderam, quando cæleſtes glo-
bos coaugmẽtabat, & ſuo ordine dirigebat aderam illi ob
oculos, vt ſi quid in cœlis magnum, & perfectum eſt, illud in
me vel reipſa, vel ſignificatione transfunderet. Sicut canit
Eccleſia, quia quem cœli capere non poterant tuo gremio
contuliſti. Et re vera qui qualitates cœlorum rectè perpen-
derit, eas beatiſſimæ Virgini rectè conuenire perſpectum
habebit, ibi beatiſſimæ Virginis integritatem, ſplendorem,
Rupertus. obedientiam contemplari poterit: Rupertus cœlo incorru-
ptionem ad inuiolatam virginitatem Deiparæ notandam
Damaſcen. in orat. 1. de Virg. Nat. aſciſcit. Damaſcenus audiendus eſt, qui de natiuitate Virgi
nis ſic ait. *Hodie ex terrena natura cœlum in terra condidit il-
le qui olim firmamentum ex aquis finxerat, atque in altum
extulerat.* At planè hoc illo longe diuinius eſt, nam qui in
illo Solem effecerat, in hoc iuſtitiæ ſol ortus eſt. Item Mariæ
obedientiam in cœleſtium corporum motu, contemplatur
Anſelmus in lib. de excellẽtia Vir. Anſelmus, quod non aliter à diuina voluntate regulariter
impelleretur, quam orbes illi cœleſtes ab aſſiſtente intelligẽ-
tia. Sed neque vnius tantum cœli beatiſſimam Virginem re
tuliſſe ſimilitudinem certum eſt, ſed omnium ad inſtar ob-
tinuiſſe, cœlorum, atq; illorum ordinem ſimilaſſe: quod D.
Bonauentura ſic meditatur, qui quinque cælos, in B. V. Ma-
D. Bonau. ſer. 1. de Virgine Maria com. 3. ria contemplatur, aereum, igneum, Sydereum, Aqueum, &
Empyreum, quos ita compendioſè complexus eſt. Domina
noſtra fuit cælum aereum, per puritatem omnimodam, cœ-
lum igneum per ardentiſſimam charitatem, fuit cælum ſy-
dereum, per patientiæ firmitatem, fuit cœlum aqueum, per
frigidiſſimam caſtitatem, fuit cœlum Empyreum, per totius
ſapientiæ claritatem. In particulari verò expreſſit ſimilitu-
dinem cæli Empyrei, quod ſupremam abyſſum vndiq; am
bit, quia immotum eſt, eò quod in ſedem tronumque illud
ſibi Deus delegerit, atque adeò immotum, & conſtans ab
initio eſſe oportebat, cum igitur beatiſſima Virgo Maria
ſit thronus Dei, eam ſimilem eſſe cælo Empyreo nemo in-
ficiabitur. Primi mobilis ſimilitudo accõmodatur ab Atha-
naſio primo homini, nam ſicut hoc cœlum motu ſuo circu-
lari reliquos inferiores orbes arripit, ac torquet; ſic etiam
primus homo ſcilicet Adamus, motum quendam circularẽ
confecit; cum enim per creaturas recta in Deum pergere
deberet, detorquens motum, à ſe profectus in ſemetipſum
redijt, diuinitatem ſibi arrogare volens, hoc vero motu om
nes alios homines, tãquam primum quoddam mobile, ſe-
cum erripuit, ac tranſgreſſionis ſuæ reos fecit, attamen mo-
tus iſte Mariæ, Empyreum cælũ minimè attigit, quia Deus
illam longo interuallo ſupra Adami iniurias eueait, effecit-
que ne deordinatus illius motus ad illam peruenire potuiſ-
ſet, quin potius beatiſſima Virgo, motum ab Adam de ordi
natum correxit, & ad participationem diuinitatis nos tra-
ait, ideo primi mobilis ſimilitudinem expreſſit. Quis autem
dubitauit beatiſſimam Virginem cæli ſtellati ſimilitudinẽ
gerere? in cuius capite corona Stellarum duodecim, & idẽ
de reliquis cælis dicendum eſt, quarum proprietates beni-
gnas & proficuas in ſe expreſſit beatiſſima Virgo.

I

Nec ob aliam cauſam, voluit eſſe beatiſſimam Virginẽ
præſentem Deus cum produceret elementa, ignem, aerem,
aquas, mare, & terram, niſi vt ea omnibus præcipuas perfe-
ctiones colligendo, eas abundè in beatiſſimam Virginem
Vbi ſupra. cumularet, quando inquit: *æthera firmabat ſurſum*, id eſt,
produceret aerem & ignem, vtrumque enim elementum
ætheris nomine notatur, vt vtriuſque elementi perfectio-
nes in ea elucerent, quis enim dubitat beatiſſimam Virgi-
nem, illuminare corda hominum, & tenebras errorum de-
pellare? *Cunctas hæreſes ſola interemiſti* cantat Eccleſia, qs
non videt quod etiam pollet facultate calefaciendi? quæ
corda hominum in amore Dei frigida incendit, & ad Deũ
S. Aug. ſer. De Spir. S. eleuat, ita vt de illa dici poſſit illud quod de Spiritu Sancto
quondam D. Auguſtinus dixit: *igne tuo bono accendimur,
& ſurſum ferimur, inardeſcimus, & imus, quia ſurſum imus
ad pacem Hieruſalem*. Cum etiam elementum aeris eſſin-
xit, in Virginẽ inſpexit, vt eam aeris perfectionibus dona-
ret. Aer. n. exterius refrigerat, deinde obſtacula remouet,
placitum & minimè obſiſtens medium ad motum exhibẽ-
do, denique interiùs viuificat, quia tota hominis vita, in re-
ſpiratione conſiſtit, ſed hæc omnia beatiſſimæ Virgini opti-
mè conueniunt, nam quid certius, quam Mariam hac facul
tate pollere? ita vt experientia ipſa compertum ſit, nihil
aptius eſſe ad externorum membrorum æſtum refrigeran-
dum, & libidinem extinguendam, quam Mariæ inuocatio,
D. Bonau. to Pſalterio & ſuffragia. Vnde D. Bonauentura ſic Virginem depreca-
tur. *Cingulo caſtitatis præcinge renes meos & extingue ardo-
rem membrorum meorum*, & infra. *Illuminationẽ Spiritus
S. per te ſuſcipiã, & refrigerium contra cupiditatis æſtũ.* Præ-
terea obſtacula remouet, placitũ lene, & non obſiſtens me-
dium ad motum exhibendum. hoc idem Maria erga ſui
ſtudioſos præſtat, vt illis viam honeſtatis & virtutis curren-
tibus nihil obſiſtat, nihil eorum placitum, & iocundum mo
Bern. in ſer. 1. de Anoũ. tum retardet, nihil laſſos reddat. Vnde Bernardus de illa ſic
inquit, Ipſa duce non fatigaris. Inſuper interiùs viuificat, qa
tota hominis vita, in reſpiratione conſiſtit, ſed quia aeris
trahendi, ducendique non vna ratio eſt, ſed diuerſa & diſſi
D. Cypria. in Orat. de SS. Pentec. milis, ſecundum diuerſos animi motus, D. Cyprianus om-
nes conflauit, cum enim afferret rationem, cur Spiritus Sã-
ctus nomen acceperit à vento, quem trahimus & efflamus,
ſic ait. Vt reſpiratio, aſpiratio, ſuſpiratio, inſpiratio, & expi-
ratio, à Spiritu Sancto, & cauſam habeat, & materiam, &
prouentum, Itaque beatiſſima Virgo deſeruit reſpirationi,
quia peccator per illam reſpirat in ſpe veniæ, & gratiæ, & ab
omni

Digitized by Google

omni labore, dolore, & laſſitudine, tanquam ex reſpiratio-
D. Bonau. in Pſalterio. ne requieſcit, vt inquit D. Bonau. *reſpirant peſte ad indulgẽ-
tiam humiles pęnitentes ſana contritiones cordis eorum: itẽ
Beatiſſima Virgo deſeruit aſpirationi, quia beatiſſima Vir
go aſpirationes noſtras fouet, id eſt animos erigit, vt deſpe-
ctis caducis, ad cęleſtia aſpiremus, ita enim experiũtur quot
quot illi ſeſe ſtudioſiùs deuouerunt, qui ſpiritualibus, & cæ-
leſtibus delicijs paſti, caducas, terrenasque voluptates aſper
nari, & ad cæleſtia anhelare incipiunt. Pręterea Beatiſſima
Virgo deſeruit ſuſpirationi, iuuat ſuſpiria, & exaudit ſuſpirã-
tes, ideò Eccleſia in Salue, Ad te ſuſpiramus (inquit) Quia
Dei inſpirationes nobis impetrat, quibus nos ad benè beatę
que viuendum excitat, & exacuit. Denique exſpirãtibus ſuc
currit, vt inſinuat Eccleſia cum inquit, *tu nos ab hoſte protege
& hora mortis ſuſcipe*, ideò rectè D. Bonau. in die mortis
meæ. ò *Domina conforta animam meam. deduc me ad portũ
ſalutis, & ſpiritum meũ redde factori ſuo*, & infra. *Nẽ proij-
cias nos in tempore mortis noſtræ ſed ſuccurre animæ noſtræ,
cum deſeruerit corpus ſuum*. (& breui interſtitio) *Gratioſus
vultus tuus mihi appareat in extremis, formitas faciei tuæ, lę
tificet Spiritum meum egredientem*.

Voluit quoque Deus beatiſſimam Virginem eſſe pręſen-
tem dum producerẽtur fontes, fluuij, vt Virgo fontibus pręe
lata ſignificaretur: omnibus quoque obuium eſt, Deiparã
fluuium eſſe gratiarum omnium vbertate plenum, & ſuis
decurſibus vnam & alteram ripam, id eſt vtramque creatu-
ram, Angelicam & humanam alluentem, & vtrere fauen-
tem, humanam meritis, Angelicam verò lætitia, & riſu per-
Rupertus. petuo, vt docet Rupertus, *hæc eſt fluuius ille* (teſte Bernar-
Bernardus. do) *qui lętificat ciuitatem Dei*, id eſt Eccleſiam, perpende
quot quantaſque delicias & emolumenta nobilis fluuius in
genti vrbi afferre ſoleat. Hæc enim omnia Virgo aſportat
Eccleſiæ, per flumen fit mercium comparatio, per Mariam
omnia dona è cælo ad Eccleſiam deportantur, ex flumine
riui ducuntur ad irrigandos omnes latè campos. Ex Mariæ
plenitudine ducũtur etiam riui gratiarum ad omnes Eccle-
ſiæ ſtatus fęcundandos, vt de plenitudine eius accipiant vni
uerſi inquit Bernardus, flumen dulces, & ſalubres ad potan
dum aquas præbet & cum ipſis aquis mores infundit, vt do
Ariſtot. cet Ariſtoteles. Maria non ſolum filio qui *de torrente in via
Pſ. 109. v. 7. bibit*, ſed etiam omnibus hominibus dulciſſimas, & ſaluber
rimas ſuarum virtutum & exemplorum aquas exhibet, &
cum his mores animis infundit, Marianæ virginitatis exẽ-
plum, qui ebibit, ac decoquit, Virgo efficitur qui humilita-
tis exempla haurit, humilis redditur, & ſic de alijs, quid plu
ra? iuxta flumen adoleſcunt ſaltus, horti, viridaria, amœni-
tas, ac totæ demum vrbis deliciæ: non aliter circumſtant
Cant. 4. Virginem delicię, iuxta illud Canticorum. *emiſſiones tuæ pa
radiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus*. ne-
mo vtique ſatis nouit quid ſit deliciari, & ſatiari niſi is, qui
Mariam veneratur, cogitat, adamat, atque illi adhæret. Qñ
quoque circumdabat mari terminum ſuum, quando pone-
bat ſtatum ſuum mari, Beatiſs. Virgo aderat, vnde ſicut con
gregationes aquarum appellauit Maria, ita cõgregationes
omnium gratiarum appellauit Mariam. Denique quando
appendebat fundamenta terræ, non erat abſens beatiſſima
Virgo, quando terram ex omni parte librabat, vt cẽtrum ex
æquo locaret, quia beatiſſima Virgo debuit eſſe benedicta
Pſ. 101. v. 21. terra, de qua inquit Pſalmiſta. *Dominus de cęlo in terram
proſpexit, vt audiret gemitus &c.* & proſpiciendo de terra
carnem ſumpſit, ſicut vidẽs ex obiecto viſibili ſumit ſpeciẽ;
fuit quoque beatiſſima Virgo centrum ob humilitatem,
ſed & mons altiſſimus, qui nos à fluctibus iræ Dei defendit,
ſicut mõtes à fluctibus defendunt loca depreſſa. Neque ve-
rò ſolum dum mundum crearet, beatiſſimam Virginẽ præ
ſentem eſſe voluit, ſed etiam dum mundum repararet, qñ
(inquit) *pręparabat cęlos aderam, quando certa lege, & gy-
ro vallabat abyſſos*. Hæc verba egregiè in Virginem qua-
drant, nam tunc cum ſtetit iuxta crucem Ieſu, & illi patien-
ti ad extremũ vſque ſpiritum adfuit compatiens, & commu
nem ſalutem impetratione, & meritis ſuis promouens, tunc
qñ præparabat cælos aderam, id eſt tunc cum filius ex cru-
ce iuſtos creabat (qui cælorum nomine adumbrantur) ipſi
ego præſto eram, qñ certa lege & gyro vallabat abyſſos, id
eſt damnatos cæco inferni carcere concludebat, qñ appen-
debat fundamenta terræ, id eſt fidẽ Petri ſolidabat, qui Ec-
cleſiæ in fundamẽtũ additus eſt, vel Apoſtolorũ omniũ, qñ
librabat fontes aquarum, id eſt pęnitentiã, & lacrymas pec-
catoribus impetrabat, præſertim Petro, qui eo tẽpore fleuit
amarius, qñ æthera firmabat ſurſum, id eſt Angelos in recti
tudine obſirmabat, atq; ita & in creatione, & in reparatio-
ne mundi filio ſuo fuit præſens B. V. Maria.

Tertium principale. Videndum eſt qualiter Filius Virg. K
glorioſæ, ſemper cum ipſa fuit poſt mundi conſtitutionem;
conferendo ei innumeras gratias, quas nunq̃ in alias crea-
turas contulit. Et primò quantũ ad animã dicere debemus,
quod Deus glorioſus ecceſsit animã Virginis nobiliorẽ, &
digniorem, q̃ vnquam fuit aliqua anima, & hoc quantũ ad
potentias animæ, & perfectiones naturales, quę videlicet cõ
ſequuntur naturam indiuidui, quantum aũt ad gratuita, in-
tellectũ ipſum habuit nobiliſſimũ, & tanta Sapientiæ clari-
tate perfuſum, vt eſſet ſapientior omni pura creatura viatri-
ce; ita quod in vtero Matris exiſtẽs habuerit liberi arbitrij
vſum, & fuit in maiori cõtemplatione ſtatu, q̃ fuerit aliqua
creatura in ętate perfecta, & fuit omnis doni Spiritus S. ple-
na, ſecundũ illud. *requieſcet ſuper eum Spiritus Domini &c.*
Si enim hoc donũ habuit Ioan. Bapt. ſecũdum Ambroſ. ſu- Ambroſ.
pra Lucã, quod in vtero Matris Chriſtũ cognouerit, ſi hoc
habuit S. Benedictus, qui puerulus miraculis quibuſdã coru S. Benedict.
ſcabat, & ſi ante ætatem debitam eſt datus à Deo vſus liberi
Arbitrij, quæ eſt ſeptẽ annorum de lege cõi, vt patet in exẽ-
plo de pęnitentia & confeſſione, oĩs, quanto magis de beata
Virgine improportionaliter cocedendũ eſt? Hoc vẽ cõfirma
re ſancta Mater Eccleſia Catholica, q̃ libro Sapiẽtiæ de Vir
gine glorioſa ſpecialiter exponit. Quo circa facilè colligi põt
ipſam maiorẽ rerũ diuinarum notitiã habuiſſe, q̃ oẽs Theo
logi, qui fuerunt, ſunt, & erũt, nouit ẽi omnibus meliùs bea-
tiſſimę Trinitatis diuinas perſonas, emanationes, notiones,
productiones, & attributa perſonarũ, quõ Pater eſt à ſe, Fi-
lius à Patre, Spiritus S. ab vtroque, habuit quoque maiorem
notitiam rerũ naturaliũ, q̃ oẽs Philoſophi ſimul cognouit
naturã, virtutem, numerũ, diſtinctionẽ, & officia Angelorũ
nec illud latuit eam, q̃ in inferno animæ ſint, & in purgato-
rio, quas ibidẽ pœnas patiantur. Cognouit inſuper naturam
omnium cęleſtium ſphęrarũ, & diſtantiã orbiũ, Lunæ, Mer
curij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, & earũ ſpiſſitudi
nẽ, influentias, motus, reuolutiones, cognouit aeris naturã,
omniũ volantiũ, omnium ventorum flatum, &c. cognouit
naturã ignis, ambitum, virtutẽ, ſubtilitatẽ, cognouit naturã
oĩum aquarum, marium, fluminum, fontiũ, & in eis exiſtẽ-
tium piſciũ numerũ, ſpecies, cognouit naturã terræ, quõ fue
rit producta, & diuerſorũ entium genera, ſpecies, itẽ q̃ pro-
ducuntur in ea oĩum plantarum, herbarum, radicum, fru-
ctuum, florũ, lapidũ, metallorũ, gemmarum, auri, & argen
ti, cognouit oĩa animata rationalia & irrationalia, oẽs ſpe-
cies, naturas, cõditiones: cognouit oẽs artes liberales, mora-
les, immò (ſi dicere fas eſt) mæchanicas, *cæteris n. pręſtatur
gratia per partes, Marię verò ſimul ſe tota infudit plenitudo
gratię*, vt ait Hieron. & quia ſcientia eſt de numero bonorũ Hier. in ſer.
honorabilium ſecundum Ariſtotelem, ergo omnẽ ſcientiã mo. de Aſſ.
habuit, & longe perfectius, quam oẽs Philoſophi, & Theol.

Præterea ſm omnes Doctores, mox vt beata Virgo cæ- 1. de anima.
pit eſſe Mater Dei, in eã oẽs gratiæ poſſibiles humanę crea-
turæ cum verbo pariter deſcenderunt iuxta illud. *Venerunt* Sap. 7. v. 11.
autem mihi omnia bona pariter cũ illa. ſcilicet Sapientia Dei
Patris. Quantũ attinet ad voluntatẽ, habuit ornatã maiori
gratia, & charitate, q̃ oẽs creaturę ſimul vt dicetur alias. Re L
ſtat videre de toto ſeu coniuncto ſuppoſito, q̃ coniunctũ di
cat vnam entitatẽ realem abſolutam, & diſtinctã realiter à
qualibet parte, ſiuè ſimul ſumptis, ſiuè diuiſim per Scotum,
quia non tantum includit, ſed etiam addit illam tertiam In 3. diſt. 2.
entitatem. Quis ſatis cogitare poterit excellentiam ſingu- cõtra Cõni.
laris ſuppoſiti, conſtituti ex nobiliſſimo corpore, & præ-
cioſiſſima anima, manu Dei Omnipotentis facta? quis ex-
primere põt modum illũ ſingularẽ, quo tota Trinitas illud
mirabili concentu fabricauit? poſſumus tñ imaginari multa 3. Sent. d. 2
inſtantia, ſeu quędam ſigna, quæ inſinuantur à Scoto, ſic vt
in eadem duratione temporis immò eodem inſtãti fuerint
oĩa iſta inſtantia, nam in primo inſtanti, corpus fuit perfe-
ctiſſime organizatum, in ſecũdo anima illa beatiſſima fuit

I creata.

Digitized by Google

creata, In tertio ipſa beata Trinitas, potentia, ſapientia, bonitate, animam corpori Sãctiſs. vniuit in Quarto ſtatim de neceſſitate naturæ reſultauit illa Tertia entitas cõſtituta ex anima & corpore. Quis poteſt exponere qualem & quantã perfectionem, ipſa benedicta anima tunc corpori communicauit? Si enim aliæ formæ naturales, tantam perfectionẽ materiæ communicant, quantò magis illa excellentiſſima anima? ſi materia naturali appetitu appetit formam, quid dicam de illa Sanctiſſima anima, q̃ anidè benedictum corpus, eam vt perfectiſſimam formã appetere debuit. In quinto inſtanti fuit hoc indiuiduum & ſingulare; in ſexto fuit perfectiſſima perſona. In ſeptimo eius intellectus à tota Trinitate, tanta fuit ſapientia perfuſus, vt iuxta Sanctum Bernardũ in vtero Matris perfectè cognouerit naturalia & ſupernaturalia, pluſquã aliquis intellectus creatus. In octauo inſtanti eius voluntas tãta plenitudine gratiæ ſuperinfuſa fuit, vt non ſolum fuerit æqui valens iuſtitiæ originali, quatenus

In 3. diſt. 3. non contraheret peccatum originale per Scotum, ſed etiam fuit maximi, & ſingularis meriti apud Deum: & teneo firmiter, quòd in illo inſtanti maiorem gratiam habuit, quã omnes Sancti ſimul vt patet ſupra. In nono inſtanti cœpit operari intellectus ſecundũ portionem ſuperiorem ſtrictè ſumptam, perfectiſſimè cognoſcendo; ſecundũ portionem etiam ſuperiorem [illegible]luntas cœpit perfectiſſimè ſummũ bonum amare, & [illegible]ngulariter frui. In decimo inſtanti ſecundum portionem ſuperiorem large ſumptam, intellectus [illegible] voluntas cœpit dirigi ad amorem ſupernorum, & fugam [illegible]ralium [illegible]nia in Deum ordinando. In vndecimo [illegible]cepit [illegible]dum operationem inferiorẽ regulari per[illegible]mè, atque operari. In duodecimo inſtanti aut ſigno, [illegible] voluntas perfectiſſimè ſubiecit ſibi omnes potentias inferiores, & ſenſitiuas ſecundum Dei voluntatem. Si enim iuſtitia originalis habuit hoc, vt ſubijceret potẽtias ſenſitiuas ſibi, ẽt auertẽdo à ſuis delectabilibus, idq; ſine triſtitia in ipſa volũtate, quãtò magis gratia Virgini infuſa, quę incõparabiliter excedebat iuſtitiã originalẽ in primis parentibus.

Vnde etiam patet, quantę perfectionis fuit Virgo Maria in vtero Matris, & multò magis dum fuit in mundo, maximè verò quando Verbum in ea incarnatum eſt: omnes nãque Doctores concedunt, quod ex quò Virgo cœpit eſſe Mater Dei, prolatis illis verbis. Ecce Ancilla Domini, mox in eam omnes gratiæ poſſibiles humanæ naturę, cum benedicto Verbo pariter deſcenderunt; non enim eſt credendum tantum ſponſum ad tantam ſponſam veniſſe vacuum, ſed cum magnis muneribus. Petrus Dam. ſuper Euãgeliũ libri generationis dicit. *Hinc fratres, hinc ergo perpendite, quibus laudibus digna ſit beatiſſima Virgo Maria, quæ illũ de caſtiſſimis ſuis viſceribus nobis genuit, qui nos de tam profundo gutture auidiſſimi Draconis eripuit*, ad cuius nãq; offerenda pręconia, non Rhetorum diſerta facũdia, non Dialecticorum ſubtilia argumenta, nõ acutiſſimorũ Philoſophorũ apta inueniuntur ingenia. Et quid mirum, ſi hęc ineffabilis Virgo ſuis laudibus modum humanæ vocis exuperat, cũ & ipſam humani generis excellentiam meritorum dignitate trãſcẽdat. Confundantur igitur impij & Blaſphemi homines cũ audiunt beatiſſimã Virginẽ, & ab æterno mẽti verbi diuini præſentem fuiſſe, & in productione oĩum creaturarũ ad fuiſſe, poſt mundi quoq; productionẽ innumerabiles à filio ſuo gratias. & priuilegia accepiſſe, & nunc aſſiſtere Reginam cęli à Dextris Dei, à Dextris filij ſui vnigeniti, confundãtur, & tandem aliqñ à ſua impietate deſipiscant, nos aũt humillimi ſerui reginæ noſtræ, aduocatam noſtram inuocemus, vt quemadmodum illa ſemper fuit præſens Deo, ita quoq; nobis pręſens eſſe dignetur, nũc & in hora mortis noſtrę Amẽ.

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Secundæ poſt Epiphaniam.

Ioan. 2. v. 1. *Nuptiæ factæ [illegible] in Cana Galileæ.*

Eccl. 3. v. 4. *Tempus flendi, & tempus ridendi.*

A QVi pręſentis temporis ærumnas & calamitates perpẽdit, facilè aduertit vitę huius tempus eſſe, tempus flendi: ſiquidẽ ſumus in valle lacrymarũ. Qui ẽt miſeriã peccati attentius conſiderat, quid aliud dicet. Niſi illud Iere. *Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lacrymarũ?* vel

Pagninus. vt Pagninus transfert. Quis det, vt caput meũ ſit aqua, & o-

Ierem. 8. v. 1 culus meus vena lacrymarũ? Si quis totũ mundũ, & vniuerſos homines ad deflendũ vnum peccatum mortale congregaſſet, etiamſi per totũ tẽpus vitæ ſuæ illud deflerẽt, id non ſufficeret. Quemadmodũ apud quaſdã nationes cõſuetudo eſt, ꝙ cum aliqua domus vel familia à morte alicuius cõſanguinei vel amici affligitur, extraneæ mulieres conducũtur ad planctum: quaſi lacrymæ domus illius non ſufficerẽt ad demonſtrandũ dolorẽ & triſtitiã. Et fortaſſis hoc ipſum ex Sacra Scriptura didicerunt, vbi quondam pręcipiebat Ieremias & inſtruebat populum, vt congregaret filias ſuas ad la-

Iere. 9. v. 20. mentum, & planctum, *Docete* (ait) *filias veſtras lamentum, & vnaquęque proximã ſuam planctum, quia aſcendit mors per feneſtras*, vt ſic quia mors & peccatum plurimũ per ſenſum viſus, in animam & cor hominis ingreditur, inde quaſi lacrymis expellatur. Quod ſi ita eſt, quò Ieremias id ſolum exoptat deflens peccata populi, vt caput & oculi ſint fons & venæ lacrymarum, cùm nec ipſi lacrymarum fluuij ſufficiãt ad perfectè deflendum vnum peccatum mortale? Mare lacrymarum eſt neceſſarium ad hoc negotiũ & illud exoptãdum, vt caput noſtrum ſit caput lacrymarũ, & oculi eius ſint venæ planctus. Quodnam verò eſt caput noſtrũ niſi Chri-

Ad Eph. 1. v. 4. ſtus quoad diuinitatem pręcipuè, *Caput aũt Chriſti Deus*, inquit Apoſt. Hic Oceanus includit in ſe fõtes, fluuios, maria mediterranea, quæ defluunt per oculos capitis noſtri. Duo clariſſimi oculi Chriſti ſunt natura diuina & humana, per quos defluunt lacrymę, & licet ſola natura humana plãgere poſſit: valor tamen lacrymarum infinitus, qui ſolus ſufficit ad delenda peccata, etiam à natura diuina deſumitur, vnde prouenit vt vna lacryma Chriſti plùs valeat quàm plures Oceani lacrymarum cæterorum hominum: Accidit aliqñ tantos & tam groſſos humores de terra in aerem aſcẽdere, vt omnino cęlũ, ſol, & aſtra, teterrimis nubibus obnubilari videantur, quæ nonniſi in pluuiã reſoluuntur. Groſſas exhalationes plenas oĩ infortunio trãſmittũt peccata in animas hominũ, ita vt ẽt ſereniſſimũ lumẽ diuinę gratię obtenebrare quodãmodo cẽſeãtur, quo minus corda noſtra illuſtrare valeat, quõ ergo iſtę nubes reſoluẽtur niſi cõtinuis lacrymis & planctu ꝑpetuo? Quod ſi ita eſt, veriſſimũ eſt ꝙ inquit Salomon, huius vitæ tẽpus eſſe, tempus flendi. Neq; tñ hoc ita accipiendũ eſt, ꝙ quaſi ſemper homo flere debeat, & nihil aliud agere niſi plangere. Optandum quidẽ hoc eſſet ſi poſſibile foret, vt potè ſaluti noſtræ apprimè neceſſariũ, nã triſti fletui ſerena ſuccedit lętitia: Sic. n. Thobias alloquebatur Tobiæ 3. v. 22.

Deũ. Poſt tempeſtatẽ ait *tranquillum facis, & poſt lacrymationem & fletum exultationem infundis*. Vbi S. Chryſ. dicit: S. Chryſoſt. Hom. 6. in Matth.

ſicut poſt vehementes imbres, mundus, & aer, purus efficitur, ſic etiam lacrymarũ pluuias ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas, omneſque illa de peccatorum tenebris offuſa caligo diſſoluitur.

Hinc cum S. Franciſci præ continuo fletu oculi caligarẽt, S. Franciſ.

fratreſque ſæpius illum à planctu abſtinere monerẽt, rñdere ſolebat vtiliorẽ eſſe animæ claritatẽ, quæ lachrymis cõparatur, quàm oculorũ materialium lumen. Ex quo ſequitur vtilius eſſe lacrymari q̃ gaudere. Sed qa humana infirmitas id non permittit; ideo neceſſariũ eſt etiam tẽpus eſſe ridẽdi. Præſertim verò quia Apoſt. iubet nos *gaudere cum gaudentibus, flere verò cum flentibus*. Vnde q̃uis hæc vita requirat potius triſtitiam lætitiæ matrem quæ ſperatur, vt ait Niſſe- Niſſenus.

nus

nus,pp adeo grauem iacturam, q̃ peccatum intulit ad de-
plorandas miſerias quas inuexit,& ſuſpenſam trepidãdãq;
Diuini iudicij,ignisque æterni expectationem,nihilominus
tñ cuſtos decet hilaritas,& gaudium in Spiritu S. Habet Ec
cleſia ſtatuta luctuoſæ pęnitentiæ tempora,& ſua quoq; le-
ctionibus Hymnis & canticis deſtinata ſpatia. Habet tẽpus
flendi,& tempus ridẽdi. Habet tẽpus,diſciplinę & mętori,
ac etiam hilariori vitæ deputatũ. Exceſſus in his vitupera-
tur.Probroſum quippe eſt in plauſu,& lætina neſcire ſibi tẽ-
Eccleſiaſ. a. v. a. perare. Hinc ait Eccleſ. *Riſum reputaui errorem,& gaudio*
dixi quid fruſtra deciperis? quibus verbis immoderata lætiti-
na,& nimius riſus reprehenditur,& pro amentia reputatur
pro inſania,pro tumultu,vt diuerſæ lectiones huius ſniç in-
S.Hieron. nuunt. Nam translatio S.Hiero.habet,*riſum dixi amentiã.*
Pagninus. Translatio Paginini,*riſui* dixi inſanire facis,& lętitiæ,quid
Symmach. boni facis? Translatio Symmachi riſum reputaui tumultũ
litera autem Græca teſte D.Hieron.ſic ſonat,*riſum* dixi cir
B culationem, ex quibus omnibus vituperabilem eſſe in riſu
& lætitia exceſſum intelligimus;moderata tñ lætitia nõ ꝓ-
Ouidius. hibetur,vt enim ait Poeta.Quod caret alterna requie dura-
Plin.10 Pol. bile nõ eſt. Anaxagoras publicè decretis honoribus animo
magno repudians,id ſibi omnino poſtulaſſe commemora-
tur,vt quo die mortẽ obiret,pueris qui diſciplinis & artibus
operam darent,permitteretur feriatos otiari & ludere.Sen
ſit vir doctiſſimus ingenia adoleſcentũ nimio ſtudio frãgi,
refocillatione aũt,aut recreatione ad nouos labores agilio-
res fieri. Et merito.Quemadmodum.n.lyram,& arcum re-
mittimus,quo meliùs poſſint tendi,ita recreandus interdũ
animus,vt ad labores reddatur vegetior.Hãc porrò doctri-
nam etiam ipſe Chriſtus ſua authoritate,& exemplo appro
bare viſus eſt,cum hodie nuptijs adeſſe voluit,& aquã in vi
nũ cor hominis lętificans ſua omnipotentia cõuertit.Seque
mur itaque & nos hodie Chriſtũ ad iſtas nuptias,audiemus
dulcia conuiuantium colloquia,& deniq; videbimus initiũ
Signorum quod fecit Ieſus in Cana Galileæ. Quod totum
Chriſto conuiuæ ad gloriam,nobis autem ad ſaluté cedat.

NVPTIÆ (inquit Euãg.) FACTÆ SVNT IN
CANA GALILEÆ. Quia incidit materia de nuptijs,
aliquid de ijs annotandum cenſui ad vtilitatem legentium.
Atq; in primis ſciendum eſt. Nuptias eaſdem eſſe in oĩbus
Auguſt. de bono côiu. cap. 17. gentibus,vt ait Aug.procreandorum & educandorũ filiorũ
cauſa inſtitutas,vt ſcilicet ordinate,honeſtẽq; filij naſcãtur,
& inſtituãtur;pp quod ẽt illa eſt benedictio,à Dño nuptia-
Gen.1.v.28 rum.*Creſcite & multiplicamini & replete terram.* Sunt quo
que nuptiæ Eccleſiæ quæ mater eſt & virgo,coniunctio nu-
ptialis,verbũ & caro,thalamus vero vterus virginalis. Ete-
nim caro ipſa verbo eſt coniuncta,vnde etiam dr̃, Iam nõ
Aug. in Pſ. 44. duo ſed vnũ.Aug.de hac materia latius ſcripſit. Factæ ſunt
ergo nuptiæ tertia die ab eo tẽpore quo venit ad Ieſum Na
thanael in Cana Galileæ,quę eſt in tribu Aſſer,nõ in Cana
iuxta Sydonem,quæ Cana maior nominatur,& quia factę
ſunt nuptiæ ſequitur bonum & ſanctum eſſe ſtatum matri-
Aug. de bapt. puetor. moniale.Ideo inquit Aug.Bene vtitur malo, cõcupiſcentiã
reſtringens connubio;ſed tñ præſtantior eſt virginitas. Nã
1.Cor.7. teſte Apoſt. *Et qui nubunt benè faciunt,& qui non nubũt me*
liùs faciunt. vnde plurimi fuerunt qui etiam contracto ma-
trimonio in virginitate & puritate Deo ſeruierunt. Ex horũ
Boslelaus V numero fuit Boleslaus V.Polonorũ Princeps,qui Cunegũ-
dẽ Belæ Hũgarorum Regis filiã vxorẽ duxit anno Chriſti
1239.puellã moribus & ſanctimonia vitæ nobilẽ. Tali aũt
coniunge beatus,primis nuptiarum diebus eam nõ attigit.
Inde confirmata poſtea cõſenſu mutuo religione, ambo ꝑ-
petuam vouere continentiã. Hinc Boleſlao. *Pudicus* cogno-
S. Cuneg. men inditũ eſt quo decedente è viuis, Cunegundis diſtribu
tis in vſus egenorum, & cultũ Diuinum oĩbus facultatibus
ſuis, in Sandecenſi monaſterio plus duodecim annis durã
exegit vitam,cuius ſanctimonia multis & ſtupendis miracu
lis,cùm ab ea viuente,tum poſt mortem Anno 1292.ad ſe-
pulchrũ eius ęditis diuinitus eſt comprobata. Idem de Hen
Crom. li.9. & 10. rico II. Imp.ſcribit Crãzius qui vna cũ Cunegũda Sigfridi
Palatini Rhenenſis filia per totum vitæ ſuæ ſpatiũ inuiolatę
Cran.lib.3. c.32.& li.4. cap.35. virginitatis florem ſeruauit. Tandẽ cũ horã mortis haud lõ
gẽ abeſſe animaduerteret,ætatis ſuæ anno 52.cõuocatis pa-
rentibus,conſanguineis,ac cognatis,coniugis ſuæ, Hanc (in
quit) illibatam virginem à vobis in vxorẽ mihi accepi,can-
dem intactam & caſtam vobis reddo,commendoque,quæ
poſtea cum defuncto Bombergæ in tẽplo SS. Petri & Pau-
li tumulo mariti inferẽda eſſet,vox incerti auctoris audita
eſt.Cede virgini virgo locum,idem ſcripſit Auentinus. Tã- Auen. lib.5.
dem in numerum Sãctorum relati ambo coniuges,vt teſta- Iul. l.4. c.3.
tur Cuſpinus.Ecce qualiter virginitas connubio præfertur. Egn. lib.4. c.3.
Sed neque hoc vituperatur: nam inquit Euangeliſta quod
ERAT MATER IESV IBI. Nunquam profectò
celebratæ fuerunt tales nuptiæ,quæ iã nobiles haberẽt cõui
uas Chriſtũ.ſ.Mariã Matrem eius,& Apoſtolos. Probãtur
etiã nuptiæ Tobię iunioris,in quibus cum timore Dñi exer
cebatur conuiuiũ: nam ſponſus erat timens Deum, optimę
vitæ,vtpotè optimi Patris filius,ſponſa quoq; caſtiſſima, &
ſpectatæ modeſtię puella. Aderãt pijſſimi, pudiciſſimę ſpõ-
ſæ parentes,aderat Raphael Angelus nouis nuptijs benedi
cens. Cũ Eliſabethæ neptis Caſimiri Poloniæ Regis nuptię
celebrarent̃ Cracouię,quindecim Reges intererant nuptijs
quos Vernicus Germanus Conſul Cracouien. theſauris re-
gijs præfectus,domi ſuæ regio epulo,excepiis muneribus re-
gijs,quin & cęteros cõuiuas oẽs proſecutus eſt,ſcribit Ioachi Ioach. Cur.
mus Cureus.Hoc vt certios conſtet ſibi cupido ſerendi, Hi- in Sil. ann.
ſtoricos de rebus Polonorũ cõſulito.Illud certũ eſt ꝙ ſcribit Pont.
Põtanus de Friderico III.Cęſare.Hic Italiã nouo more in-
ermis & pacato agmine,non aũt cũ exercitu, vt alij Cęſares
iniuit,& togatum agmen per viam diſtribuit, ne cui multi-
tudo grauis,aut formidabilis exiſteret. Quare ẽt aduentus
eius lætus,& gratus oĩbus fuit. Nicolaum V. Pont.obuiũ ha
buit,à quo in tẽplum introductus ſolemni more copula ma
trimonij cum noua nupta vinctus fuit, anno 1451. ac mox
vterq; eorum Imperatoria corona donatus,nuptijs Neapo
lim dilatis,quas Alphonſus Rex tanto apparatu,tãtaq; põ-
pa apparuit,quantã illa ætas apud nullum alium Regẽ vide
rat.Oĩs ferè Germanica nobilitas nuptijs iſtis interfuit:Cõ-
plurimi Hiſpanię Principes ſponsã ex Hiſpania deduxerũt.
Venatio adhibita eſt quatuor millibus paſſuum à Neapoli,
qui locus à Regibus venationi ſtatutus eſt. Fixa tentoria in
cãpis ſecus Anguianã paludem, fonteſè vario vini genere
paſſim ad luus facti,mẽſe apparatę,in quibus ſupra triginta
hominum millia diſcubuere. Huc accedit,quod quia ſpectã Pont.ca.16.
di gratia cõuenerant plurimi mortales,oẽs ſatietatẽ exſatu- de Magnif.
rati,& vino mãdãdi domũ rediere. Sed hęc quid cũ nuptijs ex Dub.lib
hodiernis,quibus intereſt Deus & homo,conditor mundi, 28.
Virgo & Mater:& cuius Mater? Mater Dei, Apoſtoli quo-
que Principes orbis terrarũ. Felices profectò ſed tatiſſimæ
maxime hoc ſæculo tales nuptiæ: Nunc.n.ad nuptias nõ vo
cat̃ Ieſus,ſed Bacchus,nõ Maria ſed venus, nõ Apoſtoli ſed C
Hiſtriones. Quia verò Dñs Ieſus deeſt,iõ ẽt ibi nihil boni re
ſonat,niſi laſciuæ cãtilenæ, [illegible] cõmeſſationes,choreę im
pudicę:nihil.n.eſt ꝙ magis [illegible] vocet,ꝙ Virginẽ Matrẽ in-
uitet,ꝙ Apoſtolos alliciat ſicut honeſtas. Porrò honeſtas cõ
iugalis imprimis requirit,vt viri beneuolè tractent vxores,
monente S.Petro. *Quaſi infirmiori vaſculo impertientes ho-* 1.Petr.3.v.1
norem. Vitrum eſt auro vilius,& tñ ſacras monſtrantibus re
liquias interponitur,cauendo ne frãgatur magis q̃ aurũ ob-
ſeruamus,& minus ob eius fragilitatẽ attrectamus par eſto
iudiciũ de coniugibus à maritis honorãdis. Honeſtas eq̃dẽ
requirit,vt vxores ſint ſubditę viris ſuis.iuxta doctrinã Prin
cipis Apoſtolorũ qui ait *Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis.* idẽ 1.ad Cor.15
monet & S.Paulus dicens. *Caput aũt mulieris vir,ſicut caput* v.3.
viri Chriſtus; & iõ ibidẽ docet,ꝙ vt omnis vir orans,aut pro Ad Eph. 5.
phetans tecto capite deturpat caput ſuũ,ita oĩs mulier orãs, v.22.
nõ velato capite,deturpat caput ſuum,ſed qũo? Nõnẽ dixit
ſupra,ꝙ caput mulieris vir?itaq; mulier ſubditur,viro et ipſo
eſt inferior; modo aũt mores obtinuerunt, ꝙ inferior corã
ſuperiore caput detegit,& in regno Hiſpaniarũ cũ Prĩcipes
regni creantur,caput cooperire cũ alloquũtur Regẽ iubet̃.
Ita ſanè,ſed D.Paulus vr̃ annuere ad cõſuetudines,q̃ ſunt in
aliquibus religionib. vbi ad vtrãq; partẽ chori tabella appẽ
ditur cũ tali inſcriptione. HIC EST CHORVS. Sed
qm̃ regimen cantus dẽt eſſe præcipuè ad unã partẽ chori,iõ
du hebdomadarius in vna parte chori collocatur ad inci-
piẽdũ Diuinũ officiũ,in altera parte tabula velo ſerico coo-
perit̃,vt inde qlibet intelligat hebdomadariũ regimẽ chori
in illa parte eſſe, vbi dicta tabula cũ ſua inſcriptione diſco-
operta vr̃,non aũt in illa vbi ſerico velata manet. Similiter

ergo D. Paulus præcipit vt fœminæ nuptæ, etiã honeſtiſſimæ
velatum caput habeant, viri aũt apertum, quia regimen do
mus dẽt eſſe penes virũ ille præcipuè debet imperare cæteri,
verum etiã ipſa vxor, (licet ſit in auxiliũ ſibi conceſſa) tenet
obedire. Præterea honeſtas requirit, vt filij legitimè geniti,
optimè inſtituantur, vt ſit in laudẽ Dei, Reip. decorẽ ac vti-
litatem, & parentum cõſolationem. Tria aũt ſunt præcipua,
& vel maximè neceſſaria ad rectam filiorũ educationẽ. Bo
num exemplũ parentum, quò ad mores & ſanctitatẽ vitæ.
deinde correctio diſcreta filiorum, ac demũ moderata &
prudens ſolicitudo in relinquẽda illis hæreditate. Bonũ exẽ
plũ præſtabit, vt à teneris optimos mores imbibant. Corre-
ctio malas eorũ inclinationes refrænabit. Moderata autẽ
ſolicitudo bonorum, hæredes efficiet. Bonis itaq; exẽplis in
Seneca. ſtituendi ſunt filij, nã vt inquit Seneca de ira. Nõ ſic proficit
naturale patriæ ſolum ad ſanitatẽ valetudinario impertiẽ-
dam: quantum ijs qui needũ in virtute firmas radices ege-
runt, cum illis viuere & cõuerſari quorum mores virtuteq;
ſequantur. Sint ergo Parentes vt aquilæ prouocantes ad vo-
landũ pullos ſuos, ad faciẽdum progreſſum in virtutibus, &
ſuper eos volitantes; imitando in hoc Dauidẽ de quo Inco-
Incognitus. gnitus ſcribit, quod continuo monebat filios ſuos ad laudã-
Pſ. 112. v. 2. dum Deum &c. *Laudate pueri Dominum laudate nomẽ Do
mini.* illis interea reſpondentibus. *Sit nomen Domini benedi-
ctum ex hoc nunc & vſque in ſæculũ.* Alias potiùs educarẽt
Leones, quam homines, ita vt de eis ſucceſſu temporis dici
poſſit. *Eduxit vnum de Leunculis ſuis. Leo factus eſt & didi-*
Ezec. 19. v. 6 *cit capere prædã, hominesq; comedere.* Præterea tẽpeſtiuè cor
Eccleſ. 38. rigẽdi ſunt filij iuxta doctrinã Eccl. *Curua ceruicẽ filij tui dũ*
v. 12. *infans eſt, ne fortè induret, & erit tibi dolor animæ: nã adole-*
Pro. 22. v. 6. *ſcens iuxta viã ſuam, etiã cum ſenuerit nõ recedet ab ea.* Si. n.
feræ immanes ſi cum hominibus conuerſantur, & rigorosè
caſtigantur ſaltem timore pœnæ mãſueſcunt, certè & homi-
nes pœnis à vitijs cohiberi poſſunt, quia vt canit Poeta.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Non ſint ergo parentes filijs ſuis tanquã hedera arboribus,
quas cùm maximè amplectitur tũ præcipuè exſiccat. Dũ. n.
filijs blandiũtur, tũ vel maximè eis nocent. Alias audiẽt dici
Ezec. 16. v. 3 de filijs ſuis Ezech. *Pater tuus Amorrhæus, & Mater tua
Chethæa.* Nõ erãt quidẽ Iſraelitæ ad quos ſermo iſte dirige-
batur ex Amorrhæis, & chethæis idololatris ꝓgnati, ſed ꝗa
erant ex parẽtibus peioribus, quã fuerint gentiles, ideo imi-
tando eos filij Iſrael dicti ſunt procedere ex Amorrhæis, &
Chæthæis, neq; verò mala educatio ſolũ nocet filijs, ſed &
parentibus ipſis maximè, ſi parentes maiorẽ ſolicitudinẽ ad
hibent, in prouidẽdis bonis tẽporalibus filijs ſuis, q̃ ſpiritua-
libus. Vtinã imitentur nuptæ parentes Sãſonis, quibus cũ na
tus fuiſſet filius, obnixè pre[illegible]tur Deũ, vt eis reuelaret, qua
liter educandus eſſet iuxta [illegible]atem ſuam, aliàs timendũ
eſt, ne malè inſtitutis applicari poſſint, verba Hierem. Pro-
Hier. Tre. 4 phetæ dicentis. *Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in ter
v. 21. ra hus ad te quoq; perueniet calix.* Ironia eſt ſimili illi apud
Eccleſ. 11. Eccl. *Lætare Iuuenis in adoleſcẽtia tua, & ambula in vijs cor-
v. 9. dis tui* ſic. n. accipiẽda verba ſunt. Sicut ſi mater diceret filio
diſſoluto, agas nũc quidquid libet, veniet ſabbatũ, cũ virgis
cæſus oĩa abundè perſolues. Sic Proph. & Eccleſ. inquit. *Gau
de & lætare Edom, lætare in iuuẽtute tua, bibe & epulare, imi
tare parentes tuos, ſequere veſtigia prædeceſſorum tuorũ: ſcito
tamen quod ad te quoq; perueniet calix, veniet dies in quo oĩũ
à te ratio exigetur, & verẽdum ne tunc introeas in progenies
D *vſque Patrum tuorum ne in gehennam illos ſequaris, quem-
admodum ſecutus es luxum illorũ.* Multũ ergo refert rectè
filios inſtituere. Et quoniam id ad honeſtatẽ matrimonij ptinet,
Chriſtus ſua præſentia nuptias condecorare voluit. Hæc igi
tur honeſtas inuitauit Ieſum & Diſcipulos eius ad nuptias,
vt inquit Euangeliſta.

VOCATVS EST AVTEM IESVS ET DI-
SCIPVLI EIVS AD NVPTIAS. Vocatus eſt iã
quam notus et amicus ſicut ẽt & mater eius: nihil. n. magni
de eo ſuſpicabantur. Neque verò inuitatus venire dedigna-
tur, erudiens nos amicorum & cognatorum neceſſitudinẽ
negligere non debere: tũ ẽt, vt futurorũ hæreticorũ oĩa ob-
ſtrueret, qui aduerſus nuptias erant locuturi; denique vt ani
mas hominũ lucraretur, ſicut faciũt periti piſcatores & ve-
natores, qui ibi tendunt, vel inijciunt retia, quo ſolet magna
piſciũ, ſeu ferarũ cõfluere multitudo. Sic & Chriſtus Dñs ad
conuiuia, & nuptias ſolebat accedere, vt inter tot qui adeſſe
ꝓ pſentes, ſi nõ oẽs aliquos tñ ſua doctrina faceret meliores.

ET DEFICIENTE VINO DIXIT MA-
TER IESV AD EVM. Vinum nõ hñt. Vinũ, eſt nu-
ptiarum gaudiũ, quo deficiente, ceſſat & ipſum gaudiũ. Et
licet multi Principes fuerint abſtemij, quemadmodũ de Si
giſmundo I. Rege Poloniæ refert Cromerus, qui ab infãtia
ad ſenectam vſq; Patris auiq; inſtituto planè abſtemius &
aquæ potor fuit; ingraueſcente vero ætate medicorũ ſuaſu vi
nũ bibere didicit; ſed ita tñ, vt nunq̃ eum quiſquã ebriũ vi-
derit. Vladislaus itẽ Iagello Polonorũ Rex abſtemius fuit
in omni vita, vti & frater ipſius Vitoldus Dux Lituaniæ, & Crom. lib.
filius eius Vladislaus iunior Vngariæ & Poloniæ Rex. Ni- 20. & 21.
hilominus tñ vſum vini laudabilẽ eſſe ſacra pagina teſtatur,
ideo & beata Virgo intercedit, vt deficiẽte vino prouideret
illud per Filium conuiuis ſuppeditari, Pauperes quippè erãt
nuptiarũ auctores, adeò vt nõ aduerterent in medio conui
uio vinũ deficere, & Chriſtus vero pauper libẽter acceſſit ad
nuptias, non Caiphæ, & Herodis, aut alicuius Primatũ, ſed
pauperũ, cumq; planè exhauſtum eſſet vinũ, & miniſtri id
minimè exploratum haberent, virgo mater compatiens, &
conſulens pudori eorũ, ad quos pertinebat apparatus nuptia
rum, ſimul & iam intelligens qualiter Deus tunc, vel maxi-
mè ſuccurrit, cũ defectus recognoſcitur, dicente D. Aug. At Aug. ĩ Cõf.
tu amor meus in quem deficio vt fortis ſim. Ad Dei. n. pro- s1. lib. 3. c. 6
uidentiam pertinet ſuccurrere, cùm deficiũt hominũ vires.
Intellexit ergo beata Virgo, quòd tempus appropinquabat
& ætas in qua Dñs ſigna ſuæ diuinitatis oſtẽderet, inſpirãte
eo, q nouit qñ noſtris neceſſitatibus ſuccurrere, dẽt; idẽ dixit.

VINVM NON HABENT. Quibus verbis oſtẽ-
dit ſolitam ſuam pietatẽ & miſericordiã, quibus aliorũ defe
ctus ſubleuare cõſueuit, idq; agebat ſollicitẽ extremã neceſ-
ſitatẽ non expectans. ET DICIT EI IESVS QVIA
TIBI ET MIHI EST MVLIER? quaſi diceret.
Scio ꝙ vinum deſit, ſed quid ad nos pertinet? oportet eos q
bus deeſt hæc curare, & non nos, qui vocati ſumus: ſi q d. n.
defuerit nõ nobis imputabitur ſed Architriclino. Quid mi-
hi tecum cõmune eſt niſi hæc caro mortalis (vt dicit Euſeb.
Emiſſenus) hæc famem, ſitim, mortem ferre poteſt, miracu
la per ſe facere non põt. Ad hunc modum ẽt S. Aug. loquit. Aug. trac. 2.
Maria, inq̃t, mater erat carnis, infirmitatis pp nos ſuſceptæ, in Ioan.
miraculum aũt quod facturus erat, diuinitatis erat negotiũ
non infirmitatis humanæ. Operaturus igitur Diuina dicit,
QVID MIHI ET TIBI EST. Quod videatur hic
duriuſcule Matri reſpondiſſe, id non ex inobediẽtia mana-
uit, ſed ex zelo diuinæ gloriæ: miracula ſiquidẽ patrãda ſũt,
non pp humanos affectus, ſed ob zelũ potiùs & oſtẽſionem
diuinæ maieſtatis. Sed quõ, dicet aliquis, non pertinebat ad
Chriſtũ ſuccurrere pęnuriæ humanæ? quõ non pertinet ad
B. V. Mariam intercedere pro mortalibus? Nihil horũ ne-
gat Chriſtus, nec quos B. V. Maria petijt, denegatũ eſt: ſed
ſolùm affirmat Filius ſuus ꝙ nõdũ venerat hora eius, ait. n.

NONDVM VENIT HORA MEA. Hoceſt
non dum eſt tempus opportunum, non dum adeſt hora il-
la qua cognoſcatur vini defectus, quæ hora opportuna eſt
miraculum faciendi. Inter plurimas conditiones benè ne-
gotiandi ea præcipua conditio eſt, vt tempore opportuno
negociatio fiat: nã aliqua tẽpore opportuno proſunt, in alio
non item. Hinc Poeta.

Temporibus medicina valet data tempore proſunt Ouid. li. de
Et data non apto tempore vina nocent. remed. A-
mor.

Sic & in rebus gerendis plurimũ valet tẽpus opportunũ ob
ſeruare: nã multoties media efficacia ad cõſequendũ finem
deſinũt eſſe media, & frequẽter impoſſibilis redditur aſſe-
cutio finis, ſi nõ adſit tẽpus opportunũ: Iõ ſapiẽtiſſimus oĩũ
Deus, oĩa operatur in tẽpore opportuno: in tpe opportuno
alimenta vitæ noſtræ neceſſaria de cælo in terrã tranſmittit. Hier. 5. v. 24
Qui dat nobis pluuiã tẽporaneã & ſerotinã in tẽpore ſuo. Tẽ-
pore determinato exaudit petitiones noſtras. *tẽpore accepto*
exaudiui te, inquit per Iſaiã. Tempore opportuno operatus Eſa. 49. v. 8.
eſt ſalutem noſtram: nam in mundum venit non quocunq;
tẽpore, ſed cum venit plenitudo tẽporis. *Inclinauit cælos &
deſcendit:* ita quod nec preces totius mundi, nec Propheta-
rum voces, nec gemitus Patrum in lymbo compeditorum
dicen-

dicentium, *vtinam dirumperes cælos & deſcenderes*, effice-
re potuerint, vt citiùs veniſſet, Nec ſæuientia hyemis frigo-
ra, nec defectus hoſpitij, nec obſcuritas noctis, potuerunt
impedire, quin tardius veniret infans in corpore humano
Sap.18.v.14 *Deus, ſed cum quietum ſilentium continerent omnia, & nox*
in ſuo curſu mediũ iter haberet, ſicut pluuia in vellus deſcen-
dit. Cum etiam natus de Virgine Matre decreuiſſet, con-
ſumare opus ſalutis noſtræ, ſuo tempore hoc fecit, quia nec
Herodis crudelitas occidentis infantes, nec Iudæorum lapi-
E des quos contra Chriſtum ſumpſerant, nec concilia mali-
gnorum Scribarum, & Phariſæorum, nec totus mundus,
imò nec totus infernus ſimul potuit accelerare mortẽ Chri
ſti eumque mundo tollere. Neque item Pilatus ſuis excuſa-
tionibus, nec Dæmones per vxorem Pilati, nec lex Iudæo-
rum, quæ præcipiebat dimittere vnum vinctum pro Solen-
nitate Paſchæ, nec denique impij illi deriſores paſſionis ip-
ſius, qui promittebant ſe credituros in eũ ſi deſcendiſſet de
cruce, efficere potuerunt quin tardius moreretur pro ſalute
mundi quam conſtituerat, ſed tũc ſolùm quando venit ho-
ra eius, tunc inclinauit caput quaſi dãs ſignũ morti vt veni-
ret & tradidit Spiritũ. Tẽpore etiã opportuno iudicaturus
Pſal.74.v.3 eſt mundum. *Cum accepero tẽpus ego iuſtitias iudicabo*. Ita-
que & nos dũ tẽpus habemus operemur bonum dũ ſumus
in hac vita, quia tempus non erit amplius, vt iureiurãdo An
Apoc. 10. v.6. gelus nos certificauit. *Et Angelus quẽ vidi ſtantẽ ſuper ma*
re. & ſuper terrã, leuauit manũ ſuã ad cęlũ & iurauit per
viuentẽ in ſęcula ſæculorum quia tempus non erit amplius In
omnibus ergo negotijs obſeruare debemus tempus oppor-
tunum; maximè tamen tempus moriendi quod maximè
nobiſcum eſt. Et ideò ſemper debemus eſſe parati, quia vt
Seneca. inquit Seneca: Semper moriamur ciuiliter, vt benè moria-
mur, cum veniet hora noſtra. Horam mortis ignoramus,
horam bene merendi ſemper habemus.

Solus Deus nouit quæ ſit hora eius, nullus autem homi-
num certam notitiam habet de hora ſua, quando ex hoc
mundo tranſmigrandum ſit. Propterea Dauid ſummis pre
Pſal.38.v.5. cibus poſtulabat à Deo, vt ei reuelaret horam eius, *Et nume*
rum dierum meorum vt ſciam quid deſit mihi. Et alia litera
habet, vt ſciam à quibus ceſſare debeam. Non loquitur cer-
tè de ceſſatione à diuinis, quæ eſt pęna & cenſura Eccleſia-
ſtica, ſed de ceſſatione ab humanis occupationibus. Nec
mirum quod hora mortis noſtrę ſit incerta, quia vt egregiè
Seneca. dixit Seneca. Tam debet eſſe mors ante oculos iuueni quã
ſeni; non enim citamur ex cẽſu, ſed ex depoſito. Et id quod
debetur alicui ex cenſu, ſoluẽdũ eſt, ſed certa & determina-
ta hora, certo & determinato tempore eo die v.g. pro feſto
S. Martini, qñ communiter cenſus à ſubditis exiguntur, nõ
tenentur, ſoluere cenſum citius alioqui ſubditi ex ſtata con-
ſuetudine. Sicut emẽs quis fructus horti alicuius, vel ſegetes
in agro, non tenetur ſoluere, niſi prius matureſcant omnia.
Sed cum aliquid reſtituendũ eſt, tanquam depoſitũ, quacũ-
que hora debitum exigatur, reſtitui debet. Nos ergo nõ ci-
tamur ex cenſu, ſed ex depoſito; ignoramusque horã noſtrã
nec dicere poſſumus, hæc eſt hora mea, qa vt inquit D. Pau
1. Cor. 15. v.30. lus, *Periclitamur omni hora, ſed qua hora ad portum perue-*
niendum nobis ſit ignoramus. Horã qua periclitamur dũ vi-
uimus cernimus, ſed horam qua naufragiũ vitæ noſtræ pa-
tiemur neſcimus. Quidnam autem potiùs noſtra hora dicẽ
da ſit, an ea qua viuimus, an ea qua morimur? certè illa ſa-
niùs hora noſtra eſt, qua morimur. Ideò & in oratione do-
minica quotidie, plures oramus Deum, vt adueniat hora
moriendi, oratione abſoluta; cõditionaliter aũt petimus vt
adueniat hora viuendi: ſic enim dicimus Adueniat Regnũ
tuum, & conſequenter. Adueniat mors quia nullus poteſt re
gnum cęlorũ poſſidere niſi mediante morte, vt inquit Ter-
Tert. de Orat. cap. 51. tullianus. Regnum Dei quod vt adueniat oramus, ad cõſu-
mationem ſæculi tendit. Optantus maturiùs regnare, & nõ
diutius ſeruire, feſtinantes ad ſpei noſtræ complexũ, quaſi
dicat: Oramus conſummationẽ ſęculi & mortem noſtram;
quia regnare non poſſumus, niſi mundus per cõſummatio-
nem, & nos per mortem à ſeruitute liberemur. Poſtulamus
ergo horam mortis abſolutè, horã aũt viuendi cõditionatè
tantùm; ſic enim ſubijcimus. Fiat volũtas tua, quaſi dicere-
mus, ſi non placet tibi, vt per mortem à ſeruitute liberemur
& in cælo regnemus, ſit ita, Fiat volũtas tua, viuamus in hoc
mundo, ſed ſub hac conditione, Panem noſtrum quotidia-
nũ da nobis hodie. Si vis vt viuamus da nobis panẽ quoti-
dianũ. vbi Cyprianus. Ideo panem noſtrum, id eſt Chriſtũ Cyp. de Dominica.
ſub Sacramento panis dare nobis quotidie petimus, vt qui
in Chriſto manemus & viuimus à ſanctificatione eius non
recedamus. Patet ergo quòd horã vitæ poſtulamus ſub cõ-
ditione: horam verò mortis abſolutè. Sicut etiã & ipſe Chri
ſtus fecit in horto, vitam petijt à Patre ſub cõditione, vt Ter
tullianus ait; Quin & in Paſſione ſua, *Pater, inquit, transfer* Tertulian.
poculum iſtud à me. & rurſus, *non mea ſed tua volũtas fiat*:
Mortẽ.n. elegit ſin parte ſuperiorẽ abſolutè ꝓ ſalute mũdi,
vnde ẽi mortẽ dicebat horam ſuam, ideo & nos non horã
vitæ, ſed horam mortis potiùs horã noſtrã dicere debemus,
quæ nonniſi ſoli Deo perfectè cognita eſt: teſte Pſalmiſta,
qui ait. *Poſuiſti menſurabiles dies meos*: & quantitate con- Pſ.38.v.5.
tinua; litera Hebræa habet palmares: & quantitate diſcre-
ta quia dies noſtri & horæ, ſunt numerabiles, ſed quis ſit hu
ius numeri vltimus terminus Arithmetica noſtra ignorat. Hebrea lit.
Ideo etiam dicebat Dauid: *Quoniam non cognoui literatu-* Pſ.70.v.15.
ram introibo in potentias Domini. S. Hier. habet: qm̃ nõ co S.Hieron.
gnoui artem numerandi, ad arithmeticũ ergo diuinum no
bis recurrẽdum eſt, qui ſolus nouit vltimũ numerũ horarũ,
& dierum noſtrorum. Nos aũt cũ illi ignoremus, quantum
eſt ex parte noſtra quàm diligẽtiſſimè procurare debemus,
vt piè, iuſtè, ſobriè viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatã ad Titũ 2.
ſpem, & aduentum magni Dei, aduentum horæ, in qua om v.13.
nium ratio reddenda erit, operãdo ea quæ nos docuit Chri
ſtus: ſicut etiam Beata V. Maria in perſona Miniſtrorum
nos informat, cum dicit.

QVODCVNQVE DIXERIT VOBIS FA- F
CITE. Intellexit Beata Mater petitionem ſuam complẽ-
dam, ſed opportuno tẽpore. Præterea admonuit miniſtros
vt verbis illius obedirẽt. Exeat modo neſcio quis Arrianus,
& dicat Chriſtus nõ eſt Deus, Si non eſt Deus, cur B. V. ab
eo petit fieri, quæ à ſolo Deo fieri poſſunt? nempè vel crea-
tionem vini, vel multiplicationẽ, vel conuerſionẽ aquę in vi
num. Deindè cur dixit Miniſtris? quodcunque dixerit vobis
facite. Conſcia vtique erat de filij ſui diuinitate, ideoq; ma-
gna cum fiducia loquebatur, non quidem ſicut vna de ſtol-
tis mulieribus, ſed ſicuti verè Prophetiſſa & ſedes ſapientię.
Pater dicit: *hic eſt filius meus dilectus ipſum audite*. Mater
verò dixit. *Quodcunque dixerit vobis facite*. Duplex eſt er-
go in Chriſto natura Paterna, vna ab ęterno, materna alte-
ra ex tẽpore. Tu vero Arriane, dũ vnã negas, alterã cõfun-
dis, fit vt neutrã habeas. Felices creaturæ pro quibus B. V. Ma
ria intercedit & quos inſtruit, qualiter ad beneficiũ iã impe
tratũ recipiendũ ſe diſponãt. Hanc pro aduocata noſtra re-
cipi[illegible]mus, per nomen eius cęlũ obtinebimus, & ad gratiam
D[illegible]ponemur, quia vt inquit S. Ephrem. Nomen Mariæ S. Ephrem.
e[illegible]ũ paradiſi reſeramentũ. Propter nomẽ eius in ho-
ra mortis ſuſcipiemur & benè moriemur. Dauid cũ bonam
mortẽ poſtularet à Deo dicere ſolebat. *Pręcioſa in cõſpectu* Pſ.115.v.15
Domini mors Sanctorũ eius. O Domine quia ego ſeruus tuus,
& filius ancillæ tuæ, ob merita matris propriæ bonã mortẽ
poſtulat, quæ vt dicit Lyran. & Rabbi Salomõ, Erat mulier Lyranus.
ſancta; ideo per merita eius, rogat Deũ nulla facta mentio-
ne meritorũ. Quãto magis nos bonã mortẽ poſtulare debe-
mus per merita eius, quę cũ profundiſſima humilitate dice-
bat: *Ecce Ancilla Domini*. Maximè quia D. Aug. applicãdo D. Auguſt.
illa verba precioſa in conſpectu eſt ad Chriſtum, dicit: Chri
ſtũ Dñm tanquam hominem poſtulare illis verbis, à Deo
Patre per meritum humilitatis Matris ſuæ dicentis. Ecce an
cilla Domini &c. ne in hora mortis ſuæ derelinqueret eã.
Ergo ſæpius ſalutemus Mariam vt à ciuibus cęli & Angelo-
rum choris pro electis agnoſcamur: nã vt inquit D. Bonau. D. Bonau.
Qui acquirit gratiam Marię, agnoſcetur à ciuibus Paradiſi,
& qui habuerit characterem eius annotabitur in libro vitę.
Sed quiſnam hic eſt character, non alius niſi deuotio, erga
Beatiſſimam Virginem, ſingularis.

ERANT AVTEM IBI HYDRIÆ LAPI-
DEÆ SEX POSITÆ SECVNDVM PVRI-
FICATIONEM IVDÆORVM, CAPIEN-
TES SINGVLÆ METRETAS BINAS AVT
TERNAS. Nõ amphorę vulgares fuerũt illi hydrię, ſed va
ſa aperta & ampla, quę viginti quatuor noſtros quartarios

aut circiter capiebant. Ex quo intelligimus largum fuiſſe Domini beneficium, quod præſtitit in nuptijs. Metreta continet decem congios congius vero ſex ſextarios, ideoq; dicitur ſextarius, quaſi ſexta pars congij. Sextarius autem duas continet hæminas. Hæmina autem ſex Cyathos, ſed quia hæc nobis ignota ſunt, huiuſmodi enim hydrias non vidimus Satis eſt ſcire hydrias fuiſſe vaſa lata & ampla.

SECVNDVM PVRIFICATIONEM IVDÆORVM. de qua loquitur Marcus. Illa enim purificatio à ſenioribus introducta fuit, vt crebro lauarent ma-
Marc.7.v.4 nus, *& à foro venientes niſi baptizentur non comedant, & alia multa tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum, & vrceorum & æramentorum, & lectorum.* Ad hunc ergo vſum, vt ſe purificarent aderant iſtæ ſex hydriæ, quas videns Ieſus dixit miniſtris.

IMPLETE HYDRIAS AQVA ET IMPLEVERVNT VSQVE AD SVMMVM. Ecce nunc venit opportuna hora eius, in qua miraculũ magis innoteſceret, & vt neceſſitati non verò oſtentationi videretur occurriſſe, factus eſt auxiliator in tempore opportuno. Per Miniſtros fecit hydrias impleri aqua, & ferri Architriclinio, id eſt conuiuij præfecto, vt ſic fides miraculi certior eſſet & euidentior. Poterat vinum ex nihilo creare, ſed vt miraculum omni careret calumnia, miniſtros adhibuit vt haurirẽt aquam, & architriclinũ qui guſtauit primus aquã in vinum optimum conuerſam. Iam igitur dic Arriane, ſi ille Ieſus purus eſt homo, qua virtute, tantam aquæ copiam in vinum tam optimum conuertit? Nulla ſunt hic verba adhibita, nulla audita benedictio verbis expreſſa, ſed ſolo nutu & voluntate aquas puras in optima vina commutauit, vt oſtenderet ſe eundem eſſe qui dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt. Dic & tu Caluine ſi Chriſtus ſolo nutu conuertit aquas in vina, quomodo non poteſt ſuo verbo per qđ fecit omnia, mutare panem in ſuum corpus, & vinũ in ſan-
Pſ.93.v.2. guinem. *Intelligite hæc inſipientes corde & ſtulti aliquando ſapite*, reſipiſcite miſeri, & dimiſſis veſtris friuolis argutijs, ad Eccleſiæ Romanæ gremium, quæ eſt columna, & firmamentum veritatis reuertimini. Iam verò ſi ex iſta Hydriarũ impletione placet ad noſtram inſtructionem Myſticũ ſenſum elicere immenſa ſanè liberalitas in hoc opere Saluatoris noſtri commendatur, quę omnium huius mundi Principum liberalitatem longè ſuperat, dum infinitis meritis implet, & Sanctos ſuos implere iubet theſaurum Eccleſiæ. Lau-
Venceslaus datur liberalitas Venceslai III. Bohemorum Regis, quod cum Viẽnam deditione accepiſſet, eamque Fridericus dux Auſtriæ ab eo viginti aureum nummum millibus redemiſſet, confeſtim inter ſuos, qui aderant pro ſua cuiuſque conditione totum diſtribuit: non tam ambitione ductus, quam ingenita quadam ad liberaliter agendum naturæ incli-
Dubr.lib.6. G natione. Scribitur & aliud de eodem Rege. Attulerat ſcutt diſpenſator ingẽtem auri maſſam in montibus Gylouenſibus de ſaxo auulſam pondo duodecim pendentem. Hanc cubiculi præfectus acceptam in lectulum Regis repoſuit, oblitus interim præſenti Regi illam repræſentare. Nocte ſubterueniente Rex cubitum abijt, totamque illam noctem peruigil tranſegit. Manè palam de inſomnio conquærens iuſſit lectulum excuti, Si quid ineſſet quod ſomnũ adimeret, tandem maſſam auream cubicularij in conſpectu Regis afferunt, eamque in lectulo ſe inueniſſe oſtendũt, & præterea nihil aliud dicunt. En (inquit Rex) veneficium illud quo ego velut faſcinatus dormire nequiui. Auferte hinc malum ab oculis meis, & ne ampliùs ad nos redeat, inter vos diuites. Idem etiam in ore ſemper illud habebat.
Dub.lib.16 Liberalibus omnia liberaliter adfluere. Sigiſmundus item Imperator magnam liberalitatem dùm Baſilienſi Concilio intereſſet declarauit. Nam cum quadraginta millia aureum nummum ex Pannonia (Syluius habet Burgundia) allata fuiſſent, ac tum reddita cùm iret cubitum. Excitatus non ſemel à ſomno, ſecumque cogitans cuinam potiſſimũ vſui aurum illud deſtinaret: manè ad ſe viros aliquot ingenio & doctrina præſtantes vocat, quorum ſtudio & opera,
Dub. lib.25 concilij res non ſeruabantur, iubet ſinum quemque ſuũ pã-
Æne.Syl.li. dere, & ſic auri illius maiorem partem illis diuiſit. Sed quid
4. de Alph. hęc liberalitas vbi ſinum auro impletur collata cum libera-
geſtis. litate Chriſti Domini? qui impleuit liberaliter hydrias vino ex aqua conuerſo vſque ad ſummum, & quotidie gratia ſua & alijs donis cęleſtibus implet corda noſtra & Eccleſiæ theſaurum. Vnde etiam nos haurire iubet quia inquit Euang.

ET INQVIT IESVS HAVRITE NVNC ET FERTE ARCHITRICLINO. Hydriæ prædictæ non ineptè ſignificant Sacramenta de quibus dixit Prophera. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluato-* Iſaiæ 12.v.3
ris, & licet plurimi hæc dicta intelligant de vulneribus & plagis in manibus, pedibus, ac latere Saluatoris noſtri, ex quibus non ſolùm manauit ſanguis & aqua, ſed etiam vita omnium noſtrum: dici tamen poteſt, quòd quemadmodũ Romæ vel in partibus Hiſpaniarum videmus ſumptuoſiſſimos aquæ ductus, quibus ex fontibus ab vrbe longè diſtantibus aqua in vrbẽ ad puteos opere mirifico ex marmore, aut alabaſtro fabricatis adducitur; indèque per vrbem diſtribuitur: Sic in materia ſalutis noſtræ fontes ex quibus aquæ animabus noſtris ſalutares ſcaturiunt, ſunt vulnera Chriſti, quæ per Sacramenta tanquam per aliquos aquę ductus nobis applicantur. Sunt ergo Sacramenta quaſi quidã riuuli cæleſtis gratiæ, promanantes ex fontibus ſanguinis Chriſti in cruce pro nobis effuſi. Has igitur aquas Chriſtus ſuos Apoſtolos & eorum ſucceſſores iubet haurire & diſtribuere Populo Chriſtiano. De Sacramento Euchariſtię, cantat Eccleſia, *cuius officium committi voluit Solis presbyteris,* S.Thomas.
quibus ſic congruit, vt ſumant & dent cęteris. In Sacramẽto Pęnitentię, tunc Sacerdotes hãc aquam de fontibus Saluatoris hauriunt & diſtribuunt, cum à peccatis abſoluunt, aut aliud quodpiam Sacramentum adminiſtrant. Hauriũt autem in gaudio cum nihil per inaduertentiam, vel negligentiam fruſtra profundunt. Accedit quod aliquando cõfeſſarius nõ abſoluit pęnitentem ob defectum propoſiti efficacis ampliùs non peccandi, quia non vult relinquere occaſiones peccandi vel quid ſimile, lamentatur pęnitens dicens, nimis rigoroſum eſſe Confeſſorem, ſed certè non eſt rigoroſus at prudens. Quemadmodum enim, ſi quis ſeruũ ſuum mittat ad hauriendum vinum, ille autem præ inaduertẽtia plus vini effundat in terram quam adferat ad mẽſam, nonnè hæc videns Dominus aut audiẽs ab alijs, (etiãſi abundaret vino quam optimo) acerbe ferret? Ita planè mittit Chriſtus Sacerdotes, præcipit vt vinum, Paſſionis ſuę meritorum haurientes diſtribuant indigentibus: Si haurit quis incautè, abſoluens inualidè, fruſtra effundit, & magnã moleſtiam affert Domino ſuo, etiamſi in abundantia prouiderit hoc vinum. Non rigoroſus ergo, ſed prudens dicendus talis Confeſſarius, quia non haurire abſolutè iubetur, ſed haurire cum gaudio, id eſt ſine damno, ne cõtriſtet Dominum cuius ſe mancipauit ſeruitio. Ad hoc ſignificãdum, dixit Ieſus, Haurite nunc & ferte.

VT AVTEM GVSTAVIT ARCHITRICLINVS AQVAM VINVM FACTAM ET NON SCIEBAT VNDE ESSET MINISTRI AVTEM SCIEBANT. Non permixtio
fuit, ait Hilarius, ſed creatio, & creatio nõ à ſe cępta, ſed ex Hilarius.
alio in aliud exiſtens. non per transfuſionem liquoris aboletur quod infirmius erat, ſed abolerur quod erat, & quod non erat cępit eſſe. In poculo enim non erant aqua & vinũ ſimul, ſed quando erat vinum, aqua non erat, & quando vinum eſſe cępit, aqua deſijt. Quod cum guſtaſſet Architriclinus ignorans quid eſſet factum, aut vnde tam bonum vinum eſſet allatum.

VOCAT SPONSVM VT DICIT EI. *Omnis homo primũ bonũ vinum ponit.* Mos erat in conuiuijs, vinum præſtantius offerre in principio menſe palato enim recenti adhuc, & ſtomacho nondum impleto, homines optimè diſcernunt vini præſtantiam, magnamque indè oblectationem capiunt. Cum verò fuerint impleti boni diſcretionis iudicio priuantur, ideoque parum refert, ſi circa finẽ cõuiuij vinum generoſius deteriusvè miniſtretur. Chriſtus autem ſponſus noſter contrarium facit: primum enim propinat illud quod deterius eſt, in finem autem ſeruat quod eſt optimum. *Quia oportet per multas tribulationes introire in Regnum Dei.* Dedit quidem primum legem in tabulis lapideis, quaſi vinum amarum: poſtmodum autem dedit legem Euangelicam in tabulis cordis carnalibus deſcriptã. Atque ita in lege ſcripta ſeruauit, bonum vinum vſq; adhuc

ſcilicet

H ſcilicet vſque ad legem gratiæ. Legem enim ſcriptam vocat
Ad Gal. 5. v. 1. S. Paulus iugum ſeruitutis, dicens ad Galatas: *State & noli-
te iterum iugo ſeruitutis contineri:* & S. Petrus ait. *Quid ten*
Act. 15. v. 10 *tatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorũ, quod
neque Patres noſtri neque nos portare potuimus.* Amarum
tunc vinum dabatur boni amariſſimi ſed nunc quando iã
ſumus plenè inebriati Sanguine Chriſti, vel potius vino Paſ
ſionis eius, propinatur nobis vinum optimum corda noſtra
Matth. 11. v. 30. affatim lætificans, dicente Chriſto: *Iugum meum ſuaue eſt,
& onus meum leue.* Viſitatum igitur eſt Deo noſtro ſerua-
re bonum vinum vſque ad huc amara præmittere, & tan-
dem dulcedine bonorum cæleſtium animam ſatiare, & læ-
tificare. Non ſic facit mundus, ſed per contrariũ prius opti-
mum vinum apponit, poſtea id quod deterius; ita vt de eo
Prou. 23. v. 31. optimè dici poſſit illud. *Ne intuearis vinum quando flaue-
ſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed
in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena dif
fundet.* Sicut hoc ſubſequentibus exemplis melius inclate-
Scipio Romanus. ſcet. Scipioni Romano propoſitum fuit à principio bonũ
vinum, quando triumphus talis fuit ei decretus, qualis ad il-
la vſque tempora non fuit Romæ viſus, adiuncto ſcilicet ti-
tulo Africani, qui ſaporem illius vini, ideſt triumphi ſpeciẽ
maximè adaugebat, & ſic ab illo tẽpore dictus fuit Scipio
Africanus, quaſi victor & triumphator Africæ: ſed poſtea
ingraueſcente ætate, data ei potio valde amara, quando Se
natus decreto ab ea vrbe triſtis exulabat, in qua antea lætus
triumphator exultabat. Cicero etiam poſt dignitatem con
ſulatus, poſt honoratiſſimam Patris Patriæ antonomaſiã
Iulius Cęſar crudeliter occiſus eſt. Iulius Cęſar poſt Coronam Imperia-
lem, poſt titulum dictatoris perpetui, acceptis ſeptem decẽ
vulneribus migrauit è vita. Imo & Chriſtum Saluatorem
noſtrum ſic tractauit mundus. Nam qui die palmarũ Hie-
ruſalem triumphans ingreſſus eſt; multo cum perfectiore
Virg. Æn. 2 pompa, quam illa de qua Poeta proclamabat, circum pueri
innuptæque puellæ, Sacra canunt, funemque manu contin
gere gaudent: hic paulò poſt, cruci crudeliter affixus, maxi-
mo ſuo dolore vitam finiuit. Sic igitur mũdus primum bo-
num vinum ponit, Deus autem non ſic, ſed primo pocula
amara proponit, deindè id quod melius eſt. Sic tractauit
Adam primum hominem, cui primò appoſuit poculum a-
Gen. 2. marum dicẽs. *In ſudore vultus tui.* Deindè quod melius eſt,
veſceris pane tuo. Sic & nos tractaturus eſt in cęlo. Sedebi-
tis inquit ſuper menſam meam in regno meo, vbi apponen
tur vobis pocula quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. Sed
prius guſtanda ſunt amara. Quoniam per multas tribula-
tiones oportet nos intrare in Regnum Dei.

Act. 14. v. 22 HOC INITIVM SIGNORVM FECIT
IESVS IN CANA GALILÆÆ. Ex quo intel-
ligimus libellum de infantia Saluatoris eſſe apocriphum,
Gelaſius Papa. ſicut decretum Gelaſij Papæ comprobauit. Hoc igitur fuit
miraculum initium ſignorum Chriſti, quod fecit in Cana
Galilææ. ET MANIFESTAVIT GLORIAM
SVAM. Manifeſtauit gloriam, hoc eſt claritatem potẽ-
tiæ ſuæ: oſtendit enim ſe illum eſſe, qui quotannis in vitæ
aquam in vinum conuertit.

ET CREDIDERVNT IN EVM DISCI-
PVLI EIVS. Hoc eſt ampliorem & firmiorem fidem
acceperunt. Optimè perſuaſi Magiſtrum ſuum, non ſolùm
eſſe verum hominem, ſed etiam verum Deum, cuius ſolius
potentiæ eſt rerum naturas ſola voluntate trãſmutare. Hęc
ſecundùm literam. Sed iuuat ex his etiam ſenſum myſticũ
Exechielis 12. v. 3. elicere. Loquendo Ezechiel Propheta de aduentu Chriſti
Domini in mundum admirabili vſus eſt metaphora, cum
inquit: *Aquila grandis magnarum alarum longo membro
rum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum &
tulit medullam Cedri, & ſummitatem frondiũ eius auulſit,
& transportauit in terram Chanaan, in vrbe negotiantium po
ſuit illam.* Qui benè conſiderat verba & ſimilitudinem, fa-
ciliè aduertere poteſt, quòd nõ loquatur Propheta de Aqui-
la materiali, nec de cedro materiali, nec de medulla cedri,
aut frondibus materialiter ſumptis, ſed totum ſpiritualiter
intelligẽdum eſt. Nam in primis quare toties repetit. Aqui-
la grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu,
nonnè ſatis erat dixiſſe, Aquila magna? nam ſi eſt magna,
& alas habet magnas, & corporis partes oblongas habeat
neceſſè eſt: repetit tamen ter; vt innuat hanc Aquilã de qua
loquebatur ſignificare Deum vnum & trinum: Nã & ma-
gnitudo aquilæ non ordinatur ad tollendam medullam Ce
dri, ſed ordinatur ad volandum: quia quantò maior, tantò
altius volare poteſt. Signum ergo eſt, quòd de alia aquila
loquatur. Sed illud hic mirari poſſet quiſpiam, quid habeat
cum negotiatione frondium ſummitates verum mirari de-
ſinet, ſi hæc omnia allegoricè à Propheta dicta eſſe cenſe-
bit. Quis vnquam vidit aliquem diteſcere poſſe ex frondi-
bus & folijs? Per aquilam enim intelligitur SS. Trinitatem.
Hæc eſt aquila ter magna: quia magnus Pater, magnus Fi-
lius, magnus Spiritus Sanctus. Magnus Pater, quia princi- I
pium ſinè principio. Magnus Filius, quia magnarum alarũ;
cum ſit notitia & ſapientia Patris Magnus Spiritus Sãctus,
quia ferebatur ſuper aquas in creatione mundi viuificãdo,
& conſeruando omnia. Cedrus altiſſima, eſt, Deitas & po-
teſtas Diuina. Medulla iſtius Cedri eſt media perſona Ver-
bum ſit Patris: ſicut enim medulla in medio ligni locũ ha-
bet, ita & Verbum Patris, medium locum in SS. Trinitate
obtinet; inter duas perſonas diuinas. Hæc medulla fuit trãſ
portata in terram negotiantium de quibus Chriſtus Domi
nus dixit. *Negotiamini dũ venio*, aliqui enim emunt cęlum Luc. 19. v. 13
eleemoſynis, alij labore & optimarum virtutum exercitio il
lud conſequuntur. Contractum enim fecit Deus cum ho-
minibus, vt qui benè egerint eant in vitam æternam. Plu-
mæ & varietates huius aquilæ ſunt Diuina attributa, boni-
tas, ſapientia, omnipotentia, iuſtitia, miſericordia & his ſi-
milia. Hęc medulla cedri in mundo exiſtens, mundo igno-
ta, hodie per miraculum manifeſtari cæpit: hoc enim ini-
tium ſignorum fecit Chriſtus, & manifeſtauit gloriam ſuã;
quam habet vt Deus & vt cor, ac medulla SS. Trinitatis:
Manifeſtauit claritatem potentiæ, tanquam Imperator Cę
li, & terræ. Et per hoc crediderunt Diſcipuli eius, quod ille
apparuit in carne, qui cum Patre, & Spiritu Sancto regnat
in æternitate per infinita ſæcula ſæculorum Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Secundæ poſt Epiph.
De Caſtitate.

Nuptiæ factę ſunt in Cana Galileę, & erat ibi Ieſus cum Ioan. 2. v. 1.
Maria matre ſua.
Omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ in- Eccleſiaſ. 26 v. 20.
quit Eccleſiaſticus c. 10.

VSVS & conſuetudo oratoribus eſt, quod cũ rẽ A
aliquam pro dignitate commendare volunt,
figura quam vocant Hyperbolen vtuntur, qua
exprimi ſolet per comparationem ad aliud ex
cellentiam rei. Sic dicimus aliquid eſſe candidius niue, dũ
candorem illius exprimere volumus. Quod genus eloquij
cum in laudandis alijs quibuſque rebus plurimum valeat.
Si tamen excellentiam caſtitatis quis commendare vellet
Hyperbolen non inueniet. *Omnis ponderatio non eſt digna
continentis animę.* Eſt vna gemma ita excellens, eſt virtus
ita rara, eſt tantæ æſtimationis coram Deo & hominibus,
vt cætera in comparatione eius vix aliquam æſtimationem
habere videantur. Hinc eſt, quod vbi noſtra vulgata habet.
Omnis autẽ ponderatio. Septuaginta Interpretes legunt. *Nõ
eſt autem ponderatio.* Non eſt pondus, nõ eſt numerus quo-
rumcunque bonorum, quarũcunque diuitiarum, qui ęqui-
ualeat in pondere, & menſura excellentiæ huius virtutis.
Aſtrologi docent inter ſigna Zodiaci quibus regitur mun-
dus, vt inquit Virgilius. Per duodena regit mundum ſol au- Virgilius.
reus aſtra eſſe ſignum quod appellatur virgo. Omnis pon-
deratio quæ in terra reperitur, non eſt digna continentis
animæ, in cælo virginitati locus eſt, ibi querendum eſſet, an
ſit aliqua ponderatio, quæ ei comparari poſſit. S. Cyprianus S. Cyprian.
compa-

Digitized by Google

comparat Virgines Angelis. Cum caſtè inquit vixeritis Angelis Dei eſtis æquales. Sed neque hæc põderatio eſt digna continentis animæ, nam Angelorum caſtitas, eſt caſtitas in Spiritu hominum, aut etiam in ſpiritu & corpore. Angelis caſtitas naturaliter competit hominibus ex virtute, caſtitatis virtus, eſt donum Dei, quod ſingularibus auxilijs, & gratia Dei conſeruatur. Caſtitas virtus eſt memoria, in continua pugna, per quam ſic pugnans, meretur coronam: caſtitas Angelorum non item. Indè eſt quod caſtitas, quę eſt virtus, eſt glorioſior & maiori laude digna, quam caſtitas Angelorum, quia voluntaria, quia multos habet inimicos, viſibiles, & inuiſibiles, quin hoſtem domeſticum carnem, & ideò glorioſum multumque laudabile eſt, hanc præcioſiſſimam gemmam defendere, & cõſeruare. Itaque nec in terra, nec in cælo eſt digna ponderatio continentis animę. In Sãctuario Dei, pondus caſtitatis quærendum eſſet. *omnis ponderatio ſiclo Sanctuarij ponderabitur*, inquit Deus per Moyſen,

Leuit. 27. v. 25.

vnde intelligitur diuerſam eſſe menſuram ſiclum, ſeu pondus, aut menſuram Sanctuarij à ſiclo pondere, ſeu menſura communi.

Poſti. fol. 5.

In mundo triplicia reperiuntur bona. Bona naturæ: bona fortunæ, ſeu bona politica, & bona gratiæ, bona naturæ vt robur, vel venuſtas corporis, & alia omnia, quib. homo cum naſcitur præditus eſt. Bona fortunæ, quæ fortuna acquiruntur, vt ſunt diuitiæ, honores dignitates. Eſſe Imperatorem, Regem Epiſcopum, & ita omnia fortunæ, vel potius prouidentiæ diuinæ beneficio fiunt. Hæc ſiclo, ſeu põdere communi, ſiclo huius ſæculi æſtimantur, & ponderantur: Robuſtus facilius ad aulam Religionem officia & ſeruitia admittitur, quam infirmus, quia robur corporis præponderat in ſiclo communi hominum: ſic venuſtas & alia bona naturæ maiorem reuerentiam exhibent homines, ijs qui maioribus eleemoſinis gratijsque eis auxiliantur, magis reuerentur homines potentes, diuites, Reges, quam pauperes, maiorem reuerentiam exhibes prædicatori excellenti & erudito, quam ſimplici, quia bona gratiæ gratis datæ, æſtimas & ponderas ſiclo huius mũdi: breuiter, qui omnia bona diſtribuit ad rationem ſicli communis dignitates, honores, & alia huiuſmodi diſtribuit; Sed eſt aliud Sanctuarij pondus, longè diuerſum à ſiclo ſæculi, quo mentis intentio & voluntatis bonæ præcium ponderatur ad hoc non attendit mundus: ſi enim v. g. ſint duo mercatores, qui vendant triticum, vel pannum, aut aliquid aureum, vel argenteum, non niſi communiter menſuratur ibi quantitas panni, quãtitas, aut quantitas auri & argenti, & iuxta pondus precium æſtimatur & ſoluitur. Quod ſi vnus illorum dicat quod meliori intentione, ex maioris charitatis affectu erga perſonã cui vendit vendat ad hoc non attendit mundus. Per oppoſitum eſt de eo cuius precium ponderibus ſanctis æſtimatur, ſiuè enim parum, ſiuè multum offeras Deo, ſi meliori intentione, & maiori erga Deum amore offers, illud præponderat etiamſi minus altero offeras, quia voluntas & bona intentio, ac mentis puritas ſiclo Sanctuarij menſuratur; ſi aliqua virtus in mentis puritate præcipua conſiſtit, maximè caſtitas quæ nunquam perfecta eſt, niſi pura ac perfecta ac perpetua intentio, hanc virtutem obſeruandi adſit: Ideò ſolo ſiclo Sanctuarij & ponderibus ſanctis ęſtimanda eſt approbat. Chriſtus in hodierno Euãgelio nuptias quas præſentia ſua condecorare voluit, multo tamen inferioris gradus, & perfectionis eſſe ſtatum matrimonialem ſtatus Cælibatus, exemplo & doctrina edocuit; ideò & nos in hac inſtitutione priùs de caſtitate virginali dicemus, ea ex quibus facilè intelligemus, quod non ſit digna ponderatio cõtinentis animæ vt dixit Eccleſ. quia non ſolum Angelis, ſed Deo ſimiles efficit. Deindè de Caſtitate in communi an ſit virtus, & an ſpecialis virtus, vbi & de Caſtitate matrimoniali pleraque adferentur.

B

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino ſimilis erit Deo in filius Dei, interrogat Propheta, cui reſpondere poſſumus, quod homines caſti ſunt ſimiles Deo, Omnium rerum Deus eſt principium & finis, & hoc ita eſt proprium Deo, vt nulli præter ipſum conueniat, nulli creaturæ attribui poſſit, niſi ſolo Deo, vt ipſemet teſtatur per D. Ioãnam.

Apoc. 1. v. 18

Ego ſum Alpha, & omega Principium & finis: vt inquit Gloſſa quod in alio loco explicans, D. Ioannes inquit. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil*, id eſt, omnium eſt cauſa efficiens, origo & principium quæcunque ſiuè in cælo, ſiuè in terra reperiuntur; prętereà. Omnia propter ipſum operatus eſt Dominus, hoc ita euidens eſt, vt ẽt ipſos idolatras non latuerit. Et hinc vt inquit Pauſanias. Cõſuetudo erat antiquis, vt Virgines abſciſſos capillos Dijs offerrent, præcipuè apud Drinas: eos ſacrificabant Deæ Palladi, vt refert Alexander ab Alexandro, per hoc innuere volentes, quod ſiquis vellet alicuius negotijs finem bonum, à Deo incipere debeat. Impoſſibile enim exiſtimabãt ſinẽ malum illius negotij cuius eſt Deus principium. Idem obſeruabant Romani, qui primitias barbæ Dijs dedicabant vt refert, Dion & Tranquilli, quo innuerent Deum eſſe omnium principium; Et ſi quidem quæramus aliarum rerum, multomagis fatendum eſt, quod omnium virtutum Deus eſt principium & finis ſed præcipuè caſtitatis, quia vt inquit Gregorius Nazianzenus. Prima virgo Trias eſt, ſiquidem patre nata, Anarcho, principium ſtatus virginalis eſt Trinitas, cui nomen primo virginitatis attribuitur. Poteſt ne attribui Trinitati nomen Prophetæ? minimè. Quia omnia præterita præſentia & futura clarè, & diſtinctè intuetur, quod eſt contra eſſentiam prophetiæ, vt colligit D. Tho. ex Canonica diui Petri. Poteſt ne attribui Trinitati nomen & officium Apoſtolorum? minimè. Quia Apoſtoli interpretantur miſſi. Trinitas autem mittit, non mittitur. Poteſt ne vocari Confeſſor aut Martyr? minimè. Quia Trinitas eſt quam confitemur, vnam in eſſentia, & Trinam in perſonis. Natura etiã Trinitatis eſt impaſſibilis & immortalis, pati & mori non poteſt, vt hac ratione ei attribui poſſit nomen Martyrum, ſed nomen virginum ei rectè cõmunicari poteſt, imo prima virgo Trias eſt. Maior ne excellẽtia alicuius alterius ſtatus queat reperiri? magna eſt dignitas, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum, &c. hanc tamen ſuperat virginitas, quę ſola Deo attribuitur, vel potiùs, ab eo originem trahit, ita vt rectè dici poſſit. Caſtitatem & ſtatum virginalem, eſſe quandam imaginem expreſſam Trinitatis, vt etiam dicit S. Cyprianus Martyr. Dei (inquit) imago eſt reſpondens ad ſanctimoniam Domini. *Si* Naturam Dei ſpeculari, & per creaturas intelligere volumus, nõ eſt neceſſe; ſpeculari motus cęlorum, aut *Sphærarum* cæleſtium, virtutes Aſtrorum: influentias planetarum, vim metallorum, excellẽtias gemmarum & alia huiuſmodi. Intuere vnum hominem virtute caſtitatis exornatum, & videbis in eo expreſſam ſimilitudinem Dei Altiſſimi Dei imago eſt quæ in particulari exprimit ſanctitatem Dei, Multa attributa ſeu proprietates ex creaturis ſuaptę attribuuntur Deo, quæ in ipſo longè perfectiùs reperiuntur, quam in creaturis quia vt ſunt in Deo, ſunt infinitæ perfectionis, ſic attribuimus Deo ſapientiam, prouidentiam & alia huiuſmodi; Sed quantum ad nos attinet ſanctimonia habet aliquid peculiare, quia per hanc perfectionem in particulari vult à nobis laudari, & ſic inter alias cauſas, quæ aſſignari poſſunt, quare illi Seraphin qui clamabant Sanctus, Sanctus, &c. Omnipotentem Deum ſemel tantum dixerũt Dominum, & ter vocauerunt Sanctum Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus, quia ſciunt quod hoc nomine Sanctus multũ delectatur Deus. Quod Deus ſit Dominus hoc illi conuenit ex tempore, ſed ab æterno fuit eſt, & erit Sanctus; huius ergo perfectionis expreſſa imago eſt virginitas, & virtus caſtitas, vt ex vi illius nominis intelligi poteſt, nam ſanctus interpretatur ſine terra, vel extra terram. Certum autem quod Deus eſt ſinè terra, & extra terram, quia eſt vna ſubſtantia, libera ab omnibus affectionibus, inclinationibus, & maculis terrenis. Vult igitur Deus, vt huius ſanctitatis, expreſſa imago reluceat in virginitate vult vt eius cultores de ſolo Deo cogitent ſola cæleſtia contemplentur ſint liberi, ab omnibus affectionibus terrenis ſollicitudinibus & occupationibus vanis, vt ſemper cor fixum habeant, nec aliqua inclinatione vel occupatione ad terrena deprimantur, ſic enim fiet, vt caſtitas in eis ſit expreſſa imago Dei. Finxerunt Poetæ quod Thetis Dea Peleo mortali homini nupta, partus quos ex illo ſuſceperat, in ignem inijciebat, vt ſic ab omni labe terrena purificarentur; Dea Thetis eſt anima, virtute caſtitatis exornata, quæ cum informat & animat corpus cũ diuerſarum ſint naturarum, diuerſæ ab eis cogitationes, & operationes proficiſcuntur. Corpus enim cum ſit terrenũ, deter-

Pauſanias lib. 2.

Dion. in Nerone & Trãquillus c. 12

Nazianz.

S. Cyprian. de habitu Virginali.

Thet. Dea.

Digitized by Google

de terrenis cogitat, anima autem cum ſit Spiritus cæleſtia
contemplatur.
Ideo communiter permittit Deus tribulationes, & mo-
leſtias, in eos qui in caſtitate viuunt, quia illæ afflictiones,
ſunt quodammodo ignis, qui purificat, quod terrenum eſt,
vt illi homines qui in Caſtitate viuunt, ſint imago repreſen
tans ſanctimoniam Dei, nimirum, vt ſint ſinè terra, vt in
hoc ſanctitatem exprimant Dei. Hæc ita ſe habere non ſo-
lum doctores ſancti, intellexerunt, ſed etiam gentiles Ro-
mani percepiſſe videntur; Nam inter alios conceptus, quos
de Deo habebant, exiſtimabant Deum eſſe ignem, & ideo
colebant ignem tanquam Deum, & fortè id ex Sacra Scri-
ptura acceperant, nam in Hebræo idiomate ſignificatur
Deus & ignis vocabulo Esch. Hinc Iſaias Propheta. *Deus
noſter ignis conſumens eſt.* His concordat viſio D. Ioannis
Apoc.1.v.15 in Apocalypſi, qui cum proponeret Emblema filij hominis
inquit: *oculi eius tanquam flamma ignis*, & pedes eius, *Si-
miles aurichalco, ſicut in camino ardenti.* Similiter viſio Eze
Ezech.1.v.4 chielis Prophetæ. *Et vidi quaſi ſpeciem electri, & a lumbis
& deſuper, & a lumbis eius: vſque deorſum vidi quaſi ſpe-
ciem ignis ſplendentis,* exiſtimabāt iſti nihil eſſe, quod maio-
rem hominibus afferrat vtilitatem, ſicut elementum ignis,
quod purificat, illuminat, conſumit, &c. Et ideo vulcanus in
maiori honore apud eos fuit. Hanc ob cauſam adorabant
ignem tanquam Deum. Et Chriſtiana Religio vtitur igne
lampadum & candelarum, iſtud namque ſignificat ignem
& lumen illud æternum. Illius igitur ignis quem colebant
imaginem, & flammam, dicebant veſtam virginitatis Deā,
vt inquit Ouidius. Nec tu aliud veſta & quam puram intel-
lige flammam. Romani etiam ab igne auguria capiebant,
ideo veſtam id eſt igneam Deam in vrbe ſua coli conſtitue-
rant, inſitum enim erat animis illorum, aut potius manarat
à patribus opinio, de inflammatis cælitus victimis, & indè
erat, quod crediderint Deum ipſum flammea ſpecie ex al-
to delapſum, victimas deuoraſſe. Dumque viderent, quod
ignis tenderet ſurſum putabant abripi victimas in cęlum.
Quare non quemlibet ignem adhibebant, ſed ſolum ex fo-
mite a radijs ſolaribus incenſo propagatum, hunc ignē per
petuo conſeruabant, virgines veſtales, in penetralibus tem-
pli, neque vſurpari alio quam ad victimas permittebant.
Veſtales itaque erant imago Dei, quia & cuſtodes ignis &
ipſa veſta flamma ignis.
Neque vero ſolum voluerūt, vt virgo veſtalis fuiſſet ima-
go Dei, ſed imago quoad ſanctimoniam; Et ꝓpterea à Nu
Numa Pō- ma Pompilio fuit inſtitutum virginum collegiū penes Ca-
pilius. pitoliū in valle Palatino (viſitur modo & vocatur Mariæ
D Granatum) vbi in initio, quatuor tantum virgines ad miſ-
ſæ fuerunt, Bogami, Betonia, Camelia & Tropeia. Qn̄ ve-
ro Pop. Rom. in ſex partes diuiſus fuerat addiderunt Ro-
Dionyſ. Ha mani duas vt ſcribit Dionyſ. Halicarnaſ. Tandem aucto
licar. Liuius Imperio creuit numerus, ad viteratium; Quæ præterea cęte-
lib.5. ab Vr ris vocabatur Maxima deligebantur, primum a Regibus,
be condita. poſtmodum à Pont. Maximo, quem primus Numa inſti-
tuit ac declarauit, admittendæ iſthuc, virgines, eas debebāt
habere conditiones; in primis vt quælibet eſſet ingenua, &
non libertino Patri genita: deinde Minor ſex, maior decē
annorum eo non eligebantur. Pręterea vt Patrima aut Ma-
trima non eſſet, nullo dote ex illo Patre qui tres pluresve fi-
lios habuerit ne videretur electa. Denique quando admit-
tebatur, tunc lege Papia cautum fuit, vt Pontificis Maximi
arbitratu Virgines 20. in populo deligerentur ſortitoque
in Cōcione ex eo numero fieret, & cuius virginis ducta fie-
ret, vt eam Pont. Max. caperet, capi autem dicebatur, quia
Pontificis manu capta, in eius poteſtatem redigebatur, ve-
Agellius. luti bello capta abducebatur. Quando vero virginem ca-
piebat, hæc verba ſolitus dicere fuerat Sacerdotem veſtalē
capio, quæ ſacra faciat, quæ Iouis ciet Sacerdote. Veſtalem
facere pro populo Romano. Quiritibusque vtique opti-
ma lege fiat, ita te amata capio. Itē obſeruationes antiquo-
rum quid aliud deſignabant? niſi quod Virgines prædictę
veſtales deberent eſſe imago, non qualiſcunque ſed quantū
ad ſanctimoniam. Hanc ob cauſam etiam, quoniam totos
triginta annos tenebantur ibi manere, primo decennario
ceremonias diſcebant, Secundo decennio eaſdem exerce-
bant, Tertio alias inſtruebant, Ad vltimum quando ad ędē
illam veſtalem veniebant, tunc in Loton arborem crines
ſuos deponebant. De hac arbore ſcribunt. Polibius, Home- Polib.lib.12
rus, & alij quod erat aſpera & ſpinoſa, fructus tamen illius
arboris erat dulciſſimus. Hinc accepit initium Emblema
Alciati, in obliuioſos Patriæ, qui depicta arbore Loto. Sic in
quit. *Sic Itacum pręmiſſa manus dulcedine Loti. Liquerat &* Alc. Embl.
Patriam liquerat atque Ducem. Per hanc ceremoniam ſuā, 114.
ſiuè malis dicere ſuperſtitionem magnam; proteſtabantur
ſanctimoniam; nam dum abſcidebant ſibi capillos, & de-
ducebant eas veſtæ, vt inquit Poeta. *Vt quondā veſtę ſcinde-
bant ſacra capillos. In viridē iactans, virgo dicādo Lotū, &c.*
Per hoc innuebant, qualiter integritatem ſuam Deo conſe-
crabant, in arborem aſperam eos proijciebant per quod
profitebantur vitæ aſperitatem, in arborem quæ interpræ-
tatur obliuio, per quod ſignificare voluerunt quod obliui-
ſcebantur omnium amicorum, diuitiarum, honorum, &c.
quæ omnia magnam ſanctitatem illarum ſignificabant.
Quod ſi apud gentiles virtus caſtitatis & virginitatis fuit
imago Dei, & imago ad ſanctimoniam, quātò magis apud
Chriſtianos, vbi beatiſſima Virgo & Chriſtus eſt principiū
& auctor huius virtutis. Vbi aſpera arbor Lotos Crux
Sanctiſſima, vbi homines virtute caſtitatis præditi eſſe de-
bent, imago Chriſti Domini, & beatiſſimæ Virginis ad Sā-
ctimoniā certè iuſtum eſt, vt capillos deſideriorum mundi
& vanæ conuerſationis, cogitationum terrenarum in crucē
proijciant; dignum eſt vt obliuiſcantur mundi & ea ſolum
cogitēt quæ Dei ſunt, in quo maximè iuuat donū caſtitatis.
Quæ an ſit virtus ſpecialis, an generalis & vniuerſalis di-
ſputat D. Thomas. Supponit autem, vt certum, quod caſti- D.Thom.
tas ſit virtus, nec obſtat quod Salomon dicit, eſſe donū Dei, Caſtitas eſt
vt ſciui quoniam aliter non poſſum eſſe continēs niſi Deus virtus.
det, & hoc ipſum erat ſapientia ſcire cuius eſſet hoc donum Sap.8.v.21.
adij Dominum & deprecatus ſum illum. Per hoc ſolum in-
nuere voluit caſtitatem virtutem eſſe, quam à Deo oratio-
nis & deuotionis aſſiduitate poſtulare debemus. Cū enim
hoſtem domeſticū nempè carnem nutrire, & ab eo ſimul
infeſtari debeamus, inſtantiſſimè orādum, vt Dominus ꝓ
ſuæ bonitatis, & noſtræ fragilitatis magnitudine præſentiſ-
ſimum ferat auxilium. Non obſtat item quod ſit fructus
Spiritus S. nam inquantum eſt, ſecūdum rationem operās,
habet rationem virtutis: inquantum autem habet delecta-
tionem in ſuo actu, connumeratur inter fructus, caſtitas ita-
que eſt virtus, quæ carnis concupiſcentiam moderatur, quę
ardentiſſimis votis, à Deo poſtulanda eſt, quia ſinè Diuino
numine, nemo continens eſſe poteſt.
Caſtitas præterea eſt virtus; quoniam triplex illud bonū,
honeſtum, vtile, delectabile, quod eſt virtuti proprium con
tinet, imprimis, continet bonum honeſtum. Quid enim ho
neſtius caſtitate. Mirum ſanè eſt quod plurimis, etiam in te- Caſtitas cō-
nera ætate hominibus, honeſtius multò viſum eſt, ludibrio tinet triplex
ab hominibus haberi, & proprium etiam parentum, odiū bonum pro
pati, inſectationes, inediam, verbera, & id genus alia mole- prium vir-
ſtiſſima tollerare, quam propoſito mutato à puriſſimè vir- tuti.
tutis amplexu diuelli, quod non eſſet, niſi colendæ caſtitatis
ſtudium maximam boni honeſti rationem, includeret. In- E
cludit quoque maximam vtilitatem; nam præter illam ma-
ximam vtilitatem, quod caſtitas efficit, vt homo hac virtu-
te præditus ſit imago Dei ad Sanctimoniam iuxta ſuperiùs
dicta. S. Cyprianus agens de Caſtitate Clericorum, vt ſolo v- S. Cyprian.
num quaſi faſcem comportaſſe; omnes Caſtitatis vtilita- lib. de ſingu
tes, ſiuè in malis auertendis, ſiuè in bonis conciliandis. Ca- laritate.
ſtitas (inquit) numen inuictum eſt Sanctimoniæ, & expu-
gnatio fortis infamiæ fortitudinis firmitas, & laſciuiæ petu
lantis infirmitas, probitatis præſidium, & improbitatis ex-
cidium, animæ victoria, & corporis pręda vbertas gloriarū
eſt ſterilitas criminum, pronuba ſanctitatis, & repudiū tur-
pitudinis, ſinceritatis indicium & abolitio ſcandalorū, exer
citium continentiæ & enaeuatio tota luxuriæ, pax ſecura
virtutum & debellatio inquieta bellorum, puritatis culmē,
& libidinis carcer, honeſtatis partus, & ignominiæ naufra-
galis locus, virginitatis mater, & hoſtis immundiciæ, lorica
pudoris, & ſpolium probroſitatis & corruptionis exitium,
murus rigoris, & deſtructio vulgaritatis, ſeueritatis gladius,
triumphator, & diſſolutionis occiſor, armatura virium, &
exarmatura fluxorū, integritatis dignitas, & fornicationis
abdi-

abdicatio, claritatis faſtigium, dedecoris præcipitium, voluntas bonorum operum, & afflictio vitiorum, refrigeriũ pudicitiæ, pęna petulantiæ, acquiſitio triumphorum, & facinorum detrimentum, requies ſalutis, & perditionis exiliũ vitæ ſpiritus & carnis interitus, ſtatus qualitatis Angelicę, ſummus humanæ ſubſtantiæ. Huius retinaculis, omnis obſcenitatis frenatur, & compedibus eius calces furentis libidinis ſtatuuntur. Porrò bonum quoque delectabile, & illud ampliſſimum hanc virtutem conſequitur, quę enim maior voluptas inueniri poteſt, quam continuò cum Dei Angelis, & Sanctis eius mente conuerſare? quod hæc virtus efficit iuxta illud D. Pauli. *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* Quotidiana etiam de Deo cogitatio quam puritas animæ & corporis excitat & auget, plurima animo oblectamenta affert, iuxta illud Apoſtoli: *Mulier innupta cogitat quæ Dei ſunt, vt ſit Sãcta, &c.* Cum igitur triplex hoc bonum conſequatur caſtitatem nempè, bonum honeſtum, vtile, & delectabile, caſtitas virtus eſt. Virtus quæ carnis concupiſcentiam moderatur & illicitas voluptates excludit, virtus Angelica, quæ ex hominibus Angelos efficit, viuere enim in carne, ſine carne, Angelicũ eſt, inquit Hieronymus, &c. Imò quoad aliquid perfectiores efficit homines caſtos, quid enim mirum eſt, ꝙ Angeli caſtitate prædíti ſiot, qui a carnis illecebris viuunt? Quid mirum quod præfulgent caſtitate, qui caſtitatis hoſtes non ſentiunt? Et quis ſufficienter enumerabit, quantũ homines hac virtute prædicti ab hoſtibus impugnantur? Impugnantur ab hoſte domeſtico eum concupiſcentiã fluctibus agitantur, perenne bellum gerunt cum hoſte infernali implacabili, à quo impugnantur, qui varias nocendi artes nouit, impugnantur à pluribus perſonis, qui tanquã inſtrumenta à Diabolo aſſumuntur ad impugnandam hanc virtutem; Cum ergo homines de inimicis, & carne triumphant, ipſis etiam Angelis quodammodo ſuperiores efficiũtur, beneficio huius virtutis cuius opus eſt, carnis concupiſcentiam moderari, atque caſtigare, quæ, eſt refrenanda ad modum pueri, vt inquit D. Thomas, & patet per Philoſophum in Ethicis. Nam quemadmodũ optimus præceptor caſtigat diſcipulum, eiuſque ſingulas quaſque actiones quotidie emendando caſtigatiores in dies reddit, donec illum ad optimam frugem, redigat, ita caſtitas concupiſcentias reprimit, & inde fortè caſtitas nomen ſumpſit ſcilicet à caſtigando, & moderando concupiſcentias, caſtigando diſcipulum, auxiliatur ei, vt in virum magnum euadere poſſit, caſtitas item caſtigando concupiſcentias, ex hominibus priuatis facit Reges. Qui membrorum ſuorum motus benè regere ſciunt non immerito Reges vocantur inquit Greg. & paulò infra. Habet Spiritus cõmiſſum ſibi dominium carnis, ſi tamen ſub Deo cognoſcit iura legitimè ſeruitutis. At ſi auctorem ſuum contemnit, ipſe à ſuſcepta carne prælium ſuſcipit, non ſolum ergo ex homine priuato facit Regem caſtitas, ſed Regem pacificum Rempublicam illius pacatam, reddit animam tanquam reginam, in ſede maieſtatis Regiæ collocat, & ſenſus tanquam ſeruos obedientes ei reddit. Sumitur etiam caſtitas pro caſtigatione non ſolum concupiſcẽtiarum, ſed morum & quarumlibet actionum. Sed caſtitas ſic ſumpta eſt vniuerſalis virtus: nos autem nomine caſtitatis intelligimus virtutem quandam temperantiæ omnibus Chriſtianis ad ſalutem neceſſariam, nempe eã quæ repugnat vitio libidinis, vel luxuriæ, quamquidem virtutẽ vocat Apoſtolus ſanctificationem vel ſanctimoniam. *Hęc eſt voluntate Dei*, inquit *Sanctificatio veſtra vt abſtineatis vos à fornicatione. vt ſciat vnusquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore nõ in paſſione deſiderii.* de caſtitate vt virtus generalis locutus eſt Seneca dicit. Nihil deſint meæ fęlicitati, præterquam eius moderatio. Eſt ergo caſtitas pro quanto virtus generalis morum moderatio ſeu caſtigatio, cogitationum, verborum, & actionum, ne excedant rationis præſcriptum, & decorem morum.

Ad Phil. 3. v. 20.

Hieron. ad Euſtochiũ.

Lib. 3. Politic. cap. 6.

F

Greg. lib. 11 Moral. c. 9. & infra lib. 26. c. 12.

1. Theſ. 4. v. 3.

Seneca.

Immo ſi metaphoricè accipiatur caſtitas, pro quãto quibuslibet animi delectationibus temperandis verſatur. Sic etiam eſt generalis virtus, nam etiam in quadam ſpirituali coniunctione mentis ad res aliquas conſiſtit delectatio circa quam eſt quędam ſpiritualis caſtitas metaphoricè dicta, vel etiam Spiritualis fornicatio ſimiliter metaphoricè accepta. Si enim mens hominis delectatur in ſpirituali coniunctione, ad id cui debet coniungi, ſcilicet ad Deum, & abſtinet ſe ne delectabiliter alijs coniugatur contra debitum Diuini Ordinis dicetur, caſtitas ſpiritualis. Secundum illud D. Pauli. *Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Si autem delectabiliter contra debitum diuini ordinis coniungatur, mens quibuſcunque alijs rebus dicetur fornicatio ſpiritualis, ſecundum illud Ieremiæ. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.* Et hoc modo accipiendo caſtitatem, caſtitas eſt generalis virtus, quia per quamlibet virtutem retrahitur mens humana, ne rebus illicitis delectabiliter coniungatur. Principaliter tamen ratio huius Caſtitatis conſiſtit in charitate, & in alijs virtutibus Theologicis, quibus mens hominis coniungitur Deo. Si etiam ſumatur pro omni morum caſtigatione, pro quanto eſt, vt iam diximus, veluti regula humanæ vitæ prout cõmuniter ab Ethicis ſumitur. Sic caſtitatem ſæpè Cicero frugalitatem appellat, eiuſque officium eſſe dicit, motus animi appetentes, regere, & ſedare, ſemperque aduerſantem libidini, moderatã in omni re ſeruare conſtantiam. Sic quoque generalis virtus eſt, ſicut etiam Varro ſumit caſtitatem pro generali quadam caſtigatione, animaduerſioneque cõtra ſingulos quoſque turpidos motus animi; vnde caſtum Varro non modo pro temperante & pudico, ſed etiam pro abſtinente à vitiis & rapinis ponit, cum ait, nec caſta viri manus tenaci viſco ſe cinxerat, Sic etiam accipitur Caſtum pro puro, ſuaui, iucundo, vnde caſto ſermone eos loqui dicimus, qui nitidis, ac latinis verbis vtuntur, nec peregrina, aut nimis priſca miſcent, ſed hæ generalia ſunt. Caſtitas ſumpta pro moderatione cõcupiſcentiarum, eſt virtus ſpecialis, diſtincta etiam ab abſtinentia, quę circa ciborum delectationem verſatur, & à pudicitia licet ita iſtę virtutes ſimiles eſſe videantur, vt ſæpe alteram pro altera Poetæ vſurpent. Pudicitia tamen eſt quaſi quædam ſpecies caſtitatis, quæ ab iniuria turpium libidinum & ſignis eius exterioribus vendicat, vt ſunt aſpectus, tactus, verba inhoneſta &c.

1. Ad Cor 11. v. 2.

Cicero.

Caſtitas ſic ſumpta à D. Bernardo inter martyria computatur. Triplex (inquit) eſt ſinè ſanguine martyrium. Parſitas in vbertate, quam habuit Dauid & Iob, Largitas in paupertate, quam exercuit Tobias & Vidua: Caſtitas in iuuentute, qua vſus eſt Ioſeph in Ægypto: Per hanc meruit vt eſſet Princeps Ægypti, (vt inquit S. Clemẽs) Tu Domine nõ deſpexiſti Ioſeph, immo pudicitiæ, quã pro te ſeruauit præmium ei dediſti vt eſſet Ægyptiorum Princeps. Nam quemadmodum caſtitas in generali ſumpta caſtigando diuerſas concupiſcentias, & ad certum temperantiæ terminum, reducendo efficit, vt vir temperatus ſit in regno animæ Princeps, iuxta ſuperius dicta: Sic caſtitas vt ſpecialis virtus, caſtigando & moderando concupiſcentię carnalis deſideriũ, ad principatum, & regias dignitates promouet hominem, & ad triumphum & victorias de mundo, carne, & diabolo, obtinendus diſponit, iuxta illud Chriſti apud Luc. *Sint lumbi veſtri pręcincti, quod ſic,* in iure explicatur dum dr̃ Qui Sanctus Sacerdos eſt, & etiam comedit Paſcha Domini, accingitur Balteo caſtitatis. Quem textum fuſius declarans Archidiaconus, ait. Qui Sanctus id eſt bonus eſt Sacerdos, & comedit Paſcha Domini, ideſt dignè vult recipere Corpus Chriſti, accingatur ad pugnandum contra diabolum balteo caſtitatis quaſi zona, ſignat enim zona, aſtringit veſtes ne defluant, ſic caſtitas reſtringit hominem ne defluat in carnales concupiſcentias, Et paulò inferius ſic ait. Sint lumbi veſtri præcincti, ideſt motus carnalium deſideriorum cohibeantur cinctorio caſtitatis, vt de diaboli fraudibus triumphare valeamus. Sed quoniam ad apicem huius virtutis, eiuſque perfectionem, difficile peruenitur, ipſemet Chriſtus poſt prædicta verba. Sint lumbi &c. docet qualiter ad perfectionem huius virtutis perueniendum ſit. *Et lucerna ardent in manibus*, qui moriuntur lucernas ardẽtes tenent in manibus. Suadet ergo vt moriamur mundo, vt moriamur quantum ad ſenſus corporales, moriãtur oculi ne videant illicita, moriatur auditus & obſurdeſcat ad voces rerum mundanarũ, moriatur lingua & freno cohibeatur ne loquatur niſi id quod ſpectat ad laudem Dei, & peccatorum ſuorum confeſſionem, moriatur cor ne effundatur in terrena deſideria. Et in ſumma tales nos eſſe oportet, quales ſunt illi, qui in articulo mortis animam expirare dñt

G

Bern. in ſententijs circa finem.

Luc. 12. v. 35.

In cap. Qui Sanctus de Pęn. diſt. 1. Archidiac.

nihil

Digitized by Google

nihil loquuntur, vix aliquid audiũt, ſolis gemitibus ad Deũ clamant, in ſolum Chriſtum crucifixum, qui tunc eis inſpiciendus porrigitur oculos dirigunt, & miſericordiam Dei implorant, ſic ad perfectionem huius virtutis perueniendum eſſe conſiliatur Chriſtus, dũ ait: *Et lucernę ardent:* &c. Sed quoniam nobis de hoc fuſiùs agendum eſt infra, iam ad diuiſionem huius virtutis accedamus. Multiplex eſt Caſtitas, nam præterquam quòd caſtitas eſt quædam ſpecialis, quædam generalis virtus. Eſt quoque caſtitas virginalis, vidualis, & coniugalis, inter quas virginalis caſtitas, in genere caſtitatis eſt excellentiſſima, & omni honore digna, vt habet D. Tho. Sed vniuerſaliùs loquendo perſpicuitatis gratia, omnes caſtitatis gradus ad duo capita reduci poſſunt. Ad caſtitatem corporis & caſtitatem cordis ſeu mentis, caſtitas mentis conſiſtit in puritate animæ, caſtitas corporis in abſtinentia à voluptatibus cuius duo ſunt gradus. Vnus eorum, qui à voluptatibus tantum illicitis abſtinent. Alter eorum, qui nec licitis quidem fruuntur, ſic ex hiſtorijs probatiſſimis accepimus, à ſuorum parẽtum colloquijs, Sanctos accuratiſſimè abſtinuiſſe, nec ſliorum nõ affiniũ, vel ſula verba perciperent; Tãta in huius virtutis cuſtodia religio fuit. Nec immeritò, nam viri ſancti pugnandi conſultiſſimi, qui congreſſiones hoſtium aliorum minimè formidabant: quod ad Caſtitatis attinet prælia, ſemper fugã conſuluerunt, corruptio quippè ſenſus, tanta eſt, vt periculorum fugam, rationi conſonam, quæ fortitudinis pars eſt, in hac pugna laudauerint, & multis exemplis docuerint. Laudabile ergo eſt non ſolum ab illicitis voluptatibus abſtinere, ſed etiam licitas, vt ſunt colloquia cum conſanguineis, parentibus &c. reſpuere, vel in eis ſe moderatè gerere, etiã ſi ſpirituales ſint amici, quia caſtus & ſpiritualis amor, paulatim in non caſtum degenerat.

2. Ad Co 11. v. 2.

D. Tho. 22. q. 152. art. 5.

Cicero.

Omnes hos caſtitatis gradus, Deo acceptiſſimos eſſe, vel hoc ſolum manifeſtum reddit, quòd homines caſtos Deus facilè audit, & plurima beneficia Regnis & Imperijs, ad poſtulationem eorum impartitur. Neque ſolum eorũ, qui in caſtitate virginali vixerunt, ſed etiam ipſorum, qui in eo coniugio, ex mutuò conſenſu perpetuam caſtitatem ſeruauerunt. Boleſlaus Rex Poloniæ, ſuis caſtiſſimæ coniugis Kingæ precibus abſens frangit & fugat hoſtem. caſtæ lacrymæ quid non poſſunt? etiam in fęmina plus Sanctis, q̃ ferro ceſſere Ruſſi, vbi ad indomitam gentem, & nullis armis domandam Caſtorum coniugum caſtæ domarent lacrymæ. Refert etiam Cromerus, quòd qũ Boleslaus II. Polonorum Rex cum exercitu per ſeptennium in Ruſſia hęreret, & libidinibus domeſticis, propter abſentiam maritorum omnia paterent. Margarita Nicolai Zembocij Comitis vxor, pudicitiæ ſuæ metuens, graſſante paſſim impunè flagitioſorum iuuenum licentia, in turri templi Zembocinẽſis vno à Proſſouia milliario, cum duabus ſororibus per multum tempus latuit, familia ſua per funem alimenta ſibi ſubminiſtrante, vbi tranquillitatem exoptatam precibus à Deo obtinuit. Quid dicam de B. Cunegunda Henrici I. Imperatoris vxore, cuius continentia plurima à Deo bona impetrauit. Idem de B. Elzeario Comite Arriani Alphonſo II. Rege Caſtellæ, & de alijs dicendum eſt de quibus Hiſtorici. Quis autem ſufficienter enumerabit quanta beneficia à Deo obtinuit caſtitas virginalis & votiua in Sacerdotibus viris Religioſis, & virginibus Deo ſacris, etiã quoad proſperitatem & pacem Regnorum. Ab hac virtute religio Chriſtiana in regno Poloniæ initium ſumpſit nã Miecislaus Polonorum Dux patre mortuo inauguratus, vxores ſeptem barbarico more duxit, iiſque & libidini ſuę liberius indulgens nullos ſuſcipiebat liberos. Suaſu deindè quorũdam religionis Chriſtianæ veritatem, caſtitatemque prædicantium, poſteritatem, & felicitatem Principi ſi eam religionem amplecteretur pollicentium priores vxores dimiſit, & Dambroneam Chriſtianam Boleslai primi Boemorum ducis filiam virginem de conſilij ſententia nouo matrimonio ſibi iunxit Anno Domini 965. Cuius ope conuerſus baſilicas nouem diuerſis locis ædificauit, & locupletauit. De hominibus incontinentibus dixit Apoſt. *Carnem ſuam maculant, dominationem ſpernunt*. Non ſolum inferũt damnum ſibi, ſed etiam regnis, cum dominationẽ ſpernunt; negligendo Imperia, & ſicut nihil curant, vt ſuis

G

Bern. in ſententijs ad finem.

H

Surius tom. 2. Marcij 3. in vita S. Cunegundis. Surius tom. 1. Beda lib. 4 Hiſt. Anglicar. c. 19. Sozomenus li. 9. c. 1. Socra. lib. 7. c. 22. Niceph. lib. 14. c. 1. & 2.

Luc. 12. 35. In cap. Q Sanctus d Pen. diſt. Archidia.

Crom. lib. 2. & 3.

Iudas in Epiſt. ſua v. 8.

paſſionibus dominentur, ita quoquè vt ſuis ſubditis rectè imperent, eoſque conſeruent ab inimicis defendendo ſtudeant ſtipendũt: ſic per oppoſitum homines caſtitate præditi plurima beneficia Regnis & Imperijs impartiuntur, præcipuè viri Religioſi & Virgines, ſacra per continuas ad Deũ preces, mortificationes, ieiunia &c. Sed quibus medijs adiumentiſque tam excellens, & Angelica virtus comparari, & conſeruari poſſet, quæret aliquis? Cui reſpondeo, quòd prę ter orationem & Dei miſericordiam, qua tantum Dei donum a Deo obtinetur, egregium medium eſt, ad tuendam & retinendam hanc virtutem conſiderare. Quòd omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ, meditari cãdorem & pulchritudinem eius, tanta enim huius cæleſtis virtutis dignitas eſt, vt peculiari quodam iure tribuatur ei, ſingularis quidam decor, & niueus candor, atque Angelica honeſtas, & mentis ſublimitas. Nam ſupra naturam hominem eleuat, & illuſtrat, atque cęleſtem quendam cãdorem, ſpirituali naturæ congenerẽ exhibet; Hinc exiſtit ſuauiſſima quædam pulchritudo, quæ mira cum ęnergia, omnium oculos & animos allicit, quantum enim animum illecebris non deprauatum luxuriæ turpitudo deterret, tantum caſtitatis forma demulcet. Alterum medium eſt ſenſuum correctio, & carnis maceratio, vt nec auditu, nec olfactu, nec guſtu, nec tactu, nec viſu, ob voluptatem, ſed ob neceſſitatem quis vtatur, & ſenſus internos, ab omni delectatione ſeparent, & intentionem in omnibus actibus & cogitationibus, ad ſolum Deũ eleuet, vt nulli creaturæ cor adhærere permittat, adulterij ſe reum exiſtimando, Si ſoli Deo, cor totum vbique prout debet non reddat dicendo. Puriſſimè, ac toto amore digniſſimè Deus cõſtituo ab omni oblectatione abſtinere propter te. Caſtiſſimè Fili Virginis, etſi abſq; culpa omnibus carnis voluptatibus, quas homines affectant, frui poſſem, me ab eis vigilantiſſimè continere propono. Candidiſſimè Deus cordis mei non modo delectationes carnis reſpuo, quin imagines quoque formoſorum corporum concipere renuo. Amabiliſſimè Domine pango fędus cum oculis meis, & polliceor me rerũ corporearum elegantiam non intacturum. Suauiſſimè decor animæ meę, certo ſcias me à rebus corporeis, nec tactu, nec auditu, nec aſpectu, nec alio modo (quoad mea fragilitas feret) vllam oblectationem percepturum. Dulciſſimè Ieſu non tantum oblectamenta carnis non recipiam, ſed quod ad me attinet, nequè Spiritus quoquè ipſius delectationes alioqui licitas immoderatè requiram. Quia omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ.

Talis ſenſuum correctio, & mentis in Deum eleuatio miro modo adiuuat ad huius virtutis poſſeſſionem ac conſeruationem. Iam verò carnis maceratio, vigiliæ, ieiunia, moleſtiæ, incommoda, cilicia, auſteritates, lectus diſciplinæ, ſolitudo familiaritatum fuga, munimenta ſunt, ſine quibus virtus hæc conſiſtere non poteſt. Tertium ad caſtitatem parandam, medium eſt conſiderare quanta homines mũdani fatiuntur, quantos labores ſubeunt pro modica voluptate carnis, pro acquirenda voluptate, laude, Principũ, Regumque fauore, pro acquirenda ſapientia, pro conſeruanda vita, quibus omnibus caſtitas excellentior eſt, quia omnis ponderatio, non eſt digna continentis animæ. Et in primis pro modica voluptate carnis furtim deguſtanda proſtituunt patrimonia, nobilitatem generis, & honorem obſcurãt, corpus ipſorum voluptate obſcena computreſcit, & anima ſẽpiternis, quos in hac vita pręſentibus doloribus tradiderũ. Quantò ergo prudentius ſit caſtitatis decorem, & æternam fęlicitatem, modico belli labore nanciſci, quã ex hauſto corpore tabem & inſaniam in præſenti vita, in futuro verò ſæculo mortem expertem, mortis fallaciſſima & breuiſſima voluptate mercari, maximè quia cuiuſcunq; voluptatis ponderatio non eſt digna continentis animæ. Prætereà nullum non lapidem mouent mundi cultores, vt aliqua ingenij nobilitatis fortitudinisvè laude Principum gratiam inire, ac præ alijs, ab eis amari poſſit; cur ergo potiùs nobilitate, & decore, candidiſſimæ virtutis, caſtitatis, potiùs gratiam Summi Principis aucupari non contẽdãt? quoniam omnis ponderatio nobilitatis fortitudinis, non eſt digna cõtinentis animę, maximè quia exploratum eſt, hoc eſſe caſtitatis priuilegium, vt, & ob exactiſſimam &

I

dul-

dulciſſimam eius pulchritudinem, nõ ſolum corda, ſed corpora quoque caſta, à clementiſſimo Deo in delicijs habeãtur. Decet quippè illum, qui candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula eſt, animos ſibi puritate ſimiles, amore ſingulari proſequi, & peculiaribus donis augere, quod in Virginibus innumeris, quibus ſui copiam, indulgentiſſimè fecit, palam oſtendit. Adhæc omnes propemodum Eccleſiæ filij beatiſſimæ Virginis auxiliũ, quaſi ſpem ſalutis æternæ firmiſſimam exoptant, etſi apud eam gratia valeat, ſe cauſam obtinuiſſet arbitrantur.

Cum ergo compertum ſit, hac vna virtute, ad tantæ Reginæ fauorem, viam rectam ſterni, qua mente qui inter eius filios puritate candidatos non recenſentur, quique in caſtitate tuenda ac conſeruanda, ab ea, eiusque imitatoribus ſunt degeneres ad hanc opitulatricem acceſſum ſibi patere præſumunt? Deindè illuſtriſſima orbis terrarũ pars, vero ſtudio ſapientiæ dedititiſſimis conſtat, qui ſepoſitis curis alijs, æquum eſſe cenſuerunt rebus diuinis toto corde vacare, modica enim rerum cœleſtium cognitio ſcientijs alijs inferioribus longè antecellit, & ob eam cauſam alius etiam coniugij delectationibus, mentem immunem ſeruaturi cælibatum & vitæ auſteritatem elegerunt, quod eorum plis veterum vulgatiſſimia & plurimis patet. Æquum ergo erit, ad ſapientiæ ſtudium fælici Chriſtianitati ſorte vocatos, carnis curam negligere, vt caſtitas quæ inter virtutes omnes illi ſtudio potiſſimum, mentem adaptat, in eorum quoque corporibus ſplendeat. Cum omnis ponderatio nõ
K ſit digna continentis animæ. Vlteriùs impenſior eſt amor vitæ, quàm ſcientiæ, vel ſapiẽtiæ, Nihilominus tamẽ amor virtutis huius & vitæ & ſapientiæ, amorem ſuperare debet: quia omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ. Neminem latet quanta ſit ſedulitas hominum ad quolibet detrimentum vitæ declinandum, iam autem perſpicuum eſt ad omnia vitæ contraria, vt ad mortem & corruptionẽ, nullum eſſe propinquiùs medium, quàm eſt obſcenitas vitæ, quę totaliter integritati eius aduerſatur, ſi quia ergo vult vitam eo ſolum ipſo, quod vita per ferrum, ignemque ſeruata placet, caſtitas certè multò magis, per labores ingentes quæri ſolita placere deberet. Quid iam hic de certaminis extmi dicemus? non enim futuræ tantùm vitæ præmia, cumulatiſſima caſtitati, reſpondeant, ſed poſt agones, cum iam clementiſſimo Ieſu Chriſto ſatis pugnatum eſſe videtur etiam in hoc exilio, caſtis cordibus amantiſſimè blanditur, & plurima poſtulantibus facilè concedit, cum videlicet, pro ſe, aut proximis, & vel cum potiſſimùm pro bono publico, preces ad eum fundunt, vt ſupra exemplis declaratum eſt, eorum qui in ipſo coniugio, vt mutuò cõſenſu, perpetuam continentiam ſeruarunt. Denique quantũuis nullum ſit aliud incitamentum ad conquirendum hanc angelicam virtutem præter hoc ſolum, quod ipſa efficiat, vt conformes efficiamur Ieſu Chriſto, & imago illius ad Sanctimoniam eſſe poſſemus iuxta dicta in principio ſermonis, hoc ſolum ſat ſuperque ſufficeret.

Cum igitur caſtitas & animi iucũditates afferrat, & gratiam Dei conciliet, & ſapientiam augeat, vitam conſeruet, ad obtinenda quæcunque poſtulata a Deo diſponat & cõformes Chriſto reddat, atque imaginem ad ſanctimoniã in nobis efficiat, horum conſiderantis non poſtremum poterit eſſe medium, & adiumentum ad acquirendam hanc virtutem, porrò hiſce & non alijs planè medijs virtus hęc, & acquiritur & conſeruatur, potiſſimum verò beatiſſimæ Virginis Mariæ oratione, quæ ſicut hodierna die pro coniuiuis interceſſit, ita etiam pro nobis omnibus intercedere parata eſt, vt in præſenti vita Caſtitatis aliarumque virtutum decorem conſequamur. Iuuat deniq; ad acquirendã & conſeruandam caſtitatẽ corporis, caſtitas cordis & puritas mentis, quæ in duobus conſiſtit. Vt anima ſit immunis à peccatis, & libera ab imperfectionibus, quæ licet inter peccata non connumerentur, impediunt tamen augmentũ pfectionis ſpiritualis, vt cũ quis occaſiones bene merẽdi relinquit tempus inaniter cõterit &c. Hãc mentis puritatẽ poſt Chriſtũ, ſola Beatiſs. Virgo, vt potè libera ab oĩ peccato originali & actuali, mortali & veniali cõſecuta eſt in gradu eminentiſſimo, hęc nobis imitanda ꝓponit, vt in pſenti gratiam, & in futuro gloriam conſequi valeamus. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ Secundæ poſt Oct. Epiph.

De Charitate Beatiſſimæ V. Mariæ.

Dicit Mater Ieſu ad eum; vinum non habeat. Ioan.2.v.4.
Qui inſcriptus eſt in iudicijs temporum lenire iracundiã Eccl.48.v.10
Domini, conciliare cor Patris ad filium.

A QVI inſcripti ſunt in iudicijs temporum, ad leniendam iracundiam Dei, ad conciliandum & conuertendum cor patris ad filios, Dei ad homines, maxima puritate enitere debent, nam iuxta qualitatem & gradum puritatis animæ, & candoris conſcientiæ, eſt communicatio & conuerſatio cum Deo, ita quod quanto aliquis purior, & à peccatis limpidior, tantò ad maiorem cum Deo familiaritatem admittitur, & è conuerſo. Hoc plurimis in Sacra Scriptura exemplis illuſtratum eſt. Laudat Sacra Scriptura puritatem Ioſeph, ideo tractat & conuerſatur cum Deo per ſomnia, Sol, Luna, & aſtra eum adorant, puritas D. Ioannis Apoſtoli multũ cõmendatur, & ideo tractat & conuerſatur familiariſſimè cũ Deo, per viſiones & reuelationes in Apocalypſi. Cum diſtribuuntur dignitates & officia in aula Regis æterni, officium camerariorum, qui magis cæteris cum Rege conuerſantur, & familiarius agunt, non alijs tribuitur, niſi ijs qui caſtitate præeminent. *hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt* Apoc.14.v.4
coinquinati, Virgines enim ſunt, hi ſequuntur agnum quocũque ierit. Immò nec viſio Dei alicui cõceditur, niſi ſit mun Matt.5.v.8.
do & puro corde, *Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.* Si communicationem, cõuerſationem, & familiaritatem, beatiſſimæ V. Mariæ cum Deo rectè perpenderimus, facilè intelligemus, quantæ puritatis & innocẽtiæ fuerit beatiſſima Virgo, altiſſima & perfectiſſima communicatio, qua ſub Deo maior intelligi non poteſt, altiſſima igitur & perfectiſſima puritas, qua maior ſub Deo nequit intelligi, puritas ſinè omni macula actuali & originali. De
B pueris quos in captiuitatẽ acceperat Nabuchodonoſor Rex
de ſemine regum Iſrael, dicit Sacra Scriptura, quod ante- Daniel.1.
quam eos ad conuerſationem & familiaritatem admiſiſſet, plures conditiones eis neceſſarias præmiſit, vt ſint ſinè omni macula, decori forma &c. eaſdem conditiones videtur requirere Deus, ab illis qui cum Deo conuerſari & cõmunicare volunt, quod ſi ad communicandum cum Deo tanta puritas requiritur, quanto maior neceſſaria eſt ad leniendam iram eius & conciliandum cor? Ideo fortaſſis præceperat in Leuitico; quod ſi aliquis voluiſſet offerre ſacrificia inſenſibilium, vt Panem ex ſimile, & ſpicis virentibus, debuit illas ſpicas virentes & matureſcentes minutatim diuidere, & vlterius, vel in clibano coquere, vel in craticulo igne exſiccare, vt omnis viriditas, & humiditas terreſtris ab eis auferatur, præcipit præterea, vt ſic igne exſiccatæ & minutatim diuiſę, ſeu in arenam redactæ, oleo aſpergerentur. *Fundetque*, inquit, *ſuper eam oleum, & ponet thus*, & tã- Leuit.2.
dem ex illis fiet Maſſa Deo offerenda, memoriale ſuper altare, in odorem ſuauiſſimum Domino, ſi quis vult ſe offerre & dedicare Deo, ſi vult in numerum familiarium eius inſcribi, ſi vult lenire iracundiam Dei, & conciliare cor illius, non debet eſſe ſpica humida, quia non communicat Deus, niſi cum illis, qui ſunt ab omni affectu carnali ſeparati, debet igne Diuini amoris humiditates & terreſtritates exſiccare, ita vt nec odor, nec ſapor, affectus ſcilicet erga carnem & mundum in eo reperiatur, ſic erit ſacrificium in odorem, ad ſuauiſſimum Dominũ debet præterea aſpergi oleo miſericordiæ, charitatis aliarumque virtutum, vt ex charitate procuret lenire iracundiam Dei, debet eſſe ſinè macula, liber ab omni culpa; debet item eſſe decorus forma per virtutes quę ſunt decor animę. Beatiſſima V. Maria

fuit

fuit ſpica ex qua habemus panem Angelorum Chriſtum Deum noſtrũ in Euchariſtiæ Sacramento, fuit oblata Deo vt Mater Dei, & aduocata noſtra, ad conciliandũ cor Dei, vt Mater Dei fuit ſinè omni macula, fuit ſpica viridis, ſed ſinè omni terreſtreitate, ſinè omni affectu nociuo, vt aduocata noſtra, fuit aſperſa oleo miſericordiæ, & alijs virtutib. exornata. De Chriſto Dño inquit D. Paulus, quod fuit *Sanctus, innocens, impolutus, pręterea quod fuit excelſior cælis*, perfectius virtutibus exornatus, quam cæli aſtris, & ita eſſe debuit, quia erat futurus aduocatus noſter apud Deum, ad conciliandum cor eius, decebat vt nobis eſſet Pontifex, Sanctus, innocens, impolutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cęlis factus, qui non habebat neceſſitatem, quemadmodũ & ſacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deindè pro populo: ſi enim non eſſet Sanctus & innocens, alium aduocatum habere debuiſſet, ſi etiam nõ eſſet virtutibus & præcipue charitate exornatus, noſter aduocatus eſſe noluiſſet. De beatiſs. V. Maria dicit Eccleſia, quod eſt aduocata noſtra, inſcripta in iudicijs temporũ &c. ideò nulli melius applicari poſſunt verba Eccleſiaſtici, q̃ olim in laudem Eliæ Prophetæ dixit, quã beatiſs. M. Virg. propter hoc enim eſt à Deo præordinata, vt leniret iracundiã Dei, in iudicijs temporum, in temporibus magis periculoſis, in anguſtijs maioribus. Sunt enim apud medicos dies critici, qui in infirmitate pñi dici tempora indicatiua, quia indicant, an ſanitas, vel maior infirmitas ſperanda ſit, ita in infirmitate, dies indicatiuus aut criticus eſt, quo Deus permittit tribulationem pro peccatis, quę ſi patienter toleratur, indicat dies ille ſanitatem, ſiuè infirmitatẽ maiorẽ futurã ſi impatiẽter.

Ad Heb. 7. v. 26.

In his ergo iudicijs temporũ pertinet ad B. V. M. lenire irã Dei, vel vt aliter legitur in iudicijs tẽporũ, qñ Deus exq̃ret à nobis rõnem temporũ, annorũ, ætatis, vitæ, hinc B. V. M. dẽt eſſe noſtra aduocata ex charitate q̃ gerit erga miſeros filios ſuos. Quemadmodũ igitur Chriſtus, quia eſt aduocatus, & mediator inter duo extrema, inter Deũ & hominẽ, vtrumque extremũ reſpicere dẽt, in quantum Deus, dẽt gloriam Dei attendere, & ne Deus offendatur procurare, inquãtũ homo, debet remiſſionẽ culpæ hominibus impetrare, vel in quantũ Sanctus & innocens, debet Sanctitatẽ & puritatẽ promouere, in quantũ ſumma charitate prēditus, dẽt ſuo Sãctiſs. ſanguine maculas & peccata noſtra abſtergere, ita & beatiſs. V. cũ ſit aduocata noſtra, mediatrix inter hominem & Chriſtũ, poſita inter duo extrema, vtrũq; attendere dẽt, inquantũ Mater Chriſti honorẽ eius dẽt promouere, & ne offendatur diligenter attendere, in quantũ mulier & mater noſtra, dẽt pro filijs peccatoribus intercedere, vel in quãtũ innocens & Sancta dẽt Sanctitatẽ promouere, in quantũ virtutibus & charitate exornata, dẽt ꝓ nobis ad Chriſtum intercedere, ſicut in hodierno Euangelio intercedit, pro conuiuantiũ neceſſitate, vel honeſta cõſolatione, dicit. *Mater Ieſu ad eũ vinum non habent*, de Charitate igitur, clementia, & miſericordia beatiſs. V. in hac inſtitutione nobis agendũ eſt, quæ tãquam Mater miſericordiæ, nobis gratiã dignæ pœnitendi, ac peccatorũ noſtrorũ à clemẽtiſſimo Deo veniã ſemp deprecatur, & in primis de charitate in Deum, deinde de charitate in proximum.

C

Etſi pręſuppoſito protoplaſtorũ lapſu, verbũ Dei carnẽ paſſibilẽ & mortalẽ ꝓ humana ſalute ſuſcepit, atq; ad hũc finẽ oĩa acta ipſius & geſta, à diuina volũtate ordinata ſũt, tñ non ſolum ad hominũ redemptionem, verum etiam ad exemplum & viuendi regulam, quam ſequi debeãt, natus, paſſus, & mortuus eſt Chriſtus; Omnis q̃ppe Chriſti actio noſtra fuit inſtructio. Verũ ſi perfectiſſima pſcrutemur diuinæ Matris opera, profectò inueniemus, quod ſicut filij Dei opera, ad noſtrum commodũ ſunt ordinata, ita etiam benedictæ Matris eius vita, virtutes, & geſta, ad eundẽ finẽ collimantur. Quippe cum ipſa ſit radix & virga Ieſſe, quæ origo fuit carnis Ieſu Chriſti, omniumque ſuorum operũ, quibus nos inſtaurare dignatus eſt, ipſa eſt profectò, quæ ad exemplum vitæ, & morum hominum orta fuit, ipſa eſt denique ſub cuius præſidium, omnes in miſeria & neceſſitate conſtituti, cõfugere debẽt, & ideò ſicut his reſpectibus, filius eius benedictus, omnes nos, (vt finem prædictũ conſequi valeamus) hortatur ac dulciter inuitat, dicens, *qui ſequitur me, non ambulat in tenebris*, ſic & ipſa vt ad eundem

Ioan. 8. v. 12.

poſt eam curramus, monere nos nõ deſiſtit, vt virtutes eius pręcipuè charitatem imitemur, qua ſupra omnes homines poſt Chriſtum excelluit. Beatiſſimam Virginem Mariã totius Trinitatis complementum, vocat Ieroſolimitanus Iſidorus, quod quomodo fieri poteſt? Cum enim illud certiſſimum ſit ſanctiſſimam Trinitatem, independenter à quacunque creatura eſſe completam & perfectã, quoad eſſentiam, proprietates, proceſſiones, & attributa, qualiter ergo beatiſſima Virgo Trinitatis complemẽtum dici poteſt? Si naturam bonitatis, (cui proprium eſt ſeſe effundere & cõmunicare, vt inferiùs dicetur) exactè conſideremus, facilè difficultati ſatisfacere poterimus. Cum enim (vt inferiùs dicetur) in Sanctiſſima Trinitate duæ tantum ſint proceſſiones, ſeu communicationes, quibus vna perſona procedit ab alia, nam æternus Pater generat filium, atque eſſentiam & attributa ſua per generationẽ eidem communicat, Pater nẽ & Filius ſpirant, ſeu efflant Spiritum S. atque ei ſimiliter oĩa ſua attributa cum eſſentia tradunt, Spiritus verò Sanctus nec generat, nec ſpirat aliã perſonam. Quapropter cũ Spiritus Sancti bonitas infinita ſit, non diſpar, ſed æqualis omnino ei, qua Pater & Filius prædit ſunt, cumq; bonitatis propriũ ſit ſeſe effundere & cõicare, & conſequẽter infinita bonitas, infinitam ſui effuſionem & cõicationẽ appetat, certè ex noſtro imperfecto cognoſcendi modo oritur, vt aliq̃d in Spiritu S. deſiderare nobis ipſis videamus, nam Patrem & Filium infinitæ ſuæ bonitatis menſurã explere perſpicue videmus, Pater enim Filio infinitã eſſentiã exhibet, & Filius cum Patre eãdẽ Spiritui S. cõicat, Spiritus verò Sanctus cũ non ſit vlterius alia quarta perſona, in q̃ ſeſe ſine menſura effundat, tantæ bonitati, ſm noſtrum cognoſcendi imperitũ modũ, haud ſatisfacere vr, itaque aliq̃ ꝑſonã deſiderare nobis videmur, cui Spiritus S. ſuæ infinitæ bonitatis menſurã explens, ſeſe ſinè menſura cõicet, vt Trinitatẽ eo modo completã oĩno, & abſolutã cõcipiamus, quod tñ eſſe non põt, quia duo tñ ſunt producendi principia in Deo, nẽpè intellectus cũ eſſentia, & voluntas, ſeu memoria fœcunda, & voluntas fœcũda, & ideò plures perſonæ productæ eſſe nõ poſſunt, niſi duę, qualiter ergo Spiritus S. infinitũ illud infinitè ſe cõicãdi deſideriũ explet? explet refundendo amorẽ ſuũ in Patrẽ & Filiũ quorũ eſt nexus, explet pręterea, vel ſaltẽ relaxat, effundẽdo propriã bonitatẽ in ſummo in aliquã creaturã, quod conuenit Spiritui S. ex cõmiſſione Sãctiſs. Trinitatis, annuit nobis id D. Paulus, affirmans ob eã cauſam oẽm cõicationem, per q̃ ſeſe Deus creaturis ſuis exhibet, Spiritui S. adſcribi, ſic. n. ait. *Charitas Dei & communicatio Spiritus S. ſit cum omnibus vobis &c.* vt vel ſic intelligamus infinitam Spiritus Sancti bonitatem in creaturas oẽs affatim effuſam, illã ſeſe cõmunicãdi appetentiam magna ex parte expleuiſſe, tñ id, deſiderium, illud non omnino explere videtur, quia cum Deus creaturis ſuis parce admodum ſeſe exhibeat, & cõmunicet, certè eo modo infinitæ illi bonitati & communicationis appetentiæ, q̃ in Spiritu S. concipimus, haud factum ſatis intelligimus.

In ſerm. Speculat.

Domin. 5. poſt Paſcha

In ſerm. de SS. Trin.

2. Cor. v. 13

Et quidem, fide Catholica edocti, ſatis nouimus Spiritũ Sanctũ, ea rõne infinito modo ſeſe effundere nõ poſſe, q̃a poſſibilis non eſt aliqua perſona quarta in Trinitate, cui eſſentiã & attributa cõtradicat. Quid ergo deſideramus? profectò id cupimus, vt Spiritus S. qui parce admodum ſeſe alijs creaturis exhibet, alicui ſaltẽ ita profuſè & largè ſeſe cõicet, vt infinitam illam cõicationis appetentiã, ſi nõ explere, & exſatiare, ſaltẽ leuare & relaxare poſſit. Tũc vero Trinitatẽ cõpletã & abſolutã cõcepiſſe nobis videmur, cũ ad eũ modũ Spiritũ S. in aliq̃ creaturã ſeſe effundẽtẽ intelligere licuerit. Ergo ne id deeſſet Trinitati, & Spiritus S. ſuã illã infinitã ſeſe cõicandi appetentiã leuare, & relaxare poſſet, de induſtria adſcripta & cõmiſſa eſt ipſi Mariæ, vt in illam mirabili quadã omniũ donorũ ſuorũ affluentia ſuperueniret, iuxta illa Angeli verba, *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, illud enim, ſuperueniet, magnam venientis affluentiã innuit. Vnde Bernardus ſic ait, an fortè ideo non dixit veniet in te ſed addidit ſuper, quia & prius quidem in ea fuit per multã gratiam, ſed nũc ſuperuenire nunciatur, propter abundantioris gratiæ plenitudinem, quam effuſurus erat ſuper eam. Addit Beda, Spiritum Sanctum tàm effuſè & coprosè in Virginam veniſſe, vt quantum ipſe va-

Luc. 1. v. 35.

Bern. in ſer. 4. de Annũ

Beda.

Digitized by Google

leat oſtenderit. Igitur hac ratione virgo Sanctiſſima Trinitatem donauit complemento, quatenus effecit, vt in vltima perſona, ſcilicet in Spiritu Sancto, cui aliquid ex noſtro imperfecto cognoſcendi modo deeſſe videbatur, nihil omnino iam, etiam ſecundum noſtram cogitationem, valeat deſiderare. Nec impedit quod communicatio ad extra, non ſoli Spiritui Sancto, ſed toti Trinitati conuenit, quia quod tribus perſonis propriè, id Spiritui Sancto appropriatè conuenit, & ſic noſtro modo intelligendi, completur quodammodo tota Trinitas, quando hæc communicatio, vt loquuntur Theologi ad extra, ſecundum poſſibilitate conuenit alicui perſonæ in ſummo, alijs autem citra ſummum ſicut poſſibile eſt, quod Deus creent plures mundos, ad complendam tamen, manifeſtandam Dei omnipotentiam, ſufficit & neceſſè eſt, quod creet vnum mundum perfectiſſimum, ſic etiam cum poſſit creare plures ſoles, ſufficit & neceſſe eſt, quod creet vnum, vt ſic manifeſtetur & compleatur totius Trinitatis omnipotentia, ita in ſimili ad complementum Trinitatis ſpectat bonitatem ſuā communicare, ſufficit ergo & neceſſe eſt, quod hanc appetentiam, ſaltem reſpectu alicuius expleat, atque ita concluditur totam Trinitatem abundè & ſuperabundè in beatiſſimam Virginem omnem propriam bonitatem expleuiſſe, communicando ei omnem perfectionem donorum & virtutum, poſſibilem creaturæ.

Quod cum ita ſit, quibus & quantis virtutibus ornatam eſſe beatiſſimam Virginem Mariam prædicabimus? Rectè dicere poſſumus vt aducrit Robertus, Deus in principio creationis mundi congregationes aquarum appellauit maria, locus autem omnium gratiarum eſt maria, quemadmodum enim omnia flumina intrant in mare, ita omnes virtutes exornant Mariam: quanti Theſauri in maris profundo reperiuntur? & mare noſtrum Maria protulit

D

nobis gemmam cæleſtem Chriſtum Deum noſtrum. In hoc mari eſt profunda illa charitas & amor in Deum, beatiſſimæ Virginis, quem quis dignè explicare poterit? certè inexplicabilis eſt, nec nos eius perfectionem & vim aliter, quam ex magnitudine gratiæ ei collatæ rimari poſſumus, quoniam ſecundum menſuram diuinæ gratiæ, charitatis quoque infuſæ & ſupernaturalis donum quo Deus diligitur communicare ſolet. Certum autem eſt, beatiſſimā Virginem, quando primum concepta eſt, vt ab omni originalis noxe macula immunem, ita plenam gratia fuiſſe, ac proindè & dono charitatis, qua Deum perfectiſſimè adamauit. Hæc verò gratia à tempore, quo ratione & intelligentia vti cæpit, omnibus vitæ momentis incrementū habuit. Cum enim nullum vnquam peccatum, nè veniale quidem commiſerit, omnia autem bona opera perfectiſſimè præſtiterit, neceſſè eſt eam magnā acceſſionem feciſſe ad gratiam & charitatem. Flumina quædam initio ortus ſui & primæ ſcaturiginis parua ſunt, ſed multorum imbrium omniumque influxu aucta, tandem inſtar maris exundāt: ſic amor diuinus, quo virgineum B. Mariæ cor, à primo conceptu perfectiſſimè exuberauit, iugi piorum deſideriorum ſermonum, & operum acceſſione, in ſingula vitæ momenta, diuinorum quoque chariſmatum, & cęleſtium donorū continenti concurſu, in immenſum quoddam Pelagus, indè vſque ad ætatem, qua filium Dei in vtero concepit, mirificè adauctus eſt, & quidem multo adhuc amplius toto eo temporis interuallo, quo Chriſtus Saluator in terra cū ea vixit, ac denique maximè poſt Chriſti aſcenſionem in cęlum, vſque ad Virginis aſſumptionem, cum iam ipſa ſexageſimum ætatis annum, circiter attigiſſet, itaque hanc amoris perfectionem & magnitudinem nō dubium eſt excellentiorem fuiſſe, quam cogitatione comprehēdi poſſit.

D. Bernard. Sagitta (inquit Beatus Bernardus) erat amor Chriſti in corde beatiſſimæ Virginis, quæ non modo cor eius cōfiſerat, ſed vndique itam iuerberabat, ſicut in toto illo virgineo pectore, nihil ab amore diuino vacuum remanſerit. Sunt pręter has & aliæ plures cauſæ, quæ nobis probāt amoris, quo illa flagrauit in Deum immenſitatem, quanto enim anima pleniorem habet Dei diuinæque bonitatis & amoris notitiam, ſi modo fideles ſit, & rurſus quanto pluribus à Deo beneficijs afficitur, ſi grata ſit, tanto ardentiori amore in Deum fertur. Cum ergo benedictæ Virginis anima, tanta tamque clara Dei notitia, ſicut nullus vnquam mortalium (excipio claram viſionem beatorum in cælo) prædita fuerit, tantis quoque ornata à Deo beneficijs, quantis nulla vnquam creatura, ſimul fidelis & grata Deo extiterit: certum proinde eſt eam ſublimioris facula amoris præ omnibus alijs exarſiſſe in Deum. Accedit quod Virgini amare Deū, erat amare filium ſuum, Deus enim ille quē amabat, erat ipſe filius, ex viſceribus eius conceptus & natus, quamuis verò amor ille, quo Virgo Chriſtum diligebat tanquam filium, diſcreparet ab eo quo diligebat eundem tanquam Deum (ille enim erat naturalis, quia amabat eum velut hominem. ſicut & filius eius erat quatenus homo, hic verò totus erat Diuinus & ſupernaturalis) tamen alter altero iuuabatur, humanus enim ex Diuino plurimum perficiebatur, diuinus verò ex humano & naturali magnopere accendebatur, Quoniam verò anima quo maiore amore in Deum fertur, tanto maiore amore proſequitur res ad Deum pertinentes, hinc factum eſt, vt beata Virgo beneficio charitatis infuſæ, amaret nō modo filium ſuum, tanquam Deum, ſed etiam tanquam hominē, amaret amore diuino & quidem incomparabiliter amplius quam eū dem complectebatur, tanquam filium amore naturali. E

Quod ſi vlterius eandem charitatem perpendere volueris, id indubitāter aduertes, quod beatiſſima Virgo Maria maiorem charitatem habuit in via, & multo magis habet nunc in patria, quam omnes creaturæ ſimul. Quod ſic declaro, præſuppoſita illa Ariſtotelis doctrina, quod in vno Ariſt. quoque genere ſit vnum, quod eſt menſura, & metrum omnium illius generis, ſicut inter calida ignis eſt metrum aliorum, inter lucida Sol eſt tanquam Rex coronam geſtans. 10. Met. Fuſius propoſitionē hanc declarat Scotus. Multiplex enim Scot. in 2. d. eſt menſura, vt colligi poteſt ex dictis Scoti vbi ſupra, altera 3. q. 1. enim eſt menſura pfectionalis & extrinſeca, quæ nullo mo Et d. a. eiuſdo eſt in menſurata, nec continetur in aliquo genere illius dem a. q. 3. menſurati, & hoc modo eſt Deus menſura perfectionalis omnium, quia ad ipſum entia ordinantur, & ab ipſo menſurantur, ſecundum acceſſum & receſſum, non quidē vt infinitus eſt, quia ſic oēs creaturæ ab eo in infinitum recedūt, ſed vt eſt immutabilis à creatura. Alia eſt mēſura, quę licet ſit extrinſeca menſurato, quantum ad hoc quia nō eſt in ipſo, eſt tñ intrinſeca, quantum ad hoc quod contineatur in eodē genere cum menſurato: hoc modo homo eſt menſura & rex omnium animaliū; & licet inter indiuidua vnius ſpeciei, non ſit ordo eſſentialis ſcilicet ſecundum gradū ſpecificum, vt docet Ariſt. & hoc modo vnum indiuiduum, nō 7. Met. pōt eſſe menſura aliorum indiuiduorum, in eadem ſpecie, pōt tñ eſſe ordo eſſentialis perfectionalium graduū, naturā indiuidui conſequētium. Patet quia datur vna perfectiſſima albedo, quæ licet non differat ſpecie à minima albedine, differt tñ quoad gradus perfectionales, quia eſt ſic intenſa. Etiā in ſpecie humana, poteſt dari vnus homo ſingularis perfectionis, ſecundum gradus perfectionales, & credo qđ talis ſit de facto Ieſus Chriſtus, & beata Virgo Maria, vt ait Scotus, eſtque Articulus Parienſis, quod qui dixe- Scot. in 2. rit animam Chriſti non eſſe nobiliorem anima Iudę, Anathema ſit, hoc idem de anima beatiſſimę V. Marię, ſcilicet ſecūdū gradus perfectionales indiuiduales affirmādū eſt. Et quamuis Deus glorioſus ſit menſura extrinſeca perfectiſſima omniū entium, quantum ad omnes perfectiones, tñ quia miſericordia miſeris ſapit melius, vt Bernardus ait q̄- D. Bern. tum ad hāc perfectionem, poſſum dicere quod eſt mēſura omnium charitatum, omniū amorū, omniū dilectionum: *Deus enim Charitas eſt*. & ita propoſitio eſt verior, ſcilicet 1. Io. 4. v. 16. Deus Charitas eſt, quam iſta Deus habet charitatem. Præterea licet Chriſtus quātū ad perfectiones indiuiduales & naturales, fuerit perfectiſſimus, loquendo tñ de charitate, quia hæc fuit initium, medium, finis, radix, & motiuum ipſius aduentus, incarnationis, & paſſionis &c. (in totius náq; vitæ ipſius decurſu, nihil aliud quam charitatem inuenies) ideò quantum ad hoc, eſt metrum & menſura omnium, qui poſſunt habere charitatem.

Ex his iā ſequitur, quod beata Virgo Chriſto Domino proxima fuit, ſuper oēm creaturā, in præſenti per gratiā, qa habuit oēm gratię plenitudinē (iuxta omniū Sanctorū Patrū opinionē) ac p cōſeques charitatē, ſic & in futuro gloriā

quia

quia aſtitit Regina à dextris tuis; id eſt in potiſſimis bonis
gloriæ, ſecundum gloſſam, & ſecundum omnes, ipſa
enim ſuper omnes Sanctos & Angelos in maiori gloria
eſt. Hinc liquido conſtat, quanta ſit & fuerat Charitas
eius erga Deum, ſiquidem Charitas illius eſt metrum &
menſura omnium charitatum erga Deum. Non eſt du-
bium, multoties beatiſſimam Virginem Mariam, ex ar-
dentiſſimo amore in Deum, in has & ſimiles prorupiſſe
exclamationes, Dulciſſimè Deus, oro te vt cordis mei prin
cipatum geras, Amantiſſimè Domine ſacrifico tibi præ-
cordia mea, optatiſſimum bonum meum, abſit vt aliquid
amem præter te, Suauiſſimè Deus animæ meæ, te ſolum
quæro patrimonium meũ, Amabiliſſimè auctor vitæ meæ
ſacrifico tibi viſcera mea, Specioſiſſimè ſupra omnem mũ
di pulchritudinem, vre me incendio decoris tui, Sereniſſi-
mè Princeps cordis mei, trahe me poſt te. Nolo Rex for-
ma præſtantiſſimè aliam hæreditatem niſi te, viue poten-
tiſſimè Imperator cordis mei, & Dominare ſicut decet te,
ſede excelſiſſimæ Domine in æterna ſede maieſtatis tuæ,
benè eſt opulentiſſimè Deus viſcerum meorum, vt ſis feli-
ciſſimus intra te, placet mihi certè Sempiterne Rex, vt te-
gnes in æternum & vltra, vtinam puriſſimè ſplendor cor-
dis mei, poſſem ſubdere tibi omnia colla filiorum Adæ.

F Iam verò ex charitate in Deum penſanda & menſu-
randa eſt charitas in homines quoad ſalutem illorum. Nã
ſicut Deus glorioſus & eius benedictus Filius ſummè mi-
ſericordiæ eſt, quorum proprium eſt et miſereri ſemper &
parcere, & perfectiſſimè amare, ita beatiſſima Virgo has
proprietates ſummè participat, vt ſit ſuper omnem creatu-
ram pijſſima & miſericordiſſima, charitate pleniſſima
vnde Bernardus. Per te acceſſum habemus. O' Beatiſſi-
ma ex hinc liquido conſtar, quam magna & inenarrabi-
lis ſit erga nos ſua pietas, vtpotè non ſic Pater vel Mater,
filium, non ſic frater fratrem, ſoror ſororem, amicus ami-
cum, non ſic omnis creatura, ſimilem creaturam diligere
poteſt, quantum ipſa in Deo & ſecundum Deum nos dili-
git. Duriſſimum profectò eſt cor hominum impiorum, qui
pro tanto amore nolunt ipſam reamare, per deuotionis ſpi
ritualis affectum & cultum.

Iam ad ſecundum punctum ſermonis accedamus,
an beatiſſima Virgo omnes æqualiter ex charitate diligat?
& dicendum eſt quod beatiſſima Virgo Maria non dili-
git omnes æqualiter, ſed magis diligit vnum, quam alium.
Probatur duplici ratione, primo, quia quidam homines
magis ſunt conformes beatiſſimæ Virgini, deinde quia
ſunt magis ſimiles. Pro declaratione primæ rationis illud
primo præmittendum eſt, vt certum, quod tanto charitas
in homine eſt ordinatior, quanto diuinæ voluntati eſt cõ-
formior, quia tota rectitudo eſt à diuina voluntate, vt pa-
In diſt. vlt. tet ex Scoto. Deinde præmittendum, quod charitas bea-
& 44. tiſſimæ Virginis, fuit conformis diuinæ voluntati & cha-
ritati, vt declaratum eſt ſupra. Præterea certum eſt ſecun-
In 3. diſ. 32. dum Scotum, quod licet Deus omnia diligat æqualiter cõ-
parando actum ad agens, tamen comparando ad conno-
tata, id eſt ad res dilectas, ordine quodam diligit, quia
prius & magis in meliora & propinquiora membra vnige
niti filij ſui amore fertur, nempe in prædeſtinatos, & eos
quos vidit finaliter ſaluandos, ſeu qui in gratia debent vſ-
que ad mortem perſeuerare. Nec ex hoc inferre licet in
Deo mutabilitatem dilectionis ſecundum magis & minus,
aliàs enim eſſet contra Magiſtrum Sententiarum, qui in-
quit, licet diuina dilectio non ſuſcipiat magis & minùs, ſe-
cundum ſuam eſſentiam, tamen ſecũdum efficientiam. Vn
dè quando ſimul aliquos ad maiora, aliquos ad minora
bona diligit, dicitur magis & minùs diligere, aliquos au-
tem pœnis vult deputare, vt peccatores ſicut habetur, in ſcri
Eccl. 12. ptura. *Altiſſimus odio habet peccatores*.

Ex his patet prædicta concluſio, quod cum beatiſſima
Virgo Maria habeat charitatem conformem diuinæ cha-
ritati, nec illa diligat omnes æqualiter, meritò & ipſa non
omnes æqualiter diligit, ſed eos qui ſunt membra filij ſui,
Pſ. 138. v. 21 & qui Spiritu filij viuunt in gratia, amplius diligit: quos au-
tem Deus odit, ipſa odit, vt dicere poſſit illud, *nonne qui ode
runt te Domine oderam*. Hinc iam anima deuota aſſequi
poteris, quanto amore afficiebatur beatiſſima Virgo erga
eos, quos videbat honeſtos, morigeratos, deuotos, pios, hu-
miles, charitatiuos, & his oppoſitos quam perfectò odio
oderat, nec iniuria ſanè. Nam beatiſſima Virgo Maria
habuit charitatem ordinatiſſimam, *Ordinauit in me chari- Can. 2. v. 4.
tatem, &c.* ad ordinem autem actus charitatis requiritur,
vt meliores & Deo magis proximi, magis diligantur, per-
uerſa eſt dilectio, quæ non ſeruat legitimum modum, & or
dinem dilectionis, vt qui diligunt non diligenda, vel mi-
nus diligenda magis diligunt. Præterea Deipara Mater
Dei ratione ſimilitudinis etiam quoſdam magis dilexit.
Certum eſt enim quod ſecundum Ariſtotelem & Scotum Diſt. 2.
ſimilitudo eſt cauſa dilectionis: vnde Girardus dicit: qui- 8. Ethic.
dam ponunt amicitiam eſſe ſimilitudinem quandam, & Scot. in 3. d.
ponunt amicos eſſe generaliter omnes, qui ſunt ſimiles, nã 4. q. vnica.
omne animal diligit ſibi ſimile, ſic & omnis homo proximũ G
ſibi, & omnis homo ſimili ſibi ſociatur. Hoc tamen intel- Eccl. 13. v. 19
lige de dilectione naturali, nõ autem de illa, quæ eſt actus
elicitus potentiæ, vt probat Scotus, quod vnum ſimile ma- In 4. d. 49.
gis inclinatur ad aliud ſimile, quã ad diſſimile, niſi maius
ſuſciperet beneficium, tunc enim dictare: magis eſſe diligẽ
dum, & vltra, ſi nõ ſit ſimpliciter maioris bonitatis, ac ideò
homo tenetur magis diligere Deum, quam ſe ipſum, &
hoc eſt dictamen rationis, vt patet per rationem Scoti vbi
ſupra. Quanto ergo quis per virtutes & vitæ rectitudinẽ
Deo & virgini Mariæ eſt ſimilior, tanto ab eis magis eligi-
tur. O' quam ſtultus eſt ille, qui non cupit diligi, à Virgine
Maria, Regina cœlorum, & Matre dilectionis. Sciendum
tamen quod ſpecialiter ſunt quatuor genera perſonarum,
quæ à beata Virgine diliguntur, de quibus in perſona Vir-
ginis dicitur, *ego Mater pulchræ dilectionis, timoris, agnitio- Eccleſ. 24. v.
nis, & ſanctæ ſpei*. Primum ergo genus eſt eorum, qui ha- 24.
bent caſtitatem, nam cum dicitur pulchræ dilectionis, ca-
ſtitas exprimitur, caſta quippe dilectio dicitur pulchra.
*O' quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate, immor- Sap. 4. v. 1.
talis enim eſt memoria illius*; ipſa ergo beatiſſima Virgo
cum caſtiſſima ſit, non niſi caſtos diligit. Mulieres variæ
& inhoneſtæ væ vobis, quia non eſt vobis pars cum Beatiſ-
ſima Virgine Maria. Alij ſunt hi qui habẽt timorem, ideò
ſubditur & timoris; *Beatus homo cui donatum eſt habere Eccleſ. 25. v.
timorem Domini*, qui ergo timent Deum à Virgine Maria 15.
diliguntur. Alij ſunt qui habent fidei cognitionem, ideò
dicitur agnitionis, nam *ſinè fide impoſſibile eſt placere Deo*,
Hæretici, Infideles, Hebræi, Væ vobis, quia extra charita-
tem & auxilium beatiſſimæ Virginis Mariæ poſiti eſtis.
Alij ſunt qui habent ſpei deuotionem, ideo dicitur & ſan-
ctæ ſpei, nam qui eam ſpecialius amant, & ſpem in ipſa
ſuam collocant, ac inſuper in patronam ſpecialem eam Prou. 8. v. 17
eligunt, tales illa viciſſim redamat, ego diligenter me
diligo.

Sed quæret aliquis an diligat magis homines quam An- H
gelos. Reſpondeo quod ſic, & probatur tripliciter. Primo
ratione approximationis, quia ad maiora & plura bona
eligitur homo à Deo, quam Angelus, tam in bonis gratiæ,
quam gloriæ, ſecundum Sanctum Bonauenturam, *nuſquã In 3. d. 33.
Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ*, ſcilicet in bene-
ficio incarnationis & Redemptionis. Videmus etiam
quod in vtroque ſexu naturæ Angelicæ humanam prætu- Et ad Heb.
lit, idcirco & beata Virgo, quum diuinæ voluntati con- 2. v. 16.
formis ſit, magis diligit homines quam Angelos. Secun-
do quia homo eſt magis proximus Virgini, quam Ange-
lus, quippe quem Ieſus Chriſtus eius filius adoptauit ſibi
in fratrem, *Vade & dic fratribus meis*, ſed nunquam Ioa. 20. v. 21
legitur quod Chriſtus nominauerit Fratres Angelos, vn-
de Bernardus. Iam me non poterit ſpernere Chriſtus Bernardus.
Deus & Sanctiſſima Mater, cuius filius eſt os, caro, & fra-
ter meus. Item ratione amplioris dignitatis, quia homini
datum eſt, vt homo ſit Deus, & Deus ſit homo, ac ideò ado
ratione latriæ humanam naturã in Chriſto propter vnio-
nem, Angeli quoque adorant, ergo ipſa magis reueretur
homines quam Angelos & magis diligit. Tertio ratione
maioris gloriæ, nam Angelus habet ſimplicem glorifica-
tionem, homo autem duplicem gloriæ ſtolam conſecutus
eſt, ſimul in anima & corpore, quis ergo eloqui poterit,
quanta charitate, ipſa Dei pijſſima Mater, de bono noſtro
gaudeat? quanto amore erga nos ferueat, quos optimè no

K 2 nit,

nit,tam precioſo filij Sanguine redemptos, in tantũ à Deo
dilectos,& in tanta gloria ſublimatos.

Tu ergo anima fidelis cogita, quam caro precio empta
es, quam dulciter à Christo, & eius Matre dilecta, ne ſis
quæſo ingrata, quoniam ingratitudo eſt peremptoria ſalu-
tis, attende quid loquitur beatiſſima V. Maria ad Deum
pro te orans. Vtinam clementiſſimè Deus peccatores reſpi
ciant & requirant te, fac Domine benigniſſimæ, vt qui Ec-
cleſiam oppugnant ſe dedant vicario tuo, per viſcera miſe-
ricordiæ tuæ obſecro te vt qui terrenas dignitates ambiũt,
potiùs aſpirent ad te; conuertãtur precor te mitiſſime Deus
quos voloptas carnis illexit, fac amantiſſimè Domine, vt
auari omnes affectum diuitiarum traducant ad Lucra di-
lectionis tuæ. Itaque omnes ad eius præſidium confugiãt,
vt miſericordiam conſequantur,& gratiam inueniant in
auxilio opportuno. Ad hoc enim Eccleſia Matrem miſe-
ricordiæ eam vocat, ex hoc autem quod Mater Miſericor-
diæ dicitur & non iuſtitiæ, nec alterius virtutis (quamuis to
tam in ſe contineat plenitudinem gratiæ, ac omnium diui-
narum proprietatum Regina ſit conſtituta, ſcilicet ſapien-
tiæ, iuſtitiæ, gloriæ, charitatis, & ſic de alijs) maiori cum fi-
ducia ad eam inuocandam accedere poſſumus. Exclamat
Pſal.144.v.9 pſaltes. *miſerationes Domini ſuper omnia opera eius.* de hac
miſericordia inquit Iſaias. *preparabitur in miſericordia So-*
Iſa.16.v.5. *lium eius.* id eſt in Maria. Quod ſi Eſter interceſſio & miſe
ricordia charitate plena erga populum ſuum tantum va-
luit, vt cum Aſſuerus Rex decreuiſſet occidere populum Iu
Eſter 1.v.2. daicum, videns tamen Eſter Reginam pro populo ſuppli-
cantem dixit, *pete quid vis, etiamſi dimidium Regni mei pe-*
tieris, impetrabis, quidni hoc melius beatiſſimæ Virgini
S. Hieron. Mariæ conuenit? cum & iſta Eſter, quæ ſecundum Hiero-
nymum interpretatur abſcondita, ac eleuata in populum,
aut preparata in tempore, denotat Virginem Mariam, cui
iſtæ proprietates optimè competunt partim, quia dimidiũ
Regni ſui Deus ei tribuit, cum in Deo ſint hæc duo, miſe-
Pſal.61.v.13 ricordia & iuſtitia, iuxta illud. *Duo hęc audiui, quia poteſtas*
tibi eſt, & miſericordia. iuſtitiam ſibi Deus retinuit,& Vir-
gini Mariæ miſericordiam donauit,& non ſolùm ad eam
tanquam Matrem miſericordiæ, iure meritò confugere
debemus, verùm etiam eandem charitatem imitari tene-
I mur. Etſi enim nullius ſit apud Deum gratia & auctoritas
tanta, quanta fuit & eſt beatiſſimæ Matris eius, tamen mul
tæ & magnæ ſunt cauſæ, cur eandem charitatem beatiſſi-
mæ Virginis Mariæ in nobis exprimere debeamus. Et ſi-
cut Beatiſſima Virgine Maria pro neceſſitatibus indigen-
tium intercedit, ſic & nos, non ſolum pro noſtris ſed &
aliorum neceſſitatibus orare debemus, cum patrocinio om
nium Sanctorum, tum præcipuè charitate Beatiſſimæ
Virginis Mariæ erga nos ſufulti. Et quemadmodum in
B. Virgine cernimus tot virtutes ex illo amore, ex a-
more diuino profluxit in beatiſſima Virgine perfecta mã-
datorum cõſiliorumque Diuinorum obſeruatio, qui enim
verè diligit Deum, mandatis eius quoque paret, quemad-
Io.14.v.21. modum docet ipſe Christus, *qui* (inquit) *habet mandata*
mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me, & quo quis plus
Deum diligit, hoc plus obſeruat eius mandata, quoniam
ergo beatiſſima Virgo ardentiſſimè dilexit Deum, hinc
conſecutum eſt, vt anima Dei præcepta & conſilia perfe-
ctiſſimè præſtaret, ſic prorſus vt ne minimo quidem ve-
nialis næve animam inquinauerit, nihil neglexerit, nullius
legis vel moniti oblita. Ex hoc rurſus Dei amore profectũ
eſt, vt beata Virgo non ſolùm ſe iugi bonorum operũ exer
citationi deuouerit, ſed quodlibet eorum cum ſumma per-
fectione præſtiterit: opera enim bona ab amore quo fiũt,
perfectionem mutuantur, ſi quidem amor efficit, vt & in-
tentio noſtra ſoli Deo placendi exiſtat pura, & voluntas
ad benè agendum ſit prompta & feruentiſſima. Quia er-
go amor ille in beata Virgine Maria maior erat, quam
ſermone explicari queat, inde conſequebatur, vt opera
omnia bona, cum ſumma perfectione ab ea præſtarentur.
Idem amor effecit vt beatiſſima Virgo patientiſſimè, om-
nes huius vitæ ærumnas & calamitates, quæ fuere innu-
merabiles & grauiſſimæ, ſuſtinuerint. Quis quis enim a-
mat, deſiderio quoque tenetur quiduis pro re amata per-
ferendi, vndè cum beatiſſima Virgo immenſo quodam
amore flagrauerit in Deum, immenſa quoque cupiditate
ardebat, omnia pro Diuini nominis gloria patiendi, ſi
quam ergo crucis ferendæ occaſionem Deus offerebat, il-
lam magno animi affectu ſuſcipiebat, & gratias quaſi de
ſingulari beneficio præſtito agebat, quæ cruces æquo & li-
benti animo, ab ea toleratæ, non ſolùm argumentum erãt
diuini in Deum amoris, ſed etiam erant inſtar diuinæ for-
nacis, in qua amoris diuini ignis ſemper magis magiſque
accendebatur, & augebatur. Fuit etiam alia cauſa incre-
menti Virginei amoris, etenim ſi quæuis moleſtia vel pœ-
na grauis, propter Deum patienter tolerata, maiorem in
modum adauget charitatem in Deum, gratiam quoque ac
omnes virtutes corroborat diuinitus inditas, quanto excel-
lentiùs & potentiùs eandem charitatem, cum cætero do-
norum & virtutum comitatu, vſque ad ſummum perfe-
ctionis culmen, in dies & horas auxerint in beatiſſima
Virgine, tot ærumnæ & cruces, continuæ per omnem
vitæ curſum, & maxime ab edito in lucem Christo, vſque
ad aſſumptionẽ eius, maxima animi fortitudine perpeſſę?

Cum igitur tantus fuerit amor beatiſſimæ Virginis in
Deum, facilè quilibet intelligere poteſt, quanta fuerit cha-
ritas Virginis in proximum, dum vixit in terris, & [illegible]anta
nũc ſit, dum regnat in cęlis, cum illa inſcripta ſit i[illegible]cijs
temporis, vt leniret iram & cõciliaret cor Dei ad [illegible]mul-
to perfectius quã Eſter, reſpectu populi Iſraelitici. Si enim
dilectionem qua flagrauit in proximum metiri debemus
ex ſanctitate, & dilectione in Deum, cum hęc in benedicta
anima extiterit ineffabilis, & penè immenſa, neceſſè eſt di-
lectionem proximi quoque immenſam fuiſſe, nec vlla lin-
gua, vel hominum, vel Angelorum minimam eius partem
exprimi, ne dum intelligentia humana comprehendi poſ-
ſe, hæc dilectio proximi maius adhuc in patria ſumpſit in-
crementum, nam & amor Dei, quem Virgo habuit in ter-
ris poſt aſſumptionem in cęlum, ex clara Dei viſione, incõ-
prehenſibili quodammodo accreuit, atque hinc, ſi hic in-
effabili quodammodo complexa eſt homines amore; ibi
multo ineffabiliori & excellentiori eoſdem complectitur,
Excellentiſſima Virgo, miſerorum refugium, eſto memor
noſtri, largire vel micam vnam, de plenitudine charitatis
tuæ, vt te viciſſim amare, & tibi ac dilecto filio tuo placere
valeamus. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Tertiæ poſt Epiphaniam.

Matt.8.v.2. *Et ecce leproſus adorabat eum dicens, Domine ſi vis potes me mundare, &c.*

Eccl.38.v.15 *Qui derelinquit in conſpectu eius qui fecit illum, incidet in manus medici.*

A

HORRANDA quidem hæc eſt Dei contra peccatores comminatio, tamen magis horribilis illa cenſeoda quæ habetur alibi apud Eccleſiaſticũ. Eccl.6.v.2. *Non te extollas in cogitatione animæ tuę velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam & folia tua comedat & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.* Vbi per virtutem intelligunt plerique potentiam, & diuitias. Potens enim, & diues abundans ſi ſtultus ſit, dedecori & perniciei ſibi erunt diuitiæ ſuæ & potentia, non honori aut vtilitati. Communiter diuitias ſequitur ſuperbia, luxus, otium, ambitio, cæteraque vitia, quæ elidunt virtutes, comedunt ſolia optimæ exiſtimationis, perdunt fructus bonæ operationis, & relinquunt hominem ſicut lignum aridum in ſylua, quod amplius vſui eſſe non poteſt. Negari non poteſt quòd diuitiæ, ſiuè materiales, ſiuè ſpirituales, magno etiam ſint auxilio ad animæ ſalutem, vt inquit

Prou.10.v.15 70.Interp. Salomon. *Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius;* Vel vt Septuaginta legunt, Poſſeſſio diuitum, ciuitas munita, ſupplex diuitijs ſpiritualibus, cuius vallum eſt contemptus terrenorum, murus ſpes, antemurale patientia, turris humilitas, fons turrim muniens luctus, riuulus huius ſontis aqua lachrymarum, ſpeculator prudentia, ianitor obedientia, rex charitas, coſtodes & milites, iuſtitia, temperantia, & fortitudo. Nec ſolùm iſtæ ſpirituales diuitiæ, ſed & materiales magno ſunt præſidio ad ſalutem. Subſtantia (inquit

Ambroſ. in Pſ.118. D. Ambroſius) diuitis, vrbs fortitudinis eius: id eſt, vrbs cæleſtis Hieruſalem, quam diues ingreditur bona ſua & fortunas pauperibus liberaliter diſtribuens. Vbi notandũ diſcrimen inter diuites, atque alios, qui cæleſtem vrbem ingrediuntur. Duobus enim modis vrbs aliqua capi poteſt: aut vi armorum, irruptione facta, diruitis mænibus, portis effractis &c. aut muneribus, corruptis videlicet ciuitatis cuſtodibus, vel ducibus: hac enim poſteriori ratione deditio vrbis ſæpiùs obuenit, ſiuè vllo vitæ, ac bonorum diſcrimine.

Philippus Macedo. Vnde Philippus Macedo, quum arcem quandã valde munitam capere deſtinaſſet, & exploratores retuliſſent eam prorſus eſſe difficilem aditu, atque ideo etiam impoſſibilem captu: percontatus eſt, num vſque adeo difficilem aditum habeat, vt ne aſinus, quidem auro onuſtus poſſet illuc accedere? Significauit per hoc nihil eſſe ita monitum, quod auro non expugnetur.

Horatius. Vt enim ait Horatius. Aurum per medios ire ſatellites, & perrumpere amat, caſtra potentibus ferro. Quod ipſum Poetæ etiam fabulam Danaes à Ioue in aurum conuerſo ſtupratę, ſignificarunt.

D. Ambr. Ambroſius quoque ait. Reliqui, quotquot cęlum ingrediuntur, ex eorum ſunt numero de quibus dicitur: *Regnũ cęlorum vim patitur & violenti rapiunt illud.* tales enim arietibus, tormentis, & magno armorum apparatu ad murum cęleſtis illius vrbis labeſactandum, opus habent; ac demum non ſinè ſanguine illa potiuntur. vel vt apertius dicam: laborem, mortificationem, voluntarios cruciatus, & tormenta adhibere debent. Diuites autem ſi ſapiant, tantundem ſua liberalitate lucrari poſſunt, ſi fortunas pauperibus diſtribuant. Tali enim ſtratagemmate cuſtodes, ac duces illius æternæ vrbis, facilè corrumpuntur & deditionem faciunt. Quapropter integrum diuitibus omninò eſt, ſinè conflictu & ſanguine id aſſequi, quod alijs multo ſanguine conſtat. Quia ſubſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Ex quo facilè liquet, diuitias, malas ex ſe non eſſe, ſed malus vſum diuitiarũ: & hic dr̃ à Salomone ſtultitia, q̃ virtutes elidit, flores, folia & fructus bonorũ operum exſiccat.

Verum enimvero ſi per virtutem quæ à ſtultitia eliditur, non diuitias ſed corporis robur & ſanitatem intelligere velis, ſic coincidit hæc ſententia cum illo Salomonis dicto. Qui deliquit in conſpectu eius, qui fecit illum, incidet in manus medici. Sæpiùs enim homines infirmantur propter peccata, quàm ex naturali corporum indiſpoſitione, aut aeris intemperie; atque ita ſtultitia maleſactorum deſtruit virtutem, robur, & ſanitatem corporis, diſpergit flores decoris, ſolia agilitatis excutit, fructus bonæ operationis comedit, & tanquam lignum ſiccum ad omnia ineptũ, tradit in manus medici. Adhoc reſpexiſſe videntur Gręci, apud quos eam conſuetudinem fuiſſe legimus, quòd medici eorum erant ſacerdotes Dijs ſacrificantes qui Theraſultæ dicebantur, qualis fuit Zamolxis & Zeroaſter. Et propterea, quia putabant infirmitates accidere propter delicta. Et quia Sacerdotes magis appropinquant Deo, vtpotè domeſtici eius. Exiſtimabant Græci, quòd faciliùs habere poſſent remedia cõtra infirmitates non ſolùm animæ, ſed etiam corporis à Sacerdotibus; & ideo volebant, quòd Sacerdotes eſſent medici: Succeſſu autem temporis non ſolùm Sacerdotes, ſed omnes etiam homines virtuoſi & exemplares vocabantur Theraſultæ, quod interpretatur, medicis animæ & corporis: propter eandem cauſam, quia ſicut per orationes illorum expectabant delictorum remiſſionem, ita conſequenter & ſanitatem corporis ſperabant. Meritò ergo dicit Sapiens, Qui deliquit in cõſpectu eius qui fecit illum, incidit in manus Medici. Et reuera ſumma & maxima miſeria eſt incidere in manus Medicorum præſertim ſi non ſint prudentes & longè experiẽtię: quia multoties poſt multas moleſtias & cruciatus, potiùs augent infirmitatem, & mortem accelerant, quam ſanitatem reſtituunt. Idcirco Adrianus Imperator medicinæ ſtudioſiſſimus, hæc verba ſuo ſepulchro inſcribi voluit. Turba Medicorum perdidit Cæſarem. B

Adrianus Imperator.

Prudentiſſimus Medicus eſt Deus, qui cùm corpus ſanat ſimul & animæ medetur. Medicum agebat Deus in deſerto, cum filios Iſrael qui moriebantur à morſu ſerpentum, ſanabat per aſpectum ſerpentis ænei. Miratur hic Gregor. Niſſenus, vt quid Deus voluit ſanare vulnera, à morſu ſerpentum contracta, per ſerpentem æneum? nonne, (ait) melius erat ſerpentes interimere, ne hominibus nocerent? Sed certè non, quia ampliùs non recordarẽtur Medici, qui eos ſanauit, (ingratitudo autem eſt maxima animæ infirmitas) tum etiam, quia ſerpens æneus erat figura futuri animarum Medici Chriſti Domini. Nam quemadmodum (inquit Hugo Cardinalis) æs nõ eſt naturæ vnius metalli, ſed diuerſæ naturæ in vnum coniunctę; eſt metallum cõpoſitum ex auro & argento, ferro, & ſtanno &c. Sic Chriſtus fuit geminæ ſubſtantiæ: fuit Deus & homo compoſitus ex omni perfectione, hominis, Angelorum, gemmatũ, elemẽtorum &c. & omnium in vniuerſum creaturarum: qui pręcioſiſſimo ſanguinis ſui Pharmaco ſanauit venenoſa vulnera filiorũ Adã, inflicta à Dracone infernali, peccata ſcilicet originalia, & actualia &c. ſanauit aũt vulnera, non occidit ſerpentes: quia ſic deleuit culpas, vt etiam in perfectiſſimis hominib. reliquerit prauas inclinationes, vana deſideria, affectus inordinatos concupiſcentiarum, de quibus lamentabatur D. Paulus. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*, quæ tanquam ſerpẽtes & vipera mordent conſcientias noſtras. Non q̃ & hanc infirmitatẽ auferre non potuiſſet, ſed vt occaſionẽ præberet recurrẽdi iterum ad talem Medicum. Fęlix qui incidit in manus talis medici, qui & culpam remittere, & infirmitates corporis ſanare poteſt. Fœlix iſte leproſus & puer Centurionis, de quibus hodiernum legitur Euangelium: quia à tali medico ſanari meruerunt, inciderunt in manus Medici vt dicit Eccleſiaſ. ſed talis, qui nõ ſectione venę, non amaris potionibus, non Emplaſtrorũ aut Pharmacorũ vſu, ſed verbo virtutis

Greg. Niſſe. in vitâ Moyſis.

Hug. Card. ſuper cap. 3. Ioannis.

D. Paul. ad Ro.7. v.23.

Digitized by Google

ſuæ mederi & perfectiſſime ſanare conſueuit. Hoc in explicatione Euãgelij videbimus, Deo auxiliãte medico cœleſti.

C CVM DESCENDISSET DE MONTE. Aſcenderat Chriſtus in mõtem, propè Capharnaum, ſuos Apoſtolos docturus legem Euangelicam, Octo ſcilicet beatitudines. Poſt doctrinæ autem communicationem, conuertit ſe ad actionem virtutum: quia cœpit Ieſus facere & docere; vt per virtutes miraculorum ſermo eius animis hu-

Pſ.1 1.v.10. manis fortiùs infigeretur. Deſcendit autem de mõte, *quia inclinauit cœlos, & deſcendit formam ſerui accipiens*, vt non diceretur amplius *Deus vltionum*, ſed *Pater miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis*. Et ſanè nullus maior deſcenſus, quam deſcenſus de ſinu Patris, vſque ad nouiſſima paſſionis ſuæ myſteria, crucem ſcilicet amariſſimam. Vtinam ſic deſcendentem de monte redemptorem noſtrũ ſequamur, certè tali deſcenſu magnum in cœlis mereremur aſcẽſu. Sed quia terrena ſectantes, nec Chriſtum in montem aſcendẽtem ſequi, nec deſcendentem ad crucem, & in ea morientem imitari volumus: deploranda maximè noſtra cæcitas eſt; quia tranſitorijs inhærentes, bona in æuum permanẽtia perdimus. Quod potiſſimùm dicendum eſt de abundãtibus in hoc ſæculo: quia tales omninò in hoc Chriſtũ ſequi recuſant: quorum eò grauior eſt infelicitas, quò notabilior apparebit in morte egeſtas. Fœlices porcò turbæ hodiernæ, de quibus dicit Euangelium.

SECVTÆ SVNT EVM TVRBÆ MVLTÆ. Secutæ deſcendentem, non aſcendentem. Turba enim non aſcendit in montem, non ſequitur ad ſublimia: quoniam paucorum eſt illarum beatitudinem obſeruatio.

Ad Philip.3 v.19. Verùm infœlices ſuperbi crucis Chriſti inimici, *quorum vẽter Deus eſt, quia gloria eorum, in confuſionem, & honor in interitum ſempiternum*. Cæterùm poſſibile eſt, quòd de tur-

Iſai.26.v.16 ba hodie ſequente Chriſtum, poterat dici illud Iſaiæ. *In anguſtia requiſierunt te*. Sic enim Deus communiter permittit tribulationes, multiplicat neceſſitates: vt eum homines

Genebrar. quærant & ſequantur, vt ait Genebrardus explicãdo illud Phalm. *Sitiuit in te anima mea quàm multipliciter tibi caro mea?* Caro (inquit) humana multipliciter ſitit Deum. Primo, vt liberetur à cupiditatibus ſpiritui, rationi, & legi Diuinæ contrarijs. Secundò, vt vindicetur ab infirmitatibus corporis, ſtatu corruptionis, & ſepulchri. Tertiò, vt quod in ipſa eſt mortale & miſerum, abſorbeatur beata mortalitate, & reſurrectionis gloria. Et quartò tandem, vt à peccatis, inſultibus, & inſidijs Sathanæ, mundi illecebris, & vitijs redimatur. Ex quo ſequitur quia non tantùm animo, ſed etiã carne & corpore Deum ſitimus. Propter hoc turba ſequebatur Chriſtum, & præcipuè leproſus ille.

ECCE INQVIT LEPROSVS VENIENS Ecce vir plenus lepra adorauit eũ. Sentiebat leproſus Chriſti maieſtatem, agnoſcebat lepræ ſuæ fœtorem, currit ad medicum feſtinus, proſternit ſe tremẽs ad pedes illius, adorat, obſecrat, & tandem ſuæ petitionis compos efficitur: quia

Iacob.4.v.3 iuſta erat, fidelis, humilis, & recta. *Petitis, & non accipitis,*

D *eò quod malè petatis.* Sed mirum eſt hoc, quia meretrices, publicani, leproſi, mendici pauperes, & idiotæ Chriſti gratiam ceeperunt. Phariſæi verò & Legis doctores nec non Principes terræ Chriſtum ſunt aſpernati, & ad mortem vſque perſecuti. Ille enim rex ſuperbiæ, qui dominatur ſuper omnes filios ſuperbiæ, & Chriſtũ & ipſius imitatores aſpernatur. Verùm leproſus videns grauem infirmitatis ſuæ abominationem, & credens firmiter, quòd eum Ieſus ſanare poterat, non ſicut ille medicus de quo dixit Eccleſiaſt. *Qui deliquit in conſpectu eius qui fecit illum incidet in manus medici*, qui potionibus amaris & pharmacorum vſu moleſtat infirmum, ſed Chriſtus ſolo verbo, ideo leproſus obſecrat ipſum humiliter, & deuote, vt eum ſanare dignaretur. Leuem infirmitatem eſſe leprã poſſit aliquis exiſtimare, præ-

D. Aug.li.2. cipuè qui legit verba D. Auguſtini, dicentis, coloris vitium

quæſt. c.40. eſſe, non valetudinis aut integritatis ſenſuum atque membrorum; ſed aliter ſentiet ſi cæremonias quas Deus obſer-

Leu.13.v.2 uare iuſſit circa curationem lepræ, obſeruauerit. *Homo* (inquit Deus per Moyſen) *in cuius cute ortus fuerit diuerſus color, ſiue puſtula, aut quaſi lucens quidpiam, id eſt plaga lepræ, adducetur ad Aaron Sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipſamque ſpeciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua plaga lepra eſt: & ad arbitrium eius ſeparabitur.* Ecce quanta leproſorũ calamitas & afflictio, qui à nullo alio ſalutarem ſuæ ægritudinis medicinam obtinere poterant, niſi ab ipſo Aaron & Sacerdotibus, quò enim alicuius infirmitatis medicus rarior & præſtantior, eò infirmitas acerbior. Vndè ſi etiam diligentiam Chriſti in curanda lepra obſeruaueris: non leue quidpiam, ſed grauiſſimum malum & multarum infirmitatum originem eſſe intelliges. Plures quidem infirmitates Chriſtum Dominum ſolo verbo ſanaſſe, multoſque illum mortuos vnico voluntatis ſuæ imperio ad vitam reuocaſſe, fide tenemus: & hoc partim ad declarandam ſuam diuinitatem; partim vt curando infirmitates corporales innueret, quòd ad ſanãdas animas de cœlo deſcendiſſet. De nullo tamen infirmo legimus, quòd Chriſtus Dominus eum ad Sacerdotes remiſerit, & offerre, id quod Moyſes inſtituerat in teſtimoniũ, præceperit. Sanauit paralyticum per tectum ante ſe demiſſum: pleriſque claudis greſſum, cæcis viſum, ſurdis auditum reſtituit, multos à dæmonibus obſeſſos liberauit, plurimos febricitantes priſtinæ reddidit ſanitati: & tamẽ nulli ex iſtis præcepit, vt ſe Sacerdotibus præſentaret. Hunc autem leproſum ad illos remittit. Signum eſt non leuem, ſed grauem hanc infirmitatem eſſe licèt ſit ſola coloris mutatio. Hieremias Propheta deplorans fœliciſſimæ quondam illius Reipub. Iudæorum miſerias, præcipuè plangit quod lepra ſit infecta. *Quomodo* (inquit) *obſcuratum eſt aurum?* (Tren.4. v.1.) *mutatus eſt color optimus? diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum? Filij Syon inclyti, amicti auro primo, quomodo facti ſunt in vaſa teſtea opus manuũ figuli?* Tria ſunt præcipuè quæ hic deplorat Hieremias. In primis quod filij Syon incliti, amicti auro primo, facti ſunt in vaſa teſtea. Quæ maior miſeria eſſe poteſt, quàm vbi Reges, & Principes temporales, diuitijs & potentia famoſi, qui natura ſunt domini, infortunio aliquo fiunt ſerui; quando liberi fiunt captiui: quando vaſa aurea commutantur in vaſa teſtea, opus manuũ figuli. Aliud quod deplorat, eſt, quia diſperſi ſunt lapides Sanctuarij. Qui vero hi lapides? Non alij certè niſi paſtores gregis Iſrael, Sacerdotes & Leuitæ. Hi diſpergendi erant ſicut diſperguntur lapides per agros. Quod ſi per lapides Sanctuarij intellexit Propheta virtutes ex quibus ædificatur Sanctuarium bonæ conſcientiæ, vt in ea habitet Deus: certè iuſtam habuit plorandi occaſionem. Magna enim miſeria ex hoc illi Reip. imminebat, quando tam pretioſi lapides diſperſi per plateas conculcãdi erant &c. Virtutes in vitia tranſmutandæ, homines boni in vitioſos conuertendi. Tertium & vltimum, quod vel maxime plangit Hieremias, eſt. Quomodo obſcuratum eſt aurum? mutatus eſt colocoptimus? Sed quòd damnũ eſt illud? Certè non videtur tantum, vt propter illud tantopere plangendum ſit, Si aurum eſt obſcuratum, de ſubſtantia eius nihil deperit, mittatur ad aurificem, & expolitum reddet, vt prius fuit. Si etiam color ipſius mutatus eſt, poteſt auri faber paruo artificio & exiguis ſumptibus illi colorem priſtinum reſtituere. Non ergo hoc eſt, quod plorat Hieremias. Quis enim non videt damna hæc minora eſſe vel potius nulla? ſed eſt aliquid aliud quod ſuo planctu intendit: Lepram ſcilicet ſpiritualem & politicam. Lepra corporalis erat diuerſus color in cute vel in carne, & mutare colorem erat infici lepra, quæ erat infirmitas grauis, contagioſa, & opprobrio plena. Magnum profectò damnum eſt mutare colorem.

Quando quis ex ſano fit infirmus, ex viuo mortuus non mutat oculos, aures, naſum, aut alia quæpiam membra &c. Sed ipſum tantummodo colorem; Et tamen multum differt ſanus ab infirmo, ſicut & viuus à mortuo. Quia ergo lepra infici, eſt mutare colorem: indè apparet, mutationem colotis damnum eſſe maximum; & conſequenter, meritò à Propheta deplorari. Sed quænam hæc fuerit coloris mutatio in illa Repub. difficilè eſt ſcire. Aliqui ſpiritualiter lo- E
quendo intelligunt mutationem cæremoniarum & cõpoſitionis vnicuique ſtatui conformis in geſtu, verbis, & operibus. Pulcherrimus color eſt homini religioſo, modeſta compoſitio manuum, oculorum, geſtus, motus talis, vt nihil faciat quod à ſæcularibus in eo vituperari poſſit. Pulcher-

Digitized by Google

cherrimus color eſt in homine Chriſtiano, dū nihil agit,
quod ſpeciē mali præſeferat, qñ maximè inuigilat, ne quid
huiuſmodi in actibus ſuis inueniatur, vndè infidelitas, vel
Hæreſeos malitia ſumeret occaſionē blaſphemandi nomē
Dei. Bonus color ſtatus virginalis eſt ſcire, tacere, pudi-
cè, & timidè loqui, conuerſationem hominum fugere. Bo-
nus color aulici & militis eſt, cōtentum eſſe ſolario ſuo, nul-
li violentiam inferre, raptu non viuere. Bonus color diui-
tis, ſi non ſit auarus. Bonus color Senatoris, dum ad bonū
commune non ad priuatum attendit. Si color iſte mute-
tur, magnum damnum ſequitur. Lapides enim Sanctuarij
diſperguntur, virtutes euaneſcunt, & in locum illarum vi-
tia ſuccedunt, atque ita ſpiritualis lepra incurritur. Poteſt
fieri, quòd aliquis religioſus ſit bonæ conſcientiæ, attendat
ad ſua vota, magno erga Deum & proximi ſalutem amo-
re exardeſcat: ſed ſi non eſt exteriùs compoſitus, non ſcit
refrænare linguā, leproſus eſt. Pōt eſſe, quòd aliquis Chri-
ſtianus magnam fidem habeat, eleemoſynas & alia bona
opera faciat, in Domino cōfidat: ſed ſi eſt detractor, ſi bla-
ſphemus, ſi cōtra Principes, & Clerum murmurat, quo nō
ſolum domeſticos fidei, ſed etiam infideles & hæreticos ſcā
dalizat leproſus eſt. Poteſt fieri quòd aliqua virgo pro tuē-
da caſtitatis integritate mori parata ſit: ſed ſi non eſt in ſer
mone circumſpecta, ſi libenter conuerſatur cum maſculis,
leproſa eſt. Diues etiam poteſt dari, qui non congreget ex
alieno: ſed ſi ſubditos malè tractat, ſi extorquet vltra æqui-
tatem, ſi ex ſuo auarè colligit, leproſus eſt.

Hanc ergo lepram ſpiritualem, hanc coloris mutationē
plangebat Hieremias in Repub. Iudæorum. Vel politicè
loquendo, color Reipub. eſt reputatio, & exiſtimatio apud
extraneos de pietate, bonitate, & fortitudine quando hic
color mutatur, lepra Reſpub. inficitur. Et hoc fortè plange-
Tren. 5. v. 1. bat Hieremias, quando dicebat. *Intuere & reſpice oppro-
brium noſtrum*, Contemplare Domine de cælo: vide, quā
fortis, diues, & potens fuerit illa populi tui Reſpub. nunc
autem quàm vilis & abiecta, ita vt in opprobrium ſit po-
pulis & nationibus. Cæterùm lepra myſticè notat volun-
tatem manendi in peccato. Et alia quidem in cute eſt, qñ
ſcilicet aliquis in peccatum lapſus, non ita hæret in peccato
quin correptus reſiliat. Alia eſt in carne viua, quando ani-
ma peccato oblectata in eo putat vitam ſe habere. Alia eſt
in cicatrice, nimirum quando peccator ab omnibus male-
factorum ſuorum noxijs prius ſufficienter mundatus, iterū
reuertitur ad vitia velut canis ad vomitū; & ſuper inducit
cicatricem. Alia in capite & barbitio, hoc eſt quando alias
per fidei defectum Chriſtum qui eſt caput Eccleſiæ offen-
dit, & barbitium, id eſt ſanctos & electos Dei, quibus tota
adornatur Eccleſia, ſuorum peccatorum fæditate exaſpe-
rat. Alia eſt in caluitio & veſtibus. In caluitio inquam cum
ex virtutibus naſcitur vitium, ex paupertate ſuperbia, ex hu
militate ambitio, Denique in veſtibus, quando ſcit ſacræ cę
remoniæ contemnuntur, & ritus Eccleſiaſtici irridentur.
Hic itaque leproſus tàm in perſona cuiuslibet Reipub. quā
tum ad reputationem apud extraneos modo ſupra dicto
diſcoloratæ, quàm etiam in perſona ſingulorum hominū,
qui hanc coloris mutationem in moribus ſuis patiuntur, ve
nit & adorat Chriſtum, liberationem à lepra poſtulans. Et
rectè quidem: nam in lege antiqua hic ritus curationis le-
Leuit. 14. proſi adhibebatur. Duo paſſeres viui offerebantur extra
caſtra aut ciuitatem: vnus illorum immolabatur in vaſe
fictili, ſuper aquas viuentes; alius vero cum ligno cedrino,
cocco, & hyſopo ungebatur in ſanguine paſſeris immolati,
ſicque aſpergebatur ſepties is qui mundandus erat, viuo di
miſſo in agros vt auolaret. Myſticè his duobus paſſeribus,
duplex Chriſti natura præfigurabatur: quarum altera di-
uina ſcilicet volauit in cęlum, humana vero extra ciuitatem
in monte Caluariæ mortua eſt, & immolata: ſanguine au-
tem Chriſti, cum aqua ex latere ipſius profluente, purgan-
tur peccatores, qui per fidem & participationem Sacramē-
torum hoc ſanguine aſperguntur. *Chriſtus enim* (vt dicit
Ioa. 1. cap. 5 v. 6. Ioannes) *venit per aquam & ſanguinem*. Sed quia aſper-
ſio fiebat cum ligno cedrino. Lignum cedrinum imputri-
bile & odoriferum, crucis Chriſti vmbra erat. Hyſopus ve
rò corpus Chriſti figurabat, quo omnis inflatio & tumor
diſpergitur. Coccus autem charitatem oſtendebat. Tali-
bus ergo aſperſionibus mundatur leproſus peccator, præ-
cipuè qui imitatur hunc leproſum, & deuotionem eius, de
eo enim dicitur quod.

VENIENS ADORAVIT. Poſtulauit liberatio-
nem à lepra obſecratione, & adoratione. Sed primò Ado-
ratione. D. Auguſtinus refert apud Gentiles varias fuiſſe D. Aug. li. 2.
cęremonias & ritus in adorandis Dijs. Plutarchus affirmat de mirabili-
quod Pythagoras iuſſit adorare Deum ſic, vt reuoluendo bus S. Scrip.
ſeipſum homo in circuitum ſtatim ſederet penes altare: qa Plut. virorū
per hoc ſignificare voluit, quòd omnia in circuitu ambulāt Illuſt. in vita
præter ipſum Deum, qui cum omnia moueat, ipſe immo- Numæ Pō-
bilis maneat. Vel certè, per hoc intelligebat omnia muta- pil.
tionis ſubiecta eſſe, dum præſentis vitæ tempus durat. Sed F
poſt mortem illud eſſe futurum, vt potius tempus ibi quie-
tis & ſeſſionis dicendum ſit, quàm laboris. Perſæ in mōtes Perſæ.
eminentiſſimos conueniebant, vbi Deum cæli per circulū
inuocabant. Turcæ & Mauri adorabant pluries vſque ad Turcæ.
terram caput inclinando. Rutheni idem obſeruant crucis Rutheni.
ſigno ſe pluries ſignando. Imperatores Romani, cum in
prælium deſcendere debebant, adorabant ſolem equitan-
do in circulum. Hæ adorationes fuerunt quaſi voces & lin
guæ mutæ, non ſolùm enim voce loquuntur homines, ſed
etiam geſtu, oculis, lachrimis. Nam ſi ſolùm loqueremur
voce, quomodo orarent muti? quid facerent peccatores,
quibus denegatur audientia vocalis? Oculis multoties ora
bat Dauid, vt de ſe ipſo teſtatur. *Sicut oculi ancillæ in mani* Pſ. 122. v. 2.
*bus dominæ ſuę ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum
donec miſereatur noſtri*. Orabat & loquebatur cum Deo
planctu. *Exaudiuit* (inquit) *dominus vocē fletus mei*, & hāc Pſ. 6. v. 9.
locutionem perfectiorem eſſe, quàm vocalem innuit idē.
Prius. n. dixit: *Exaudiuit dominus vocem fletus mei*, & po-
ſtea ſubiecit: *exaudiuit orationem meam*. Ideo etiam la-
chrymis ſępiùs loquebatur cum Deo & exorabat Deum di
cens: *Auribus percipe lachrymas meas*. Ideo monet nos Pſ. 38. v. 13.
Propheta. *Non taceat pupilla oculi tui*. Antiquiſſimus etiā Tren. 2. v. 18
modus loquendi & adorandi Deum fuit manibus: nam vt Greg. Niſſ.
inquit D. Gregorius; Manus datæ ſunt homini, vt meliùs de opificio
loqueretur. Porrò aliqui adorabant manibus, oſculando hominis.
manus, quod reprehendere videtur Iob dicens: *Si vidi So-* Iob 31. v. 21.
*lem cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum
eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meā
ore meo, quæ eſt iniquitas maxima & negatio contra Deum
altiſſimum*. Ea enim cęremonia vtebantur idolatræ adorā
tes Solem. Ea quoque adoratione vtuntur auari; vt Eccle- Eccleſiaſ. 29
ſiaſticus hoc ipſum innuere videtur, ſic inquiens: *Donec ac* v. 5.
cipiant oſculantur manus dantis. Alij adorant Deum mani
bus benè operando, eleemoſynas tribuendo; iuxta illud.
Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exo Eccl. 19. v. 15
rabit. Ex hoc adorandi modo laudatur à Salomone pru-
dens fęmina. *Manus ſuas* (inquit) *aperuit inopi, & palmas*
ſuas extendit ad pauperem. Vbi non fruſtra dicitur, quod Prou. 31. v. 19
manus ſuas & aperuit inopi & palmas ſuas extendit ad pau
perem: aperire enim manum, ſignificat liberalitatem; ſicut
conſtringere, auaritiam notat. Cùm ergo manum aperit,
tunc liberaliter elargitur: cùm verò palmas extendit ad
pauperem, tunc id quod ſua eleemoſyna à Deo impetrauit
per manus pauperis accipit, atque ſicut per eleemoſynam
alloquebatur Deum, ita etiam Deus per pauperem ſibi re-
ſpondet. Alij quoque adorant manibus, eleuando illas in
cælum, ſicut ſcripſit Ariſtoteles: Deprecaturi manus in cæ- Ariſt. lib. de
lum tollimus. Hac adoratione vtebantur gentiles, vt ſcri- mundo ad
pſit Poeta: Alexandrū.

Cælo ſupinas ſi tuleris manus Horatius.
Naſcente Luna ruſtica Phidile &c. Et Virg. Virg. 6. Æn.
Oculos ad ſydera lætus
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit.

Hac cæremonia vſus eſt Moyſes in Ægypto, & Abraham,
qui ad Regem ſibi offerentia munera ſic locutus eſt. *Leuo* Gen. 14. v. 22
*manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem
cæli & terræ quòd à filo ſubtegminis, vſque ad corrigiam ca-
ligę non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt*. Item Dauid, *Deū* Pſ. 76. v. 3.
(inquit) *exquiſiui manibus meis*. Nec ſolùm ipſe Deum ex-
quiſiuit manibus, ſed & alios, ſic Deum exquirere & ado-
rare docet. *Extollite* (inquit) *manus veſtras in ſancta*, ſicut il Pſ. 133. v. 2.
le qui ab aliquo auxilium poſtulat, poſitus in lacu profundo
vel

Digitized by Google

vel in mari. Et reuera, optima eſt hæc deprecandi & ado-
randi ceremonia; manus ſcilicet extollendo, ſed tamen ef-
Pſ.142.v.5. ficacior illa expandendo, de qua Dauid. *Expandi manus*
meas ad te. quemadmodum expandit Chriſtus in cruce.
Hac etiam adorationis forma vtuntur viri Chriſtiani, &
peculiariter Religioſi Franciſcanæ Seraphicæ familiæ, ob
ſacra ſtigmata à Chriſto membris Sancti Franciſci com-
monicata; quæ tum recepit dum extēderet manus per mo-
dum crucifixi. Iam verò qua adoratione Chriſtum domi-
num adorauerit hic leproſus, non dicunt Euangeliſtæ: ſuf-
ficit quòd adorauit, præmittendo quaſi mutam vocem &
obſecrationem. Deinde ore & lingua obſecrauit dicens.

DOMINE SI VIS POTES ME MVNDA-
RE. De potentia Chriſti nihil dubitabat, imo iudicium
hac in parte ipſius pietati & prudentiæ deferebat, de ſe ve-
rò an tanto dignus eſſet beneficio ſolicitus erat. Magnam
autem præſefert fidem, cùm eū agnoſcit filium Dei, & ſen-
tit ex Chriſtu ſcaturientem beneficentiam atque emanan-
tem ſalutem: ac ſi diceret. Scio te omnia poſſe, velle autem
quod mihi prodeſt; Ergo ſi volūta tibi eſt vt ab iſta lepra
ſim liber, poſſe tibi non deeſt. Si ergo vides id mihi profu-
turum, munda me: ſin minus, auge lepram: quia hoc erit
Iob 6. mihi pro ſolatio, *vt affliges me non parcas*, modò tanquam
amicum, & non inimicum corripias me. Ex quo diſcimus,
quia pro ſalute animæ, pro remiſſione peccatorum, deni-
que pro vitæ æternæ adeptione instanter, & abſque vlla cō
ditione Deum orare debemus: pro corporis verò ſalute, &
G liberatione à miſerijs huius ſæculi, pro honorum, dignita-
tum, ſplendoris, & bonorum acquiſitione, non ita liberè
orādum eſt: ne fortè dicatur quia neſcimus quid petamus.
Atque hoc ordinato modo in petēdo proceſſit hodiernus
leproſus. Si vis (inquit) potes me mundare. Non dixit mun
da me. Sed ait, Domine, quod nomen eſt potentiæ, & ſic à
commendatione diuinę potentiæ & maieſtatis, ſuam ora-
tionem inchoauit, deindè ordinatam illius voluntatem, &
omnipotentiam eſt confeſſus, poſtremo ſuam neceſſitatē
manifeſtauit, & Dei volūtati retulit; plus illi, quàm ſibi ipſi
cōfidens. Et certè, neſcio quid amplius in hac breui oratio-
Ioan.4.v.49 ne leproſi deſiderari poſſet. Domine, ſi vis. Non dixit, *quæ-*
cunque popoſceris à Deo dabit tibi Deus, ſicut dixerat Mar-
Mat.8.v.8. thā. Neque ſicut dixerat Regulus. *Deſcende priusquam mo-*
riatur filius meus. Neque ſicut dixit: *Centurio dic verbum*
& ſanabitur puer meus. Sed, ſi vis potes me mundare. O'
animam mundiſſimam, & ab omni ſpirituali lepra liberā
& immunem. O' ſpiritum mundiſſimum, ſub cęno lepræ
delitteſcentem. Vnde tanta in leproſo ſapientia? vnde tan-
ta fides, cum magna modeſtia, & humilitate coniuncta?
Quis eum docuit? in qua Academia tam excellentem do-
ctrinam ſibi comparauit? Leproſus enim erat, ad ſtudia
accedere non poterat. Sanè, ille idem fuit illi Magiſter, qui
& Medicus; Dominus ſcilicet ac redemptor noſter: qui dū
illum mundaret in corpore, tantum fidei lumen in anima
ipſius accendit; vt quod Doctores & Phariſæi legis periti
in Chriſto non videbant, ille clariſſimè totum illud vide-
ret & intelligeret,

ET EXTENDENS IESVS MANVM
TETIGIT EVM DICENS: VOLO MVN-
DARE. Olim manus Dei quaſi in ſinu repoſita eſſe vi-
Pſ.73.v.11. debatur, ſicut ait Pſalmiſta. *Vt quid auertis manum tuam,*
& dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem? Sed is poſtea
expādit manus ſuas ad cornua crucis, & genus humanum
lepra affectum amplexus eſt, virtuteque Sacramentorum
Luc.6.v.20. tangens, à lepra, id eſt peccatis mundauit. *Quia virtus de*
Exodi 4. *illo exibat & ſanabat omnes*. Manus Moyſis in ſinu recluſa
ſana erat, extenta verò leproſa. Ad hunc etiam modū ma-
nus Chriſti, in ſe quidem ſana eſt, at dum illam expandit
ad crucem, vt peccatores redimeret, veluti leproſa reputata
Iſai.53.v.4. eſt, ſicut dicit Eſaias. *Et nos reputauimus eum quaſi lepro-*
ſum percuſſum à Deo & humiliatum. Itaque viua fide le-
proſi dominus delectatus, quæ erat cum modeſtia coniun-
cta, extendens manum tetigit eum, docens charitatem, &
fidem pluris debere æſtimari, quàm occidentem literam
legis. Voluntas enim legis veteris ea erat, vt non tangere-
tur leproſus, ne alios inficeret, quod in Chriſto locum non
habebat. Tactu autem, & non ſolo verbo à lepra munda-
uit, vt oſtenderetur benigna eius curatio, & carnis eius vir-
tus ſaluifica. Porrò tangendo leproſum dixit. Volo, mun-
dare. Quibus verbis confirmauit fidem leproſi, credētis in
ſola Chriſti voluntate, lepræ curationem conſiſtere. Quo-
niam verò leproſus dixerat: Si vis, pulchrè dominus reſpō-
dit. Volo. Et quia ille dixerat: potes me mundare: appoſi-
te Dominus imperatiue reſpondit. Mundare. Græcè καθα-
ρίσθητι, Mundus eſto: atque ita ſuam bonitatem oſtendit,
dum dicit: Volo, Potentiam verò, dum imperatiuè loqui-
tur. Mundus eſto. Mūdare enim hoc loco eſt imperatiuus
paſſiuus.

ET CONFESTIM MVNDATA EST LE-
PRA EIVS. Recognouit natura ſuum dominum, ad
cuius imperium ceſſit loco, morbus & corpus mundum re-
liquit. Sic etiam commemorant Euangeliſtæ ad eius impe
rium ventum ſiluiſſe, mare quieuiſſe, arborem fici aruiſſe,
adoleſcētem de Naim à mortuis quaſi à ſomno euigilaſſe,
Lazarum è ſepulchro ligatum manibus & pedibus foras
prodijſſe. *Omnia portans* (inquit Apoſtolus) *verbo virtu-* Hebr.1.v.3.
tis ſuę: φέρων id eſt agens & mouens. q.d. Non ſolū Deus
per filium mundum condidit, verùm etiam ſinè labore gu
bernat. Vſus eſt Apoſtolus non verbo gubernandi, ſed fe-
rendi, quod de his dr̄, qui digito aliquid efficiunt. Ferens
(inquit Chryſoſtomus) id eſt continens, ſiuè ſuſtentans om Chryſoſt.
nia, ne in nihilum recidant, quia ſolo nutu, ſolo voluntatis
ſuæ imperio, regit, portat, & ſuſtentat vniuerſa, quod maxi
mè quadrat curationi leproſi. Poſtquam enim dixit. Volo,
mundare: confeſtim mundata eſt lepra eius: quod ſanè eui
dens fuit Chriſti diuinitatis argumentum. Natura enim
operatur ſucceſſiuè, & non in inſtanti; hic verò in inſtanti
lepra mundata eſt. Princeps quidem & Reges temporales
poteſtatem habent, vt ſolo verbo creent Duces, Palatinos,
Caſtellaneos, Capitaneos: nec mirum; quia hæ dignitates
quid aliud ſunt, niſi entia rationis? Quod autem aliquis ſit
ſapiens, ſanus, robuſtus, hoc illi verbo efficere non poſſunt;
imò nec natura ipſa vel ars, niſi ſucceſſiuè: ſed ſolius diuinę
poteſtatis hoc opus eſt. *Qui vocat ea quę non ſunt tanquam* Ad Rom.4.
ea quę ſunt. id eſt æque facile eſt Deo aliquid efficere ex ni v.13.
hilo, ſicut ex aliquo: æquè facile eſt efficere verbo, ſicut &
opere. De regibus Franciæ dr̄, quod certis diebus tactu ma
nus ſingulariter quandam infirmitatem ſanant: ſed id Dei
virtute efficiunt, dicunt enim: Rex te tangit, Deus te ſanat.
Vnū eſt quod homines verbo ſolo efficere poſſunt, & hoc
inter omnia bona. Perfectiſſimum: nempè vt ſint ſancti
& iuſti, & in hoc homines imitantur Deum: quia ſola bo-
na voluntate, & verbo maximum producunt bonum, nem
pè ſanctitatem. Subitò enim, atque homo vult eſſe ſanctus
velle profecto, id eſt poſtquam ſincero atque contrito cor-
de profert; Volo amplius Deum non offendere, etiamſi ſit H
peccatorum maximus, ſtatim fit ſanctus, quo quid facilius
eſſe poteſt? facilius eſt profectò fieri ſanctum, quàm mo-
uere caput, manus, pedes, &c. quia vt quis moueat caput
debet præcedere velle mouere caput, hic autem Solo velle
ſanctificatur homo, modò ſit voluntas perfecta, non talis
qualis eſt hominis pigri, de quo Salomon, *Vult & non vult* Prou.13.v.4
piger. diuiſam habet voluntatem, diuiſum cor. Sed ſi toto
corde vellet iuſtificari, id facili negotio aſſequeretur: O' ma
gnam ergo pigritiam dicam, an potius miſeriam multo-
rum, qui cum videant nihil facilius eſſe quam fieri ſan-
ctum, negligunt tantum bonum.

ET AIT ILLI IESVS VIDE NE CVI
DIXERIS. Non eſt contrarium ei quod alteri dicit.
Vade & annuncia Regnum Dei. Erudit enim nos, vt pro- Luc.9.v.60.
hibeamus eos, qui volunt nos propter nos laudare. Si autē
ad gloriam Dei refertur laus noſtra, & ad aliorum ædifi-
cationem, non debemus prohibere ſed magis iniungere,
vt glorificetur Pater noſter, qui in cælis eſt. Non enim de-
bemus dona ſi quę conſecuti ſumus iactare, ſed potiùs alio-
rum expectare iudicium, non quidem iudicium ſtultę &
imperitæ multitudinis, ſed illorum potiùs qui iudicandi au
thoritate & prudentiæ virtute præeminent. Qui ſi dona ti-
bi conceſſa probauerint, imitare hunc leproſum, qui (vt di-
cit Marcus) *cœpit diuulgare hunc ſermonem, ita vt iam non* Mar.1.v.45
poſſet Ieſus palam introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis lo
cis moraretur, & conueniebant ad eum vndique. Nec verò
leproſus

Digitized by Google

leproſus hic peccaſſe dicendus eſt, diuulgando magnalia Dei: quia præceptum de tacendo innuebat humanas laudes nos fugere oportere, vt autem glorificetur Deus & proximus ex bono opere ædificetur, magnopere idipſum à nobis approbandum.

SED VADE OSTENDE TE SACERDOTI. Voluit Dominus, vt leproſus præceptum legis impleret. Primùm quidem ob humilitatem, vt ſacerdotibus honorem deferret, quibus etiam de ſignis lepræ iudicandi tribuit poteſtatem, vbi Sacerdotum honorauit officium, etiam ſi ipſi peſtiferi eſſent, ſibique moleſtiſſimi: Deinde ne videretur legem infringere: tum etiam vt videntes leproſum mondatum Saluatorem reciperent, atque ita ſalutem acquirerent; ſin minus; remanerent inexcuſabiles. Poſtremò vt miraculum manifeſtum eſſet ſatis, omnique calumnia careret. Non enim poterant dicere phantaſticam fuiſſe illuſionem, aut magicum aliquid habere. Eſt quoque & alia ratio myſtica, quia enim lex vmbram habuit, non ipſam veram imaginem: ideo ſicut leproſus mū-
I datus mittitur ad ſacerdotes: ſic quoque peccator quiſque in lege noua, per fidem & contritionem cordis mundatus à peccato, ſacerdotem adeat neceſſe eſt, illique ſe tradat inſpiciendum & expiandum, vt ſic demum ſacrificijs Eccleſiæ vtatur. Si enim non omnibus quis vitia vel vulnera corporis reuelat, nec quibus libet, ſed ijs tantūmodo, qui ſummæ peritiæ teſtimonium, & medendi officium habent: ita planè confeſſio peccatorum fieri debet, apud eos tantummodo qui curationis animarum prærogatiua præeminēt.

ET OFFER MVNVS TVVM QVOD PRÆCIPIT MOYSES. Senſus eſt. Ecce iam ſanus factus es, noli ergo obliuiſci qualis fueris, & qualis modo ſis: ſed potius ſemp gratias age, ne deterius tibi aliquid contingat. Et offer ſacrificium quod præcipit Moyſes, nondum enim oblata fuerat Chriſti caro in cruce, quam ſacrificia veteris legis adumbrabāt. In teſtimonium illis quod eſſent mundi, quia ſacrificium iſtud pro emundatione lepræ in lege ſtatutum erat iudæis: vel in teſtimonium ſacerdotibus iudæorum, quod non ſim violator legis: ſicut ipſi obloquuntur. Itaque nolo prætextu ſanitatis ſecutæ in cōtubernium hominum te immiſceas priuſquam ordinario iudicio mundus ſis declaratus, & ad conſortia ciuilia admiſſus. Ex quo patet præcetu Euangelij, publicas & ciuiles
Math. 22. v. 21. ordinationes contemnēdas non eſſe. *Reddite* (inquit Chriſtus) *quæ ſunt Cæſaris Cæſari*. Et Apoſtolus. *Cui tributum*
Rom. 13. v. 1. *tributum*. Cum ergo hæc ita ſe habeant, quanto magis Sacramentum confeſſionis auricularis debetur ſacerdotibus
Ioan. 20. v. 23. ritè ordinatis in Eccleſia Catholica, quibus dictū eſt, *Quorum remiſeritis peccata remittūtur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*. Quomodo autem poterunt ſacerdotes (quibus ſolis hæc poteſtas cōceſſa eſt) ſoluere & ligare niſi cognouerint quæ ſoluenda, quæue liganda fuerint. Medicina enim non curat morbum quem ignorat.

Cæterum nobis etiam præceptum eſt, vt offeramus Deo quæcunque ab eo accepimus, ſiuè mediate, ſiuè etiam immediate, nam quædam offerimus Deo quæ ipſe à nobis accipit per ſeipſum, quædam autem per manus aliorū. Quicquid habemus, animam, corpus, & bona fortunæ hęc Deo reddere obligamur, & neceſsè eſt vt qualiter ea à Deo accepimus, ita & reſtituamus; accepimur à Deo animam immediatè de manibus eius, accipimus quotidie victum & amictum mediantibus creaturis: nam Deus nos mediante terra alit herbis, frugibus, plantarum & herbarum fructibus, &c. veſtit nos mediantibus feris, quæ nobis ſubminiſtrant lanam, pelles, ſetam &c. Eodem modo Deo animā & bona animæ reddere debemus immediatè in manus illius. Cogitationes rectas, bonam voluntatem & deuotam, erga Deum affectum, atque amorem nulla mediante crea
K tura Deo largiri nos oportet. Ipſe enim proprijs manibus hæc à nobis ſuſcipit, cætera autem vel per manus pauperū, vel per oblationes ſacerdotum. *Offer* (inquit) *munus tuum*; Offerre propriè ad ſacerdotes pertinet, ideo in lege naturæ ſolus & quilibet maior natu, fuit Sacerdos, ideo & Chriſtus antequam obtuliſſet illud munus in quo ſunt omnes theſauri reconditi ſapientiæ & ſcientiæ Dei, munus inquam paſſionis ſuæ in cruce, prius voluit eligi & ordinari in Sacerdotem vt refert Caſſaneus. Nam cum viginti duo ſacer- Caſſaneus.
dotes conformiter ad litteras linguæ Hebraicę eſſe deberēt in Ieruſalem, ita quod moriente vno, debuit alius in locū illius eligi & ſuccedere: accidit quod viuente Chriſto mortuus fuerit vnus ex viginti duobus congregato ergo Capitulo ad eligendum ſucceſſorem, cum nullum ad tantam dignitatem habilem inueniſſent tandem vnus ex eis dixit. Multos patres nominaſtis, ſed dignum neminem iudicaſtis. Ego vero Ieſum filium Ioſeph propono, eligoque, ętate quidem iuuenem, cęterum & vita honeſtiſſima, & bonis & integerrimis moribus, & doctrina perfecta egregiè ornatum. Mea enim ſententia, nemo vnquam par huic viſus eſt, aut in Scripturarum eruditione, aut in vitæ morumque integritate, quod omnibus in Ieruſalem habitantibus clarum ac manifeſtum eſt. Conſenſerunt igitur omnes nullo contradicente electioni eius; Sed quoniam ex mandato legis, ſanguinis & tribus ratio habenda erat, nam ſacerdos eligendus debuit eſſe ex tribu Leui, Chriſtus autem erat de tribu Iuda, beatiſſimam Virginem in conſilium vocare decreuerunt, quæ cum interrogata fuiſſet de Chriſto. Sic reſpondit, Ieſum filium meum eſſe fateor, ego enim peperi eum, cuius rei teſtes adducere poſſum, eos qui in partu meo affuerunt, quia autem patrem in terris non habet, vel in hoc dignoſcere poteſtis. Virginem enim me exiſtentem in Galilæa Angelus Domini non dormientem, ſed vigilantē inueniens, euangelizauit mihi ex Spiritu Sancto me concipere filium debere, cuius nomen iuſſit vocare Ieſum, virgo itaque concepi, Virgo peperi, & Virgo permanſi. Cumque facta fuiſſet inquiſitio an res ita ſe habuerit, & ita omnino eſſe, vt beatiſſima Virgo affirmauit compertum eſſet, in libro electionis nemine diſcrepante electionem in Sacerdotium Chriſti ſic inſcribere iuſſerunt. Filius innuptæ Mariæ Virginis, & filius Dei Ieſus, Sacerdos creatus eſt, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, maximè ſacrificium innocentiſſimæ paſſionis ſuæ. Ideo etiam ad ſacerdotes leproſum remittit, vt declararet quod ille eſſet pro toto mundo lepra infecto ſacrificium in ara crucis oblaturus, & omnibus, ac ſingulis infirmitatibus remedium allaturus. Hac proinde ſtatim poſt leproſum ſanatum accedit centurio vt inquit Euangeliſta.

CVM AVTEM INTROISSET CAPHARNAVM ACCESSIT AD EVM CENTVRIO ROGANS EVM, ET DICENS, DOMINE PVER MEVS IACET IN DOMO PARALYTICVS. Cum ad Reges, & Principes terræ, Centuriones, alijque milites de Repub. benemeriti ad poſtulandum ab eis laborum ſuorum præmium accedunt, communiter prius ſupplicationes præmittunt, in quibus explicant & adducunt rationes, quare hoc vel illud beneficium ſibi de iuſtitia eſſe conferendum aſtruant, proponunt Regi ſeruitia maiorum ſuorum, Patris, aui, proaui, &c. ſeruitia etiam propria, vt ſic inclinent Principem ad præſtandum beneficium; & tandem captata ſic beneuolētia expoſtulant gratiam. Hic nihil tale videmus; hic enim Centurio accedens ad Ieſum nullam meritorum ſuorum, aut prædeceſſorum mentionem facit. Intelligebat quippe aliter obſecrandum eſſe Deum, & aliter à terrenis principibus aliquid poſtulandum. Hi enim ſi aliquid conferunt beneficij, id faciunt ratione meritorum & ſeruitiorum alicuius, potius quam bonitatis & liberalitatis propriæ. Cum autem Deus miſeretur aut aliquid elargitur, facit hoc ex mera bonitate ſua, propter ſe ipſum, non propter merita noſtra. Ideoque cum aliquid à Deo poſtulamus, potius per viſcera miſericordiæ Dei, per merita paſſionis Chriſti, quā per merita noſtra poſtulandum eſt. Sicut hic Centurio nulla ſua merita allegans ſanitatem ſeruo ſuo poſtulauit dicēs.

DOMINE PVER MEVS IACET IN DOMO PARALYTICVS ET MALE TORQVETVR. Certè rectè dixit Eccleſia de Deo. Et adijcere quod oratio non præſumit. Quid enim cauſæ eſt quod ad ſimplicem petitionem vnius militis dignatur domum eius, & ſanat puerum ipſius, ſimplex quidem & breuis fuit oratio illius, ſed in fide perfectiſſima fundata, & bene valida. Hæc eſt vis fidei, vt Deum loco moueat, & pedes eius Ad Heb. 11.
dirigat, ad ſuccurrendum hominibus: *Fide muri in Hiericho* v. 30.

cho corruerunt. circuitu ſeptem dierum. Fide montes tranſ-
Luc.17.v.6. lati ſunt de loco ſuo, iuxta illud Chriſti Domini. *Si habueritis tantam fidem ſicut granum ſinapis, & dicetis huic monti tranſi hinc & tranſibit*. Quæ comparatio montis ad granum ſinapis, & tamen fides ita minima ſicut granum ſinapis montes transfert, quia fides etiamſi ſit minima eſt maior virtute, quam quicunque montes magnitudine molis eminentiſſimi. Quis enim mons maior illo monte de quo
Dan.2.v.35 dicitur Danielis. *Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram*. Et tamen fides Centurionis mouet hunc montem, & transfert in domum ſuam, maximè quia Centurio fide: adiuuat orationẽ benè circumſtantionatam; & in primis circumſtãtia perſonæ, erat enim miles, cuius officium non eſt continuò orare, ſicut religioſorum, vel hominum ad Dei ſeruitium
L deputatorum, & propterea oratio eius non debuit eſſe ſic circumſtantionata ſicut requiritur ab eis ad quos ſemper orare pertinet, & tamen ſic orat, vt exaudiri mereatur. Acceſſerunt enim circumſtantiæ perſonæ, & alia prærequiſita; circumſtantia charitatis, orat enim pro ſeruo, quem domi ſuæ habebat, non ſicut aliqui faciunt, qui ſeruos dum ſani ſunt domi ſuæ retinent, ſi autem aliqua infirmitate deti-
1. ad Tim. v.8. neantur eos domo expellunt. Cum tamen dicat Apoſtol. *Si quis ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet: fidem negauit & eſt infideli deterior*. Præterea circumſtantia humilitatis. Dicit enim *Domine nõ ſum dignus vt intres &c.* Circumſtantia ſpei, rogat enim vt ſanetur ille qui male torquebatur, id eſt de cuius ſanitate deſperauerunt medici, qui naturaliter ſanus eſſe non poterat, illi ſanitatem à Chriſto poſtulat, ſpem totam collocans in eius omnipotentia, non procurat ſanitatem per Magiam, vt aliqui faciunt, cum tamen ſit ars fraudulentiſſima, cui auctoritatem maximam fuiſſe nemo miretur, quando quidem ſola artium tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis complexa in vnam ſe redegit. Natam primum è medicina nemo dubitat, ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe velut altiorem ſanctioremq; quàm medicina. Ita blandiſſimis deliberatiſſimiſque promiſſis, addidiſſe vires religionis, ad quas maxime, etiã nũ colligat humanum genus. Atque vt hoc quoque ſucceſſerit miſcuiſſe artes mathematicas, nullo non auido futura de ſe ſciendi, atque ea de cęlo veriſſime peti credenti. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici vinculo in tantũ faſtigij adoleuit, vt hodieque etiam in magna parte gentium præualeat, & in oriente regum regibus imperet cum maximo humani generis detrimento. Quorum errorem damnat hic centurio, qui non ad diabolicas magiæ artes, ſed ad Chriſtum verum animæ & corporis Medicum recurrit, ad quẽ ſi & illi in neceſſitatibus & infirmitatibus ſuis confugerẽt, facilius ſalutis animæ & corporis compotes fierẽt, ſic enim promptus eſt ad medendum hominibus, vt breuis, & ſimplici oratione, inuitatis, promptiſſime ſe offerat venire ad domum centurionis vt teſtatur Euangeliſta dicens.

ET AIT ILLI IESVS EGO VENIAM ET CVRABO EVM. Mirum eſt, quòd cum inuitatus fuerit à Regulo, vt ſanaret filium eius ire noluit, hic autem non inuitatus directè, (ſolum enim intimauit ei Centurio, quod infirmaretur ſeruus eius,) & tamen non dedignatur ire, Ratio eſt quia potius Chriſtus attẽdebat ad deuotionem inuitantis, quam ad diuitias & dignitatem hoſpitio ſe ipſum recipere cupientis. Hæc porò deuotio ex humilitate eius colligitur. Nam inquit Euãgeliſta. ET RESPONDENS CENTVRIO AIT. DOMINE NON SVM DIGNVS VT INTRES SVB TECTVM MEVM, SED TANTVM DIC VERBO ET SANABITVR PVER MEVS. Indignitatem ſuã agnoſcit, quod tametſi laudabile fuerit in ipſo, magna tamen repræhenſione digni ſunt, qui plus iuſto in ſua præparatione & diſpoſitione confidentes, multoties ex vitioſa humilitate Chriſtum in domum ſuam recipere recuſant, ibi ſunt ſimiles cuidam Ciui Athenienſi, habenti quendam Philoſophum intima amicitia ſibi coniũctum Lacedęmonien. qui cum quadam die Lacedæmone Athenas veniſſet, atque ad amicum ſuum hoſpitandi gratia declinare ſtatuiſſet, accedens ad fores domus ipſius, pulſauit vt ſibi aperiretur, qd audiens ancilla nuntiat mox domino gratum adeſſe hoſpitem, qui videns domum ſuã pro aduentu tanti amici omni pęnè ornatu priuatam, pręcepit ancillæ vt diceret domi Patrẽfamilias abeſſe, & ideo hoſpitem recipere ſe non poſſe. Denegato ſic ſibi hoſpitio pauper Philoſophus humicubare coactus eſt. Poſtridiè verò ſummo mane hoſpes euigilans, plurima à ciuibus ſtragula & periſtromata conquiſiuit & domum ſuam exornauit, ac tum demum in plateam egreſſus Philoſophum diſſimulando quaſi de ipſo nihil ſciuiſſet ſalutauit, inque domũ ſuam perductum honorificè excepit, Vbi Philoſophus poſtquam vidit tot ſtragula prætioſa, & parietes tam magnificè ornatos, prius quidem ſtragula conculcare, tum deinde ornamentis parietes ſpoliare cępit. Miratus Paterfamilias rei nouitatem, quia ignorabat facti myſteriũ diu ſtetit anxius. Cui Philoſophus, propter hæc (inquit) hæri ne in ſtragulis quidem mihi dormire licuit. Ita plane multis hominibus deuotis accidit, ad quorũ animã ſępius loquitur Chri-
ſtus. *Aperi mihi ſoror mea quia caput meũ plenũ eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*, illi autem quia domum animæ ſuæ minus eſſe ornatam putarit, hoſpitium tanto hoſpiti denegarit. Vnde quid aliud ſperandum eſt niſi quod in tali intentione conculcabit & reſpuet hæc ornamenta: ille enim adſeri ſe cum diuina pro ſua maieſtate quibus delectatur, noſtra autem hæc cum ſint vilia licet non contẽnat; minus tamen curat. Ideò licet iuſtum ſit vt de nobis humiliter ſentiamus dicendo. *Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum*, hoſpitium tamen ei denegare non debemus. Sed recognoſcere potentiam eius quemadmodum hic centurio dicens: NAM ET EGO SVM HOMO *ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites, dico huic vade, & vadit*. Præclarum ſimplicis hominis argumentum à minori ad maius. Ego inquit homo ſum, alterius poteſtati obnoxius, ſubiectos habens mihi milites, qui quicquid dixero, ſtatim exequuntur: quãto magis tu Deus, qui vniuerſa ſolo verbo creaſti, puerum meum nullius adminiculo ſolo verbo tuo ſanare potes? Cant.5.v.2.

AVDIENS IESVS MIRATVS EST ET SEQVENTIBVS SE DIXIT. AMEN DICO VOBIS NON INVENI TANTAM FIDEM IN ISRAEL. Admiratio hæc fuit ſolum extrinſecè per aliqua ſigna, quibus Chriſtus circumſtantibus declarauit fidem Centurionis dignam eſſe omni admiratione, non autem interior: Admiratio enim propriè ſumpta ſupponit ignorantiam cauſarum, vel nouitatẽ rei ignotæ. Certum eſt autem quod illa fides Centurionis erat donum Dei, & beneficium Chriſti, vt teſtatur D. Auguſtinus dicens. Quis autem fecerat in illo ipſam fidem, niſi ipſe qui eam mirabatur. Quod ſi & alius eam feciſſet, vt quid miraretur qui præſcius erat? quod mirabatur Dominus noſter nobis mirandum eſſe ſignificat quibus adhuc opus eſt ſic moueri. Omnes igitur tales motus eius, non perturbati animi ſunt ſigna, ſed docentis Magiſtri. Idem cum D. Auguſtino ſentiunt Anſel. Beda, & alij Sed S. Thomas affirmat potuiſſe Chriſtum mirari quantum ad ſcientiam experimentalem licet quantum ad ſcientiam diuinam, & beatificam, admiratio in eo locum non habuerit. Verba ſunt D. Thomæ. Licet Chriſtus nihil ignoraret, poterat tamen aliquid de nouo occurrere experimentali eius ſcientiæ, ex quo admiratio cauſaretur, Sed non deſunt plerique qui ẽt quò ad huc impugnent D. Thomam. Quò enim cauſare poteſt admirationem Aſtrologo Ecclypſis Lunæ vel Solis? quia licet cum Ecclypſatur quoad experimentalem ſcientiã videtur illi nouum quid, tamen quia prius iã habebat optimè cognitam totam Ecclypſeos ſcientiam non dicitur mirari. Ita plane quoniam Chriſtus ſcit illa omnia quæ experitur, propriè mirari non poteſt niſi fortè ſic, quemadmodum Aſtrologus aliquo modo miratur Ecclypſim, pro illa hora quãdo actualiter Sol ecclypſatur. Sed quomodo Chriſtus experimentalem ſcientiam etiam actualem fidei Centurionis habere potuit, ſiquidem fides quæ erat cauſa horũ affectuum in Centurione non poterat ſub ſenſuum experimentum cadere. Dicendum ergo videtur, quod hæc Chriſti admiratio experimentalis duo continebat. Primum in intellectu cognitionem rei magnæ, inſolitæ etiam in Iſraelitica gente. Deinde in affectu, complacentiam quandam,

M (margin beside "DEM IN ISRAEL")
D.Auguſt. (margin)
S. Thomas. (margin)

& deſiderium laudandi tantam in hoc homine fidē. Hinc propheta eſt laus tanta, quod etiam ipſe Chriſtus voluerit eſſe orator illius coram circumſtantibus, virtutes eius laudibus efferendo ideo ad eos conuerſus ait.

DICO AVTEM VOBIS QVOD MVLTI AB ORIENTE ET OCCIDENTE VENIENT ET RECVMBENT CVM ABRAHAM ET ISAAC ET IACOB IN REGNO CÆLORVM. *Filij autem Regni eiicientur in tenebras exteriores.* Ac ſi vellet dicere, multi ſimiles huic Centurioni recumbent cum Abraham, Iſaac, quia enim imitaturi ſunt eos in fide, ideo etiam in gloria æterna ſimiles illis ſunt futuri, quia ſicut illi ſimpliciter crediderunt Deo, ita & his ſigna vel miracula non expoſtolando, quales fuerũt illi qui dicebant. *Volumus à te ſignum videre*, quam etiā ob cauſam eijcientur in tenebras exteriores. *vbi* (vt inquit
Iob 10. v. 22 Iob) *nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat.* ET DIXIT IESVS CENTVRIONI VADE ET SICVT CREDIDISTI FIAT TIBI. *Et ſa-*
Iſaiæ 59. v. 1 *natus eſt puer in illa hora.* Optimè hic dicti Iſaiæ Prophetæ de Deo noſtro veritas elucet, qui ait, *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini vt ſaluare nequeat, neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat.* Breuis quidem & ſimplex fuit huius Centurionis oratio, ſed quia non tam neceſſitas, quam potiùs charitas orare illum compulerat, ſinè mora
Chriſoſt. exaudiri promeruit. An enim Chryſoſt. ſuper Matth. Profecto orare neceſſitas cogit, pro alijs autem charitas fraternitatis hortatur, dulcior autem ante Deum eſt oratio, non q̃ neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis cõmendat. Oremus & nos chariſſimi non ſolum neceſſitatis ductu, ſed etiā ex charitatis officio, vt omnes ſimul ab omni infirmitate iàm animæ, quam corporis liberati, Deo dignè ſeruientes, hic gratiam, & in futuro gloriam aſſequamur. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Tertiæ poſt Oct. Epiph.
De Clementia virtute, & Charitate Dominorum in ſeruos.

Matt. 8. v. 9. *Non & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus.*
Prouer. 28. v. 16. *Dux indigens prudentia multos opprimet.*

A

NIHIL difficilius eſſe videtur Principibus, & alijs qui gubernant & præſunt quam prudentia temperare zelum, præcipuè in puniendis delictis: nam zelus excitat affectum, commouet iram, ita accendit eorin appetitum vindictæ, tempera ergo tunc iram, & moderare zelum habenis prudentiæ, nè excedat limites rationis, eſt ita difficilè, vt vix aliquis inueniatur, qui ad tantam perfectionem perueniat. Eſt enim zelus virtus adeò transformatiua vt etiam tabeſcere homi-
Pſal. 118. v. 139. nes faciat, iuxta illud: *Tabeſcere me fecit zelus tuus.* Sed temperandum zelum docuit Chriſtus clementia & prudentia,
Hilarius. ſimilitudine ſalis, cum ad Apoſtolos dixit: *Vos eſtis ſal ter-*
Mat. 5. v. 13. *ræ.* Sal vt adoertit S. Hilarius, componitur ex duobus elementis contrarijs, igne & aqua, quod etiam ipſa experientia docet: nam ſi ſal in loco humido reponatur, in aquam reſoluitur, ſi etiam ſale aſpergantur herbæ, eas conſumit & exſiccat. Signum ergò eſt quòd ex igne & aqua componatur, ita tamen hæc duo elementa contraria in ſale temperata ſunt, vt vnum non deſtruat aliud, zelus comparati poteſt igni, clementia aquæ. Videndum ergo eſt, vt ſic elementa temperet zelum, vt vnum non conſumat aliud. Si enim iuſtitia in quam tēdit zelus, rigidè quo ad omnia adminiſtretur, & tanquam ignis omnia deſtruat, charitatem, benignitatem, diſcretionem, in nihilum rediget: ſi etiam omnia diſſimulentur, clementia in relaxationem & negligentiam commutabitur. Atque ita cum vnum ſinè alio eſſe non poſſit, vno aliud temperandum eſt, teſte D. Bernardo. Qui ad hoc propoſitum declarat illud Canticorũ. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Cyprus
eſt inſula quæ producit vina fortiſſima. Engaddi eſt quo- Cant. 1. v. 14.
que alia inſula, in qua eſt maxima abundantia opobalſa- Bern. ſerm. 23. in Cant.
mi, quod profluit ex arboribus ſimillimis vineæ, ideo vocatur vinea Engaddi: cùm ergo dicit Eccleſia, quòd ſponſus eius Chriſtus eſt botrus Cypri, innuit zelum, quo reprehendebat & reprehendit hominum peccata, ſed hunc temperatum balſamo charitatis & clementiæ. Quod etiam
ipſemet Chriſtus innuit parabola hominis, *qui deſcendebat* Lucæ 10.
ab Hieruſalem in Iericho & incidit in latrones. quem Samaritanus curauit vino & aceto. Sic quilibet princeps & in poteſtate conſtitutus, debet infirmitates ſubditorum curare:
quia Dux vt inquit Spiritus Sanctus indigens prudentia, Prou. 28.
clementia, & charitate multos opprimet: quia zelus ſinè charitate & clementia eſt ſæuitia & crudelitas. Dux etiam indigens zelo multos ad peccãdum allicit, quia homines impunitatis ſpe ad peccandum alliciuntur. Itaque zelum excitare debet amor in Deum, clementiam quæ temperat zelum excitat amor erga proximos. Debet eſſe quo ad zelum ſicut Elias, Moyſes, & Mathathias, quo ad clementiã, compaſsionem, & charitatem, ſicut S. Paulus, qui tãtæ charitatis erat & ſæpe cuperet eſſe anathema pro fratribus ſuis. Debet eſſe ſicut hic Centurio qui ex mera charitate intercedit pro ſeruo, vt clementiſsimus Chriſtus diminueret de pœnis & infirmitate illius. Non erat talis ſicut ille de quo dixit Sapiens. *Dux indigens &c.* Huiuſmodi debent eſſe omnes iudices, & gubernatores chriſtiani, qbus in hodierna inſtitutione virtutem clementiæ, auxiliante clementiſſimo Chriſto commendare volo. Et in primis neceſsitatẽ huius virtutis proponam. Deinde quod ſit virtus & ſpecialis virtus declarabo. In quo tandem ipſa conſiſtat referam. Denique Clemẽtiam Chriſtianam ab Ethnica ſecernam. Ex his quippè intelligemus quod Dux prædictus clementia nullum opprimet ſicut ille qui indiget prudentia teſte Salomone.

B

Nulla virtus eſt quæ Principem & quemcunque poteſtate quapiam præditum magis quàm clementia exornat; ſi modò ritè ea in ſibi ſubiectos vtatur ipſamque exerceat.
Non eſt audiendus Magiſter Pſeudopoliticorum, qui re ip- Machiauel. lib. 3. de politia. Theoremate 22.
ſa valet dicere Principem huic virtuti iubet. ſi poſſet tamẽ eius laruam fucatamque effigiem politiſsima arte ad viuũ expreſſam, aliundè nanciſci, eam vt induat turpe non cenſet: perſonatum inhoneſtatum more, quæ honeſtatum cultu aſcito, probas & caſtas perſonas libenter ementiuntur: Principem inquit neceſsè non eſt clementiæ virtute eſſe inſtructum: ſed tamẽ expedit vt eius ſpeciem & opinionem habeat. Sed aduerſus putidum hoc dogma inuehi, neque mihi operæ, neque legentibus vſui eſt. Nam quis adeo hebes, ac plumbeus, vt non perſpicuè intelligat Magiſtrum Pſeudopoliticorum, hic bruto ſtupore & ſcurrili arrogantia, excellentiſsimæ inter homines virtuti illudere? & potiùs oppreſsiones Ducibus populi, quàm prudentem clemẽtiam perſuadere. Quàm & damnoſa oppreſsio & vtilis clementia ei ſit, in quem diuinitus ea dos collata eſt, quàm neceſſaria ad rectè gubernandum, & vtilior quam ſæuitia, nõ aliundè meliùs, quàm ex his tribus commodis elucēſcet. Illa enim ſubditos Principi obſequentiores efficit, eius opes ſtatumque firmat, denique imperium amplificat. Atque hinc iam maxima huius virtutis neceſsitas concluditur. Nã indubitatum eſt Principem facilè ſuis imperare poſſe, ſi eorum voluntates ſua ſponte ad parendum comparatæ ſint,
quæ nulla re aptius detineri poſſunt quàm clementia. Ro- Liuius Annal. lib. 31.
mani quondam ſuam in ignoſcẽdo facilitatem, multa bella, multas ſociorum defectiones attuliſſe non ignorabant. Sed an propterea in eos à quibus læſi erant clementia vti deſinebant; imò nulla magis virtute gloriabantur, neque vlla vtebantur frequentius; gnari nulla re validius quam clementia, magnitudinem Imperij Romani, & res atque opes ſuas ſtare. Id confirmat oratio, à Legato Romano in Panætolico concilio habita: cum Ætoli ſolicitarentur à Re-
ge Macedonum Philippo, vt ipſius amicitiam Romanæ ſo- Philippus Macedon.
cietati anteferrent. Obijciente enim Macedonum Regis Legato,

Digitized by Google

Legato, Capuæ & aliarum vrbium finitimarum ruinis creuiſſe vrbem Romam, & multa alia argumenta ſæuitiæ cõminiſcente: Romanus vt obiecta refelleret, multis rationibus oſtendit Romanam clementiam etiam ipſos Macedones expertos eſſe, propter quod obſequentes eis eſſe deberent. Quamobrem leges quas Macedonibus à ſe victis populus Romanus impoſuit, quam diutiſſimè ita durarunt, vt neque mutatæ, neque abrogatæ fuerint. Quippè (vt inquit Liuius Annal. lib. 45. Liuius) eas tanta cura dedit, vt non hoſtibus victis, ſed ſocijs benè meritis dare videretur, & quas ne vſus quidẽ longo tempore, qui vnus eſt legum corrector, experiendo argueret. C Per oppoſitum Lucullus rei militaris peritus, & omni laude bellica haud dubiè dignus vir ſuit, qui duos potentiſſimos Reges Tigranẽ & Mithridatem bello ſuperauit: quia tamen ad militares animos tractandos & conciliandos rudis erat, eorum ſeditionibus pana ante decora propemodum amiſit. Quum enim parum comis & affabilis eſſet, in primis acer in rerum geſtarum rationibus repoſcendis, inexorabilis in ſupplicijs: ita multum in ſe odia incendit, vt omnem propè laborum & victoriarum fructum alteri concedere coactus ſit. Nam cum Lucullus, à militibus ludibrio haberetur, Pompeius aduerſus Mithridatẽ miſſus eſt, non tam belli quàm triomphi ſucceſſor; neque tam ad res gerendas, quam vt rerum à Lucullo geſtarum, eiuſque laborum præmia colligeret. Is ergo cum exercitum à Lucullo accepiſſet, eoſdem milites, ita comiter liberaliterque habuit, vt ijs ad omnia paratiſſimis vteretur, eorumq; armis totum propè Orientem Romano imperio ſubijceret. Hoc ergo vitium tot egregijs Luculli virtutibus aſperſum (ſiuè is temperare ingenium ſuum, & ſeueritati miſcere comitatem neſcierit, ſiuè noluerit) non minimum de ipſius fęlicitate, & rerum geſtarum gloria detraxit: quum & paratam ſuo labore ac periculo tam iam finiti belli famã tradere ſucceſſori coactus eſt, & in mora fuit, quominus quæ ſuſceperat ad exitum perduceret. Sed Lucullo Appius Claudius quo aſperior eo etiã infælicior exitit, vt refert Liuius. Liuius Annal. lib. 2. Ideo rectè inquit Cicero: Cicero. Nihil magis Principem decet quam amari, nihil minus quam timeri.

Alphonſus. Rex Hiſpaniarum Alfonſus, dictus Prudens, erat tantæ clementiæ, vt etiam neceſsè fuerit eum admoneri, nè in cõtemptum & vilipenſionem veniret; qui admonenti reſpõdit: tolerabiliorem eſſe exceſſum in clementia quam ſeueritatem, & quòd potiùs vellet minus honorari, & multum amari ab aliquibus ob clementiam, quàm ob nimiam ſeueritatem timeri ab omnibus. D Nec minus eſt laudabilis alter clementiæ effectus, quòd ad tuendas firmandasq; Principis opes & ſtatum pertinet. Hic mihi nemo negauerit nihil eſſe, quod Principis ſtatum tutiorem, firmioremque pręſtet, quàm ſi nullos inimicos hoſteſuè habeat. Nullas autẽ inimicitias odia ve in ſe concitaturum Principem bonũ & lenem, clementia ipſa ſpondet, virtus per ſe ſemper amabilis, & quæ eos in quibus eſt gratos omnibus acceptosq; reddit. Ac ſi fortè contingat vt in talem Principem aduerſarij aliqui conſurgant ac conſpirent (ſicut nonnunquam honorum & diuitiarum cupidos, auaros, ambitioſoſque aduerſus mites ſtimulat) vix tamen aut eius ſtatum labefactare, aut eum ſede ac faſtigio euoluere ac exturbare vnquã poterunt; præſertim ſi cum clementia boni conſilij copiá habeat. Quum enim et ſoa virtus finitimos beneuolentes, ſubditos vltrò obſequẽtes efficiat: quis dubitat tot ſtudijs amicitijsque fultum, facilè vel occultis inimicorum inſidijs obuiam ire, vel apertum impetum propulſare poſſe?

Nec pluribus exemplis aut teſtimonijs in re perſpicua opus eſt. Nonnè perpetua omnium ætatum experientia docuit, docetve, nullum ſtatum diuturniorem firmioremque vllo tempore fuiſſe ac eſſe, quàm bonorum & clementium Principum? Imperator. Romani. Teſtes, Auguſtus, Veſpaſianus, Traianus, Antonini, multique alij Romani Principes. Tertius Clementiæ effectus, qui eſt augmentum imperij quantum valeat, Romanum Imperium teſtimonio eſſe poteſt. Romano imperio nullum inquam florentius fuit: ſed cui debetur tantæ incrementũ vibis, maximique in terris imperij principium niſi clementiæ? Romulus enim nõ tam armis vincendo, quàm leniter conſulendo victis, vicinas gentes edomuit. Quippè volante per vrbes non tantùm fama bellicæ Romuli virtutis, ſed etiam placidæ erga victos clementiæ: adeò vt multi viri fortes cum valida manu clientum & amicorum ad eum commigrarent, & integri populi eius fidei ſeſe committerẽt. Hæc virtus Iulio Cæſari Gallias aperuit. Quum enim popolos armis inuictos comitate & gratia viciſſet: cæteros eorum ope atque opera, paruo negotio ſubegit Alexander per Aſiam bellum & arma circumferens tã moderatè victoria vtebatur, vt nobiliſſimarum vrbium ciues, vltrò ſemetipſos, & ſuas ciuitates eius fidei tradẽtes venirent. Quum enim ita conſuleret victis, vt de priſtino ſtatu eorum nihil mutaret, ac minueret, ea clementia prouocati, ſub eius imperio viuere, quam ſuis legibus malebant. Qui ergo hæc rectè perpendent, ſimul & Magiſtri Pſeudopoliticorum falſam doctrinam abijciet, & clementiam virtutem ſummè neceſſariam affirmabit, & demum ſedulo in ea aſſequenda deſudabit. Hæc enim tria commoda quæ hactenus recenſuimus multum inuitant Principes, & quoſcunque alios in regimine poſitos ad comparandam hanc virtutem.

E Sed ipſa ſummi Principis Dei (*à quo omnis poteſtas in cælo & in terra*) clementia de qua in libris Sapientię ita ſcriptum eſt: Sap. 12. v. 18 *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, cum miſericordia, & benignitate*, hæc inquam ſola clementia neceſſitatem huius virtutis declarat. Quis enim negabit eam virtutem ſummè neceſſariam eſſe, per quam ſimiles Deo efficimur? Imitamur quidem Deum in iuſtitia: Sed melius eſt inquit D. Chryſoſtomus dare rationem Deo de nimia miſericordia, quàm de nimia iuſtitia. Quomodo melius? quælibet extrema ſunt vitioſa, quemadmodum ergò exceſſus in vindicta eſt vituperabilis, ita quoque exceſſus in miſericordia vituperabilis eſt. Ita ſanè: melior eſt tamen nimia miſericordia, quia cum iudicabit Deus orbem terrarum in æquitate, faciliùs ſe excuſare poterit homo de nimia miſericordia, quàm de nimia iuſtitia: poterit ſiquidem ſe excuſare homo dicendo, quòd propterea fuit magis miſericors, quàm ſeuerus, quia imitari debuit in clementia ſupremum iudicem Deum tanquam miniſter, & locum tenens illius: quia imitari debuit diſcipulus Magiſtrum ſuum clementiſſimum Chriſtum Dominum.

Sed quod clemẽtia ſit virtus videamus poſtquam de neceſſitate eius hactenus differuimus, de hoc enim ſecundo loco dicere polliciti ſumus. Eſt clementia virtus moralis, & virtus ſpecialis ab alijs, diſtincta, & quantum ad aliqua excellentior alijs vt infra, & in ſermone de manſuetudine dicetur. Quòd clementia ſit virtus moralis, eſt omnium Philoſophorum, & Theologorum ſententia præcipuè D. Thomæ. D. Tho. 22. q. 157. art. 1. Nam ratio virtutis moralis conſiſtit in hoc, quòd appetitus rationi ſubdatur iuxta Philoſophum. 1. Ethic. ca. vlt. Hoc autem ſeruatur in clementia, nam clementia in diminuendo pęnas aſpicit ad rationem vt inquit Seneca in tractatu de clementia, Seneca lib. 2. c. 5. puriſ à principio. nè exceſſus vel defectus eueniat. Et per hoc reijcitur inſtantia friuola diſcipulorum magiſtri Pſeudopoliticorum, quòd clemẽtia Principis multorum malorum cauſa ſit. Etenim ſi princeps (inquiunt) ad ignoſcendum prõpitior delictorum veniam facilè conceſſerit, fore vt multos delinquentium ad experiẽdum clementiam ſuam inuitet, atque impunitatis ſpe homines ad peccãdum alliciat. F Quibus ita reſpondeo. Primum Si Princeps ita clementia vtatur vt iuſtitiam non deſerat, ſi in diminuendo pęnas rationem conſulat, ſi prudentem clementiam habeat, tunc ad mala auſa nullus impunitate prouocabitur. Quippè iudiciorum eadem ſemper erit vis atque authoritas, quibus tamen clementia & æquitas modum ſtatuant. Secũdo. Eſto quod clementia Principis (vt hoc fingamus) vitiorum licentiæ feneſtram apertura ſit, nuſquam tamen id locum habebit quàm in peruerſis & deprauatis naturis. Nam ingenui & a natura benè conſtituti homines potiùs indè ad imitandam Principis virtutem, quàm ad prauitatem flectẽtur. Princeps verò lenis, cæterarum quoque virtutũ amans & vitiorum hoſtis, viros probos opibus augebit, honoribus extollet, abijciet verò improbos: quo fiet, vt improbi quoque homines ſceleribus & criminibus abſtineãt. Nam etſi ex manſuetudinis Principis ſpem facilè impetrabilis veniæ ſibi ipſis facere poſſunt: quia tamen metuent nè ſceleribus admiſſis excidant à gratia & fauore Principis, animum

conti-

continere cogẽtur. Tertio, Tametſi contingere queat, vt clementia aliquid ſecũ iniq; & iniuſti trahat (nã vix fieri põt, vt Princeps res adeò ęquato examine penſet, vt non aliq̃ momentũ iniuſtitiæ ad manſuetudinẽ eius ſe ſe adiũgat) ita tñ mali ad clementiã acceſſiu tanti nõ eſt, vt ppea oĩs humanitas, è Principis animo excuti, & ejici debeat, ex qua tot vtilitates, & tãta emolumẽta in Principẽ, populũ, & Rẽp. exundãt; ꝓut hic fabuloſus rabula, totiusq; veræ politiei ſubuerſos cõtendit: immemor illorũ Spiritus S. verborũ: Dux indigens prudentia multos opprimet. Si.n. in diminuendis pęnis accuratã recti rationem habeat, ad normamq; ſani iudicij ſeſe accõmodet: omnino & hæc minora cõmoda euitabit, & ſua clementia rationem veræ virtutis induet.

Ludouicus Rex.

Fateor q̃ ſi Princeps iuſtus ſcelerib. pęnas irrogare poſſit ac debeat, nec faciat: ea nõ clementia virtus, ſed crudelis quędã miſericordia vocanda eſt: quẽadmodum dicere ſolebat Rex Ludou. cognomẽto Diuus: q̃a oĩs exceſſus & defectus alienus eſt à virtute. Sed cũ ęquitas velut iuris anima ſit, eadẽq; ſæpè legũ ſeueritati repugnet, Princeps clementiam in conſiliũ adhibere dẽt, vt ad moderandas legũ pęnas ſũmũ ius æquitate tẽperet, atq; ita prudenter clemens erit: verũ ſi nulla aut ęquitas, aut rõ molliẽdã legũ duritiẽ ſuadeat: tunc prò magnitudine delicti pęnam ab eo ſtatui par eſt; niſi prò miſericordi ſequus haberi, & ſe reũ eius criminis facere velit, q̃ impunitate fouet & alit. Quia in te Principẽ ſapientia & vigilantia ſumma vti decet, nè a clementia in crudelitatem lapſus odioſis remiſſionũ & gratiarũ flagitatorib. circũueniendũ ſe pbeat, & à virtutis ſemita recedat. Ideò Princeps accuratè conſiderare dẽt, qñ, q̃uo, cui & q̃obrẽ criminis gratiã faciat; q̃ ritè exercebit, ſi nunq̃ puniet iratus: q̃a vt inq̃t Baſilius, furor & ira eſt breuis inſania. Impoſſibile aũt eſt durante inſania, q̃ rõ ſuum officium debitè exerceat: q̃a ad hoc requirit clarũ, tranquillũ, & ab oĩ paſſione liberũ iudiciũ; & ideò Diog. Philoſ. cũ pp quendã exceſſum deberet famulum ſuum punire, impunitum reliquit dicens: Ego te caſtigarem, ſi iratus nõ fuiſſem. Sic ẽt in caſtigãdo iudex imitetur medicos: Medicus ſi põt ſanare infirmũ ſola abſtinẽtia nõ diminuit ſanguinẽ, ſi diminutio ſanguinis ſufficit, nõ applicat alias rigidiores medicinas: ita clemens Princeps & iudex, ſi videt q̃ ſufficit ad correctionẽ admonitio ſecreta, non adhibet admonitionẽ publicã, ſi ſufficit admonitio, à pęnis, abſtinet pcipuè extremis; quia vt inquit Hippoc. lib. 1. Aphoriſmo 6. Extrema remedia non ſunt adhibenda niſi extremis infirmitatib. & in ſũma, ſi vt dr, in definitione huius virtutis appetitũ rõne moderetur. Iã verò hęc virtus conſiſtit in eo, ſi in primis Princeps veniã det ijs facilè, à quibus ipſe offenſus eſt. Marcus Antoninus ſapientiſſimè oĩum in cognitione criminũ ſeueritatẽ clementia cõdiebat. Erat.n. illi mos oĩa crimina minore ſupplicio q̃ legib. plecti ſolent, punire: pręcipuè ſi leuia illa eſſent, nec plurib. noxis rei ſe obſtrinxiſſent: nonnunq̃ tñ cõtra manifeſtos, & grauiũ criminum reos inexorabilis permanebat. Sed in ſuis potiſſimum iniurijs lentus erat, & ad ignoſcẽdũ facilis: q̃ in Auidij Caſſij defectione re ipſa palã apparuit. Caſſius cũ in Oriẽte nũcium de interitu Marci accepiſſet, Imperatoriũ nomẽ vſurpauit. Et quanq̃ non ita moltũ poſt verũ reſciuit, tñ q̃ ſemel omnia ſecerat, de ſnĩa decedendũ ſibi eſſe non putauit. Itaq; & iam non libero regreſſu, & exitiũ metuens, ſibi imperiũ armis parare ſtatuit. Quod tñ metuebat, effugere non potuit, Nã aliquot eius centuriones, vt Marci gratiã inirent, eũ iter facientem obtruncarunt, præciſoq; ipſi capite ad Imperatorem profecti ſunt. Marcus verò capite Caſſij viſo, nõ modò non elatus eſt, ſed doluit ẽt ereptam eſſe occaſionẽ miſericordiæ, quum diceret, ſe viuum illum voluiſſe capere, vt illi exprobaret beneficia ſua eumque ſeruaret. Deniq; cũ quidã diceret, ſed quid ſi ille viciſſet reſpondiſſe fertur, nõ ſic Deos colimus, nec ſic viuimus vt nos ille vinceret.

G

Diogenes.

Hippocrat.

M. Antoninus.

Cap. & Dionis in Marco.

Vulcat. Gallicanus in Audio Caſſio.

Ex his reſponſis liquet, bonũ illũ Principẽ mira fuiſſe facilitate, in cõdonandis ſuis iniurijs, & delictis, quæ in propriam eius perſonam admiſſa erant, qua virtute nulla alia magis Principẽ decet. Vix.n. Princeps põt ſuũ dolorem atq; iniurias ſibi illatas acriter vlciſci, q̃n ſęuitię notã incurrat: idõ procurare dẽt, vt citò placabilẽ ijs ſe exhibeat à quib. offenſus eſt. Cõſiſtit præterea clementiæ virtus in eo, vt non ſolũ nullũ opprimat, q̃a Dux qui indiget prudentia multos opprimet, ſed ẽt ijs, q̃ nihil atrox admiſere, aut q̃ malè agere non aſſueuerũt, aut alioqui Reip. vtiles eſſe pñt, mitiores pęnas irroget q̃ q̃ legib. cõſtitutæ ſunt. Nã niſi Princeps in his circũſtantias cõditionesvè mentis aciẽ intenderit, in exercẽdis iudicijs miſericordia ita incõſultè vtetur, vt in ſęuitiã potius q̃ in clementiã propendeat: ſed ſi eã ęquitate rõniſq; iudicio moderabitur ac definiet, à recta iuris & iuſtitię via, cuius ęquitas norma eſt, nunq̃ deflectet. Qđ facilè obtinebit, ſi regulis prudentiæ ſuperiùs traditas obſeruauerit, ſi in oĩbus conſilium adhibuerit, rectè iudicauerit, nihil niſi maturè diſcuſſum executioni mãdauerit. Sigiſmũdus primus, Polonorũ Rex cũ à Senatorio viro ob nimiã clementiã reprehenderetur: ſi ſeueritati plus q̃ clemẽtiæ ſit tribuendũ (inquit,) qui ſcis à quo exordiar? omnẽs. neq; illũ culpa exortẽ eſſe, qui in nullo vnquã cõniuendũ eſſe Remp. adminiſtrãti aſſereret. Proindè multos capitis reos vita donauit, nõnullis iniuſtã iure infamiã ſuſtulit, nullius propemodũ bona confiſcauit, cõfiſcata ẽt ijs quorũ fuerãt reddidit, exules & proſcriptos reuocauit, ſine accuſatore, & in dicta cauſa neminẽ dãnauit. Certè de hoc Principe dici nõ poterat: Dux qui indiget prudentia multos opprimet. Vlterius clemẽtia Principis erga ſubditos in hoc cõſiſtit, ſi leuamine onerũ, laxamẽtis laborum, delenimentis animorũ, corporũq; illorũ volũtates promereri ſtudeat: ſi libertatem illorum tutã perpetuamq; ſub tutela ſua conſeruet, ſi edicta & leges ęquas promulget: ſi iudicia incorruptè adminiſtranda curet. Sed nihil ijſdem gratius acceptiusq; q̃ ſi eos adeò non deſpiciat Princeps, vt nonnunquam cum ipſis cõicet, de publicis negotijs cũ ipſis agat: ſnĩa, opera, opibus eorũ vti æquum cenſeat. Quum.n. ſubditi vident ſibi tñ tribui, vt in partem curarum & conſiliorum vocentur, cum neceſſitates publicas introſpiciunt, iuſtasq; cauſas, quare hoc vel illud Princeps efflagitet: haud equidẽ dubitẽ, multò libẽtiùs paritnros q̃ cũ rerũ nullã notitiã habent, neq; ſciunt quas ob cauſas illis decernitur pecuniarum collatio, neq; quos in vſus illa erogetur, eius rei luculenta exempla plura ad noſtra tempora aptiſſima reperies.

Sigiſmũdus primus.

Cromerus in 5. Epitap.

I

His ergo oĩbus eniteſcit & cõparatur clemẽtię virtus. Sed iã nobis agendũ reſtat an ſit ſpecialis virtus: & quidem eſſe talem vel indè liquet, q̃a ab alijs diſtinguitur: ſi.n. ab aliqua virtute videatur eſſe indiſtincta, maximè à manſuetudine, cũ tñ ẽt & ab hac diſtinguatur. Eſt ẽt potiſſima virtus, non ſimpliciter nec inter virtutes quæ ordinantur ad cõſecutionẽ alicuius boni, ſicut eſt: Fides, Spes, Charitas, Prudẽtia, Iuſtitia: ſed inter virtutes q̃ retrahunt à malo, & reſiſtunt affectionib. prauis. Et licet Tẽperantia inter has virtutes principalior ſit, quia reſiſtit affectionib. q̃ magis cõmunò inſeſtãt: tñ clementia eſt excellentior quo ad hoc, q̃a diminuit pœnas: & ſic maximè vr accedere ad charitate, quæ eſt potiſſima virtutũ, per q̃ bona operamur ad proximos, & cotrà mala impedimus: præcipuè ſi talis ſit qualis deſcripta eſt, vt in diminuendo pœnas aſpiciatur ad rõnem, & quãtũ fieri põt æquitas feratur: nã vt inquit Cicero in Officijs: optãdũ eſt vt qui præſunt Reip. legũ ſimiles ſint, quæ ad puniendũ nõ iracundia, ſed æquitate ducuntur. Æquitas accuratè ſpectata non quit reprehendi, ſummũ verò ius in vltione præſertim irrogãda ſolet vituperari. Ita videlicet ſupplicium inferri decet, vt meminerit Princeps, oẽm crudelitatis imaginẽ, bono cõi parum proficere, aut certè plus nocere; quod apud Chriſtianos iudices, pondus hẽt immẽſum: cum ij mitẽ & clemẽtem Chriſtum colant ac profiteãtur: nouerintq; ſe homines eſſe ſupremo Dei iudicio tandẽ aliqñ ſiſtendos, & profectò tametſi nihil futuri iudicij rigorẽ formidẽt: pſens tñ populi affectus, ac piũ clemẽtię ſtudiũ ab eis id requirit. Quẽadmodũ.n. quos crudeles Principes populus nouit, abſẽtes quoq; ipſe in tuto potius horret ac refugit: ita è contrario quos clementes expertus eſt, impenſus amat, & per vitæ etiã diſcrimina ſectatur. Diſcernenda tñ eſt clementia chriſtiana ab illa Machiauelliſtica, tanq̃ vera à ficta, tanq̃ ea quæ in verbis ab illa q̃ in factis cõſiſtit, clemẽtia Chriſtiana ab ethnica. Solymanus Turcarum Imp. (vt ſcribit Iouius) obſidione Viẽnẽſi Anno 1529. deſerta, Budã reuerſus, Ioãnẽ Sepuſiũ Vngarię Regẽ cõſtituit, beneficiariũq; & amicũ appellauit; adiunxitq; ei Aloyſiũ Grittũ Veneti Principis Andreę fratrẽ, confirmando regno. Accidit aũt vt Solymanus Ioanẽ in ſuũ tabernaculum cum procerib. Hungaris admiſſum impensè rogaret, vt Paulo Strigoniẽſi, & Petro Pereno parcere vellet; qui ſacramẽti immemores, idem, quod ſibi antea

Cicero.

K

Iouius li. 28 Hiſtoriarũ.

dum coronaretur officiũ Ferdinando præſtiterãt: ad id clementię munus, quũ duriorẽ ſe oſtenderet Ioannes, pp illorũ leuitatem; Solymanus vocẽ paululum intendens: An tibi, (inquit) in hac vita melius atq; honeſtius, quàm euenire poſſe putas, quàm ſi ex tua clemẽtia, qui tui ſunt hoſtes, ingrati apud mortales euadant? hoc eſt æterno ignominiæ ꝓbro notati, quũ in te ſempiterna probi & clementis animi laus manſura ſit? Præterea refert Iouius, quod idẽ Solymanus Imp. Turcarum Buda penè deſerta potitus, arcẽ obſedit. Ei præerat Nadaſtus inter Vngaros nobilitate & virtute illuſtris, quẽ cũ Germani milites, ad prodendam hoſti arcẽ cõpellere minis non poſſent, cum hoſte ſaluis rebus paciſcuntur, & Nadaſtum in vincula coniiciunt. Id ratum habuit Solymanus. Cæterùm cum eius præſidij milites, qui erant ferè ſeptingenti, ea conditione incolumes, ſarcinisque ſuis onuſti in Poſſonium abirent, & Ianczari occupata arce Nadaſtũ ſolutum vinculis pariter dimiſſuri eſſent. Solymanus de militũ perfidia, probitateq; Nadaſti erga Ferdinandũ Regẽ certior factus, reliquos milites oẽs ad vnũ Iãczaris trucidãdos obiecit: Nadaſtũ verò liberali ſtipendio inuitatũ, idq; renuẽtem, humaniter dimiſit, ſed barbara & ficta hæc fuit Clementia. Chriſtiani Principes homine Barbaro, in clementia ſectanda inferiores nõ fuerũt, ſed vera, laudabili, & perpetua inde memoria digni habiti ſunt. S. Venceslaus mortuo patre, Dux Boemiæ creatus, cũ ſciret Boleslaũ fratrẽ vitæ ſuæ inſidias tendere, nũquàm eũ à facinore niſi verbis deterrere voluit. Quib. cum praui Boleslai ingeniũ nõ flecteretur, ac ſummo manè à tẽplo redeuntẽ Venceslaũ Boleslaus cũ aliquot comitib. aggreſſus eſſet: Vẽceslaus manu ſtrenuus Boleslaũ ad terrã alliſit ac proſtrauit, gladiũ ademit, perfidiã exprobrauit; ſed mox enſem ei reſtituit illud monens. Abelẽ mori quàm Cainũ viuere præſtabilius eſſe. Neque verò hac manſuetudine perfidus frater à ſcelere deterritus, Venceslaum tñ crudelẽ in modũ occidit. Sigiſmũdus I. Polonorũ Rex in Cruciferos Pruſſos Polonorũ infenſiſſimos hoſtes, debellatos iam ferè clementer admodũ ſe geſſit. Magiſtrũ eorum Albertũ Marchionem Brandeburgẽſem, ſororis ſuæ filium, retinere ea, quæ partim iure belli amiſerat, partim amiſſurus eſſe videbatur, oĩa iuſſit & honore auxit: Magiſtri appellatione in Ducis nomen, quo oẽm deinceps rebellandi occaſionem tolleret commutata: denique hæreditarium ei fratribusq; eius Caſimiro & Georgio in mares duntaxat liberos, principatum illum conſtituit: Germanos milites, labore, inopia, inedia, vigilijs, vulneribusque confectos delere eum poſſet noluit. Captiuos quorum plenę erant turres & ergaſtula maiori Polonia & Cuiauia, ſinè vllo pretio liberos atq; adeò veſte & viatico donatos dimiſit. Vladiſlaus I. Polonorũ Rex, nothũ, monaſtica vita relicta regnũ affectãtẽ acre victũ cæpit; ſed procerũ precib. flexus, venia data pro filio agnouit, & cũ Boleſlao legitimo filio iuuene fortiſſimo, magno eum Reip. malo, honore eũ exæquauit. Boleslaus, Miecislaus, & Hẽricus Boleslai III. Polonorũ Principis filij, à fratre Vladiſlao bello impetiti, qui & vitã & Principatus illorũ infeſtè perſequebatur: cũ eũ ad Poſnaniã victũ in Germaniã fugere cõpuliſſent: Cracouia capta, liberos & vxorẽ Vladiſlai Chriſtianã mulierẽ, ſed ſuperbã & crudelẽ, & quæ origo malorũ illorũ fuerat, ab oĩ iniuria defenderunt, & cũ oĩ ſupellectili, in Germaniã dimiſerũt. Hanc ergo Clementiã D. Vẽceslai Principes, & aliorũ Principũ chriſtianorũ imitentur; non illã Solymani hominis crudeliſſimi, fictã & ſimulatã, & in oĩbus talẽ, qualẽ perſuadebat Princeps Pſeudopoliticorũ. Qualis ẽt fuit Domitianus, is quanq; immanis & ſanguinis ſitientiſſimus eſſet: clementiã tñ, velut neceſſariũ Principis ornamentũ laudib. ferre, & quoties in Senatu aliqua de re ſnĩam diceret, clara ſemper virtutis huius encomia, oratione aſpergere conſueuerat, famam ſcilicet mãſuetudinis cõſequi dictis cupiebat, quam factis euerterat.

Iouius lib. 28. Hiſtor.

L

Fulgent. lib. 4. cap. 1. & Æneas Syluius in Boemia.

Cromerus in Epitaph.

Vladiſlaus I. Polonorũ Rex. Cromerus lib. 5.

M

Hinc fortè Magiſter Pſeudopoliticorũ ſumpſit occaſionẽ peruerſæ doctrinæ, qua volebat Principes eſſe clemẽtes dictis non factis. Sed Ethnica & non chriſtiana hæc eſt clemẽtia. Doctrina. n. Chriſti eſt, quod ſimulata ſanctitas duplex ſit iniquitas. Simulata clementia & charitas, maxima nequitia. Concludendo igitur hunc ſermonẽ, monendos cenſeo Principes, & oẽs in vniuerſũ chriſtianos, vt charitate, & clementia præditi ſint, non fucata aut picta ſed ſincera: vt ex charitate pęnas diminuãt cum iuſta cauſa eſt illas diminuẽdi, vt iniurias proprias nõ vlciſcãtur: vt leuamentis onerũ, laxamentis laborũ, libertatis augmẽto, tutela & protectione, iuſtitiæ adminiſtratione, boni cõis propagatione, cura & ſolicitudine in regiminis recta adminiſtratione, cũ ſubditis cõuerſatione benigna, & his ſimilibus, in quib. clemẽtia vera cõſiſtit, clementiã augeant; & pręcipuè vt ſubditus inſtruant, moneant, & maximè proprio exemplo ad oẽm virtutis cultũ. Certè ſi Reges, Superiores, & Patresfamilias, muneri ſuo probe intenti, virtute ſibi ſubditos imbuerent, Regnaq; familiã, domũ, piè ſemper regerent; longè ſanè pulchrior cætus fideliũ ab infidelib. conſpiceretur, multoq; plures ex his in ſuũ reciperet gremiũ accederet, & illud vt à clariſſima Chriſtianæ fidei luce, procul abeſſent tot errorũ tenebræ: non eſſet tãta inter ciues morũ deprauatio, nec deniq; tm̃ ſtudij ac laborum inſumerent prælati, ac prædicatores in reformanda morũ corruptela. Pñt aũt gubernatores aut ſuperiores delinquere in hoc: Vel ſi ad tranſgreſſionẽ Dei aut Eccleſiæ mandatorũ ſuos ſubditos (quod ſanè facinus execrandũ eſſet) exhortentur, impediantq; bona, quæ ipſi facere velint: vel ſi ipſa muneris ſui negligentia bono ſubditorũ ſpirituali nõ prouideant. Prima illa delinquendi rõ rarius inter chriſtianos reperitur, vix. n. aliquẽ reperiri puto, qui ita impius eſſe velit, vt ad malum ſuos ſubditos allicere, & à bono auocare conetur. Hoc curandũ eſt, vt nunquàm ſuperiores vel Reges ſibi ſubditis, & parentes filijs authores mali per ſocordiã & incuriã exiſtãt. Quapp tenentur erudire verbis, ſed vel potiſſimũ bono exemplo. Veriſſimum & ab oĩbus receptum illud Senecæ elogiũ: Longum iter per præcepta, breue & efficax per exempla. Officiũ parentũ in filios, dominorũ in ſeruos eſt, vt eos à malo retrahant, & ad bonũ deducãt: quorũ vtrumq; vt verbis & exẽplis efficiant, neceſſè eſt vt aures præceptis imbuant, & oculos bonis exẽplis inſtruãt. Sed illud certiſſimũ, lõgius iter eſſe, per præcepta, efficacius per exempla: moltò maiorẽ fructum ea oculorum quàm ex auriũ ſenſu percipiũt cõiter homines, ſi tñ quæ in alijs vident, in ſe transferre nitãtur. Zenonem (inquit idem) Cleanthes non expreſſiſſet, ſi eũ tantiſmodò audiſſet. Plato & Ariſt. & oĩs in diuerſa itura ſapientũ turba, plus ea moribus, quã ex verbis Socratis traxit. Qua de cauſa idem Seneca alibi tm̃ in hoc genere momenti eſſe putat; vt iubeat nos, ſi qñ præſentia taliũ virorum careamus, qui ſua præſentia noſtros ad ſpectandũ mores conſurment: animo certè eos nobis eiuſmodi pſentes fingere, ac velut in illorũ conſpectu negotia moresq; cõponere. Neq; tñ cuiuslibet imaginẽ, ſed qui excellenti maximè ſit virtute proponẽdã putat. Aliquis vir bonus nobis eligẽdus eſt (ait) hac ſemp ante oculos habẽdus; vt ſic tanq; illo ſpectante viuamus. Quemadmodum Boleslaos III. piiſſimus Princeps cõtinuo geſtabat de collo ſuſpenſam laminã in qua nomẽ & imago Vladiſlai patris inſculpta erat, vt eũ ſemper ante oculos haberet & virtutes illius heroicas imitaretur. Denique ſi Principes ſubditos, & Dñi ſeruos ab aduerſarijs defẽderent de eorũ ſalute animę & corporis ſuſcitã curã agerẽt exẽplo huius Centurionis, qui pro ſeruo ſuo, tũ per ſe, tũ per amicos ſeniores Iſrael apud Chriſtũ oĩ ſtudio atq; officio interceſſit, vt à graui morbo ſanaretur; clementiſſimi reputarentur. Dãnatur hoc exemplo illorũ dominorũ peſſima cõſuetudo, qui ęgrotos ſeruos ſtatim domo expellunt, & ad hoſpitale publicum emittunt. Illis quippè maior equi quàm ſeruorũ, imò conſeruorũ cura eſt. Apoſtulus cum ſeruis erga Dominos charitatẽ imperaſſet, ſubiungit. *Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas.* Parẽ charitatem exigit à Dñis erga ſeruos, quàm à ſeruis erga Dominos. Et cãm ſubiungit fortiſſimã. Scientes quia & illorũ & veſter Dñs eſt in cęlis, & perſonarũ acceptio non eſt apud Deũ. Iõ ẽt ſerut dñt Dominis reuerentiam, obedientiã, & debitos labores. Reuerentia non ſolùm cõſiſtit in cæremonia extrinſeca, depoſitione pilei &c. ſed vt bonã de his exiſtimationem habeãt non detrahant, Deum pro eis orent &c. Sed his tẽporib. ſerui ſunt inſolentes, otioſi, non curant quidpiã aliud, quàm vt mãducent, bibãt, & de ſubſtantia Dñorum ſuorum viuant, detrahont, conqueruntur &c. Non erat talis hic ſeruus centurionis, cui apud Chriſtum Cẽturio ſanitatem impetrauit. Vtinam & nobis qui ſerui Chriſti ſumus, hic gratiam & in futuro gloriam conferat. Amen.

N

Seneca lib. 1. Epiſt. 6.

Plato, Ariſt.

Ad Eph. 6. v. 9.

INSTI-

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ Tertiæ poſt Oct. Epiph.
De doloribus inferni.

Mat 8. v. 12 *Ibi erit fletus & ſtridor dentium.*
Sap. 6. v. 7. *Potentes potenter tormenta patientur.*

A DIFFICILES & curioſæ proponũtur queſtio-
nes & interrogationes de Elemẽto ignis, & ae-
4. Eſdræ 4. v. 5. ris, *Pondera* (inquit) *mihi ignis pondus, & men-*
ſura mihi flatum venti, Duo ſunt circa elemẽtũ
ignis de quibus poſſet alicui difficultas occurrere, vnum eſt
an ſalua ſubſtantia ignis calor ab igne & luce, lux item ab
igne & calore ſeparari poſſit? deindè, an ignis poſſit põde-
sari? & certum eſſe exiſtimo, viribus naturæ id fieri nõ poſ-
ſe, tñ Dei omnipotentia in camino ignis ardentis in Babi-
lonę, calor ab igne & luce ſeparatus eſt, in inferno ẽt ſepa-
Pſal. 28. v. 1. ratur à calore & igne lux, *vox Domini intercidentis flammã*
ignis, inquit Pſal. diuidẽns accidẽtia ignis, a ſubſtãtia ignis,
ſed viribus naturę hoc impoſſibile eſſe vř, nec minùs impoſ
ſibile vř ignẽ & flãmã eius ponderare, ideò tanq̃ impoſſibi
le quęritur in lib. Eſdrę. *Pondera mihi ignis põdus &c.* Qui-
dã tamen tradidit artẽ & modum ponderandi ignẽ, ponde-
rentur in primis ligna, & ſit exempli gratia pondus illorũ
quatuor librarũ, cõburantur illa ligna, ponderetur cinis, q̃
ex illis lignis cõbuſtis relictus eſt, ſi cinesũ pondus eſt dua-
rũ librarũ, ſignũ eſt quod pondus ignis & flãmę fuit duarũ
librarũ, ſed multum ſuſpecta indirecta, & difficilis eſt, hæc
ponderatio. Deindè, poſito quod aliqualiter poſſit quis ſal-
tẽ indirectè inueſtigare grauitatem flammæ, ardorẽ aũt &
durationem qũo inueſtigabit? Et reuera ſolus Deus nouit,
ardorem illius ignis perpetui, qui nunquam extingui põt.
Quærunt cõiter Doctores, quęnam pęna damnatorum ſit
maior, pęna damni, an pæna ſenſus, & cõiter dicũt maiorẽ
eſſe pęnam damni, quæ eſt carentia diuinæ viſionis & ęter
D. Chryſoſ. næ beatitudinis, *Multi* (inquit D. Chryſ.) *infernigne timent,*
ſed ego dico, maximè amaram gloriæ amiſſionem, Et reuera
maxima pæna eſt priuari conuerſatione amicorũ quos di-
ligis, quanto magis priuari viſione Dei, & conuerſatione ſã
ctorũ Angelorũ, ac beatorũ? Si eſſet aliquis Princeps, qui
ius hæreditarium haberet in Regnũ opulentum & oĩbus
bonis abũdans, quod in poſſeſſionẽ iam accepturus erat,
tandẽ pp aliqua demerita eo priuaretur, & in tenebroſum
carcerem detruderetur, quãtus hic dolor eſſet, quãta pęna?
quanto maior eſt cũ miſer peccator, qui ex gratia baptiſma
lis ius in hæreditatem æternam acceperat, pp aliqua deme-
rita, peccata, & tranſitorias voluptates, immenſum illud &
ineffabile regnũ amittit? Magna hæc eſt pęna, ſed nec mi-
nor cum in carcerem tenebroſum flammis perpetuis vren
dus traditur, vtraq; perpetua, vtraque infinita. Hoc tñ non
obſtante, non erit æqualis omniũ damnatorũ pæna ſenſus,
ſcit Deus ponderare illã flãmam, nouit qualiter intendere
vel remittere eam debet, ſm demerita, vt teſtatur Dauid,
Deuter. 25. *Et potum dabis in lachrymis, in menſura*, quia *ſecundùm mẽ*
ſuram delicti erit plagarum modus, *erit ibi fletus & ſtridor*
D. Greg. 9. *dẽtium*, ſed inęqualis vt ait D. Greg. *Æterno igni tradendi,*
Moral. 47. *pares paribus ſociabuntur, vt quos ſimilis culpa inquinat, par*
etiam pæna conſtringat, & par cruciat flãma ſupplicij, quos
igne luxuriæ, par ſuccẽdit flamma peccati, nã quẽadmodũ
in cælo ſunt diuerſæ manſiones & gradus gloriæ iuxta di-
uerſos gradus meritorum, ita in inferno erunt diuerſa tor-
mẽta pro qualitate peccatorum. Cõiter videmus, quod ali-
qui facillimè tolerant ardorẽ ſolis, ſicut illi qui in villis edu
cantur, tempore meſſis, ſolis ardoribus expoſiti, vix aliquid
damni patiuntur, alij autem facillimè læduntur, quod ex
diuerſa qualitate, complexione, & diſpoſitione prouenit,
ſic & in illis pænis. Sed quoniã difficilè eſt intelligere, qũo
ignis corporalis, ſpiritus nequam, & animas damnatorum
vel etiam animas in purgatorio cruciat, de hoc in præſenti
inſtitutione loquemur, prius tamẽ videbitur, an iuſtè Deus
puniat peccata mortalia, pæna æterna.

Neſcio quid ſit difficilius, an ponderare pondus & ardo B
rem ignis infernalis, an menſurare flatum venti, duo offi
cia exercet ventus in damnatos, & pęnas eorum, & in vtro
que menſurare flatum eius nimis difficilè eſt, de primo dř
apud D. Lucam, *Cuius ventilabrum in manu eius, & purga* Luc. 3. v. 17.
bit aream ſuam, & quo mediante purgabit? certè median-
te flatu venti, qui ſeparabit paleam à grano, & quis menſu-
rare poterit hanc venti ſeparantis vim & poteſtatem, quæ
confuſio maior eſſe poterit, quam cum toto orbi patebit,
omnino eſſe paleam per aerem volantem, quod prius in
oculis hominum granum eſſe videbatur? Quæ confuſio
maior, q̃ cum flante æterno illo vento, volabunt per aera
coronæ Regum, Infulæ Pontificum, diademata Principũ
ſicut paleæ, ſceptra, purpuræ proceſſus & zelus, baculi paſto
rales, & iudicium, codices Canoniſtarum, papiris & cala-
mi libros ſcribẽtium, habitus monachorum, vela virginũ,
ſermones prædicantium ob vanam gloriam, chorus can-
tantium, confeſſionalia pęnitentes audientium, quæ puta
grana eſſe videbantur, tanquam palea per aera volabunt,
adulteria in matrimonium ineuntium, fornicationes, luxu
riæ, hypocriſes, & ſimulationes, omnia hæc ſicut palea, fla-
tu huius venti agitabuntur, quis igitur menſurare poterit
flatum huius venti? Aliud officiũ venti eſt incendere ignẽ.
De monte Etna in Italia, & Vulcano in Sicilia cõiter quæ-
ritur, vnde eſt quod tantas euomat flammas, vt etiam à lõ-
ge proſpicientibus terrorem maximum incutiat ſolem fu-
mo obſcuret, & magnã terræ illius partem teterrimo odo-
re inficiat, vnde tanta vis & magnitudo flammæ? ſi mate-
rialem cauſam quæras, in promptu eſt, ſulphur ac alia mõ-
tis materia nutritiua ignis, quæ quamdiù durat, tamdiù
ignis perſeuerat, quod ſi cauſam efficientẽ inquiras, in cau-
ſa ſunt venti ſubterranei, qui ſuo flatu incendunt ignem,
tantæ magnitudinis, vt omninò deſint aquæ quibus extin-
gui poſſit: in illo vulcano infernali, quis incendit ignẽ ęter
num? niſi ventus iuſtitiæ Diuinæ, deſunt aquæ, deſunt la-
chrymæ, non eſt amplius ibi locus pænitentiæ, ideò ſicut
flatus venti æternus, ita & ignis æternus.

Si in aliqua ciuitate, aliqua domus incipit flammis com
buri, oẽs accurrunt, & alij aquam ex fontibus & fluminib.
accipientes ignẽ extinguunt, alij vicinas domos ne cõbu-
rantur amouent, alij cãpanas pulſant ad opem & auxilium
ferendũ inuitant &c. ſed qñ incenditur aliqua ſylua, ibi nõ
ſunt cãpanę, q̃ cõuocẽt homines ad auxiliũ & opẽ ferendã,
ibi nõ ſunt tot homines, q̃ poſſint auxiliũ ferre, vix vnus vel
alter Paſtor, qui tantam videns flammam cum grege ſuo
fugit, vt periculum euadere poſſit, ibi nõ ſunt fontes, aut flu
mina, nec tanta aquarum ſufficientia, vt magnitudinẽ flã-
mæ oĩa deuorantis extinguere poſſit, omnia deuorat, oĩa
conſumit, ſerpẽtes, aues, lepores, ceruos, quos nec induſtria,
nec cæleritas naturalis iuuat ne à flãma cõprehendãtur, &
præcipuè in arbores ſæuit, nec extinguitur; quanto difficilius
ignis ille infernalis extingui põt? cũ flatu venti iuſtitię diui
næ incenditur, vbi nec ſonitus cãpanarũ iuuabit, nec inter-
ceſſio ſanctorũ, nec orõnes beatorũ, immo nec ipſius bea-
tiſſ. Virg. quæ eſt Mater miſericordiæ, vbi lachrymæ, etiãſi
ſint tot & tãtę, & in ſluuios, & in Oceanũ ipſũ conuertantur,
ne quidq̃ proficiunt, nihil proderunt pęnitentiæ rigoroſæ,
vota, promiſſiones, ieiunia, lamenta, ſuſpiria, fletus, ſtridor
dentium, nihil hæc oĩa iuuabũt, tunc qñ nec ipſe ſanguis Ie
ſu Chriſti hanc flammã extinguere valebit. *Sed miſeri pec-* Pſal 82. v. 14
catores, erunt ſicut rota, & ſicut ſtipula ante faciẽ venti, erũt
ſicut rota, quia ſicut rota eſt ſignũ æternitatis, quia nec prin
cipium nec finẽ habet, ita miſeri peccatores nunquã finem
tormentorum ſuorum obtinebunt. Si eſſet vnus mons are-
noſus, tãtæ magnitudinis, vel multò maioris ſicut eſt totus
mundus, inquit quidã, & quolibet anno acciperet quis ali-
quid arenæ de illo monte, facilius eſſet illum montẽ in aliũ
locum transferri, quam tormentis finem imponere.

Sed iam quæret aliquis, an iuſtè Deus tanta pęna puniat C
peccatores in inferno, ſiquidem peccatum illorũ fuit tẽpo-
rale & finitum. Reſpondeo id iuſtè fieri, & in primis id pro
batur ex ratione obiecti, ſeu eius qui offenditur, quia pecca
tum menſuratur ſecũdum obiectum, ſed Deus eſt infinitus

L 2 quem

Digitized by Google

quem peccator offendit, ergo peccatum eſt infinitum, ergo meretur pœnam infinitam, quia contempſit bonum infinitum & æternum. Deinde id iuſtè fieri declaratur, ex cõparatione pœnæ ad gloriam, nam quemadmodum, ſi elegiſſet peccator gloriam, rectè operando, iuſtè illi tribueretur, ita cum æternam pœnam elegit peccando, iuſtè hac pœna punitur peccator, & hoc eſt quod dicit Auguſtinus. *Factus eſt malo dignus æterno*, qui in ſe *amiſit bonum quod eſſe poſſet æternum*. Et huc ſpectat ratio D. Thomæ, & D. Bonauenturæ, nempè quod ordo diuinæ iuſtitiæ id exigit, vt ſicut præmia correſpondent actibus meritorijs, ita pœnæ demeritorijs. Potiſſima verò rõ deſumitur ex parte ipſius peccatoris, quia ſi malus perpetuo vixiſſet, perpetuò peccaſſet, & ideò perpetuò punitur, quod ſemper & perpetuò in voluntate peccauit, quæ ratio eſt Gregorij: nam Petro Diacono ſcire cupienti, qualiter iuſte Deus pro peccato finito puniat infinita pœna. Reſpondit. Hoc omnino neceſſariũ fuiſſe, vt iuſtus iudex magis corda hominũ, q̃ facta pẽſaret, iniqui n. ideò fuerunt cum deliquerunt, quia cum finè fine viuere non poſſent, voluiſſet tñ finè fine viuere, vt potuiſſent finè fine peccare. Eadem hic eſt difficultas de pœna æterna, quæ de gloria æterna, nam ſimiliter quõ Deus ſm iuſtitiã præmiat opera finita, præmio infinito? ſiquidem finiti ad infinitum nulla eſt proportio, & tamen D. Paulus ait. *In Reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, multum quidẽ D. Paulus pro Chriſto laborauit vt ipſe de ſe loquitur *ter Virgis cæſus ſum &c.* tñ iſti labores non erant infiniti, quõ ergo ſm iuſtitiam ſibi deberi coronam ait? nimirũ, quia eo animo & ea intentione ſeruiuit Deo, ea voluntate, vt ſi in æternũ viueret, Deum nollet offendere. Scotus in reſpõſione ad ſecundum argumentum principale, dicit hãc rõnem ſibi nõ placere, nam aliquis peccat cum propoſito pœnitendi, & ita nec implicitè, nec explicitè, perpetuũ in voto peccat, & tñ ſi moritur ſinè pœnitentia, punietur pœna æterna, cum tñ qñ peccauit, non habuerit voluntatẽ perpetuò peccandi, vt dictum eſt. Dicit ergo meliorem ſibi videri Auguſtini rõnẽ, quod iuſtitia non requirat infligi pœnam æternam ad hoc, vt ſit ſufficiens culpæ punitio, ſed ideo quia eſt perpetua, & perpetuo manet in culpa, atq; ſic quia vita damnati eſt perpetua, & perpetuo in culpa, ideò iuſte manet perpetuò in pœna, ait enim. Quod eſt de illa ciuitate mortali, homines ſupplicio primę mortis, hoc eſt de illa ciuitate immortali, homines ſupplicio ſecundæ mortis auferre. Et paulo ante, de pœnis quibuſdam in iſta ciuitate inflictis. Nonnè (inquit) pro huius vitæ modo, ſimilia videntur pœnis ęternis? ideo quippe æterna eſſe non poſſunt, quia nec ipſa vita quę his plectitur porrigitur in æternum. Quaſi vellet dicere, eſt aliqua culpa, quæ non meretur totalẽ excluſionẽ à ciuitate, & talis eſt temporalis, reſpectu autem vitæ ciuilis, aliqua tanta eſt quæ meretur totalem excluſionem, ab illa vita ciuili & illius intenſio correſpondet culpæ: extenſio autẽ accidit, ſcilicet, quod ſit finita, quia vita finita. Sic in propoſito culpa mortalis, totalem meretur excluſionem ab illa ciuitate ſuperna, ac ideò præcisè perpetua eſt, quia vita cum culpa eſt perpetua. Præcedens tñ rõ D. Gregorij ſuæ probabilitatẽ hẽt, ſi exponatur vt exponitur à Scoto, quia ille peccãs exponit ſe perpetuitati, ſicut exemplificatur de proijciente ſe in foueam.

August.
D. Thom.
D. Bonau.

S. Greg.

2. ad Tim. 4. v. 8.
2. Cor. 11. v. 25.

D

Aug. 21. de Ciuit. c. 17.

Supra c.

Certè dura & inſenſibilia, ſunt corda illorum, qui nõ pauefcunt, nec mouentur ad vocem terribilis iuſtitiæ Dei, cui profectò nulla virtus creata reſiſtere, nec in minimo quidẽ poteſt, quæ iuſte pro demeritis infligit pœnas. Quia tñ non ſtatim ſua fulmina mittit diuina clementia ad eos exterminandos, ideò contemnũt & emendationẽ vitę, q̃ benigniſſime expectat, differunt, atque ob hanc cauſam maius ſupplicium ſemper ſibi accumulant, quo leniori gradu ad vindictam diuina procedit ira, tarditatem, iſtã grauitate compenſatura, hæc autem cõpenſatio fit in atrociſſimis pœnis inferni, quas maximè vereri & timere debemus. Timent plerique in hac vita exiſtentes labores, anguſtias, paupertatẽ, ægritudinẽ, illatas cõtumelias, damna, ſeruitutẽ, exilia, carceres, aeris tẽpeſtatẽ, aliaq; pericula, quib. vexari ſolet mortaliũ genus, ſed reuera ſi rectè ſaperẽt, magis timerẽt ad inferna deſcendere, vbi labores, anguſtiæ, tormenta, calamitas, luctus, gemitus, ſuſpiria, clamores, lamenta, fames, ſitis, ignominia, ardor, ignis, fletus, ſtridur dentium, quibus dãnati moleſtabuntur, nec vnquam deficient.

Sed de ſecundo iam puncto videndum eſt, qualiter animæ damnatorum, ac reprobi Spiritus patiantur ab igne. Dico ſecundũ Scotũ, & pro reſponſione præmittenda ſunt aliqua. Primo quod ignis infernalis non poteſt comburere animas damnatorum, nec calefacere, nec aliquo modo alterare. Patet forma corporalis, quæ dr̃ propriè corporalis, eo quod nata eſt extendi, nõ põt aliquo modo recipi in forma ſpirituali, quia tunc forma merè Spiritualis eſſet extẽſa quia recipiens formã extẽſã, extẽditur ſaltem per accidens, ſed calor, caliditas, & huiuſmodi forma corporalis eſt extenſa, animæ autem damnatorum ex hoc quia Spirituales extendi nequeunt ergo &c. Præterea præmittendũ eſt, q̃ nullũ corpus, vt locans eſt locato diſcõueniẽs, niſi q̃a aliud corpus eſt ſibi conueniens. Patet quia locus vbi eſt aer intẽperatus, eſt corpori diſconueniẽs, locus aũt vbi eſt aer tẽperatus, eſt ſibi & cõplexioni conueniens. Portò ſm Scotum vbi ſupra, ſicut Spiritus cũ nullo corpore habet naturalẽ cõuenientiã, quia tũc illud eſſet naturaliter ſaluatiuũ eius, ita ad nullũ corpus, habet naturalẽ diſcõuenientiã, pp̃ q̃ detineri ibi ſit naturæ ſuæ diſconueniẽs. Vnde ſi B. Michael cuicunque corpori eſſet ex præcepto diuino coniunctus, localiter, definitiue, etiam perpetuò, & hoc apprehenderet, nullo modo apprehenderet, vt diſconueniẽs, nec vt ſibi cauſatiuũ triſtitię, ac per conſequens ſi exiſteret in perpetuo & intenſiſſimo igne, nullam triſtitiam ſentiret. Quocirca non effugit reprehenſionem Scoti S. Thomas, qui dicit, quod Spiritus cruciętur igne, in quantum apprehendit ignẽ, ſub rõne diſconuenientis, cũ tñ oppoſitũ accidit. Vlterius præmittẽdũ, quod triſtitia eſt ex his rebus (vt ait Aug.) quæ nobis nolentibus accidũt, item triſtitia propriè eſt in appetitu intellectiuo, & cauſatur ex nolitione alicuius obiecti noliti, & tñ poſiti contra volũtatẽ. Dicit ergo Scotus vbi ſupra; ſiquidẽ ignis ex natura ſua, non eſt diſconueniens Spiritui, oportet aliunde quærere, vnde talis triſtitia cauſetur, neq; dici põt quod ignis inferni agat & cruciet Spiritũ, vt eſt inſtrumẽtũ diuinæ iuſtitiæ, quaſi Deus det ei virtutem cruciandi, ſed in quantum detinet, animam damnati penitus renitentẽ, tũc primum enaſcitur crucians. Exemplum ſi aliquis Rex poneret aliquẽ in carcere benè ornato, pro aliquo peccato cõmiſſo, & ille incarceratus conſiderans culpam ſuam, nullo modo diſpliceret ſibi ſic detineri, ſed diceret, libenter volo ſic detineri, & placet vt Rex ſic me detineat, voluntas illius nullo modo triſtaretur, nec Regem detinẽtẽ effectiuè odiret, nec locum detinentẽ formaliter. Si verò apprehẽderet malũ eſſe ſic detineri, & nullo modo hoc vellet, tũc primo odiret voluntatem Regis effectiue ſic detinentis, & ſecundo locum illum detinentem formaliter, ac per conſequẽs in ipſo cauſaretur triſtitia, quia nollet ſic detineri à Rege effectiuè, nec formaliter à loco, vt potè, quia contra volũtatẽ ſuam ſic detineretur, & tñ illa triſtitia non rõne loci cauſaretur, quũ non ſit ex ſe obiectũ diſconueniẽs, ſed eſt diſcõueniẽs quia nolitũ; ſic in propoſito de anima damnati. Sic igitur anima dum eſt in loco ſibi nolito, in primo ſigno apprehendit ignẽ ipſum, in quo detinetur formaliter, ſecundo apprehendit ſniam diuinæ voluntatis, in illo igne effectiue detinentem, tertio apprehẽdit affectionem comodi, qua vellet facere ſe præſentem cuicunq; corpori ad libitũ ſuum, quarto cognoſcit certitudinaliter eſſe impoſſibile ex ſnia diuina, facere ſe præſentem vbilibet, ad libitũ ſuũ, cognoſcit item ſe perpetuò ibidẽ detentã iri, & alibi eſſe non poſſe: ideo q̃a nollet à diuina voluntate ſe ibi detineri, odit illam, præterea ignem odit formaliter detinentem, & ſic ſequitur triſtitia. Hinc apparet quod vnus cruciatur magis alio, quia ex maiori nolitione alicuius obiecti noliti & poſiti ſequitur naturaliter maior triſtitia, hoc patet à Scoto, Deo autem ordinante, peccator vnus magis altero tenuti in tali igne ex ſententia diuina detineri, ideò maior intenſiuè ſequitur triſtitia in vno, quam in altero.

E

In 4. diſt. 44 q. 2.

In 2. diſt. 2. q. 5.

Scotus.
S. Thomas.

Aug. 14. de Ciuit. c. 15.

In 3. d. 15. q. 5.
In 4. diſ. 20.

Si dicatur, ex quo anima dãnati habet liberũ arbitriũ, & nihil eſt ita in poteſtate voluntatis, q̃ ipſa voluntas ſecũdũ Auguſt. id eſt actus voluntatis vt exponit Scotus, ideoq; poterit non odire, ſed amare ſic detineri, & hoc timore Dei, ac propter peccata commiſſa, & ſic nullam ſentiret triſtitiam ex tali detentione. Reſpondeo, ſi hoc eſſe poſſet, nullam triſtitiam ſentiret, ſed nullo modo poteſt id fieri

Aug. in lib. Retractat.

Scot. in 3. diſt. 1.

quia

E quia voluntas diuina determinauit, nunquam velle con-
currere ad talem actum, quo vellet detineri, patet à Scoto
Diſt. 50. vbi ſupra. Atque hæc dicta ſunt, quantum ad detentionem
formalem factá ab igne definitiue & localiter, & vocatur
communiter pęna carcerationis. Secundo dicit Scotus vbi
ſupra, quod anima cruciatur ab igne, vt obiecto motiuo ex
ſui conſideratione.

F Ad melius hoc declarandũ ſuppono primo. Nullũ obie-
ctum vt motiuum intellectus eſt cauſa alicuius triſtitiæ, vt
ſic patet, qa Angelus bonus ex cõſideratione alicuius obie-
cti, etiam imperfectiſſimi & conſideratione valde intenſa,
In 4. diſ. 44. nullam ſentiret triſtitiam. Secũdo ſuppono, vt dicit Scotus,
q. 2. art. 2. quod intellectus damnati determinatur perpetuo ad intẽ-
ſe conſiderandum ignem in ratione obiecti. Tertio odit ſic
detineri à voluntate diuina ad intenſam conſiderationem
ignis, & odit ſic detineri ab illo igne, vt immutatiuo, quod
nempè odium oritur ex affectione cõmodi, qua vult quod-
cunque obiectũ, prout ſibi placuerit conſiderare, nũc hoc,
nunc illud, & promouetur ex ſuperbia, ex qua vult vti intel
lectiua ſua ſecundum imperium voluntatis ſuæ, ac ideo cõ-
ſumitur ex inuidia propter quam odit determinari à Deo,
ad aliquam conſiderationem vnicam. Quartò ſequitur ap-
prehenſio non tantum nuda iſtius conſiderationis, ſed ap-
prehenſio certa, de euentu iſtius conſiderationis intenſæ &
perpetuæ. Denique ex hoc ſequitur triſtitia. Porrò triſtitia
hæc cauſatur in intellectu damnati, nõ ſimpliciter, propter
conſiderationẽ ignis, quia omne intelligere ſecundũ ſe ac-
ceptum, conuenit intellectui communiter, & in omni co-
gnitione intellectus delectatur ac perficitur, ſed ideò triſta
tur, quia talis cognitio eſt nolita: nollet enim intellectus ſic
detineri & perſiſtere ſemper in tali conſideratione. Addit
Diſtin. 46. idem Scotus, quod hæc maior triſtitia ſit quam prima, qa
q. 4. art. 1. vbi eſt maior nolitio, & æque certa apprehenſio de euentu,
ſequitur maior triſtitia, ſed volũtas damnati, multò magis
odit perpetuam detentionem intelligentiæ ſuæ, in intenſa
conſideratione ignis, quam detentionem formalem ſui lo-
caliter definitiue ab igne, quod probo. Tum quia in libero
vſu intelligentiæ ſuæ, pro imperio voluntatis, circa quodcũ
que obiectum, multò magis conſiſtit perfectio eius, quã in
vſu libero, quo poſſit ſe facere præſentem cuique loco, idq;
certum eſt, nam eſſe in tali loco, modicã dicit perfectionẽ,
in comparatione intellectus potentis perfectè intelligere
omnia entia. Tum ſecundo quia vſu libero intelligẽtię ſuę,
pro imperio voluntatis, circa quodcũque obiectum multò
magis delectatur, quàm libero vſu poteſtatis ſuæ motiuæ,
quantum ad vbi definitiuè. Illa ſiquidem conſideratio in-
tenſiſſima ignis, impedit primam libertatẽ, ac per hoc im-
peditur intellectus eius conſiderare alia conſiderabilia, de
tentio verò definitiua ab igne non impedit, niſi ſecundum
ſcilicet, vt non poſſit ſe facere præſentem cuicunque loco, ſe
cundum imperium voluntatis. Et profectò inexplicabilem
eſſe arbitror illam triſtitiam, quam damnati ſentiũt, ex tali
intenſa conſideratione ignis & nolitione, contra deſideriũ
naturale, quanto enim aliquid eſt magis naturale, & ei op-
poſitum accidit, tãtò maior triſtitia ſequitur. *Omnes vtique*
Ex Proem. Meth. *homines natura ſcire deſiderãt*, vt ait Ariſtoteles, & Scotus.
Intellectus (inquit) noſter habet naturalem inclinationẽ
Scot. diſt. 10 ad conſiderationem perfectam cuiuſcunque entis: cũ ergo
& 2. & 3. & anima damnati, propter intenſam conſiderationem ignis,
in q. 1. Prol. obſtaculum patiatur, vt alia non poſſit conſiderare perfe-
In 3. diſt. 36 ctè, cogita quanta triſtitia erit in anima illa. Præterea quã-
in 4. d. 46. to priuatio priuat maiori bono, tãto eſt maior, patet à Sco
to, & ſicut appetitus rationalis, quãtò magis appetit aliqd,
tanto magis eius oppoſitum odit: intellectus verò damna-
ti maximè deſiderat cognoſcere primum ens, quod eſt per
In Proem. fectiſſimum, vt patet per argumentum Philoſophi, nam ſi
Met. homines natura ſcire deſiderant, ergo maximam ſcientiã
maximè deſiderabunt, ſed maxima ſcientia eſt, circa maxi
Scotus q. 5. mè ſcibilia, maximum autem ſcibile eſt Deus. Et vt Scotus
Prologi in 2 aſſerit quod in ſola cognitione entis infiniti eſt vltima
quies intellectus, & non in alio, ſi ergo maximè deſiderãt il
lud cognoſcere, & tñ ob intenſam conſiderationẽ ignis id
adipiſci nequeũt, immò (quod maius eſt) neque ſuum eſſe
Scot. in 2. proprium (vt dicit Scotus) perfectè conſiderare poſſunt, id
circo facilè quiſquam conijcere poteſt, quam magnos cru-
ciatus, quam intolerabilem pœnam patiantur, quæ voca-
tur pœna ſenſus.

Ex dictis infertur & colligitur, quod omnes pęnas & tor G
menta, quæ in hoc mundo imaginari poſſumus, miſeri dã-
nati experiuntur in inferno. *Cruciabuntur igne & ſulphure,* Apoc. 14. v.
& non habebunt requiem die ac nocte. percutiet te Deus æge- 10.
ſtate febri, frigore, ardore, & æſtu. Propterea Propheta vo Deuter. 28.
lens enarrare pœnas ſuas, dixit ſummatim: *dolores inferni* v. 22.
circumdederunt me, Et ſybilla loquitur Æneæ dicens nam Pſ. 17. v. 6.
mihi ſi linguæ centum ſint oraque centum, ferrea vox, om- Æneid. 6.
nes ſcelerum comprehendere formas, omnia pœnarũ per
currere nomina poſſem. Et ne verbo te occupare videtur,
& certa eſt, qđ ſicut peccator & anima & corpore, & ſuis
potentijs, & ſenſibus ſeſe, expoſuit peccatis, ita in ijs omni-
bus punietur, ſecundum illud, per quæ quis delinquit, per
hæc puniri debet. Primo ergo punitur in tota anima, quæ
in illo teterrimo igne carceratur vt ſupra dictum eſt. Secũ-
do in intellectu per intenſam & continuam cõſiderationẽ
ignis, & per priuationem viſionis eſſentiæ diuinæ, ac aliarũ
rerũ quæ ſibi aliquas delectationes poſſent cõferre, quæ eſt
pœna damni, q̃ etiam maxima diſtantia impediet, vt non
poſſit eis appropinquare, ac per cõſequens, quæ fiunt in mũ
do ex ſe non poterit, cognoſcere ſecundũ Scotũ. Dęmones In 4. diſ. 44.
tñ poſſunt eis multa annunciare, imò credo, quia de facto
ex diuina diſpenſatione multa eis reuelãt, afflictiua, & cau-
ſatiua doloris, ſecundum Richardum, & ſic manifeſtãt eis Richa. in 4.
ea, quæ fiunt in mundo, qualiter vxor & filij ducant in bo diſt. 5. art. 3.
nis dies ſuos, & citò eorum obliti ſint; Secundum etiam ali q. 2.
quos, reuelantur eis gaudia beatorum, ad augenda tormẽ-
ta, vt habemus de diuite, qui vidit Lazarum oculos eleuãs.
Tertio punitur damnatus in voluntate, quæ ſecundum Sco
tũ vbi ſupra nullo modo vellet detineri in tali igne, ac ideò
appetunt damnati nolle peccaſſe, ſecundum S. Bonau. non S. Bonau. in
quod non vigeat in eis voluntas peccandi, ſed quia propter 4. diſt. 44.
tam paruam delectationem, tàm magnam & acerbam pę
nam patiantur, deſiderant delectationes habere, & conſo-
lationes, quas in mundo habebant.

Quoniam autem ob tormenta eas abhorrẽt, propterea
appetũt aliorũ damnationẽ, & vellent eſſe oẽs damnatos.
Aug. inqt Malignis Spiritibus, pęna eſt aliorũ fęlicitas. Præ D. Auguſt.
terea appetunt æternam fælicitatẽ, tñ quia volunt habere
eam ſine meritis, hæc eſt maxima anxietas, nã ſi qñ quis ap
petit, quod ſcit ſe non habiturũ niſi tardè multũ affligitur,
quanto magis eſt credendũ affligi dãnatos, qui ſemper ap-
petunt fęlicitatem, q̃ ſciunt ſe nũquam habituros. Pręterea
appetunt nõ eſſe, & ſuam annihilationẽ, licet de hoc variè
ſentiant doctores. Scotus dicit, quod propter fugã mali pę- Scot. in 4. d.
næ, nullus ſecundũ rectã rõnem põt vel dẽt appetere nõ eſ 15. q. 5.
ſe, & probat rationibus, credo tñ quod propter fugã pęnæ
damnati, vellent non eſſe, quia dr. *Deſiderabunt homines*
mori & fugiet mors ab eis. Vide ergo ad quãtam miſeri dã- Apoc. 9. v. 6
nationem deuenient, mori deſiderabũt, nec poterũt, de vi-
ta verò beata ob cruciatum pęnarũ, nec cogitare poterũt.
vnde S. Aug. O' mors quam dulcis eſſes, quibus tàm amara Aug. in lib.
fuiſti, te ſolam deſiderant, qui te ſemper oderunt, *clamant* de miſeria
enim, ò mors veni, interfice nos, ò mors deſtrue nos, tolle om- mundi.
ne noſtrum viuere, noſtrum intelligere, ò mors cur tantũ
tardas, ò grandis miſeria, quod nec tantum oretur, tñ deſi-
deretur. *quod miſero data eſt lux, & vita ijs, qui in amaritu* Iob 3. v. 20.
dine anima ſunt. hæc S. Aug. Quartò puniũtur damnati in
memoria, animæ enim cognoſcũt, quæ prius in vita cogno
uerunt, eorum recordantur, & licet modo vel per infirmita
tem, vel aliud impediens, non recordentur multorum, quę In 4. diſ. 45.
prius cognouerunt, tamen ſeparatæ cognoſcunt, nam ſpe-
cies receptæ in intellectu, quæ ſunt rationes repræſentandi
obiecta, & cognoſcendi nõ delentur. dicit. n. Scotus. Qñ qs In diſ. 3. q. 6
recordatur de aliquo, habet in ſe ſpeciẽ repręſentantẽ actũ
illum, quo cognoſcit tale obiectum, cuius eſt, id eſt actum,
quũ talis actus ſit ſimilitudo obiecti, per Scotũ, etiã credo
quod ſemper remanẽt illa ſaltẽ in ſpecie quæ in hac vita co
gnouerunt, quorum poſſint recordari, & maximè cogun-
tur recordari eorum, quæ in hac vita nouerunt, ad eorum
pęnam augendam. Recordabuntur etiam quod antea pro
pter aliqua bona merita, habebãt in cęlo magnũ ius ad bea In 4. diſ. 22.
titudinẽ, ſed nunc iã perpetuò impeditum, vt habet Scotus. q. vlt.

Digitized by Google

Recordabuntur quoque peccatorum, quæ commiſerunt, propter quæ iam acerrimos ſuſtinet cruciatus ideò plorantes
Sap.5.v.6. tes exclamabunt illud Sapientiæ. *Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.* Recordabuntur etiam quod pauco labore vitam potuerunt conſequi ſempiternam, & pro minimo gaudio præſentis vitæ, quod vt vapor fumi euanuit, æternis pænis adiudicati ſunt. Etiam plorabunt & lamentabuntur, quod delitiæ huiuſmodi, quorum recordabũtur, nihil eis proſint
Sap.5.v.8. in illis pænis. *quid nobis prodeſt ſuperbia. aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* recordabuntur, & (ne dicam) obiutibus pæne ſuis præfixos videbunt, illos quos immundo ſpreuerunt, videbunt & dolebũt eoſdem gloria perfrui ſempiterna, iuxta illud. *Hi ſunt, quos habuimus aliquando*
Sap.5.v.3. *in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. nos inſenſati, vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum, ſine honore. ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos. ſors illorum eſt.* Recordabuntur denique tormenta gehennalia nunquam ceſſatura.

Præterea cruciabuntur in corpore, & in omnibus poten
In 2.diſt.33 H tijs ſenſitiuis. Dicit enim Scotus in principio ſolutionis quæſtionis, quod in inferno eſt pęna correſpondens delectationibus mundi, & ſenſualitatibus, primo ergo ſicut pecca-
Matth.22. v.14. uerunt in viſu, in eo punientur, *Mittite eum in tenebras ex-*
6. Æneid. *teriores.* & Æneas dicit Didoni ea in inferno reperta,

Sed me iuſſa Deum, quæ nec has ire per vmbras
Per loca plena malis, cogunt noctemque profundam.

Nico. Lyra. ſuper Exod. 10. Imperijs egere ſuis; vnde Nic. Lyr. Tenebrę illę dicunt horribiles, quia inter illas videbantur Ægyptijs viſione imaginaria phantaſmata quædã & figuræ turpes, quæ non paruũ eis incutiebant timorẽ, ita in inferno erũt horribiles tenebrę, quia damnati videbũt ſe, inter ſe inuicẽ turpiſſimos ac deformes, videbunt etiam turpiſſimas figuras Dæmonum, trepidabunt aſpectus eorum, quaſi fulgura diſcurrentia. O' miſeri quid facietis in tenebris illis ſi modo timetis omnem ſtrepitum expaueſcentem, & dum mortuus apparet vobis, quaſi exangues efficimini, quomodo poteritis ſuſtinere viſionem illam mortuorum, & apparitionẽ nõ vnius tantum, ſed innumerabilium tàm deformium Dæmonũ? Hi erunt ſocij veſtri in pęnis quorum ſuaſiones ſecuti eſtis in peccatis. Non minorem profectò & hoc incutiet timorem, quando videbis perpetuam noctem, & nullum illuceſcere diem. quid vos ò vani homines? quid vanæ mulieres? quæ inhoneſta reſpexiſtis, habebitis in inferno maximam pęnam in oculis veſtris, intuendo etiam inuicẽ tàm deformia, & tàm horribilia ſpectra. Non deerit pęna & in odoratu quia ibi ſecundum Theolog. erit fętor intolerabi-
In 4.diſ.44. lis, & quidem non ſolùm propter fætentia damnatorũ cor-
Soph.1.v.17 pora, *& erunt corpora eorum ſicut ſtercora*, ſed etiam propter alias immunditias. Dicunt enim omnes Theologi, quod in die iudicij, omnes fętores mundi deducentur in infernum locum fætoris. O' vos omnes curioſi, ò vos oẽs pompoſi, ò vos omnes delicatulæ mulieres, quæ attenditis ad corpus veſtrum componendum, nutriendum, depingẽdum, odoribus ac vnguentis aromaticis vngendum, aquis denique roſaceis lauandum, quid pro recompenſatione iſ-
Iſai.3.v.24. torum habebitis? audite Eſaiam. *& erit pro ſuaui odore fętor.* Lucent pęnis & in auditu, maximè ij qui voluptatem ſingularem quærebant in cantillenis, ſonis muſicalibus, in audiendis turpibus & inhoneſtis, detractionibus, infamationibus, blaſphemijs, maledictionibus, quam commutationem habebunt miſeri? quam recompenſationem, hor-
Auguſtin. ribiles clamores dæmonum ait S. Auguſtinus ad Eremitas. Fratres mei Dæmones clamare non ceſſant, percutere peccatores nunquam deſiſtunt, nunc ſuperbum, nunc gloria mundi plenum, nunc luxurioſum, nunc proditorem, nunc homicidam, nunc detractorem, appellãt. Ecce quomodo clamabunt? & quid dicent? niſi percute, dilacera, occide, ſpolia, prædare feſtina, ferprunas, picem para, aurum & argentum liquefac, quia dum vixerunt, Deum intelligere noluerunt. Hæc Auguſtinus. Audient etiam voces & clamores terribiles aliorum damnatorum, blaſphemãtiũ Deum, Virginem Mariam, Angelos, & Sanctos, maledicentes Patri, & Matri, & horæ in qua nati fuerunt, omnibusque illis, quos vel ſtimulatores, vel auctores, compliceſvè habuerunt in peccato.

Quarto cruciabuntur in guſtu. *Fex eius non eſt exinanita bibent omnes peccatores terræ*, Item, *Fel Draconum. vinũ* Iſai. Pſal.74.v.9
eorum, venenum aſpidum inſanabile. Vir fratri ſuo non par- Deut.32.v.
cet, vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit, *patienter quo-* 33.
que famem ac ſitim terribilem. Serui mei comedent, & vos
eſurietis. ſerui mei bibent, & vos ſitietis, ſerui mei lætabun- Iſai.9.v.20.
tur, & vos confundemini. Virg. *Epulæq; ante ora parata* 6. Æneid.

Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta
Accubat: & manibus prohibet contingere menſas:

Attendite quæſo guloſi, attẽdite crapulæ dediti, qui feciſti ventrẽ veſtrũ Deũ, qui expẽdiſtis bona veſtra, per comeſſationes, per potationes, attẽdite quãta ſupplicia vos manent.
Aderit quinta afflictio in tactu; nam ſẽm Theologos maxi- Iſa.65.v.13
mè Richardum, Bonauenturam, ponentur miſeri damnati in glacie, & aqua frigidiſſima, & ſentient tàm magnum frigus, quo non poteſt maius cogitari, ad maiorem præterea dolorem, in ignem proijcientur, & inſocati proijcientur rurſus ad frigora niuium, patet hoc per experientiam, quod illa ſit magna pęna, nam ſi teneatur manus in aqua frigida, & poſtea ponatur ad ignem, cauſabitur maximus
dolor. *Ab aquis niuium tranſibunt, ad odorem nimium.* O' Iob 24.v.19
ſenſuales qui non poteſtis ſuſtinere modicum frigus, quid facietis in glacie? vbi tunc erunt pelles pretioſæ? quid facietis in igne? qui non poteſtis tolerare calorem ſolis. Propter hæc intolerabilia tormenta continuò flebunt, & continuò lamentabuntur, continuò blaſphemabunt damnati.
Blaſphemauerunt Deum cęli, & manducauerunt linguas ſuas Apoc. 16.
præ doloribus & vulneribus ſuis. Ingeminabũt ſæpius ver- v.11.
ba illa. *Vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret, &* Iob 10.v.18
illa. Repleta eſt malis anima mea, miſerabiles facti ſumus omnibus &c. facies mea intumuit à fletu. *Faciem meam*
operuit caligo. Vociferabuntur denique & miſerabiliter cla- Pſ.87.v.4.
mabunt illud, *laſſis non datur requies, pellis noſtra quaſi cli-* Iob 23.v.17
banus exuſta eſt, defecit gaudium cordis noſtri. conuerſus eſt in luctum chorus noſter. cecidit corona capitis noſtri. Væ no-
bis quia peccauimus, & mæſtum factum eſt cor noſtrum, & Thren. vlt.
contenebrati ſunt oculi noſtri. Auditores mei, terribilia ſunt, v.10.
hæc quæ adduxi, & fortaſſe vix credibilia cuiquam ex vobis, ſed ſi adhuc poneremus aures noſtras ad oſtium inferni, procul dubio terribiliora audire poſſemus, reſonaret illud profectò in auribus noſtris, heu? heu? quam vrens & ardens eſt iſta flamma, quis dabit nobis ad refrigerãdum guttulam aquæ, quis nos liberabit à cruciatibus iſtis, quis nos conſolabitur in tot mæroribus, vbi ſunt amici noſtri, vbi diuitiæ, vbi delitiæ, vbi vires, vbi potentia? Heu quia non datur nobis tempus amplius pęnitẽdi, Heu quia totus mundus non iuuat nos, nec merita omnium Sanctorum. Reſpicite igitur obſtinati, corda adamantina, nunc ingemiſcite, nũc ſcelera veſtra lachrymis abluite, ne poſt hac inutilis fletus & ſtridor dentium vobis in inferno contingat, memores ſemper, quod potentes potenter tormenta patientur, non omnes æqualiter igne illo ęterno punientur, ſed aliqui plus, alij minus, pro qualitate demeritorum. Inſpiret nobis pijſſimus Deus, per merita paſſionis ſuæ, per interceſſionem B.V. Mariæ eam mentem, vt hic digna penitentia agamus, & illas æternas pęnas euadere valeamus. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Quartæ poſt Epiphaniam.

Mat.8.v.27 *Qualis eſt hic, qui venti & mare obediunt ei.*
Eccl.46.v.8 *Vt cognoſcant gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare non eſt facile.*

A

COMMVNE quidem eſt Deo Optimo Maximo, potentiam ſuam quotidie manifeſtam facere, vt mortale genus à peccatis deterreat; potiſſimum tamen idipſum die hodierna præſtitiſſe. Viſus eſt, cùm nauem Apoſtolorum grauioribus maris fluctibus agitari permiſit. Simplices admodum, vel potius inſipientes dixerim peccatores, qui peccatis ſuis ceu lætiferis quibuſdam iaculis Deũ hoſtiliter impetunt, ad cuius mandatum fluit & refluit mare, cæli mouentur & quieſcunt, arbuſta germinant & ſteriliſcunt, & vt omnia paucis enunciem, cum eo pugnant, cui virtutes cælorum, poteſtates orbis terrarum, principes tenebrarum, vel inuiti ad nutum obſequuntur. Propheta Domini Eſaias de Deo, cui impij impiè repugnãt ſic loquitur.

Iſai.51.v.15 *Qui cõturbat mare & intumeſcũt fletus eius, Dominus exercituum nomen eius.* Quibus verbis optimè poteſt argui temeritas peccatorum, quod contra eum manus leuare præſumant, qui vaſtiſſimos maris ambitus, ſuo imperio conturbare & quietare potens eſt.

Triplex mare excogitat D. Baſilius, præter hoc materiale, in quo fluctuat nauis Apoſtolorum, mare turbulentum & innumeris tempeſtatibus concuſſum; Primum ponit in rebus humanis ac fluxis, quæ maris ad inſtar aſſiduo iactãtur, & nunquam in eodem ſtatu permanent; in hoc mari homines vel ſecundis rebus elati, vel aduerſis depreſſi in naufragium incidere ſolent. Secundum mare in corde cõſtituit quod ab inſurgentibus carnis affectibus, quaſi flatibus impetitur, & perpetuò fluctuat, in quo multorum animi, quaſi ingentia nauigia voluptatis, doloris, iræ, timoris, & aliarum affectionum fluctibus frequenter obruuntur.

Mare myſticum tertio et ſecundũ D. Baſilium

D. Baſilius.

Tertium mare (inquit Baſilius) eſt iter, quo tendimus in cælum; eſt enim id quaſi via maris, quæ malignorum ſpirituum impulſibus incitatur, & tentationum procellis multum exæſtuat. In hoc mari contingunt illa naufragia circa fidem, de quibus Paulus. In hoc iidem mari plurimi poſt ieiunia multa (verba ſunt Baſilij) poſt durum vitæ genus, poſt longas ad Deum preces, poſt vberes effuſas ad Deum lachrymas, miſerum facere naufragium. Similes mercatori cuidam diuiti, qui de multitudine commeatuum gloriatus vento ſecundo nauem impellente inter tumẽdas, maris procellas, ſecurus fluctuabat. Naufragio, deinde prope portum ſuperueniente, omnium poſſeſſione ſimul & aceruatim deſtituitur, & mille laboribus, ſudorib. ſupportatis vno tantummodo dæmonis impulſu, magno cum dolore deperdidit. His adijci poteſt quartum mare non minus periculoſum, peregrinarum ſcilicet doctrinarum, in quo contingunt illa naufragia circa fidem, de quibus Chriſtus. *Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret vos. Ego autem rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Qui ergo conturbat & quietat hoc quadruplex mare Dominus exercituum eſt. Quietat autem & conturbat: vt cognoſcant gentes potentiam eius; quia contra Deum pugnare, non eſt facile; vel vt habent ſeptuaginta interpretes & Vatab. *Vt cognoſcant gẽtes arma eius*: Stellæ, aſtra, elementa, maris tempeſtates, aliæque creaturæ, arma eius ſunt. Contra hunc igitur Monarcham pugnare nimis arduum eſt.

Mare adijci poteſt.

Luc.22.v.31

Reuera nimis fatui ſunt peccatores, quòd cũ eo pugnãt, qui conterit exercitus Regum; qui ducit captiuos Principes: qui fortiſſimos atque robuſtiſſimos calcandos pedibus debilium ſubijcit, vt capita eorum conterat, & ſanguinem effundat: cum eo pugnant, cui mare cæli, & cunctæ creaturæ obediunt. Multoties Deus declarat peccatoribus paternum, atque maternum, & fraternum amorem, vt cognoſcant quod pugnare contra tam pium parentem ſit difficile: contra eum ad cuius pectus lacte gratiæ Diuinæ quotidie potamur, contra fratrem maiorem natu, dulciſſimum ſponſum, & fideliſſimum amicum, qui nos ab omnibus malis eripit: contra benefactorem munificẽtiſſimum, qui ſingulis momentis infinita nobis beneficia elargitur, neque enim vigilans, neque dormiens, neque labori aut otio quiſquam deditus, illius fraudatur muneribus. Vigilanti quippe præceptorem; dormienti protectorem, laboranti adiutorem, otio torpenti pium ſe præbet monitorem: quæ ſi adhuc exigua arbitraris, ſuſpice cælum tanta magnificentia conſtructum, Sole, Luna, & Stellis, velut lectiſſimis quibus pyropis, miro artificio ad ornatum; reſpice, terram tot herbis, floribus, fructibus, plantis, nemoribus curioſè conſitã, intuere, aera, & numera, ſi potes omnia volatilia, hæc armonia mirabili, illa ſapore carnium, illa decore & varietate plumarum laudabilia. Vno verbo quamquam verſum oculos contorqueas, ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, nihil aliud reperies, niſi ſummam in te tui plaſmatoris munificentiam. Pugnare ergo contra tantum & tam munificum benefactorem nefas eſt. Quis enim vult exſiccare fontem, cùm ſiti laborat? Quis calorem extinguit, cùm frigore conſumitur? Quis abhorret lumen, cũ in tenebris & in vmbra mortis ſedet? quod ſi pugnare contra Deum tanquam Patrem, fideliſſimum amicum, & munificentiſſimum benefactorem nefas eſt; certè pugnare contra omnipotentem Deum, Dominum cæli & terræ, qui conturbat & quietat mare, inſipientia & ſtoliditas eſt maxima. Sed quoniam non omnes tantum potentiam eius apprehendunt & perpendunt, in eum finem ea quæ in hodierno Euangelio referuntur ordinantur, vt tandem aliqñ cognoſcant gentes potentiam eius. Videamus ergo & conſideremus in præſenti inſtitutione redemptoris noſtri Omnipotentiam, qualiter permittit turbari mare & verbo ſuo quietat, Apoſtolorũ ſupplicationibus inclinatus, vt & nos diſcamus dum naues ſalutis noſtræ fluctuant vigilare, & ad Deum per orationes recurrere.

ASCENDENTE IESV IN NAVICVLAM SECVTI SVNT EVM DISCIPVLI EIVS, &c. Poſteaquam Redemptor noſter plurima turbis beneficia contuliſſet, mox relicta turba, vt ſuos Apoſtolos aliquantum recrearet, futuræque tempeſtatis miraculo magis in fide ſtabiliret, & potiſſimum vt potentiam ſuam manifeſtaret nauigium aſcendens, altum mare ingreditur, vt voluit (inquit Chriſoſtomus) futuri miraculi fieri ſpectatores & teſtes, vt nec terrore vincerentur in periculis, nec honoribus oblatis aliquid de ſe magni præſumerent, erudiebat enim eos ad mundi procellas fortiter perferendas, dum Euangelium per hoc mare magnum & ſpatioſum eſſent trãſuecturi, & quemadmodum ſupra diximus quadruplex eſſe mare ex Diuo Baſilio, nempè ſæculum, cor humanum, viam animæ in cælum, & varietatem doctrinæ; ita quoq; quadruplex nauicula fluctuat: In ſæculo Reſpublica; In corde volũtas inter vndas affectuum, in via ad cælum anima, & inter diuerſas ac peregrinas doctrinas, ſiquidem Eccleſia Catholica, quæ erat in Apoſtolis, facta eſt tanquam *nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum.* Quæ gubernante Domino atque flante Spiritu Sancto, totum mundum mercibus Euangelicis ditauit atque compleuit. Hæc nauis à ſolo Spiritu Sancto regitur iuxta illud Prophetæ. *Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Spiritu oris Dei hæc nauis gubernatur, in gubernatione nauis multum valet dexteritas nautarum; hic autem omnis virtus, omnis proſperitas nauigationis, eſt à Spiritu oris Dei. Sanè nauis cælum verſus aperta eſt, tota verò verſus mare diligenter occluſa. Sic etiam Eccleſia Catholica, omnes ſuos conatus labores, ſtudiaque virtutum ad cælos dirigit, ibi fixum habet cor vnde

B

Chriſoſt.

D. Baſilius.

Quarto ex nauicula fluctuat.

Pſ.32.v.6.

omnis

Pſ. 121. v. 1. omuis eius pēdet vita, ſpes, & fortitudo. *Ad te* (inquit Pſal
miſta) *Leuaui oculos meos qui habitas in cęlis*. Et iterum,
Pſ. 90. v. 9. *Altiſſimum poſuiſti refugium tuum*. Ad ſæcularia verò
negotia obturatas habet aures, ne ſuarum diuinarum mes
cium naufragium patiatur. Quælibet etiā Reſpublica chri-
ſtiana eſt nauis, quæ vndas proſperitatis, & miſeriæ rerum
humanarum prætes nauigat, varijs pro varietate ventorū
iactatur fluctibus, nunc placidè placido agitatur Zephiro,
nunc impetuoſi Boreæ flanbus concutitur, & nunquam in
eodem ſtatu permanet. Id declaraſſe videtur Simon Ma-
1. Machab. chabæus, de quo in Sacra Scriptura dicitus. *Et ædificauit*
c. 13. v. 27. *Simon ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum ædi-
ficium altum viſu, lapide polito, retro & ante; & ſtatuit ſe-
ptem pyramides, vnam contra vnam, Patri & Matri, &
quatuor fratribus & his circūpoſuit columnas magnas, &
ſuper columnas arma, ad memoriam æternam: & iuxta ar-
ma naues ſculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigātibus
mare. Hoc eſt ſepulchrum quod fecit in Modin vſque in hūc
Rupertus. diem*: Interpretes Sacræ Scripturæ, precipuè Rupertus Ab
bas opinatur, quod illæ naues ſignificarent cadauera mor-
tuorum; rationem aſſignat: quia fuerunt ædificatæ ad in-
ſtar Arcæ; Arca verò ædificata fuit ad proportionem cor-
Rupertus poris humani. (Sic enim Doctor iſte loquitur) Ipſa quo-
Abb. lib. 4. que Arca ſecundum quandam ſimilitudinem, fieri iuſſa
in Gen. c. 17. eſt humani corporis, videlicet vt haberet trecentos cubitos
C longitudinis, quinquaginta latitudinis, triginta altitudinis:
ita longitudinis menſura ſexies latitudinem, decies altitu-
dinis menſuram continebat. Sic nempe corpus hominis
proſtrati vel reſupinati in longitudine ſenias latitudinem,
decies ſuimet cōtinet altitudinem. Voluit autem Deus ędi-
ficari arcam, ad inſtar formæ corporis humani. Vt Noe &
familia eius in arca exiſtentes mortem meditarentur, tan-
quam poſiti in arca ad ſimilitudinem formę cadaueris ędi
ficata, atque ita illa mortis meditatione à diluuio iræ Dei
ſe tuerentur.

Eandem ergo ob cauſam illæ naues à principe Macha-
bæo ſupra Pyramides Parentum & columnas ſepulchri Io
nathæ, ac aliorum fratrum poſitæ erant, vt illud idem offi-
cium præſtarent nauigantibus mare, quod præſtitit arca,
Noe & ſocijs eius, vt ſcilicet præberent occaſionem medi-
tandi nouiſſima, iramque Dei euadendi. Dixerim etiam
Simonem Machabæum pes naues in marmoreis colūnis
poſitas, ſignificare voluiſſe Rempub. pro cuius honore
principes in illo ſepulchro ſepulti & mortui quieſcebant.
Quemadmodum enim in vna naui diuerſa ſunt hominū
genera, diuerſi ſtatus, diuerſa officia, nauarchus quippe
alius, nauclerus alius, nauta, & huiuſmodi; ita inqua vis Re
publica ipſum repetiri quis neſciat? hæc enim ſi bene ordi-
nata ſit, alios habet principes, alios Senatores, alios equites
alios plebeios. Quemadmodum item nauis cum ab ipſis
fluctibus, tam à pyratis frequenter impetitur; pari ratione
Reſp. nunc domeſticarum ſeditionum impulſu, nunc hoſti
li incurſu, miſerè conquaſſatur. Et verò ſi hæc omnia appo-
ſito ſatis dicuntur de quauis Republica ſæculari, profectò
non abſimiliter de Repub. Eccleſiaſtica, eadem omnino
poſſe dici quis neſciat? Vnde pari ratione tam Reſpub. ſæ-
cularis, quam Eccleſiaſtica, in hoc aduerſitatum pelago flu
ctuant. Iam vero nauis, tertia quæ nauigat in mari cordis
humani inter fluctus affectuum atque paſſionum, eſt vo-
luntas humana, quæ multoties magis iactatur deſideriorū
vndis, ira, amore, odio: quàm mare fluctibus. Denique na
uis quarta, quæ inter procellas tentationum vitę præſentis
agitatur, eſt anima rationalis, quæ tempeſtatibus tentatio-
num concutitur.

D De iſtorum nauigiorum ſalute feriò cogitādum eſt, pro-
curandum ſedulo, vt ad portum fælicitatis & ſalutis æternę
feliciter perueniant. Sed quod remedium efficacius adin-
ueniri poteſt? niſi vt Ieſus aſcendat in quadruplex hoc na
uigium. Nullus enim vaſtiſſima hæc maria coercere pōt
niſi Ieſus, qui ſolus dominatur mari & fluctib. eius, de quo
Sapient. 14. dicitur in lib. Sapientiæ; *Tua autem Pater, prouidentia gu-
v. 3. & 4. bernat: quoniam dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemi
tam firmiſſimam & oſtendens quoniam potens es ex omnib.
Iob. 38. v. 8. ſaluare etiam ſi ſinè arte aliquis adeat mare*. Ille ſolus, *Con-
cludit oſtijs, mare quando erumpit: ille circumdat terminis
ſuis, & ponit vectem & oſtia, dicendo vſque huc venies &
non procedes amplius, & hic cōfringes tumētes fluctus tuos*.
O' quàm felix igitur nauicula, quam proſpero curſu peri-
culoſiſſima quæque maris ſpatia perluſtrat, in quam aſcen-
dit Ieſus, & ſequuntur Apoſtoli, vt die hodierna recitat E-
uangeliſta ſic inquiens.

SECVTI SVNT EVM DISCIPVLI EIVS Ioan. 14. v. 6
&c. Chriſtus eſt via ad Patrem, quia *Nemo* (inquit ipſe)
venit ad Patrem niſi per me. Niſi enim Dominus præceſſiſ
ſet in crucem, quis obſecro ignarus viæ crucisque amaritu-
dine perterritus ſequeretur? At poſtquam Dominus aſcen
dit in palmam, animos nobis addidit, vt quilibet noſtrum
arrepta cruce ſua, libēter poſt Chriſtum gra deretur, eaque
veluti nauigio quodam, periculoſa huius mundi fluenta
præteruectus, ad fælicia Cælorum littora commodius per-
ueniret. Fælix nauigium in quod Chriſto aſcendenti ſociā-
tur diſcipuli. Hæc ſumma eſt Eccleſiaſticæ nauiculę proſpe
ritas, hæc vnica ſecuritas & beatitudo Chriſtianorum, cu-
iuslibet Reipub. quod Chriſtum in eam aſcendentem ſe-
quantur diſcipuli. O' quàm beata anima, Quāta exuperat
felicitate cor, quod cæleſtis Nauclerus cum ſuis diſcipulis,
in hoc turbulentiſſimo mari fluctuans, moderatur. Certè
dicere poteſt deſpiciendo fluctus maris. Inanes minę, quia
potentiæ Dei reſiſtere non poſſunt quin eos cohibeat.

ET ECCE MOTVS MAGNVS FACTVS
EST IN MARI. Permittit Chriſtus motum magnū
in mari ad manifeſtandam potentiam ſuam, vt cognoſcāt
mortales quod cum Deo pugnare non ſit facilè, vt dixit Ec
cleſiaſt. Regna & ciuitates in mari erectæ, vt Venetiæ, vel
Inſulis maris vt Sicilia, Ciprus, Canariæ Inſulæ, vel in litto-
ribus maris vt Neapolis, Genua, Marſilia, Barcelona, Siui-
la, Liſiboua &c. gloriantur, quod in multis ſuperent Re-
gna, & ciuitates, quæ terram ſolidam incolunt, Et præci- E
puè propterea, quod hoſtiles impetus facilius propulſare,
victualia commodius procurare, auri argētique theſauros
citius maris nauigatione, quàm laborioſa agrorum cultura
cumulare poſſint. Putant etenim ad ſolos agricolas perti-
nere illud diuinum decretum. *Maledicta terra in opere tuo* Gen. 3. v. 18
&c. *Spinas & tribulos germinabit tibi, & commedes herbas
terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo*; Sed inſipienter
ſatis, verba namque illa non ad ſolos agrorum cultores, ſed
potius ad quemcunque laborem ſiuè in terra, ſiuè in mari
ſuſcipiendum pertinere quis neſciat? Si enim homines tan
tùm piſcibus veſcerentur, & non herbis, quæro an penitus
ab omni laboris grauamine forent immunes? certè non;
habet etiam mare ſuas ſpinas, & ſuos tribulos furente Bo-
rea, vel contrariantibus ſibi inuicem ventis vehementiori-
bus, ita multoties nautis ſudādum eſt, vt de illis etiam opti-
mè dici poſſit, in ſudore vultus tui &c. *Facientes enim ope-* Pſ. 106. v. 23
*rationes in aquis multis &c. Anima eorum in malis tabeſce-
bat*, vt inquit Propheta. Non eſt ergo quod glorietur, quia
& ipſi nauigantes æquè ſubiacent diuino illi Decreto ſicut
& Agricolæ. Quod ſi quiſpiam temerarius tam euidētem
veritatem negare præſumpſerit; Teſtis prodeat Columbi- Colũbinus.
nus ille primus Indiarum inuentor, Deus bone quoties il-
le ſudauit & alſit, quantos labores quātas tempeſtates, quā
ta vitæ diſcrimina ſubijt, priuſquā ignotas aperiret Indias:
non ſemel ille alliſo fortiter ad ſcopulos nauigio præſentē
mortem vidit & ingemuit; non ſemel adnatantibus ſuo cū
periculo monſtris marinis expauit: non ſemel fracto malo
vellis diſiectis: ruptis funibus, toto corpore intremuit. Cō-
mune igitur vidimus Diuinæ iuſtitię decretum tam nautis,
quàm Agricolis, quia ſicut hi ita, neque illi vnquam ſunt in
otio, ſinè negotio: Nam ipſo etiam nauigante Chriſto fe-
riati non poterant. Dicit enim Euangeliſta. *Et ecce motus
magnus factus eſt in mari*.

ITA VT NAVICVLA OPERIRETVR
FLVCTIBVS. Diximus Superiùs per iſtam nauicu-
lam inter alia, deſignari Eccleſiā, ſicut ergo nauis hæc Euā-
gelica facto motu in mari fluctibus operiebatur, ita Eccle-
ſia vehementibus Hæreticæ prauitatis turbinibus, multo-
ties concutitur, adeò periculosè, vt plerūque fluctibus coo-
perta, ac tota penitus abſorpta videatur. Hoc malum nau-
fragij in Regno Franciæ fuit quondam Eccleſię intentatū,
illa tamē ſemp enatat feliciſſimè. Quod ſignificare voluit
ſingu-

Digitized by Google

ſingulare illud virorum doctiſſimorum in Academia Pariſienſi Emblema: Quando flammis, & diluuio aquarum

Illuſtr. Gallus Embl.

multarum circũdata Eccleſia Catholica, in foribus depingere iuſſerunt Salamandram in flamma, & deſuper ſcriptum erat, Circumdor non vror. Et licet flammæ & aquæ diuerſa ſit natura, ſtatimque tamen elementum corruptionem eius, quod circumdat intendit. Sic dogmata Hæreticorum Eccleſiam diſrumpere & ſubmergere ſatagunt, illa tamen diuino ſuffulta præſidio, ſtat incolumis, eorumque vanus ridet ſecura inſultus. Hanc autem tempeſtatem circa noctem exortam fuiſſe ex Marco apertè didicimus. Apoſtoli tunc ſecuri erant dum nauem ingrederentur, tranquillo mari, ſereno cælo, vt nec minima aura tranquillum mare ageret: Et ecce ſubitò ingens exorta eſt tempeſtas. Sic tempore Conſtantini Magni cum Eccleſia, magna rerum omnium tranquillitate poriretur, repente vehemens Arrianæ perfidiæ irruit Aquilo, qui totum penè mundum ſuo furore compleuerat. Sed Magnus ille Conſtantinus ad ſedandam huiuſmodi tempeſtatem animum adiecit, cõgregataque Synodus Nicæna, ad ſiſtendas procellas, quas temeratius Arrius excitauerat, & quemadmodum hanc nauem ſcilicet Eccleſiam permiſit Dominus magnis fluctib. agitari, ita & alias naues, de quibus ante diximus, nempè Reſpublicas, corda hominum, & animas ſaluandorum. Quis explicabit quantas tempeſtates permiſit in nauem Regni Poloniæ: quanta ab hoſtibus, à domeſticis tumultibus ab incendio, ab Epidemia & varijs morbis etiam nouis & inauditis Regnum hoc perpeſſum eſt?

Reinaldus.

Illud genus tempeſtatis, ſingulare fuit, vt narrat Reinaldus Heidenſtenus nam eo tempore, quò Poloni Sauolociam Moſchorum ditionis obſidebant, ab aere contagium quoddam, quod primum ex orientis partibus profectum, in Italiam inde ac Galliam, aliaſque Regiones perlatum fuerat, & vniuerſam quaſi Europam peruagatum, Cracouiam quoque ac Vilnam, atque inde ad exercitum peruenerat. Erat id non tam læthali aliqua vi timendum, quam progreſſu atque celeritate, qua proxima quæque loca complectebatur admirabile; primo pedum anncturas plerũque occupabat, inde in capitis grauedinem & languorem, quos corripuerat reſoluebat, pectori in primis graue, quibus tamen in quartum vel quintum diem non deceſſiſſet eos, in febrim degenerans, interimebat, lethale ferè ijs, qui purgantibus medicamentis aut venæ ſectione vtebantur: quod vtraque reſpirationem grauiorem efficiebant illa, quòd humorem omnem à capite in pectus magna vi trahebãt: hæc præterquam quod corpus refrigeraret, debilitaret etiã vires quibus ad reſpirationem opus eſſet. Nomen vt nouo Morbo certum nullum inuentum fuit. Quid dicam de locuſtis à quibus toties infeſtata eſt præcipue anno 1535. quã

Cromerus lib. 2.

do tanta vis locuſtarum peruagata eſt Poloniam, vt volantes ſolis affectum hominibus adimeret; humi vero ſtatę, equorum vngulas craſſitudine ſuperarent, quæ depaſtę maturescentes ſegetes anguſtiorem annonam fecere. Quin ẽt terræmotu conquaſſata præcipuè anno 1258. quando eã

Colũbis

terræ motus vehemens concuſſit, & animos hominum propter raritatem rei, non metu tãtum, verum etiam Religione impleuit, velut magnorum malorum, quæ mox conſecuta ſunt: prodigium. Nam & ciuilibus bellis mox agitata,

Cromerus & lib. 9.

Tartarorumque infeſtis excurſionibus afflicta eſt. Sicut ẽt hodie nimis affligitur. In his ergo miſeriarum tempeſtatibus, ſicut & in periculis cordis & animæ fluctuantis, non reſtat aliud remedium, niſi cum Apoſtolis ad Chriſtum exclamare. Etenim ad ſaluandam nauem duo Euangelium remedia præſtare videtur, de quo ſecundo loco agere inſtituimus, vnum eſt diligẽtia naucleri & nautarum, aliud Dei auxilium inuocandum. Primum innuit Auguſtus Cæſar, cum depicto globo, remum deſuper appoſuit, cum his lite-

Auguſt. Cæſar.

ris, Fortuna Auguſti. Quia globus, ideò fortuna volubilis, quia deſuper adeſt remus, ideò vigilantia dirigitur, ſecundum autem inſtruũt nos Apoſtoli: qui cũ Chriſto clamãt.

SALVA NOS. Si enim Prælati, Principes, Reges, negligenter agunt, ſi naucleus & nautæ dormitare videntur, periclitatur nauis. Imitentur ergo Prælati vigilantiam Auguſti, vigilãtiam quoque Philippi Regis Macedonum,

Plutarchus.

de quo ſcribit Plutarchus, quòd cùm quadam die ad eum veniſſent legati ex Græcia inuenerunt eum dormientem, cumque dudum expectaſſent, nec tamen audientiam habere potuiſſent, contra Philippum murmurabant. Sed reſpondit eis Parmenias Priuatus Philippi. Ne miremini ſi vobis vigilantibus dormit Philippus, nam vobis dormientibus ipſe vigilabat. Imitentur præterea Alexandrum Ma-

Amianus.

gnum, de quo refert Amianus, quòd dormiendo imitabatur Grues, nam cùm ſe ſomno dediſſet, vna manu extra lectum protenſa globum argenteum tenebat, cui ſuppoſitæ erant laminæ ęreæ, atque ita cũ ſomno opprimeretur mox globus cadens in laminas facto ſonitu eum excitabat. Imi-

Iulius Cæſ.

tentur Iulium Cæſarem, de quo idem ſcribit, quòd tam bonæ diſpoſitionis fuerit, vt pro voluntate quacunque hora obdormire & expergiſcere potuerit. Imitentur Chriſtum,

Matth. 28. v. 41.

qui hortatur ſuos, *vigilate & orate nè intretis &c.* Matth. Vigilate inquit & orate, non ſufficit vnum abſque altero, vtrumque neceſſarium eſt. Vigilent igitur, & non ſcandalizantur quod in Euangelio hodierno dicatur de Chriſto.

IPSE VERO DORMIEBAT. Dormire quidem videtur Paſtor, quando lupi magno in oues feruntur impetu, quando fures diripiunt armenta, & non eſt qui eri-

Pſ. 120. v. 4.

piat, quando Tyranni perſecutiones, commouent. *Sed non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.* Dormire videbatur Deus quando Iſraelitæ ſeruitute Pharaonis premebantur, ſed euigilaſſe compertus eſt, quando ſubmerſit Pharaone, cũ curribus & equitibus ſuis in mari rubro. Dor-

Dormire vř Chriſtus ſed ſed non dormit.

mire videtur Chriſtus, quando Diabolus Eccleſiæ nauem ſaxis allidit. Ecce hac noſtra infelici ætate Eccleſia procellis concutitur Luteranorum, Sacramentariorum, Anabaptiſtarum Caluiniſtæ inſidiantur & ſinceritatem Eccleſiæ, ac doctrinæ Catholicæ puritatem contaminant. Heu me miſerum quot ampla Chriſtianorum Regna à fide defecerunt, Hæreticorum vi oppreſſa ac fraude decepta miſerrima ante oculos iacent, Chriſti præſidio deſtituta; quia primam fidem reliquerunt. Canis orientalis, Turca nimirũ, hanc ouiculam perſequitur, Lupus vero Aquilonaris, Hęreticorum ſcilicet impia colluuies mactat & diſcerpſit, Chriſtus tamen in tãto ſui ouilis periculo dormire videtur. Dormire idem videtur, quando nauis cordis humani inter fluctus paſſionum periclitatur. Dormire videtur quando nauis animæ, inter vndas tentationum fluctuat. Dormire videtur quando Regna Chriſtianorum bello, fame, aut peſte moleſtantur; *Sed non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.* Videtur quidem dormire, quia ad modicum diſſimulat, & ad tempus, quod ipſe præfixit differt auxiliũ,

Chriſ. hom. 9. in Matth.

vt ab ipſo ſubſidium poſtulent (vt inquit Chriſoſtomus) Nam ſi vigilantem viderent Chriſtum. Quemadmodum enim ſi aliquis Princeps aut Legatus de latere in Poloniã veniret, hoc nuncio accepto omnes iure hoſpitalitatis, ad illum ſalutandum & per dignitate recipiendum ſeſe præpararent; & ſi Regi dicitur iam ipſum Cracouiam appropinquare, præcipit Rex vt neceſſaria quæque ei adminiſtrentur, & ab ordinibus pro dignitate recipiatur, ſi nunciatur iã appropinquare Vvarſouiam; Rex diſſimulat, non ſe mouet ex Palatio ſuo ad recipiendum tantum hoſpitem; ſed mittit aulicos vt ipſum recipiant: ſi dicitur Regi, quòd iam ingreditur Arcem; nondum ſe proripit ex lobio ſuo, neque illi obuiam venit; ſed quando iam ingreditur Regis Palatium tũc primum Rex ei occurrit, & humaniſſime ſalutat. Similiter Chriſtus procedere videtur, in tribulatione iuſtorum, videt aliquem tribulatum, videt grauibus moleſtiarũ agitari fluctibus, Diſſimulat tamen, videtur dormire, non ſubitò auxiliatur, permittit maiores tempeſtates, quo vſq; veniat præfinitus malorum terminus, in quo dicit Deus

Pſ. 11. v. 6.

nunc exurgam dicit Dominus ponam in ſalutari.

Plutarchus, in vita Ageſilai.

De Ageſilao Rege Lacedæmoniorũ, ſcribit Plutarchus, quod ſemel fuit cum exiguo exercitu circumdatus ab inimicis, in loco natura benè munito, vbi cogitantibus inimicis qualiter abſque damno exercitus ſui, in manus eorum deuenire poſſet, tandem concluſum eſt, fame & inedia tollendum, circumdatur igitur vndique ab hoſtibus, feruet vbique opus, hic fodit, ille vehit, alter foſſæ & valli terminos dimetitur, alter otioſos arguit, laborant omnes, nullus in aliena pernicię otioſus videns periculũ familiare Ageſilai, occurrunt trepidi, concrepãt omnes, proximum exer-

citus

Digitized by Google

citus vniuerſi interitum habes ò Rex in protinus periculo proindeos, ſuadent vel fortiter dimicandum, vel paulatim impari virtuti cedendum. Audiuit hæc Ageſilaus, & totū prudenter diſſimulauit, neque reſtitit neque ſigna loco periculoſo mouit, quouſque maturato opere valde exiguum foſſæ perficiendæ relinqueretur ſpatium, per quod cū paruo, & deſperato milite, magno erumpenti animo, magnā in magno hoſte edidit ſtragem & ipſe incolumis euaſit. In loco enim anguſto, æqua ſorte & Marte exiguus exercitus atque magnus aciem ſuſtinere poteſt. Pari ratione diſſimulare videtur Chriſtus, qui tamen præfiniuit, tempus, diem, & horam, qua naufragam nauim tueatur, vnde & hodiernum Euangelium de illo ſic inquit. *Ipſe vero dormiebat*. Quomodo? non ſecundum intellectiuam; ſed tantum ſecundum ſenſitiuam animæ ſuæ portionem, neque enim il-
Cant. 5. v. 2.
le dormire vnquam competit qui de ſe ipſo dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat*.

Duæ potiſſimum cauſæ ſomni a Phiſicis præſcribuntur, ſcilicet aſcenſus vaporum ad cerebrum & fatigatio corporalis: Chriſto qua Deus, ex nulla harum dormitare conueniebat; qua tamen verus homo, conueniebat ex vtraque; atque ita ſecūdum humanitatem ſomnus æque ac nobis fuit illi neceſſarius. Verum enimuero non dicat hic quiſpiam
Matc. 4. v. 38.
quia Chriſtus metu periculi dormiuit, ſicut Ionas; ſed hoc modo ſecuritatem futuræ tempeſtatis declarauit, maximè cum ceruical ſuo capiti ſubiecit, & dicit Marcus, ſuper ceruical alienum in præſepio dormiuit, ſuper ceruicali alieno ſuſpenſus eſt nempe in cruce, ſepultus eſt in ſepulchro alieno; atque ita ſemper paupertatem coluit, quę indiuidua eſt humilitatis pediſſequa. Dormiuit igitur Dominus, vt rogaretur & ita rogatus periclitantibus ſubueniret, inquit Interlinearis ideò.

ACCESSERVNT DISCIPVLI EIVS, ET SVSCITAVERVNT EVM DICENTES DOMINE SALVA NOS PERIMVS. Lau-
De pęniten. diſt. 1.
dabilis eſt hæc vigilantia Apoſtolorum quod adiutorium inuocent Chriſti, ſi enim periclitante naui in qua fugiebat Ionas à facie Domini, viri qui cum ipſo erant, licet barbari
Ione 1. v. 5.
& Idolatræ fuerint, tamen vt inquit Scriptura. *Et clamauerunt viri ad Deum ſuum*. Quantò magis iuſtum erat, vt Apoſtoli inuocarent Chriſti adiutorium? maximè quia de eo & adiutorio ipſius quaſi in ænigmate ſcripſit Sapiēs.
Prou. 3. v. 18
Lignum vitę eſt his qui apprehenderit eam; & qui tenuerit eam, Beatus erit. Aliqui interpretantur prædicta verba de ligno vitæ in Paradiſo, quia vim conſeruandi vitam habebat, ſed id quod ſubijcitur. Qui tenuerit eam Beatus erit, inquit prædicta verba intelligenda eſſe de tabula naufragij: Cōcuſſo enim fluctibus nauigio, nihil reſtat amplius, quod conſoletur naufragos, niſi tabula; quam qui tenuerit, mortem euadere poterit. Ideoque huiuſmodi tabula dici pōt lignum vitæ. Sed tamen multo melius, Chriſtus Dominus dici debet lignum vitæ, qui non delectatur in perditionib.
Tob. 3. v. 22
noſtris, *ſed poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt lachrymationem & fletum exultationem infundit*. Iam vero illud hic merito quis miretur, quòd Dominus Apoſtolos, in graui periculo ſuum auxilium inclamantes reprehendat dicens.

QVID TIMIDI ESTIS MODICÆ FIDEI? Cum tamen hoc facto magna laudis occaſio in eis ſuboriatur. Sciendum tamen eſt, non reprehendi hic orationem Apoſtolorum, ſed nimiam turbationem eorundē docens nos in noſtris afflictionibus, debere quidē ad Deū recurrere, non tamen turbari, immo cum maxima ſecuritate & ſpe de prouidentia Dei præſumentes quieſcere, ſciētes hoc quod non minus Dei beneficium eſt permittere afflictiones, atque ex illis liberare, concitare tempeſtates, atque eas ſedare; præcipuè afflictiones, & tempeſtates, quæ
Paſſiones animi non à Deo, ſed à corrupta natura proueniunt.
ex ſe non ſunt malæ, tempeſtates enim quę ex ſe malę ſont, cuiuſmodi ſunt paſſiones animi, nō à Deo ſed à natura corrupta proueniunt; Ideo ſemper nociuæ & deſideratam animæ quietem multum perturbant. At verò afflictiones quę Dei voluntate obueniunt nullum turbare debent: Alber-
Albertus Magnus
tus Magnus refert de fulgure quod dum animalia veneno ſa percutit, totum in illis venenum exſiccat, quòd ſanè magnum foret ipſius beneficium, ſi ipſa animalia nō læderet.

H

Tribulationes noſtræ ſunt fulgura, quæ dum homines pec-
Albert. 3. Methe.
catis deditos percutiunt, magnū eis Dei voluntate præſtāt beneficiū, nimirū mortiferam illis ſuo ictu exſiccant venena, puta peccata, & noxias animi paſſiones, quæ domeſticam pacem plurimum interturbant; Cæterum anima ipſa manet illæſa, quin etiam hoc facto aptiſſimum fit gratię ſalutaris receptaculum, (vt enim inquit Ambroſius) Deus
Amb. ſuper primū pæn. Pſal.
per tribulationem ad pænitentiam cogit, vt per pænitentiā vratur occidens malum impietatis, & peccati: vt locus ille animæ, qui erat impietatis, poſtmodum pateat ad receptionem pietatis & gratiæ. Et hinc eſt quòd communiter Sancti nunquam dulcius requieſcunt, quàm dum laboribus, & moleſtijs fatigantur, (vt inquit Hilarius.) Nunquā ſua-
Hilar. Gen. 47. v. 31.
uius dormiunt, quàm in lecto tribulationis; ſicut de Iacob Patriarcha refert Sacra Scriptura; Nàm cùm poſtulaſſet à Ioſeph filio ſuo, vt oſſa eius transferret in terram Canaan, idque ei Ioſeph promiſiſſet. *Tunc adorauit Iſrael Deum cōuerſus ad lectuli caput*. Vbi Septuaginta, transferunt. Adorauit Iſrael ſummitatem Virgę eius. Mirum eſt cur ita trāſferant; quæ enim ſimilitudo virgæ ad puluinar capitis? Fortè innuere voluerunt id, quod dixit Hilarius, nūquam dulcius quieſcimus, quàm dum laboribus fatigamur. Fatigatus infirmitate iacebat Iacob, quod virga ſignificat, ideo adorauit ad lectuli caput, quia dulciter requieſcebat. Talis eſt Sanctorum quies, in medio mari, propter ſerenitatem conſcientiæ, qui viuunt in mundo tanquam in ſolitudine, non curant rugitus, anguſtias, & proſperitates, non mouentur verbis adulatorijs, iniurioſis, detractorijs, non turbantur dum in laboribus & moleſtijs ſunt; quia propter ſummā quietem quaſi ſopore detinentur; Et quemadmodum dormiens, ſenſus omnes claudit, nec habet operationes, niſi illas ſinè quibus viuere non poteſt, puta ſuſpirium & operationem ventriculi, quietem ſanum & calidum: ita Sancti cum Deus eis prouidet de ſomno per ſerenitatem & quietem conſcientiæ oēs claudunt ſenſus, nec aduerſa, nec proſpera mundi ſentiunt, nihil aliud dicunt, niſi illud ſapien-
Prouer. 30. v. 8.
tis, *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi ſed tantum victui meo tribue neceſſaria*. Et illud D. Pauli. *Habentes autē*
1. Timot. 6. v. 8.
alimenta & quibus tegamur his contenti ſimus. Per oppoſitum verò, ſi non ſunt in lecto tribulationum, turbantur vt
Pſ. 56. v. 4.
teſtatur David. *Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam: animam meam eripuit de medio catulorum Leonum dormiui conturbatus*. In tribulatione dulciter requieſcebat, liberatus a moleſtijs turbatus. Quod Diuinus Vates de ſeipſo prędicat; Idem optimè ſeruit omnibus electis Dei, hi enim in medijs tribulationum vndis, nec minimū turbantur, ſed ſuauiſſimè requieſcunt exemplo Chriſti, de quo inquit Euangelium. *Ipſe vero dormiebat*, ſcilicet in tēpeſtate maris. Apoſtoli ergo, quia non ita ſe gerebant, vt decet ſeruos & electos Dei; quia orta tempeſtate vbi maximè quieſcere debebant, illi maximè turbantur, ideo à Chriſto illis verbis redarguuntur.

QVID TIMIDI ESTIS MODICÆ FIDEI? Senſus eſt. Poſt tot conſpecta miracula, & doctrinæ inſtructionem, nō oportebat vos hos vndarum tumultus formidare. Quid ergo timidi eſtis modicæ fidei? Marcus habet: *Nec dum habetis fidem*: Lucas, *vbi eſt fides veſtra?* quaſi dicat ſi potentem me vidiſtis in terra & credidiſtis, quare non creditis in mari me eadem præſtare poſſe? Eadem enim ſcio dormiens, quæ & vigilans. Somnus enim partem ſenſitiuam non autem intellectiuam occupauit. Modicam ergo fidem in me habetis, qui non putatis me ea omnia poſſe, quæ meam decent bonitatem; An neſcitis quia omnia credenti poſſibilia? Saluatorem habetis
Mar. 19.
vobiſcum, quid ergo deſperatis de ſalute. Vita eſt in vobis,
Pſ. 22. v. 4.
quare timetis mortē? *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es*. Debemus igitur in noſtris afflictionibus ad Deum cōfugere, ſed abſque animi perturbatione & metu, in omnibus illud Apoſtolicum
Ad Rom. 8. v. 9.
reſonantes, *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Conſurgant etiam centimani aliqui gigantes, vibrent tela ingentia, proijciant mentes, totus mundus, immo totus etiam aduerſum te prorumpat infernus, ſi habeas Deum, *altiſſimum poſuiſti refugium tuum, non accedet ad te malum*. Qui timet Deū, nihil trepidabit, & nō paucbit, quoniam ipſe eſt ſpes eius.

Licet

Digitized by Google

Licet ergo mare inſaniat, petram quam Chriſtus poſuit cō
mouere non poterit.
Eccleſia enim Catholica nihil fortius, nihil validius, tan
tis ſiquidem eſt munita præſidijs, vt nullis machinis, nullis
tormentis, nulla vi, aut fraude vnquam expugnari poſſit:
quia *terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata*. Ipſa quippè
vicit Paganos, confudit Iudæos, proſtrauit Tyrannos, dam
nauit Hæreticos, anathematizauit Schiſmaticos. Nā lectu
lum Salomonis Sexaginta fortes ambiunt doctiſſimi, Pa-
tres, ſcilicet ad bella ad ſtudia Sacrarum litterarum exercē
da aptiſſimi. Dimittant ergo lectulum Salomonis, hoc eſt
Eccleſiam Catholicam in ſua pace & quiete neceſſe eſt, qa
eius fortiſſimos cuſtodes expugnare nō poſſunt, ſoluat ma-
Iob 6. v. 10. num ſuam & ſuccidat me: *& hoc ſit conſolatio mea, vt affli*
gens me dolore non parcat, dicebat olim Iob. Hoc de naui-
gio Eccleſiæ, & Reipub. de nauigio etiam cordis humani,
idem dici poteſt; & communiter, ſic dicunt, qui verbo Dei
& Sanctæ ipſius prouidentię confidunt, qui fide viua & per
fecta, cor, mentem, memoriam, & totam animam ſic in
Deo figunt, vt quieſcere & quaſi dormire in medijs vndis
videantur, quorum ſomnum & quietem cauſat fides dicētis.
Pſ. 26. v. 3. *Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum. Si*
exurgat aduerſum me prælium in hoc ego ſperabo. Si ergo
prædictæ naues, hoc fidei muro muniuntur; Si in hoc altiſ-
ſimo refugio, cor hominis ſuam habet requiem, fractus ēt
illabatur orbis impauidè ferient ruinæ, vt ait Horatius. Cla
mandum tamen ad Deum. Et tunc ille ſurgens imperabit
ventis, & fiet tranquillitas, vt hic factum eſſe dicit Euan-
gelium ſubdit enim. TVNC SVRGENS. Nunq̄
Deus ſpreuit humilium preces, quin eorum votis ſatisface
Eccl. 2. v. 11. ret. *Reſpicite* (inquit Eccleſiaſtic.) *nationes hominum, & ſci*
Pſ. 144. v. 13. *tote quia nullus ſperauit in Domino & cōfuſus eſt. Quis enim*
permanſit in mandatis eius & derelictus eſt? aut quis inuo-
cauit eum, & deſpexit illum, & Pſalmiſta ait. *Prope eſt enim*
Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatē
timentium ſe faciet & exaudiet eos.
SVRGENS IGITVR IMPERAVIT VEN-
TIS ET MARI. In hunc finem Chriſtus permiſit
nauiculam Apoſtolorum fluctuare, vt imperando ventis,
cognoſcerent potētiam eius. Lucas habet *Increpauit*. Mar-
cus verò *Comminatus eſt*. Matthæus *Imperauit* Græci ve-
rò vtrumque coniungunt, hoc eſt, præcepit cum commi-
natione, verba præcepti ponuntur à D. Marco, *Tace obmu-*
D. Hieron. *teſce*, verba planè præcipientis magis quàm increpantis. Ex
Gnoſtici, & hoc loco (inquit S. Hieronymus) intelligimus omnes crea-
Manichæi. turas ſentire ſuum creatorem, non errore Hæreticorū, qui
putant omnia animata eſſe & rationabilia. Sed maieſtate
conditoris, quæ enim apud nos ſunt inſenſibilia, illi ſenſi-
bilia ſunt, quia omnia ſeruiunt ipſi. Magnum planè Diui-
nitatis indicium, maris enim tempeſtates non tam facilè
ſedantur; ad imperium autem Chriſti ſumma maris tem-
peſtas, in ſummam tranquillitatem mutata. Et qui prius
conturbauerat profundum maris, nunc tranquillitatē ma-
gnam fieri præcepit, oſtendens ſe eſſe omnium Dominum
Rectorem ac Creatorem Præuidit hoc à longe Pſalmiſta
Pſ. 106. v. 26 (ſic inquiens) *Dixit & ſtetit Spiritus procellæ & ſiluerunt*
Pſ. 148. v. 1. *fluctus eius*. Et alio in loco *laudate Dominum de terra Dra*
cones & omnes abyſſi. Ignis, grādo, nix, glacies, Spiritus pro-
cellarum quæ faciunt verbum eius. Hic nec ſolum ipſe, ſed
& plurimi Sancti in virtute eius ventis & mari imperabāt.
Romuald. Nam Romualdus Abbas Ordinis Camalduleſis Author,
cum à Parentiæ Liburnæ oppido ſoluens nauigaret, & na-
uis magnis fluctibus agitaretur, omneſque qui cū eo erant
de ſalute deſperarent: pelagi, ventorumque ſæuitiam ora-
tione placauit, illum vtique deprecatus, qui ventis & mari
imperat, & obediunt ei. Idem refert Marulus de Germa-
no Epiſcopo Antiſiodorenſi. Extenditur autem hæc poten
tia & ad tempeſtates, ſpirituales. Pro quo ſciendum hic eſt,
illum non ſolum imperare ventis exterioribus, ſed etiam
interioribus quod ſoli Deo proprium eſt, neque tantūmo-
do materiales quietare tempeſtates; ſed etiam ſpirituales,
in quibus anima noſtra frequentius ſummè periclitatur,
non enim illa mouetur greſſibus ſed affectibus.
Homines mali inquit Pſalmiſta, *ſemper in circuitu am-*
bulant, ſemper in turbine, ſemper in voragine ſeu vortice
paſſionum ſuarum; Omnia hęc quietat Dominus, & ſuper
biam, quæ eſt ventorum turbo, & luxuriam, quæ eſt aqua-
rum vorago, & iram, quæ eſt tanquam ignis vortex; Om-
nia hæc obediunt Deo, ignis, grando, nix, omnia faciunt
verbum eius: Difficilius quidem quietantur tempeſtates
interiores, quàm exteriores, quia de his poſterioribus (in-
quit Euangelium) quòd *imperauit* tantum *ventis & facta*
eſt &c. Sufficit hic imperare. De prioribus autem dicebat
Chriſtus ad Diuum Petrum. *Simon, Ecce Sathanas expeti-*
uit vos vt cribraret vos ſicut triticum, ego autem rogaui pro Lucæ 22.
te, vt non deficiat fides tua, rogauit ne tempeſtas inferni de- v. 31.
mergat te. Non ſufficit hic imperare; Sed opus eſt orare,
omnibus tamen imperat omnia moderate Imperator cæ-
li & terræ Chriſtus. Non eſt limitatum imperium eius, ſi-
cut Principum huius mundi. De Boleſlao Polonorum Re
ge ſcribit Cromerus, quod cum eſſet Rex bellicoſiſſimus,
atque ad Albim & Salam & oſſam fluuios omnia vaſtaſ-
ſet in ripa Salæ tres columnas ferreas victoriæ monimen-
tum, & Poloniæ limites poſuit Anno 1003. Idem de Ruſ-
ſis. Victor, ibidem columnas ferreas in Boriſtene ſeu Ne-
pro, qua Zula fluuius influit ſtatuiſſe dicitur. Noſter autem
Imperator Chriſtus, non habet opus vt limites imperij ſui
ponat, quia cum ſit Dominus & Rector omnium omni-
bus imperat, mari, ventis & tempeſtatibus, vt cognoſcant
mortales potentiam eius.
ET FACTA EST TRANQVILLITAS
MAGNA. Non qualiſcunque, ſed tranquillitas magna
perfecta, non tantum enim venti furore defierunt, ſed pro
tinus in vniuerſo mari admirabilis viſa eſt malacia, quòd
certè euidens fuit diuinæ in Chriſto naturæ, & poteſtatis
argumentatum; hæc enim duo elemēta, aqua & aer cū ſint
magnæ virtutis, difficillimè à ſua actiuitate præpediuntur.
ac proinde non eſt mirum, quòd turba, quæ erat in naui,
miraretur, vt inquit Euangelium.
PORRO HOMINES MIRATI SVNT. K
Videntes tantæ potentiæ eſſe Chriſtum imperantem mari
& ventis, quos neq; ipſe Eolus fabuloſus vētorum Rex, pro
ſuo arbitrio moderari poteſt. Et ſanè magna illis fuit ad-
mirationis occaſio; quia non extendit virgam ſicut Moy-
ſes, neque pallio percuſſit mare ſicut Eliſæus Iordanē, ſed
cum authoritate præcepit, vt Dominus & creator vniuer-
ſorum Crediderim ego factum id in magnam hominum
confuſionem, quorum peruerſitas & obſtinatia tanta eſt,
vt peiores multo rebus ſenſu & anima carentibus compe-
riantur *De cęlo* (inquit Propheta) *Auditum feciſti iudiciū* Pſ. 75. v. 9.
tuum, terra tremuit & quieuit. Idem alio loco. *Commota* Idē 17. v. 8.
eſt contremuit terra, & fundamenta montium conturbata
ſunt, quoniam iratus eſt eis. Terra tam ſolida irato numine
tremuit: fundamenta montium Dei virtute firmata mouen
tur, & habitatores terræ, qui ſunt quaſi folium, quod ven-
to rapitur, & tanquam ſtipula ſicca quæ ab igne facile con-
ſumitur, non contremiſcunt, contemnunt ſtricta iudicia,
non audiunt Deum indignantem, ſed pro dolor ſentient
æternis ignibus cruciantem. *O vtinam ſaperent, & intelli-*
gerent, ac nouiſſima prouiderent. Vtinam cum turba hodier
na compuncti dicerent. *Qualis eſt hic?* Et ſi fortè præ ſtu-
pore non inuenirent verbum, quo ſuam notionem expri-
merent. Dicerem ego illis cum Pſalmiſta, hic eſt *qui diſpo-* Pſ. 111. v. 5.
nit ſermones ſuos in iudicio, hic eſt in cuius femore ſcriptū
vidit Ioannes Rex Regum & dominus dominantium, hic
eſt, *qui conuertit petram in ſtagna aquarum*. Ignarus quon-
dam cauſæ Propheta propter quam mare ceſſiſſet, & Ior-
danis abijſſet retrorſum, cum magna admiratione interro
gabat ea: *Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Iordanis* Pſ. 113. v. 5.
quia conuerſus es retrorſum? vtrumque reſpondiſſet procul
dubio ſi loqui potuiſſet, Quid miraris, quòd ego aqua flui-
da obediam ei? cui obedit terra ſtabilis & groſſa; quid
miraris? quod ego molliſſima paream ei, cui parent petræ
& ſaxa duriſſima. O inſenſati peccatores; ò corda Cauca-
ſo ipſo duriora, vt quid non conuertimini in ſtagna & fon-
tes lachrymarum? quare non commouemini ad indigna-
tionem illius? ad cuius vocem inſenſibilia exhorreſcūt: cur
voluntati eius contrariamini? cui omnia ſuperna, inferna,
ipſa etiam inanimata ad nutum obſequuntur. Per viſce-
ra miſericordię Dei noſtri vigilare obſecro, confundimini,
& dicite

Digitized by Google

& dicite cum turba. Qualis eſt hic? quàm potens quàm terribilis. &c.

L QVIA VENTI ET MARE OBEDIVNT EI. Chriſti factum miratur turba, ſed magno emolumẽto noſtro miratur, illius enim admiratio, miraculi fuit confirmatio, & noſtra admonitio. Admiratur, & gratias agit, veneratur illum vt Dominum, adorat vt Deum. Porrò ſedatio hæc tempeſtatis, præludium extitit illius magnæ & perpetuæ tranquillitatis, quæ futura eſt poſt finale iudiciũ, quando finitis iudiciorũ tumultibus, Lucifer & omnes eius ſectatores claudentur in ſtagno ignis, perpetuis tormentis cruciandi, Agnus verò ſinè macula, cum ſuis ouibus, tranſibit ad paſcua floribus & herbis perpetuo virentia, perenniter illic deliciaturus. Tunc tradet Patri Eccleſiam non habentem, maculam, neque rugam, eritque Deus omnia in omnibus. Tunc dicent electi: qualis eſt iſte Agnus noſter, qui coram tondente ſe obmutuit, & ductus ad occiſionem non aperuit os ſuum? Tunc dabit vocem ſuam & mouebitur terra, rugiet abyſſi, venti validiſſimi conticeſcent, immo in profundo inferni colligabuntur, vt inde amplius nõ exeãt ad commouendas aduerſus Eccleſiam tempeſtates, mare autem omnino quieſcet. Omnis enim mundi & carnis tentatio extinguetur, atque prorſus eliminabitur, & fiet tranquillitas magna. Tunc apparebit, qualis eſt hic, q interdum in ſuis iniurijs dormire videtur. Tunc dicent gentes, quod ille eſt hic, contra quem pugnare eſt difficile, cuius potentiæ reſiſtere eſt impoſſibile, (vt dixit Eccleſiaſt.) ille eſt hic qui poſt tempeſtates huius mundi facit tranquillum in gloria æterna, ad quam nos perducat. Qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Quartæ poſt Oct. Epiph.
De Obedientia.

Mat.8.v.27 *Venti & mare obediunt ei.*

Eccli.3.v.1. *Filij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia & dilectio.*

A IN illo fæliciſſimo innocentiæ ſtatu, inter alias beatitudinis ſpecies non poſtrema fuit obedientia ſenſuum & appetitus ſenſitiui ad rationem. Sed poſt lugubrem illam, & deplorandam labem peccati originalis neceſſarium fuit frenum virtutum moralium, quarum duo ſunt præcipuè officia. In primis refrenare appetitum ſenſitiuũ ne ſequatur iudicium ſenſus. Deinde ſubijcere ſenſitiuũ rationis obedientiæ, nam ſenſus vt plurimum aduerſatur rationi; quia non poteſt ſufficienter conferre inter obiectum ſibi præſentatum, & illud quod ſequitur illud obiectũ, vel inter præſens & futurum, quod tamen ratio poteſt. Ideò ſenſus illud, quod ſibi de præſenti conuenit acceptat, eoque delectatur, quamuis illud ſit ſibi inhoneſtum, vel quamuis noceat in futuro. Intellectus autem omnia talia conſiderãs fugit illud obiectum propter mala ſequentia, quia iudicat id quod delectat, ſequi plurima damna, & incomparabiles pęnas. Virtus ergò moralis efficit, vt appetitus ſenſitiuus ſequatur hoc iudicium rectum intellectus, & non illud iudicium falſum ſenſus. Et quoniam multoties accidit quòd appetitus ſenſitiuus ſequatur erroneum iudicium ſenſus, inde euenit propter hanc malam cõſuetudinem, quòd in malis appetitus ſenſitiuus nullo modo obediat iudicio rationis; immo (quod peius eſt) peruertit rationem, & iudicium rationis trahit ad iudicium ſenſus. Et per oppoſitum in virtuoſis appetitus ſenſitiuus obedit rationi, & trahitur ad rationem, ſic: quòd non ſiſtit in iudicio ſenſus, ſed expectat iudicium rationis, & obedit rationi, ac ſequitur ipſam, dimittens ſenſum quod efficit virtus moralis. Et ſic hæc duo communiter efficit virtus moralis in appetitu ſenſitiuo, vt ſequatur iudicium rationis, & pręterea ſubijcit ſenſum obedientiæ rationis, vt in omnibus rationi & non ſenſui obediat. Vitium autem efficit, vt appetitus ſenſitiuus, ſequatur ſenſum, & in omnibus obediat ſenſui, excutiendo obedientiam & ſubiectionem, quam debet rationi. Et quia appetitus ſenſitiuus naturaliter debet ſubijci rationi non ſenſui, & ratio debet dominari appetitui, inde continua pugna in homine, (de qua inquit Iob) *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Sic diſponente Deo, qui in diuerſis regionibus diuerſi ſtatus & conditionis voluit habere homines. In cælo Empyreo Spiritus beatos, triumphantes, & perpetua quiete gaudentes, tanquam ciues patriæ cæleſtis, & aulicos curiæ Regis æterni. In regionibus ſubterraneis, vbi eſt purgatorium, & infernus, peccatores obſtinatos. In mundo, voluit habere milites. *Militia* (inquit) *eſt vita hominis ſuper terram.* Bellum continuum, pugna interior & exterior, viſibilis & inuiſibilis, & vnde hæc pugna? an non ex concupiſcentijs & inobedientijs ſenſualitatum reſpectu rõnis? Iob.7.v.1.

Prouenit ſanè pugna interior ex priuatione iuſtitiæ originalis. Et licet gratia Dei ſuppleat, quidquid iuſtitię originalis operabatur in homine, tamen ordinem potentiarũ, obedientiam, amicitiam, & perfectam ſubiectionem difficilè eſt in hac vita obtinere. In homine enim reperitur Spiritus, anima, & caro, Spiritum voco, partem animæ ſpiritualem, per quam reſpicit cæleſtia, & differt à brutis, nempè intellectum & voluntatem. Animam dico partem animæ inferiorem, nempè traſcibilem & concupiſcibilem, cũ qua conuenit cum alijs animalibus. Hoc ergo præcipuum fuit iuſtitiæ originalis beneficiũ, quòd Spiritus Deo ad nutum obedientiam præſtabat, & anima Spiritui. Carnis etiã rebellio nulla tunc fuit: ſed omnia in ſumma pace & quiete: Nunc autem (proh dolor) iſti tres indiuiſibiles ſocij sũt ita diſcordes, vt ſola Dei potentia & ſpeciali gratia, In concordiã venire poſſint ſinè querela, ad quam hortatur nos Diuus Paulus ſcribens ad Theſſalonicenſes *Ut integer Spiritus veſter & anima & corpus ſinè querela ſeruetur.* Hoc totum prouenit ex priuatione iuſtitiæ originalis: quod exẽplo declarat Diuus Auguſtinus. Magnes, qui natura ſua trahit ferrum, quod experientia volens confirmare Diuus Auguſtinus, in certa diſtantia à magnete poſuit annulum ferreum, quem attraxit magnes, iterum poſuit alium quẽ ſimiliter attraxit, & tertium ſimiliter, ita vt illi tres annulli viderentur inter ſe vniti per communicationem virtutis à magnete primo annullo, & ille ſecundus tertio: ſed poſtq̃ amouit magnetem, annuli in diuerſa loca diſperſi ſunt. Iuſtitia originalis erat tanquam magnes, qui ſpiritui ſeu parti principali animæ cõmunicabat virtutem, per quam anima & corpus in vnione, amicitia, & quiete viuerent: Sed poſtquam iuſtitia originali priuatus eſt primus homo, omnia in malam partem abierunt. Inde continuum bellum, pugna, caro concupiſcit aduerſus Spiritum, Spiritus aduerſus carnem, pugna adeò moleſta, Diuo Paulo vt diceret. *Infęlix ego homo? quis me liberabit de corpore mortis huius?* Vbi tot contradictiones: *Video aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati.* Vbi ſenſualitas, & appetitus vituperabilis, quibus tanquam legibus obediunt homines, contradicunt ſpiritui, quo fit vt ſpiritus ſæpè non obediat Deo, contra hanc diſcordiatum & rebellionis multiplicationem, quæ ex priuatione iuſtitiæ originalis proceſſit, duo nobis præcipua remedia relicta ſunt, nempe Gratia Dei quæ agit vices iuſtitiæ originalis, & virtutes morales, quæ appetitũ ſenſitiuum trahunt ad obedientiam rationis. Sed quoniam præter hanc obedientiam, quæ eſt appetitus ſenſitiui ad rationem, eſt quoque obedientia hominis ad hominẽ, & hominis ad Deũ, cuius moderatio pertinet ad virtutem obedientiæ. Ideò fuſius in præſenti inſtitutione de hac virtute obedientiæ nobis loquendum eſt auxiliante illo cui venti, & mare obediunt, vt indè intelligere poſſimus quinam ſint hi filij ſapiẽtiæ, & quæ ſit hæc Eccleſia iuſtorum, quorum natio eſt obedientia & dilectio, vt inquit Eccleſiaſtes.

1. ad Theſ. 5.v.23.

D. Auguſt.

Ad Rom.2. v.24.

B Tractaturi de virtute obedientiæ, ne in ambiguo verſemur, ſeparanda nobis ſunt certa ab incertis. Ne in æquiuoceis hæreamus, videndum eſt, an ſolus homo ſit filius ſapiẽtiæ, cuius natio eſt obedientia. Nam videmus Solẽ curſum

ſibi

ſibi præfixum peragere; ignem calefacere; lapidem ſerri deorſum; ſtellas illuminare: Notum tamen eſt ex ſacra Scriptura. Solem à motu ſuo deſtitiſſe, ex mandato diuino. Ignem vim calefaciendi & comburendi non exercuiſſe. Vim virtutis ſuæ oblitus eſt ignis, vt liberarentur tres pueri de camino ignis, (inquit ſacer Textus) Quapropter poſſet aliquis obedientiam virtutem rebus inſenſibilibus attribuere, & quòd etiam inſenſibilia ſint filij ſapientiæ. Sed minimè id affirmare licet, quia natio inſenſibilium, non eſt obedientia ſed ſubiectio, quod etiam
Seneca. gentilis Philoſophus apprehendit, cum dixit. Semel iuſſit Deus, ſemper paret. Non eſt imaginandum, quòd prædicta inſenſibilia obediant hominibus, cum intellectu, voluntate, & ſenſu careant, ſed Deus tunc obedit
Ioſ. 10. v. 14. homini (vt inquit ſacra Scriptura.) *Obediente Deo voci hominis*. Sed quomodo qui imperat, & ſemper imperat obedit? qui ſuperiorem non habet, ſed vniuerſalis eſt Dominus omnium, quomodo audit vocem alicuius? Id enim communiter de Deo concipimus quòd ad eum ſpectat imperare. Quomodo ergò, ſemel iuſſit & obedit ſemper? Semel imperauit: quando in creatione ſuauiter omnia diſpoſuit: ſoli terminum motus aſſignauit; aquis fines & legem impoſuit. *Quando certa lege & gy*
Prouer. 8. v. 27. *ro vallabat abyſſos, legem ponebat aquis, &c.* Igni naturam contulit calefaciendi: aquæ humectandi: aeri refrigerandi: Soli & ſtellis vim illuminandi præſtitit. Cum ergo prædicta & cætera alia inſenſibilia ſecundum naturam & proprietates motus ſuos agere ſinit, & effectus iuxta qualitatem naturæ à principio inditæ producere vult, quid aliud facit niſi obedit ſemper primo imperio: quo creauit omnia fortiter & diſpoſuit ſuauiter? & propter illud concurrit cũ omnibus vt effectus ſuos producere poſſint. Hoc igitur modo ſemel iuſſit Deus, & ſemper paret. Primũ ſcilicet imperium ſuum exequendo. Quòd ſi aliquãdo non concurrat actione ſua cũ his inſenſibilibus:
C ceſſant ab effectibus ſuis. Sol non mouetur, ignis nõ comburit, graue natat. Sed vnde hoc? fortè ea obediẽtia prædictorum inſenſibilium? minimè. Deo miraculo fiunt hæc omnia, vt Nabuchodonoſor teſtatus eſt. *Signa in-*
Dan. 3. v. 99 *quit, & mirabilia fecit apud me Deus excelſus*. Nihil aliud prædictis innanimatis attribui poteſt, niſi ſubiectio ad conditorem ſuum, Deus tunc obedit homini. Obedienti (inquit) Deo voci hominis. Ideò rectè Diuus
S. Gregor. Gregorius. Si obedientes fuerimus diuinis præceptis, obediet ipſe petitionibus noſtris. Sed maior difficultas videtur eſſe de quibuſdam ſenſibilibus & animatis, an natio eorum ſit obedientia, an obedientia virtus eis
Iſidor. competat? (Sanctus Iſidorus docet) camelos obedientes vocari, à came Græco vocabulo, quod ſignificat humilem: & iore meritò; quia de hoc animali dicitur, quòd cum ei onera & pondera imponenda ſunt ad portandum, genuflectit, & hinc eſt, quòd quemadmodum Leo eſt ſymbolum fortitudinis, ita camelus eſt ſymbolum obedientiæ. Propriè tamen, ſicut Leoni non competit fortitudo, quæ eſt virtus; ſed dumtaxat robur quondam corporeum: ita nec camelo, aliiſque animalibus competit obedientiæ virtus; ſed ſola quædam ſubiectio. Nam vbi non eſt intellectus, & liberum arbitrium, ibi obedientia virtus eſſe non poteſt; quia obedientia non eſt qualiſcunque ſubiectio, ſed libera & voluntaria.

Seneca. Quærit Seneca an rectè dici poſſit, quòd cum nos Sol calefacit, præſtat nobis beneficium, vel cum equus agilitate & promptitudine ſua militem ex periculo mortis in bello eliberat, an dici de eo poſſit, quòd magnum militi equus præſtitit beneficium? & reſpondet, quòd non; quia hæc non ſunt beneficia, ſed ſeruitia. Si autem homo homini multo minora præſtet ſeruitia, illa vocamus beneficia, quibus debetur gratitudo; quia proceſſerunt à cauſa libera, quæ potuit in oppoſitum facere, & non facere bonum, ſed pro bona voluntate ſua aliquid boni nobis præſtitit. Beneficium videtur eſſe moneta, cuius valor non tam valori operis correſpondet, quàm bonæ voluntatis, & libertatis. Ita & obedientia, quæ eſt virtus, non tam in opere quàm in bona voluntate, aut bono opere ex bona voluntate præcedente fundatur. Et quia ſenſibilia & inſenſibilia libero arbitrio carent, ideò obedientiæ virtutis capaces non ſunt. Mirari aliquis poſſet, quam ob cauſam ille diuinus Hiſtoriographus Moyſes referendo nobis ordinem, quo creauit Deus cælum & terram, lucem &c. dicit. *Fecit Deus lucem, vidit Deus quod eſſet bona, dixit quoque Deus, fiat firmamentum &c.* & tandem, poſtquam creandum homi- Gen. 2. v. 1
nem determinauit, ſubdit. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*. Stylum mutaſſe videtur, ibi nominabat ſemper Deum abſolutè ſine vllius epitheti additione: nunc autem cum creauit hominem adiecit Dominus (dicens.) *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*, non eſt hoc abſque ſpeciali myſterio.

Cætere creaturæ quæ hominis creationem præceſſerunt, relationem ſeruitutis propriè ſumptæ ad Deum non habebant; ſed ſubiectionis; ideò Deus non dicebatur Dominus, reſpectu illarum. Non habebant autem rationem ſeruitutis, quia ſeruitus inuoluntaria eſt ſeruitus ſimilitudinaria; ſola ſeruitus libera, quæ propriè obedientia eſt, eſt ſeruitus perfecta. Si quiſpiam depingeret mundum in charta, certè non diceres illum eſſe Dominum mundi, liceat habeat mundum in charta depictum: ita ſeruitus & obedientia cæterarum creaturarum, quæ carent libero arbitrio, eſt obedientia picta, nec ab illa obedientia Deus dicitur Dominus, ſed à ſola obedientia, quàm præſtant homines Deo. Soli ergò homines ſunt filij ſapientiæ, quorum natio eſt obedientia, & præcipuè illi, qui ita obediunt Deo, ſicut quondam obediebat Dauid (qui dicebat.) *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus* Pſ. 142. v. 10
meus es tu.

Non poteſt eſſe melior obedientia, quàm illa, quæ non fit alio reſpectu, niſi quia Deus meus es tu. Omnis ratio obediendi in hoc verbo includitur; quia Deus meus es tu, dicendo enim Deus meus es tu, omnia quæ mouent hominem ad obediendum Deo, exprimuntur omnia beneficia, quæ ad obedientiæ virtutem erga Deum incitant, in his verbis continentur. Dicendo enim Deus meus es tu (inquit Di- D. Auguſti.
uus Auguſtinus) idem eſt, ac ſi dicat; quia tu es factor meus, tu es refector meus, tu es totum bonum meum, ideo tibi obediendum eſt.

Non nego Deo obediendum eſſe, alijs reſpectibus, & hoc licitum eſſe; ſed iſta cauſa obediendi eſt perfectiſſima, quæ eſt propter ſolum Deum: aliæ autem licitæ quidem ſunt, ſed inferiores. Sic Chriſtus docuit Apoſtolos obedire Euangelio non ſolum vt placerent Deo, ſed etiam vt glorificarent Patrem ſuum, qui in cælis eſt. Dauid etiam dicebat, ſe inclinaſſe cor ad faciendas iuſtificationes in æternum, propter retributionem, ad obediendum mandatis, non ſolum per ſpatium vitæ, ſed ſi in æternum etiam viueret, propter præmium, (ſic enim legi debet.) *Inclinaui cor meum ad faciendas iu-* Pſal. 118. v.
ſtificationes tuas in æternum. Vt ſic meritis æternis re- 112.
ſpondeant præmia ęterna. Mouebatur ergò iſte ad obediendum Deo reſpectu præmij & retributionis, vt minus perfectus: vt autem perfectior mouebatur ad obediendum Deo, ſolo reſpectu bonitatis & iuſtitiæ, vtrumque tamen proprium eſt Eccleſiæ iuſtorum, iuſtum eſt enim vt homo obediat Deo.

Propter quod obedientia non ſolum eſt virtus, ſed ſpe- D
cialis virtus, quæ pertinet ad iuſtitiam: iuſtitia enim docet, reddendum vnicuique quod ſuum eſt: cum ergò homo, quò ad omnes potentias ſit Dei, etiam quò ad intellectum & voluntatem: idcircò obedientia iuſtitiæ rationem habet. Et hinc eſt quòd Deus iuſtus iudex, eos, qui ei obedire nolunt, pęnis ad obediendum cogit, (quemadmodum inquit Iob.) *Vir vanus in ſuperbia erigitur,* Iob 11. v. 12.
& tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat; per quod intelligi datur, quòd homo eſt ſuperbus, ſicut cer-

uus, vel quodcunque aliud animal ſylueſtre indomitum, quod cum per prata huc atque illuc diſcurrit, ſe liberum natum putat, æſtimat quòd nulli eſt aut debet eſſe ſubiectus, etiam ipſi Deo, & tales ſequitur pęna, de qua Oſeas Propheta. *Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur onager ſolitarius ſibi Ephraim*. Loquitur autem ibi de populo Iſraelitico, populo inobediente, qui liberum natum ſe putabat, & Domino Deo rebellem ſe præſtitit; pęnam ergò inobedientiæ innuit, illorum textus præfatus, quam optimè paraphraſis Chaldæa exprimit (ſic enim habet.) Aſcenderunt ad Aſſur, id eſt, captiui ducti ſunt ad Aſſirios, vt ſic ſaltem obedirent Deo & facerent voluntatem eius captiui, qui noluerunt obedire ei nec facere voluntatem eius ſerui liberi, quia obedientia rationem iuſtitiæ habet. Et hoc eſt quod dixit D. Auguſtinus. Domat Deus iumentum cui inſidet, innobedientiam redigit rebelles: quia de iuſtitia illi debetur obedientia. Nullum ius dæmon habet in homines, vt illi obediant: multoties tamen ſubijcit illos tyrannidi ſuę & tyrãnico imperio ſuo tractat illos vt iumenta. Tractat Deus Sanctos obedientes vt aulicos ſuos: tractat inanimata, vt ſeruos baculo illos percutiens, ſicut Moyſes petram virga percuſſit; vt obedirent mandato Dei, & eduant aquam de petra; Tractat peccatores vt iumenta, longè tamen aliter quàm dæmon, qui onera grauia peccatorum imponit iumentis ſuis, vel potius præcipit, vt talia ſibi onera imponant, non ſatis eſt ei, vt flectant, ſicut camelus, vt eis onus imponatur, ſed vltra hoc vult, vt ſibi onus imponant peccatorum, & ſic onuſti illud vſque ad infernum portent. Scit enim quod non ſolum vnicus aliquis ex caterua Dæmonum, ſed nec totus infernus poſſit imponere minimum onus humeris peccatorum, niſi ſibi ipſi imponant. Ideò perſuadet, vt non ſolum imponant vnum onus, ſed onus oneri addant, peccata, peccatis coaceruent; ita vt difficilè vel nunquam tale onus ex humeris ſuis deponere poſſint. Deus autem domat iumentum cui inſidet, refrenando impetus paſſionum, alleuiando onera peccatorum, prouidendo & auxiliando, ne in cœno & luto peccatorum permaneant, ſed ex peccatis exurgant, & gratia Dei adiuti in cælum pergant. Huic ergo obediendum eſt.

Of.8.v.9.

D. Auguſt.

Exigit Deus obedientiam ab omnibus hominibus iure iuſtitiæ; quia omnium hominum natio eſt obedientia. In particulari autem à quolibet ſtatu Reipub. Chriſtianæ obedientia poſtulat; quia illi omnes ſunt filij ſapientiæ, quorum natio obedientia, & Eccleſia iuſtorum. In qualibet Republica benè ordinata, octo ſtatus communiter aſſignantur: qui ſunt. Agricolæ, Artifices, Mercatores, Milites, Iudices, Clerus, Senatus, Rex; Nam Reſpub. vt in pluribus locis (inquit B. Paulus) eſt corpus myſticum, in quo caput eſt Rex, oculi ſunt Senatores, brachia milites, cor eſt Clerus, &c. Cuiuslibet ſtatus homines filij ſapientiæ dicuntur ab Eccleſiaſte, & Reſpub. illorum, eſt Eccleſia & congregatio iuſtorum, ſi obedientia & dilectione præditi ſint. Exiſtimant aliqui obedientiam ad ſolos Religioſos pertinere, ſed falluntur: præcipuè ſi de obedientia vt eſt virtus, ſermo ſit, qua nimirum Deo & ſuperiorum Dei perſonam gerentium iuſſis obtemperamus; (nam obedientia Religioſa quæ & votiua Religioſos à cæteris Chriſtianis ratione ſtatus excipit, & hæc ad ſolos tantum Religioſos ſpectat, de qua inferius aliqua determinabuntur, ſed obedientia, quæ debent Deo & vices Dei gerentibus, communis eſt omnibus Chriſtianis. Si de aliquo dubitari poſſit, an cuipiam obtemperare debeat, maximè de ſuprema poteſtate Regia, certum tamen eſt, & Deo & legibus, & miniſtris locum Dei tenentibus obedire debere Reges. *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Dei*, (inquit Sapiẽs) *Quocũq. voluerit inclinabit illud*.

E

Anatomia docet, cor à natura ita depoſitum eſſe, vt ea parte ſuperiore coronatum eſſe videatur, & repræſentat non ſolum hoc, quod gubernatio & regimen hominis ad cor ſpectat; ſed etiam ſignificat Regem. Sicut enim cor coronatum gubernat hominem, ita Rex gubernat Regnum. Sicut etiam cor hominis eſt, ita Diuinæ obedientiæ ſubiectum, vt diuiſio aquarum eſt in poteſtate hortulani; ita & Rex non eſt exemptus ab obedientia Dei. Proindè debet recognoſcere, aliud ſceptrum, aliam coronam, ſub cuius poteſtate & obedientia eſt, ſicut diuiſiones aquarum ſunt ſub plena obedientia, & poteſtate hortulani. Debet ergò Rex, Imperator, & quicunque ſupremus Monarcha obedientiam Deo. Debet etiam parere legibus. At licet ad obedientiam legibus non obligentur aliqua pæna: congruum tamen, rationabile, iuſtum, & laudabile eſt, vt Principes & Legiſlatores legibus obediant, vt in ſuis inſtitutis docet Iuſtinianus Imperator: Digna quidem vox immò verò digna virtus Maieſtatis regnantis eſt, legibus ſe alligatum Principem gerere, nec dum profiteri, ſuamque authoritatem de eorum authoritate æſtimare: & cum ad eandem Rempublicam ſicut caput ad corpus pertineat; pari iure cum membris degere. Miniſtris etiam qui ſuper terram locum tenent Dei, obedire debent Reges: ſicut dicit Diuus Chryſoſtomus. Maiorem illo poteſtatem habes, & loquitur ibi cuilibet Sacerdoti, cuius dignitas eſt maior Regali, vt ea Sacra Scriptura Noui & Veteri Teſtamenti patet. Ideò in lege ſcripta ſub pæna mortis præcipitur Principibus, vt obediant ſummo Sacerdoti. Et in lege gratiæ ſub pæna maledictionis Dei, qui enim non præſtat obedientiam Romano Pontifici nec ei ſubiectus eſt, excommunicatur, & communione fidelium, & Sacramentorum priuatur; quia Summi Pontificis dignitas, ſinè vlla comparatione eſt maior, quacunque altiſſima dignitate temporali, cui nullo modo ſubijcitur Pontificia dignitas. Hiſpaniarum Rex, ſemper fuit Sedi Apoſtolicæ obedientiſſimus. Vnde Diuus Hieronymus de hac natione loquens: Romanæ, inquit, Sedi ſunt obſequentiſſimi, memores illius Diuini præcepti, *Si obedieris voci Sacerdotis Dei tui, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus*. Quod reuera in hac ampliſſima natione Hiſpanica, verificatum eſt: Deus enim illam amplificauit, gloria, poteſtate, Regnorum in Indijs multiplicatione, & varijs victorijs. Nec verò inferior cenſenda eſt hac in parte nobiliſſima Chriſtianitatis pars, quæ potentiſſimo Poloniæ Regno continetur: quod Regnum ab illo vſque tempore, quo fidem recepit, per Miecislaum primum inter Poloniæ Principes Chriſtianum, intra fines Regni breui poſtea commorante, ac fidem ſanctam prædicante Diuo Alberto, Anno circiter 994. nullum ea gens Principem aut Regem habuit vnquam Sedi Apoſtolicæ inobedientem, aut hæreſi infectum, vſque ad præſentem Sigiſmundum Tertium Regem vndequaque Dei ac diuinorum amantiſſimum, Religionis Catholicæ cultorem & propugnatorem feruentiſſimum, ſacræ Sedis Apoſtolicæ veneratorem obſequentiſſimum, in cuius meritum Deus ipſo fæliciter regnante, fide Catholica tam aliqualiter labefactata, ampliſſimis victorijs, & Regnum hoc, & famam eius auxit; præcipuè dum contra Hæreticos in Liuonia, Schiſmaticos in Moſchouia, & vel maximè contra Principem Turcarum Anno 1621. eumque omnibus quibus pro virili poterat copijs inſtructum, in confinibus Podoliæ, parua ſuorum manu decertaſſet.

Iuſtinian.

D. Chryſoſt. in ſermo. ad populũ Antiochenum.

Deut. 26. v. 19.

Miecislaus.

Sigiſm. III.

Quòd ſi homines altioris ſtatus & gradus obedientiæ virtute præditi eſſe debent, quantò magis hi, quibus potius obedire quàm imperare ratione ſtatus competit? Et certè fæliciſſimam Rempub. Theopompus prædicauit, vbi ſubditi obedientiam Deo & ſuperioribus præſtarent. Nam cum quodam die propoſitum eſſet, quibus medijs Lacedæmonum imperium diu perſiſteret, & alijs quidem dicentibus, quòd per Reges imperandi gnaros, ſi enim iſti ſciant imperare, ſcient quoque ſubditos in perfecta obedientia facile retinere: neque enim ſubditi ſuſtinent, parere ijs, qui neſciunt præeſſe. Quo fit vt cum Princeps prudens imperia æquitate, & ratione non libidine moderatur, eaque ad communem vtilitatem refert, neceſſe eſt ſubditos cum vi æquitatis cogi, tùm dulcedine vtilitatis, apparendum allici. Nam qui benè ducit, efficit vt benè alij ſequantur. Hæc quidem alij dixerunt. Theopompus autem reſpondit. Per Reges quidem imperandi gnaros, Lacedemonicos ſtare poſſe: ſed maximè

F

Theopõpus

Digitized by Google

mè per ciues Principibus obtemperare doctos. Ego autem adijcerem Reſpublicas Chriſtianorum ſtare per populum Chriſtianum, ſuperioribus & Deo obtemperare doctum, qui nimirum ob oculos haberet illam vtiliſſimam Diui Petri doctrinam: quæ eſt. *Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modeſtis ſed etiam diſcolis.* Reſpubl. Moſchorum licet in moltis correctione indigeat in hac tamen virtute obedientiæ, alias ſuperare videtur vt ſcribit Ioannes Faber. Habet (inquit) Princeps Moſchouitarum ſub ſe Principes multarũ Prouinciarum, eosq. præpotentes: in quibus ſummè commẽdari poteſt, quòd nullus ſit eorum tam illuſtris, diues, ac præpotens, quin accerſitus à Duce, per quam humillimum etiam præconem, ſtatim aduolet, omnibus mandatis ſui Imperatoris, inſtar Dei obtemperet: etiam in ijs cauſis, quæ vel vitæ detrimentum, periculumq. exigere videntur. Idcircò intra paucos dies aliquando bis, aut ter centena millia, vel alias ingentem quandam multitudinem congregare poteſt, adeò nulla eſt natio, quæ Imperatori ſuo magis obediat, nihil plus viro dignum, aut glorioſius ducentes, quàm pro Principe etiam mori. Sic enim rectè ſe immortalitate donari exiſtimant. Ioannes Faber in Relig. Moſcoui. Et reuera vbi ſubditi non obediunt Dominis ſuis, Reſpub. potius eſt gentilium quàm Chriſtianorũ ibi. Viget idolatriæ labes, iuxta illud ſcripturæ. *Melior eſt obedientia quam victima & auſcultare magis quam offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.*

1.Pet.2.v.18

Reſpub. Moſchou.

Io. Faber.

1.Reg.15.v.23.

Immo multo peior eſſet illa Republica, quàm Paganorum & Idolatrarum. Nam quotieſcunque homo propriè voluntati potius, quàm diuinæ ſe accommodat, toties voluntatem propriam, quàm Deo ſacrificare debuerat, ſibi ipſi ſacrificat, toties ſeipſum tanquam idolum veneratur, qui Deum venerari debuerat; Proinde ſibi honorem diuinum attribuit, & Deum, cui id de iuſtitia competit, honore & obedientia ſpoliat, dum nimirum ſeipſum, & voluntatem propriam Deo, & voluntati eius anteponit. Ex quo quid aliud ſperandum eſt, præter id quod accidit Sauli, cui prædicta verba dixit Samuel redarguẽdo ipſum quod non obedierit Deo, ideò abiecit eum Deus tanquam Idolatram, qui potius voluntati propriæ quàm diuinæ ſatisfacere voluit. Id ergò timendum eſt & ijs, qui Deo & hominibus vicem Dei gerentibus non ſolum diſcolis, ſed & modeſtis obedire negligunt. Sed præter hanc obedientiam, quæ omnibus Chriſtianis eſt communis, eſt quoque obedientia religioſorum, obedientia votiua, quæ eſt ex voto, ratione cuius Religio dicitur Eccleſia iuſtorum.

Hæc obedientia ratione voti eſt præclariſſima virtus, qua ſuperiorum Dei perſonam gerentium iuſſis obtemperamus, habet ſublimitatẽ quaſi Theologicam. Etſi enim cum Deo proximè non agat, ſic tamen agit cum ijs, qui pro Deo præſident, ac ſi cum Deo ipſo verſarentur. Hanc ipſam virtutem, quæ homines Religioſos, à cæteris Chriſtianis excipit, docuit Filius Dei, qui didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam, & conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ quod ſufficeret ad ſequendam hanc obedientiæ virtutem. Sed & illud homines Religioſos multum incitat ad amorẽ eius, quòd ſectatores mundi pro modica mercede, & quandòq; ſinè pretio vllo Principibus ad nutum, ſinè ſomno, ſinè honore, ſinè pace, ſollicitè, exactè, diu famulantur, & poſtquã longa ſeruitute conſumuntur, in Xenodochijs intereunt, & fortaſſe in Tartarum detruduntur. Quantùm ergo conſultiùs eſt, humaniſſimo Principi & eius vices gerenti obedire, qui & pædagogum aget in via ſalutis, & fidelia reſponſa, atque conſilia in materia ſalutis ſuppeditabit, & in tentationibus quibus agitatur de auxilijs proſpiciet: ita vt præceptor, & ductor, atque nauclerus vento tentationum agitatis viris Religioſis non ſit alius niſi Chriſtus, & eius vicesgerens ſuperior, Illud autem, quòd homo Religioſus gratiſſimum Deo per obedientiam offert ſacrificiũ, multum inuitat ad obedientiam. Sacrificat enim intellectum & voluntatem, quæ potentiæ animæ ſunt nobiliſſimæ. Sacrificat intellectum cum proprij iudicij lumen nõ ſequitur, nec id quod intellectus eius probat: ſed quod ille cui parendum eſt decernit: iudicando id quod præcipitur eſſe opportuniſſimum, non modò cum rei congruitas apparet, ſed etiam tunc cum nihil rationi conſentaneũ repræſentari videtur. Voluntate autem cum appetitu luctante, non ſinè ſenſuum rebellione ac reſiſtentia, eligit quod iubetur, non quod propria voluntas aut appetitus ſuadet. Hæc duo ſacrificia ſummè placent Maieſtati Diuinæ; quia in his duobus tanquam cardinibus totum obedientiæ opus vertitur.

G

Inde poſtea emergit maxima honeſtas. Quid enim honeſtius, quàm ſemper cum Deo verſari? cum homo obediens nõ tam hominis qui præcipit, quàm Maieſtatis Diuinæ, cuius nomine præcipitur: & quàm ipſe oculis fidei cernit, iuſſa exequitur. Inde etiam oritur maxima iucunditas. Quid enim iucundius, quàm inter medios maris fluctus, conſilio diuinæ voluntatis regi? Inde deniq; promanat ſumma vtilitas. Quid enim vtilius, quàm in ſalutis grauiſſima cauſa ſeduci non poſſe, & ſecure viuere? Quid vtilius quàm ſemper vincere? quid contingit obediẽtibus? iuxta illud Prouerb. *Vir obediens loquetur victorias.* Sed non eſt eadem Religioſæ obedientiæ vis & perfectio. Alij enim actiones ſuas dirigunt ex obedientia, alij cum obedientia, quæ multum differunt. Illud enim accidit cum ſubditus aliquid à ſuperiore poſtulat, hoc verò cum motu proprio ſuperior ei quidpiam iniungit. Ad hanc virtutem exoitat Religioſos obedientia bellica, ſeu ea quã milites etiam cum vitæ in quoduis periculum proſtitutione, Ducibus ſuis præſtare ſolent, ſed vel præcipuè inuitat imitatio Chriſti, qui *factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.* Huius exemplo ſi aliquid quod ſit difficilius eis præcipitur dicunt. *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me &c. Verumtamen non mea voluntas ſed tua fiat.* Inuitat tandem ad hanc eandem virtutem exemplum Sanctorum Angelorum, de quibus dicitur in Pſalmo. *Facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius.* Inuitant quoque exempla aliorum Sanctorum vt exemplum S. Ioſeph & B. V. M. qui obediuit Angelo per ſomnum dicenti. *Accipe puerum & fuge in Ægyptum.* Inuitant monita Sanctorum D. Paulus. *Obedite præpoſitis veſtris, ipſi enim peruigilant.* Qui enim illos audit, Deum audit, iuxta illud Chriſti Domini, *Qui vos audit me audit.* Obſequamur ergò Deo & Miniſtris eius, ſi inter filios ſapientiæ numerari cupimus, & in gremio Eccleſiæ iuſtorum optamus loqui victorias.

Prou.21.v.28.

Philip.2.v.8

Pſ.102.v.20.

Mat.2.v.13.

Hebr.13.v.

Luc.10.v.16.

Subijciamus voluntatem noſtram Deo; quia
ipſe Deus noſter eſt, ipſe creator noſter,
redemptor noſter, omne bonum
noſtrum. Et obtinebimus
ab ipſo in præſenti
vitam gratiam,
& in futura
gloriam.
Amen.
✠

INSTITVTIO

Speculatiua

Dominicæ Quartæ poſt Oct. Epiph.

De Praſtantia animæ rationalis.

Matth. 8. v. 24. *Motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.*

Sap. 9. v. 15. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem inquit Salomon.*

A MERGITVR vndis huius ſæculi, iactatur fluctibus miſera nauicula, anima ſcilicet rationalis, aggrauatur corpore, quod ipſam trahit ad ima, opprimitur tanquam fluctibus terrenis cogitationibus, ſed non ſubmergitur, Deo potentiſſima ma-

Sap. 3. v. 1. nu præbēte ſibi auxiliū, & ſuccurſum. *Iuſtorū* (inquit Sap.) *animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis, viſi ſunt oculis inſipientium mori illi autem ſunt in pace:* Sunt in manu Dei producente conſeruante & auxiliū præbente, ne à terrena habitatione deprimantur: Sūt in manu producēte, quia à ſolo Deo producūtur, non ab aliqua creatura, ēt Angelica, prout finxit Auerroes, q exiſtimabat animas ab Angelis produci, & vnū Angelū ab alio iuxta ordinē, quē in catena aurea videmus; talē.n. eſſe aſſerebat ordinē inter Angelos, quo ad pductionē, qualis eſt ordo inter circulos catenæ; ita quod ſicut vnus circulus vnitur alteri, ita vnus Angelus producit alium, excellentior inferiorem, vſque ad infimum, qui tandem producit animam rationalem. Hoc redarguit Sapiens. *Iuſtorum* (inquit) *animæ in manu Dei ſunt*, ſola manus Dei pducit animas, ſolus Deus creat animas, & creatas corpori infundit, vt animēt & dēt vitam corpori: ſed nè in morte videantur alicui deficere & perire, certo affirmat, quód quemadmodum à ſolo Deo producuntur, ita in manu tenante Dei conſeruantur, & immortales ſunt. Et ita ſunt in manu cōſeruante. *Viſi ſunt* (inquit) *oculis inſipientium mori illi autem ſunt in pace.* De quodam Imperatore referunt hiſtoriæ, quod cùm in mari liberaliſſimè tractaret quoſdam Principes, omnia vaſa aurea & argentea (quibus ad edendum & bibendum vtebatur) proijciebat in mare: mirabantur omnes exiſtimantes, quod illa omnia perirent, ſed aliter accidit, nam multo ante iuſſo Imperatoris rete in mari ſubmiſſum fuit, quo extracto omnia illa vaſa integra reperta ſunt. Idem accidere videtur in morte hominis, vbi vr anima perire, ſed Deus ſubmittit manum. *Quia iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.*

B Magna tamen eſt differentia inter animas iuſtorum & peccatorum. Nam licet in hoc conueniant, quod hæ & illę ſunt immortales: in hoc tamen ſuperant animæ iuſtorum animas damnatorum, quod non ſolum animæ illorū, ſed & operationes meritoriæ, mortificationes, ieiunia, vigilię, omnia hæc ſecundum iudicium Sapientum ſunt in manu Dei, non ſubmerguntur, non opprimuntur terrenis cogitationibus nauigante anima in cælum, tanquam in pa-

Ariſtoteles. triam propriam. Anima inquit Ariſtoteles eſt de foris, eſt aduena in corpore, pergit ad locum proprium & protegente ſe manu Dei, nec ipſa nec theſauri eius nempè bona opera, patiuntur naufragium. Si quis ex ſæcularibus videret hominem Religioſum mortificatum, ieiunijs, diſciplinis, orationibus intentum, ſcientem refrænare linguam, perſecutiones patienter ſuperantem, ſi quæreres ab hoc ſæculari, quid tibi videtur de homine Religioſo? diceret hunc hominem quotidiè ſubmergi, vndis mortificationum aggrauari, & miſerè viuere, quotidie diminuere de ſanitate, & ante tempus properare ad ſepulchrum. Quodſi quæras ab aliquo prudente, qui ſcit in quo conſiſtat ſalus animæ & in quo infirmitas, reſponderet. *Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace.* Aliud eſt iudiciū prudentium, & aliud inſipientiū. Inſipientes putant quód qui mortificant carnem, & corpus affligunt, quotidie moriuntur, qui verò viuunt in delitijs, abūdant cōmoditatib. fæliciter viuunt: prudentes aūt exiſtimāt aliter accidere, ꝙ ſcilicet illi potius, qui ad ſuas cōmoditates attendūt, & delicatè viuunt, quotidie moriūtur, quia corpus quod delicatè tractatur aggrauat animā, qui verò rigoroſam agūt pænitentiā, & odio proſequuntur mundum & delicias, illi ſunt in pace. Sicut ſi quis rerū imperitus videret baculū in aqua, vr ei ille baculus fractus, & diceret ita oīno eſſe cū tñ aliter iudicet Sapiens; ita mundus quia videt iuſtos in aquis tribulationū quaſi ſubmergi, in aquis paupertatis, miſerię, cōtinuò verſari putat illos eſſe infortunatos, putat fractū eſſe; ꝙ tñ rectū eſt. Nec mirum quia non attendit quod hæc oīa nempè mortificationes, ieiunia, diſciplinæ, paupertas, qbus homines iuſti domāt corpora, ne aggrauēt nimiū animas, ſunt in manu non cuiuſcunque ſed in manu Dei. Multū refert, quod incidat quis in manus malas vel bonas. De Rege Franciæ Frāciſco fertur, ꝙ cum deuictus fuiſſet ab exercitu Hiſpaniarum in Campo Papiæ, maximā adhibuit diligētiam ne veniret in poteſtatem cuiuſdam Ducis dicti de Borboa, ideo noluit ſe ſubmittere, nec in poteſtatē tradere ei, nec alicui alteri, niſi Marchioni de Gaſto, exiſtimādo in illo iam notabili infortunio, nullū maius potuiſſe eſſe damnum, quam venire in manus illius à quo nullā ſperabat futuram ſibi ſatisfactionem. Illi ēt qui in iudicijs contendūt, de vno tribunali in aliud appellā., quā ob cauſam? quia verentur ne in malas manus incidant, & aliqui ſe reſoluūt appellare ad tribunal Dei, dicendo cum Dauid Rege, *melius eſt vt incidam in manus Dei quam in manus hominū*, quia multò intolerabiliores ſunt manus hominum, quā manus Dei, ideo morientes animas ſuas in manus Dei plenuiſſimè cōmēdant. *In manus tuas Domine cōmendo ſpiritū meū* &c. Itaque in hoc boni, & iuſti ſuperant malos, & eos qui mundo ſeruiunt, quod bona opera iuſtorū ſunt in manu Dei, & merces eorum apud dominū. *Iuſti autem in perpetuum viuent & apud Dominum eſt merces eorum.* Et ideo licet videantur perire non pereunt, ſunt ſimiles illi Imperatori, q proijciebat aurum & argentum in mare, habēs ibi rete ſuppoſitum, ita iuſti videntur perire & opprimi per mortificationes, ieiunia &c. ſed Dñs ſupponit manū, & ſeruat ad diē præmij. Homines aūt mundani qui mundo ſeruiūt, & pp mundum tot mala patiuntur, in malis manib. habēt mercedē, quanti reperiuntur milites, qui tot annis ſeruierunt in militia, qui tot periculis vitā propriā pro patria, pro Rep. expoſuerunt, & tñ in ſumma paupertate reperiuntur? non aliam ob cauſam niſi quia in malis manib. hñt mercedem. Accidit equidē hoc aliqñ propterea, quia quicquid ſtipendij accipiunt; prodigaliter viuēdo perdunt, & tandē ad ſūmam egeſtatem deueniunt. Sed ſæpius ideo quia mercedē habent in alienis manibus, ex quibus eā aliquis furto auferre pōt. Quod ſi in theſauro publico illam hñt hic multoties exhauritur, & ita pauperi militi ſubueniri nō pōt, aut quia theſaurarij ſunt illiberales & auari, & ita ſalariū detinent. Nihil tale reperitur in militia Spirituali, nā manus Dei ſūt potētiſſimę, nemo rapiet hanc mercedē ex manib. eius. Manus quoq; Dei ſunt ditiſſimæ, cęlū & terra ac theſauri earū in manib. Dei ſunt, non eſt timendū, ꝙ theſauri qui ſunt in his manib. deficiant. Iſtæ ēt manus ſunt liberaliſſimę ppea inquit D. Bernardus, voluit Chriſtus manus habere cruci clauis affixas, vt innueret, ꝙ illę manus ſunt liberales, ſemp extenſæ, quod liberalitatē ſignificat, non contractæ, ꝙ auaritiā innuit. Deniq; ſunt in manu auxiliāte, iuxta illud Pſalmiſta da dexterā ſurgētib. Quia ergo Deus ſupponit manū ſuā, iō fluctib. maris iactari pñt, ſed naufragiū pati nō pñt, à corpore quod aggrauat animam; moleſtias pati poſſunt, ſed opprimi non poſſunt. Tutiſſima eſt hæc nauicula, præſertim ſi ei pręeſt Sanctiſſ. Trinitas, ſi eam regit, gubernat, & cōſeruat, de cuius nobilitate in hac inſtitutione agemus.

Franciſcus Rex Frācię.

2. Reg. 24 v. 24.

Lucæ 23. v. 46.

Sap. 2. 16.

D. Bernard.

C Omnium Theologorum ſententia eſt, & præcipuè Scoti, animam intellectiuam ſe ipſam non intelligere pro ſtatu iſto nec cognitione, ſeu intellectione intuitiua, qua percipitur res præſens, vt præſens eſt, nec etiam abſtractiua, ita vt per ſe ipſam, aut per ſpeciem ſui ſe cognoſcat. Non intuitiua, quia pro ſtatu iſto non eſt obiectum actu intelligibile tali notitia, & Deus determinauit ſe non concurſurum — Quę. 1. Prol. & in 1. d. 3.

ad talem

ad talem cognitionem,ſtante ſtatu peccati , non coagente
autem cauſa prima,ſecunda nõ agit. Neq; etiam cognitio-
ne abſtractiua,qua percipitur id quod abſẽs eſt v.g.cogno-
ſco Romam abſentem per ſpeciẽ illius quàm habeo , hoc
modo,anima ſeipſam cognoſcere non poteſt,ita vt abſtra-
hat ſpeciẽ ſui immediatè,cuius ratio eſt,quia pro ſtatu iſto,
quidditatibus materialibus,vel ſenſibilibus præciſè abſtra-
huntur ſpecies. Anima verò non eſt ſenſibilis , animam.n.
nemo vidit vnquam. Neque tñ hoc conuenit animæ vt ani
ma eſt,quia ſic ſeparata non poſſet ſe ipſam intelligere,nec
animæ vt in corpore eſt,quia anima glorioſa ſe ipſam im-
mediatè intelligit , quamuis hoc nequeat conuenire ei , vt
Sap. 9. 15. eſt in corpore corruptibili iuxta illud Salomonis. *Corpus quod*
corrumpitur aggrauat animam , & terrena cogitatio oppri-
Aug. 14. *mit ſenſum multa cogitantem.* Et licet D. Auguſtinus dicat
mentem ſibi eſſe notam per ſe ipſam , tamen hoc intelligi
debet de actu primo,ſufficiente ex ſe ad actum ſecundum;
quantùm verò ad actum ſecundum impeditur. Quod nã
In 1. d. 3. & verò ſit hoc impedimẽtum docet Scotus: Vel enim eſt ſub-
Quodlib. 14. ordinatio potentiarum,vel peccatũ originale. Cùm igitur
anima non poſſit cognoſcere ſeipſam immediatè , ſed me-
diatè tñ & reflexiuè, nempè reflectendo ſe in actum ſuũ ,
D difficile eſt nobilitatẽ animæ inueſtigare. Certùm eſt tamẽ
animam eſſe nobiliorem omni corpore,quia finis eſt nobi
lior eo,quod eſt ad finem,corpus aũt ordinatur ad animã,
Scot. in 2. d. nam vt ſubtiliſſimè ait Scotus. Forma eſt finis materiæ,vn-
1. quæſ. 6. ex de membra cerui,differũt à membris Leonis, quia anima
Phyl. 2. Phy. differt ab anima. Prœterea anima eſt actus primus corporis
organici phyſici,ergo nobilior eſt omni corpore. Item ani-
ma eſt qua viuimus,mouemur,& ſumus,atque ita dat cor-
Ariſt. 11. de pori eſſe & viuere. Hinc Ariſtoteles concludit dicens. Ani
mirabilib. ma eſt nobilior omni corpore , ſicut animatũ inanimato,
Sco. quod. 9 viuum mortuo. Scotus autem docet,animam duplex habe
re officium,mouendi & informandi,regendi & gubernã-
di corpus. Rectè ergo D. Auguſtin. ait in Soliloquijs. Quic
quid cæli ambitu continetur,inferius eſt anima. Potiſſimè
verò nobilitas animæ colligitur ex nobilitate potentiarum
& actuum,inprimis ex nobilitate potentiarum & maximè
1. Meth. intellectus quo homo dicitur homo,quia ipſe ſolus in gene
3. de animal. re animalis viuit intellectu , & per intellectum homo eſt
quid nobiliſſimum omnium animantium , item per intel-
lectum homo acquirit ſuam perfectionem , per intellectũ
homo habet ſuam operationem altiſſimam , nobiliſſimã ,
In 1. d. 3. & & diuinam,ex ſententia doctoris Scoti. Per intellectum de
In 4. d. 48. nique homo Deum videt,& per intellectum homo effici-
10. Æthic. tur ſimilis Deo,ſeu per intelligere , proprium namque Dei
opus eſt ſpeculatio,quæ eſt operatio intellectus,intellectus
inuenit omnes artes,omnes diſciplinas,omnẽ Philoſophiã
ipſe in inſtanti penetrat cœleſtia & Diuina . Rectè de Deo
Iob 35. 11. loquens inquit Iob, *qui docet nos . Super iumenta terræ , &*
ſuper volucres cœli erudit nos, quamlibet creaturam docuit
Deus,ea quæ pertinent ad conſeruationem ſui,piſces, aues
vſque ad minimum vermiculum,ſed hominem docuit ſup
iumenta terræ,ſuper, ideſt altiùs modo excellentiori,vt in-
Chaldæus. quit Chaldæa paraphraſis, & præ volucrib. cæli Sapientes
nos fecit,quia cætera animalia docet conferendo eis natu-
Pſ. 4. 7. ralem inſtinctum,homini autem infudit intellectũ. *Signa-*
tum eſt ſuper nos lumen vultus tui &c. Quod ſi legiſſet Por
Porph. lib. phyrius nunquam dixiſſet,animalia bruta habere etiã pro-
de abſtinen- prium idioma,quod nos nõ intelligimus, ſicut Polonus nõ
tia. intelligit idioma Hæbreum,aut Græcum,&c. nec quidam
Idem c. de Iudæi affirmaſſent,Salomonem percepiſſe & intellexiſſe
Specie. voces animaliũ vt refert Abulenſis,quod tñ falsũ eſt. Quia
Abulenſis. vt inquit Ariſt. ſermonem homo ſolus hẽt omniũ animan
3. Reg. ca. 3. tium;bruta habent non ſignificatiuas voces,ſolus homo in
q. 11. telligit quòd loquitur,ſolus eſt præditus intelligentia , vt de
Ariſt. lib. 1. eo rectè dici poſſit,& ſuper volucres cæli erudit nos, Nam
Politic. ſi ita intellectu prædita eſſent,alia animalia ſicut homo, in
quo differret homo ab alijs animalibus? quæ excellẽtia ho
minis eſſet ſupra cætera animalia? quæ prærogatiua ſpecia-
lis? ſi ita alia animalia haberent diſcurſum ſicut homo .

Certùm eſt igitur quòd cętera animália docet Deus in-
ſtinctu & intelligentia dirigente,homini aũt dedit intelle-
ctum,qui eſt tanquam lucerna lucens,& homini deſeruiẽs
ad ſpeculandum res tam Phyſicas , quàm ſupernaturales,
eſtque intellectus ſpeculatiuus,quo cõtẽplatur homo Deũ ,
Angelos,ęternam beatitudinem. Dedit etiam intellectum
practicum,qui præeſt conſilio ſtatus,& gubernationi vni-
uerſali hominis & operum eius,qui inſtruit quæ media sũt
magis accommodata,ad trãquillitatem huius Reipub. ſen E
ſuum & potentiarum humanarum,vt rectè dici poſſit, qui
docet nos ſupra iumenta &c. Multum etiam addit nobili- In 1. d. 1. q. 1
tati animæ voluntas,quæ ſola libera eſt inter animæ vires , & in 1. d. 1
regina animæ per Scotum. Subiectum charitatis quæ vir- q. 3. in 2. d.
tutũ maxima eſt,ipſa fruitur ſummo bono, qui fructus eſt 7. q. 1.
amor,& dilectio,non aũt paſſio,& delectatio per Scotum. In 1. d. 1. q. 4
Tantæ verò eſt potentiæ,vt à nullo vnquam poſſit cogi, ne
que ab Angelo,neque à Diabolo,nec ab homine,nec ab ip
ſo Deo,vndè liberè fruitur etiam ſummo bono per Scotũ, In 1. d. 1. q. 3
ita vt immeritò quis dubitare poſſit , quæ iſtarum poten- In 4. d. 49.
tiarum ſit nobilior,intellectus vel voluntas,& cui volunta-
tem comparare debeat,vtrum ſoli an verò lunæ: neſcio an
ſol,an luna dicenda ſit volũtas. Intellectus quidem officiũ
eſt illuminare,& in hoc videtur eſſe ſol animæ,videturque
participare proprietates ſolis, præcipuè quo ad velocitatẽ
& efficaciam. Nam quemadmodum ſol velociſſimè ſinè
vllo impedimento curſum ſuum perficit: *A ſummo cælo* Pſal. 18. 7.
egreſſio eius,& occurſus eius vſque ad ſummum, inquit Pro
pheta. Ita intellectus velox eſt adeò vt nulla auis velocior
ſit ipſo: ideo fortaſſis antiqui, Mercurium Deum Sapien- Li.
tiæ depingebant cum alis in manibus,& pedibus, & inte- Pierius.
to corpore & præcipuè in capite, & ob hanc cauſam fortaſ Guilernus
ſis Zoraſtes dicebat,quod anima habet alas,non materia- Zoraſtes.
les velociſſimas tñ. Et rectè:nam vt Baſilius ait Maria tranſ S. Baſilius
cit anima, & cælum ingreditur,aſtrorũ conſiderat motus, hom. 10.
interualla & menſuras fruitur terra & mari,feras & cæte-
ra deſpicit,quemadmodũ etiam ſol ita penetrat oĩa ꝓpria
virtute,vt de eo dici poſſit, *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore* Pſal. 18. 7.
eius, terras,maria,meatus ſubterraneos oĩa penetrat;ita in
tellectus penetrat omnia. Plurima docuit Deus ſecreta cæ-
tera animalia, qualiter fugiant malum,& proſequantur bo
num,qualiter præſentiant ver,autumnum , qualiter nidifi-
cent,ſed ſuper iumenta & volucres cæli erudiuit nos , non
ſolum accipiendo,ſuper,modo ſupra dicto id eſt altius , &
modo excellentiori,quia dedit homini intellectũ , cæteris
animalibus nonniſi inſtinctum,ſed etiam accipiendo ver-
bũ,ſuper, ideſt plus & magis,ſicut in Pſalmo dr̃ , *ſuper mel* Pſal. 18.
& fauum, ideſt magis, vt ſit ſenſus,ſuper iumẽta. ideſt, plu
ra docuit nos quam iumenta ,quia homo per intellectũ ſcit
omnia. Ex hoc ergo intellectus ſol animæ dici poſſet,volũ-
tas autem luna,quia ſicut luna participat lumen à ſole , ita
voluntas participat lumen ab intellectu,quia nihil volitũ ,
quin præcognitũ,ſimiliter ſicut luna mutatur,creſcit aut de
creſcit,& quandoque eclypſatur ex aduerſa oppoſitione ad ſolẽ;
ita voluntas mutatur in actib. ſuis, creſcit & decreſcit in vir
tutibus,& vitijs,ſecundum diuerſam oppoſitionẽ ab intel-
lectu,quia ſecundum quod illuminatur ab intellectu,ſic re
ctè aut obliquè eligit media ,& dirigit actus ſuos . Quod ſi
etiam in voluntate conſideremus,quòd voluntas imperet
intellectui,quòd põt intellectũ auertere & conuertere ad
quodcunq; voluerit obiectũ,ꝙ intellectus nõ eſt liber,niſi
libertate participata à voluntate , quòd voluntas non eſt
pediſequa intellectus,ſed Domina,quæ intellectum & cæ-
teras potentias liberè gubernat;ſi hęc inquam conſiderẽn-
tur,potius ſol animæ voluntas dicẽda eſt, q̃ intellectus, ſed
quicquid ſit de hoc,illud iam perſpicuum eſt , quod vtraq;
hæc potentia,maximam in anima perfectionem attingit .

Ad hanc animæ dignitatem augendã iuuat & liberũ ar F
bitrium,potentia compoſita ex intellectu & voluntate , dr̃
liberũ,à voluntate,arbitriũ,ab intellectu. In hoc vtiq; libe
ro arbitrio conſiſtit bonum & malum,de condigno etiam
meretur vitam ęternam,de cõgruo gratiã per Scotũ. Rõne In 4. d. 22
liberi arbitrij dr̃ de homine iuſto,cælum ingrediente,id ꝙ q. 1.
in laudem Sanctorum canit Eccleſia. *Qui potuit tranſgredi* Eccl. 31. 10
& non eſt tranſgreſſus,facere malum & non fecit. Ratione
liberi arbitrij dicitur,quod ante hominem *vita & mors,* Eccl. 15. 18
bonum,& malum,& quod placuerit dabitur illi. Rõne libe
ri arbitrij dicitur,quod Deus ab initio *conſtituit hominem,* Eccle. 15.
& reliquit illum in manu cõſilij ſui. Accedit Memoria,quæ
virtute ſua,tã prœterita,quam abſentia facit eſſe præſentia.

Digitized by Google

Hæc eſt theſaurus in quo repoſita ſunt præterita & præſen-
tia bona & mala. Hæc eſt archiuium diuinorum benefi-
ciorum. Hæc eſt quæ ſequitur hominem ad tribunal di-
Apoc.14.13 uinum, & de qua intelligi poteſt. *Opera enim illorum ſe-
quuntur illos. Item conſcientia quæ eſt lumen intellectus
practici, ſicut & ſcientia intellectus ſpeculatiui, de qua in in
ſtitutione Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam fusè dicam.
Syndereſis etiam ſtimulus peccatoris, qui ſemper in bonū
tendit, nunquam errat, atque hinc quidam dixerunt Syn-
dereſin eſſe Angelum datum homini ad cuſtodiendum, &
ad bonum demonſtrandum &c. Hæc omnia magnam ani
mæ rationalis declarant perfectionem, ita vt ſtupendum,
& mirabile videatur, quod anima tot perfectionibus exor
nata, & lumine in bonum inſtigante prædita peccet. Quis
non videt quantum præter ſupra dicta, iuuat animam por-
tio inferior & ſuperior, quibus anima contemplatur cæle-
ſtia & terrena? Intellectualitas etiam animæ eſt ita excel-
In 2.d.1.q.6 lens, vt non dubitauerit Scotus dicere intellectualitatem
Angeli, inquantum intellectualitas, non differre ſpecie ab
intellectualitate animæ, licet actus primus differat ab actu
primo, ſeu Angelus ab anima. Sicut (inquit) anima bouis
& aquilæ differunt ſpecie, non tamen propter hoc, viſiua
huius & illius ſpecie differunt. Quod ſi hæc intellectuali-
tas diuinis auxilijs & lumine ſupnaturali fulciatur & iuue-
tur, non eſt impoſſibile hominem perfectionis eſſe intel-
lectualitatis quam Angelum, & de facto Chriſtus Domi-
nus tantæ fuit intellectualitatis, vt perfectiſſimè omnia ſci-
uerit & intellexerit.

G Præter ſupra dicta nobilitas animæ à ratione ſuarum
cauſarum, deduci poteſt: tantò enim aliquid dicitur nobi-
lius, quantò eius cauſa eſt nobilior, ſed anima habet cauſā
efficientem nobiliſſimam, ſcilicet Deum immediatè: nam
cætera omnia præter ſolam animam reliquit cauſis ſecun-
In 2.diſt.17. dis animam autem ipſe ſolus creat per Scotum. Per hoc ex-
In 4.diſt. 43. cluditur error Philoſophorum dicentium, animas eſſe im-
92. productas. Error etiam aſſerentium animas eſſe produ-
ctas ab æterno, ratio horum potiſſima, quia non implicat
aliquid eſſe productum, & eſſe æternum, quia Deus ab æ-
terno fuit omnipotens, quia cauſa ſufficiēs, & in actu, quia
ſi per eſſet æternus, etiam veſtigium vt habet Scotus. Error
2. Phyſic. præterea Anaxagoræ & Platonis dicentiū. Animas à prin-
Scotus in 2. cipio mundi omnes ſimul creatas in cęlo ſtellato, & poſt ex
diſt.5. q.3. tempore organizatis corporibus in corpora deſcendere, &
peracto officio ſuo rurſus aſcendere, hinc ijdem dicere auſi
ſunt. Animam à principio creationis habuiſſe omnem co
gnitionem, ſed quando intrat corpus, obliuiſci omnium &
ideo noſtrum ſcire, eſt reminiſci priorum cognitorum, &
quod anima exiens de corpore, obliuiſcatur omnium ma-
lorum quæ paſſa fuerat in corpore, aliter ampliùs non de-
ſcenderet ad illud, quibus etiam Pythagoras fauet dicens:
Animam non ſubſiſtere ſeparatam, ſed intrare quodcunq;
corpus, etiam brutorum. Error item Manichæi dicentis.
Animas omnes ſimul creatas vt ſupra. Addit inſuper, quia
omnes peccauerunt ob ſuggeſtionem principis tenebrarū,
ideirco meritò detruſæ ſunt in corpora ad purgandum ſua
peccata, quibus purgatis aſcendunt ad loca ſua. Error Al-
gazel dicentis. Deum immediatè tantum producere intel-
ligentias, & illis mediantibus produxiſſe cuncta corporalia
quin etiam animas: quam poſitionem ſecuti ſunt multi
Gen.1. Hæretici dicentes illa verba. *Faciamus hominem*, eſſe Dei
ad Angelos concreatores, quod tamen eſt abſurdum, maxi
mè ideo quia creaturæ non poteſt communicari vis crean-
In 4.d.1.q.1 di vt habet Scotus. Error etiam Auicennæ, facilè hic repel-
& in 2.d.1. litur, quem citat Scotus, quaſi nimirum prima intelligentia
q.2. producat ſecundam, & ſecunda tertiam, & tertia quartam
In 1. diſt.2. &c. ſic de alijs, ita quod animæ ſint ab vltima intelligentia
In 2.d.1.q.3. productæ, & conſequenter tenet, iſte omnia poſſe quietari
In 4. diſt. 1. in prima & vltima intelligentia.

Deſtruitur quoque error delirantium & dicentium, ani
mam eſſe à patre, & corpus à matre. Item error illorum q
ex progenitore primo, in prolem ſuam animas diminare
Gen. 46.26. ſentiebant, vt inferius dicetur, innixi præcipuè illi fundamē
In 2.d.18.q.1 to, cunctæ animæ quæ egreſſæ ſunt de fæmore Iacob. Hos
& alios ſimiles errores reijcit Scotus, vbi probat omnem
animam intellectiuam, quæ dat eſſe, & vitam corpori, eſſe
a ſolo Deo non a generante, non ab Angelo, non ab influē
tia cæli, ſolis, & aſtrorum, nihil horum poteſt animam pro
ducere cum omnibus eius potentijs, ſolus Deus eam de ni-
hilo creat, ita vt rectè dixerit Sapiens. *Iuſtorum animę in* Sap.3. v.1.
manu Dei ſunt, ſupple quo ad creationem & productio-
nem. Habet præterea anima cauſam formalem digniſſi-
mam nempè quia ad imaginē ſui creatoris creata eſt, pul-
chrum eſt cęlum, pulchra elementa, necnon & ſtellæ, ſed
pulchrior anima, iuxta verba altiſſimi Dei. *Faciamus ho-* Gen.1.26.
minem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Imago col
ligitur in naturalibus ea tribus potentijs animæ; videlicet,
memoria quæ Patri, intellectu quę Filio, volūtate quę Spi-
ritui Sancto deſeruit. Similitudo attenditur in gratuitis,
nam Deus vnus eſt, & anima vna. Deus trinus & vna eſſen
tia, anima ſimiliter. Deus immortalis, & anima. Deus Spi-
ritus, & anima. Deus regens mundum, & anima corpus.
Hinc dicitur homo microcoſmos, id eſt minor mundus.
Deus vbiq; totus, ſimiliter & anima in toto & ſingulis par-
tibus tota. *Deus alpha, & omega*, anima ſimiliter, nam om Apoc.1.
nia creata ſunt in plurali, ſolus homo tantum vnus, vt eſſet
ſimilis creatori ſuo, & ſicut Deus eſt principium omnium
creaturarum, ita homo omnium hominum vnus ſolus, &
hæc ſimilitudo reſpectu Diuinitatis. Eſt quoque alia ſimi-
litudo reſpectu humanitatis Chriſti, nam ab æterno Deus
coordinauerat Chriſtum incarnari. *Faciamus* (inquit) *ho-
minem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, ideſt, Tri-
nitatis, & ſimilitudinem, ſcilicet humanitatis. Licet alij ſic
declarent, ad ſimilitudinem, ſcilicet ad exemplum Chriſti,
imitando exempla eius. Vnde ipſe ait, *Exemplum enim de-* Ioan. 13.15
di vobis, imo ille dicitur verè eſſe ad ſimilitudinem Chriſti,
qui eius vitam imitatur: ſin autem abit poſt vitia & pecca-
ta, anima efficit ſimilis Diabolo. *Vos ex patre Diabolo eſtis*, Ioan. 8. 44.
vel beſtia. Nam ſuperbus leoni, auarus ſerpenti aſſimilat,
& de tali anima dicitur. Denigrata eſt facies, de tali anima
ipſe Dominus tempore mortis quaſi non cognoſcens eam
conquereretur & ei improperabit. In quo autem cōſiſtat hęc
imago in anima, an in actibus animæ, an verò in eſſentia
& potentijs, vel in omnibus ſimul, habet Scotus. Tertio ani In 1.d.3.qu.
ma habet cauſam materialem digniſſimam, ſcilicet quòd 10. & in 2.
de nihilo creata, vbi requiritur virtus infinita, ideo tota po- diſt. 16.
tentia mundi, elementorum, cælorum, Angelorum, Dę-
monum, Sanctorum, nō poſſet creare vnam animam. Dif- H
ferentia enim eſt inter facere & creare. Quare creare nulli
communicauit Deus nec poteſt, quia creatura non eſt ca-
pax ex Scoto, & ita ſolus Deus neceſſariò ſibi retinuit crea- In 4.d.1. q.1
tionem animæ, cum alijs non poſſit eam communicare, ꝓ-
pter incapacitatem illorum, & ſic excluditur primò error
dicentium, animam eſſe ſubſtantiam Dei, vt habet D. Au- Aug. lib. de
guſtinus. In hoc errore fuit Parmenides Philoſophus, qui duabus ani-
dixit animam rationalem, omnino idem eſſe quod Deus mab.li.4.cō
eſt. Macrobius quoque ſuper ſomnium Scipionis eidem tra Fauſtinū
ſubſcribere videtur. Seneca ad Lucillū inquit. Nihil aliud Lib.7. ſuper
eſt mens noſtra, quam pars maxima diuini ſpiritus &c. Ex Geneſ.
cluditur præterea error eorum qui dixerunt animam eſſe Scotus in 2.
Angelum, idque tunc, dum eſt ſeparata, & nō, cum eſt cor diſt.6.
pori vnita: vbi omnia quæ dicuntur de Angelo, etiam de D.Th.lib.2.
anima poſſe dici aſſeuerabant, excipientes tamen Ange- contra Gēt.
los bonos, de quibus hoc aſſertum fuit illorum, quod qui cap. 85.
ſteterunt, facti ſunt Dei miniſtri, & inſeparabiliter eidem
ſeruiunt, nec corpori vniuntur: ſed qui peccauerunt detenti
ſunt in corpore humano, ad purganda ſua peccata, & ſic
rurſum aſcendunt, & hac ratione angelicam naturam re-
ſtaurari per hominem exiſtimabant, quia nimirum mali
Angeli ſaluantur per corpus humanum, in quo purgātur.
Hinc ortum habuit error Origenis dicentis. Omnes dęmo
nes in fine ſaluari, quoniam inconueniens eſt diuinæ miſe
ricordiæ, tot Angelos priuare ſuo fine propter vnum pec-
catum, quod ſi iuſtitiam ei opponas, reſpondet iuſtitiæ ſa-
tisfieri, ex quo in corporibus purgantur. Verumtamen ſatis
patet, quam hi errent, & in principio & in eo quòd inde in
ferunt, nam vbi ceciderit lignum ibi erit. Reijcitur etiam
error eorum, qui dixerunt animam eſſe Spiritum, qui ali-
quando dicitur ſpiritus bonus, aliquando malus, ſiuè Dæ-
mon, hoc pacto, quia dum eſt in corpore dicitur anima ab
animando: dum exit de corpore, vel aliquid boni facit,
tunc

Digitized by Google

tunc eſt bonus Angelus, vel è contrario facit malum & ſic
eſt Dæmon.
Confutantur & ij qui dixerunt, quòd anima ſit pars cęli,
vel pars lucis ſolis, conſtans ex atomis, vel quòd ſit influen-
tia corporum cæleſtium, ligans & concilians elementa, quæ
aliter non ſubſiſterent. Hunc errorem ex eo deducere vidẽ
tur, nam quouſque anima exiſtit in corpore, elementa ſub-
ſiſtunt, recedente verò diſſoluuntur, patet etiam in moribus,
quia anima habet diuerſas affectiones, ſecundum influen-
tias cæli & planetarum: hinc alius luxurioſus quia ſortitus
eſt animã à Venere, alius bellicoſus, quia à Marte. Annue-
2. Phyſ. re vr̃ huic ſententiæ Ariſtoteles, ſol & homo generat homi
nem, præterea refelluntur illi, qui aiunt animam Adæ for-
matam ſolummodo fuiſſe per creationem & ex illa produ
ctas omnes alias, per rationem ſeminalem; ſicut patet etiã
de corpore: nam ſicut corpus de corpore, ita anima de ani
ma producitur. Quod ſi quis dicat quod anima illa dimi-
nueretur. Reſpondent quod non. Sicut enim ab vna can-
dela multæ accenduntur, ſinè ſui diminutione, ſic anima
ab anima procedit. Ad hoc aſſerendum inducti ſunt tum
Gen. 2. 22. propter transfuſionem peccati originalis, tum etiam quia
nulla fit mentio de creatione animæ; ideo dicebant, totã
mulierem de toto Adam formatam. Hanc poſitionem ali
D. Auguſt. quãdo tenuit D. Auguſtinus, vt patet in lib. retracta. & hoc
propter peccatum originale. Reijcitur præterea error eo-
rum, qui in homine eſſe duas animas affirmabant, vnam
bonam inducentem ad bonum & hanc à Deo, aliam è cõ-
tra malam à Diabolo. Fundamentum erroris fuerunt illa
Ad Rom. 7. 23. verba Apoſtoli male intellecta. *Video aliam legem in mẽ-
bris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, ita quod ab anima-
bus hæc repugnantia procedat. Huius ſententiæ fuit Mani
chæus, qui poſuit duo principia effectiua, vnum bonorum,
aliud malorum, vnum dixit eſſe Deum aliud Diabolum.
Occluduntur ora & illis qui agnoſcebãt in homine tres
animas, vegetatiuam à patre, inclinantem ad gulam, ſenſi-
tiuam à ſole, inclinantem ad luxuriam ad voluptatem, in-
tellectiuam à Deo, inclinantem ad bonum, quam dicebãt
eſſe ſyndereſim. Hanc poſitionem traxit à Platone quidã
nomine Iacobus Siras, vnde Iacobitæ Hæretici: nam &
Plato poſuit tres animas.
Auer. 3. de ani. Reijcitur & ille error Auerrois, qui vnam eſſe animam
in omnibus hominibus exiſtimabat, de quo Scotus diffusè
Scot. 2. d. 18 tractat, ſed neque illa opinio aliquid valet, aſſerentium eſſe
animam idem quod ſenſus; patet, quia recedente anima
ſenſus deficiunt, quare Ariſt. nihil in intellectu quod non
ſit prius in ſenſu. Verumtamen has etiam rationes infrin-
1. Meth. gere per veram Philoſophiam, nõ eſt difficile. Primo, quia
2. de anima ſenſus etiam ſunt in brutis, intellectus verò non, ſed in ſolo
2. Meth. domino. Deindè quia ſenſus ab excellenti ſenſibili corrũ-
pitur, intellectus verò nõ. Præterea quia intellectus eſt vni-
uerſalium, ſenſus particularium.
Excluduntur denique errores illorum, qui animam eſſe
aliquod elementorum putabant, & alij quidem ignẽ, quia
exiſtente anima corpus caleſcit, recedente frigeſcit. Alij ae-
rem, nam recedẽte anima apparet tenuis aer, & nihil aliud
tra ſenſit Diogenes, vel aquam vt Tales dixit, quia nimirum
ceſſante humidũ radicali, ceſſat vita, vel ſanguis. Alij puta-
bant animam eſſe aliquid de quatuor elementis ſimul, vel
eſſe complexionem corporis, ſicut Galenus medicus, vel eſ
ſe harmoniam non ſonoram, ſed contrariorum ſcilicet ele
mentorum, æqualitatem & proportionem, quod ex tali ꝓ
portione & harmonia reſultet, vita, ſanitas, & fortitudo.
Quarto anima habet cauſam finalem altiſſimam ſcilicet
In 1. d. 1. q. 1. Deum; ex Scoto. Nam quemadmodum ille ſolus eſt obie-
& in 4. d. 49 ctum fruitionis animæ, ita & finis, & vnumquodque deno
minatur à ſuo fine, ac tantò aliquid eſt nobilius, quantò ad
nobiliorem finem ordinatur, & cuius finis eſt nobilior, ip-
ſum quoque nobilius eſt. Quod ſi quis dicat finem creatio-
nis animarum eſſe reſtaurationem & reparationem Ange
lorum, hic finis eſt ſecundarius, ſed primarius & principa-
lis finis eſt, ipſe Deus. Sic igitur Deus eſt forma, efficiens, &
finis animæ, non verò aurum, non voluptas, non aliqua
creatura, & quidem verus ac vltimus finis. Quoniam autẽ
Deus eſt optimus maximus, ideo anima quocunque bono
creato non oblectatur vltimatè, nec acquieſcit niſi in ſuo
fine. Hinc Auguſtinus. *Feciſti nos Domine ad te, & non eſt*
quietum cor noſtrum, donec redeat ad te. Fruſtra ergo ani-
ma laboras requieſcere in præſentibus bonis, quia propter
te omnia, non tu propter illa. Propterea Deus vltimò crea-
uit hominem, ad denotandum quia omnia creauit Deus
propter ipſum non è contra.
Poteſt etiã nobilitas animæ declarari reſpectu effectus, I
omnis namq; effectus Dei vel immediatè vel mediatè eſt
à Deo, propter animam, & ita anima eſt finis omnium. Et
licet Deus ſit omnium finis primus, ſecundus tamen eſt ani Prou. 16. 4.
ma. De primo Sapiens. *Vniuerſa propter ſemetipſum opera*
tus eſt. De ſecundo Ariſtoteles. Sumus nos, quodammo- 2. Phyſic.
do finis omnium. Dicit etiam Scotus, quod propinquius In 2. d. 34.
fini vltimo conſueuit dici finis torum, quæ ſunt remotio-
ra: ideo dicitur. *Dominamini piſcibus maris*, & conſequẽ Geneſ. 1. 28.
ter omnibus inanimatis, quia mixta ſunt propter vegetabi
lia, & illa propter ſenſibilia, & iſta propter hominem. Iure
merito itaque admiratur Iob. *Quid eſt homo quia magni* Iob 7. 17.
ficas eum? & Pſalmiſta. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.* Pſal. 8. 7.
Si dicas, hæc ſunt propter corpus. Reſpondeo quod finis
materiæ eſt forma, non è contra ex Scoto. Suſpice igitur a In 2. d. 1. q. 6
nima; cælum, ſolem, elementa, omnia animata, omne au-
rum, omnia ſunt propter te, vt tibi ſeruiant, & tu altiſſimo
creatori tuo non ſeruis, non laudas eum, omnia quæcũque
fecit Deus, ſunt ordinata ad te à principio mundi, nã quic-
quid operatur & operatus eſt Dominus Deus, omnia pro-
pter animam. Cur Dominus Deus mundum creauit? cur
beatitudinem? cur ſedes illas glorioſas ordinauit? cur cæ-
lum? cur aſtra cæli? cur tot elemẽta? cur omnia inanima-
ta, inſenſibilia, vegetabilia, ſenſibilia? cur ſacram ſcripturã,
vetus & nouum teſtamentum? cur tot Prophetas? cur tot
cæremonias? tot iudicia? cur tot ſigna & prodigia, tot mi-
racula in vtroque teſtamẽto? cur ſunt tot beneficia? cur tot
tribulationes, nunc peſtes, nunc bella, nunc fames? cur tot
voces Prophetarum, conuertimini conuertimini? cur tot
inſpirationes in cordibus noſtris? cur ſynderesis ſtimulus
peccatorum? cur tot reuolutiones cælorum, reuelationes
Sanctorum? certè omnia fecit propter animam, vt amet,
timeat, reuereatur Dominum Deum ſuum, vt laudet altiſ-
ſimum, gratias ei agat, & finaliter perueniat ad cælum, in
æternum fruitura ſummo bono. Cur putas filium miſit in
carne? cur peregrinatus eſt? triginta tribus annis tot & tã-
ta paſſus? cur Euangelium prædicauit? cur Sacramenta in-
ſtituit? cur Eccleſiam matrem? cur Apoſtolos ad prædicã-
dum miſit? cur Baptiſmum, Pænitentiam, Euchariſtiam re
liquit? cur paſſus, mortuus eſt? cur ſurrexit, aſcendit, Spiri-
tum Sanctum miſit? cur toties à nobis offenſus pęnitentiã
noſtram expectat, mandat, & remandat? cur in cruce pen-
dens habet caput inclinatum, pedes affixos, brachia exten-
ſa? propter animam tuam ò miſer homo. O' bone Ieſu cur
toties flexiſti orando dicens: *Abba Pater*: O' bone Ieſu Marci 14. 36
cum in cruce clamaſti *Sitio*, quid ſitis? animam & animæ Ioan. 19. 28
ſalutem. O' anima omnia propter te; propter te Pater, Fi-
lius, & Spiritus Sanctus non ceſſant ab omni opere: pro-
pter te Eccleſia tot ieiunia, orationes, eleemoſynas, officia,
indulgentias inſtituit. Quòd autem hæc omnia propter te
anima facta ſint, tunc primum videbis quando in die iudi
cij ceſſante anima, ceſſabunt omnia, nõ amplius lex & prę-
cepta, nec confeſſiones, nec prædicationes erunt, propter te
igitur ò anima omnia facta ſunt, vt exuta vinculis peccati,
& hoc corpore; tranſeas ad patriam cęleſtem, & fruaris al-
tiſſimo creatore tuo. Quod ſi fruitione contempta cũ pec-
catis coram Domino apparueris, in die iudicij reddes ra-
tionem de omnibus his. Subſiſte paululùm anima mea, &
vide quod etiam Dæmones ſint propter te, ſcilicet propter
tuam coronam, nam ideo tentaris vt meliùs merearis. An-
geli etiam boni propter animam, quia ad eius cuſtodiam.
Cælum Empyreum propter animam, quia eſt eius patria
& ſedes in gloria. Et quamuis nihil aliud eſſet, hoc vnicũ
ſufficit, quod Deus ſit propter animam, quia eſt eius finis,
gaudium, requies, ſatietas. Hinc tota controuerſia, quæ eſt
inter Deum & Diabolum, eſt propter animam, quia vter-
que vult illam, debetur enim Deo totus mundus, omne au
rum, argentum, & quid prodeſt Deo? Debetur illi laus, ho-
nor, gloria, ieiunium, oratio, pęnitentia, omnia tormenta
mors,

Pſal. 15. 2. mors, & quid prodeſt Deo? *Bonorum meorũ non eges.* Cur
ergo hęc præcepit Dominus? cur ergo exigit hæc à nobis?
propter animam: nam pro anima Dominus Deus filium
ſuum tradidit, non pro toto mundo. E contra Diabolus nũ
quam dormit, nunquam quieſcit, ſemper circuit mare &
aridam propter animam: detur Diabolo totus mundus, ſi-
nè dubio plus gaudebit de anima vna, quàm de toto mun-
do. Cur Diabolus conatur auferre vel diuitias, vel filios, ni-
ſi vt afflictionibus perdat animam, ad blaſphemias: deſpe-
rationes, execrationes hominem perducendo.

K Certè non caret hoc magno myſterio, quod Deus plaſ-
mato homine ceſſauit ab opere, opus perfectum eſt; habi-
to fine, ac ſi diceret Deus ò Angeli, cælum, ſol, luna, & vni-
uerſa quæ creaui, omnia bona ſunt, pulchra ſunt, ſed in eis
nolo quieſcere, verum non niſi anima creata quieſcam ab
Prou. 8. opere meo. Ob id dumtaxat Deus inquit: *Deliciæ meę eſſe
cum filijs hominum*, hæc requies mea, elegit Deus Syon, id
eſt animam, nec vnquam quieuit, quouſq; inſeparabiliter
ſibi vniretur. Hęc eſt igitur maxima nobilitas animę, inter
omnes & ſuper omnes creaturas, videlicet quia Deus ho-
mo, & homo Deus propter animam, vnde exaltata eſt ani
ma ſuper choros Angelorum, ad dextram Dei patris, in
trono Dei ſedet in tãta gloria & maieſtate. O' Angeli, fa
cite comparationem ſui ad animam, & fortè natura non
eſtis minores, ſed certè gratia multo inferiores, & hoc ne-
gare non poteſtis quia animam ad vnionem Hypoſtaticã
Deus aſſumpſit, non Angelum: ideo ſuper omnes Angelos
eſt exaltata. Præterea anima eſt finis totius vniuerſi; ita qđ
mundus non fuiſſet verè perfectus, niſi anima fuiſſet Deo
1. Cœli. perfectè coniuncta, quod patet, nam dicitur. Tunc vnum-
quodque dicitur perfectum, quando finis & principium
coniunguntur, vt videre eſt in figura circuli, eadem quoq;
ratione cælum mouetur motu circulari, eſtque figuræ cir-
cularis, ante autem incarnationem Chriſti, mundus erat
veluti linea recta, per ſex palmos diſtincta, ideſt per ſex ge
Geneſ. 1. 26. nera creaturarum, in ſex diebus ꝑducta, cum ergo homo
ſit finis totius mundi, & vltimo creatus, Deus etiam princi
Apoc. 1. v. 8. pium, vt ipſe de ſe dicit, *Ego ſum alpha*; ideo neceſſè fuit
vt Deus & homo vnirentur hypoſtaticè, & ſic facerent cir
culum, Deus principium, homo finis: ſignum huius eſt eui-
dens, quia ante Chriſtum mundus erat imperfectus, nec vl
lus ſanctorum in veteri teſtamento potuit ſaluari, nec cæ-
lum aſcendere, ſed poſtquam Chriſtus naturam humanã
aſſumpſit, & in ea paſſus eſt, cælum quoque apertum eſt.
Nobilitas animæ non modicum etiam hinc elucet, quòd
Deus animam iuſtam, vocet quaſi filiam ſuam, & meritò
ſanè: nam ſicut pater generat filium, ſic Deus immediatè
animam, corpus mediatè creat, &c. Pater quantum poteſt
producit filium ſibi ſimilem, ſic Deus animam ad imaginẽ
& ſimilitudinem. Pater regit & cuſtodit filium, ſic Deus
animam. Pater nutrit & paſcit filium, ſic Deus propter ho-
minem cuncta creauit, & ad vtilitatem eius. Pater inſtituit
filium mores & virtutes, ſic Deus pro anima tot leges, tot
præcepta dedit. Pater dat filio magiſtrum, qui cuſtodiat,
doceat, & comitetur filium, ſic Deus dedit Angelum qui cu
ſtodiat. Pater filium facit hæredem, ſiuè poſſeſſorem hære-
ditatis, ſic Deus animam cæli hæredem & incolam facit,
Deut. 32. v. 6 quare dicitur. *Nonne ipſe eſt pater tuus?* & in alio loco. *Pa-*
Matt. 6. v. 9. *ter noſter.* Præterea in fide anima dicitur templum S. Tri-
2. ad Corin. nitatis, vnde Apoſtolus. *An neſcitis quia vos eſtis templum*
6. v. 16. *Dei?* dicitur etiam domus Dei. *Ad eum veniemus & mã*
Ioa. 14. v. 23 *ſionem apud eum faciemus.* dicitur etiam ouis, ideo Salua-
Matt. 18. v. tor in Euangelio. *Si fuerint alicui centum oues, & errauerit*
12. *vna ex eis, nonnè relinquit nonaginta nouem in montibus &*
vadit quærere eam quæ errauit? quaſi diceret. Ego verus pa
ſtor pro vna oue ſcilicet anima, quæ perierat, reliqui Patrẽ
in cælis, ſocietatem Angelorum &c. & veni in deſertum, in
tribulationibus, in miſerijs, vt eam inuenirem. Potuit Deus
animam alio modo redimere, ſed vt maximum oſtende-
ret amorem, ſic eam redemit.

L Quid igitur nobilius anima? nobilia ſunt honor, fama,
laus, gloria, magis diuitiæ, pecuniæ, aurum & huiuſmodi,
maximè voluptas, pro qua etiam mors nõ timetur, pulchri
tudo & forma, propter hæc homines tanta patiuntur, quã-
ta auari, quanta luxurioſi, ſed nobilior horum anima. Su-
per hæc amplius æſtimatur vita corporalis, nam *pellem pro* Iob 2. v. 4.
pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua, tamen
nobilior eſt anima. Nam Philoſophi audita immortalita-
te animæ, & quia eſt alia vita, mortem ſibi conſciuerũt, Sã-
cti etiam optione data vel mortis corporalis, ſubeũdæ vel
perdendæ animæ, mortem elegerunt, ſicut Petrus in cruce,
Paulus in capite, Bartholomęus in toto corpore, Stephanus
& alij innumeri tanta tormenta, tam alacriter paſſi ſunt?
& hoc propter animam. Nobilior igitur eſt anima omni-
bus. O' anima. tu es forma, finis & vita corporis; tu es ſub-
ſtantia incorporea, immobilis, indiuiſibilis, tota in toto, &
tota in qualibet parte, tu es tam mirabilis, & potens in po-
tentijs, quæ habes tot ſenſus, tot vires, tot potẽtias, tu es quæ
mediante intellectu inuenis tot artes, ſcientias. Tu habes
nobiliſſimam operationem ſimilem Deo, ſcilicet intellige-
re & ſpeculari, tu es quæ mediante intellectu agente, potes
facere omnia. & in intellectu poſſibili a omnia fieri, tu es in
voluntate tam firma, potens, & libera, vt nullus poſſit te co
gere, tu es in memoria tam velox, vt præterita facias præ-
ſentia, tu es per ſyndereſin ſtimulus peccatorum, & per con
ſcientiam liber apertus, tu per liberum arbitrium de condi
gno potes mereri vitam æternam, tu es à Deo ſolummodo
immediatè creata, non te Angelus nec cælum poteſt crea-
re, tu es lucidior luna ad imaginem Creatoris de nihilo fa-
cta, tu es ad ſummum bonum ordinata, & ad reparandos
Angelos, tu es finis vniuerſi: ceſſante te, omnia ceſſabunt in
die iudicij. Propter te cuncta facta ſunt, tibi ſeruiunt om-
nia, cælum, elementa, &c. tu es pro qua erudiẽda tot leges,
præcepta, ſcripturæ, Eccleſiæ Sacramenta inſtituta ſunt, tu
es propter quam pugna Dęmonum, cuſtodia Angelorum,
cui cælum ſedes eſt, tu es perfectio vniuerſi, requies & ſanſ
factio operum Dei, tu es imago Trinitatis, quę in ſolo Deo
vero, vno & trino quietaris: tu es inſeparabiliter creatori
tuo coniuncta, nam homo Deus, Deus homo factus eſt, tu
es filia Dei Patris, Sponſa Chriſti, templum Sanctiſſimæ
Trinitatis, tu es ouis veri paſtoris, pro qua liberanda de cæ
lo venit Dei filius, tu es pro qua Chriſtus natus, infans, flẽs,
paſſus, mortuus, tu es verbo vnita, quod portas ferreas con-
fregit, Patres liberauit, peccatum deſtruxit, Diabolum ſu-
perauit, cælum aperuit, ſuper omnes cælos & choros Ange
lorum ad dextram Patris te collocauit.

Agnoſce itaque dignitatem tuam, & vide quod es naui- M
cula Chriſti, quam inimici ſubmergere conantur, propter
quam tempeſtates, & fluctus tentationum excitant. En tot
pericula in hoc tam lubrico mari, tot ſcopuli, concupiſcen-
tia oculorum, ſuperbia vitę, pericula hoſtium infenſiſſimo-
rum, tot pericula beſtiarum ac reptilium, vide ne te hoc ge-
nus periculorum deprimat, caue ne te Diabolus cum ſatel-
litibus ſuis, in baratrum deturbet, clama cum diſcipulis,
Domine pereo ſalua me. nam ille in neceſſitate inuocandus
eſt, hoc nobiſcum pactum inijt, hanc legem miſericordiæ Matth. 8. v.
plenam reliquit. *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego* 26.
reficiam vos. Pulſate & aperietur vobis. Inuoca me in die Matth. 11.
tribulationis tuę. & ego exaudiam te. Si perimus, noſtra v. 8.
culpa perimus, quia Deum non inuocamus, excitatur, quip Matt. 7. v. 7.
pè celerrimè ad vocem ouiculæ paſtor, ad clamorem pulli Pſal. 49. v. 15
gallina, ad gemitum paruuli mater; quibus omnibus in
ſcriptura Deus comparatur. Eſt nempè oratio ſicut vena
auri in exhauſta, in qua quoties fidis, toties auris maſſam
inuenis. Quoniam itaque tanta commoda adferre, tanta
pericula propulſare, & tantis tribulationibus & malis nos
liberare, ſacra oratio conſueuit, infudandum eſt orationi
chariſſimi, exorãdus eſt Ieſus, piſſimus præcipuè verò tũc,
cum hæc nauicula, noſtra anima ſcilicet peccatorum flucti
bus, aut tentationum procellis obrui cæperit, inuocanda
eſt tamen gratia eiuſdem fideliſſimi naucleri Chriſti, vt il-
la duce ex his naufragijs mundi, ad portum fælicitatis per
petuæ peruenire valeamus. Non ſtaè cauſa enim noſtri tẽ-
poris Doctores, conſidera ad illa verba Scripturæ. *Facia-
mus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, ad-
uertunt quod in Hæbreo ſic legitur. Faciamus ſimilẽ ima-
ginis vmbræ noſtrę, hoc enim innuitur quod quemadmo
dum vmbra non eſt: niſi etiam ſit corpus quod vmbram
cauſat, nec vmbra mouetur niſi ad motionem corporis, &
ſicut mouetur corpus ita & vmbra, ſi moues caput, vmbra
etiam

Digitized by Google

etiam caput mouet, ſi moues manus, brachia & cætera, vm
bra ſimiliter, ita homo & anima ſinè Deo nihil eſt, eſt
inanimis & mortua, non mouetur niſi quãdo & ſicut Deus
2. Cor. 3. v. 5 ipſam mouet. Et vt inquit Diuus Paulus. *Non ſumus ſuf-
ficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam a nobis. ſed ſuf
ficientia noſtra ex Deo eſt*, non ſumus ſufficientes ſaluare
hanc nauiculam, inter vndas maris huius ſæculi fluctuan-
tem, niſi adſit cæleſtis ille nauclerus, qui eam moueat &
ad portum ſalutis æternæ dirigat. Magna quidem cura
premitur Chriſtus Dominus, ne hæc precioſa nauicula ſub
mergatur: ſed & nos in ea conſeruanda magnam diligen-
tiam adhibere debemus. Ne igitur æternam perdamus
nauem prædictam, diuinam opem ſollicitè imploremus,
vt in præſenti gratiam, & in futuro gloriam obtinere va-
leamus. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Quintæ poſt Epiphaniam.

Math. 13. v. 24. *Simile factum eſt Regnum Cælorum homini qui ſemi-
nauit bonum ſemen in agro ſuo.*
Prou. 15. v. 7 *Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: Cor ſtul-
torum diſſimile erit.*

A MVLTIS varijsque parabolis, Eccleſiæ Ca
tholicæ ſtatus ordines, ſucceſſus, proprie-
tates, à Chriſto Domino depinguntur.
Nunc ſpecie nauis maris tempeſtatibus
agitatæ, vt in Euangelio Dominicæ præ-
cedentis: nunc ſimilitudine hominis, qui
ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo, vt in Euangelio ho-
dierno. Voluit hoc facto cæleſtis ſponſus ſponſæ ſuæ Eccle-
ſiæ innuere, ſed quemadmodum eſt Dominus maris, ita &
terræ imperium tenere: vnde illi ſoli & non alteri illud Em
Alciatus. blema Alciati competere iure merito videtur, qui depinxit
ſtatuam, in vna manu tenentem manipulum ſpicarum, &
florum, in altera piſcem: quia ille eſt, qui imperium maris
& terræ habet in manu ſua, ille eſt qui & piſces in mari, &
frumenta ac flores in terra, produxit. Docere præterea per
Ager Chriſti eſt Eccl. hoc voluit, quòd ager eſt Eccleſia, ipſe verò agricola. No-
ſter autem Salomon dicit, quod ager eſt cor hominis, agri-
Ager Chriſti eſt etiam cor hominis cola ſapiens diſſeminans ſcientiam, cum (inquit) Labia ſa-
pientum diſſeminabunt ſcientiam cor ſtultorum diſſimile
S. Chryſoſt. erit. Et reuera non eadem videtur conditio agricolæ, & diſ
ſeminatoris verbi Dei vt inquit Chryſoſtomus. Non enim
eadem conditione qua agricola verbi diuini ſunt ſemina-
tores. Siquidem ille poſt annuos ſudores, miſeramque &
laborioſam vitam, ſi quando terra operibus in ſe impenſis
non reſpondeat, nemo eius damnum reſarcire poteſt, atq;
ſic pudibundus ac triſtis ab area ad vxorem liberoſque re-
uertens, à quo longi laboris mercedem petat habet nemi-
nem. At in nobis qui cæleſtis doctrinæ ſementem procu-
ramus eiuſmodi nihil accidit, licet enim terra laborioſè ex
culta nullus fructus proferat, nemo tamen noſtrum ſua fru
ſtratur mercede, quia cæleſtis Paterfamilias ſuos operarios
non pro quantitate prouentuum quos faciunt, ſed pro qua
litate laborum quos ſuſcipiũt, digno remuneratur præmio,
itaque diſpar inuenitur ratio agricolæ & verbi Dei ſatoris.
Multa tamen ſunt in quibus verbi diuini Magiſter agrico-
Orig. Hom. 1. in Exodũ. lam imitari poteſt. Et in primis in peritia vt inquit Orige-
nes, videtur enim (inquit) mihi vnusquisque ſermo Scri-
pturæ ſimilis alicui ſeminum, cuius natura hæc eſt, vt cùm
iactum fuerit in terram regeneratum in ſpicam, vel in q̃-
cũque aliam ſui generis ſpeciem, multipliciter diffundatur:
& tanto cumulatius, quanto vel peritius agricola plus ſemi
nibus laboris impenderit, vel beneficium terræ indulſerit.
Chryſoſ. Homil. 1. in Io. Præterea in diligentia, ſecundum D. Chriſoſtomum, at.n.
ille. Terra ſemel accepto ſemine mox profert fructus, neq;
indiget altera ſatione, in anima verò noſtra non ita vſu ve
nit, ſed frequenter & ſumma cum diligentia, in ea ſerendũ
eſt, vt vel ſemel fructus accipiat. Primum enim non facilè
incidunt verba Dei, quoniam multa ſubeſt durities, multis
obſtruitur ſpinis anima, multi adſunt inſidiatores ſemina
diripientes. Deinde cùm & radices agunt & germinant,
iterum indigent diligentia, vt ad maturitatem perueniant,
vt integra perſtent, & à nemine lædantur. In frugibus cum
è vagina ſpica eruperit, & robur ſuum acquiſierit, facilè ru-
biginem, & cætera noxia contemnit, in doctrina verò per-
fectiſſimum etiam opus ſæpius inopinata ingruens tempe-
ſtas depopulatur. Vlterius imitari eum debet in conſtantia,
vt inquit Clemens Romanus, cum enim neceſse ſit agrico Clemẽs Roma. lib. 3.
lam, qui vult in bona terra ſeminare, nonnulla ſemina per
dere, vt in locis petroſis, aut in his quæ ab hominibus con-
culcanda ſunt, ideo conſtans eſſe debet ne videns pleriſque
in locis ſeminis iacturam ſe facturum, ab incepto opere du
ctu impatientiæ deſiſtat. Deniq; in perſeuerantia, vt Chry
ſoſtomus ait. Etenim ſi agricola protinus ab agricultura re Chriſ. in Homil. 1. de Lazaro.
ſiliat, dum ſemel atque iterum accidit inæqualitas aeris,
breui fame omnes periremus, quinimo ruricola vbi ſemel,
atque iterum, ac ſæpius ſemen aruo commiſit, nec votis re-
ſpondet prouentus, rurſus eandem exercet ſegetem: nec ra
ro euenit vt multorum annorum iacturas, vnu tantum re-
ſarciat anno.

Cum ergo illi tantam adhibeant curam, circa res ad præ
ſentis vitæ vſum pertinẽtes, quarum exitus incertus eſt, nos
ſi loquentes non auditi fuerimus illico deſinemus? Et quã
obtinemus veniam? Propter hanc ſimilitudinem, quam
habent præcones verbi Dei cum agricolis, rectè Salomon
ſupra, ab agrorum ſatione proportione ſumpta, Doctores
verbum Dei diſſeminantes, ad ruricolas comparat, & ipſe
Chriſtus hac methaphora vſus, omnes præclari doctoris
conditiones & munera complexus eſt. *Simile inquit eſt re-
gnum cælorum homini qui ſeminauit*, &c. Admonentur au
tem non ſolum verbi Dei ſeminatores, ſed omnes in vni-
uerſum Chriſtiani, vt diſſeminent bona opera, dum prædi-
cta Salo. verba ſic legunt Hebræi. Labia ſapientium, ſpar- B
gent ſcientiam, ſpargere propriè pertinet ad manus, &
agricolæ manibus ſpargunt grana, dum ſeminant. Per q̃d
innuitur, quod ſicut labijs diſſeminare proprium eſt præco
nibus verbi Dei, ita ad chriſtianos pertinet bonum opere
exequi, quod à Prædicatoribus ac alijs ſacri eloquij Magi-
ſtris perceperunt. Tunc enim ita eueniet vt cor non ſit diſ-
ſimile. Quod ſi ſapientes ea quæ ſciti digna ſunt libenter
diſſeminant, tamen ſtultorum corda ex eorum documẽtis
non proficiunt, tunc labia ſapientum diſſeminant ſcientiã,
cor autem ſtultorum diſſimile erit. Si autem ſemen ſapien
tiæ excipiant, & illud idem per bonas & meritorias opera-
tiones ſpargant, tunc ſicut labia ſapientum diſſeminãt ſciẽ-
tiam, ſic corda ſapientum erunt ſimilia, quia cor illorum
mouet manus ad efficienda & ſpargenda bona opera, do-
ctrinæ correſpondentia. Vt autem & hi & illi, centuplum
laboris ſui recipiant, & Prædicatores & Chriſtianos in euã
gelio hodierno Chriſtus inſtruit, quæ obſeruare debent, vt Prædicatores quæ obſeruare dẽt & poſſint dici ſapientes diſſeminatores.
poſſint dici Sapientes diſſeminatores. Deinde qualiter tri-
ticum, in horreum Chriſti congregãdum ſit; hæc enim duo
includit Euangelium hodiernum. Nã in prima parte, pro-
ponit aliquot conditiones quas obſeruare debent, qui ſa-
pienter diſſeminant, & præcipuè ad hoc attendant vt cor,
& ager in quo ſeminetur non ſit diſſimile iuxta monita Sa
lomonis. Quod ita eueniet ſi bonum ſemen eligãt, in agro
bono ſeminent, & vigilent. In ſecunda autem parte docet
prudentiam & partes prudentiæ conſilium, iudicium &
executionem, quas obſeruare debent ſeminatores in colli-
gendo tritico ſi cor ſtulto cum ſit diſſimile, ſi lolium cum

tritico

Digitized by Google

tritico reperiatur. De his etiam nos auxiliante Deo in præſenti inſtitutione loquemur. Faxint ſuperi vt labia mea fructuosè diuinam diſſeminent ſapientiam, & corda veſtra non ſint diſſimilia.

Reperiuntur quidam Politici, qui agriculturam ex Republica extirpare contendunt. Neque enim inquiunt hominibus inferioris conditionis competit ad perfectā enim agrorum culturam ſcientia Aſtronomiæ apprimè neceſſaria, nimirum vt ſciatur quando arandum, quando metendum ſit, quas tamen obſeruationes Aſtronomicas rudis plebecula ignorat. Neque etiam hominibus ſuperioris ordinis, quia honor præponendus eſt laboribus, porrò homines excellentiores ad gubernationem Reipub. ex qua omnis honor prouenit aptiores ſunt: ideo potius regimini attendere, quam ruri vitam laborioſam agere debent. Sed immeritò vtiliſſimam hanc artem à Republica exulare conantur. Multa enim beneficia affert Reipublicæ agricultura, & præcipue illud triplex bonum, quod omnem rationem boni continet, nempè bonum, vtile, honeſtum, & iucundum. Vtilis eſt agricultura, quia alimenta humano generi ſubminiſtrat, vires corporis exercitio firmat, roborat, & excitat; Rempublicam à ſeditionibus, incurſionibus, & rebellione liberat, occupat enim homines honeſtis laboribus, quos otioſitas ad ſeditiones excitare ſolet. Eſt etiam Agricultura ars iucunda, qua iucunditate allecti plurimi viri, fama rerum à ſe geſtarum celeberrimi, cæteris negotijs & occupationibus relictis, ſuam illi nauabant operam. Huiuſmodi erat apud Romanos Curius, apud Perſas Cirus minor, apud Athenienſes Codrus, apud Lacedemonios Liſander & pleriq; alij. Quid etiam honeſtius, quàm cum terra communi hominum parente commercium facere: ideo Hæſiodus ſolam agriculturam fratri ſuo commendat. Tum vtilitatis nomine, tum honeſtatis atque iucūditatis. Neq. illud minus eſſe neceſſariū agriculturæ illud om declarat: quod ferè apud omnes nationes agricolæ, frequenter apud maximas dignitates aſſumpti fuerint. Apud Romanos Quintius Cincinatus Dictator, magno omniū conſenſu dicitur. Colebat is Tranſtiberim quatuor iugerum, prata Quintia deinceps nuncupatū. Huc cum mandatis Patrum, Legati vt eum in Vrbem deducerent venere; illi porrò agreſti operi intento, ſub primum legatorum acceſſum, à Racillia coniuge, toga ex proximo tugurio deprompta, abſterſusq. toto corpore puluis, nauis eo in publicè parata, Tiberiq. tranſuectum, tres filij primo, mox familiares & neceſſarij, inde Patres, cæteriq. Equites & plebeij gratulabundi excepere. Sumptis itaque inſignibus, Quintum Minutium in Algido monte obſeſſum obſidione liberauit. Vnde ab eodem Minutio & eius exercitu corona aurea obſidionali donatus eſt. Vicit hoſtes Marte fælici, Duces eorum in deditionem accepit, & ante currum ſummo ciuitatis vniuerſę applauſu egit in triumpho xvj. die quam acceperat, dictaturam depoſuit, & ad agrū reuerſus, iterum poſt annos xx. Dictator proclamatus eſt. In Hiſpania Bamba, ab aratro ad Principatum Leonis Romani Pontificis beneficio euectus, electus in Hiſpanorum Regē, Mauros Hiſpaniæ littora cum claſſe ducentarum ſeptuaginta nauium ingreſſos, ingenti prælio fudit, claſſemq. igni ſuccendit. In Italia magnus Sfortia paterno in agro, ita operibus agriculturæ præfuit, vt ſua manu faciēdo operi vomeres & ligones fabricaret.

Hæſiodum.

C

Sabellicus lib. 3. Ennead. 63.

Liuius.

Ritius Neapolit. lib. 2. Reg. Hiſp.

Pontian.

Vnde & illud Pontani Dux ab aratro Sfortia in Polonia deuorato a muribus Popielo iuniore Polonorum Principe, cum Proceres in arce Cruſuicia congregati, ſtudia circa Principis noui electionem variarent, tandem Cruſuiciæ oppidanū Piaſtum nomine Coliſconis filium, agello colendo aſſuetum & melliſicio vitam ſuſtentantem, hominem ſimplicem & iuſtum, in egenos beneficum, hoſpitalem in omnes, Regem dixere. Caſimirus etiam Secundus Polonorum Rex, adeò agricultura delectabatur, vt vt cum Poloniam atque Pruſſiam partim bellis ſuperioribus & excurſionibus barbarorum, partim peſtilentia exinanitam, minus cultam, minusq. populoſam eſſe cerneret, Teutonici generis hominibus agros attribuit, ſuitq. in eos Rex Caſimirus propenſior & indulgentior, nec eos grauioribus laboribus vel exactionibus, aut vllis iniurijs præfectorum ſuorum, ſiuè adeò Procerum, atque nobilitatis præmium paſſus eſt. animaduertendo in eos qui aliquid eiuſcemodi auſi eſſent, ita vt vulgo ruſticorum ſiuè plebeiorum rex vocaretur. In Boemia Cracus, ſiuè Crocus Boemorum Princeps moriens, tres filias regni hæredes reliquit, quarum vna nomine Libuſa Saga, paternum Regnum ſuſcepit, aſſumpto ſibi in ſocietatem thori et principatus Præmislao viro ruſtico: quem miſſi ad hoc equites in ferrea menſa hoc eſt in vomere prandentem repererât: huius deinde poſteritas continua & diuturna ſucceſſione per multa ſæcula Boemis imperauit. In Turſia Othomanus primus Turcarum Princeps, agiarijs parentibus ortus, principio generis obſcuriſſimo, breui tempore in Bythinia, quæ ſedes illi fuerat, collecta latronum manu, vexare primum proximum quemq. cœpit mox etiam Caſtellum haud longè à Pruſſia extruxit, atque ſic paulatim progreſſus breui tantum ſuccreuit, vt Græcorum rebus etiam in ſeſtu multo maximam Aſiæ partem ad ſe ſuosque traxerit: Orchaniq. filio xxIIx. imperij ſui anno hærede ſuarum rapinarum pronunciato, ingentes illi opes, & Bythiniæ fermè totius Sceptrum reliquerit denique vt alios prætercam, in Tartaria, Tamberlanes (quem anorum noſtrorum ætas, armis iuſtitiaq. priſcis Principibus æqualem, Regni autem atque exercitus magnitudine Xerxe maiorem, nedum parem vidit) à Scythis ortus eſt patre paſtore. Hic à paſtoribus per ludum Rex factus, mox pecoribus venundatis fit latronum Princeps, quorum fretus auxilio Perſarum deinde Regnum violenter occupauit.

Cromerus lib. 2.

Cromerus lib. 12.

Ignat. lib. 3. cap. 4.

Ignat. & Fulgoſ. lib. 3. c. 4

Fulgoſ. lib. 2 cap. 1.

D

Cum igitur apud omnes nationes, in tanto honore fuerit habita agricultura, vt ad ſummos honores fuerint aſſumpti agricolæ, ſignum eſt illam non ſolum eſſe laudabilem, ſed etiam Reipublicæ apprimè neceſſariam: hinc Athenienſes multum blandiuntur agricolis legibus, apud Indos etiam priuilegijs muniti ſunt, nam Indi bella gerētes, hoſtium agricolas, immunes dimittebant ſtultum inquientes eos lædere, qui vt frugifera humus eſſet, labore ſuo procurant. Si quidem & in bello parti vtrique fruges neceſſariæ eſſent, & inclinante ad alterutrum victoria, qui ſupereſſent fructus, cum cæteris rebus, in eius poteſtate futuri eſſent, qui victoria potiretur. Concludo igitur agricolas neceſſarios eſſe Reipublicæ. Nec obſtat quòd Aſtronomiam ignorent, quia alia eſt agricultura ex profeſſione, & propter iucunditatem, alia ex experientijs. Prima ſpectat ad viros doctos & excellentes, qualis fuit Cato & alij ſupra citati; hæc altera competit etiam hominibus inferioris conditionis, qui ex multis experientijs, habent artem ſeminandi & fructus ex agris colligendi. Hanc etiam in hodierno Euangelio Chriſtus docere videtur. Dum ait:

SIMILE EST REGNVM CAELORVM HOMINI QVI SEMINAVIT BONVM SEMEN. Vbi nos inſtituit vt ſi volumus congregare triticum in borreum, duo attentè obſeruemus, (de quibus Salomon ſupra) Vnum eſt vt eligamus & diſſeminemus bonum ac incorruptum ſemen. Alterum, vt cor, ſeu ager in quo ſeminamus non ſit diſſimilis. Primum innuitur cum inquit Chriſtus. *Simile eſt Regnum Cęlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen.* Aliud cum ſubijcitur. *In agro ſuo.* Et quia vtrumque magnam inquirit diligentiā, mox adijcitur. *Et cum dormirent, &c.* Itaque exemplo nobis in hoc documento, primo ſummus ille agricola præpotēs Deus, qui natura ſua eſt bonus, imo ipſum bonum; Nec aliquid aliud præter ipſum bonum ab hoc ſeminatore bono proficiſcitur. Seminauit ſemen bonum in agro æternitatis, ideſt prædeſtinauit ab æterno electos, qui tanquam manipuli tritici, in tempore congregantur in horreum Dei, Et propterea fortaſſis conſuetudo Hebræis erat, cum aliquem mortuum ſepelirent, feretrum manipulis florum aſpergere, vt innuerent ſepeliendum eſſe vnum florem, qui ad manipulum prædeſtinatorum pertineret. Idem Cæleſtis Agricola, cum ſeminaret diuinitatis veſtigia in agro naturæ humanæ per incarnationem, elegit bonum ſemē, elegit bonum granum Chriſtum Dominum, filium ſuum qui de ſeipſo ait. *Niſi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit ipſum ſolum manet.* Et certè tunc terra humanitatis non diſſimilis fuit, imò pura ab omni labe.

Io. 12. v. 24.

Dicit

Digitized by Google

Dicit igitur Apoſtolus, Chriſtum eſſe palmitem, ſeu ramuſculum inſertum ſuppoſito diuino. *Suſcipite inquit* Iacobi 1. v. 21. *inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras*. Ita, quòd ſicut duo ramuſculi etiam diuerſarum naturarum & ſpecierum, multoties in eodem trunco inſeruntur, ita duæ naturæ diuerſæ, humana ſcilicet & diuina, in vno eodemque verbi diuini ſuppoſito, quaſi in vno trunco inſertæ ſunt. Chriſtus igitur ſeu natura ipſius, ſicut palmes & ramuſculus inſertus dicitur; ita quoque eſt granum, & bonum ſemen, quod ſeminauit Deus per miſterium Incarnationis: Et non tantum eſt bonum ſemen, ſed etiam & optimus ſeminator, ille enim tanquam vnigenitus illius altiſſimi agricolæ filius, de quo ipſe ait, *Pater meus agricola eſt*, cum de cælo in terram deſcendiſſet, in agro Eccleſiæ diuerſos Sanctos diſſeminauit, tanquam diuerſos flores, diuerſi & coloris & odoris. Virgines coloris niuei, Martires rubei, ſemina fertiliſſima, quæ multos fructus, alios nimirum Sanctos verbo & exemplo produxerunt: item elegit & ſeminauit bonum ſemen in agro memoriæ, ſanctas cogitationes, in agro intellectus illuſtrationes cæleſtes, & recta conſilia, in agro voluntatis ſancta deſideria & bona opera. Ille idem Chriſtus dominus elegit etiam bonum ſemen de cælo allatum, quod ſeminauit in agro cordis omnium fidelium, nempè doctrinam Euangelicam. Hunc igitur imitari debent omnes ſpirituales agricolæ, vt eligant bonum ſemen, bonum granum, bonam doctrinam, bonam ſcientiam, ſolidam, Catholicam, vt de ijs dici poſſit. *Labia ſapientum diſſeminant ſcientiam, cor autem ſtultorum diſſimile erit*. Quia hæretici falſa dogmata fidelibus proponunt, diſparia & diſſimilia dicunt, veri autem in Eccleſia Dei præceptores, eligunt ſemina ſtabilia, firma, & ſolida, quæ mentes hominū obfirmant, & cōſtanter tenent, concordia, quia omnes eodem modo loquuntur, idem volunt, idem ſentiunt; non ſic Hæretici, inter quos tot ſunt

Ambroſius lib. 1. De Fide ad Gratianum.

ſententiæ quot ſunt capita, vt inquit D. Ambroſius. Velut quædam hidra fabuloſa, vulneribus ſuis creuit, & dum ſæpe reciditur, pullulauit igni dedita incendioque peritura: aut velut quædam monſtroſi ſcillæ portenti, in varias perfidiæ formas diſtincta, velut ſupernæ vacuum chriſtianæ ſectæ nomen obtendit (alludit ad Cenotaphia) & quos in illo impietatis. Freto repererit fluctuantes, teiri dogma

Vliſſes.

ris ſæuo dente dilacerat; cuius ſpeluncam, ſicut Vliſſes (vt ferunt nautæ) cæcis latebris inhorrētem, omnemque eius viciniam ceruleis canibus inter perfidiæ ſaxa reſonantē, clauſa quodammodo aure prætetira debemus. Hæc autem doctrinarum multiplex diſſimilitudo linguas etiam diſtrahit, ita vt vix duo eodem modo loquuntur, vt ſcribit

Hieron. in caput 2. Micheæ.

Hieronymus. Quēadmodū (inqt) in fabricatione turris Babel lingua, quę male vnita fuerat, ſeparata eſt, & peſſimū fædus, vtili diuiſione conciſū: ſic & capita hęreticorū

Hunc quoque imitari debent omnes in vniuerſum Chriſtiani, qui diſſeminant ſemen bonorum operum, ieiuniorum, eleemoſinarum, mortificationum, vt eligant ſemen bonum, opera viua non mortificata; vt de illis dici poſſit, manus ſapientium diſſeminant merita, quæ in ſalutem animæ fructificant. Opera enim mortificata, ſeu opera laborioſa, in peccato mortali, non ſunt bonum ſemen, quod fructificet, in vitam æternam. Videtur eſſe, quid ſpecioſum vt quis ieiunet, & opera laborioſa exerceat, dum eſt in peccato mortali. Sed non eſt hoc bonum ſemē, non affert niſi ſtipulam vel paleam; de quo olim lamentabatur Oſeas Prophæta, loquens ad populum Iſraeliticum,

Oſeæ 8. v. 7. *Culmus ſtans non eſt in eo germen, non faciet farinam*. Granum ad duo vtile eſt, ad ſeminandum, & ad faciendam farinam, ſi autem aliquis ager eſſet plenus cumulis manipulorum, quantum putas lætaretur agricola. Si etiam videret ſpicas altas & eleuatas, certè multum exultaret; quia culmus ſtans magnam ei ſpem faceret, de multitudine granorum: ſed ſi in ſpica & manipulis eſſet granum putridum, inutile ad ſeminandum, & ad faciendam farinam, vana eſſet lætitia eius, quia nihil amplius ei semaneret niſi ſtramen. Hoc multoties accidit hominibus, de quorum operibus, ieiunijs, orationibus, eleemoſinis dici poteſt, culmus ſtans, non eſt in eo germen, non faciet farinam.

Quam multi ſunt qui multa bona faciunt, quæ ſunt quaſi grana, ſed plerumque putrida. Videmus aliquos deuotos, ieiunantes, eleemoſinas facientes, miſſas audientes, & his ſimilia, ſed ſi id faciunt in peccato mortali, grana ſunt putrida, nullum fructum alium afferunt, hi culmi frugum, hæ ſpicæ, hęc grana, nihil ſunt, niſi ſtramen bonorum temporalium; quia bona opera in peccato mortali facta, retribuit Deus bonis temporalibus, cum talibus confert ſanitatem, diuitias, & cætera bona temporalia, vel cum eos adiuuat auxilijs, inſpirationibus, vt eos eruat ex ſtatu peccati; alium fructum hæc grana non afferunt, non merentur gratiā & gloriam vitæ æternæ, qui eſt propriè fructus boni grani, quia ſpeciem tantum virtutis & corticem externam habent, intus autem à vermibus malę conſcientiæ ſunt exeſa, ac proindè ad producendum germen gratiæ Salutaris, ad farinam gloriæ faciendam penitus inepta ſunt & infructuoſa. Abſoluta iam prima boni agricolæ conditione deſcendamus ad ſecundam, quę habetur ex ſequentibus Euangelij verbis ſcilicet dū dicitur.

IN AGRO SVO. Hæc eſt ſecunda conditio boni agricolæ ſeminare in agro, non in puluere, nec in cinere, non debet eſſe ager diſſimilis ſeminanti & bono ſemini, vt ſupra docuit Salomō. Omnis homo natura ſua eſt puluis & cinis. *Loquar ad Dominum meum cum ſim cinis & puluis*, ait S. Patriarcha, ſpeciali tamen ratione cinis dicuntur, peccatores. Cinis enim eſt ex lignis combuſtis, vel ligna cōbuſta, quæ prius lumine & igne lucebāt & ardebant, nunc extincto igne charitatis erga proximum, & amoris erga Deū, calore & lumine carent: Sed dum conuertuntur ad Deum ſunt cibus Chriſti, qui eos etiam tanquam panem manducant, iuxta illud Ioannis. *Cibus meus eſt vt faciam voluntatem Patris mei*, ſed tunc cinis & puluis conuertuntur in agrum fertilem; ac proinde in tali cinere, non ſinè fructu ſeminari poteſt granum doctrinæ ſalutaris, eſt enim ager Chriſti, qui excipit ſemen verbi diuini, non petroſus, ſicut erat ille de quo dicebat Sapiens. *Cor aūt Stultorū diſſimile erit*; Cum ſapiētes, ea quæ ſcitu digna ſunt libenter ſpargunt & diſſeminant, tn̄ ſtoltorum corda non ſic expedita & mollita ſunt ad hoc ſemen excipiendum. vt ex eorū documentis proficiant; ideo hic ager nō eſt Chriſti, quia ager petroſus, corda dura & lapidea.

Gen. 8. v. 3

Ioan. 4. v. 34

CVM AVTEM DORMIRENT HOMINES. Tertia conditio boni agricolæ vt ſit vigilās, nam & ad eligendū ſemen bonum ac incorruptum, & ad eligendū agrum ſeu cor non diſſimile, vigilantia magna opus eſt. Non eſt exiſtimandū odiū Sathanæ eſſe ſimile odio, cuiuſcunque hominis. In bello ſunt interualla in quibus quieſcunt exercitus, ſi enim pugnāt de die, de nocte dormiunt, ſi pugnāt in æſtate vel autumno, in hieme quieſcunt, hic aūt nō ſic, ſed maximè nocet, Satan cum dormiunt homines, cū negligenter ſaluti ſuæ incūbunt, cū Epiſcopi paſtores, ſucceſſores Apoſtolorū, ſecuri ſunt & nihil periculi ſubeſſe ſuſpicantur, atque aſtutias Diaboli non aduertentes, minus cogitant q̄ deberent. De quo olim lamentabatur Prophęta Nahum, *Ignea habęnę currus in die præparationis eius, & agitatores conſopiti ſunt: in itineribus conturbati ſunt, quadrigæ colliſæ ſunt in plateis*. Si aliq̄s dirigeret currū igneū, vel currū quē traherent equi ſpumātes ignem, mirū ſanè videretur, quomodo dormire poſſet dirigendo currum, quomodo in ſingula momenta graue ſibi periculum ab igne imminere proſpiciens non vigilaret? aut enim curru igneo, aut candenti fræno aduſtus, ſummam etiam vinceret ſomnolentiam. Si etiam equi trahentes currū ignē ſpumāt, furioſeque per plateas & itinera periculoſa maximo currūs impetu, impoſſibile eſt quin auriga nō vigilet, alioquin ſe & equos ſuos vltimū maneret exitiū: Qn̄ magis illi qui gubernant currum Eccleſiæ, vel Reipublicæ vigilare debent, prouidētes ſemper ne hic currus collidatur in plateis, ne populus præceps in malum, appetitus noxios, deſideria carnis & vitia ſequatur, ne igneæ cōcupiſcantiæ habęnæ currum illorum in præcipitium adducant. Summè ergo talibus cauenda ſomnolentia eſt, maximè verò quia habent inimicum robore & fraudulētia famoſum, quem in hodierno Euangelio expreſſit Saluator, dū inquit. *Venit inimicus* puta Diabolus, qui concupiſcētiarū ignes accendere, & deſideriorū carnaliū ardoribus corda hominum

Nahum 2. v. 3.

Digitized by Google

nũ inflãmare paratus eſt, vt cor diſſimile efficiat. Qui inferius inimicus homo appellatur, hic abſolutè dicitur inimicus: nã quemadmodũ cum dicitur (ait Philoſophus,) per Philoſophũ intelligitur Ariſtoteles (ait Propheta) intelligitur Dauid (ait Poeta) intelligit᷑ Virgilius (ait Apoſtolus) intelligitur D. Paulus, ita cũ dicitur inimicus, intelligitur Diabolus pp exuperantiã aut exceſsũ inimicitiæ. Vocatur

G

quidẽ aliàs Baſiliſcus, Draco, Leo, Sathan, tẽtator, ſed nihil illi ita quadrat ſicut hoc nomẽ inimicus, propter perpetuũ odiũ erga Deum & hominẽ. Idem igitur inimicus *Superſeminauit zizania*. Quo facto magnum profectò magnæ ſuæ inimicitiæ dedit teſtimonium. Vix enim maius vnquam damnum poteſt inferre homini, quã cũ ſuperſeminat ZIZANIA inter triticum, homines malos inter bonos. Nam ſicut zizania nõ ſolum es ſe mala eſt, ſed etiam bonum triticum inficit, ita mali homines, non ſolum ſibi mali ſunt, ſed etiam bonos ſuo malo exemplo peruertunt. Huiuſmodi zizaniorum ſemen quod hic inimicus ſuperſeminat ſunt Hæretici, Schiſmatici, alijq. homines ſcelerati filij gehennæ & perditionis. Sicut enim Lolium eſt peſtis frugum, (vtpotè ſuo complexu triticum enecans,) ita planè doctrina corrupta & hæretica, morbus & peſtis eſt doctrinæ Catholicæ, vnde ſicut Lolium generat ſomnum grauiſſimum, cauſat vertiginem capitis, & vomitum, oculorum caliginem inducit, totũ denique corpus fœdis replet vlceribus, ad hunc etiam modum doctrina hæretica generat ſomnum mortis, excæcat aciem mentis, animi inſtabilitatem adducit, & reddit hominẽ ſicut canem reuerſum ad vomitum, fædiſque libidinibus totum corpus eneruat: *Superſeminauit zizania*, nõ euulſit triticum, non ſuſtulit pium verbum, veramq. pietatẽ, ſed tantum interſeminauit *zizania*; non quidem, vt parceret, ſed magis vt incommodaret & corrumperet triticum. Superſeminauit non creando, neque cogendo, ſed fallaciter ſuadendo. *Deus enim ab initio conſtituit homi-*

Eccl.15.v.14. *nem rectum, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Deus*
& Sap. 2. v. *creauit hominem inexterminabilẽ & ad imaginem ſimili-*
23. *tudinis ſuæ, inuidia autem Diaboli mors introiuit in orbem*
Sap. 2.v.24. *terrarum*. Imitantur autem illũ, qui ſunt ex parte illius, ac proinde imitatione non creatione filij nequam ſunt, adulterina Diaboli ſemina. *Vos inquit Chriſtus ex patre*
Io.8.v.44. *Diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri vultis facere*, optimè autem dicitur, Superſeminauit, quia prius fuerunt boni, poſtea mali, prius Catholici, poſtea Hæretici. *Ex*
Ioa. 1.c.2.v. *nobis exierant* (inquit Io. 1.cap.2.) *ſed non erant ex nobis,*
19. *nam ſi fuiſſent ex nobis manſiſſent vtique nobiſcum*. Dicitur igitur ſuperſeminauit non abſolutè ſeminauit, quia prius eſt bonum quàm malum, prius virtus quàm vitium, prius Prophetæ veri quam falſi, prius Eccleſia Catholica quã Hæreticorũ lues, quia malũ eſt priuatio boni, ideo poſterius ipſo bono, accidens non ſubſtantia; ſicut .n. error eſt poſterior veritate & priuatio veritatis, ita malũ eſt priuatio boni & poſterius bono. Superſeminauit ergo zizania

IN MEDIO TRITICI. Non in agro vacuo, aut herbis inutilibus & ſpinis horrido. Olim cæleſtis Paterfamilias in optimo paradiſi agro ſeminauerat duo lectiſſima grana tritici, primos parentes noſtros, Adam & Euam, quorum cor non erat diſſimile ſeminanti: Vidit hæc inimicus, & inuidit, mentituſq. alienam ſpeciem priuſquam triticum matureſceret ſtatuit ſuperſeminare

Gen.3.v.1. zizania, & cor illorum diſſimile Deo efficere. *Cur inquit præcepit vobis Deus ne de ligno Paradiſi comederetis?* Ecce zizania, ecce noua doctrina. Deus dixerat ne comedas, Diabolus autem dixit cur non comedis? atque ſic ſuperſeminauit diſſimilitudinem cordis & inobedientiam in medio tritici, in primis ſcilicet parentibus noſtris, per quos tanquam per quoddam medium teterrima peccati originalis macula, in vniuerſum genus humanum delapſa excepto dumtaxat Chriſto & Beatiſſima Matre Maria. Intelligite hunc animæ iuſtæ, & ſi hoc in viridi factum eſt, in arido quid? Quid futurum ſit cogitate. Si in Paradiſo, in primis illis hominibus, qui erant purum triticum, potuit tentator ſuperſeminare zizania, quid fiet de nobis, qui in agro mundi huius, tot malorum occaſionibus, quaſi ſpinis quibuſdam & tribulis conſitio

H

commoramur? Quis noſtrum erit ſecurus? quis temerè de ſua præſumet iuſtitia, & dicet ſe immunem ab incurſu & dæmonio meridiano? certè nemo. Aduerſarius enim noſter in medio tritici, in medio electorum Dei, non autem in medio ſceleratorum, aut gentilium, zizania ſuperſeminare conſueuit: in medio tritici, non propè triticum, neque in angulo, neque in agro à ſeminibus vacuo. Ante lapſum Luciferi totus ager omniſque natura erat referta optimo ſemine, nuſquam aliud niſi purum triticum herbeſcebat; ſed poſtquam Lucifer degenerauit, factuſq. ſua malitia ex tritico lolium, deliberauit, triticum ſi non penitus eradicare, ſaltem ne amplius ſuccreſceret impedire. Lætitia enim eſt miſeris ſocios habuiſſe malorum. Exinde igitur mali ſemper erũt permixti bonis, vſque ad conſummationem ſæculi. In area namq. & triticum eſt & paleæ, & in agro frumentum & lolium, & in vna eademq. ſagena piſces boni & mali, in vinea vuæ & labruſcæ, in vno grege oues & hœdi, in vna domo vaſa aurea, fictilia, & lignea. Porrò ſi quis cauſas noſſe velit, quæ Diabolum ad ſuperſeminandum zizania incitarint, duas ego potiſſimum reperio: Nimirum beneficia Dei quibus Deus abũdè hominem cumulauerat, & ſomnolentia hominis. Cum enim Diabolus videret, ſe humiliatum & omni bono priuatum, hominem autem exaltatum & plurimis dotatum bonis, furere cœpit inuidia, & odio erga Deũ & hominem, vt enim canit Poeta. *Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.*

Porrò ſicut muſca communiter volat & ſe firmat in magis delicato & pretioſo cibo, in parte faciei excellentiori, ita muſca inuidiæ Diaboli inficere vult id quod eſt excellentius & magis pretioſum, ſeminat peccatum in medio eorum, qui ſunt magis Sancti, hæreſim inter eos qui ſunt feruentiores Chriſtiani, diſcordiã inter eos qui ſunt magis pacifici, malitiam inter eos qui ſunt magis innocentes, mendacium inter eos qui magis diligunt veritatem, ſemper ſeminat zizania in medio tritici, potius ideo vt extinguat triticum, quam vt multiplicet zizania. Neq. verò hic finit fraudulentiæ ipſius, ſed attendite & videte quã variè ſe torqueat iſte coluber infernalis poſtquã nefandũ ſemen iecit in mediũ tritici, ait textus Euãgelicus. Simile.

ET ABIIT. Hoc eſt reliquit facere zizania quod placitũ fuerit; quos enim Diabolus decipit, in principio non torquet dolore, ſed mulcet mentito fauore: non angoribus cruciat, ſed fucata dulcedine ſatiat, fouet, & laxis habenis præcipites ferri permittit; poſt lapſum verò angit ſtimulis vehementioribus, vrget verberibus, cruciat, vexat adeo vt nulla ſit lapſo requies, nullaq. animi recrudeſcẽtis conſolatio. Abijt ergò, hoc eſt, ceſſat ad tẽpus ab infeſtatione, & tentatione vt interim occultet laqueos, & melius capiat quos vult, dũ minus timetur (inquit Pſalmiſta) *in* Pſ.9.
abſcondito quaſi Leo in ſpelunca ſua, vt eius malitia minus diſcernatur, propterea transfigurat ſe interdũ in Angelũ lucis, perfidus, verſipellis, fingitq. ſe non zizania, ſed optimũ ſemen ſeminaturum: Diaboli enim tanquam quidã latrunculi iter noſtrum obſident. Porrò mos eſt latrunculis in denſiſſimis ſyluis ſe occultare, poſtquam autẽ aliquem deprædari, vel aliquod huiuſmodi damnum alicui inferre cogitant, varios fraudis ſuæ modos adinueniunt, Nunc ſe occultant, nunc ex improuiſo exiliunt, nunc ſilẽt, nũc ad terrorem tranſeũtiũ inclamant, nũc antra deſerti incolunt, nunc publica itinera obſident: pari ratione doloſi animarũ noſtrarum prædones, ſimilia adhibẽt ſtratagemata, cũ .n. aliquẽ bonis ſpiritualib. ſpoliare intẽdũt, nunc ſe occultant in occaſione mali, nũc irruũt in peccati ſuggeſtione, nunc latitãt in peruerſa delectatione, vt ita faciliùs optatam prædam illaqueare poſſint & valeant.

Dæmones ſimiles latronibus.

I

CVM AVTEM CREVISSET HERBA ET FRVCTVM FECISSET, TVNC APPARVERVNT ET ZIZANIA. Ideſt cũ cæpiſſet doctrina Euangelica fructus ſuos orbi vniuerſo oſtendere, & magnã bonorũ immortaliũ omnibus Chriſti ſectatoribus futurã meſſẽ promittere: tũc exorta ſunt & zizania, à quib. triticũ ſuffocãdum necaretur. Itaq. inter fideles & bonos exorti ſũt peruerſi, & praui homines, q dũ ſeminarẽtur nõ apparebant, at poſteaq̃ fauorẽ multitudinis ſũt cõſecuti, tũc apparuerũt ſemina adulterina. Cauſa autem apparitionis zizaniorũ fuit, laudabilis ſeruorũ patrisfamilias curioſitas, quidũ

cuius

Digitized by Google

curioſius ſata Domini ſui circumſpiciunt, repererunt in medio tritici oriri Zizania, neque verò difficilis fuit illis ratio dignoſcendorum à tritico zizaniorum. Habebant enim a Patrefamilia datum ſibi circa hoc documentum, cum dixit. *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*, hoc eſt & triticum, & zizania, quia panis triticeus nutrit, & confirmat cor hominis, panis vero zizanicus eneruat, & cor tremebũdum efficit. Difficile eſt ergo diſcernere, inter ſemen bonũ & malum, niſi ex fructu, maximè quia ſemen zizaniorum eſt ſimile grano tritici, ſed poſtea quã do ſeminatum creſcit ad ingredinem deuenit, ſic mali difficilè diſcernuntur à bonis, niſi in hora mortis, quæ ſeparat bonos à malis: difficilè etiam dignoſcitur bona vel mala voluntas & intentio, niſi malus ſequatur effectus.

ACCIDENTES AVTEM SERVI PATRISFAMILIAS, DIXERVNT EI. Nempè Angeli, Paſtores & prælati Eccleſiarum, qui dubitant num eradicanda ſint zizania. Præſertim miniſtri iuſtitiæ, acceſſerunt per fidem, ne tanquam proditores infidelitatis argui poſſent à Patrefamilias. In his ergo verbis, & ſequentibus innuitur qualiter ſe bonus ſeminator, bonus Eccleſiæ paſtor, & Rex, in Republica habere debeat. Affert Chriſtus doctrinam & inſtruit qualiter colligendum ſit triticum, & extirpanda zizania, de quo ſecundo loco, dicere inſtituimus. Et in primis dicit accedentes, non dormientes, In quo notatur, zelum, & vigilantiam, omni Magiſtratui maximè neceſſariam; ſcilicet quia ſicut damnum, in agro euenit ex eorum negligentia, ita remedium ex diligentia, eorundem, & zelo. *Vis inquit imus?* ſic in omni actione, primum neceſſaria vigilantia, quod ſi aliquid accidiſſe videatur nocitum, tũc primum inquiſitio eſt facienda, deinde zelus, prudentia, & diſcretione temperandus, tandem neceſſaria eſt quædam generoſa longanimitas, quod ſi non eſt ſpes emendationis, ſententia proferatur, & exequatur, ſi hæc omnia prælati, & cæteri homines obſeruabunt, prudenter ſe habebũt in purgando tritico, & digni erunt vt verè prudentes dicãtur. Hæc omnia in euangelij, verbis ſequentibus exprimũtur, & qualis quàm prudens debeat eſſe prælatus deſcribitur. Atque in primis non debet eſſe præceps in euellenda zizania, ſed inquirat, & conſilium petat quod eſt primum prudentiæ officium, dicendo. DOMINE. Dominum abſolutè nominant, quia natura dominus, & vnus dominus, in cuius ditione omnia ſunt poſita, & omnib: dominatur. Dominus eſt vniuerſorum creatione, ratione enim creationis creaturæ omnes referuntur, ad ipſum, vt ſerui ad dominum, nos autem etiam ratione noſtræ redemptionis illum dicimus dominum, cũ enim captiui eſſemus libertate nos donauit rectè ergo dicunt.

DOMINE. NONNE BONVM SEMEN SEMINASTI IN AGRO TVO? Quaſi dicant. Tu rectũ hominem creaſti, vnde eſt, quod plures ſint homines praui, & diſtorti, quam probi & recti. Cum enim boni deſiderium atque cognitio ſit homini naturaliter inſita, quid cauſæ eſt quod homines plus diligant mendacium quàm veritatem, impietatem quàm pietatem. Tu tot ſacramenta inſtituiſti, quibus auxiliares homini, tu multiplicas inſpirationes, illuminas intellectum, purificas mentem, affectum inflammas, ſanctorum exemplis bonis, viam virtutis edoces, iterque ad cæleſtia demonſtras, quæ omnia ſunt bona ac plane diuina ſemina, quæ tu in corde hominum ſeminas.

VNDE ERGO HABET ZIZANIA? Tu bonus es per naturam, ſemen tuum bonum eſt, & quæ à te proficiſcuntur ſunt bona omnia & cor ſeu ager non diſſimilis; vnde ergo habet zizania? Quis iam temerarius & impius extitit, vt auderet venenata ſemina inter ſemen purum inſerere? Iuſtè ſanè, & nos mirari poſſumus, & cum ſeruis huius patrisfamilias dicere, vnde habet zizania? Si enim benignitatem Dei conſideremus, quid vltra potuit facere vineæ ſuæ & non fecit? Si verò peccati malitia, tanta eſt, vt nec cælum, illud tollerare potuerit, vt patet in caſu Angelorum, nec terra vt manifeſtum eſt in Schiſmaticis Dathan & Abiron, nec mare, vt patet in Iona. Eſt tantus fur & latro peccatum, vt non ſolum famam, honorem, bona corporalia, ſalutem corporis, ſed & animam, & omnia

Peccati malitia quanta.

bona ipſius diripiat. Eſt turbo qui hominem tanquam paleam huc atque illuc proijcit, eſt furioſus Tyranus, qui liberum hominem captiuat miſerrima ſeruitute, & ſubijcit infinitis tormentis, ex anima formoſa facit turpem æthiopiſſam, ex ſana infirmam, ex robuſta debilem, ex animoſa timidam. Non eſt flos quem non exſicet, nec odor quem non inficiat, nec pulchritudo, quam nõ deturpet, & vt breuiter dicam, eſt ſumma omnium malorum, & miſeriarũ. Si etiam hominis naturam videamus, comperimus nihil ei nocere poſſe niſi ipſe conſentiat; in agro animæ ipſius, non poteſt ſeminare zizania, niſi ipſe permittat. Vnde ergo habet zizania?

ET AIT ILLIS: INIMICVS HOMO HOC FECIT. Mala ergo culpæ à Diabolo originem habẽt: mors ſiquidem à peccato profecta eſt, peccatum autem ex inuidia Diaboli. Ergo Diabolus eſt caput malorum culpæ, ſeminator Hæreticorum, Schiſmaticorum & impiorum hominum. Dicitur autem inimicus homo, quia hominem vicit, & ſibi ſubiugauit, ſicut Scipio Africanus, quia Africam ſibi ſubdidit, & Scipio Africanus qui Africam Romanis ſubiecit. Sicut etiam Iuſtinianus Imperator ſic dictus eſt, ab inſtitutis vt inquit Gloſſa, & Diuus Paulus, propter conuerſionem Sergij Pauli, cognominatus eſt Paulus, vt inquit Diuus Hieronymus: quia denominatio eſt à principaliori, præcipua autem Dæmonis malitia eſt, quod ſit inimicus hominis: ideo dicitur inimicus homo, vel quia vicit hominem in paradiſo. Sed quoniam multoties ipſemet homo, præter inſtinctum Diaboli eſt cauſa peccati, vtitur enim libero arbitrio & libertate ſibi à Deo conceſſa in malum; ideo non ſolum Diabolus inimicus Dei & hominis, poteſt dici inimicus homo, ſed etiam ipſemet homo, qui incitatus paſſionibus carnis, & inimicus ſibi, & animæ ſuæ, & multoties ſuperſeminat zizania bonis operibus, vitia & errores inſerendo potiſſimè tamen Diabolus eſt inimicus homo cum ob rationem dictam, quia vicit hominem, tam quia eſt ita capitalis hoſtis hominum, vt nunquam illis reconciliari poſſit. Inimicitiæ inter homines etiamſi ſint grauiſſimæ, ſucceſſu temporis, & vario rerum euentu deponuntur. Exemplo ſit Stephanus Rex Poloniæ, & Bekeſius. (Nam vt refert. Reginolt.) GASPAR Bekeſius natus in Tranſyluania, ac in familia, Petrouicij nobilis Baronis educatus, adulta ætate Ioãni Sigiſmundo Tranſyluaniæ Principi adeo gratus extitit, vt cum ſine hærede decederet, illum ſucceſſorem deſignare non dubitaret. Cũ autem Stephanus Poloniæ Rex, popularium ſtudijs prælatus ei fuiſſet æmulatione inter eos exorta, dum ſtatum Tranſyluaniæ turbat, Fogaraſſio atque alijs caſtellis à Rege exutus ad Maximilianum Imperatorem in Germaniam ſe confert: vbi copiis aliquot coactis, vi ac armis inuadere principatum conatur. Verum profligatus à Rege, rurſus in Germaniam ſe recepit, tandem cum ad Regnum Poloniæ æmulum aſcitum, eumque extra omnem inuidiam altiorem in locum virtute conſcendiſſe intellexiſſet, conſcius ſibi magnitudinis animi eius, eum vnum eligit, cui & maximè ſe crederet, & à quo commoda ornamentaque omnia expetenda ſibi ſtatueret, ſuamque illi fidem atq; omnem operam vltro defert. Rex non modo omnem erga illum offenſionem ex animo deponit, ſed benignè ſuſceptum opibus etiam ac dignitate amplificat. Moriens coniugem & duos impuberes filios Regi ac famoſcio commendauit. Ea igitur eſt hominum conditio vt grauiſſimas etiam offenſas ex animo deponãt, ſed natura Diaboli eſt ita obſtinata, vt nunquam homini reconciliari poſſit.

SERVI AVTEM DIXERVNT EI. VIS IMVS, ET COLLIGIMVS EA. non debent quidem eſſe præcipites prælati Eccleſiæ in euellenda zizania, debent tamen eſſe zeloſi, & zelo Religionis moueri, vt malas ſoboles exterminent, atque adulterina ſemina extirpent, ne enecent triticum. *Auferte malum à vobiſmetipſis* (ait Apoſtolus) veruntamen inconſulto Domino attentare debent nihil. Vis imus? promptitudinem oſtendunt, ſimulque potentiam exequendi in mandatis domini. Non dicunt. *Vis* ibimus, ſed vis imus. Quæ interrogatio, ſi de prælatis Eccleſiæ intelligatur, diligẽtiã eorũ inſinuat, quia nõ

N debent

Digitized by Google

debēt differre in futurum, ſed inſtāter quod expedit operari. Si aūt de Angelis, tunc innuit, quæ in nobis ſunt lōga tēpora, in Angelis eſſe breuia interualla, ſic debent dicere boni ciues Reipublicæ, cum mala in Republica cernunt:
Laertius lib. 3. Solonis dictæ. *Vis imus?* Solon interrogatus quod nam eſſet remedium efficacius ad extirpanda vitia ex Repub. Reſpondit. Si omnes æque ſentiant iniurias, ita hi quibus iniuria infertur, ſicut illi qui non patiuntur iniuriam, forte vt innueret diligentiam in tollendis iniuriis, & vitiis. Idem dicere uidetur
Laertius libr. 3. Simon Philoſophus. Simon Philoſophus quem naturæ inimicum humanæ dicebant, quia ita abominabatur homines & bono & malos, ut nihil magis, qui cùm interrogaretur, quare ſaltem bonos abominetur? reſpondit, mali abominationi ſunt mihi quia mali ſunt, boni autem quia non abominantur malitiam malorū, per quod perſuadere uoluit, ut ij qui alios gubernant, diligenter agant nec dicant. *Vis imus?* Sed uis imus, ſed moderatur Chriſtus Zelum, & prudentem longanimitatem dum opus eſt docet, cum ait.

NONNE FORTE COLLIGENTES ET ZIZANIA ERADICETIS SIMVL CVM EIS, ET TRITICVM. ECCE quam rectum Patrisfamilias iudinium quod eſt ſecundum prudentiæ officium. Nolo (inquit.) ut
Mali quare à Deo tolerantur in hoc mūdo. modo colligatis. Plures cauſæ aſſignari poſsūt quare Deus tollerat malos in hoc mundo, patienter agit, atq. expectat meliorem uitæ frugem. Tollerat illos uel propter bonos, uel etiam propter ipſos malos, quia ille dixit. *Nolo mortem*
Ezech. 33 v. 11. *peccatoris, ſed ut magis conuertatur, & viuat.* Et Petrus ait.
2. Petr. 3. v. 9. *Non tardat Dominus promiſſiones ſuas, ſed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pænitentiam reuerti*, vel propter Eccleſiam. Præterea tolerantur mali in medio bonorum, ut uel bonorum exemplo ædificati deſiſtāt peruerſe agere, uel ut per eos, boni tribulati amplius in uirtutib. progrediantur. Vnde ſi Deus malos omnes ſtatim radicitus euulſiſſet, non haberemus Matthęum ex tellonio, neque Paulum ex perſecutione, neque Magdalenam ex meretricio. Tolerantur igitur mali, quando ſinè magna bonorum iactura extirpari nequeunt, ut porè quia poten-
M tes habent ſuæ malitiæ protectores, uel timetur Schiſma impium: uel etiam quia occultè latitant inter bonos, ita ut maleuolentia ipſorum non pateat. Magni enim fit triticum à Cæleſti patrefamilias, adeo, ut illud quaſi pupillam
Sap. 4. v. 15. oculi cuſtodiat: *quoniam gratia Dei & miſericordia in ſanctos eius, & reſpectus in electos illius.* At verò quando cuiuſ-
Exod. 22. v. 18. que crimen notum, & execrabile apparet, & nihil eorum quæ diximus timetur, tunc agendum eſt quod præcipit
Pſal. 100. v. 8. Deus per Moyſen. *Maleficos non patieris viuere.* Et Dauid dixit. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Quando ergo loliū extirpari pōt ſinè eradicatione, imo cum ędificatione, & utilitate tritici, dormire non debet ſeueritas diſciplinæ. Quoniam uerò dominus in genere locutus, omniaque peſſima dogmata, & omnes qui faciunt iniquitatem complexus eſt, propterea ex hoc loco non magis colligi poteſt, hæreticos non eſſe auferendos, quàm latrones, & cæteros maleficos quos nemo negauerit, iure & pro bono Reipublicæ, de hac uita eradicandos eſſe: unde non prohibetur huius, uel alterius ſeminis mali eradicatio, ſed omnium malorum in genere. Hæ igitur cauſæ potiſſimum adferuntur, cur mali in Eccleſia tolerentur, quib. adhuc plu-
AdRom. 2. v. 4. res aliæ addi poſſunt, quarum prima deſumitur ex Diuo paulo, qui ad Roma: ſcribens ſic ait: *Quoniā benignitas Dei ad pænitentiam nos adducit*, vt peccator conſiderando benignitatem Dei, quod patienter agat & plurimis annis expectet peccatorem, moueatur ad pęnitendum, & clementiā benigniſſimi Dei conſiderando ne deſperet. Diuerſa ſunt Dei opera & modos procedendi, ab operibus noſtris, homines communiter multum temporis requirunt, vt aliquid ædificent, & in paruo temporis ſpacio longo tempore ædificata deſtruunt, per oppoſitum Deus, cito ædificat, ſed antequam deſtruat, multi dabuntur anni ſeptem diebus ædificauit totam machinam mundi, & vnam ciuitatē Iericho ſeptē dierū ſpatio deſtruere voluit. Subito iuſtificauit Dauidē, quem ſupportauit, & expectauit adulterū tot menſi-
Iſaiæ. 1. v. 14. bus, vt igitur tanta benignitas ad pęnitendum peccatores inclinet, toleret Zizania, multoties ēt Deus tolerat peccatores ēt quaſi cum moleſtia, vt ipſe teſtatur per prophetam, *Sabbatha veſtra facta ſunt mihi moleſtia laboraui ſuſtinens*, vt ita peccator nolens volens recognoſcat iuſta Dei ſententia ſe condemnatum: nam quemadmodum qui mercedē,
Simile. præmium vel retributionem expectat, ſi illa differatur videtur quod maiori iure ei debeatur, ita pęna ſi differatur amplius iuſtius infertur, itaq; propter ſententiæ ſuæ iuſtificationem, vt ipſe ēt peccator recognoſcat iuſtam Dei ſententiam, & eidem ſubſcribat, toleratur & expectatur dum eſt in peccatis. Item tolerat Deus zizania, quia quemadmodū præmium non confert niſi propter certum numerū meritorū, ita, & pęna non confert niſi pp certum numerū
Ecclef. v. 5 demeritorū, ideoq; hortatur Eccleſiaſticus. *Ne adijcias peccatum ſuper peccatum, ſubito. n. veniet ira illius: & in tempore vindictæ diſperdet te*; recordare Amalech, reuoca in mentē pęnas Amoreorū, de quibus dixit Deus in Geneſi nec dum enim completæ ſunt iniquitates Amoreorum. Ad extremū
Gen. 15. v. 16. tolerat Deus peccatores, vt ſaltem differat pęnas inferni, quas pro peccatis paſſuros eos cognoſcit, in quo magna Dei charitas & iuſtitia elucet, charitas quidem erga peccatores, quod non ſtatim eos percutiat, ſicut prævaricatores Angelos in Cęlo ſubito percuſſit, & de cælo eiecit, ſed relinquit locum pęnitentiæ, itē erga bonos, quod toleret malos, propter bonorū meritū, Zizania propter triticum, iuſtitia verò erga vtroſque cum ſubdit.

SINITE VTRAQVE CRESCERE VSQVE AD MESSEM. Si radicari non poſſunt zizania abſque detrimento tritici ſinite creſcere vtraq; tantus eſt amor Patrisfamilias erga granum tritici, vt propter ipſum patienter ſuſtineat Zizania. Tantus eſt amor Dei erga bonos, vt propter illo toleret malos, imò tam bonus erga malos, vt iubeat quærere bonos, vt propter illos parcat, & non puniat
Ierem. 5. Ezech. 32 malos, ſicut iuſſit Ezechielem & Ieremiam prophetā quærere virum bonum propter quē parceret Hieroſolimæ, iuſſit quærere triticum, propter quod parceret Lolio: nā ſi nihil aliud eſſet niſi Zizania impoſſibile eſt quin illud tolleret Deus: vtilis ergo eſt malis ſocietas cum bonis, non ſolū
Prouerb. 13. v. 20. propterea. *Quia qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit*, ſed etiam quia Deus diſſimulat peccata malorum, propter bo-
N nos, imo multoties multa eis confert bona temporalia propter conſortium bonorum, quib. ipſe benedicit iuxta illud
Deuter. 28. v. 6. Deuteron. *Benedictus eris ingrediens, benedictus egrediens, benedicta horrea tua*, vtilis eſt ſocietas malis cum bonis, ſed bonis cum malis nociua, Beatificatus eſt à Chriſto Dñus Petrus cum inter Apoſtolos conuerſatur, & Chriſti diuinita-
Matt. 16. v. 11. tem confitetur. *Beatus es Simon Bariona*, Sed poſtquam ſocietatem mutauit in domo Caiphæ, malè negotium ſucceſſit. Benedixit Deus Loth in ſocietate Abrahæ, in ſocietate autem aliorum captiuus pauper, & peccator effectus eſt. Tametſi autem ſocietas iſta bonorum & malorum bonis plerunque ſit nociua, vult tamen Chriſtus ſimul vtraque creſcere, triticum & zizania vſque ad meſſem, ſed adueniente tempore meſſis paterfamilias aliud ordinabit.

IN TEMPORE MESSIS DICAM MESSORI-
Apoc. 14. v. 14. BVS. Meſſis eſt finis ſeculi, meſſores verò ſunt Angeli, ſicut legimus in Apocalipſi, *habebat falcem in manu ſua acutam, & dictum eſt ei, mitte falcem tuam, & mete quia, venit hora, vt metatur, quoniam aruit meſſis terræ*. Spicæ ante meſſē inæquales ſunt, vna altior, altera inferior, falx æquat om-
Aug. ſer. 30. de Sāctis. nia inquit diuus Auguſtinus; omnes enim tunc erūt æquales, cum paterfamilias dicet meſſoribus, quemadmodum in luſu latrunculorum, quamdiu ſunt in tabula, alius dicitur Rex, alia Regina, Principiſſa. Eques, miles, poſtquam ex tabula auferuntur nullus diſcernitur. Duo autem dicit. colligite, & alligate, & quidē COLLIGITE PRIMVM
Mat. 25. ZIZANIA vltimum prudentiæ officium eſt, executio. Ad quid enim prodeſt conſiliari, rectè iudicare, niſi conſiliata & iudicata exequantur, ideo prudens paterfamilias inquit colligite primum zizania. Hoc eſt ſeparate malos à bonis, hędos ab ouibus. *Et mittet Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala*: ſeparate ēt malos à malis, quod iniquū alicui videri poteſt, *ſiquidē illic nullus ordo ſed ſempiternus*
Matt. 13. v. 41. Iob 10. v. 22. *horror inhabitat*, erunt. n. cōdemnati velut paleæ inordinatè proiectæ, vt quid ergo iubet vt colligantur id eſt ſeparētur, non ſolum boni a malis, ſed etiam mali malis hoc. n. videtur ianuere cum inquit. ET ALLIGATE EA Poſt

quam

Digitized by Google

quam collegiſtis alligate, nempè in perpetuas pęnas, ex qui
bus ſe eximere nequeant. In peccato mortali obiectum ſuũ
quo offenditur ſcilicet Deus, aggrauat pęnam, deinde pec
catum priuat hominem gratia, quæ eſt principium remiſ-
ſionis culpæ, ſinè qua peccatum nõ remittitur. quapropter
ſi moritur homo in peccato mortali ſemper manet culpa,
quam correſpondens pęna ſemper comitatur. ET ALLI
GATE IN FASCICVLOS ſuperbis cũ ſuperbis, aua-
ros cum auaris. traditores cum traditoribus, inuidioſos cũ
inuidioſis, vt ſimilis pęna puniantur qui ſimile peccatum
cõmiſerunt qui ſeipſos fędauerunt, vt magis confundãtur,
complices delictorũ, Ariani, Valentiniani Pelagiani, Calui
niſtæ, Sacramentarij, & reliqua ſceleratorũ colluuies, hos
omnes. ALLIGATE IN FASCICVLOS AD CON-
BVRENDVM. Hoc eſt vt pares ſint in pęnis, quos par
culpa conſtringit, vt par damnatio conterat, quos elatio
ſubleuabat æqualis. Sicut enim in domo Patris mei mãſio
nes multæ ſunt pro diuerſitate virtutem, eodem quoq; mo
do pro diuerſitate criminis diuerſa ſunt ſupplicia damna-
torum. Ad comburendum (inquit) ſimul. n. comburentur
igne materiali, & vero, non aũt metaphorico, qui non ha-
bet opus nutrimẽto lignorũ, neq; conſumit corpora, ſicut
ignis noſter, ſed affligit, & cruciat in perpetuum, ideoque
æquiſſimus iudex Chriſtus dominus, & Redẽptor noſter
in ſuo tribunali, tale contra malitioſos fulminabit decretũ.
Matt. 25. *Ite in ignẽ æternum* Facto decreto, ſtatim pluet *ſuper pecca-
tores laqueos, ignis & ſulphur. & ſpiritus procellarum, pars ca-*
Pſ. 10. v. 6 *licet eorum.* Pſ. 10. de vitioſo homine inquit Oſeas: *Tota no-*
Oſeæ. 7. v. 6. *cte dormiuit coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flam-
me*; homo enim vitioſus videtur eſſe ſimilis fornaci ſuccen
ſæ, non illi in qua communiter aſſatur panis, (quia nõ ſem
per ardet) ſed ſi ardet de die, extinguitur de nocte, ſi ardet
de nocte, extinguitur de die, poſt coctionem panis, ſed illi
in qua vitra conficiuntur, quæ de noctè ardet, & de die ac
cẽditur flamma, diebus feſtiuis ardet vt conſtruetur ignis,
& de die accenditur flãma vt fiat vitrũ, ſic homo vitioſus,
quia ſemper eſt voluntatis, & intentionis peruerſæ, ſemper
ardet, & conſeruat vitiorum ignem, quæ dum exequitur,
ſuccenditur quaſi igne flammæ, de eo ergo dr, tota nocte
dormiuit coquens. Per oppoſitum de eis qui traduntur ad
comburẽdum igne æterno, dici poteſt. Tota die dormiuit
coquens eos, quia quam diu vixit, in vitijs, & peccatis am
bulauit, & nocte ſuccenſus, & quaſi ignis flammæ, quia cũ
venerit, ſ. nox extremi iudicij, tunc tradetur igni ad combu
rendum, & non ſolum ipſe ſuccendetur quaſi ignis flãmæ,
ſed & alios, ſuccendet cõplices vitiorũ, ſicut accidere ſolet
in manipulo ſpinarum, vbi vna ſpina accẽſa ſuccẽdit alias.
B TRITICVM AVTEM CONGREGATE IN HOR
REVM MEVM. Rectè electi dicuntur triticum, quis. n.
non videt quanta patitur triticum antequam creſcat, & sã
cti multa patiuntur tormenta, antequam perueniant ad
palmam beatitudinis, duplex aũt genus tritici congregat
in horreũ Dei, duo genera creaturarum ſunt capacia beati
tudinis, vna purè ſpiritualis, altera ſpiritualis, & corporalis
ſimul vna quę breuiſſimo tempore meruit beatitudinẽ, al
tera q̃ per multas tribulationes, per laborioſa virtutũ exer
citia dẽt ingredi cęlũ, vna quæ debet Deo gratias, quod ei
debẽt eſſe, vitam gratiã. & gloriã, altera q̃ debet Deo gra-
tias, præter vltra prædicta, quod eũ ex infimo gradu, ad sũ
mam excellentiã per vnionem hypoſtaticam naturę huma
næ ad verbum euexerit: quod à pœna inferni ſuo proprio
ſanguine liberauerit: Illi ſunt Angeli, hi homines. Sed &
inter homines aliqui ſunt q̃ viuũt vt Dæmones. Ideo Chri
ſtus in vltima cœna. *Vnus veſtrũ Diabolus eſt*, Et ad Phari-
ſæos, *vnus veſtrũ diabolus*. Alij aũt viuũt tãquã beſtiæ, ideo
ſcriptura quoſdam hoĩes vocãt leones, quoſdã tygrides, a-
lios ſcorpiones, ſerpentes, vrſos. Alij viuũt tanquã Angeli
puritatem Angelorũ imitando in aĩa & corpore. Alij tan-
quã homines quales fuerũt ad quos ſic D. Paulus ſcripſit.
1. Cor. 3. v. 3. *Nonne homines eſtis? & ſecundum hominem ambulatis*; tales
ſunt illi oẽs, qui nouitatibus, mutationib. aliiſq; alteratio-
2. Mac. 12. v. 45. nibus ſubiecti ſunt, & hi quoq; granum ſunt, ſi (vt inquit
ſacra ſcriptura) *Cũ pietate dormitionem accipiant*, purgandi
tñ quaſi per ignẽ. Si. n. ad menſam Salomonis nullum vas
niſi ex auro puriſſimo portari debuit, certè ad menſã altiſſi
mi Dei, nullus adeſſe poterit, niſi purgatus per ignem, triti
cũ puriſſimũ quã congregare iubet in horeum ſuum, i. ele-
ctos meos iam à zizanijs, & paleis purgatos, candidos per
conſcientiæ candorẽ, rubeos per patientiæ tolerantiã, iucũ
dos per fraternæ dilectionis ardorem. Congregate in ho-
reum meum, quod ego erexi, quod à nullo deſtrui põt, qđ
ſolũ recipit ſemen electum & ſanctificatum, ſemina aũt a-
dulterina reſpuit. Cõgregate (inquit) quia vnitatẽ fidei ca-
tholicæ dilexerũt *Cõgregate illi ſanctos eius qui ordinãt teſta
mentũ eius ſuper ſacrificia.* Congregate mihi electos meos à Pſ. 49. v. 5
quatuor ventis, à ſummis cælorũ vſq. ad terminos eorũ. Cõ
grega, & nos quæſumus Dñe Ieſu in horreum tuũ, hi qui
congregas diſperſos Iſrael, qui congregas tuis, ſicut gallina
congregat pullos ſuos ſub alas. Vtinã ego eſſem vnus ex il-
lis, quos congregabis in horreũ ſuum, vbi vita ſecura, cha
ritas perfecta, interminabilis, lætitiæ felicitas conſumata,
vbi gaudiũ nõ excludit deſideriũ, nec nouit faſtidiũ. In hoc
mundo, qñ adeſt gaudium, ceſſat deſiderium, quia ſuccedit
faſtidium, ibi autem gaudium auget deſiderium, q̃ a nullũ
ibi faſtidium illuc nos congregat vt grana mortificata ad
viuificandũ. Qui ipſe viuit, & regnat in ſęcula ſecul. Amẽ.

INSTITVTIO
Moralis.

Dominicæ V. poſt Epiphaniam.

De virtutum vtilitate, & neceſsitate.

Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Mat. 13. v. 25.

Flores mei fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis timoris magnitudinis & ſanctæ ſpei. Eccl. 24. v. 23.

A

SEminauit Deus optimum ſemen, virtutes nimirum
ſanctitas in agro naturæ Angelicæ, & humanæ: q̃a
omnis virtutis ſiuè in Angelica ſiuè in natura hu-
mana, fons & origo eſt Deus: ideo gloriatur æterna
illa ſapientia per os ſapientis, quòd flores eius ſint decori,
& fructus, & q̃ ſit mater pulchræ dilectionis, ſanctæ ſpei
aliarũq; virtutũ. Virtutes. n. ſunt quædã diuinitatis veſti-
gia, & flores procedentes à Spiritu S. inhabitante creatu-
ram rationalem: qui virtutes infundit, & optimis habitib.
complet. qua in re nos certificat Iob cum inquit. *Manus tuę* Iob. 10.
Domine fecerunt me & plaſmauerunt me totũ in circuitu. Quã v. 8.
do Deus creauit cælos nullũ videtur pertuliſſe in creandis,
& exornandis ſphæris cæleſtibus, in producẽda hac machi
na viſibili laborem: quia verbo Domini cæli firmati ſunt,
vel ſaltẽ hoc totũ eſt opus digitorũ Dei vt inq̃t Pſalmiſta: Pſ. 8. v. 4.
Opera digitorum tuorũ. Sed poſtquã creare voluit hominẽ,
magnum laborem ſuſcepiſſe vř, vt innuit Iob: *Manus* (in-
quit) *tuæ fecerunt me*: non vna, ſed ambabus manibus ex li-
mo terræ formare debuit hominem, ambab. manib. labo-
randum in eo erigendo erat. Neq; tñ hoc vř ſufficere, q̃ ſic
feciſſe hominem: ſed neceſſe fuit quod eum plaſmauerit,
Manus tuæ fecerunt, inquit, *& plaſmauerunt me*, non quõcũ-
que, ſed *totum in circuitu*. Plaſmauit Deus hominem: i. (vt
trãsfert Pagninus) *diſpoſuit pariter per circuitum*, vel (vt ver Pagninus Vatablus
tit Vatablus:) elaborauit, ſicut ſtatuarius cũ magna difficul
tate, & labore exculpit ſtatuã: vel ſicut artifex qui cũ rectè
accommodare vult veſtẽ, rugas veſtis illius complicat, accõ
modat, ſcindit forficib. in circuitu, ne vna ruga excedat a-
liã, ſed oẽs ſint æquales: ne in una parte veſtis appareat lõ-
ga, in altera breuior; quod multoties facit cũ magna diligẽ
tia, inclinãdo ſe vſq; ad pedes eius cuius veſtẽ accõmodat,
multoties genua flectit, præcipuè ſi ipſe artifex altior ſit illo
cui veſtẽ ſic adaptare debet, idq; propterea ſolũ ne aliquid
ſit ſuperfluũ vel in cõpiũ. Tantam videtur Deus adhibuiſſe
diligentiam: cum. n. homo ſit in comparatione Dei exiguæ
ſtaturæ neceſſe fuit, vt ſe quodãmodo inclinaret Deus, &
inflecteret ad conſuẽdam ei veſtem virtutũ, ad rectè accõ-
modandum omnia quæ ad ornamentum animæ pertinẽt.

Digitized by Google

Totum in circuitu. Non ſatis erat exornare hominem virtutibus, quoad animã; ſed ẽt quoad compoſitionẽ exteriorem corporis, quoad actiones exteriores, & viſibilis, regulas ac rectitudines ſecundum quas operari homo debet pręſcripſit, & vtrumq; hominẽ tam interiorem quã exteriorẽ exornauit. Non ſatis erat veſtire illum veſte linea, ſed voluit ẽt illũ amicire veſte lanea, iuxta illud Sapientiæ: *quæſiuit lanam, & linũ*. Linum tanquam veſtis interior, lana tanquam exterior. Sicut agricola ſeminauit bonum ſemen in agro naturæ humanæ ęterna ſapientia virtutes interiores, & exteriores; quibus tanquã candidiſſima veſte exornauit animam, & corpus multo formoſius, quàm prata & campi exornantur floribus. In hoc aũt præcipuè ſuperant hi ſpirituales floſculi, viſibiles & materiales flores: quia in materiali flore ſemẽ non eſt flos, flos non eſt fructus, ſed de virtutib. inquit Spiritus S. quòd ſunt ſemina & particulę quędã diuinitatis, ſimúq; ſimul flores, & fructus: flores inquit mei fructus. De his ergo florib. ſcilicet de virtutibus moralibus, & Theologicis, qualiter ſunt ornamentum animę, directiones in æternam beatitudinem, ſaluberrima antidota contra infirmitates animæ in hac inſtitutione agemus, vbi ẽt de fructibus, donis Spirit. S. & beatitudinib. diſſeremus.

B Virtus de ſe ſemper eſt amabilis, & eos in quib. eſt oĩbus gratos acceptosq; reddit: Notum eſt illud quod refert Cu- Cuſpinianus in Cęſaribus. ſpinianus de Rodolpho comite Chabſpurgenſi: cũ in aula Friderici II. Imperatoris (qui eũ à ſacro fonte leuarat) cõmoraretur: quãuis pauperrimus eſſet; ĩn tanta tñ apud oẽs propter virtutem & pietatẽ exiſtimatione fuit, vt cum Cæſarem adiret, omnes ei Principes aſſurgerent. Augurabant proculdubio ſub tanta virtute orbis terrarũ dominũ (quod multis poſt annis in eius ſtirpe contigiſſe videmus) latere. Machiauellus. Solus Machiauellus acerrimus virtutum hoſtis, nullũ virtuti honorẽ exhibendũ ſuadet, nec maiorẽ virtutis quã vitij rõnem habendã docet: Princeps inquit non minus virtute, quã vitio odiũ ſibi conciliat; nec minus virtute, quã vi- Libr. 3. Theor. 16 tio maleuolentiã hominum ſibi comparat, & propter virtutes egregias Alexãdrum Seuerum adoleſcentẽ multis egregijs dotib. inſtructum, alioſq; permultos perijſſe falſò affirmat: nã Alexãder Seuerus nõ ob præclaras virtutes ſed ob matris Mammeæ ſordes nimias, parſimoniamq; erga legiones inuiſus fuit, & à milite cum ea interfectus: vt ſcribit Herodianus. Herodianus æqualis ijs tẽporib. Perperam ergo à Machiauello profertur exemplũ Alexandri, & aliorũ ad probandũ Principes ob virtutem odio haberi: virtus. n. natura ſua ita decora & amabilis eſt, vt non ſolùm in amicis, ſed & in inimicis honore & amore digna putetur. Fortaſſis Magiſter pſeudopoliticorum tandem aliquando errorem ſuum aduertit: ideò paulò inferius ſimulatas, & apparentes virtu- Libr. 5. Theoremat. 29. tes in Principe laudat, & docet ante oĩa optandũ eſſe Principi vt pius & probus videatur, etiamſi non ſit. Vtrumq; ẽ dogma pernicioſum, quod & bonam indolem ex animo Principis extirpare, & ſi quod ſemen ingenuitatis in pectore ad virtutem propẽſo latebat euellere prætendit, tanquã peſtiferũ reijciemus: dum virtutes vtiliſſimas eſſe ad moderandas paſſiones quæ aduerſantur rationi, iucũdiſſimas ob decorem & dulcedinem ſuam, ad medendum animi infirmitatibus, & producendos cæleſtes fructus, vberes oſtendemus, & illud quidem in primis certiſſimum eſſe exiſtimo, vſitatum eſſe virtutum agmina caſtris, & aciebus bene ordinatis comparari: bellum ſiquidẽ eſt nobis cum vitijs, & concupiſcentijs, cum ducibus Aethiopiæ qui tentoria vitiorum in corde hominum extendere conantur, ſed turbãtur tentoria Aethiopiæ cum acies Dei viuentis bene ordinatas cernunt. Tria ſunt quæ turbant aduerſarium in bello: videlicet ſi cauſa belli eſt iuſta, ſi duces & gubernatores exercitus ſunt fortes & animoſi, ſi deniq; milites inter ſe ſunt bene ordinati, & vbiq; connexi. Non eſt dubium quin cauſa bellandi aduerſus tentoria Aethiopiæ ſit iuſta: ſed Duces noſtri exercitus ex peccati originalis labe ſunt debiles, nẽpè intellectus & voluntas, appetitus concupiſcibilis & iraſcibilis; domus quoq; habitationis noſtræ figlina ac ex luto compacta; ideò fragilis ac corruptioni obnoxia, quæ facilè etiam ipſo vento flãte ruit & agitatur: ideò prouidit Deus his ducibus ſubſidia & auxilia opportuna quib. fulciãtur, ordinauit virtutes quæ eſſent tanquã pedis equæ deſeruiẽtes intellectui, & voluntati, ac alijs potentijs cõcupiſcibili, & iraſcibili: vt tanquã baſes firmæ ac fixæ ſtabilirent, nec non roborarent infirmitatem illarũ; quatenus vitijs, & paſſionibus reſiſtere poſſint. C Prouidit quatuor ſplendidiſſima tentoria aciebus militum cincta. Intellectui, tentorium prudentiæ; quia prudentia perficit hominem quo ad intellectum: hoc tentorium circumdatum eſt agmine virtutum prudentiæ cognatarum. Voluntati prouidit tentorium Iuſtitiæ: vbi adhibetur cuſtodia plurimarum virtutum iuſtitiæ coniunctarum. Potentiæ concupiſcibili prouidit tentorium temperantiæ; quod tuentur virtutes temperantiæ annexæ. Potentiæ iraſcibili prouidit tentorium fortitudinis acie virtutum affinium fortitudini cinctum & munitũ, ſic Deus terribilia hoſtibus caſtra virtutum effecit: ſed amicitia militum, quam connexionem virtutum theologi vocãt robur huius exercitus maximè augetur. Habent amicitiã inter ſe virtutes; habent ẽt cum potentijs. De amicitia earum cum potentijs nullus dubitare põt: quia ita illis connexæ ſunt, vt magis ſuſtententur fulciantúrq; potentiæ virtutibus, quàm hædera arbore; magis quàm palmites vitis staminibus, ſinè quib. nec creſcere, nec in altum ſe erigere poſſunt, ſed in terra proſtratæ inutiles & terreſtribus humoribus in prædam proiectæ iacent: ita vt de potentijs reſpectu virtutum fortè dici poſſet illud, quod D. Paulus de hominibus reſpectu Dei dixerat: *In ipſo viuimus mouemur, & ſumus*; quia per virtutes potentiæ rectè operantur, mouẽtur, & conſeruantur, aluntur & fortificantur. Act. 17. v. 28.

De amicitia verò virtutum inter ſe & vinculo atq; harmonia illarum inquit D. Petrus: *vos autem omnem curã ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia patientiam, in patientia pietatẽ, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatẽ*; 2. Petr. 1. v. 5. cui. n. præſto hæc non ſunt, cæcus eſt & manu tentans, ac ſi diceret: non eſt imaginandum ꝙ vna vel altera virtus faciat hominem rectũ: qui. n. id exiſtimaret, eſſet cæcus & manu tentãs: quia nec fides quæ verè hominem illuminat eſt ſinè alijs virtutibus, nec vna virtus ſinè alia. Miniſtrate inquit in fide veſtra virtutem: quia nunquam fides eſt ſola, debet habere familiam, ſeruos, & commilitones, vt vna cũ illa pugnent, contra vitia ipſam tueantur, illi aſſiſtant, iuxta illud D. Pauli: *Habentes myſterium fidei in conſcientia pura.* 1. Ad Timot. 3. v. 9 Virtus ẽt vna conſeruat aliam, ſicut diſcretio conſeruat virtutes: q̃a ſine diſcretione virtus non eſt vera virtus, ſed picta: hanc conſeruat temperantia, temperantiam patientia, & ſic conſequenter vſq; ad charitatẽ, quæ eſt decus & corona virtutũ, itaq; cui aliqua virtutum iſtarum deeſt in tenebris ambulat, & tanquam cęcus manibus palpat à manibus, i. ſenſib. duci poſtulans, qui multoties decipiunt. D Hãc doctrinam à Magiſtro ſuo Chriſto domino didicit D. Petrus, qui prædicando, & docendo qualiter & quibus ſeminis in cęlum eundum ſit enumerat virtutes quas vocat beatitudines: vel quia virtutes beatos efficiunt homines, & finis earũ eſt beatitudo: vel quia rectè viuere eſt virtutũ, expeditè donorũ perfectè beatitudinum. Qñ ergo Chriſtus proponebat virtutes ſeu beatitudines, tunc enumerauit octo: quæ ita ſunt connexæ: vt ſi quis haberet ſex vel ſeptem, & careret octaua ſeu vltima, aliæ nihil ei prodeſſent: quia vt inquit D. Hieronymus: Omnes D. Hier. virtutes ſibi adhærent in tantum, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Quod accidit ex amicitia & cõnexione vnius virtutis cum alia, quæ ſimul vnitæ faciunt vnum chorum ordinatiſſimum, vnam proceſſionem quæ ducit in cælum, vnã beatitudinem cuius finis eſt Deus. Iſta connexio virtutum acies Dei viuentis tutiſſimas reddit, prædones & ſicarios è tentorijs ordinis noſtri expellit, de hoſtib. inſignem vindictam ſumit, & glorioſum triumphum reportat, & hanc ob cauſam virtutes communiter aciebus bene ordinatis comparantur. noſter tamen Eccleſiaſticus floribus eas comparat: *Flores mei inquit fructus &c.* nimirum dulcedo, pulchritudo, & vis ſanandi infirmitates animi in virtutibus præcipuè collocata eſt, & reuera virtus quæ vſu dulceſcit, eſt tanta ſuauitate condita; vt minima eius ſtilla cum palato cordis diffundi incipit, omnes amaritudines, angores, moleſtias, & labores, artificio quodã mirabili gratum in ſaporem conuertat ac permutet. A dulcedine ad pulchritudinem virtutis, qui gradum facere voluerit, inueniet eam non ſolum pulchram, ſed vt dixit Philo

Iudæus,

Digitized by Google

Philo Iudæus in vita Moyſis. Plato. Ariſt. in hymno de laodibus virtutis.

Iudeus, ipſius pulchri eſſe ideam Platoniſare Philo videtur. Plato namque futurum dixerat, vt ſi alicui contingeret ipſam pulchri ideam videre, is inter fœliciſſimos cenſeretur. Succedit Platoni Ariſtoteles, qui ſic ait, ò virtus ardua laborioſaq; generi humano, pulcherrima vitæ inuentio: tuam (ò virgo) ob venuſtatem etiam mori in Græcia optabilis habetur mors ac labores vehementes ac indefeſſos perpeti. Talem pectori inſeris fructum immortalẽ, auro potiorem, & parentib. & leniſſimo ſomno, tua verò gratia Hercules Ioue ſatus Ledæq; filii multa perpeſſi ſunt, ſuis factis quod poſſent declarantes. Quid is diceret ſi martyres noſtros vnquam vidiſſet? qui mortem per exquiſitiſſima tormenta inflictã pro virtute oppetere nõ dubitarũt.

E

Sed pallida dices virtus eſt: habet quoq; næuos & callos ſuos, quos ex laborum aſſiduitate contraxit, ſed ei cui virtus ardẽtius placet accepta quoq; ſunt, & iſta: placet labor, & pallor, nam vt inquit Plutarchus: qui verè amant, ẽt balbutiem næuos & pallorem adamant in amatis: ſic admirator virtutis nõ horret Ariſtidis exiliũ, Socratis paupertatẽ, Phocionis condemnationem. Pulchra, & amęna virtus eſt quæ varijs colorib. iuuat, reficit, & corroborat fatigatos oculos. Animus noſter qui eſt mentis oculus mirum in modum virtutis contemplatione acuitur, vt inquit Seneca: viſus oculorum quibuſdam medicamentis acui ſolet: ſic & nos ſic aciem animi liberare impedimentis voluerimus potuerimus perſpicere virtutem. Quemadmodum.n. oculi intuentes virentes campos, vel virides ſmaragdos aciem recipiunt: ſic animi acies contemplatione virtutis accreſcit. Smaragdus herbas virentes frondeſq; colore exuperat, inficiens circa ſe aerem viriditate repercuſſa: ſculpentib. quoque gemmas nulla gratior oculorum refectio eſt, virtus ergo ſmaragdi nomen fert: huius ſmaragdi elaboratrix, vel ſculptrix anima eſt, non tantùm contemplatrix; ſed tamẽ dum ſculpit elaboratq; virtutẽ, acies illius perſpicacior redditur & acutior. Nero Cæſar gladiatorũ pugnas in ſmaragdo aſpectabat: cũ.n, delicatus ille Imperator vereretur ne hebetaret longo intuitu oculorũ aciẽ: interpoſito ſmaragdo ludos gymnicos aſpiciebat. Diſplicet laborũ moleſtiarũque pugnæ, & agonis aſpectus: ſed cum primũ hæc omnia coloribus ſuis ad inſtar ſmaragdi imbuit virtus: tunc gratiſſima redditur intuentibus. Et hanc ob cauſam fortaſſis Spiritus S. virtutes non ſolũ dixit eſſe flores, ſed & fructus flores mei fructus. Nunquã viſum aut auditum eſt quòd flores ſint fructus: nam flores debent antecedere fructus, & ita eſt in floribus materialibus; imò & in ſpiritualibus: flores.n. ſpirituales ſunt virtutes, fructus eſt vita æterna: & propterea Theologi vocant beatitudinem fruitionẽ æternã, fruitio autẽ ſeu nomen fruitionis deducitur à fructu. Cùm aũt nullus ſit beatus beatitudine æterna niſi ſit virtutibus illuſtratus: virtutes debent præcedere beatitudinem æternam, tanquã flores fructus. Quõ ergo dicit ſcriptura, quòd flores eius ſint fructus? Vel propterea quia in virtutibus conſiſtit beatitudo viæ, & quodammodo incipit beatitudo patriæ, ſeu beatitudo æterna, ſaltẽ quo ad ius: qui.n. virtutib. præditus eſt, is habet gratiã Dei, & qui hanc poſſidet habet ius in hæreditatẽ Dei: ſicut paruulus qui ſub tutorib. eſt vſq; ad præfinitũ tempus, ratione filiationis hẽt ius in hæreditatẽ patris. Vel quia prima gratia quæ eſt flos formoſiſſimus, pro quanto nõ eſt ex meritis, ſed ex gratia Dei non eſt fructus meritorũ: quia tamen eadem gratia cũ à Deo infunditur fructificat meretur; primã gloriã, licet enim prima gratia non detur ex meritis bene tamen prima gloria: ideò primam gratiam dicit florem, & fructum.

Plutarch. in Moral.

Seneca li. 2. epiſt. 116.

Cõparantur tñ virtutes floribus, tũ ob decorẽ, tum verò propter ſingulares quaſdam proprietates: quib. & florem imitari videntur, & animæ multa emolumenta adferunt: præcipuè quia ſunt medicinę animę, ſicut.n. prouidit Deus ex florib. & herbis medicamẽta contra infirmitates corporis: ita prouidit vt flores ſpirituales nẽpe virtutes ſint medicamenta animi. Sciens quippe Deus (inquit Origenes) quòd homo infirmitatibus & languoribus eſſet obnoxius, prouidit medicamẽta, & quemadmodũ corpori ex herbis, ita aïæ remedia præparauit in ijs ſermonibus quos per diuinas ſcripturas ſeminauit. Vbi Origenes duas medicinarũ officinas à Deo conditas aſſerit pro lãguorib. animi: in prætis ſcripturarũ ſanctarũ, & doctrinis Philoſophicis. Nequẽ enim Deus propterea ſolùm qñ creauit terram præcepit ei producere herbam virentẽ, &c. vt eſſet viridariũ, & hortus recreationis: verũetiam vt eſſet officina vniuerſalis contra infirmitates quib. corpora noſtra eſſe ſubiecta, & obnoxia bene nouerat Deus: & ideò diuerſis herbis diuerſas indidit ſanandi virtutes: & non ſolùm herbis, ſed & plantis, ſeminibus, lapidibus: quorum aliqui ſanguinẽ detinent: alij diuerſas, & periculoſiſſimas curant infirmitates, vt eſt Beſuar: alij valent contra infirmitates cordis, vt eſt vngula aſini ſylueſtris: alij contra venena, vt eſt cornu Rhinocerotis, & ſic de alijs: quib. licet primo intuitu minimè competere videatur vis ſanandi, eam tñ ineſſe ipſa experientia docet. Quis aũt ſperaret telam araneæ, aut villos flocoſq; caninos inter medicinas locum habere poſſe? & tñ cõiter dicitur; his morſum eiuſdẽ, illã vulnera quæuis curari, & nõ ſolùm prouidus conditor vniuerſi creauit remedia iſta cõtra infirmitates corporis tribuẽdo herbis virtutes occultas ſanandi: ſed ẽt ſignis quibuſdam extrinſecis eaſdẽ virtutes, & vtilitates earum innoteſcere hominib. voluit, videlicet odore, ſapore, colore &c. Tantam ergò diligentiam adhibuit dominus in curanda ſanitate corporali, vt iam minus videretur laborãdum Pharmacopolis, & medicis. Sed quoniam & herbas non omnino cognoſcimus, & quod difficilius eſt, quantùm valeant ad hanc vel illam infirmitatẽ curandã, proſitnè, vel noceãt ignoramus: ideo prouidit Deus duos peritiſſimos medicos, vnum in principio creationis mundi, & alterũ in media ætate: nimirum Adam, & Salomonem. De Adamo.n. teſtatur ſacra ſcriptura, quod omnibus nomina impoſuerit, conformiter ad propriam virtutẽ. *Omne* (inquit) *quod vocauit adam ipſum eſt nomen eius.* quod erat maximæ ſapientiæ ſignum, vt teſtatur Plato: Qui prima (inquit) rebus nomina impoſuit, ſapientiſſimus fuit: & præcipuè ſi ita nomina impoſuit: vt per illa innoteſcerent naturæ herbarũ, qualitates, proprietates, virtutes, effectus, &c. adeo clarè quod per ſolũ nomẽ Intelligi poſſit ad quid hoc vel illud proficuum ſit: ſicut ſeciſſe Adã ait ſcriptura, à quo tanta fuit diligentia adhibita in attribuendo nomina rebus, vt ẽt ipſe dominus præſideret & præſens eſſet tunc vt videret quid vocaret ea, ne erraret: vel ſi in aliquo deficeret, vt corrigeretur à Deo. Quanq̃ non facile errare poſſet ille qui & iuſtitia originali exornatus eſſet, & omnib. ſciẽtiis non humanitùs acquiſitis, ſed à Deo infuſis & quaſi quodam prælo in mentem impreſſis, ac omni naturali perfectione, ditatus exiſteret. Salomon quoq; de ſe dicit in Libro ſapientiæ c. 7. *Ipſe dedit mihi ſcientiam veram, vt ſciam virtutes elementorũ, naturas animalium, differentias virgultorum, & virtutes radicũ; & quæcũq; ſunt abſcondita didici.* Iſte fuit alios diuinitus inſtitutus herbarius: qui ſtabili cõſidens memoriæ, non ſolùm verbis vt Adam, ſed ẽt ſcriptis doctrinam poſteritati reliquit: vt dicitur 3. Reg 4. *Diſputauit ſuper lignis a cedro quæ eſt in libano, vſque ad Hyſſopum, &c.*

Origenes

Sap 17.

3. R v. 3.

Quod ſi tantam fecerit Deus diligentiam in inſtituenda Apotheca medicinarum, cõtra infirmitates corporis: certè multò maius adhibuit ſtudiũ, in fundanda officina cõtra infirmitates aïæ, contra vitia, & peccata; & hæc eſt officina virtutũ. Quanto.n. nobilior eſt aïa corpore, tantò maior diligentia adhibenda in ſalute animę, quam corporis, ſed qñ virtus multipliciter ſumitur: operæ pretium eſt, vt ſciamus quæ virtutes ſint medicinæ aïe; ne in ambiguo verſemur. Aduertere itaq; debemus ꝙ virtus accipitur cõiter, propriè & magis propriè, & pro diuerſa cõparatione ſui, diuerſas deſcriptiones ſortitur. ſi comparetur ad actum & finem vltimum cõiterq; accipiatur, ſic deſcribitur à Philoſophis. virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimũ. Nam quemadmodũ in lapide tria diſtincta ſpectãtur, nempè forma lapidis ſubſtantialis, grauitas lapidi inhærens, & motus deorſum vergens: ſic in actu virtutis v. g. dilectionis tria eſſe videntur, ſcilicet voluntas, charitas, & ipſe actus dilectionis. Vnde ſicut in lapide poſſunt eſſe illa duo ſine tertio: ſic in homine põt eſſe volũtas & habitus charitatis, ſine actu dilectionis, vt perſpicuũ põt fieri in pueris baptiſmi vnda renatis, & in homine dormiẽte, vnde habitus tenet ſe inſtar vitæ primæ ad vitam ſecundam, hoc eſt ad actũ concurrentis ſeu agentis: præſtantior aũt eſt actus ſecũdus, quã primus & qui eſt

habitualis tantum: actus enim habitualis tantum (teſte Philoſopho 2. de anima) eſt, ſicut ſomnus: actus verò ſecundus, & actualis ſicut vigilia.

Definitio virtutis. Rectè ergo dicitur virtutem eſſe perfecti diſpoſitionem ad optimũ: quia virtute diſponimur ad bene agendum. Si verò virtus propriè conſideratur, tunc moralem complectitur: quæ ſi ad actum comparetur, à Philoſopho in Ethicis vocatur habitus qui perficit habentem, & opus eius bonum reddit: ſin autem ad principium directiuum comparetur, ſic ibidem definitur: Virtus eſt habitus voluntarius immediate conſiſtens, recta ratione determinatus, prout ſapiens determinabit. In idem coincidit definitio virtutis moralis à Philoſopho tradita 2. Ethicorum: Virtus, inquit, eſt habitus electiuus, qui habẽtem perficit, & opus eius bonum reddit; per ſe intentus, in medio conſiſtens, ſecundùm congruentiam habentis, prout determinat recta ratio ſapientis. Habitum poſuit loco generis: ſunt enim habitus virtutum partim acquiſiti, partim infuſi. Habitus verò eſt qualitas de difficili mobili à ſubiecto: quę diſponit hominem vt expeditè promptè faciliter delectabiliterque operetur, & rationis imperio ſeu motione ſinè tergiuerſatione dicatur. Proinde ſapienter dictum eſt à Philoſopho 2. Ethicorum, ſignum habitus generati eſt delectabiliter operari: habitus namque eſt quo agimus volumus, & in hoc differt à potentijs, & paſſionibus animæ. In anima ſiquidem (teſte Philoſopho 2. Ethic. 4.) ſunt potentiæ, paſſiones, & habitus: ſed virtus non eſt potentia neque paſſio, eſt
Ariſtot. Ethic. c. 4
igitur habitus. quod non ſit paſſio patet, quia paſſionibus honor non acquiritur ſed virtutibus, nec propter paſſiones ſed propter virtutes probi appellamur. Paſſionum prætereà non eſt electio, ſed virtutis quæ ſinè electione eſſe non poteſt. Virtus etiam non eſt potentia: boni enim & mali non ſecundùm potẽtiam, ſed ſecundùm virtutem dicimur. Naturali prætereà potentia non laudamur atque vituperamur, ſed virtute: quoniam illa inſita eſt à nobis à natura, hæc autem minimè. Rectè ergo dixit Philoſophus: quod virtus moralis eſt habitus electiuus, id eſt operans ſecundũ electionem; in quo virtus moralis differt ab intellectualibus habitibus, quorum operatio ſita eſt in ratiocinatione, & ſyllogiſmo, non autem in electione. Addit vlterius: quæ habentem perficit, anima ſiquidem rationalis à principio ſuæ creationis perfectionem potentiarum ſortita eſt, tanquam tabula nuda, & capax ad diuerſos habitus recipiendos, quibus perfectior redderetur, magiſque idonea ad finem ſuæ beatitudinis conſequendum. Subijcit etiam. Et opus eius bonum reddit. Nam quemadmodum virtus oculi per quã oculus bene videt, reddit oculum bonum, & viſum 2. Ethic. ſic virtus per quam aliquis extenditur in vltimum quod poteſt, opus facit eſſe bonum. Vltimum autem in quod poteſt potentia, eſt bonum, ſiuè bene agere: ideoque virtus perficit habentem, & opus eius bonum reddit. Dicitur in definitione per ſe intentus, actus namque virtutis à caſu vel per accidens fieri non debet: alioqui poſſet contingere, vt actus virtutis interdum ſit malus, ſicut illa quæ à caſu contingunt. Prætereà inquit in medio conſiſtens, medium namque iter agit inter duo extrema vitioſa v. g. liberalitas inter prodigalitatem, & illiberalitatem. Denique concludens ait: prout determinat recta ratio, quia nimirũ virtus ſit ſecundum iudicium rationis rectæ, prout determinat ratio recta ſapientis, in quo viget prudentia cum virtutibus coniuncta moralibus: Prudentia enim eſt ratio conformiter ſe habens appetitui recto: qui planè appetitus rectus non eſt abſque virtute morali, vt dicitur in Ethicis.

H 6. Ethic. Ex hac virtutis moralis definitione tres principales fructus virtutum colliguntur: nempè quod ſint decor & ornamentum animæ: quia inquit Philoſophus, quod virtutes ſunt habitus, quæ habentem ſupple animam perficiunt, tanquam tabulam nudam in qua nihil eſt depictum. Deinde quod virtutes ſint quædam rectitudines quæ animam, & opera eius rectificant: quod innuit Philoſophus cum dicit, & opus eius bonum reddit. Denique quòd virtutes morales ſint medicinæ contra infirmitates animæ: nam quemadmodum infirmitas corporalis accidit, ex improportione humorum, ex exceſſu aut defectu: ita infirmitas animæ ex exceſſu aut defectu prouenit. Cùm ergò virtus, vt dixit Philoſophus in medio conſiſtat, ad debitam proportionem omnia reducit, intemperamentum quodcunque expellit, & ſic animo humano medetur. Quòd virtutes ſint ornamenta animæ iam ex Philoſopho dictum eſt: animam noſtram in principio ſuæ creationis eſſe ſicut tabulã raſam in qua nihil eſt depictum, & ſicut cãdidiſſimam papyrum. In hac tabula vellet Diabolus carbone infernali depingere vitia, imprimere peccata, fœdare eam malis inclinationibus, & deturpare peruerſis affectibus: ſed præuenit Deus, qui cæleſtes illas aureas literas nempè virtutes in ipſa deſcribit, floribus cæleſtibus eius capacitatem occupat, ac depingit: imprimit in hac papyro diuinitatis veſtigia, & virtutum figuras formoſiſſimas, quæ ita conſpicuam reddunt animam oculis Dei, vt quantum ad decorem non videatur differre ab Angelo: colores illi cæleſtes ita ſplendidam cã efficiunt, vt cũ ſplendore ſolis eam comparare poſſis. Virtutes inquit Philoſophus ſunt habitus non ſolùm Phyſicè loquendo, prout habitus diſtinguitur contra actũ: ſed etiam moraliter: vnde nomen habitus Phyſici ſumpſiſſe videntur: quia ſunt honeſtiſſima animæ noſtræ indumenta, ſunt veſtes, & habitus, quibus operitur exornaturque anima. *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* Præter hoc autem quod Pſal. 44. v. 14.
virtutes ſunt decor animæ, ſunt etiam rectitudines, quę & rectificant, & ſuſtentant ſeu fortificant animam: imò eo ipſo quòd animam exornant, etiam eandem fortificant & ſanant: quia vt aduertit Origines ab eodem principio emanare videtur pulchritudo, fortitudo, & ſanitas; nempè à proportione humorum, & qualitatum, ſicut in corporibus ita & in anima. Si enim quis habet proportionatos humores ex hoc ipſo eſt pulcher fortis, & ſanus: ita & in anima ſi adeſt proportio, & harmonia potentiarum, ita vt potentiæ ſuperiores ſint bene ordinatæ quo ad Deum, & inferiores obediant ſuperioribus: tunc eo ipſo eſt formoſa fortis, & ſana. Et in hoc ſenſu fortè de Chriſto Domino dixit Pſalmiſta: *Specie tua, & pulchritudine tua intende proſperè procede & regna.* Procede inquit vlterius audacter contra inimicos tuos, rumpe exercitus ſubijcias Tyrannos, quare? fortè quia es Rex exercitus cæleſtis, dux Angelorum, Imperator cæli, & terræ: non hanc affert cauſam: ſed quia ſpecioſam, & maximam gratiam Dei atque virtutibus exornatam habes animam: ideo infernum vinces, & Diabolum antiquum Tyrannum cum ſocijs eius in captiuitatem accipies: nempè quia decor fortitudo, & ſanitas ab eodem fonte dimanant. Quia ergo virtutes formoſam reddunt animam: idcirco eandem quoque fortificant rectificant & ſanant. Ad iſtud propoſitum hic referre poſſum quod in I
quadam nobiliſſima Eccleſia Regni Hiſpaniarum aduerti. Tabernaculum ſanctiſs Sacramenti ex pretioſiſſimis lapidibus extructũ ſuſtentabant literæ, quibus vſus eſt Chriſtus in vltima cæna, nempè: *Hoc eſt corpus meum.* Iſtæ litteræ erant ex ære, & ideò rectiſsimè ſacrariũ ſuſtentabant: erant tamen ita depictæ vt ex papyro eſſe viderẽtur, quod maximo ornamento fuit ſacrario. Tabernaculum Sacramẽti poſſumus vocare animam, quam literę diuinæ nempè virtutes, & exornant & ſuſtentant. Hanc ob cauſam fortaſſis D. Gregorius virtutes vocat oſſa: per oſſa (inquit) D. Greg. ſuper illũ
virtutes intelliguntur, virtutes quibus anima ſuſtentatur. verſũ Pſalmi 1. Pænit. Conturbata ſunt oſſa mea.
Sicut enim in oſſibus eſt fortitudo, & officium eorum eſt in corpore, ſuſtentare corpus: ita virtutes ſuſtentant animam, vt ſit recta, ad Deum eleuata tanquam ad proprium finem, & non ad terrena inclinata. Hebræo idiomate virtutes appellantur rectitudines: & non aliam credo ob cauſam, nisi quia ſunt regulæ & lineæ particulares, quarum centrum eſt Deus; quæ ordinant animã directè ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum, retrahunt à rebus terrenis, vitijs, & peccatis; efficiunt vt omnia in anima ſint recta, & bene ordinata. Vita vnius hominis (dixit quidam) eſt ſicut quædam cantio in Muſica, & bene. Nam plerumque Muſici maximè attendunt, ne in principio, aut in fine cantus errent, vel contra harmoniam, & rectitudinem Muſices peccent: ſi enim aliquis error accidat in ipſo cãtus progreſſu, tolerabilior eſt; nec ita notabiliter lædit auditum illa leuis harmoniæ improportio, & facilè corrigi poteſt,

modò

Digitized by Google

modò principium, & finis conformentur ad regulas Muſices: Principium vitæ humanæ fuit rectum. *Deus* (inquit ſcriptura) *fecit hominem rectum*: ideſt bene ordinatum quo ad intellectum, & potentias: in progreſſu accidit error, deordinatio potentiarum quo ad Deum per peccatum: ſic enim Theologi dicunt, quod peccatum eſt deordinatio rationis. Vt ergo hic error corrigatur, & rectus finis recto principio correſpondeat neceſſariæ ſunt rectitudines, ſeu virtutes quæ redificent animam, & ad debitum ordinem in quo à creatore ſuo condita fuit, reuocent. Sic enim vt inquit D. Gregorius homilia. 29. Deus dum libenter noſtram pænitentiam ſuſcipit, ipſe ſuo iudicio hoc quod erra uimus abſcondit: & idem de alijs virtutibus dicendum eſt. Et hoc eſt quod dixit Philoſophus, in definitione virtutis moralis: & opus eius bonum reddit: ideſt rectum & bene ordinatum. Addit præterea in definitione virtutis: in medio conſiſtens, quod vt ſupra dixi alium fructum virtutis innuit, nempè quod ſit medicina cōtra infirmitates animæ. Ars medendi animam, longè ſuperat artem medendi corpus, vt ſupra retulimus: quod etiam ex dictis principium medicinæ facile colligi poteſt.

Philoſ.

k Hippocr.

De arte medicinæ excellentiſſimus medicus Hippocrates vetiſſimum reliquit aphoriſmum: *Ars longa, vita breuis: iudicium difficile, experimentum periculoſum*. Examinemus hęc omnia: vt per comparationem medicinę ſpiritualis, ad corporalem, excellentia medicinæ ſpiritualis eluceſcat. Dicit in primis quòd ars medica eſt ars longa. Licet enim proprietates (vt iam dixi) omnium herbarum fuerint expreſſæ nominibus proprijs ab Adam: quia tamen temporis iniuria multa vocabula perierunt, & alia quibus modo vtimur loco illorum impoſita ſunt, quæ non exprimūt herbarum proprietates: hinc oritur difficultas in cognoſcendis rerum proprietatibus, poſſibile eſt quod illud idioma quo Adam loquebatur immutatum ſit: cum & diluuium interceſſerit, & confuſio linguarum in ædificatione turris Babel præceſſerit, & Hebræi qui aliquid ex illa lingua accepiſſe dicuntur, tot bella, captiuitates, ad diuerſas nationes translationes paſſi ſunt; vbi impoſibile eſt quin plurima vocabula virtutes medicinarum exprimentia nō perierint. Licet etiam Salomon de proprietatibus herbarum diſputauerit: tamē diſputationes eius vel temporum iniuria, vel aliqua alia de cauſa, Domino, ſic permittente perierunt. Et hinc poſtea tot libri in arte medicinæ conſcripti ſunt, tot media curandi ſanitatem ab antiquis tradita: vt etiam ad legendum tantùm prędictos libros, non ſufficiat tempus totius vitæ: & ideo rectè dixit Hippocrates, quod medicorum ars ſit longa, & vita breuis. Excellit, & ſuperat in hoc artem medicam ars medendi animam: vbi non voce neque ſcripto tradita ſunt remedia, ſed à natura innata, & indita: ſeminaria .n. virtutum quibus anima ab infirmitatibus leuatur, & vitia deſtruuntur ſunt animæ noſtræ cōgenita; & hinc eſt quòd hōies in quibus virtutes aliquas inhabitare videmus, naturaliter diligamus, etiamſi nunquam eos viderimus: ſola fama virtutis allecti. Remedia etiam contra infirmitates animę ſunt, tribulationes, afflictiones, lachrymæ; & iſta nobiſcum naſcuntur. Si quis quærat: quare cum infans modum ingreditur plangit? reſpondent communiter medici: quòd propter frigus circumſtans, quod tunc primo experiuntur pueri recens nati, hæc non eſt præcipua cauſa planctus, ſed peccatum. Si enim non eſſet peccatum, non eſſet frigus, nec ploratus, ſignum ergo eſt quòd remedium contra peccata eſt planctus, cum quo naſcitur homo in mundum. Nec mirum quia hæc eſt pænitentia quam Deus impoſuit primo homini: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*: tunc enim ſudat præcipua pars corporis humani nempè oculi, cum plorant. Quod ſi ita eſt impoſſibile eſt, quod vel temporum iniuria pereat, vel ex memoria labatur notitia remediorum contra infirmitates animæ. Facilè hæc ars medendi animam percipitur: eadem ab initio mundi ſinè mutatione per tot ſæcula perſeuerauit. Præterea ſi ponatur aliquis medicus ita excellens in arte ſua, vt perfectam habeat notitiam herbarum, & aliorum medicaminum: nihilominus tamen alium ingredietur labyrinthum, Nam ſubdit Hippocrates *Iudicium fallax*. Peritiſſimus in cognoſcendis herbarum virtutibus, difficultatem habet in diſcernenda infirmitate, & facilè errare poteſt in iudicando an infirmus hac, vel illa infirmitate laboret. Multotieſque accidit medico id quod ſolet accidere alicui ſeruo, qui volēs haurire aquam ex aliquo profundo puteo; accidit caſu quodam, quòd vaſculum quo haurire voluit aquam, cadit in puteum, tunc adhibet media, quibus poſsit extrahere vas ex puteo: ſed quia propter profunditatem vel groſſitiem aquæ, vas illud non apparet: accipit aliquod inſtrumentum, quo quærit vas in aqua, & tunc ſi occurrat illi lignum, vel lapis in fundo aquæ, ait ad circumſtantes: congratulamini mihi, ecce iam extraham vaſculum meum: ſed poſtquam extraxit, tunc primum aduertit non vas, ſed quidpiam aliud ſe extraxiſſe. Ita accidit medico: nam humorem qui eſt infirmitatis cauſa in corpore humano videre non poteſt: adhibet ergo iuxta regulas artis ſuæ medicamentum purgans, vt extrahat humorem quem putat nociuum; & multoties extrahit humorē proficuum, & relinquit nociuum: & ideo dicitur rectè ab Hippocrate: iudicium difficile. In infirmitatibus autem animæ facilius eſt iudicare: quia peccata & vitia in ſacra Scriptura ſunt expreſſa, legibus prohibita: ex pænis etiam quæ aſſignantur grauitas eorum innoteſcit. Et licet quandoque difficilè ſit iudicare an hoc vel illud peccatum ſit veniale aut mortale: tamen ex circumſtantijs, an leuis vel grauis ſit culpa, præſuppoſita lege prohibēte dignoſcimus. Denique eſto medicus bene iudicet de infirmitate: tamen in applicanda medicina poteſt errare; vel quia contra morbum talem non adhibet medicamentum proportionatū, & ideò quandoque potius eſt venenum quàm medicamentum; vel quia tardè adhibet, tunc ſcilicet quando iam natura defecit, nec vllis pharmacis iuuari poteſt; vel quando adhibet non tempore accommodato, quamobrem benè ſubdit Hippocrates; experimentum fallax.

In his etiam ſuperat ars medendi animam, artem medicinæ; quia non ſolum habet determinatam remedia contra determinata vitia, vt humilitatem contra ſuperbiam: manſuetudinem contra iram: deuotionem contra acediā; ſed etiam habet vnum remedium contra plura vitia: liberalitatem contra auaritiam, & prodigalitatem: fortitudinem cōtra timiditatem & temeritatem: & quod maius eſt habet vnum remedium contra omnia vitia & peccata, nimirum virtutem pænitentiæ: quæ omnia peccata extinguit. Medicina corporalis quandoque vni infirmitati medetur, & alteri parti corporis nocet: nō ſic pęnitentia: quia impium eſt, à Deo dimidiam ſperare veniam, inquit Ambroſius. Omnia peccata deſtruit pænitentiam, omnes infirmitates animæ curat: non poteſt eſſe error in applicādo, vt noceat vni & proſit alteri, ſemper eſt theriaca, nunquā venenum. Præterea medicina ſpiritualis etiam in extremis prodeſt: corporalis non ſemper, quia etiam ſi ſint optima quæque medicamenta, ſi infirmus eſt debilitatus, iam nihil illi profunt: nec etiam phlebotomia, quę aliàs eſſet proficua ſi tardè adhibeatur, quidquam conducit. In infirmitate aūt ſpirituali nullus eſt adeò extremè infirmus, quem ſanare non poſſet pænitentia hoc fatetur Propheta Dauid: *Niſi quia Dominus erat in nobis, fortè viuos deglutiſſent nos.* Quæ maior infirmitas quàm incidere in profundum laqueorum Diaboli per peccata? vt iam qui tales ſunt videantur abſcripti ab inferno: & tamen potens eſt Deus per pænitentiam eripere eos etiam ex ore & faucibus Diaboli. Ex inferno ſolùm hæc medicina non liberat, finalis quoque impænitentia remedium non habet: cæterę infirmitates quæcunque ſint illa ſanati poſſunt, & hoc eſt quod dicit Dauid: fortè viuos deglutiſſent nos. Notanter dicit viuos, ad differentiam mortis corporalis, quæ deglutit homines, ſed mortuos. Diabolus autem tenet peccatorem vnguibus ſuis, cum adhuc ſuperſtes viuit: nihilominus potēs eſt Deus per pænitentiam eum liberare, ſicut liberauit Mariam Magdalenam, quam ex gutture infernalis draconis eripuit, & vitæ æternæ reſtituit, vt in eius hymno canit Eccleſia: *Maria ſoror Lazari, quæ tot commiſit crimina, ab ipſa fauce tartari redit ad vitæ limina.* Et hoc eſt quod ait Amos Propheta: *Hæc dicit Dominus: quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremitatem auriculæ, ſic eruentur Filij Iſrael qui habitant in Samaria,* ac ſi vellet dicere ſicut

Ambroſ.

Pſal. 123. v. 1.

M

Sācta mater Eccleſia.

cut

Digitized by Google

est prudens, & fortis paſtor poteſt eripere agnum ex ore leonis, etiamſi ex ore eius non niſi pedes, vel auriculæ emineant, & exporrigantur: ita pœnitentia non ſolùm ex manibus, & dentibus, ſed etiam ex gutture inferni valet hominem eripere: & quamdiù eſt anima in corpore, poteſt illam ab omni infirmitate ſanare, modo medicinam recipiat.

Hæc de virtutibus moralibus in communi dicta ſufficiant, qualiter non ſolùm ſint flores qui medentur animæ, ſed etiam ornamenta & directiones. quod ſi hæc virtutibus moralibus competunt, vt ſint decor, rectitudo, & medicinæ animæ: multò magis virtutibus gratuitis competere exiſtimandum eſt, fidei, ſpei, & charitati, vt ex definitione

D.Aug. earum aliqualiter innuit D. Auguſtinus, quæ ſicut quadruplici comparatione gaudent finis ſcilicet & ſubiecti, actus & principij effectiui: ita ſecundùm quadruplex genus cauſæ, efficientis, finalis, formalis, & materialis definiri poſſunt. Si comparentur ad finem ſic ab Auguſtino in ſoliloquijs deſcribuntur. Virtus eſt recta ratio ad ſuum finé perducens, ſi ad ſubiectum: Virtus eſt bona voluntas. Si ad actum proprium: Virtus eſt amor ſe habendi vt debetur, ſiuè virtus eſt amor ordinatus vt ſupra dictum eſt. Quod ſi virtus refertur ad ſuum principium effectiuum hæc ſic definitur: Virtus eſt bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, & qua nullus malè vtitur, quam Deus ſinè nobis opera-

N tur. Hæc definitio virtutis eſt gratuitæ, in quantum ad ſuum principium effectiuum refertur. Rectè enim viuere virtutum eſt, expeditè verò donorum, perfectè beatitudinum. Mens in hac definitione accipitur pro præcipuis viribus cognitiuis & affectiuis animæ rationalis: nempè pro intelligentia, ſiuè ratione, memoria, & voluntate: ſeu pro vi rationali quæ memoriam & intelligentiam complectitur; & vi iraſcibili ac concupiſcibili, quæ ſubſunt volũtati. In definitione etiam ponitur actus qui eſt finis virtutis, dum inquit: qua rectè viuitur. Dicitur bona qualitas, quia à bono Deo datur; & bonos facit; & ad ſummum bonum perducit. Rectè viuitur, quia voluntatem regulariter dirigit ad bonum: ſunt enim habitus intellectuales, vt potè ſcientia, intellectus, ſapientia, prudentia, ars. bonæ qualitates, quæ tantum intellectum perfectiorem reddunt: non tamen rectificant voluntatem, ſed poteſt homo abuti illis ſi voluerit. Rectum autem dicitur cuius medium non exit ab extremis: extrema vtique humanæ vitæ ſunt principiũ, & finis: itaque recta illa vita cenſenda, quæ ſicut à Deo bonorum omnium principio ortum habet, ita & ad Deum tendit. Aduerſus huiuſmodi rectitudinem pugnat peccatum: quod eſt factum vel dictum vel concupitum contra legem Dei. Amplius vita recta eſt, cùm voluntas in nullo diſſentit ab eo, quod recta ratio ſentit: ratio autem regula eſt voluntatis. Tunc enim ratio eſt recta cum ſeruat ordinem diuinæ iuſtitiæ, ad quem Dominus hominem obligauit: ordo autẽ diuinæ iuſtitiæ in hoc ſitus eſt, vt bono commutabili præferendum ſit bonum incommutabile, bono vtili, & delectabili, bonum, honeſtum, voluntati propriæ diuina voluntas, ſenſualitati humanę iudicium rationis. Qua virtute nullus malè vtitur: nec vllus vnquam abuti actu virtutis poteſt, qui ſemper eſt bonus; procedit enim ab habitu virtutis bono. Poteſt tamen quiſpiam malè vti ipſa virtute tanquam obiecto: vt potè cum malè ſentit de virtute, & cum ex ea ſuperbit. Nam qui ex deteriori iam melior eſſe cœpit, cauſat de acceptis extolli virtutibus: ne qui prius ex lapſu vitiorum iacebat, grauius per virtutes corruat, quas ſolus Deus in nobis operatur; ideſt ſinè nobis principaliter operantibus, nõ autem ſinè nobis conſentientibus: qui enim creauit te ſinè te, non iuſtificat te ſinè te. Neque Deus qui in nobis huiuſmodi virtutes operatur diſpoſitionem libero arbitrio adimit, ſuſceptiuam ipſius virtutis: ſed effectiuæ poteſtatis conſortium in hoc opere non admittit.

O Præter poſſeſſionem abundantiamque virtutum moralium, & Theologicarum, opus fuit homini ægro, vt ſanitati reſtitui poſſit qui virtutibus vti pro earum dignitate minimè valuit, addi fructus & dona Spiritus Sancti nec non beatitudines, quod etiam innuere videtur Eccleſiaſtes, cũ facta mentione florum, non obliuiſcitur fructuum: Hores, inquit, mei fructus. Sunt autem hi [illegible] fructus duodecim: charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Ad fructus autem rationem pertinet, vt in ſuo genere quid vltimum ſit, & ſapore delectet quod in fructibus enumeratis reperitur, quemadmodum vno pro multis exemplo liqueſcet. Charitas enim fructuum primus nihil eſt aliud quàm habitus ipſius charitatis; qui eſt amor eſtque vltimus, cum ad illum ordinetur habitus: eſt etiam ſuauiſſimus, ex motione Spiritus Sancti amoris guſtum ingerentis. Idem ad porportionem de alijs fructibus recenſitis aſſerendum: ſiuè enim ſit manſuetudo, ſiuè caſtitas, ſiuè alia virtus; tunc anima dicitur fructus Spiritus Sancti producere cum ipſo fructu agente, actum excellẽtem ac delectabilẽ elicit. Beatitudines verò vltra delectationem addunt perfectionem altiorem, ac exinde ſtatui cæleſtis patriæ propinquiorem: ex quo potius donis Spiritus Sancti quàm virtutibus attribuuntur: cùm in fructibus è contrario dicendum ſit. Quia verò beatitudines actus vltimi & ſuaues ſunt, complectuntur que totum id nobilitatis, quod fructus habent: idcirco omnis beatitudo fructus appellari poteſt; at non è conuerſo, omnes fructus poſſunt dici beatitudines. Sunt autem beatitudines octo numero. Paupertas ſpiritus, mititas, luctus, eſuries iuſtitiæ, miſericordia, munditia, pax, perſecutionis patientia. Sed exemplum proferamus. Dicit Chriſtus: *Beati pauperes ſpiritu* quod ad humilitatis actum, vel *Beati mites* quod ad actum manſuetudinis pertinet: qua quidem appellatione iuxta ſententiam grauiſſimorum Patrum quandam in præſenti vita inchoatam fœlicitatem ſignificauit. Pertingunt enim viri ſeriò Ieſu Chriſto dediti ad quendam humilitatis, & manſuetudinis gradum, adeò ſublimem; vt etiam regnum cælorum vna cum ſpiritus paupertate, & terram viuentium vna cum manſuetudine poſſidere videamur. Actus eximij cæleſti ſuauitate conditi, & chriſtianę perfectionis ſplendere conſpicui ſunt; quales ſancti producunt cum iam palmæ propinquant. Inter virtutes morales fructus, & beatitudines ac dona Spiritus Sancti collocari poſſunt: nam quemadmodũ virtutes ſunt habitus hominem perficientes, vt rationis imperio ſeu motione promptè ducatur: ita dona ſunt habitus hominem perficientes ad hoc vt inſtitutum atque motionem Spiritus Sancti promptè ſequatur. Similitudo apta è ſtructura curruum duci poteſt: poſtquam enim currus rotis ac cæteris partibus completi ac extructi ſunt; habent ſanè inſtrumenta quibus agi poſſunt: at niſi oleo etiam vngantur, ægrè trahuntur: ſic homo virtutibus quaſi rotis ad motum comparatis inſtructus eſt; at niſi oleo lætitiæ liniatur, agi nequibit. Vnde patet quàm propriè vnctionem Spiritui

Sancto tribuamus ſicut ſcriptum eſt: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me.* P Sunt autem numero ſeptem hæc cæleſtia dona: donum ſcilicet ſapientiæ, intellectus, conſilij, ſcientiæ (quæ ſunt in intellectu) donum pietatis, quod eſt in voluntate; donum timoris, quod iuxta Sanctum Thomam eſt in cõcupiſcibili, licet alijs aliter videatur: donum fortitudinis, quod eſt in iraſcibili: vt oẽs hominis partes, quæ virtutibus perficiuntur donis quoque ad opus expediantur. Sic autem exponi poſſunt donum intellectus præter fidei lumen confert, vt potentia intellectus veritates à Deo reuelatas facilius quàm per ſolam fidem ex Spiritus Sancti inſtinctu capiat. Conſilium vt quid fieri oporteat ex motione Spiritus Sancti certiùs inueniat. Sapientia vt per eiuſdem ſpiritus impulſum per regulas diuinas, ſcientia per regulas humanas de rebus diuino modo iudicium ferat. Pietas voluntatem afficit vt erga Deum quaſi patrẽ affectu filiali promptè moueatur, & quæ Dei ſunt vt ſanctos, ſacram ſcripturam, pauperes colat: timor concupiſcibilem à delectationibus ſingulari modo propter Deum coercet. Fortitudo iraſcibilem diuino modo contra pericula erigit.

D.Tho.

His donis Spiritus Sancti viri ſpiritui diuino parentes, multa palam efficiunt; quæ ſi carneis oculis cernenda forent, vel reprehenderentur, vel ſaltem non laudarentur; quæ tamen non ſolùm bona ſunt, ſed excellentiſſimè bona. Dono ſapientiæ, & ſcientiæ dotatus Salomon, infantulum ſecari iuſſit: illud ergo iudicium ſicut & illud aliud

Daniel.8

Danielis de ſenibus donum Spiritus Sancti erat: cum Salomon tunc duodecim annos habuiſſet, in qua ætate tanto iudicio excellere non potuit, dono conſilij dotati homines perfectè mundo renunciant, diuitias, honores, & voluptates contemnunt, & multoties mirabilia efficiunt, quæ alij

S. Alexius Roman.

dementiæ, vel ruſticitati tribuerent. Sicut S. Alexius Romanus, & nobiliſſimus Philoſophus Alexander cognomento Carbonarius, dono Timoris permoti multa in caſtitatis cultu & occaſionum fuga, vel victoria ſanctè ac prodigiosè patrarunt. Concupiſcentiam quippe Dei timor validiſſimè ſuperat, dum plurimos inſolitis medijs & luxuriæ fæcibus extrahit: dono pietatis quo Deus tanquam Pater & ſancti, & alia quę ad Dei cultum ſpectant coluntur permoti ſancti Martyres, ſeſe publicabant, & Tyrannos maledictis exagitabant, plurima inſolita patrabant; cùm pro Deo eiuſque ac ſanctorum imaginibus, & alijs ſacris decertabant. His floribus, fructibus & donis exornati peroptabat ſponſa, cum dicebat: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis*. Nec mirum quia mirabiliter exornant, delectabiliter lætificant, diuino odore perfundunt, mirabiliter infirmitatibus medentur, & ad æternam beatitudinem perducunt. Hi floreş, & fructus à nobis colligẽdi ſunt, quibus ad progreſſum in vita ſpirituali incitemur. Hæ diuitiæ congregandæ quibus in æternum ditemur, vt tandem poſt hanc vitam perennes illos fructus diuinæ fruitionis poſſidere valeamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

INSTITVTIO Speculatiua

Dominica V. poſt oct. Epiphaniæ.

De Conſcientia.

Matth. 13 v. 3. *Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.*

Eccl. 37. v. 18. *Anima viri Sancti enunciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum.*

A

Ariſt. de animal. libro 3.

VEriſſima eſt illa Ariſtotelis doctrina, quod Anima hominis eſt ſicut tabula raſa; in qua nihil eſt depictum, ego verò dixerim, quòd eſt ſicut ager in quo bonum vel malum ſemen ſeminari poteſt, eſt ſicut papyrus, in qua & aureis literis virtutes, & carbonem infernali vitia deſcribi poſſunt, eſt ſicut tabula candida, in qua poteſt pictor depingere cælum beato lumine rutilans, ſtellas & aſtra, poteſt etiam depingere infernum, tenebras, & ignem infernalem. Quod de anima dixit Ariſtoteles, hoc de conſcientia rectè dici poteſt. Conſcientia enim infantis, quo ad vitia & peccata de quibus canit Eccleſia Dominica in Albis. *Quaſi modo geniti infantes*, eſt ſicut tabula raſa, in qua poteſt cælum, vel infernus depingi, vitia vel virtutes, bonum vel malum ſemẽ in hoc agro ſeminari poteſt. Poteſt in hac tabula infernalis ille pictor Diabolus depingere imagines ſuas, vitia & peccata, poteſt imprimere literas: poteſt etiam Spiritus Sanctus ſuas ſanctas inſpirationes imprimere, poteſt mundus vanitates ſuas in eadem tabula deſcribere. Sed multum differt, vnum pretium ab alio, vna pictura ab alia, diabulus quemadmodum ipſe eſt turpis & abominabilis, ita quoque eius picturæ abominabiles ſunt. Videmus communiter quòd cùm Turcæ, vel Tartari depopulantur aliquam Regionem Chriſtianorum, diuitias auferunt, villas igne conſumunt, arces, & palatia deſtruunt, tecta deijciunt, muros & parietes euertunt, & multoties militiæ ſuæ memoriam, in parietibus deſcribunt, aliquando etiam in ære & lapidibus, ſed ne odioſa ſit talis ſcriptura, auro & aureis literis eam exornant, ſic procedit Sathan, cum eis quos depopulatur, vaſtat omnia aufert gratiam Dei, virtutes, & alios ſpirituales theſauros, aliaque innumerabilia relinquit damna, & vltra hoc ſcribit in tabula conſcientiæ fœdiſsima literas, quæ vt diutius permaneant, transmutat cor hominis, vt de carneo fit lapideum, & ita opere ſculptorio exarat literas, ſicut communiter videmus in lapidibus ad ſepulchra poſitis, quæ auro exornantur, ne fætor ſepulchri abominabilis ſit legentibus: ſic Diabolus varijs coloribus exornat ſuas literas, varijs vmbris vanitatum exornat ſuas picturas, ne abominabiles ſint hominibus, ſeminatque in hoc agro conſcientiæ ſpinas & tribulos. Spiritus Sanctus etiam tanquam bonus agricola in hoc agro conſcientiæ bonæ, poteſt bonum ſemen ſeminare, tanquã diuinus pictor diuinas imagines depingere, & de facto depingit, vt Diuus Paulus ſcripſit ad Corinthios. *Epiſtola* 2. Cor. 3. v. 1. *eſtis Chriſti miniſtrata à nobis ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus*. Aliter hic cæleſtis pictor pingit ſuas literas, ſuas ſanctas inſpirationes quam ille infernalis. Ille prius conſcientiam denigrat hic illuminat. Ille ſcribit carbone infernali hic ſpiritu Dei viui, ille in tabulis lapideis, hic in tabulis cordis carnalibus, ille mendacia, quia literas abominabiles vmbris & coloribus tegit. hic literas ex ſe ſplendidas, ex quibus Dei voluntas intelligitur, & quid ſit agendum vel cauendum percipitur. Et inde prouenit quod anima viri ſancti, ideſt conſcientia viri boni viderat redarguit. B

teſtificatur. Dicebat olim Iob. *Inſtauras teſtes tuos contra* Iob 10. 17 *me, & multiplicas iram tuam aduerſum me, & pœna militant in me*, Sæpe quando Deus beneficia erga aliquem multiplicat nouos teſtes ingratitudinis & nequitiæ ipſius parat inſtituitque: ideo tunc non tam miſericordiæ, quàm iræ erga peccatores ſigna declarat, quando talia beneficia multiplicat. Sæpe enim vt dixit Diuus Auguſtinus negat miſericors quæ iratus concedit, tantò etiam grauior erit alicuius peccatoris pœna, quantò plura diuinæ miſericordiæ ſubſidia ſuſcepit, quibus vti noluit ad ſalutẽ. Diuinæ namque gratiæ beneficia, ſicut irrefragabiles ſunt miſericordiæ & charitatis erga nos teſtes, ita efficaciſsimi ſunt noſtræ malitiæ probatores, quod ſcilicet diuitias bonitatis eius contemnimus. & ideo dicit Iob. Quod cum beneficia Vide ſup. confert teſtes multiplicat, & pœnas auget, ſed quis poteſt eſſe melior teſtis actionum humanarum, ſicut eſt cõſcientia? anima enim viri ſancti enunciat melius, quam ſeptem ſpeculatores &c. Quæ maior pœna quàm cum redarguit conſcientia? ſpeculatores ſeu circumſpectores poſiti ad ſpeculandum ſunt ſenſus; viſus, auditus, olfactus &c. hi enũciant multoties vera, multoties etiam decipiunt, ita vt potius ſeductores, quàm ſpeculatores dici poſſint: conſcientia verò nunquam decipit, nunquam errat, meliùs enunciat quid agendum, quid cauendum ſit, ſemper hic ager profert meſſem beatitudinis æternæ, ſi virtutes & bona opera ſeminaueris, vel æternam damnationem ſi peccata, quæ enim ſeminauerit homo hæc & metet. De hoc igitur agro conſcientiæ, & de operibus eius in hac inſtitutione agemus, qualiter teſtificatur redarguit, & nunciat, melius quam ſeptem ſpeculatores poſiti ad ſpeculandum cõſcientia ſeu anima viri ſancti prius tamen quid ſit, & quotuplex ſit conſcientia diſſeremus.

C

Nomen ipſum cõſcientia innuere videtur, aliquid aliud eſſe conſcientiam à ſcientia: omninò tamen neceſſariam eſſe ſcientiam ad conſcientiam ipſa verbi conſcientia, deductio admonit, eſt enim cõſcientia quaſi cum ſcientiam. An vero conſcientia ſit electio recta cum ſcientia concordans vel aliquid aliud, an ad intellectum vel ad voluntatem pertineat difficilè eſt iudicare ſi enim pertineret ad intellectum, tunc plus ſciens eſſet maioris & melioris cõſcientiæ, quod ſępe aliter accidit, ſi etiã pertineret ad voluntatẽ, quomodo dicit Eccleſiaſtes? ſcit enim cõſcientia tua quod Eccl. 3. 28 maledixiſti, vbi ſcientiam attribuit cõſcientiæ, ſcientia autem ad intellectũ pertinet, & loco ſupra citato inquit. Anima viri ſancti enunciat, enunciare verò ad ſcientiam ſpectat. Præterea ligare, ſoluere, teſtificare, accuſare ad conſcientiam attinet, quæ tamen non ad voluntatem ſed ad intellectum ſpectant, quomodo ergo conſcientia erit

in vo-

Digitized by Google

in voluntate? fueruut etiam aliqui qui conſiderando opera conſcieotiæ, qualiter hominem redarguit, & opera eius iudicet eſſe bona vel mala, putabant conſcientiam eſſe quandam intelligentiam aſſiſtentem homini, quendam bonum genium, quendam Angelum inuiſibilem, qui homini ad aurem, & cor loquitur, & opera eius dirigit eo modo, quo diriguntur ab intelligẽtijs inanimata, & rationis incapatia, quod tamen in fide chriſtiana falſum eſt. Vt igitur prædicta reſoluantur, præſupponendum eſt, quid ſit ſynderefis, quid ratio, quid conſcientia, & quomodo prædicta differant à conſcientia. Synderefis ſecundùm Scotum nihil aliud eſt niſi habitus communis principiorum in intellectu qui eſt ſemper rectus, & ſemper eſt in intellectu nunquam in voluntate, quæ opinio eſt ſecundum multorum ſententia.

D.Aug. S. Auguſtinus. *Synderefis eſt* (inquit) lumen animæ concreatum, quo dirigimur & mouemur ad faciendum ea, quæ pertinent ad fugiendam culpam & pœnam, & adoptionem gloriæ. Eſt ergo ſynderefis quidam generalis habitus ſiuè generale lumen, cuius actus eſt tendere in bonum & reſiſtere malo, atque ita illius officium eſt, hominem à peccato retrahere, murmurando contra peccatum idque oſtenſiue tantum vt dicit Scotus, quia in illa nulla eſt deliberatio, quam ſit tantum cognitio principiorum, & cognitio neceſſaria, quod voluntati, & actui eius competere non poteſt. Nam ſecundum eundem, voluntas non neceſſariò fruitur ſiue oſtenſo, nec aliqua potentia, vel vis, vel habitus, in ea poteſt eſſe principium neceſſarium. Atque ita nec principium neceſſarium concorditer volendi principijs practicis quæ ſumuntur à fine, nec obſtat quod ſynderefis ſemper remurmurat malo, remurmurare aũt eſt voluntatis, nam vt dixi remurmurat oſten

In 2.d.24 q.vnic. & in 3.d.16. q.vnic. ſiuè, oſtendendo ſcilicet bonũ eſſe volendum, & in hoc eſt occaſio remurmurandi contra malum. Ratio ſiuè proportio ſecundum Scotum nihil aliud eſt niſi anima, vel eius potentia vt allegat Auguſtinus qui inquit, quòd portio ſu

Aug. 12. de Trin. c.4. perior intendit regulis æternis, & ſuperioribus cõtemplandis, inferior autem temporalibus agendis. Animam (inquit) in hæc duo diſtinguimus, ſcilicet portionem ſuperiorem & inferiorem, nõ niſi per officia geminamus, ſed portio ſuperior capitur largè & ſtrictè. Portio ſuperior ſtrictè ſumpta eſt intellectus & voluntas, quando reſpiciunt tantum diuina in ſe. Largè ſumpta, quando reſpiciunt diuina & creata ac temporalia, ſecundùm rationes tamen diuina vel in ordine ad Deum, vt dare propter Deum eleemoſynam, non furari, quia Deus prohibuit, & ſic propter regulas diuinas, & non tantum propter honeſtatem, & alias regulas morales. Portio inferior eſt intellectus & voluntas, quando reſpiciunt creaturas ſecundum regulas morales prudentiæ, & politicas ſeu ethicas, vt dare eleemoſynã, quia ad clementiam & pietatem pertinet, & quia homo vellet hoc idem fieri ſibi.

Conſcientia verò nihil aliud eſt, niſi quidam habitus intellectus practici, ſecundum Scotum, circa cõcluſiones eorum qua præmittuntur à ſynderefi, & ratione ſeu portione, & licet Scotus non nominet portionem nec rationem explicitè, ſed tantum ſynderefim & conſcientiam, implicitè tamen concedit & perdit illam, poteſtque tali modo & exemplo declarari. Fit enim in anima noſtra quidam ſyllogiſmus. Maiorem præmittit ſynderefis dicendo bonum eſt faciendum, quia illud lumen quod oſtendit eſſe benefaciendum, & malum vitandum eſt ſynderefis, ratio ſuperior aſſumit minorem dicendo, diligere Deum propter ſe, & obedire illi eſt bonum, & hoc ſtrictè loquendo, largè verò ſumẽdo dicit, eleemoſynæ quæ fiũt propter Deum fiãt. Inferior verò dicit bonũ eſt facere eleemoſynã, quia eſt virtus, & q̃a velle idẽ mihi fieri eſt bonũ. Conſcientia ergo facit concluſionem & dicit, ergo Deus eſt diligendus propter ſe, eique ſeruiendum, ergo eleemoſynam eſt facienda, er-

Pſal.4.7. E go eſt ieiunandum: ſic ergo. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*. Poſuit enim ſapientia illa atque bonitas infinita, lumina hæc in anima noſtra, quibus poſſimus dirigere & regulare voluntatem noſtram, circa amorem, & dilectionem creatoris & creaturæ, qualiter nimirũ ſe habere debeat circa opus, vt illud faciat ſecundum voluntatem Dei, & animæ ſalutem. Sin autem ipſa eliciat actum aliquem, vel imperet alijs potentijs contra voluntatem altiſſimi, hoc eſt ex propria malitia.

Exemplum eſt ciuile & domeſticum, ſit v.g. turris aliqua in medio ciuitatis in cuius ſummitate eſt preco, cuius officium eſt clamare die noctequę in hæc verba. Boni tantum & amici ciuium debent ciuitatem ingredi, mali verò non: eſt alius paulo inferiùs qui diſcernit inter bonos, & malos amicos ciuium, eſt tertiùs adhuc inferius, qui concludit dicendo, ergo iſti qui ſunt boni & amici ingrediantur, mali verò & inimici nõ. Primus eſt ſynderefis, q̃ dicit bonum eſt faciendum & malum vitandum, ſecundus dicit hoc eſt bonum qui eſt ratio, & diſcernit inter bonum & malum, tertius eſt conſcientia, quæ concludit hoc eſſe faciendum, & malum vitandum, vt patet in exemplo ſyllogiſmi. Omnia vero iſta oſtenduntur voluntati, quæ cum ſit regina in toto regno animæ, ſecundum Anſelmum & Scotum ad eam pertinet, vt porta huius ciuitatis, ideſt quinque ſenſuum aperiantur vel claudantur bonis vel malis.

Ex his duo adhuc colligi poſſunt, primum quod hæc turris in qua ſupremus cuſtos & ſynderefis ſedet & non eſt voluntas ſed intellectus, nam ſi eſſet aliqua talis potentia, vel vis, aut portio in voluntate, quæ reſpiceret vltimum finẽ, tunc in poteſtate eius eſſet voluntas, atque ita impediret omne peccatum in voluntate, quia tũc ipſa neceſſario moueretur, ad eius motum, & ſi tota voluntas eſſet recta, nullum peccatum eſſet in voluntate, pertinet ergò ad intellectum practicum, nec ſequitur quod plus ſciens ſpeculatiuè, ſit maioris bonitatis & melioris conſcientiæ, ſed benè ille eſt melioris conſcientiæ, qui ſcit plura practicè, quia magis & melius dictat de bonitate, & perfectius iudicat de malitia. Sicut .n. illa voluntas eſt melior, quæ magis conformatur rectitudini rationis, ita illa cõſcientia eſt melior, quæ meliusdictat de bonitate, & melius cõcludit ex ſynderefi & ratione. Facilè præterea intelligitur ex prædictis, q conſcientia non eſt aliqua ſubſtantia ſeparata aſſiſtens hominibus ſicut aſſiſtit Angelus cuſtos. Nonnulli enim vt ſupra dictum eſt conſcientiam dicebant eſſe quendam ſpiritum hominis, quod vtique attribuebant illi propter officium ſtimulandi & incitandi ad faciendum bonum, & fugiendum malum: atque ob id vt putabant illam ſynderefim eſſe quid diuinum, & quandoque dicebant Deum. Sed non eſt aliud niſi lumẽ diuinum deriuatum, & expreſſum à magno illo Deo, iuxta illud. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, vbi quia lumen hoc ſpirituale eſt, conſcientia etiam ſpiritus nuncupabatur. Vide ſup. Poſtquam dictum eſt quid ſit conſcientia, pertractandum eſt vlterius, qualiter multiplex ſit conſcientia.

F Et in primis conſcientia timorata eſt laudabilis, quam habent illi qui non præſumptuosè, ſed omnia cum conſilio & timore Dei faciunt; hi ſunt aſſiduè cauti, ne Deum offendant, iuxta illud Gregorij. Bonarum mentium eſt culpam timere vbi culpa non eſt. D.Greg.

Conſcientia erronea eſt, quæ dictat aliquid faciendum, vel omittendum contra legem Dei, ſed vnde eſt quod cũ conſcientia ſit lumen participatum à lumine diuino & particula quadam hominis diuini, vnde in quam eſt quod ſit erronea? Reſpondeo, quòd propter defectum in ſynderefi, ratione & conſcientia, & præterea propter defectum rectitudinis in voluntate, propter defectum quidem in ſynderefi, quia licet ſynderefis non põt totaliter extingui quum ſit quoddam generale lumen, poteſt tamen impediri à recto iudicio, ſimiliter & ratio ſinè portio. Vnde Gloſſa ſuper illud. *Plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto*, mortalitatem (inquit) exuere poſſunt, ſed rationis principium omnino abolere nõ poſſunt. Luc. 10. 30. Hoc modo etiam conſcientia impeditur à recto vſu, quia ſi ratio & intellectus errent circa principia, errabit quoque circa concluſionem conſcientia, plura autem ſunt quæ impediunt ſynderefin, rationem, & conſcientiam à recto iudicio, & imprimis obcecatio vt in Hæreticis, deinde paſſio aliqua inordinata peruerſi amoris vel odij, quæ prouenit ex laſciuia. Aliquando enim in peccatis carnalibus ita abſorbetur homo à paſſione inordinati amoris, vt remorſus locum non habeat. Præter eam impedit rectum iudicium obſtinatio, quæ ex prædictis oritur.

Digitized by Google

tur. Nam poteſt quis propter ignorantiam craſſam, vel ſupinam, vel prauæ diſpoſitionis, errare circa multa ad quæ tenetur, poteſt etiam propter paſſiones vehementes, odij
August. vel amoris, vel laſciuiæ ita obſtinati, vt totaliter excæcati videatur. Hinc B. Auguſt. in ſoliloquiis inquit. Væ caligantibus oculis, qui te Domine videre nõ poſſunt, væ auertentibus oculos ne videant veritatẽ. Nequeunt enim oculi noſtri tenebris aſſueti, ſumma veritatis radios intueri, quorum eſt in tenebris habitatio, tenebras vident, tenebras approbant, de tenebris euntes in tenebras, neſciunt vbi ceciderint, quid amiſerint, & deſcendunt in infernum viuentes. Poteſt item errare conſcientia ex defectu voluntatis. Huius autem defectus cauſa poteſt eſſe, vel ex parte intellectus, vel ex parte ipſiuſmet voluntatis. Defectus ex parte rationis vel intellectus eſt, quia errant aliquando vt dictum eſt, & voluntas non poteſt velle niſi quod ei à ratione oſtenditur. Defectus ex parte ſolius voluntatis tunc eſt, quando ratio non impeditur, ſed voluntas rationi non conformatur, nec cum illa concordat. Hæc doctrina ſic di-
In 2.d.39 lucidari poteſt. Dicit Scotus quod habitus principiorum ſemper eſt rectus: intellige quãdo non eſt impeditus, & voluntas etiam ſequens dictamen rationis non errat. Quia tamen eſt libera per eſſentiam, ideo ex hoc habet in pote-
In 1.d.12. ſtate ſua actum ſuum, vt dicit Scotus. Nihil tamen in po-
& 17.6.& teſtate voluntatis, quam ipſa voluntas, ſecundum Auguſt.
1.metta. & Scotum, & nihilominus dat rectitudinem actui ſuo, &
In 1. d. 1. actibus aliarum potentiarum, ſi in hoc deficit & rectitudi-
q. 2. & 4. nem eis non tribuit peccat. Præterea ad voluntatem & li-
& d. 7. & berum arbitrium ſpectat, vt omnem actum ſuum confor-
10. in 2. miter eliciat regulæ ſuperiori, ſcilicet ſecundum diuinum
diſt. 7. præceptum iuxta Scotum, ideo quando agit difformiter
In 4.d.49 tali regulæ peccat: his modis voluntas poteſt peccare, vt
Scot. in 4. declarat Scotus, ipſa enim vt mala peruerſa regna ſi-
diſt. 14. nit ſe corrumpi à delectationibus ſenſualibus, quia con-
In 1.d.44. delectant potentijs ſenſitiuis, ideoque actus ipſius dici-
In 5.d.35. tur malus vel bonus per ſe; aliarum autem potentiarum
& 42. per participatiuè tantum ſecundum Scotum, ipſi ergo totum
totum. attribuitur & bonum & malum propter ipſius liberta-
In 2. d.14. tem & poteſtatem, ipſa enim intromittit inimicos Re-
29. & 44. ginæ in arcem. Ambroſius. Non eſt quod alicui alteri
In 3.d.1. noſtram aſcribemus culpam niſi noſtræ voluntati, nemo
In 4.d.44 noſtrum tenetur ad culpam niſi propria voluntate deflexe-
In prol. rit. Diabolus quoque neminem iugo ſeruitutis aſtrictum
q. vlt. poſſidet, niſi ſe ei vendiderit. Ex his iam facilè colligitur
In 1.d.34. cauſa, ob quam aliqui habeant erroneam conſcientiam,
vel 35. quæ eſt tanquam improbus ager, in quo Diabolus diſſemi-
Ambr. c. nat ſemina vitiorum, in quo tanquam in tabula ærea vel
Non. 15. lapidea, deſcribit vanitates & mendacia, ex quibus nun-
q. 1. alius naſcitur fructus niſi ventus.

G Tertia conſcientia eſt quæ dicitur ſcrupuloſa ex diuerſo enim dictamine diuerſæ reperiuntur conſcientiæ: inde eſt conſcientia recta, quæ dictat operandum ſecundum leges Dei, & ſuadet Deum nunquam offendendum, tranſgreſſione vel omiſſione præcepti, inde conſcientia peruerſa erronea & cauteriata, inde etiam conſcientia ſcrupuloſa. Sunt enim multi qui conſcientiam nimis ſcrupuloſam habent, qui timent non timenda ſecundum rectum iudicium rationis, & ſemper videntur ſibi committere peccatum, ſiuè quid faciant, ſiuè illud omittant, ac ideo ſemper ſunt perplexi ac vaccillantes, & de facili decipiuntur ſcrupuloſi actibus. Attendant quæſo ſcrupuloſi, quod dicam paulo fuſius de periculo ſcrupuloſæ conſcientiæ. Omnes ſcrupuli in conſcientia ſcrupuloſa, aut proueniunt ex debilitate cerebri, aut ex cordis puſillanimitate, aut Diabolica tentatione, & iſtorum conſcientia eſt valde periculoſa, nam facit feſtucam videri trabem, & bonum malum, & leue peccatum nimis graue, & quandoque adducit ad deſperationem, ac retardat à bono, facitque dimittere multa bona opera, propter timorem peccandi. Aſſignat & alias cauſas D. Ant. quæ paſſim in nobis ſcrupulos augere, vel inducere ſolent. Sicuti eſt complexio timida, melancholia & mania, Dæmon tranquillitatis oſor, vigiliæ, ieiunia immodica, & conuerſatio cum ſcrupuloſis. Quod complexio timida ſit plerumque cauſa ſcrupulorum, certum eſt
Florent. ſecundum Florentinum, multum etiam in hoc nocet complexio frigida, qualis eſt in fœminis, vetulis, melancholicis,
timor enim naturaliter ſecundum Damaſcenum, & Philo- Damaſc.
ſophos conſtringit cor, ſicut & cætera frigida conſtringũt & congelationem faciunt, ad quem motum contractionis, imaginatio mouetur à timoris diſpoſitione, ita vt concipiat quis aliquod malum eſſe futurum, & per conſequens eſſe fugiendum, quandoque autem ſcrupulus conſcientiæ (vt dixi) ex ægritudine maniaca vel malencholica, quæ eſt infirmitas capitis per quam læditur imaginatio, & quandoque inde læditur ratio, vt Galenus & Auicenna dicunt, maniam eſſe infectionem interioris cellulæ capitis, cum diminutione rationis, quandoque etiam cauſatur ex tentatione Diabolica: poteſt enim Diabolus Deo permittente, mouere melancholicos humores in homine, & phantaſmata per quæ imaginatio poteſt turbari & errare, & duci ad timorem inordinatum, gaudium aut triſtitiam & huiuſmodi. Vnde & Auicenna dicit, quibuſdam medicis viſum eſſe, quod Melancholiam contingat à Dæmone prouenire, aliquando etiam ſcrupulus cauſatur ex malo regimine corporis, ſcilicet ex nimia & immoderata abſtinentia, aut vigilia & huiuſmodi. Vnde beatus Hieronymus Hierony.
dicit, rationalem hominis dignitatem amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert, vt per immoderatam abſtinentiam, vel indiſcretam Pſalmorum, vel officiorum decantationem, incurrat notam amẽtiæ aut triſtitiæ, id eſt melancholiæ. Aliquando ſcrupuloſus facit alium ſcrupuloſum, aliquando enaſcitur ex ignorantia, ex qua timetur quod & vbi non eſt timendum. Aliquando accidit ex nimia imaginatione, conſideratione, cura & ſollicitudine nimis intenta, ad cauendum omnino & plus debito, id omne quod illi contingere, ſeu quod nocere in via Dei poteſt: ſicut per locum altum ambulans, ſi nimis intensè conſiderat profundum, in quod cadere poteſt, ſubito turbatur ſenſus ac imaginatio, & cadit vbi non caderet, ſi ſinè talis imaginatione ambularet, aut ſi alicui per excelſa ambulanti acclamarent vndique cades, cades, vel caue, caue, certe caderet perterritus, qui aliàs non caderet ſi non ita turbaretur, in illa ſua imaginatione intẽſa: ita etiam qui eſt nimis ſollicitus ad cauendum omnia venialia & minima peccata, quæ vix poteſt homo in hac vita vitare, inde fit timidus, ſcrupuloſus, inquietus, aliquando dubius, & aliquando etiam habens conſcientiam erroneam, imò interdum peccat vbi non eſt peccatum. Sicut igitur multiplex eſt huius infirmitatis origo, ita multiplex ipſi adhibenda eſt medicina prout à Doctoribus aſſignatur, ne te quæſo tantum pigeat audire, licet paulo prolixius enarrabo.

Prima medicina generalis eſt debita præparatio ex parte noſtra ad gratiam, ſeu auxilium Dei promerendum, vt ab eo melius illuminemur, idque præcipuè quando à Diabolo in nobis excitatur ſcrupulus occultè, & conſcientiam inquietando, vel etiam quando neque nos, neq; noſtra, neque aliorum humana induſtria ſufficit: tunc enim requiritur humana præparatio, qua habita ſufficienter, Deus nõ deerit inuocantibus eius auxilium opportunum, & neceſſarium. Hæc autem præparatio ad Dei gratiam & fauorem habẽdum, tam proprijs quàm alienis orationibus, inuocationibus ſanctorum, ieiunijs, eleemoſynis, & alijs bonis operibus eſt facienda; humiliter & deuotè quo ad Deum & homines ſe habendo, cum fiducia diuinæ largi-
tatis, & diuinæ miſericordiæ opem implorando, & cum Florent.
contritione præuia, vel puritate conſcientiæ ſe diſponen- Gerſon.
do, vt colligitur ex latè traditis, à Florentino, à Caietano, Caietan.
& Gerſone.

Secunda medicina eſt de conſilio ſapientum, contemnere plerumque ſcrupulos, & agere contra eos, vt ex conſuetudine fiat homo robuſtior in via Dei, vt dicũt Florentinus
& Gerſon, pro quo facit illud. *Et confortamini puſillanimes,* Iſai. 35. 4.
& Gregorius in moralibus ait. Diabolus aſſimilatur formi- Gregor.
caleoni quod animal dicitur leo formicarum, quia formicis quę minutiſſimæ ſunt inſidiatur, & eas occidit: ſed cum alia animalia maiuſcula conculcant ambulando, & perimunt. ſic Diabolus inueſtigat complexiones hominum, & quos videt parui cordis ſeu puſillanimes, ac ſcrupuloſos, aggreditur vt ſcrupulis & vitijs occidat, ſed à fortioribus & magnis ſpe, atque vigore rationis vigentibus, Diabolus
ipſe

Digitized by Google

ipſe proſternitur, & abijcitur contemnendo, & contra ſcrupulos agendo: ideo ait Gerſon milles inſurgunt apud aliquos ſcrupuli, more canum oblatrantes, & lacerare minantes eos, qui volunt ire per viã Dei, quos deuincere & compeſcere, nõ melius poteſt homo, quam per contemptum & non habendo curam eorum, dummodo contemptus, ille ſit timoratus & regulatus, non abſque præuio alterius prudentis, præſertim ſuperioris conſilio, imò ipſe & Sylueſter dicunt, quemque noſtrum in tali pia neceſſitate, tuta conſcientia alteri poſſe conſulere, maximè ſi ſit doctus, ſicut ſi quis lignum diſtenium ad rectitudinem reduceret. Ex hac doctrina infertur, quod quando aliquis ſcrupuloſus, indicat iuxta ſuum iudicium, ſe eſſe excommunicatum, & quam pluribus excommunicationibus innodatum, à iure vel ab homine, & etiam bullæ cœnæ Domini reſeruatis, tuta conſcientia poteſt & debet acquieſcere dictis ſui confeſſarij docti, etiamſi dictus confeſſarius circa hæc quæſita erraret, eò quod ipſe quidem conſulens, in rei veritate ſit prædictis excommunicationibus irretitus, & tamen ſcrupuloſus in conſcientia quietari poteſt: ita conſulunt viri prudentes dicendo, quod debet credere tali confeſſario totaliter, alias non credendo, & ſe eius authoritate non tranquillando peccaret. Ratio eſt, quia, qui, vbi, quando, & cum oportet non acquieſcit conſilijs peritorum, non poteſt eſſe immunis ab aliqua culpa, per multa iura naturalia, diuina & humana, quæ ad
Nauar. hoc facilè adduci poſſunt. Imo ait Nauarrus, quod non tenetur quærere alios, quia ſufficit conſilium vnius confeſſarij talis, imo peccaret ſaltem venialiter quærendo alius, tum quia eadem ratione teneretur quærere, alios & alios in infinitum, quod eſſet ſtultitia ferè mortifera, tum quia ſic quærendo planè ſummam vecordia, faceret habitum vitioſum inquietandi ſe in omnibus, & ſeparandi ſe ab illa tranquillitate conſcientiæ, quæ exuperat omnem ſenſum, & quietat ſpiritum amantem Deum: generare autem talem habitum vitioſum eſt peccatum ſaltem veniale, è contra procurare tranquillitatem, ſubdendo ſuum iudicium humiliter, iudicio peritorum & piorum, eſt quærere habitum quietandi animum, per quem pax prædicta paulatim acquiritur, vnde ait Nauarrus, quod tenetur ſaltem ſub pœna venialis culpæ, ſe aſſueſacere ad parendum iudicio eorum, quibus recta ratio dictat eſſe parendum, pro quo obſerua quæ ſibi in ſequenti medicina dantur.

I Tertia medicina generalis deponere licitè & rationabiliter conſcientiam dubiam & ſcrupulum, ex doctorum, & prudentum bonorumque virorum præſertim ſuperiorum conſilio, iudicio, vel imperio, ita docent Florentinus, & Gerſon, his verbis qui habet conſcientiam inquietam, dubiam vel ſcrupuloſam deponendam captiuet, & ſubijciat ſuum intellectum, non ſolum obedientiæ, & iudicio ſuperiorum, ſed & ſapientum & bonorum virorum, quantumcunque ſibi aliud videatur, & ſic ſecundum ſententiam ipſorum, informata conſcientia quod licitè agit, poteſt licitè agere, idque rectè æſtimare, & ratio eſt, quia in prædictis rationabiliter agimus, & ſaltem non peccamus illis acquieſcendo, etiamſi ſic inuiſibiliter erremus, & operemur excuſamur enim per ignorantiam inuincibilem, inſuper meremur per humilitatem, & hic eſt ordo Hierarchicus à Deo inſtitutus in Eccleſia, vt minores illuminentur per ſuperiores, ſicut ſit inter Angelos, ſecundum Dionyſium, & Gloſſam ordinariam, & Gregorium, & ſecundum illud Iob. *Boues arabant & aſinæ paſcebantur iuxta illos*, ideo dici-
Prou. 3.5. tur in prouerbijs. *Non innitaris prudentiæ tuæ*, *& apud* To-
Tob. 4.10 biam, *conſilium ſemper à ſapiente require*, & iterum in pro-
Prou. 22. uerbijs, *Ne traſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt*
v.20. *Patres tui*, vnde ait. Gerſon. Vnum generale damus docu-
3. parte mentum, credere ſcilicet, ſapientum & bonorum iudicio,
lect. 4. & contra communis eorum ſententiam non leuiter agere, neque ſibi ſcrupulos anxios, & timidos formare hoc verò præcipuè neceſſarium eſt religioſis, reſpectu ſuorum ſuperiorum, vt ignaris diuinarum legum & iunioribus: idem
de Cõfeſ. Gerſon dicit, quod moralis certitudo ſufficiens ad bonita-
Theolog. tem actus, quoad inſipientes & minores, in via virtutum
4. proſ. 4. acquiritur præcipuè per autoritatem maiorum; & principalis cauſa inſtituendi religiones fuit, autoritas regiminis, cui magis obedientia præſtaretur; quàm propriæ rationi, quæ in plurimis dubia eſt, valde debilis, & incerta innititur. Hoc ſuadetur & in Deuteronomio, *Interroga Patrē* Deut. 32.
tuum & annunciabit tibi, & maiores tuos & dicent tibi. Maio- 7.
res intelligo eos, qui multis experimentis eruditi ſunt in agibilibus, quorum iudicia dicit Ariſtotelis eſſe recipien- Ariſtot.
da, tãquam principalia, propter multa quæ viderunt. Idem Gerſon adducit exemplum, pro meliori fide cum quidam diſcipulus beati Bernardi non poſſet deponere ſcrupulos ſuos dixit ei beatus Bernardus, vade frater & in fide mea celebra, obediuit ille ſimpliciter, & omnis ab eo ſcrupulus perpetuò receſſit, quod ſi quis ſcrupuloſus, dicat, vtinã talis eſſet meus prælatus qualis erat B. Bern. crederem faciliter imperanti, & acquieſcerē conſulenti, nunc autem cum mei ſuperioris paruam ſapientiam conſpicio, non audeo meam conſcientiam ſuæ fidei committere. Reſpondet Gerſon, quiſquis ita dicis & ſapis, debe illi obedire non vt homini ſed
vt Deo iubenti, cuius vices ipſe gerit: nam *Qui vos audit me* Luc. 10.16
audit dicit Saluator dummodo prælatum non iubere contra Deum, probabiliter conſtet. Nam prælatus eſt medicus ſpiritualis, cui ſubditus infirmus tenetur obedire, & credere in dubijs, vt latius probat Gerſon.

Quarta medicina eſt, vitare & non curare de ſcrupulis, k
ſed diſtrahere cogitationem, & imaginationem ab illis cauſis, à quibus talis ſcrupulus oritur, aut conſcientiæ inquietudo irrationabilis: in hoc ſiquidem videtur conſiſtere naturalis cauſa iſtorum ſcrupulorum, mota vna phantaſia oportet multas conſequentes moueri, ita quod non eſt in poteſtate compeſcere ſequentes phantaſiarum commotiones, ſicut in lapidibus aut lateribus ordinatè cohærentibus eſt videre, vbi moto vno cæteri ſequuntur, & vnus poſt alium cadit. Ipſa etiam attentio ad ſcrupulum vitandum parit ſcrupulum; quia mouet phantaſiam impedientem liberè aliquid incipere & proſequi, ideo optimum medicamentum, vt deſtrahatur à talibus ſcrupulis, cogitationibus & imaginationibus. Optimum eſt & illud conſilium, vt viri docti & confeſſarij periti, à ſcrupuloſis conſulti, non adducant ipſis multas rationes ad eorum ſcrupulos tollendos; ſed paucis verbis ſimpliciter & abſolutè illos dimittant dicendo eorum ſcrupulos, nullo niſi fundamento: & ſi dicere fas eſt, dicant ipſos eſſe fatuos, & mente captos, vt tali reſponſo confuſis verecundiæ vexatio det intellectum.

Quinta medicina generalis, ad deponendam licitè conſcientiam dubiam vel ſcrupulum, eſt prudens legum, & ſcripturarum, ſecundùm æquitatem moderatio, ſeu interpretatio. Sexta medicina generalis, eſt, ſolutio quorundã argumentorum, quę à ſcrupuloſis proponuntur, in quibus tenaciter perſiſtunt. Primum eſt quod tutior eſt pars eligenda vt dicitur in iure. Secundum quod qui amat periculum peribit in illo. His argumentis reſpondetur, autoritates in quibus fundantur eſſe intelligendas, in hunc modũ ſcilicet, quod tutior pars ſit eligenda, & quod tutior hæc pars contingat, quando agitur ſecundum modos & regulas ſupra appoſitas, nam oppoſito modo agendo, ſe exponit quis periculo peccandi, & temerè eligit partem minus
tutam. Tertium argumentum eſt illud Diui Auguſtinis, D. Aug.
& D. Gregorij Bonarum mentium eſt cognoſcere culpã; Gregor.
vbi non eſt. Reſpondetur bonarum mentium eſt cogno- Bonau.
ſcere culpam in generali, ſcilicet ſe eſſe peccatorem recognoſcendo, & habere peccata occulta, non autem in ſpeciali abſolutè, ſinè aliqua limitationi, item cognoſcere id eſt timere culpam eiuſque occaſiones, antequam adſit culpa, idque aliquando de conſilio, aliquando de præcepto eſt. Quartum argumentum eſt, ſi eſſes in articulo mortis, certè non velles cum tali ſcrupulo ſic agendo mori ergo, &c. Reſpondetur cum Sylueſt. quod in articulo mortis multa homo faceret, & teneretur facere, quæ non eſſent neceſſaria, neque expediret ea facere in vita, ſicut diſponere de domo ſua, per teſtamentum & huiuſmodi, quod non eſt neceſſarium facere in vita; quanto magis deponere nolle ſcrupulos, & conſcientiam dubiam, ſecundum modos, & regulas ſupra appoſitas; benè licitum eſt ſic velle mori, tanquam cum electione partis tutæ ac

etiam

etiam tutoris? ſed de ſcrupuloſa conſcientia hæc dicta ſufficiant.

Eſt alia conſcientia poſt ipſam ſcrupuloſam, quæ dicitur perturbata, & (vt ita dicam) perfrictæ frontis, eſtque eorum qui ita ſunt in peccatis obſtinati, vt de nullo crimine habeant conſcientiam, hanc opponitur conſcientiam, laudabilis, quam habent boni homines, & diſcreti, & Deum timentes, & hi habent continuum gaudium in mente, vt
Prou. 15. v. 15. in prouerbijs dicitur. *Mens ſecura quaſi iuge conuiuium*, nec vituperanda eſt conſcientia timorata quam habent illi, qui non præſumptuoſè, ſed omnia cum conſilio & timore Dei faciunt, hi ſunt aſſidue cauti, ne Deum offendant iuxta illud Gregorij. Bonarum mentium eſt culpam timere vbi culpa non eſt, vt ſupra dictum eſt. Alia quoque conſcientia eſt praua, eorum qui peccata parua ponderant, & magna non ponderant talem habebant Phariſæi,
Matt. 28. v. 2. 3. de quibus. *Væ vobis Phariſæi & ſcribæ hypocritæque qui decimatis, mentam & anethum & rutam, & grauiora legis præter mittatis*, ideſt (ſecundum Lyram) datis decimam de menta, & anetho & ruta, quia de omnibus per legem tenebantur decimas dare, & illi hæc minora obſeruabant, prætermittentes maiora. Eſt præterea conſcientia dilatata, quam habent illi, qui non ponderant niſi grauiora, de communibus nihil curantes, puta iuramenta communia non curant, niſi ſit periurium ſolemne, vel ſuper Sanctiſſimam Trinitatem habitum, & his ſimilia. Iam verò officia & munera conſcientiæ explicanda eſſent, ſed ne longiores ſimus breuiter aliquot officia eius declaremus. Inprimis ad conſcientiam ſpectat ligare & ſoluere, modum autem ligandi, & ſoluendi tangit ſapiens cum inquit.
L Anima viri ſancti enunciat. Neque enim ligat per mo-
Vide ſup. dum coactionis, dictum enim eſt ſupra, quòd eſt habitus intellectus practici, ligare autem per modum coactionis ad voluntatem pertinet, nec ligat per modum principalis auctoris, Deus namque principalis auctor eſt, qui ſuis nos præceptis ligat, ligat ergo tãtum per modum ſuppoſitionis vel conſecutionis alicuius finis, puta niſi quis faciat, quod conſcientia dictat, finem non conſequitur, poteſt etiam dici quod ligat per modum inſtrumentalis agentis, enunciando exemplo præconis, qui præcepta Regis publicat eſſe ſeruanda, ita ſentit Sancto Bonauentura & Doctor ſubtilis.

Sed vt meliùs percipias, quando conſcientia ligat, quan
D. Bonauentura. do non, ſcire debes quod vt inquit Diuus Bonauentura vbi ſupra, interdum conſcientia dictat, aliquid faciendum ſecundum legem Dei, ideſt, ad quod homo tenetur de præcepto; & in hoc caſu tum ita adſtringit vt contra faciens mortaliter peccet; puta conſcientia dictat, vt vadas ad Eccleſiam, ad Miſſas, ad prædicationes diebus feſtiuis, ſi non es iuſto impedimento detentus, & non vadis peccas mortaliter, & credo tunc peccatum duplicari; nam facis contra præceptum Dei, & Eccleſiæ, & tunc rectè conſcientia enuntiat & ligat, aliquando conſcientia dictat aliquid contra legem Dei, & tunc ſi dictat non faciendum rectè ſoluit, quod ſi aliter dictet, puta aliquis hominum ob conſcientiam erroneam, exiſtimat bonum eſſe ſumere vindictam de proximo, idque dictat ei conſcientia, talis non obligatur ad faciendum, ſed ad ſimpliciter deponendum eam, quia non rectè ligat, erronea enim conſcientia diuinæ legi contraria, tenet homines in ſtatu damnationis, & ſi faciat id quod conſcientia dictat, mortaliter peccat; ſiquidem erroneæ conſcientiæ exequitur intentum, quod aduerſatur voluntati diuinę, aliquando etiam conſcientia dictat aliquid quod eſt præter legem Dei, vt leuare feſtucam de terra, ſpuere in Eccleſia, & omnia quæ de ſe non ſunt mala, imo quandoque ſunt de genere boni vt conſilia euangelica, ad quæ homo non tenetur ex præcepto aut voto, talis tenetur aut deponere conſcientiam illam, aut facere quod dictat, aliter peccatum incurrit.

Eſt etiam officium conſcientiæ, accuſare, iudicare, remurmurare, vnde prouenit remorſus conſcientiæ contra peccata & delectationem peccati, inde perpetua contentio prauæ voluntatis cum bona conſcientia; quæ contentione mulierum coram Salomone poteſt explicare, hoc pa- 3. Reg. 3.
cto. Spiritualiter enim mulier illa, quæ filium ſuum dormiendo oppreſſit, ſignificat voluntatem, quæ in ſomno peccati & culpæ dormiens, delectationem conſumit, & ita moritur filius vnius, cito enim tranſit vmbra peccati, & delectatio voluntatis, ſed remanet filius alterius matris, ſcilicet remorſus conſcientiæ, ſemper ille viuit ſemper ſanus eſt, vnde voluntas multum cruciatur, videt namque ſe orbatam voluptate, & videt alterius filium remorſum conſcientiæ remanere ac viuere, ideo valde affligitur, & vellet eum occidere, ideoque rogat eum diuidi dicens, *Nec* 3. Reg. 3.
tibi nec mihi ſed diuidatur, vt quælibet habeat ſuam portionem, peruerſa voluntas medietatem, cogitando ſcilicet præteritam delectationem, quam in peccato habuit, vult etiam eadem praua voluntas, vt conſcientia aliam medietatem poſſideat, cohibendo ſcilicet remorſum ſuum vt ab eo contriſtari non poſſit, ſed ipſa conſcientia non conſentit, nec vult filium ſuum diuidi ſed dicit. *Date illi infantem viuum*, nimirum ſi voluntas vult delectari in eo, quod relinquitur ex peccato, ſentiat etiam doloris acculeos, qui acquiſitos eſt in peccato. Tandem iudicat verus Salomon id eſt Chriſtus, vt nunquam homo peccatum committat, nec ipſum mente concipiat, cum ſemper ſecum ſtimulum, & remorſum conſcientiæ trahat. Atte-
ſtatur id Sanctus Auguſtinus inquirens. Seruus hominis S. Aug.
aliquando ſui dominitudutis imperijs fatigatus requieſcit, ſeruus autem peccati quo fugiat non habet: nam fugit ſemetipſam mala conſcientia, & non eſt quo eat: ſequitur ſe, ideo quia non recedit à ſe peccatum quod fecit intus eſt, voluptas tranſit, peccatum manet, perijt quod delectat, remanſit quod cruciat. In tali igitur maximè caſu non eſt dormiendum, abijcienda omnis negligentia, non tantum conſilium, ſed & medicina quærenda eſt inſtanter: Ignorantia te præceptorum non excuſabit, cum ipſe ſtimulus, & remorſus conſcientiæ, ſemper tibi turpitudinem ſceleris ob oculos ponat, ſemper te impenitentiæ arguat, & ad reſipiſcentiam atque dolorem inducat.

Hi ſunt tribuli, & ſpinæ in agro conſcientiæ,
aues autem volantes recipit, qui Diabo-
lo, peccata perſuadent non reſiſtit,
malum ſemen ſuſcipit, inde re-
morſus enaſcitur conſcien-
tiæ. Reſipiſce igitur
miſer peccator,
dole de pec
catis,
& pace fruens hic, & in
ſempiternum.
Amen.

O IN-

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Sextæ poſt Epiphaniam.

Matt. 13. v.31. *Simile eſt Regnum Cælorum grano Sinapis.*

Prou. 21. v.20. *Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis, vir autem ſtultus deglutit illud.*

IN qualibet Republica benè ordinata ſunt diuerſi ſtatus, diuerſa officia, homines diuerſis virtutibus & donis præditis, qui diuerſimodè vnuſquiſque ſecundum gratiam ſibi à Deo conceſſam iuuant. Rempublicam, hi doctrina, illi conſilio & ingenio, alij lingua diſerta, & doctis ſermonibus, alij manu armata. Aliter Reipublicæ auxiliatus patens eloquentiæ
Cicero, A
Cicero, aliter Cæſar armis inſignis, ille nempè eloquio, iſte victrici dextera, & ſecundum quod diuerſimodè auxiliantur Reipublicæ, ita quoque diuerſis eos ſignis honorari & inſigni moris eſt. Aliud eſt ſignum Papæ nempè Thiara, aliud Cardinalis toga purpurea, aliud Imperatoris & Regis, ſcilicet corona & ſceptrum, aliud Senatoris, aliud Equitis Maltenſis, vel alicuius ordinis equeſtris, nempè crux candida, vel rubea in veſte aut in catenula aurea appenſa, quo ſigno proteſtantur ſe mutum eſſe contra inimicos Crucis Chriſti. Aliud eſt ſignum Iudicis vel Superioris, ſicut in Regno Caſtellæ mos eſt iudicibus omnibus portare arundines in manu ſeu Baccillos. Aliud eſt ſignum Doctoris, ſicut Salamanticæ & fortè idem reperire eſt in alijs Academijs diuerſæ profeſſionis. Magiſtri deferunt Biretos de verſicoloribus filis coopertos, cùm in actibus publicis præſident: itaque quilibet pro ſua conditione, & dignitate ſigno exteriori inſignitur. Non ſolum autem in Republica ſæculari id obſeruatur, ſed & Deus ipſe diſtribuendo officia, inſtituendo Prophetas, Apoſtolos &c. voluit quoque eos aliquo ſigno extrinſeco inſignire, quemadmodum legimus de Iſaia Propheta, & in miſſa ante Euangelium quotidie dicimus. Qui labia Iſaiæ Prophetæ calculo mundaſti igniro &c. Et
Iſaiæ 6. v.6.
hoc Eccleſia deſumpſit ex Iſaia. *In manu eius calculus quem forcipe tulerat, & tetigit os eius.* Et certè non ſinè cauſa ſignatur Propheta in ore quia principaliter virtus Prophetiæ eſt in prædicatione, ſicut Doctor præcipuum ſignum habet in capite, quia ibi principaliter reſidet ſapientia.

Iudex in manu, quia hic principaliter virtus efficij eius reducet: imò & natura ipſa, tum in hominibus, tum in herbis, vbi vis & virtus principalius habetur id ſignis exterioribus extrinſecis manifeſtare conſueuit. Inde ortum adagium. Ab ijs quos natura ſignauit caueto. Vn-
Adagium
de non iniuria quamlibet Rempubl. vocauerim in hoc genere naturæ imitatricem, quæ herbas diuerſis coloribus, odoribus, ſaporibus, & alijs ſimilibus notis, diſtinguere, & deſignare voluit. Non aliter atque Apotecarij, qui in diuerſis vaſis diuerſa habentes repoſita pharmaca, chedulas vbique ſubſcribunt, ne errore accidat, vt pro medicamento venenum propinet: ſic natura ſignauit herbas, vel in folijs ſicut violas, vel in radicibus ſicut raphanum: vel in odore ſicut lilium: vel in tamuſculis: vel in colore ſicut cariophillos, vel in fructu ſicut Melonium, vel in ſemine, ſicut granum ſinapis. Chriſtus in hodierno Euangelio, Regnum Cælorum grano ſinapis comparat quod in apparentia quidem exteriori eſt minimum, non habet odorem, colorem, ſaporem; ſed tamen occultam virtutem habet maximam, quia illud eſt præcipuum, quo à natura ſemen hoc ſignatum, & præditum eſt.

Porrò efficacia huius virtutis, non cognoſcitur niſi vel ſeminetur, tunc enim (inquit Chriſtus in Euangelio) ita creſcit, *vt ſit arbor in qua aues cæli habitant*, vel conteratur aut maſticetur, tunc enim eſt tantæ virtutis vt lachrymas ex oculis eliciat: vnde ortum fuit Adagium apud Græcos, & deinde tranſlatum ad Latinos, ad ſignificandum hominem melancholicum.

Si hic homo ſinapi victitet, non ſentio tam triſtem eſſe poſſe
Dixit Plautus, & ratio Adagij eſt, quia continuo ſinapi vi- Plautus
ctitantem neceſſe eſt continuo flare. Quo in grano ſina- in Tracu
pis eſt maſticatio hoc in beneficijs Dei, in diuina lege, & letio.
doctrina Euangelica eſt meditatio, ſinè qua nec diuina beneficia ſequitur gratitudo, imo vt inquit Propheta, *miſit eos in ſacculum pertuſum*, nec penas inferni ſequitur timor, nec gloriam æternam illum ſequitur deſiderium; quis enim gratus eſſe poteſt diuinorum beneficiorum, niſi ea conſideret perpendat, & mediterur: radius ſolaris ſi tranſeat per vitrum criſtallinum, vix calefacit vitrum, & tamen pannum vel lignum comburit, quia circa vitrum non ſe occupat, ſed ſtatim pertranſit, in panno autem vel ligno reflexos radios firmat, & ſic obuia quæque adurit.
Ideo monet Spiritus Sanctus per Eccleſiaſticum ad maſti- Ecclef.6.
canda hæc grana ſinapis, per iugem meditationem, quæ v.31.
deuotionem augeat, & gemitus atque lachrimas eliciat, *cogitatum inquit tuum habe in præceptis altiſſimi, & in mandatis eius aſſiduus eſto.* Et in prouerbijs. *Conſerua* (inquit) Prou 6.
fili mi præcepta &c. Liga eam in corde tuo iugiter. Et infra, v.20.
Fili cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea, legem meam, vt Prou. 7.
pupillam oculi, &c. Signa ea in digitis &c. Idem præcepit Moy- Deut. 6.
ſes populo. Erunt verba quæ ego præcepi hodie in corde tuo nar- v.6.
rabis ea filijs tuis, dormies atque conſurges ligabis ea quaſi ſignum &c. Ideo pulchrè Salomon diſtinxit inter ſapientem & ſtultum, quia theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis, ſtultus autem deglutit illud. Stultus præcepta Dei, beneficia, doctrinam Chriſti deglutit ſicut pilulas; ſapiens autem maſticat, ſicut conſeruam, vnde virtutis eius prouenit efficatia, odor, ſapor, qui cerebrum expurgat, caput corroborat, cor lætificat. De ſtultis lamen-
tabatur quondam Eſaias: *Opus Domini non reſpicitis neque* Iſai. 5.
opera manuum eius conſideratis, & iure meritò. Nam tam v.12.
diu quis imaginem ſuam videt in ſpeculo, quam diu illud intuetur tamdiu quis caleſit, quamdiu durat ſol vel ignis, tamdiu patienter tolerat aduerſa, quamdiu beneficia Dei meditatur, tamdiu deuotionis feruore exæſtuat, quamdiu pia cæleſtium contemplatione occupatur. Vnde impoſſibile ſanè dixerim, illa ſanctitatis exempla Iob, Dauid, Ioſeph, & pleroſque alios tot aduerſa infracto animo ſupportare potuiſſe, niſi eis aſſidua diuinorum meditatio robur & animum addidiſſet, ideoque dicit Dauid. *Niſi quod*
lex tua meditatio mea eſt, tunc fortaſſe periſſe in humilitate Pſal.118.
mea. Hoc igitur ſpeciale eſt in grano ſinapis, quod effi- v.92.
cacia virtutis occultæ, quam maximam habet per maſticationē eluceſcit: ſicut lilium per odorem, violæ per colo-
rem &c. Maſticabimus aliquantulum hoc granum ſina- In præſen
pis, conſiderando illud eſſe theſaurum deſiderabilem quo ti ſermo-
ad virtutem occultam, qui requieſcere debet in ore ſa- ne.
pientis, & maſticari per contemplationem. Deinde paucis enodabimus, quomodo ſimiliter fermentum, theſaurus deſiderabilem ſignificet, qui ſi in ore ſapientum dudum requieſcit toti mundo vtilis eſt, ſi ſtatim deglutitur, exiguum vel nullum fructum adfert.

SIMILE EST REGNVM CÆLORVM GRANO B
SINAPIS. Duæ parabolæ in præſenti Euangelio poſitæ ſunt quæ nobis deſignant eam vim regni cælorum eſſe, vt

ex paruis

Ex paruis & humilibus initijs procedat ſemper ad maxima incrementa; quia regnum cælorum eſt ille theſaurus deſiderabilis, ſed quia abſconditus, ideo ſub velamine tantæ humilitatis, non agnoſcitur excellentia eius, niſi in ore ſapientis mapiceretur per conſiderationem. Per granum ergo ſinapis ſignificatur Eccleſia primitiua, ſecundum Chriſoſtomum vel ipſum regnum Dei, in quo per Euangelium cœperat tum Deus regnare in hominibus credentibus, Eccleſia ſiquidem primitiua, quando adhuc recens in terra fundata, ſeu ſeminata eſt, vilis erat & parua, ſed cito in magnam arborem excreuit, ita vt impleret terram, & ſecundum Prophetam Dauid, *Operiret montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei extenderetur à mari vſque ad mare.* Vmbræ Eccleſiæ operit montes. Patriarchas ſcilicet, & Prophetas, qui obſcure locuti ſunt; ſed poſt vmbram venit lucis manifeſtatio, & arbuſta eius cedros Dei, ideſt colla ſuperborum ſibi ſubdidit. In alio quoque Pſalmo de hac re pulchre idem propheta diſſeruit, *Qui habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem.* Sterilis in principio videbatur Eccleſia, ſed poſtea magna accepit incrementa virtutum; præſertim ſub Conſtantino Magno, qui orbem prope vniuerſum ſibi ſubiecerat: tunc ſterilis peperit plurimos & effecta eſt læta mater filiorum. Suffragatur huic veritati Iſaias. *Lauda* (inquit) *ſterilis quæ non paris, quia multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habet virum.* Inducit hic Propheta duas Reſpublicas, idque ſub nomine duarũ mulierum, quarum altera erat ſterilis, ſolitaria, & ſinè viro: altera verò maritata & multa prole fæcunda, vt ſcribit etiam Apoſtolus ad Galat. Illa mulier ſterilis, gentilitas ſcilicet, poſt Chriſti aduentum multorum filiorum fæcunditate lætatur, quæ vero habebat filios, gens Iudaica ſcilicet infirmata eſt, quia non amplius peperit Deo, ſed Diabolo, eo quod non cognouerit tempus viſitationis ſuæ. Mulier derelicta vocabatur Eccleſia, antequam recepiſſet venientem Chriſtum vocabatur paupercula tempeſtate conuulſa, quia inter varios idolorum cultus, ſinè ductore, & ſinè conſolatione degebat deſolata, quia nullus ei Moyſes aut Propheta, nullus conſolator aderat. Tandem Deo miſerante de ea dictum eſt. *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles.* Saphirus cæli ſimilitudinem retinet, Eccleſia ergo fundata eſt in ſaphiris, ideſt in Apoſtolis, quorum conuerſatio in cælis fuit, iaſpis autem phantaſmata fugat, geritque typum eruditiſſimorum virorum, qui ſit Eccleſiæ propugnacula. Porro lapides ſculpti ſiuè criſtallini (vt dicunt Septuaginta,) quibus nihil purius, denotant homines puriſſimæ fidei: Lapides autem deſiderabiles, ſignificant reliqua Spiritus Sancti chariſmata, quibus, hæc, quondam paupercula, dotata eſt, & ſicut ſponſa precioſis monilibus ornata. Rectè igitur Eccleſia primitiua grano ſinapis, ob humilitatem, & theſauro deſiderabili ob excellentiam comparatur; quod ſtulti Gentiles, Iudæi, Hæretici, non maſticant ad ſalutem, ſed deglutiunt ad perditionem. Diuus Hieronymus per granum ſinapis, intelligit Euangelium, doctrinam Chriſti, quæ reſpectu doctrinæ & ſapientiæ humanæ minima eſſe videtur, nam ſapientia humana rationibus innititur demonſtratiuis, Euangelium autem ſola authoritate dicentis: item Euangelium eos quibus proponitur efficit minimos, ita vt dicant cum D. Paulo. Mihi autem ſanctorum minimo. *Ego autem ſum minimus Apoſtolorum:* deinde omnia, quæ Euangelium continet in oculis mundi contemptibilia apparent. Nam quod Deus & homo fuerit captus, flagellatus, conſputus, coronatus, & inter latrones crucifixus, ſunt minima & contemptibilia, Iudæi ſcandalum, gentibus ſtultitia: ſed turpiter decipiuntur non aduertentes doctrinam Chriſti eſſe theſaurum deſiderabilem, eſſe granum ſinapis, exiguæ quidem quantitatis, verumtamen maximæ virtutis, quæ non ſentitur niſi maſticetur. Quidquid in doctrina Chriſti continetur, maſticandum eſt ore intellectus & meditationis, alias nullum adfert commodum. Si non perpendis cælum & æternam beatitudinem, quomodo illud deſiderabis. Si non conſideras pœnas inferni, quomodo infernum timebis? ſi ad beneficia Dei non attendis, certè Deus mittit ea in ſacculum pertuſum inquit Aggeas: item granum ſinapis notat virtutes, quæ quo ad exteriorem apparentiam exiguæ videntur, in virtute tamen ſunt maximæ, quia eis tanquam theſauro deſiderabili emitur cęlum, pręcipuè verò ſi non ſolum ſint in ore ſapientis, ſed etiam in manibus & operatione, *Qui enim fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno cælorum.* Ad extremum ipſum etiam regnum cælorum per illò intelligitur & homines conciues futuri in cæleſti Hieroſolyma, quorum virtus maximè hunc eluceſcit cùm perſecutiones patiuntur, ſpeciali tamen ratione, granum ſinapis ſignificat ipſum Regem cælorum, & caput iuſtorum omnium, Dei Patris vnigenitum, de quo præcipuè verificatur illud quod in Euangelio ſubditur.

Chriſoſt.

Pſal. 79. v. 11.

Pſal. 112. v. 9.

Eſai. 54. v. 1.

ad Gal. 6.

Iſai. 54. v. 11.

C

1. Cor. 15. v. 9.

Hororri Matth. 13

QVOD MINIMVM EST OMNIBVS OLERIBVS. Apud Græcos in illa famoſiſſima Athænarum Academia propoſita fuit olim quæſtio. Quidnam eſſet maximum ſimul & minimum, ſeu quæ res eſſet maior aut minor in mundo; quæſtio tanto difficilior quanto magis inuoluit contrarietatem. Et quidem, ſi hæc ſeparatim & diſtinctim acciperentur, facilior reſponſio haberetur. Sic enim poſſet quis dicere, quod primũ mobile ſit maius omnibus, ſolum enim hoc vniuerſum continet, minimi autem ſunt atomi, qui in radio ſolari vix aliquando percipiuntur: At verò quod idem ſimul & ſemel ſit maius, & minus, hoc certè difficilè admodum, quia contradictionem euidentem inuoluere videtur. Dixerunt ergo quidam, medullam ſeu pupillam oculi eſſe maximam ſimul & minimam, quia licet ſit tam exigua vt patet intuenti, nihilominus ad 5.7.10. & quandoque ad plura etiam milliaria clarè proſpicit. Item ſolem, lunam, ſtellas, quæ multo ſunt maiores terrarum orbe perfectiſsimè comprehendit: ſicut enim in ſpeculo omnia per reuerberationem relucent, ita in pupilla oculi. Alter reſpondit intellectum eſſe huiuſmodi, quia quamuis ſit ſinè quantitate, videt tamen ea quæ ſunt ſibi præſentia pariter & abſentia, ea quæ ſunt & ea quæ non ſunt; & cum huic iam præmium dandum determinaſſent, ecce alius proclamauit adhuc poſſe inueniri aliud quod eſſet maximum ſimul & minimum, nempè ouum Horomatis, quod cum eſſet tam paruum, in eo tamen (vt refert Cælius Rodigimus & Pierius) Horomates clauſit 24. Deos in principio mundi, & alios quidem bonos, alios verò malos, cum autem poſtea illo ouo luderent filij Arimanij fracto ouo inde bonum, & malum erumpens, totum repleuit mundum. Et quanquam ſecundum Græcos hic videbatur magis ad propoſitum dixiſſe, magnum enim eſt in re tam parua tot Deos includi; quia hoc tamen fuit figmentum Poetarum, qui per iſtos 24. Deos intelligere voluerunt ſpatium vnius diei, quod 24. horis menſuratur: ideo meliorem dixerunt fuiſſe reſponſionem illius qui dixit pupillam oculi eſſe maximam ſimul & minimam, & multo adhuc meliorem illius qui pupillæ animæ, nempè intellectui hoc ipſum attribuit. Prudenter quidem illi, ſed non ad ſenſum noſtri Euangelij, quod ait granum ſinapis minimum eſſe omnibus oleribus, & quia ſupra diximus per granum ſinapis ſignificari Chriſtum, ideo iuxta hoc melius nos illis omnibus ad memoratam quæſtionem reſpondere poſſumus, dicendo maximum, & minimum eſſe Deum hominem, verbum incarnatum, qui cùm ſit adeo paruus quo ad humanitatem, vt de illo Diuus Paulus dixerit: *Exinaniuit ſemetipſum formam &c.*

Cælius & Pierius.

Ad Phil. 2. v. 5.

Nihilominus tamen in tam modica quantitate exiſtens fuit, & eſt ſemper maximus quo ad Diuinitatem, maximus in ſapientia, in mundi gubernatione, maximus in beatificatione ſanctorum, maximus in ſphærarum cæleſtium motione, vno verbo maximus in omni maieſtate & gloria. Quamuis enim diminutus videbatur paulo minus ab Angelis, gloria tamen & honore coronatus eſt. *Seraphin ſtabant ſuper illud* (inquit Iſaias) quia Chriſtus ſeipſum humiliauit, vt poſtea exaltaret caput, Gloria & honore coronatus, ita vt eſſet caput Seraphinorum, eleuatus ſupra omnes Angelorum choros, ſicut granum ſinapis de quo inquit Euangelium.

Pſal. 8.

Eſa. 6. v. 1

CVM AVTEM CREVERIT MAIVS EST OM-

D

Digitized by Google

NIBVS OLERIBVS. Veriſimile eſt pro varietate regionum, ſemen ſinapis eſſe varium, & alterum altero minus, vt ſcribit Plinius, (Plinius.) ita Eccleſia in principio natiuitatis paupercula fuit & modica, ſed poſtea Deo duce creuit in arborem magnam, & impleuit terram, & ramos extendit nempè Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, ſub quorum doctrina requieſcerēt & Reges, & ſapientes orbis. Similiter, & ipſum Eccleſiæ caput Chriſtus, in ſua natiuitate erat quaſi granum ſinapis valde exiguum, ſed ſucceſſu temporis in tātum excreuit, vt de illo viſio illa Regis Nabuchodonoſor peroptimè intelligi poſſit Dan. 4. (Daniel. 4. v. 8.) *Magna arbor, & fortis proceritas eius contingens cælum, aſpectus illius vſque ad terminos terræ vniuerſæ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius & eſca vniuerſorum in ea.* Quod olim prædixerat Eſaias quamuis diuerſo verborum ſenſu ſic inquiens. (Eſai. 2. v. 2.) *Erit præparatus mons Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes.* Repugnantia hic quædam videtur dicere: Eleuabitur ait mons ſupra omnes colles, & ad eum fluent gentes: vtique fluxus aquarum non eſt ad loca alta & eleuata ſed demiſſa, & humilia, quomodo ergo dicit Propheta, quod gentes fluent ad montem in vertice montium ad Chriſtum, qui maior eſt & altior omnibus montibus ſanctorū. Innuere per hoc voluit, quod quemadmodum hic mons in vertice montium Chriſtus eleuatus eſt ſuper omnes colles, & præparatus in vertice mōtium creuit, vt eſſet maior omnibus per humilitatem, ita & illi qui ad hunc montem aſcendere volunt, non poſſunt aliter id præſtare niſi fluendo, ſeipſum humiliādo. Sic aſcendit Ioſeph vt eſſet Rex Ægipti, prius enim debuit mitti in foſſam profundam, antequam creſceret in arborem, ex cuius fructu vniuerſa veſceretur Ægiptus. Neque miretur quiſpiam hunc tam mirabilem ſecundum Deum aſſenſum quia ſicut alia eſſe plerumq; iudicia Dei, alia hominum dicimus, ita diſſimiles eſſe vias illius à vijs noſtris fatēdum eſt. Duo ergo virtus humilitatis arbori ſpirituali commoda impertitur, vnum quod arbor creſcat in ſe, & maior cæteris appareat; alterum quod quaqua verſum ramos ſuos pulcherrimè expandat, vt dicit Euangeliſta.

ET FIT ARBOR ITA VT VOLVCRES CÆLI VENIANT, ET HABITENT IN RAMIS EIVS. Magna profectò felicitas arboris myſticæ, id eſt Ieſu Chriſti, in qua maximè huius dicti euangelici veritas relucet. Sub eius enim vmbra, & ramis crucis, requieſcunt Monarchę, Principes, & omnis populus chriſtianus. Fructu huius arboris ſuſtentatur cælum & terra, rami eius vſque ad vltimos terræ terminos in latum protenduntur, in altum etiā ad ipſos vſque cælorum vertices aſſurgunt; habet ramos, habet & truncum, in ramis requieſcunt volucres cæli, homines ſcilicet ſanctitate, doctrina, ingenio excellentes, Sub arbore autem in loco infimo beſtię agri, homines peruerſi, quia ipſe facit ſolem oriri ſuper bonos & malos. & prouidentia ſua omnes gubernat quamuis diſſimiliter, nam volatilia collocat in ramis ſurſum, beſtias verò in terra deorſum: ordinata eſt prouidentia Dei, melius quam prouidentia humana, quam cum quidam exprimere vellet depinxit arborem in vno ramo illius arboris aſinum in Bereto vel pileo Doctorum artificioſè effinxit, in altero lupum cum virga, quod eſt iuſtitiæ ſymbolum, & reuera ita fit communiter in gubernationibus, & regimine hominum, vbi vt plurimū videmus (vt inquit ſapiens) ſeruos in equis, & Principes ſedere deorſum. Auiculæ cæleſtes id eſt homines ſancti & iuſti, quorum conuerſatio in cælis eſt, in terra iacent abiecti & ſinè honore. (Eccl. 10.) Lupi verò rapacitate famoſi, & inertes, Aſini ſedent in ramis, eminent imperio, leges præſcribunt iniquas, & virga iuſtitiæ temere ſibi concredita, ipſum innocentiam pro ſua officia voluntate plerumque percutiunt. Tale regimen fuiſſe dixerim Regis Nabuchodonoſor, & ideo etiam arbor gubernationis eius ſub qua aues & beſtiæ requieſcebant iuſſa fuit excedendi. (Eccl. 26. v. 25.) Talis etiam eſt eorum de quibus dicit Eccleſiaſtes. *In duobus eſt contriſtatum cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit, vir bellator deficiens per inopiam, & vir ſenſatus contemptus, & qui tranſgreditur a iuſtitia ad peccatum, Deus parauit eum ad romphæam.* Non ſic mundum gubernat Chriſtus, non ſic regit Eccleſiam quæ licet ramos ſuos extenderit à mari vſque ad mare, à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, ita tamen omnia diſponit, vt in ramis eius ſub vmbra Paſtoris, ſucceſſoris Chriſti, Pontificis Romani, Imperatores, Reges Principes viri ſanctitate & doctrina illuſtres dulciter requieſcant, ſub arbore autem iumenta, mali chriſtiani, vel infideles, quia ipſe ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos. ſub arbore requieſcebat olim noſtra Polonia cū ſuis Principibus, Cum Lecho, qui à Cimmerio Boſphoro Sarmata, ſiuè Slauus egreſſus, vacuas à Vandalis relictas ſedes occupauit, circa annum 550. Cum duodecim item Palatinis regnum tyrannicè adminiſtrantibus. Cum Vanda, Leſtis Popielis Piaſtis; alijſque Principibus infidelibus, vſque ad Miecislaum I. vel Mieſcum Ziemomyslij fratrem qui cæcus natus lumine recepto Chriſtianam religionem ſuſcepit, obedientiam Benedicto ſeptimo humiliter præſtitit, & ab eo Regium Diadema petijt. Ab hoc tempore iam non ſub arbore vt infideles & Idololatræ, ſed in ramis tanquam Eccleſiæ filij, ſemper catholici vſque ad Sigiſmundum III. Ioanne III. & Catharina Sigiſmundi Regis Polonorum filia natum, gubernacula Regni Deo auſpice, & bene propitio fœliciter tenentē requieſcunt. (S. Sueciæ Rege.) Quorum obſeruantiam in Romanam Eccleſiam, & obedientiam dum commendat Bodinus, ſic de eis ſcribit, ſæpe quidem Germani Polonos ſub imperium ſubijcere tentarunt, ſed inanes eorum conatus eluſerunt Poloni, qui etiam Sileſiam ac Pruſſiam ab imperio Germanico auulſam, ſuæ ditioni adiecerūt. (Regnum Poloniæ ſimile grano ſinapis.) Quod Pruteni equites cum moleſtiſsimè tulerint, ac ſepiſsimè apud Imperij ordines de contumelia iſta queſti ſint, nihil tamen Imperatores audendum ſibi putarunt aduerſus Polonos, à quibus antea Germanorum exercitus repulſos ac fractos eſſe intelligebant, Neque tamen Poloni à Pontificibus Roman. regia ſceptra capere dubitarunt, & ideo etiam regnum hoc cum eſſet minimum, inter alia regna in tantum creuit, vt eſſet maius cæteris chriſtianorum regnis viribus & potētia illuſtrius, cuius potentia vel maxime enituit Anno 1621. cum Imperatorem Turcarum ex finibus ſuis, quos in propria perſona cum innumerabili exercitu occupauerat confuſibiliter eiecit. Sanè regnum hoc factum eſt arbor ita vt volucres cęli veniant, & habitent in ramis eius, homines ſancti & iuſti, ſanctitate & doctrina celebres. Sed ad aliam parabolam Euangelij hodierni explicandam tranſeamus.

ALIAM PARABOLAM LOCVTVS EST EIS. SIMILE EST REGNVM CÆLORVM FERMENTO. Fermentum ſignificare putredinem, quæ exaſperat, & labefactat farinam, communis tenet opinio. Hinc Romę ſacerdoti Iouis, quem flaminem Dialem nuncupabant, farinam vel fermentum nefas fuit attrectare, (Plutarc. in Qu. Rom.) ſed hæc ſuperſtitioſa fuere. Nos fermentum theſaurum eſſe deſiderabilem dicimus, quod ſi requieſcat in ore ſapientes guſtū, & ſacrificijs & bonis operibus ſubminiſtrat. Verumtamen ſcire oportet in ſacra ſcriptura nomen fermenti, quandoque accipi propriè, ſicut in Exodo vbi dicitur, (Exod. 12.) quod filij Iſrael habebant panem per deſertum ſinè fermento, & in Leuit. legimus, (Leuit. 23.) quod offerebant panes fermētatos Quandoq; Metaphoricè, & ſic tam in bonam quàm in malam partem torqueri poteſt, in malam quidem, vt videre eſt apud Apoſtolum ſcribentem ad Corinth. (Cor. 1. c. 5) de illo inceſtuoſo, quem vocat fermentum dicens, *Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* (Math. 6. & Luc. 12) Et Ieſus nobis pręcipit cauere à fermento Phariſeorum in bonam autem, ſicut in pręſenti Euangelio audiuimus. Porro per fermentum intelligi poſſunt illa eadem quæ per granum ſinapis. Et inprimis prædicatio Euangelica, ſiuè Euangelium fermentum dicitur à feruore, quia feruere, & excreſcere facit maſſam ſpiritualem, ſcilicet ſancta rerū cæleſtium deſideria & omne optimarū virtutum actionem fermentum habet virtutem panis eleuatiuā, & ſui acetoſitate ſaporis, ipſius maſſæ ſeu panis munitiuā, & in ſui ſimilitudinem totius maſſæ ſubſtantiam cui admiſcetur conuerſiuam farina pura aquæ conſpectione conglutinata dicitur azima, id eſt ſine zima. Zima enim Græcè Latinè fermentum ſignificat. Eſt autem Zima inflatiua, corruptiua, perforatiua

Digitized by Google

foratiua, & diuiſiua partium panis ſeu maſſæ cui admiſce-
tur: itaque nomine fermenti in præſenti Euangelio, vir-
tus doctrinæ Euangelicæ intelligitur, qua mundus diuer-
ſis erroribus corruptus, in ſaniorem mentem transforma-
tus; vel etiam intelligitur Chriſtus Dominus, qui in cruce
poſitus, magna paſſionis ſuæ amaritudine, contulit guſtū
omnibus ſacrificijs antiquis, quia ex paſſione ipſius præui-
ſa, omne precium & valor eorundem habebatur: ideo
Leuit.2. præceperat Deus in Leuit. 2. *Ponet memoriale ſuper altare*
in odorem ſuauiſſimum Domino; vt quid enim ſacrificium il-
lud vocaret memoriale, niſi quia repræſentabat, & quaſi
in memoriam reuocabat futuram oblationem ſanguinis
I Ieſu Chriſti, conferentis precium, & valorem ſacrificijs,
ſicut fermentum confert guſtum maſſæ, & hac ratione fer
mentum eſt theſaurus deſiderabilis in ore ſapientis, quia
& paſſio Chriſti maiorem confert guſtum, ſi retineatur in
anima per meditationem, & contemplationem cæleſtium
arcanorum, & doctrina Chriſti, ſiue prædicatio Euange-
lica, in ore viri ſapientis tanquam theſaurus, plurimos ſpi-
ritualibus diuitijs ditare potens eſt. Alij per fermentum
Aug.li.1. Quæſtio-ne Euan-gelica q. 13. Th.4. intelligunt charitatem, ſic D. Auguſtinus ob eandem cau-
ſam, quia confert guſtum alijs virtutibus, alij bona exem-
pla: nam quemadmodum Diuus Paulus mala exempla ap
pellauit fermentum quod corrumpit, ita bona exempla
ſunt fermentum quod affert condimentum moribus, *nam*
qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, amicus ſtultorum ſi-
milis efficietur.

Prou.13. Tres infirmitates ſunt: quæ facillimè contrahuntur, ſca-
bies, Epidemia, & oculorum languor. Scabies ideo, quia
cum ſit humor corruptus in partibus extrinſecis & cuti vi-
cinis, facile à carne per tactum contrahitur. Peſtilentia
autem, quia cum ſit aer corruptus, ſinè quo reſpirare ho-
mo non poteſt, inficit pulmonem, cor, &c. Oculi autem
dum ſpectant oculos læſos læduntur & ipſi vt inquit Poë-
ta: quia viſio fit exhalatione cuiuſdam humoris ab oculis
ad inſtar radij ad ſpeculum reflexi, & ideo humor vnius
oculi infecti inficit alium, ſed multo facilius, animus infe-
ctus corruptis moribus deprauat alium, quàm oculus ocu-
lum, vel aer pulmonem: & ſicut malorum conuerſatio no-
Seneca de ira. cet, ita bonorum prodeſt, vt inquit Seneca. Non ſic pro-
ficit natale ſolum ad ſanitatem valetudinario impertien-
dam, quantum illis qui nec dum in virtute fit mas radices
egerunt cum talibus viuere & conuerſari, qui ſunt ſtudioſi
virtutum ſectatores. Rectè ergo præter alias acceptiones,
fermentum accipitur pro bonis, vel malis exemplis, fer-
mentum inter viros principes, mores Reipub. Poloniæ con
Sigiſmundus Auguſtus. diens erat Sigiſmundus Auguſtus, cuius virtutes & bona
exempla comparans cum alijs principibus Cromerus, com
memorat Boleslai Chabri ſolertiam & magnificentiam,
Caſimiri Monachi pacis inſtaurandę in patria ſuperiorum
temporum iniuria diſſipatę ardens ſtudium, Vladiſlai eius
filij manſuetudinem: Boleslai Criuouſti victorias, Criſpi
prouidentiam, Miecislai ſenis grauitatem, Caſimiri ho-
rum duorum fratris iuſtitiam, Leſci albi excelſum animū,
Boleslai pudici religionem ac temperantiam, Leſci nigri
moderationem animi, Vladislai Lochci in tolerandis ad-
uerſis fortitudinem, Caſimiri magni in ornando, & mu-
niendo regno diligentiam, Iagellonis in propagatione cul
tus diuini pietatem, laborem, & munificentiam; Vladislai
magnanimitatem & clementiam, Caſimiri facilitatem, &
offenſarum per breuem memoriam, denique Ioannis Al-
berti ad res magnas gerendas alacritatem. Et has omnes
omnium illorum virtutes Sigiſmundum Auguſtum non
modo æquaſſe ſed ſuperaſſe etiam contendit. Similiter &
prædeceſſores eius fuerunt fermentum boni exempli, po-
Cromer. lib.12. tiſſimum Caſimirus II. de quo ſic ſcribit Cromerus: Rex
pacis quam belli artibus & operibus clarior, magni cogno
mentum ſolus inter Polonorum principes, non tam virtu-
te bellica, & victorijs meruiſſe videtur, quàm operibus
magnificis, & plurimarum arcium & oppidorum munitio
ne, & quo omnium ſummorum pariter & infimorum ſi-
bi beneuolentiam conciliauit eiuſdem quas collegerat vir-
tutes, hoc eſt iuſtitiam, facilitate, humanitate, & clemen-
tiam ad extremum vſque ſpiritum retinuit.

Fermentum quoque optimum fuit Ludouicus Vngarię
& Poloniæ Rex, moribus ita temperatus vt foris bella acri-
ter & excelſo animo gereret, domi placabilitate & iuſtitia
pacem coleret, vt vbique prudentia & animi moderatio-
ne ſingulari emineret: in contumaces ſeuerus, in ſupplices
benignus, ſtudia bonorum literarum coluit: nec fere quid-
quam inconſulte ſolitus erat auſpicari. Pietatis ac Reli-
gionis ita fuit obſeruans, vt magno arderet deſiderio Iu-
dæos & Cunos, falſorum Deorum cultores ad Chriſtianā
adducere religionem, quod quidem in Cunis eſt aſſecutus,
Iudæis autem cum neque minis, neque præmijs propoſitis
id perſuadere poſſet, proſcripſit omnes. Similis erat Vla-
diſlaus Vngariæ & Polonię Rex, qui ad Varnam ab Amu Cromer.
rathe Turcarum Imperatore non multus cæſus eſt, anno lib.21.
Chriſti M.CCCCLIV. ætatis ſuæ vigeſſimo, laboris &
inediæ patientiſſimus, iuſtitiæ & religionis cultor eximius
fuit, probitate, comitate & clementia etiam in hoſtes ſin-
gulari, liberalitate propemodum nimia, animi vero magni
tudine tanta, vt nihil humile cogitaret, nulla difficultate
ab eo quod ſemel propoſuiſſet auelli ſe pateretur. Porrò
fermentum malitiæ, & credulitatis in eodem regno fuit
Boleslaus, qui commixtus gentibus didicit opera eorum, & Cranzius
factus eſt ſentina omnium vitiorum. Nobiles Poloni lib.3. Van
Regem prius ad bellum contra Ruſſorum gentem ſecuti, daliæ c.12
inuito poſt Rege, domos repetunt, inuaſores familiarum
ſupplicijs excruciant: fœminas quæ vltro ſeruis conſenſe-
rant pœnis atrociſſimis afficiunt, at verò Rex interim do- G
mum victor reuerſus, nobiles tanquam deſertores accuſat,
ad ſupplicium rapit, mulieres quibus mariti pepercissent,
abiectis infantibus catulos alere cogit, & de cauſa à Sta-
niſlao Archiepiſcopo Cracouienſi, anathemate percuſſus,
cum ſanctum virum ab ara abſtractum mactaſſet, tādem
bello ciuili exorto à ſuis pulſus, in exilio miſere perijt. Hęc
fuerunt fermenta bona & mala inter homines principes,
inter priuatos autem, omnes illos bonum fermentum dixe
rim, qui tales ſunt, quales fuerunt illi, quos Philoſophus
quidam apud Plutarchum, qui vendita poſſeſſione procla-
mare iuſſit, omnes circumhabitantes probos, & moribus
laudabiles fuiſſe, ab hoc fermento condimentum ſumitur
per viſum & auditum: quia vt inquit collector. Tales ſu-
mus qualia quotidie audimus & videmus, cum aures & Ioannes
oculi ſint feneſtræ & fores per quas cum moribus & ani- Collect.
mus aliorum cōuerſamur, ſi enim cum claudo habitas ſub
claudicare diſces.

QVOD ACCEPTVM MVLIER ABSCONTIT
IN FARINÆ SATIS TRIBVS. Nomen *ſatis* ſub-
ſtantiuum eſt & Syrum, ſignificans Paleſtinæ menſuræ
quoddam genus, Hebraicè Saach, quam vocem S. Hiero-
nimus vertit modiū & ſatum. In Geneſi fit mentio trium
ſatorum. *Accelera* (inquit Abraham ad Saram) *tria ſata* Gen.18.
ſimile commiſce. Item 1. Regum, quinque ſata polentæ at- 1.Reg.25
tuliſſe Abigail Dauid dicitur. De modio autem ſcriptura 4.Reg.7.
commemorat. Cras (inquit Eliſæus) vnus modius ſimile
ſtatere vno erit. Quantus vero & qualis fuerit iſte modius,
qui ſatum dicitur, ex libro Ruth cognoſcitur. Inueni (in- Ruth c.2
quit) hordei quaſi Ephi menſuram, ideſt tres modios, eſt
ergo ſatum tertia pars ephi, Gomer autem decima pars
Ephi, & ephi decima pars cori.

IN FARINÆ SATIS TRIBVS. Ideſt, in farinæ
modijs tribus, aut in farinæ menſura Ephi. Fit autem men
tio de tribus ſatis, non quatuor, aut pluribus, quia mulie-
res vt plurimum panes cocturæ, menſuram Ephi, ideſt tres
modios farinæ commiſcere conſueuerant. Sic tria ſata com
miſcuit Sara. Sic Gedeon de Ephi coxit panes azimos. Sic Iudic.6.
Anna Ephi farinæ attulit, Domino oblatura filium. Ita- 1.Reg.2.
que doctrina Euangelia fermēto comparata eſt, quæ cum
modica in principio ſuæ annunciationis extiterit, orbi ta-
men permixta totum in ſuam naturam conuertit. Porrò
mulier ideſt Eccleſia Catholica, fermentum nempè ſacra-
mentum cæleſtis doctrinæ in tribus perhibetur ſatis ab-
ſcōdiſſe, quæ ſunt lex, Prophetæ & Euangelia, vbi diuinus
ſenſus myſticè abſconditur & occultatur in verbo, vt fideli
pateat, lateat vero infidelem. Interdum etiam per mu-
lierem (teſte Diuo Auguſtino) Dei ſapientia intelligimr, Auguſt.
quæ fermentum nempe Euangelium, tribus ſatis farinæ,
ideſt tribus mundi partibus Aſiæ, Africæ, & Europæ, mi-

Digitized by Google

ſcuitquæ quidem tres mundi partes adumbratæ ſont per tres filios Noë, Sem, Cham, & Iaphet. Quia poſteritas Sem Aſiam, poſteritas Cham Africam, poſteritas Iaphet Europam ex magna parte habitauit. Vnde filij Iaphet ſunt Græci & Latini, Gomer à quo Galatæ, Mageus à quo Scythæ, Madæi à quo Medi, Nauan à quo Iones qui & Græi, vnde & mare Ionicum dicitur. Tubal à quo Itali & Hiberi, qui eſt Hiſpani, à quibus Celtiberi, Meſoch à quo Cappadoces. Tyras, à quo Traces, & ſimiles ſunt profecti. Tribus igitur mundi partibus Euangelium immiſſum eſt, & in vna illarum partium nempè in Europa plurimum præualuit, & ſuam exercuit & exercet hucuſque acrimoniam. Prou. 5. Bernard. Vel mulier quæ fermentum abſcondit in farinæ ſatis tribus, eſt Beatiſſima virgo vt dicit Bernardus: quæ vt altera Sara tria ſata ſimilæ commiſcuit & ſubcinericius panes, quibus homines, & Angeli veſcerentur præparauit, quia in vna perſona Chriſti mediatoris Dei & hominum, ſunt tria ſata. Primum nouum vtpotè anima ipſius de nihilo creata, ſecundum antiquum, caro ſcilicet quæ ab Adam traducta eſt ſecundum corpulẽtam ſubſtantiam, tertium æternũ Verbum quod *in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum*. Caro ergo de Virgine Maria ſumpta eſt, anima vero ex nihilo creata, ideoque filium hominis ſe nominauit, Verbum autem à Patre venit; Ioan. 16. v. 28. à patre (inquit) exiui & veni in mundũ. *Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem*.

H Poteſt denique & anima noſtra dici illa mulier quæ farinam prædicationis Euangelicæ occultat, & cõmiſcet tribus ſuis partibus, rationali ſcilicet, concupiſcibili, & iraſcibili, ita vt fiat vna ex his contemperatio per doctrinæ communionem; atque ita totus homo ſpiritualibus reddatur, vt rationali ſcilicet dominetur prudentia, iraſcibili odium contra vitium, cõcupiſcibili autem deſiderium virtutum: ideo ait S. Hieronym. nec anima abſcondit notitiam ſcripturarum, vt ſpiritus, anima, & corpus ſint vnum, & non diſcrepent inter ſe, ſed inter has partes communione verbi Dei, fiat vna contemperatio, & in vnum redactæ non diſcrepent, ſed ſaluum fiat corpus anima & Spiritus. Hæc ſunt quæ per hanc mulierem in hodierno Euangelio memoratam myſticè ſignantur, & principaliter intelligenda eſt per illam Eccleſia, vt etiam diximus ſupra, quæ fermentum ſalutaris doctrinæ tamdiu abſcondit in cordibus fidelium.

DONEC FERMENTATVM EST TOTVM. Intellige donec compleatur numerus electorum, qui fermentandi, hoc eſt recepturi ſunt fidei catholicæ diſciplinã, Tamdiu Eccleſia Catholica & ſapientia clamat donec fermentatum ſit totum. Deut. 33. v. 11. *Sicut Aquila volitans & prouocans ad volandum pullos ſuos*, ad ſequendam ſapientiam, ad ſuſcipiendam fidem, & iuxta fidei præcepta ad rectè & meritoriè operandum. Huius mulieris typum geſſiſſe illam Apocalypſeos mulierem non immerito dixerim, amictam Sole, Lunam pedibus prementem, ſtellis duodecim redimitam, & à dracone perſecutam.

ATQVE HÆC OMNIA LOCVTVS EST IESVS IN PARABOLIS AD TVRBAS. Aptabat enim Dominus ſermonem ſuum pro captu auditorum, in parabolis (inquit Marcus) loquebatur ad turbas, prout poterant audire; diuini enim ſermonis nondum erant capaces; proinde parabolas ſuas aſſumpſit à rebus vulgaribus, quibus idiotæ diſponebantur, vt facilius perciperent diuinorum myſteriorum profunditatem. Loquebatur autem in parabolis multis & varijs, quaſi diues paterfamilias, qui inuitatos diuerſis cibis excipit, pro vniuſcuiuſque ſtomachi diſpoſitione, & naturæ neceſſaria offerendo.

Chryſoſt. homil. 46 in Matth. tom. 1. ET SINE PARABOLIS NON LOQVEBATVR EIS. Tunc ſcilicet quando hæc loquebatur ad eos, nam interdum ſinè parabolis turbas inſtruere conſueuerat, ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia, quæ ſcilicet locutus fuerat per parabolas, & quæ explicatione habebant opus, licèt D. Auguſt. Auguſt. aſſerat, quod in quolibet ſermone miſcebat parabolas, nec verò quiſpiam rerum ignarum arbitretur Chriſtum qui eſt æterna ſapientia, parabolis vſum fuiſſe propter aliquam cauſam diuinæ ipſius naturę inconuenientem, addit ſtatim Euangeliſta facti rationem.

VT INQVIT IMPLERETVR QVOD DICTVM EST PER PROPHETAM DICENTEM. *Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi*. Matt. 24. Parabola per collationem manifeſtè quo tendit explicat. Exempli gratia. v. 37. *Sicut in diebus Noë, ſic erit aduentus filij hominis*. Iudic. 9. Aenigma autem ſuboſcura allegoria eſt, qua aliud innuitur, aliud autem ſignificatur vt Iudicũ, v. 8. *Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe Regem*. Iudic. 14. *Et de comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo*. v. 14. Porro parabola pro Aenigmate, ſeu allegoria in ſcripturis accipitur ac ſententijs grauioribus, quæ non cuiuſois intelligentiæ patent exprimitur. Hebraicè Maſchal, ſignificat parabolam & ſimilitudinem, omnemque obſcuriorem ſermonem, & grauiorem ſententiam. Hinc prouerbiorum 1. Parabolæ, interpretationes, verba ſapientum, & ænigmata pro eodem accipiuntur, parabola græcè à verbo παραβάλλω idest comparo; itaque parabola iuxta ſententiam dicitur acceptio, cum ea quæ dicuntur non præciſè ſecundum eorum ſentẽtiam accipimus, ſed prope eam per quandam ſimilitudinem. Sicut in prouerbijs Salomonis, per mulierem prudentem, ſanam doctrinam, & per fatuam, hæreſim intelligimus: eſt enim proprie parabola rerum natura diſconuenientium ſibi ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio: vt cum per leonem intelligimus Chriſtum; facta comparatione, in vtriuſque victricis fortitudinis ſimilitudine; & iterum per leonem diabolum deſignamus facta cõparatione in vtriuſque feritate. Differt autem prouerbium à parabola: cum enim ſententiam vnius verbi pro ſententia alterius verbi accipimus prouerbium eſt: vt, 1. Cor. 9. *Non alligabis os bouis triturantis, ideſt boni concionatoris*. v. 9. Parabola autem eſt cum non tam verbum pro verbo, quàm factum pro facto intelligi oportet, vt patet in parabola de operarijs conductis in vineam, & in parabola eius, qui ſeminauit triticum, ex quo perſpicuum eſt omne prouerbium parabolam dici oportere, non autem è contra. Parabolarum 2. genus. Duplex eſt autem parabolarum genus verborum vnum, factorum alterum. Primi generis parabolæ ſunt etiam prouerbia, ſecundi vero minimè. Pſal. 78. Primi generis ſunt hæ: *Comederunt Iacob*, ideſt depopulati ſunt, & illa Apoſtoli. 1. Cor. 9. *Sic currite vt comprehendatis*. Secundi autem generis eſt illa Iudicum. Iudic. 9. *Venerunt ligna ad Rhamnum, & fecerunt eum ſibi Regem*. Tales etiam fuere Domini ſermones, quia enim (vt ait Dionyſios, de diuinis nominibus) imbecilles intellectus, humani oculi, diuinis luminis radium ferrè non valent, ideo ſimilitudinibus velatum acceperunt, Vnde & natura ipſa, nucum & amygdalarum medullam, duris contexit corticibus, ne quiſpiam eis veſci valeat, qui eas è teſtis antea non enucleauerit. Denique vt ſermones parabolis velatos turbæ auidius ſumerent, & tenacius memoriæ commendarent. Hæc de duabus hodierni Euangelij parabolis breuiter dicta ſufficiant, Vos auditores, eorum quæ ad veſtram inſtructionem dici audiiſti reminiſcamini, memoria ſemper retinẽtes, ideo Chriſtum grano ſinapis regnum cælorum contuliſſe, vt ſciamus niſi prius humiliemur ſub potenti manu Dei, regna cæleſtia nos minimè conſecuturos; requieſcat hic deſiderabilis theſaurus in ore veſtro in contemplatione, & memoria perpetua: Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam ſuam; quam nobis concedat ille, qui vnus in trinitate, & trinus in vnitate viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIO Moralis.

Dominicæ VI. poſt oct. Epiphaniæ.

De Virtute Humilitatis.

Matt.13. v.31. Eccleſ.12. v.11.

Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo.

A

VErba ſapientum ſicut ſtimuli & ſicut claui in altum defixi quę per Magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno dixit quondam Spiritus Sanctus per os Salomonis, & rectè: Nam omnia ſapientum verba eo diriguntur & in eum finem ordinantur vt animum paſſionibus agitatum moderentur, & refrænent firmando ne inordinatè feratur in bonum, vel impellendo vbi eſt inordinata reſilitio ex parte appetitus; vt proſequatur magna ſecundum rationem rectam, vel retrahendo ne immoderatè tendat in magna, & excelſa. Cum enim bonum arduum, ſit bonũ, ex hoc habet quod appetitũ trahat quia bonum: ex hoc autem quia arduum, quia difficilè, retrahit appetitum, ne ipſe proſequatur illud bonum. Huc igitur ordinantur omnia ſapientum verba, vt ſint ſicut ſtimuli & impellant appetitum ad proſecutionem boni ne difficultate deterreatur & vincatur. Vt etiam ſint ſicut claui in altum defixi vt retrahant appetitum ne immoderatè tendat in bonum à quo trahitur. Huc ordinantur omnia Philoſophorum dicta qui de virtutibus fusè diſſeruerunt. Huc ordinantur illæ duæ virtutes Humilitas & magnanimitas: humilitas eſt ſicut clauus in altum defixus: magnanimitas ſicut ſtimulus, nam in appetitu circa bonum arduum & difficile experimur duos motus difficiles contrarios, quorum vtrumque contingit eſſe inordinatum. Vnus eſt quo repellimur, & quodammodo deterremur à proſecutione per motum deſperationis, vt quando videtur nobis illud impoſſibile ad conſequendum, & tamen ratio dictat illud eſſe proſequendum, tunc contra hunc inordinatum deſperationis motum ponitur magnanimitas quę eſt quaſi ſtimulus, quia per magnanimitatem firmatur animus ad proſequendum bonum arduum, & maius quam ſint vires noſtræ, & alter eſt quo trahimur immoderatè in bonum, & contra hunc motum inordinatum refrænandum inſurgentem ex vana, & irrationabili ſpe ponitur humilitas tanquam clauus, Humilis eſt enim qui cognita ſuæ virtutis quantitate altiora ſe non præſumit: itaque ex Magiſtrorum conſilio, ex Philoſophorum placitis magnanimus eſt, ſicut ſtimulus qui impellit ad acquirendam ſublimitatem. Humilitas autem eſt ſicut clauus quo alligatur appetitus, ne in nimis ſublimia tendat, ſicut cum equos indomitus alligatur ad aliquem paxillum vel clauum, ſed præcipuè verba illius ſa-

B

pientiæ æternæ Chriſti Domini, & diſcipulorum eius in hunc finem diriguntur, vt impellant ad bonum, & retrahant à malo. Hæc enim eſt ſumma iuſtitiæ chriſtianæ, atque doctrina ſaluatoris declinare à malo & facere bonum, nõ ſufficit declinare à malo ſed neceſſè eſt facere bonum, non ſufficit facere bonum ſed etiam neceſſè eſt declinare à malo, non ſufficit tendere in bonum arduom, ſed etiam oportet declinare ab immoderata tendentia in bonum ardum & altum, idque per humilitatem. Nam inter alia mala quæ deordinant appetitum humanum, & excæcant intellectum eſt appetitus propriæ excellentiæ. Hic deiecit Angelum ex cælorum ſublimitatibus cum ſocijs ſuis, hic plurimos deijcit à perfectionis apice, hic multorum egregiam virtutum ſtructuram diſſoluit. Nec mirum: eſt enim ſuperbia & appetitus propriæ excellentiæ ſicut fumus, & puluis, ac quemadmodum multoties fumus & puluis hominem ex hypocauſto expellunt, ita fumus ſuperbiæ expellit fidem ex hypocauſto intellectus, qua deficiente cætera deficiunt. Cum enim fumus ſuperbiæ & puluis ambitionis inficit palatium virtutum, nempè voluntatem, & illam deordinat, impoſſibile eſt quin etiam inficiat intellectum, & deordinet ipſum excæcando: fumus ſiquidem, & puluis oculum obtuunt ne videat, intellectus autem eſt oculus animæ vt alibi determinabitur. Tam grauibus malis voluit Chriſtus adhibere remedium, dum tam verbo, quàm exemplo docuit Humilitatis virtutem, qua tanquã clauo defigatur arceaturque appetitus ne immoderatè tendat in excelſa, vel immoderate propriam appetat excellentiam. Hæc virtus propria chriſtianis eſt, cuius celſitudinem nulla Ethnicorum Philoſophorum gymnaſia æquare potuerunt, ſola Ieſu Chriſti ſchola rem tantam edocuit, quæ pronos olim ad terram homines ad cælos euexit: ideò rectè dixit D. Auguſtinus, quòd humilitas penè tota diſciplina chriſtiana eſt, cuius naturam & valorem in hodierno Euangelio per ſimilitudem grani ſinapis expreſſit Chriſtus & rectè, quoniam quantò quis eſt minor vilior & abiectior in oculis ſuis, tanto maior eſt in oculis diuinæ Maieſtatis, & ita creſcit hoc granum ſinapis virtus ſcilicet humilitatis vt ſit arbor. Virtus hæc in apparentia modica eſſe videtur; ſed cum regnum cælorũ ei comparatur quantæ ſit excellentiæ exprimitur. Neque tamen quæcunque humilitas commendatione digna eſt vt admonuit Eccleſiaſticus. *Eſt enim qui nequiter ſe humiliat &c.* Eſt etiam qui ſe rectè humiliat vt igitur diſcernamus quęnam humilitas ſit granum ſinapis, quæ humilitas ſit recta vel vituperabilis, quę humilitas ſit clauus in altum defixus per Magiſtrorum conſilium datus in præſenti inſtitutione an humilitas ſit virtus, & qualis virtus agemus: vbi quid ſit virtus potiſſima poſt Theologicas decidemus. Deinde quotuplex ſit humilitas diſtinguemus.

D. Aug.

Eccl.19. v.23.

C

Triplex illud bonum, nempè vtile delectabile, & honeſtum omnibus virtutibus commune & proprium, in virtute humilitatis includi nemo eſt qui dubitet: ſi quis enim rectè perpenderit quantum valear virtus hæc coram Deo & hominibus, & quantum humiles poſſint apud Deum & quanta ex humilitate proueniat vtilitas optimè cognoſcet. Valor porro viri humilis coram Deo ex interpretatione, & explicatione illius communis adagij Græcorum ad Latinos tranſlati perſpicuus eſſe poteſt: *ſemper* (inquit) *fæliciter cadunt Iouis taxilli.* Auctor Chiliadum putat originem huius adagij ſumptã fuiſſe ex eo, quia aliqui proijciebant taxillos in nomine Iouis. Sicut ſi quis proijciendo taxillos diceret in fortuna Auguſti Cæſaris, ſicut etiam apud nos Chriſtianos ſolet dici: in nomine Domini. Sicut ergo apud nos nomen Domini fælicitatis futuræ argumentum eſt, ita apud illos erat Iupiter; ſed hoc non videtur, ſi enim taxillorum proiectio fundabatur in fortuna quæ nõ ſemper accidit: quomodo dicitur in adagio quòd ſemper fæliciter cadunt Iouis taxilli? ideo meliùs illi dicunt qui putant, quòd quemadmodum modò videmus in taxillis depingi quædam puncta, duo, tria, quatuor &c. ita tunc depingebantur imagines Deorum: itaque, exiſtimabãt quòd quotieſcunque taxillus, ita cecidit vt imaginem Iouis repræſentaret illud erat omen fæliciſſimum: ſed neque illa alia interpretatio mala eſt ſecundum quam hic per Iouem intelliguntur potentes, & Monarchæ huius mundi: iſtis enim fæliciter ſemper cadunt taxilli, iuxta illud Euripidis: ſunt cuncta Dijs procliuia, quia quidquid dicũt, quidquid faciunt ab omnibus acceptatur & laudatur, ſiuè bene, ſiuè male fiat iuxta illud Eccleſiaſtici: *Humilis locutus eſt ſenſatè, & non eſt ei datus locus: Diues locutus eſt & omnes tacuerunt; verbum illius vſque ad nubes perducitur. Pauper locutus & dicunt: Quis eſt hic?* Pauper Hebræo idiomate vocatur Ani. hoc eſt: Reſpondens; & rectè ita enim mundus tractat humiles & pauperes, vt nolit eos in conſeſſu magnatorum quidquam loqui, ſed ſolùm ad interrogata reſpondere, quod ſi nõ interrogatus aliquid dixerit ſtatim mirantur omnes dicentes: quis eſt hic? Mirantur omnes quia plus audet quàm ipſum nomẽ humilis vt veſtis exprimat: ideo ſi nihil loquatur non interrogant quis eſt hic? quia cum non interrogatus loquitur aliquid noui eſſe videtur, cum ex vi nominis non habeat licentiam loquendi ſed tantùm reſpondendi; ſicut in vniuerſitatibus reperiuntur.

Adagium Iouis taxilli.

Euripid.

Eccl.13. v.27.

Magi-

Digitized by Google

Magiſtri, & diſcipuli, ſi diſcipulus aliquid loquatur non interrogatus vel ſaltem non accepta licentia, ſicut communiter vſus eſt in Academijs dicere. Habita venia à ſapientiſſimis Magiſtris, vitio ei vertitur, ita vt omnes cum admiratione dicere poſſint: quis eſt hic? ita in vniuerſitate huius mundi ſunt homines diuites & pauperes. pauperibus non licet reſpondere, vel ſaltem abſque licencia loqui, alias omnes dicerent: Quis eſt hic? Diuitibus autem omnia licent: quidquid dixerint, fecerint ab omnibus laudantur: & vſq; ad cælos laudibus extolluntur: ideo de eis rectè intelligitur adagium, quia fæliciter ſemper cadunt eorum taxilli.

Non ſic eſt in vniuerſitate Dei: ibi enim de pauperibus, & humilibus adagium intelligitur, quod ſemper fæliciter cadunt eorum taxilli, non ſolùm propterea quia in eorum cordibus tanquam ſpiritualibus quibuſdam taxillis quib. coram Deo à deuotis luditur, eſt depicta imago Chriſti domini pauperis & humilis, ſicut olim depingebatur imago Iouis in taxillis, vel ſicut in aliquibus regnis, videmus in certo genere monetæ apponi quædam ſigna propter quæ illa moneta multum acceptatur: ita in operibus vita & cordibus humilium formatus eſt Chriſtus, vt inquit Apoſtolus, & tanquam ſignum multùm placens Deo appoſitus, ſed etiam propterea quòd illi ſoli ſcilicet pauperes, & humiles habent licentiam ſemper loquendi cum Deo, illi nã libenter audiuntur in cælo iuxta illud quod dicit Eccleſia: *Deus cui ſemper humilium & manſuetorum placuit deprecatio.* Et ideo de eis dici poteſt, quod ſemper fæliciter eorum cadunt taxilli, quia quidquid volunt à Deo impetrant. Nec mirum quia qui humiles ſunt non cordibus hominum tantum ſed (humanum dicimus) cordi quoque dulciſſimi Dei ſic hærent, vt quodammodo ei dominentur, quid eſt enim aliud dominari quam poſſe quod velis, alioſque trahere quo vis? Conſtat autem humilem animum à clementiſſimo Deo ſic amari, vt ad eius nutum mundi totius molem
D velle moderari videatur. Eximiam ſanè oportet eſſe pulchritudinem quæ cor Dei mirificè delectat, & ad ſua vota ſuauiſſimè trahit, quam profectò energiam humilitatis eſſe propriam ſacris oraculis teſtatiſſimum eſt: nemo enim vnquam ſe ex animo demiſit quàm clementiſſimus Deus velut moræ impatiens, nam ſtatim ille hominem ſe humiliantem amare, & è puluere ſuſcitare paratus eſt, quamuis aliàs peccator ſceleſtiſſimus extitiſſet, quod vel illa dulciſſima filij prodigi parabolã liquet: nihil enim filius ille alienus è ſubſtantia tota ſecum referebat; egrotus, tabidus, deformis, lacer reuertebatur, ſola tamen cordis afflicti demiſſione Dei cor è veſtigio flexit, ita quòd rectè dici poſſit, quòd fæliciter eius ceciderint taxilli: Et hæc quantum ad æſtimationem humilitatis apud Deum.

Quantum verò ad acceptationem eiuſdem apud homines ſciendum quod nemo eſt ſibi tam contrarius, qui ab alijs amari nolint: omnes quippè regnare cupiunt, & adeo cupiunt vt (quod prouerbio dicitur) ſi peccandum, pro regno quidem. Regnum autem quo quis aliorum cordibus imperat omnium optabiliſſimum eſt, & regnorum regnũ appellari poteſt, quia regibus quoque dominatur, qui cordibus potitur. Cùm ergo (experientia quotidiana teſte) qui humilis eſt iucundiſſimo quodam imperio aliorum à quibus impenſiſſimè amatur, animis principetur neſcio, ſanè quomodo virtutem hanc non colit orbis vniuerſus, cum non ſolùm in aula Dei, ſed etiam in cœtu hominum fæliciter cadãt Iouis, ſcilicet hominis humilis taxilli? hic enim cordibus hominum & animo Dei quodammodo imperare videtur?

Ex quo facilè intelligitur, quam excelſa ac mitis ſit virtus humilitas. Quid enim vtilius, quàm cor Dei poſſidere, & cordibus hominum imperare? Hanc vtilitatem ſequitur alia, videlicet quòd homines ad maximas dignitates euehit & ditat. Homines enim qui ambiunt altos honorum mundanorum gradus, mille ritibus. & mille geſtibus animos ſupplices in aulis oſtentant, vt ad dignitatem euehantur, quia ſibi perſuaſere, vt voti compotes fiant hanc eſſe viam omnium appoſitiſſimam. Cur ergo cum oraculo Dei acceptum ſit (*Omnis qui ſe humiliat exaltabitur*) qui ad honores æternos aſpirant, non ſe alijs ſtudioſiſſimè ſubmittant? Quæ maior exaltatio quam promoueri ad perenne
& incommutabile regnum cæleſte, nulla tamen alia facilior via hanc dignitatem acquirendi, præter illam quã pan
dit humilitas dicente Chriſto: *Niſi efficiamini ſicut paruuli* Mat. 18:
non intrabitis in regnum cælorum. Quantum ſit exaltatus v.3.
Magiſter & Præceptor noſter Chriſtus iam videmus, glo-
ria enim & honore coronatus eſt, quam ab cauſam? niſi Pſal. 8.
quia in quantum homo paulo minus ab Angelis diminu-
tus fuit: *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis*, Propter hãc E
cauſam Chriſtus eſt caput & corona hominum, atquè An-
gelorum, cauſa omnis gratiæ ac beatitudinis eorum, corã
ipſo omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium, & infer- ad Philip.
norum, & vnde tanta dignitas niſi quia *humiliauit ſemetip* 2.v.8.
ſum Dominus vſque ad mortem propter quod &c. Iam imple Pſal. 109.
tum eſt de Chriſto quod multò ante prædixerat Dauid: v.7.
De torrente in via bibet propterea exaltabit caput. qui de torrente in via bibit caput humiliat, & quia humiliat ideo exaltat, quia per hoc ipſum quo aliquis ſe humiliat Deum
exaltat: iam impletum eſt & illud quod multò ante prædi Pſalm. 2.
xerat Eſaias: *Erit præparatus mons Domini in vertice mon-* v.2.
tium, & eleuabitur ſuper omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes.

Rurſus ſi quis ditari velit, nulla expeditior, ac promptior via eſſe poteſt, quàm virtus humilitatis. Homines namquè auari, ſtudio auri feruentiſſimo, patria excedentes vbi nobilitate ſunt conſpicui, commigrant in exteras regiones, vbi nobilitas eorum ignoratur, atque illic omnem faſtum præcidentes victu tenui, veſte vulgari, operibus non liberalibus ſe per annos multos quaſi ſeruitute damnant, vt diteſcant. Erit ergo prudens conſilium quos Deus opibus immenſis in regno illo tranquillo aucturus eſt, in hoc regno peregrino cor humile gerere, & omni propriæ exiſtimationis pompa ſecluſa breui compendio perenniter ditari. Nec vlla maior vtilitas filio prodigo accidere potuit, quam poſt ampliſſimam opulentiam diſſipatam, ſuſpirio vno cæleſte regnum quod aſpicere non audebat citò lucrari, quid enim hoc excepto lucro prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur? Porrò à mundo condito ars nulla tam lucroſa ab hominibus inuenta eſt, quam imis radicibus humilitas defixa, ob quam Pater amantiſſimus calceamentis, annulo, ſtola prima, & regalibus ornamẽtis inſtructum filium locupletius quam ante diſceſſum ditare feſtinat. Quod ſi vlterius quis ſuauitatem & oblectamenta ex virtutibus exoptat, maximam ex virtute humilitatis obtinebit. Ineffabilia ſunt certè humilium gaudia, quæ amantiſſimus Deus infundit: quomodo enim ipſe ſibi eos adſtringit? quomodo ipſis illabitur? quomodo eos ſibi conſignat: qualia putas oblectamentã ſucceſſerunt filio prodigo, vbi ſaginatus vitulus, & alia multa menſæ lautiſſimæ illata ſunt, & ſymphonia certè ſuauiſſima cor permulcebat.

Nequit enim vllis eloquentiæ viribus explicari, quot,
quantaque ſint interna hominis ſe demittentis gaudia. F
Quid enim ſentiam? cum propter admiſſa peccata ſe contrahere ac in tartarum quaſi detrudere nititur. contra verò amantiſſimus Deus accurrit, amplectitur, & bono animo eſſe iubet. Bene norunt qui diuina pertractant, inæſtimabilia eſſe Dei oblectamenta; ſed cum præter opinionem animo de ſe vilia cogitanti vberius indulgent, ſtupore quodam miro ſuſpenduntur nec animus illa capere poſſe videtur. Nonnè ex maxima humilitatis ſuauitate hæ & his ſimiles ab anima deuota voces prodeunt: Mitiſſime Ieſu Chriſte profiteor coram te, eſſe me vniuerſorum hominũ viliſſimum. Nemo eſt benigniſſimè Domine tam tibi ingratus & infidelis ac ego. Latrones ipſi & ſacrilegij ò miſericordiſſime Domine perfectius tibi famularentur, ſi eos tantis beneficijs affeciſſe quantis me. Nihil noui neque amo clementiſſime Domine niſi terram, & propterea non ſum dignus aſpicere cælum, nedum ingredi: animalia omnia pro captu ſuo, domine, tibi appropinquant, ſolus ego infinita vitæ meę turpitudine à te recedo. Deformior certè ſum Domine ob culpas meas omnibus leproſis, & vlceroſis, qui ſanie fluunt. Profectò pijſſime Deus ego deberem in ſterquilinio iacere à cæterorum hominum conuictu ſequeſtratus, ne illos peccatorum contagijs inquinarem. Abſit à me Domine vt velim ambulare in magnis vel mirabi

libus

libus ſuper me. Vtinam æquiſſimè Deus vniuerſi homines
cognoſcerent vtilitatem meam, & deſpicerent me. Non a-
liũde ſanè hæ voces erumpunt, niſi ex maxima ſuauitate a-
nimi vilia de ſe opinantis. Quod ſi honeſtatem virtutis i-
ſtius attendas hæc tenera maxima eſt, neque enim hic hu-
militatem accipimus prout eſt quædam vilitas aut animi
ad Phil. 3.v.21. abiectio, in quo ſenſu dixit D. Paulus. *Qui reformabit corpus*
humilitatis noſtræ. Et D. Iacobus: *Diues autem in humilitate*
Iacob 1. v.10. *ſua*. Talis humilitas ſecundum quam aliquis animam cæ-
leſti propagine ortam vile mancipium Diaboli & peccato
rum efficit, nihil honeſtatis includit: ſic enim homo hono-
rem ſuum non intelligens, comparat ſe iumentis inſipien-
tibus & ſimilis fit illis, neque etiam accipimus humilitatẽ
prout eſt pæna, quando ſcilicet quis eſt humilis ideſt hu-
mi acclinis, ſeu imis inhærens, cum ab alio deijcitur. Verũ
de ea iſtic humilitate loquimur quæ eſt virtus, & de qua di
cit ipſe Chriſtus: *Qui ſe humiliat exaltabitur*. Et Apoſtolus:
Luc. 18. v.14. *Deus ſuperbis reſiſtit humilibus dat gratiam ſuam*. Quæ hu-
militas tunc exercetur quando ſcilicet aliquis conſiderans
1 Petri 5. v.5. ſuum defectum tenet ſe in imis, ſicut Abraham dixit ad
Dominum. *Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis & ci*
nis. Talis humilitas maximam includit honeſtatem. Quid
enim eſt honeſtius quam vt pauca verba & rationabilia
loquatur aliquis modeſtè, & non clamoroſa voce? quam
vt non ſit facilis aut promptus in riſum? Quid honeſtius
quàm taciturnitas ad interrogationem? Quid honeſtius
quàm credere & pronuntiare ſe omnibus viliorem? quã
ad omnia indignum, & inutilem ſe confiteri & reputare?
quid honeſtius quàm vt per obedientiam in duris & aſpe-
ris patientiam quis amplectatur, & cum obedientia prom-
ptè ſe ſubdat maiori? Et voluntatem propriam non delecte
tur implere? Quid honeſtius quam vt Deum quis timeat,
& memor ſit omnium quæ ipſe præcepit? iſti enim ſunt
humilitatis gradus. quid denique honeſtius quam refræna
re impetum animi ſui ne inordinatè tendat in magna nec
exiſtimet ſe eſſe ſupra id quod eſt.

G Cum ergo humilitas triplex illud bonum virtuti pro-
prium complectatur, nempe bonum vtile, iucundum, &
honeſtum, humilitas eſt virtus quæ ſic definiri poteſt.

Deffinitio humilitatis. Humilitas eſt virtus qua quis motum ſpei & animi ſui
ſpiritum refrænat, ne tendat in magna & excelſa, contra
rationem rectam. Meritò dicitur virtus quoniam in mo-
ralibus omne principium moderatiuum motus inordinati
in appetitu eſt virtus, ſed in appetitu contingit eſſe motũ
ſpei inordinatũ, ſicut qui ſperat & præſumit altiora quàm
ſit dignus, & circa hunc motum ac ſpiritum regulandum
verſatur humilitas, ideoque eſt virtus: quod videtur innue
Origenes re Origenes ſuper Lucã cum ait: humilitas propriè in ſcri-
pturis vna de virtutibus prædicatur; ait quippe ſaluator:
Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Secundo dici-
tur qua quis motum ſpei & animi ſpiritum refrenat: quia
ſicut magnanimitas erigit animum vt tendat in magna,
ita humilitas refrænat & retrahit. Tertiò dicitur ne ten-
dat in magna, & contra rectam rationem, radix humilita-
tis eſt cognitio ſui, vnuſquiſque autem ſe cognoſcit recto
rationis iudicio, & falsò ſeipſum ignorat ac decipit. Qui i-
gitur propriam vilitatem cognoſcit, & vltra illius termi-
nos non præſumit, humilis eſt. Et quidem quod ſui cogni-
tio ſit humilitatis radix, exemplum in Abraham, qui conſi
Gen. 18. v. 27. derata paruitate ſua inquit: *Loquar ad Dominum cum ſim*
puluis, & cinis. Suffragatur huic noſtræ doctrinæ S. Augu-
Auguſt. ſtinus inquiens: Humilitas eſt intuitu propriæ conditionis,
& ſui conditoris cognita excellentia, voluntaria mentis in
clinatio, atque ſubiectio erga ſuum conditorem.

Vnde colligitur quòd humilitas non ſolùm eſt virtus:
ſed potiſſima virtutum poſt virtutes Theologicas & intel
D.Tho. lectuales, & poſt iuſtitiam legalem, vt inquit D. Thomas
excellentiſſima. Quia bonum humanæ virtutis in ordine
rationis conſiſtit. qui quidem principaliter attenditur re-
ſpectu finis, vnde virtutes Theologicæ, quæ habent vltimũ
finem pro obiecto, ſunt potiſſimæ. ſecundario autem ordo
rationis attenditur prout ſecundum rationem finis ordinã
tur ea quæ ſunt ad finem, & hæc quidem ordinatio eſſen-
tialiter conſiſtit in ipſa ratione ordinante, participatiuè au
tem in ipſo appetitu per rationem ordinato, quam poſtea

ordinationem vniuerſaliter facit iuſtitia præſertim lega-
lis, ordinationi autem facit hominem bene ſubiectum hu
militas in vniuerſali, quantum ad omnia, quælibet autem
alia virtus quantum ad aliquam materiam ſpecialem, &
ideo poſt virtutes theologicas & virtutes intellectuales q̃
reſpiciunt ipſam rationem, & poſt iuſtitiam præſertim le-
galem, potior cæteris eſt humilitas; imò eſt prima omniũ
virtutum, primumque ſpiritualis ædificij fundamentum.
Licet enim communiter fides omnium virtutum funda-
mentum aſſeratur, primuſque lapis ædificij chriſtiani, ac
ob id etiam dicatur ſubſtantia, quia ſicut accidentia in ſub
ſtantia, ita virtutes in fide fundantur, & ſuſtentantur: ta-
men ſi virtutum congregatio ordinata comparetur ædifi-
cio, ſicut, vt plurimum comparatur, etiam humilitas pri-
mum ædificij ſpiritualis fundamentum dici poteſt, non il-
lud quod dicitur primum quia primum in ædificio iaci-
tur, primum à Deo infunditur: ſed primum per modum re
mouentis prohibens qui enim vult ædificium erigere ante
quam fundamentum parietum inchoet, prius fodit & eij-
cit terram vt locum fundamento præparet. Hoc facit hu-
militas nam expellit ſuperbiam cui Deus reſiſtit & præbet
hominem ſubditum & patulum, ad ſuſcipiendum influ-
xum diuinæ gratiæ, in quantum euacuat inflationem ſu-
perbiæ. Vnde dicitur illud Iacobi: *quod Deus ſuperbis reſiſtit*
humilibus autem dat gratiam ſuam. Iacob. 4. v.6.

Iam verò ad quam potentiam hæc virtus pertineat non H
eſt difficile declarare. Cum enim ad humilitatem propriè
ſpectet, vt aliquis reprimat ſeipſum ne feratur in ea quæ
ſunt ſupra ſe, ad hoc autem neceſſarium eſt vt aliquis co-
gnoſcat id in quo deficit à proportione eius, quod ſuam
virtutem excedit: ideo cognitio proprij defectus ſicut re-
gula directiua appetitus eſt neceſſaria humilitati. Et pro-
pter hoc inchoatiuè ſpectat ad intellectum, ſed propriè &
eſſentialiter pertinet ad appetitum, quia eſt moderatiua,
& directiua motus appetitus. Sed ad quam partem appeti-
tus ad iraſcibilem, vel concupiſcibilem? Si enim humilitas
eſt ex acie virtutum pertinentium ad virtutem cardinalẽ
temperãtiæ, quomodo humilitas poteſt eſſe in parte iraſci-
bili? ſi quidem temperantia collocatur in parte concupi-
ſcibili: cum tamen ex alia parte ſuperbia ſit in iraſcibili, &
ideo & humilitas in eadem parte poni deberet cum ſuper-
bia quæ ei opponitur; ita ſanè dicendum eſſet quòd humi
litas in parte concupiſcibili ponenda eſſet, ſi conuenien-
tia, vel differentia virtutum acciperetur ex ordine ad ſubie
ctum in quo ſunt. Sed accipitur ex ſimilitudine & conue-
nientia in modo. Modus autem temperantiæ ex quo ma-
ximè habet laudem eſt refrænatio vel repreſſio impetus a-
licuius paſſionis, & ideo omnes virtutes refrænantes, ſiuè
reprimentes impetus aliquarum affectionum, vel actiones
moderantes ponuntur partes temperantiæ. Sicut autem
manſuetudo reprimit motum iræ, ita etiam humilitas re-
primit motum ſpei, qui eſt motus ſpiritus in magna tendẽ
tis. Quamobrem ſicut manſuetudo ponitur pars temperã-
tiæ, ita etiam, & humilitas. Non tamen ex hoc inferre li-
cet, quòd ſicut temperantia eſt in concupiſcibili, ita & hu-
militas: quia quod aliquæ virtutes pertineant ad eandem
aciem, non ex ratione ſubiecti ſeu ex eo in quo ſunt, ſed ex
conuenientia vel diſconuenientia in modo formali agendi
attenditur: ita vt ſi etiam conueniant in materia ſeu in eo
circa quod operantur, & differant in modo agendi; ad di-
uerſas pertinebunt acies virtutum. Sicut magnanimitas, &
humilitas ſunt circa ſublimitatem & excellentiam, & ta-
men magnanimitas pertinet ad fortitudinem, humilitas
autem ad temperantiam: quia differunt in modo: nam ma
gnanimitas ſublimitatem cæleſtem quærit, humilitas au-
tem ſublimitatem terrenam contemnit. I

Itaquè humilitas eſt virtus qua coercetur animus ne ad
altiora ſe feratur: quæ licet in iraſcibili tanquam in ſubie-
cto collocetur; tamen temperantiæ, & modeſtiæ pars eſt, ſi
ſumatur prout eſt ſpecialis virtus, ſcilicet prout eſt ſubie-
ctio ad Deum, & alijs propter Deum, prout eſt reuerentia
ad Deum, quæ cauſaliter ex virtutibus Theologicis pro-
fluit. Nam ſi accipiatur eo modo quo loquitur de virtuti-
bus Philoſophus ſecundum quod ordinantur ad vitam ci
uilem, in qua ſubiectio vnius hominis ad alterum ſecun-
dum

Digitized by Google

dum legis ordinem determinatur; ſic ſub iuſtitia legali cõtinetur. Virtus ſanè per ſe clariſſima humilitas, excellentiſſima, & omnium prima, quæ cæteris virtutibus habitaculum in voluntate præparat, eaſquè ibi conſeruat: & ne ex habitaculo voluntatis atquè intellectus expellantur fumo ſuperbiæ & puluere ambitionis efficit. Qui enim cæteras virtutes ſinè humilitate cõgregat, puluerem in aerem proijcit, qui puluerem in aerem proijcit ſe ipſum excæcat, ſic qui virtutes congregat ſinè humilitate intellectum obfuſcat.

D.Bern.

Tantam excellentiam cum conſidero mirari deſiſto, quod D. Bernardus ait: etiam Beatiſſimam virginem virginitate & puritate tanta, quanta maior ſub Deo nequit intelligi nitentem Deo ita placere nõ potuiſſe, ſi humilitatis virtute exornata non fuiſſet. Iam non miror quòd multoties permittit Deus in pœnam ſuperbiæ occultæ cadere homines in peccata nocua caſtitati, cuius multa leguntur exempla: licet caſtitas ſit tantæ excellentiæ vt Salomõ ponderis, & valorem eius ſe inueſtigare non potuiſſe aſſeruerit propter humilitatem acquirendam, vt quem ſuperbia altè nimium eleuauerit hunc humilitas ad ima deijceret laudabili deiectione. Sed quoniam non omnis humilitas ſonat virtutem multoties quippè ſonat vitium ſicut inquit Ec-

Ecclеſ. 19

cleſiaſticus: *Eſt qui nequiter ſe humiliat*. Et iſta humilitas eſt magna ſuperbia: ideo multiplex aſſignatur humilitas. Eſt enim humilitas in affectu, eſt quoq; humilitas in effectu: eſt humilitas ſecundum interiorem animæ motum, cum quis cognita fragilitate propria mente ad ima ſeipſum deijcit prorumpendo in illas voces internas de quibus ſupra diximus agendo de ſuauitate huius virtutis: eſt quoque humilitas quæ conſiſtit in exterioribus ſignis, geſtu, ſermone, compoſitione; quæ ſi non correſpondeant interiori mẽtis deiectioni fictitia humilitas eſt, ſi autem correſpondet mentis affectui ſic virtus laudabilis eſt: quæ virtus principalius conſiſtit in interiori mentis electione, quam in exterioribus ſignis per Philoſophum.

Libr. 2. Ethic. c. 2 k

Hæc porro humilitas altera eſt Chriſtiana altera Philoſophica ſeu Politica. Humilitas à Philoſophis poſita in vno conuenit cum chriſtiana ac diuina, & in vno differt. Cõuenit quidem quòd vtraquè ſit moderatiua ſpei & refrænatiua deſiderij, circa magna, & excelſa; ne ſcilicet homo ambulet in magnis ſupra ſe, id eſt vltra virtutem ſuam, ſed in paruis commenſuratis virtuti & facultati ſuę. Vnde Ari-

Ethic. 4.

ſtoteles in Ethicis quem nos dicimus humilem appellat

Tullius.

temperatum illum ſcilicet qui tendit non in magna, ſed in parua, ſiuè proportionata vt decet. Et Tullius appellat eã moderationem ſpiritus. Differt autem humilitas chriſtiana, à politica quoniam humilitas Philoſophorum non ordinatur ad Deum ſed ad ciuilem vitam atquè pacificam

Ariſtot.

conuerſationem humanam. Vnde Ariſtoteles (qui de virtutibus ait vt ordinantur ad conuictum laudabilem & politicum) humilitatem nuncupat ſubiectionem vnius hominis alteri ſecundum ordinem lege determinatũ, & apud Andronicum: Humilitas eſt habitus non ſuperabundans ſumptibus ac præparationibus. Solet enim ex exceſſiuo sũptu iactantia prouenire, iactantiam autem humilitas repri-

Plato.

mit. Plato è contra vt animorum medius, & Dei maximè cultor de humilitate ad Deum multa eleganter conſcripſit, vbi per humilitatem intendit Deo oportere ſubiectionẽ debitam, & de ſe ipſo non alta ſentire nec quocunque alio perfectiorem ſe exiſtimare, nec appetere videri magnus cum fortè nihil ſis, nec quid dignius exiſtimare ſupra virtutem ac probitatem vitæ coniungendo, igitur noſtram ſententiam cum Platonis opinione dicimus, quòd humilitas ſolis catholicis competens, & quam docemus in diuina & chriſtiana Philoſophia ordinatur ad Deum & ad proxi-

1. Petr. 5. v. 6.

mum propter Deum. Vnde D. Petrus inquit: *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis*.

Diuiſio humilitatis.

Quod ad proximum autem innuit: *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiuè Regi quaſi præcellenti, ſiuè Ducibus tanquam à Deo miſſis ad vindictam malorum laudẽ vero bonorum*. Quapropter triplex poteſt in vniuerſum aſſignari humilitas reſpectu Dei, reſpectu proximi & reſpectu ſui ipſius; ſecundum triplicem reſpectum quem hæc virtus includit nempè ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum. Humilitas ad Deum conſiſtit in reuerentia pietate, & timore, vt homo Deum timeat, memor ſit omnium quæ præcepit, adoret tanquam ſeruus dominum obediendo in omnibus; ſuſcipiendo humiliter correptiones diuinas & di-

cendo cum Michæa: *Iram Domini portabo quoniam peccaui*. Recognoſcendo quod quicquid accepit Dei beneficia Mich. 7. v. 9.

ſunt, ideo ipſi attribuenda dicendo. *Non nobis Domine non* Pſal. 113.

nobis, &c. Quomodo enim ſeruus poteſt ſuperbire de eis v. 1.

quæ domini eius ſunt? Dolendo præterea ſi aliquando offendit Dominum tam bonum, tam liberalem, & omnem pro offenſa ſatisfactionem quantum eſt ex ſe procurando, atquè per virtutes Theologicas eum honorando. Humilitas erga proximum magna eget prudentia: nam in homine duo poſſunt conſiderari; ſcilicet id quod eſt Dei, & id quod eſt hominis. Hominis autem quicquid pertinet ad defectum. Sed Dei eſt quicquid pertinet ad ſalutem & perfectionem ſecundum illud Oſeæ: *Perditio tua Iſrael ex te* Oſeæ 13.

eſt, ex me tantum auxilium tuum. Humilitas autem ſicut di- v. 9.

ctum eſt propriè reſpicit reuerentiam qua homo Deo ſubijcitur, & ideo quilibet homo ſecundum id quod ſuum eſt debet ſe cuilibet proximo ſubijcere quantũ ad id quod eſt Dei in ipſo. Non autem hoc requirit humilitas vt aliquis id quod eſt Dei in ſe ipſo ſubijciat ei quod apparet eſſe Dei in altero, nam illi qui dona Dei participant, cognoſcunt ea ſe habere iuxta illud Apoſtoli: *Vt ſciamus quæ à* 1. Cor. 2.

Deo donata ſunt nobis. Et ideo abſque præiudicio humilita- v. 12.

tis poſſunt dona quæ ipſi acceperunt præferre donis Dei, quæ aliis apparent collata, ſicut Apoſtolus dicit: *Aliis gene* Ad Eph.

rationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicut nunc reuela- 3. v. 5.

tum eſt Sanctis Apoſtolis eius. Similiter etiam non requirit humilitas, vt aliquis id quod eſt ſuum in ſe ipſo ſubiiciat ei quod eſt hominis in proximo, alioquin oporteret, vt quilibet reputaret ſe magis peccatorem quodlibet alio, cum ta- ad Galat.

men Apoſtolus abſque præiudicio humilitatis dicat: *Nos* 2. v. 15.

natura Iudæi & non ex gentibus peccatores. Poteſt tamen aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo, quod ipſe non habet vel aliquid mali in ſe eſſe, quod in alio non eſt, ex quo ſe poteſt ſubiicere per humilitatem, & hoc ſufficienter multipliciter abundanter abundantiſſimè. Nam vt inquit Gloſſa ſuper Matthæum.

L

Perfecta humilitas habet tres gradus: Primus eſt ſubdere ſe maiori & non præferre ſe æquali: hic vocatur ſufficiens, quia ſufficit aliquem ſic humiliari, & iſte gradus omni iuſto eſt neceſſarius. Secundus gradus eſt ſubdere ſe æquali nec præferre ſe minori hic dicitur abundans. Tertius eſt ſubeſſe minori in quo eſt omnis iuſtitia mente ac interiori diſpoſitione factis, verbis, & geſtibus exterioribus: mente quidem, vt inutilem & indignum ſe credat: factis, vt manifeſtet exterius humilem animum quem gerit interius.

Nam ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus. Eccl. 19.

Verbis vt ſcilicet homo ſit taciturnus vſquè ad interroga- v. 26.

tionem non præcipiat tempus loquendi, nec excedat modum loquendi. In geſtibus exterioribus vt reprimat extollentiam oculorum corde & corpore, ſemper defixum in terram aſpectum habeat, riſum & alia ineptæ lætitiæ ſigna exterius cohibeat, & his ſimilia quæ communiter à doctoribus ſanctis enumerantur. Et à D. Bonauentura proponun- D. Bona-

tur. Humilitas ad ſe ipſum in eo conſiſtit ne in propriam uẽt. lib. 4.

excellentiam inordinate tendat, ſed humiliter de ſe ſentiẽ- Pharetræ

do libenter ſe ad ima deijciat, ſecundum gradus humilia- cap. 12.

tionis D. Anſelmi quos enumerat D. Bonauentura loco ci- circa finẽ.

tato, & præcipue in eo conſiſtit vt non ſequatur propriã D. Anſel.

voluntatem, demittatque eam ad ſuperiores arbitrium, vt ab hoc non deſiſtat propter dura & aſpera quæ occurrunt. Ad hanc igitur virtutem & ad tam excellentem intrinſecam & extrinſecam humilitatem procurandam inuitat nos commoda ſuperius enumerata, inuitat ſuauitas, quam ex conuerſatione cum Deo humiles experiũtur, quam hu-

milimus Franciſcus nouo fœdere profitetur, cui genere S. Franc.

quodam amoris inaudito Chriſtus ſemetipſum inflictis amoris vulneribus impreſſit. Profecto impreſſionem hanc, mundo vniuerſo laudatiſſimam humilitatis efficacitas videtur obtinuiſſe, inuitat quoque nos bonum honeſtum. Quid enim honeſtius quàm ſequi Chriſtum dicentem: *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde*? Quid honeſtius

quàm

Digitized by Google

quam per humilitatis cultum ad conſortium formæ Dei aſſurgere? qui poſt pedum lotionē dicebat: ſcitis quid fecerim vobis ego Dominus & Magiſter. Quid honeſtius quā imitari Beatiſſimam Virginem? quæ cum eſſet prudentiſſima virgo tota formoſa & ſuauis, vt eam Reginæ laudarent, profundiſſimam tamen humilitatis abyſſum quaſi lucis huius vſura indigna eſſet ſui cognitione ac mitiſſimi cordis demiſſione penetrauit. Quid honeſtius quàm excellentiſſima illa humilitatis exemplaria imitari Apoſtolos ſanctas Virgines? &c. dicendo cum D. Petro. *Exi a me Domine quia homo peccator ſum. Dauidem, & alios* ſanctos quos
Lucæ 5. v.8. imitari honeſtiſſimum ſane eſt. Sed neque ab honeſtate alienum imitari alios quoque viros prudentia, & nobilitate inſignes.

M Imitentur ergo Chriſtiani Numam Pompilium Imperium Romanum ex humilitate reſpuentem, & alios plures. Imitentur quoquè alios recentioris ſæculi, ex quibus Ludouicus Vngariæ Rex à Caſimiro magno Rege Poloniæ in ſucceſſionē Regni adoptatus, petentibus Polonorū
Cromeris. lib. 13. legatis & Vngarorum Proceribus vt prouinciam ſuſciperet, reſpondit: non ſatis intelligere, nequè hos quid ſuadeant, neque illos quid petant. Et neutrorum enim id re ſore: ſicuti ne duobus quidem gregibus expediat vnum habere paſtorem. Satis & abūdè eſſe negotij vni populo preeſſe: duas Reſpub. vix vlla ratione ſinè alterutrius, ſinè adeo vtriuſque malo & incommodo ab vno adminiſtrari poſſe. Ita tunc Ludouicus: quod magnæ humilitatis argu-
Dubranius. li. 18 mentum erat. Simile quid ſcribit Dubranius, nam cum Vngari Venceslaum Regem Boemiæ & Poloniæ contra Carolum Robertum à Bonifacio IX. Papa illis obtruſum elegiſſent, Legati properè miſſi rati eum alacrem cum gaudio illum honorem acceptaturum, audiuere eum vultu demiſſo gratias benigne agentem, quod ſe dignum duxerint, quem Regem Vngariæ decernerent: ſed ſibi nullo alio regno opus eſſe cum duobus illis quæ poſſideat plus ſatis oneretur, nec vlla perſuaſione de hac ſententia dimoueri potuit. Hæc & his ſimilia exempla ad humilitatis ſequenda veſtigia nos inuitant. Sed & peccatorum atquè propriorum ſcelerum cognitio ad acquirendam humilitatem eſt egregium & ſingulare medium. Nunquam enim mundi totius vtilitates, inopia, lepra, infamia, publica ſupplicia, & quicquid ad dedecus vnquam orbe toto inuentum eſt hominem ita contemptibilem reddere queunt, atquè vna ſaltem culpa quo ad Dei & verorum ſapientum ſententiā. Qui ergo hæc rectè conſiderauerit, impoſſibile eſt quin cōtemptu dignum ſe exiſtimet, ac omnino ſibi perſuadeat æquum eſſe ab alijs ſperni, alioſq; pro Deo ſtare cum illū aſpernantur. Quin etiam honorari erubeſcit, quemadmodum erubeſceret qui pannoſus & elephantiaſi contaminatus, veſte tamen Regis purpurea indueretur. Laudabilis profactò eſt hæc humilitas in reſpuendis honoribus, ſed necominori laude digna in Premislao Boemorum Princi-
Dubranius li. 2. pe; qui Princeps ex ruſtico factus, morte proximus, proferri ex arcula ſua ſagum ruſticum, & carbatinas quaſi inſignem aliquam ſuppellectilem, atquè in loco religioſo ſe poni iuſſit; non temerè aliàs promendam, palamquè ſpectatoribus oſtendendam, niſi in comitiis dum creandi Principem dies adeſſet. Cuſtodiraque eſt extrema hæc eius volūtas ſolenniter, non ſolum à profanis Principibus, ſed deinceps etiam à chriſtianis Regibus, vt eo videlicet die quo inaugurabatur Rex vnà cum ipſa corona & ſceptro, vilia quoquè hæc inſignia ſacrorum miniſter ad aram inferret, Regi illa ob oculos commenendi gratia offerens, vt primę ſuæ originis memor fortuna modeſtè vteretur. Sed hic mos paulatim exoleuit. Hos igitur & alios plures imitemur, ſic enim eueniet vt iſtud granum ſinapis modicum creſcat in arborem altam & latam gratiæ Dei hic in præſenti, & gloriæ in futuro, per eum qui humilibus dat gratiam ſuam, cuius nos participes faciat per humilem Chriſtum Pater æternus, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO Speculatiua.

Dominicæ VI. poſt octauam Epiph.

De deſiderio bonorum æternorum, & contemptu præſentium.

Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis. Matt. 13. v.31.
Quaſi qui apprehendit vmbram & perſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia. Eccl. 14. v.2.

A

COmmune eſt ſacræ Scripturæ bona præſentia cōparare vmbræ. *Fugite vmbram huius ſæculi, accipite iucunditatem gloriæ veſtræ.* inquit Eſdras, & ibidem inuitat homines bonis phantaſticis huius ſæ 4. Eſdræ. 2.v.36.
culi detentos, vt mirentur & conſiderent prudentiam eorum hominum, qui contemptis ſæculi vanitatibus, totum ſuum deſiderium in amore cæleſtium ponunt, ſurgite inquit & ſtate & videte numerum ſignatorum, in conuiuio Domini, qui ſe de vmbra ſæculi tranſtulerunt: eleuate oculos in altum, ſurgite & affectionem veſtram à terrenis abſtrahite, interrogate eos qui vobis ſimiles fuerunt, qui vobiſcum ad menſam vanitatum huius ſæculi ſedebant, & nunc ad menſam Dei epulantur, & videbitis quòd præſentis vitæ epulæ ſunt vmbræ, reſpectu bonorum cæleſtium, ſuntquè epulæ pictæ. Nonne fatuus reputaretur ille, qui ſedens ſub arbore delicatiſſimi fructibus abundante, nollet ſurgere? imò nec manum eleuare, nec oculos in altum tollere, ſed vmbram fructuum, quæ in terra apparet, colligere vellet, nonne fatuus eſt ille, qui cùm videt ſolem, lunā, ſtellas, aliaq; cæli luminaria relucere in aqua, aſpectu eorū delectatur, exiſtimando quòd illud eſt eius cælum, & nihil curat vt vero & reali cęlo, delectetur non perpendit quod illa ſit vmbra, quæ minima facta turbatione aquæ, minima accidente nebula euaneſcit, propter has vmbras obliuiſci Regni cæleſtis, obliuiſci Dei, qui hæc creauit, & multo perfectiori modo in ſe continet, magna fatuitas eſt, de qua lamentabatur quondam diuus Auguſtinus. Illa me (inquit) tenebant longè à te. quæ non eſſent ſi non eſſent in te
Hac vmbra deceptus quōdam Dauid, dum pompa, magnificentia, & vana pulchritudine huius ſæculi, deliuitus ex 2.Reg.24
quadam præſumptione numerare iuſſit populum; ſed tandem cum rediret ad cor, & de vmbra huius ſæculi ſe ſe transferre cogitaret, ſentiens ſe eſſe turbatum. *In me* (inquit) *turbatum eſt cor meum, relicta vmbra* eleuat manus, ad arripiendos fructus cæleſtes. *Expandi* (inquit) *manus meas ad te anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi*, Nequè mi- Pſ.142.4.
nus fatuus reputaretur ille, qui perſequeretur ventum, quis enim ventum manibus capere poteſt, qui huc atquè illuc peruolat? quid aliud ſunt bona præſentia niſi ventus? denique ſi quis attenderet ad viſa mendacia nonne fatuus iudicaretur? quod non eſt videri non poteſt, illud enim tātum videtur quod verè eſt.

B

Attendere ergo ad ea quæ videntur eſſe bona, & non ſunt, eſt attendere ad id, quod videtur eſſe & non eſt, nihilo minus mortales ita ſunt vanitatibus huius ſæculi faſcinati, vt nec eccleſiaſtici doctrinam ſequantur dicentis. Quaſi qui apprehendit vmbram &c. nec admonitionis Prophetæ Eſdræ recordentur, vbi ſuadet quod fugiendo vmbram huius ſæculi, accipiant iucunditatem gloriæ; fortaſſis eam ob cauſam: quia ſicut Regnum cælorum, ita & bona æterna illius regni ſunt granum Sinapis, nam quemadmodum granum ſinapis, eſt in oculis noſtris vile, abiectum, & minimæ quantitatis, ita illa bona cæleſtia minora nobis vidētur præſentibus, & viliora, quæ tamen reſpectu illorum æternorum ſunt vmbra, ventus, & viſa mendacia. Non percipiunt

Digitized by Google

cipiunt iſti quòd ſicut granum ſinapis licet ſit minimū,eſt
tamen maximæ virturis,ita regnum cælorum quod in ocu
lis hominum videtur eſſe vile,eſt tamen prorſus inenarra-
bile. Granum ſinapis maſticatum & contritum cerebrum
calefacit, cor lenificat:ita regnum cęlorum præmeditatū,
cor hominis ad amorem cęleſtium accendit; vt veriſſimè
1.ad Cor. 2.v.9. dicat Apoſtolus, quòd. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit* Deus *diligentibus
ſe. Ac cipite.* inquit Eſdras *iucunditatem gloriæ*, non ſolùm
iucunditatem,ſed & magnitudinem & perpetuitatem, de
Pſ.32.v.7 qua inquit Propheta. *Qui ponit in theſauris ſuis abyſſos*. Mi-
rum fortaſſis alicui videri poſſit, quare dicat quòd Deus
ponit in theſauris abyſſos,potius enim fortaſſis dicere de-
buit,qui ponit in abyſſis theſauros,ſic enim videmus gem
mas extrahi ex abyſſis maris profundiſſimi, lapides pretio
ſos ex cauernis terræ impenetrabilibus, aurum & argen-
tum ex fodinis profundiſſimis:quia Deus & natura theſau
ros pretioſiſſimos,in abyſſis terræ,& maris collocauit, ita
ſanè eſt, rectè dixiſſet, qui ponit in abyſſis theſauros. ſed
nō ineptè etiam inquit,qui ponit in theſauris abyſſos. The
ſaurus omnium pretioſiſſimus eſt æterna gloria; iucundi-
tas gloriæ,magnitudo,perpetuitas ſecuritas,& aliæ condi-
tiones,quæ illam gloriam appetibiliorem reddunt,ſunt a-
byſſi iſtius theſauri. Quid igitur eſt quod homines, relicta
vera & perfecta gloria,& beatitudine, vmbram huius ſæ-
culi potius ſequuntur,relicta vera iucunditate apparentē,
& tranſitoriam eligunt,relicta ſecuritate in glacie vt com-
muniter dicitur domificant, relicta perpetuitate momen-
tanea,& quæ breuiſſimo durant tempore amplectuntur?
cauſam tanti mali in hac inſtitutione inquiremus: nempè
cur magis homines appetant bona temporalia,quàm æter
na. Cur aprehendant vmbram, perſequantur ventum, &
attendant ad viſa mendacia.

C Qualis quantaquè ſit erga animam rationalem chari-
tas ſummi Dei, facilè intelligi poteſt in operibus creatio-
nis,redemptionis,conſeruationis,prouidentiæ, & alijs ex-
cellentiſſimi diuinæ charitatis ſignis, præcipuè vero in eo
amor Dei erga nos elucet,quòd animas noſtras immorta
les creauerit,& ad bonum immortale,perpetuum,æternū,
ac indeficiens ordinauerit. Nam voluntas diuina, quæ na-
In 4. diſt. 49.art. 1. q.10. turam perficit,vult etiam in tali perfectione eam perpetuò
augere,& conſeruare,vt ait Scotus,niſi ex defectu ſuo ani
ma tale bonum amittat: atque hinc intuitu miſericordiæ
ſuæ videns benigniſſimus Deus animam rationalem ex de
ſiderio corruptibilium,breuiſque ac momentaneæ delecta
tionis,æternum bonum illud ſpernere, & per conſequens
in damnum illud,ac malum perpetuum incidere, charita-
tiuè eam die hodierno monet dicens. *Simile eſt regnum cæ-
lorum grano ſinapis*,ac ſi vellet dicere,vim & magnitudinē
regni cælorum & vitæ futuræ non perpēdis,conſidera gra
num ſinapis,quod paruum eſt in ſubſtātia & entitate,ma
gnum virtute: vide & altè perpende,quòd ſi regnum cælo-
rum,bonum æternum & perpetuum,ad quod ordinata es,
paruum in oculis tuis videtur eſſe,vt granum ſinapis:certò
tibi tamen perſuadeas,quod ita magnum eſt virtute, vt in
nulla re quietari poſſis, niſi in illa æterna beatitudine, &
ente infinito,nihil capacitatem tuam ſatiare vnquam pōt,
niſi Deus clarè viſus. Noli ergo quærere in bonis tranſito-
rijs,& caducis quietem:quia nunquam quietari potes,niſi
in illo infinito bono,quo ad omnem appetitum naturalem
& liberum.

D Error eſt intollerabilis,quòd putes hæc temporalia & mo
In 1. Met. mentanea te quietare poſſe,quod vnde proueniat iā viden
In 4. diſt. dum eſt,ſed primo ſciēdum quòd appetitus eſt triplex. Na
49. turalis,ſenſualis,rationalis. Naturalis eſt ſola inclinatio na
turæ ad ſuam perfectionem ad quam ordinatur,& talis or
dinatio nil aliud eſt,niſi natura ipſa inclinata, per Scotum,
quæ inclinatio non eſt operatio naturę,ſed ſolùm quædam
tendentia ad perfectionem,ad quam natura ordinatur, vt
patet per Scotum vbi ſupra. Hic verò appetitus naturalis,
in omni reperitur creatura,quātumcunq; maxima, & quā
tumcunq; minima;ex hoc appetitu lapis mouetur ad cen-
trum,ignis fertur in propriam ſpheram,homo in Deū crea
torem ſuum. Hinc eſt quod nullus in mundo reperitur pec
cator,etiam maximis peccatis immerſus, quin amore natu
rali non feratur in Deum:ob quam cauſam etiā damnati,
non poſſunt odiſſe Deum, ſed tantùm oderunt iuſtitiam
eius,quia illa propenſio in Deum eſt iuncta naturæ homi
num. Alius appetitus eſt ſenſualis, & eſt operatio potentiæ
ſenſitiuæ ſequentis cognitionem obiecti delectabilis,ſic v.
g. potentia viſiua dū videt pulcherrimum colorē, appetit
permanere in tali viſione,& delectari in tali obiecto dele-
ctabili,atq; talis appetitus reperitur in omni potentia ſenſi
tiua,ſecundum Scotum in ſua Metaphyſica. Alius eſt ra-
tionalis,& nihil aliud eſt niſi actus voluntatis liberè elici
tus,à quo voluntas appetit ſeu vult aliquod obiectū hone-
ſtum,vtile vel delectabile,hoc patet à Scoto.

Loquendo iam de appetitu naturali, hic quanto eſt no- In 1. & 4 diſt.49.
bilior, tantò obiectum requirit nobilius: ſic lapis appetit
quietari in centro,ſed anima ſenſitiua cum ſit nobilior ip-
ſo lapide,appetit quietari in nobiliori obiecto, v. g. viſiua
in nobiliſſimo viſibili:anima intellectiua quæ omnem ex-
cedit corpoream & ſenſitiuam dignitatem,appetit nobiliſ-
ſimū obiectum,appetitu naturali,ideo vt ſupra dictū eſt,
non poteſt quietari,quantum ad naturalem appetitū, niſi
in ente formaliter infinito,& hoc quanto ad appetitum na
turalem ſecundū quem voluntas ipſa appetit ſummum bo
num,idq; ſummè,ſemper,& neceſſario, & in particulari,
vt Scotus docet,dum ait. Quòd quantum ad naturalem in In 4.d.49
clinationem,& appetitum non reperit quietem niſi in per & quæſt.
fectiſſimo contento ſub ente in quantum ens,ſicut lapis re 1. quodl.
ſpectu centri,eodem modo de appetitu ſenſitiuo diſcurren
dum eſt, qui quanto eſt nobilior tanto nobilius requirit
obiectum,ſeu id circa quod occupatur. Quodſi quis dicat,
nonne potentia aquilæ viſiua eſt perfectior viſiua homi-
nis? & tamē idem eſt obiectum ſpecie,vel genere vtrique,
&c. Reſpondeo licet non ſit differentia quo ad obiectū, ta
men eſt differentia in modo appetendi,nam ex quo aquila
nata eſt habere intenſiorem & perfectiorem viſionem, q̄
homo,ideo perfectiori modo appetit, ita quod differentia
eſt non in obiecto,ſed in modo attingendi obiectum, po-
teſt.n. idem obiectum perfectiùs,vel imperfectiùs à diuer-
ſis potentijs percipi. De appetitu quoq; rationali, de quo
principaliter loqui intendimus, certum eſt quod voluntas
eſt nobiliſſima potentia,habet nobiliſſimum obiectum,&
perfectiſſimum contentum ſub ente: vt probat Scotus, il-
lud obiectū eſt Deus. Quilibet iſtorū appetituū adhæret In 1.d.1.
proprio obiecto:aliter tamen obiecto abſenti,aliter pręſen
ti,adhæſio namq; vel eſt reſpectu obiecti abſentis, & non
habiti,& eſt deſideriū;vel reſpectu obiecti præſentis & ha
biti;& talis adhęſio eſt amor. Cæterum quilibet etc. quili-
bet appetitus adhæret ſubiecto hoc modo,ſicut lapis extra
centrum, per deſideriū naturale adhęret centro: exiſtens
aūt in centro,per amorem naturalem adhæret ei,ſimiliter
anima intellectiua ſeparata à ſuo bono,adhæret illi per na
turale deſideriū: vnita aūt illi,adhæret per amorem natu-
ralem. Quocirca anima quoad appetitum naturalem, tā
intellectus quam volūtatis,ſeparata ab ipſo ſummo bono,
ſemper eſt inquieta,ſemper anxia, quoad vſq; vniatur illi
per amorem naturale:ſicut & graue exiſtens extra centrū,
ſemper eſt inquietum,ſemper eſt ſuo modo anxium. quoad
vſq; vniatur centro terræ,tanquā proprio obiecto natura-
liter concupito prout atteſtatur id nobis ſanctus Auguſt.

Appetitus quoq; ſenſitiuus iſto duplici modo adhæſionis, In ſolil.
adhæret obiecto delectabili: ſeparatus,ſ. ab illo adhæret p cap. 35.
deſiderium, vnitus verò adhæret per amorem ſenſualem,
et quantò perfectior eſt amor ſenſitiuus,tanto perfectiorī
modo adhęret: idem iudiciū ſit de appetitu rationali. Nā
anima rationalis,quæ eſt ſeparata à ſuo bono, vnitur illi p
actum deſiderij,liberè elicitu à voluntate, vt quando vult
Deū ſibi,tanquam ſummū bonū,et ſummū commodū, et
ſummū delectabile: tūc talis actus deſiderij liberè elicitus,
dicitur actus ſpei acquiſitę vt patet à Scoto, ſi verò ipſa vo-
luntas habeat ſpem ſupernaturalē infuſam,et ex inclinatio
ne illius ſpei,eadē volūtas velit ſummū bonū,vt commodū
ſibi;talis actus erit actus ſpei ſupernaturaliter infuſus ſecū
dū Scotū vbi ſupra,vt pote cū volūtas ſic creata ſit à Deo,
vt nil præter ipſum deſideret,tanquam ſummū bonum, et
commodū,in quo vltimatè quietari poſſit. Quod ſi infęlix,
et miſera voluntas noſtra,contra Dei ordinationem ſpre-

to

Digitized by Google

to ſummo bono, ad maximam ſui perniciē, tantopere iſta bona terrena, & caduca deſideret, vt toto ſuo conatu quietari ibi quęrat, vbi nulla eſt quies, ſed maxima afflictio; tūc magis inquietatur. Porrò in fruitione ſummi ac veri boni eſt ſumma quies, idcirco dū illud habet ſibi præſens perfectè, pōt perfectè per actū amoris eliciti liberè illi vniri, ipſum ſuper omnia, & propter eū ipſum amando: atque hæc eſt vnio ſiuè adhæſio perfectiſſima, ſiuè in via, ſiuè in patria, de qua D. Auguſt. ſupra citatus, ideo rectè Propheta. *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus, & ſitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*, o Deus? fons æternæ vitæ, vena aquatū viuentium, quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ, de terra deſerta, in via, & inaquoſa, vt videam virtutem tuam, & gloriam tuam, & ex aquis miſericordiæ tuæ ſitim meam reſtinguam; Sitin Domine, fons vitæ es, ſatia me: ſitio te Domine: ſitin te Deum viuum: quando veniam & apparebo Domine ante faciem tuam? putasne? videbo illam diem, diē inquam iucunditatis, & lætitiæ? diem quam fecit Dominus, *vt exultemus, & letemur in ea.*

In ſolil. cap. 35.

Pſal. 41. v. 3.

E

Pſ. 117. v. 23.

Sed quæ nam cauſa eſt cur homines magis appetūt per deſideriū, & adhærent per amorem bonis tranſitorijs, quā illis æternis? duæ huius rei aſſignari poſſunt cauſæ. Prima eſt inordinatio volūtatis ſeu appetitus rationalis in ſe, altera eſt inordinatio voluntatis in ordine ad appetitū ſenſitiuū; ſeu conſenſus, quo volūtas appetitui ſenſitiuo cōſentit, & ſequitur illū. Vnde aūt hæc ſit inordinatio voluntatis in ſe, & in quo conſiſtat, vt intelligamus ſciendum eſt, quòd in voluntate noſtra duplex eſt affectio ſecundum Scotum, & Anſelmum, de caſu Diaboli. Affectio commodi, quę nil aliud eſt; niſi quædam inclinatio naturalis ad proprium commodum, quod ſummè appetit, altera eſt affectio iuſtitiæ, quæ nil aliud eſt, niſi libertas voluntatis, quæ libertas debet moderari affectionem commodi per non velle ſibi ineſſe commodum, eo modo quæ voluntas appetit naturaliter, & hæc eſt affectio iuſtitiæ innata, quæ diſtinguitur contra infuſam ſeu gratuitam, & acquiſitam ſeu moralē, & eſt prima moderatrix affectionis commodi. Illud ergo certum eſt, quòd inordinatio non eſt tantum ex affectione commodi: vt expreſsē Scotus dicit, voluntatē nimirum naturalem, quantùm ad affectionem commodi, non eſſe de ſe immoderatam: ſed tantùm inclinare per modum naturæ; & in hoc non eſt immoderatio, quia inclinat ſicut accepit inclinari, nec eſt in poteſtate ſua aliud. Non eſt. n. inclinatio naturalis appetitus aliquis actus elicitus: ſed eſt ſicut perfectio prima, quæ non eſt immoderata: ſicut nec natura cuius eſt. Hoc vlterius declarat Scotus ſecundum Anſelmum per id quod adiicit de caſu Diaboli. Quòd ſi eſſet vnus Angelus, habens tantum perfectionem commodi, & non iuſtitiæ, hoc eſt habens appetitum intellectiuū merè, vt appetitum talem, & non vt liberum: talis Angelus non poſſet non velle commodum, nec etiam non ſummè velle: nec imputaretur ſibi in peccatum; vt potè cū iſte appetitus haberet ſe ad ſuam cognitiuam, ſicut modò appetitus viſiuus ad viſum, neceſſario conſequendo oſtenſionem iſtius cognitiuæ, & inclinationem ad optimum oſtenſum à tali potentia, nec haberet vnde ſe refrænaret; peccatum ergo & inordinatio præciſè non eſt ex inclinatione naturali, ac ſi illa eſſet immoderata immoderatione culpabili ex ſe: ſed eſt ex eo talis deordinatio, quòd deſeritur à iuſtitia, ſeu quòd libertas poteſt ſe non conformare inclinationi naturali, nec agere ſecundùm illam, imò quandoque tenetur non agere ſecūdum eam. Nam ſi regula ſuperior, nempè Dei voluntas aliud dictat, & tamen voluntas noſtra ſe ei conformat; omnino peccat, & inordinata eſt: quia plus debet attendere ad affectionem iuſtitiæ, quàm commodi: naturale quidem eſt voluntati, conformare ſe naturali inclinationi: non tenetur tamen ſe ei conformare; imò tenetur ſe non conformare, eamque moderari, ſi moderatrix ſuperior, voluntas diuina ita præcipit fieri.

In 2. diſt. 6. q. 2.

In 3. d. 13. in reſponſione ad 1. princip. ſecundæ. q. & in 2. docet idē

Anſelm.

Quod ſi aliquis dicat, ſi inclinatio naturalis non eſt immoderata, eſt recta: itaq; & voluntas quæ ſe ei conformat, erit recta & inculpabilis? hoc nō conuincit, nam non ſemper voluntas libera eſt recta, ſi conſonat voluntati naturali: ſed tunc tantùm quando cum hoc conſonat voluntati ſuperiori, ſcilicet voluntati diuinæ, quando nempè vult quod Deus eam vult velle. Quandoque autem Deus vult voluntatem liberè velle: quod videt & vult appetitum naturalem appetere: quandoque autem non; ſed vult voluntatem liberam velle eſſe conſonam voluntati ſuæ, & diſſonam appetitui naturali: ſicut vult vt beatitudinem velit, & liberè appetat liberum arbitrium, & in hoc conformet, ſe appetitui naturali: per oppoſitum autem vult Deus voluntatem non odiſſe mortem in aliquo caſu, & tamen vult appetitum naturalem eſſe ad oppoſitum mortis; & tunc non vult voluntatem liberam ſequi eum, ſed voluntatem ſuam quæ eſt regula ſuperior: quam ſi non ſequitur inordinata eſt. Amplius inordinatio eſſe poteſt, quia voluntas tanquam prima moderatrix in regno animæ, non moderatur appetitum ſenſitiuum, & inde oritur ſecundus inordinationis gradus, quod voluntas coniuncta appetitui ſenſitiuo, cui maximè conformatur in agendo, non ſequendo iuſtitiam nec regulam rationis, appetit illud quod eſt ſummè delectabile apppetitui ſenſitiuo, & ideo in hominibus ſecundum diuerſitatem complexionum, eſt diuerſitas dominii in cognitiuis diuerſis, ac in eorum appetitiuis. Atq; hanc ob cauſam in quolibet voluntas ſecundum prædominium appetitus ſenſitiui, maximè inclinatur ad actū eius; & ideo quidam ſequentes inclinationem primam, ſinè regula iuſtitiæ, primò inclinantur ad luxuriam vt ſanguinei; quidam primò ad gulam, quidam primo ad ſuperbiam.

Et fortaſſis hoc inde accidere doceret aliquis, & rectè; quia iſti non poſſunt moderare inclinationes ſuas, nec aſſenſus circa delectabilia: ſicut nec intellectus poteſt moderari aſſenſum ſuum, circa vera quæ apprehendit: nam quantum oſtenditur veritas principiorum ex terminis, vel concluſionum ex principiis, tantùm illis aſſentimur; licet in hoc ſit diſparitas: quod intellectus, nullo modo poſſit moderari aſſenſum circa uera quæ apprehendit: uoluntas autem ſequens uoluntatem ſuperiorem, cui ſecundum affectionē iuſtitiæ debet conformari, in moderando inclinationem naturalem, & affectionem commodi, debet etiam moderari potentias ſenſitiuas ſecundum inclinationem illam, ne inordinatè eliciatur actus, uel ut non eliciatur; præcipuè autem ſi tales actus ſunt peccata materialiter in ſenſibus, & formaliter in uoluntate, tūc poteſt efficere, ne iſta inclinatio omnino dominetur in eliciendo actū, uel ſaltem ne actus eliciatur, ut Scotus dicit; vlterius, debet & tenetur moderare intellectū in elicitione actua; uel ſaltē ne actus eliciatur, pōt auertere intellectū, & ne ſpeculetur talia ſpeculabilia, ad quæ naturaliter inclinatur; maximè ſi ſpeculatio ſit peccatū materialiter in intellectu, in uoluntate formaliter: & ſi non auertit, eſt tertius gradus, ſeu tertia cauſa inordinationis. Deniq. tenet̃ moderari ſe ipsā, ne in actib. potentiarū ſenſitiuarū, & intellectus, nimis inordinatè ac immoderatè afficiat̃, delectabilib. obiectis potentiarū inferiorū & intellectus, ſed de his inferius. Nūc illud perpēdendum eſt: quod quia uoluntas non moderatur inclinationē naturalem, ſed illā ſequitur & affectionē eius contra ordinationē diuinā, cui non conformatur voluntas, ſed potius inclinationi naturali, inde, ſ. ex affectione cōmodi nō regulata, multa & infinita mala oriūtur, eo quòd uoluntas deſerit regulam ſuperiorē, & ſequitur regulam inferiorē. Si. n. conſideremus cauſam ruinæ & exterminii illius nobiliſſimæ quondam, nunc infęliciſſimæ & uiliſſimæ creaturæ, nōpè luciferi: certè non alia cauſa fuit niſi inordinatus amor quo ſe immoderatè dilexit, & hęc fuit radix oīum malorū, quia potius voluit lucifer & ſocij eius, ſe conformare inclinationi naturali, q̃ regulæ ſuperiori, qui cū poſſet regulare inclinationē naturalē, iuxta regulā ſuperiorē, videlicet Dei volūtatē, noluit; ſed īclinationē deſerta iuſtitia ſecutus eſt.

In 2. d. 42 q. 2.

Hæc igitur eſt prima cauſa inordinationis, ſiuè in voluntate ſeparata ab appetitu ſenſitiuo, ſiuè in volūtate coniuncta apetitui ſēſitiuo. Nā ſi ēt q̃rimus causā, cur volūtas humana dimiſſo Deo & bonis æternis, quęrit quietari in bonis vanis, & apparentib. per deſiderium, & inhæret eis per amorē, potius q̃ illis, q̃ afferūt verā quietē: hoc prouenire reperiemus ex īmoderato amore, ex affectione cōmodi, nō regulata affectione iuſtitiæ. Cū. n. aīa teneat̃ diligere Deū ſupra oīa, & oīa alia ī ordine ad ipsū, ac propter ipsū tenet̃ & omnes operationes & actus quarūcūq; potentiarū in ordine ad Deum elicere, ipſumq; habere pro vero ac pretioſiſſimo

ſiſſimo ſui appetitus obiecto:ipſa tamen dimiſſo Deo, dili-
git caduca & tranſitoria bona.ibi figendo cor, ibi volunta
té immergẽdo,& in ea penè eá tranformando, quia amor
eſt vis transformatiua. Inde ẽt prouenit quod hoĩes ſequẽ-
tes primá inclinationẽ ſinè ratione iuſtitiæ,prius deflectũt
in ſuperbiã,deinde in auaritiã,alij in luxuriã, alij in diuer-
ſa peccata;ita vt hæc ſit cauſa,cur miſeri ſiot in ſtatu dam-
nationis. Reges, Imperatores, Duces, Barones, Rectores,
Gubernatores terrarũ,quid vos tenet in ſtatu damnatio-
nis æternæ? profectò affectio commodi non regulata, q̃a
cùm ſitis vicarijs omnipotentis Dei in terra,(oĩs.n.poteſtas
à Deo eſt)dominationẽ veſtrã vi vobis vſurpatis, & malo
regimine eã vertitis in tyrannidẽ,dereliquitis dominũ vni
verſæ terræ,dominationẽ illius ſpernitis,& cor miſerum in
damnoſa ſuperbia figitis,illi ſoli theſaurizatis,ac per conſe
quens hac eademmet ſuperbia animas veſtras obcæcatis.
Alloquor & vos quib. data eſt cura animarũ, & ligandi
atq; ſoluẽdi peccata in terra,qui eſtis vicarij Dei,ſuper ani
mas regẽdas & gubernãdas,quid vos tenet in ſtatu damna
tionis? profectò inordinata affectio cõmodi nõ regulata;
q̃a cũ teneatis locũ Ieſu Chriſti & Apoſtolorũ; dignitates
veſtras,ſimonijs acquiritis,ſimonijs conſeruatis, & in illis
totaliter cor veſtrũ & deſideriũ veſtrũ immergitis. Presby
teri & Miniſtri Chriſti,quid vos tenet ĩ ſtatu damnationis
æternæ? niſi inordinatus amor & affectio cõmodi non re-
gulata: quia cũ ſitis miniſtri Ieſu Chriſti,qui quotidie offer
tis in altari ſacroſanctũ corpus Ieſu Chriſti,polluto corde,
polluto ore,pollutis oĩb. membris veſtris quidã attrectatis.
Ciues & cõſiliarij,magiſtri,iudices,quid vos tenet in ſtatu
damnationis? profectò inordinatus amor & affectio com-
modi nõ regulata:nã cùm veſtri muneris ſit adminiſtrare
iuſtitiã,malos & rebelles caſtigare,fures & raptores ſuſpẽ
dere,homicidas capite plectere,nõ opprimere viduas,non
acceptare perſonas in muneribus,ſed æqua bilance omnib.
exhibere iuſtitiã:ſepe tñ limites iuſtitiæ exceditis. Vos quo
que aduocati quid vos tenet? qui propter vnũ denariũ per-
uertitis iuſtitiam,& ſententiam prolongatis per annũ, per
decenniũ &c.vnde eſt hoc? propter commodũ inordinatũ
veſtrũ. Hoc nimirũ iniuſtitia nutrit,partialitates fouet,le-
ges araneatũ telis aſſimilat,noxios ſoluit,innocentes dam-
nat. Mercatores item artifices,quid vos tenet? cùm.n.mer-
cimonia & aliæ artes ſint licitæ,ob id maximè,vt exercean
tur propter neceſſitatẽ vel pietatẽ,ad diſponẽdũ videlicet
in pios vſus,vel proximi vtilitatem,aut Reipublicæ:vos oõ
nunquam ex cupiditate & auaritia,& propter locum,dum
taxat talia exercetis:ibi ponendo vltimum finem,& cor,&
deſiderium veſtrum:ideo grauiſſimè peccatis,& ad reſtitu
tionem tenemini,vt docet Doctor ſubtilis,& alexander de
Scotus in 4.d.25. Ales, idem innuitur in prouerbijs. Qui confidit(inquit)in
Alex. de diuitijs ſuis,corruet,itaq; diuitiæ ſi affluant, nolite cor ap-
Ales.3.p. ponere. Quid dicemus de fœdiſſimo luxuriæ vitio? heu mũ
ſum. ;in de immunde? quomodo te infeliciter immergis in fæcibus
tract. de carnalium voluptatum? Quid de vanitatib. & pompis, &
iudicijs. curioſitatib. vitiorum & mulierũ? qualiter in hac inordi-
Prou.11. nata affectione ita excæcantur,vt ſint cauſa damnationis
v.28. ſuæ & aliorum.
H Secunda cauſa cur dimiſſo Deo,in rebus creatis volun-
tas noſtra quietari appetit,eſt conſenſus ſeu cõdelectatio,
ſeu inordinatio voluntatis in ordine ad appetitum ſenſiti-
uum,quem ſequitur & non deberet ſequi. Vbi primò ſciẽ-
dũ eſt,noſtram voluntatem ſic eſſe vnitã carni & ſenſibus,
per amorem immoderatum,vt ſenſib. condelectetur,circa
In 2.d.29 obiecta delectabilia eorũ,& valde contriſtetur circa obie-
q. vni. in cta contriſtabilia eorũ; vt patet à Scoto, qui aſſerit, quòd
3.d.15. q. propter coniunctionem partis ſenſitiuæ cum voluntate,
vnic. & vſus liberi arbitrij,vel vſus rationis liber, & voluntatis ex
in 4. dolore vel timore inhærentibus in parte ſenſitiua,vehemẽ
ter nonnunquam impediatur: paſſio quoq; delectationis
vehemens,vel delectabilia in ſe præſentia,aut in phantaſ-
matib. vehementer impreſſa,multum impediunt vſum in
tellectus ac voluntatis,& ad ſe alliciunt,ſicut ſenſum ita in
tellectum,& voluntatem ſenſibus coniunctam. Sciendum
eſt præterea quòd ſenſus quærit totã quietem in iſtis infe-
rioribus: & voluntas per inordinatum amorem, nec non
per immoderatum deſiderium vnita illis,quærit conquieta
ri ſenſib. in obiectis eorũ,cum tñ ſit impoſſibile poſſe eam
quietari in talib. Vnde Aug. Cor humanum(inquit)in deſi
derio æternitatis non fixum; nunquã ſtabile pot eſſe, ſed In manu
omni volubilitate volubilius,de alio in aliud tranſit, quæ- cap. 25.
rens requiẽ vbi non eſt,in his aũt caducis & tranſitorijs,
in quibus eius affectus captiui tenentur,veram requiem in
uenire non valet: quoniam tantæ eſt dignitatis,vt nullum
bonum præter ſummum bonum ei ſufficere poſſit: tantæ
eſt libertatis,vt in nullũ vitium cogi poſſit. Maxima profe
ctò ſtultitia cordis humani, quòd non ſolùm à brutis ani-
malibus,verùm ẽt à rebus omnino inſenſibilibus ſupere-
tur: nam lapis ad centrũ ordinatur, vt ibi quietetur,proin-
de in nullo alio poterit quietari niſi in cẽtro terræ,& ſi oĩa
delectabilia ſibi apponerentur omnia reſpueret,& tanquã
ſtercus abijceret,in comparatione ad centrum terræ,ad qđ
naturaliter inclinatur, tãquam ad obiectum ſui appetitus
quietatiuum. Taceo bruta animantia, ad quæ Iob nos re-
mittit dicens. *Interroga iumenta & docebunt te, & volatilia* Iob 12.
cœli & indicabũt tibi,& loquere terræ reſpõdebit tibi,& narra v.7.
bunt piſces maris. Quotidiana experientia videre licet,quan
tam ſolicitudinem habent viliſſima animalia,vt poſſint re
perire quietem ſui cordis. Quid dicam de formica, cuius in
duſtriam Salomon nobis proponit? *O piger vade ad formi* Prou.6.
cam,quæ cum non habeat ducem,nec principem terræ,parat in
æſtate cibũ ſibi,& congregat in meſſe vt comedat. Erubeſce er
go homo qui negligis tantum bonũ ad quod ordinaris. Vis vide
re fatuitatem voluntatis humanæ? ecce eſt, quando appe-
tis quietari in diuitijs huius mundi, quas tamen cum tot
cordis afflictionibus acquiris,& poſſides,vnde Chryſoſto-
mus ſuper Matth. Diuites enim vt in tenebris non manife Matth.6.
ſtè conſpiciunt,ſi.n.funem viderint, ſerpentem putant, ſi
verò inter montes ac prærupta deuenerint emoriũtur præ
pauore,ſic etiam iſti nulla prorſus metuenda cernentes,ſic
ſolem ſuſpiciunt,formidant, vis videre quàm voluntas hu
mana ſit peruerſa,& omni dementia plena? cerne, quã to-
to conamine quærit adhærere illecebris tanquam bono re
pletiuo,ſatiatiuo,& quietatiuo; & tamen non niſi laborẽ
anxietatem,dolorem & inquietudinem inuenit. Optas for
taſſe obtinere quietem ab hoc mundo fragili,fallaci,tran-
ſituro,audi Bernardum de contemptu mundi dicentem.
Fallax mundi gloria gigni reſpicitur, flos fœni eſt, & va-
por ad modicum apparens: eius enim qualiſcunq; ſtatus,
nonnè plus anxietatis,quã iucunditatis habet? dum vendi
cas,dum defendis,dum inuides,dum ſuſpicaris, dum anhe
las quæ non habes,& nõnullis adeptis quærendi ardor nõ
minuitur,quæ eſt ergo requies in gloria tua? ſi quæ tamen
eſt præterijt iucunditas non reditura & remanet anxietas
non relictura,certa eſt nimirum temporalium breuitas vo
luptatum & ipſius breuitatis finis incertus; ſæpe viuentem
deſerunt, & morientem nunquam ſequuntur. Homo in
hoc ſæculo nequaquam quod vult habere poteſt, quia nec
voluptuoſus voluptate ſatiatur,nec curioſus,nec ambitio-
ſus inani gloria,videat ergo ſæcularis anima & intelligat,
quomodo extrema gaudij luctus occupabit.

Atqui dices fortaſſè,ego vellẽ illud ſummũ bonũ,& nõ
tantũ hæc tranſitoria,ſed non eſt neceſſè vt tibi multis re
ſpondeã,video.n.te in hoc mundo ſic eſſe immerſum vt nõ
velis volũtate efficaci,ſed voluntate valde remiſſa & tepi-
da,nam volens aliquid voluntate efficaci,efficaciter eligit,
& totis viribus proſequitur omnia media neceſſaria ad id,
vt docet Scotus, atque ſic oportet deſerere amorem huius
ſæculi, ſi efficaciter poſſidere vis illud ſummum bonum, In 2. d.5.
ſuadet id Scotus inquiens. Quando aliqua virtus habet In 4.d.49
in poteſtate ſua, poſſe remouere omnia impedimenta & In 1.d. 1.
obſtacula reſpectu alicuius finis acquirendi: tunc ſi vult fi-
nem illum efficaciter,ſtatim remouebit illa quæ obſtant, ſi
cut v.g. Si lapis extra centrum haberet in poteſtate ſua re-
mouere omnia obſtacula impedientia deſcenſum ad cen-
trum; ſtatim remoueret,& frangeret omnes muros quan-
tunque fortes, rumperet etiam ſaxa duriſſima, vt ad cen-
trum ſummè deſideratum pertingere poſſet. Homo infæ-
lix nec quid minimum operatur, vt poſſit ordinare volun-
tatem ſuam in bonum infinitum.

Reſipiſce miſer homo,& ſi nõ mouet te bonũ infinitũ,
ſaltẽ moueat te calamitas quotidiana,quã in hoc mũdo cõ
tinuò pateris,moueant te dicta Sancti Auguſtini, qui ſcri
bens ad Eremitas inquit. Heu miſer? q̃d ſum? vas ſterquili

nij,

Digitized by Google

niſ, concha putredinis, plenus fœtore & horrore, cæcus, pauper modus, plurimis neceſſitatibus, ſubditus, ignorans introitum, & exitum, miſer & mortalis, cuius dies ſicut vmbra lunatica euaneſcit, ſicut flos in arbore creſcit, & ſtatim marceſcit, nec floret & ſtatim aret: vita inquam miſera, & fragilis vita, caduca vita: quantò procedit, tantò magis ad mortem accedit, vita fallax & vmbratica plena laqueis multis; nunc gaudeo, ſtatim triſtor; nunc vigeo, ſtatim infirmor; nunc viuo, ſtatim morior: nunc fœlix appareo, ſtatim autem miſer: nunc rideo, ſtatim iam fleo, ſic quod omnia mutabilitati ſubiacent, vt nihil vna hora in eodem ſtatu permaneat: hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc ſitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, inde dolor exuberat, ſequitur & importuna mors, quæ mille modis miſeros homines quotidie rapit: tamen ſtultum, & pernitioſum humanum cor quærit quietari in hoc miſero mundo, ſexcentos (vt ita dicam) labores, mille ſudores patitur & dolores, vt aliqualem, non dico quietem, ſed inquietudinē habeat in hoc tranſitorio mūdo, & tamen nec minimum dolorē, nec minimum laborē volt ſuſtinere in inueſtigando verū, ſummum & perpetuū bonū, in quo perfectè quietari poſſit. Bernardus. Aſpice (inquit) cor humanum ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, has mundi nundinas perambulare, alios fauorabilis auræ ſuauitate captari, alios diuitias quærere, quæ cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, cū dolore amittuntur, theſaurizas, & ignoras cui congregas ea, vide quoniam dolorem & laborem pro perituris diuitiis aſſumpſiſti, tranſis maria & alium tibi cibum comperis nauigando ſecundum ſapientem, tribus digitis diſtans à morte, patriam fugis, relinquens parentes, filios, diuelleris ab vxore, & omnium neceſſitatum oblitus, quæris vt acquiras, acquiris vt perdas, perdis vt doleas. *Filij hominum, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* Auguſtinus. Cur per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ & cordis tui? eme verum bonum in quo ſunt omnia bona, & ſufficit. *Vnde ſurgite, & ite, quia non habetis hic requiem.* O mortales? qui immerſiſtis cor veſtrum in delitijs huius mundi, & in ſuperbia ambitione, ſurgite & ite quia non habetis hic requiem. Auari luxurioſi, guloſi, qui repoſuiſtis cor veſtrum & deſiderium veſtrum in oblectamentis mūdanis, ſurgite quia non habetis hic requiem, ecce ſummum bonum, ecce regnum cœlorum, hoc vos quietabit, illud deſiderare & appetere debetis, ſicut lapis centrū. Sed heu, contemnitis, quia granum ſinapis videtur vile, & paruum in oculis veſtris: at quantæ reuera magnitudinis, & virtutis ſit, iam colligere ex prædictis potuiſtis. Magnitudo equidem eius talis eſt, quam nec ipſæ mentes beatorum complecti ſatis poterunt, licet de ea in ſempiternum gaudebunt, & cum gaudio ea perfruentur in ſæcula ſæculorum. Amen.

Bernard.

Aug. ca. 34.

Mich. 2.

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Septuageſimæ.

Mat. 20. v. 1.

Exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

Prou. 8. v. 1.

Nunquid non ſapientia clamitat & prudentia dat vocem ſuam. In ſummis excelſiſq; verticibus ſupra viam in medijs Semitis ſtans iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur dicens, O viri ad vos clamito &c.

A

CÆleſtis ille Salomon, illa inquam æterna, & incarnata ſapientia Chriſtus, clamitat in hodierno Euangelio, & vocat operarios in vineam ſuam. Non eſt dubium quod ſapientia creata, i. honeſtatis cognitio ſufficienter clamitat, & dat vocem in ſummis verticib. ſtās ſupra viam, & in medijs ſemitis, ad eum modum quo euenire ſolet viatorib. itineris ignaris, qui à paſtore vel à quopiam alio, quem eminus è montis vertice in viam ſpectantem aſpexerint, ſtatim exquirūt recta ne in deſtinatum locum pergant, an aberrent & in uiā ferantur. Sic de illis qui viam honeſtatis aggreſſi ſunt decernere debemos, ſemper enim illis præſtò eſt in arce mentis quaſi è vertice montis in viam proſpectans ipſa ſapientia, ideſt honeſtatis cognitio ſufficiens, à qua de rectitudine atq; erroribus viæ ſuæ optimè edocentur. Clamitat quoq; & dat vocem ſuam in medijs ſemitis, ideſt in triuijs, vbicumque plures ſemitæ coeuntes viatorem ancipitem reddont. Clamitat quoque in biuio virtutis, ac vitij; animus hæret, nec vtram in partē ſedet, ſatis decernit: ibi quidem adeſt ſapientia, ideſt cognitio ſufficiens boni & mali, ad hominē dirigendum, ita vt inexcuſabilis ſit ille, qui erroneam vitiorum ſemitā tenuerit. Clamitat in triuijs tunc, cum inter plures ſtatus, vel vitæ gerendæ rationes, vel inter plura media ad finem aliquem pertingendum, animos anceps hæſitat, quia in his ēt triuijs aſſidet ſapientia, atque eas ſemitas præfert, quæ tutiores & rectiores viderit, ita vt excuſationi locus nullus reliquus ſit. Itaq; ſicut olim Mercurii caducentri, aut tricipitis hæſatis ſimulacra quædam in triuiis, & quadriuiis deſigebantur, ad viatores edocendos: ſic ēt Deus in homine ſapientiam, i. ſufficientem boni ac mali cognitionē locauit: vt quoties animus inter plures ſtatus vitæ agendæ aut inter plura media, velut in triuio foret, illum de optimo, ac tutiſſimo itinere commoneret, ſed multo perfectius ſapiētia increata Chriſtus Dñs, clamat in ſummis exceleſtiſque montiom verticib. cū in monte prædicat, beatitudines proponit clamitat de vertice montis Caluariæ in crucæ moriens, clamitat in viis ac triuiis, dum populis & multitudini hominom poſt ipſum extra vrbes euaganti prædicat, & in portis ciuitatis vbi olim iudicia exercebantur eum porētiorib. iudicib. & Magiſtratib. ſuadet, vt irent in vineam, atq. ſic & hos & illos, & multitudinem, & præſtantiores viros, tanquā operarios in vineā ſuam congregat, ſed hoc ſingulare eſt, quia clamitat, vocat, allicit mercedē promittendo non cogit. Potentiſſimus mūdi Imperator Chriſtus habet in aula ſua ſeruos & mancipia, habet ēt aulicos, & amicos; ſeruos et mancipia tractat, tanquā eos qui nō ſunt ſui iuris, nec gaudent propria libertate, aulicos aūt et amicos honorificè tractat, non cogit, ſed perſuadet & allicit. Quemadmodum principes & domini tēporales, aliter tractant captiuos, ſeruos & mancipia. Cum. n. aliquid eis imperant, præcipiunt ſub pęna, ne aliter fiat hoc vel illud: aliter aulicos quib. non imperant vt ſeruis, ſed modeſtè volūtatē ſuam declarant: aliter amicos quib. nec imperant ſob pęnis nec abſolutè præcipiunt, ſed ſub conditione ſi hoc eis placet: ſic Chriſtos cum imperat creaturis inanimatis, imperat tanquā mancipiis, *Quoniā percuſſit petrā, & inundauerunt aquæ*, impetauit ventis & mari, i. increpauit ventos, & facta eſt tranquillitas. Cum aūt creturas libertate prędditas gubernat, ſuaoiter clamitat, vocat in vineam non præcipiēdo ſed perſoadendo. *Ite inquit in vineā meam, & quod iuſtū fuerit dabo vobis.* *Non adhæret quippe mihi ſedes iniquitatis.* Maxima iniqoitas eſt cū laboranti promittitur merces, & tandē poſt multos labores, merces eorū defraudatur. Non adhæret hæc iniquitas maieſtati diuinæ, ſed certū & infallibile laborantes expectat præmiū, ſic Chriſtus allicit ſuos ad vineā operarios. Præterea vocat eos non ad laberandū ſimpliciter, ſed ad cooperandū, Deus. n. in nobis operatur velle & perficere, nos aūt vt inquit D. Paulus, Dei cooperatores ſumus. Cū Deo vocati conſentimus, excitanti & adiuuāti cooperamus. atq; hic eſt vnus & pręcipuus liberi arbitrii fructus, vt Deo vocanti conſentiamus, & coadiuuanti in vinea cooperemur, non vt peccemus vel otio torpemus,

Pſ. 77. v. 20.

Pſ. 93. v. 20.

mus,quia non ad hoc nos inuitat mercedis promiſſio. Cla
mitabat ſapientia,dum primo mane exiit,uocando opera-
rios in vineam in lege naturæ. Clamitabat circa horam ter
tiam,dum vocabat operarios in uineam in lege ſcripta,cla
mitabat circa horam ſextam & nonam,dum vocauit ope-
rarios in uineam in lege gratiæ. Denique clamitat hora vn
decima dum his noſtris temporibus vocat nos in uineam
ſuam ad cooperandum. Tanquam prudens pater familias
vocat nos in uineam tanquam dominus,reddit mercedem
tanquam procurator agit vices domini ſui, videbimus er-
go in decurſu Euangelij quod Chriſtus ſapientia patris re-
ctè exercet officium patrisfamilias,dum vocat in vineam,
Pſ.77.v.2 rectè itẽ officiũ domini,& procuratoris cũ ſoluit mercedẽ.

DIXIT IESVS PARABOLAM HANC. Olim præ
dixerat Dauid Dominum locuturum in parabolis. *Aperia
os meum in parabolis,eructabo propoſitiones*. ſeu problemata
ab initio. Eſt aũt parabola comparatio ſeu collatio,qua res
diuerſæ oſtẽduntur in aliquo eſſe ſimile. Dicitur à *parabal
lo* quod eſt comparo:ideoq. ſimilitudo interdum nomina-
Mathæi tur,atq. ita parabola propriè eſt ſimilitudo, vt exẽpli gra-
24.v.37. tia. *Sicut in diebus Noë,ſic erit aduentus filij hominis*. Allego-
Iudicum ria aũt eſt obſcura locutio,vt libro Iudicũ. *Ierunt ligna vt
9.v.9. vngerent ſuper ſe Regẽ*. Et alio loco. *De comedente exiuit cib.
Ibid.14. & de forti egreſſa eſt dulcedo*. Accipitur aũt allegoria in ſcri-
v.14. pturis,pro ſententiis grauioribus,quæ cuiuſuis intelligen-
tiæ non patent ſed indigent explicatione. Loquebatur Do-
minus diſcipulis & electis ſuis in parabolis, vt ſic eorũ ani
mi ad auidius diſcendũ, & inquirendum accenderentur.
Matt.8. Scribis aũt & Phariſæis atq; indignis hominibus,ſub para
v.10. bolis ſacta miſteria abſcondebat, *vt videntes non uiderent,
& audientes non intelligerent*. Cæterum cum doceret præce
pta Euãgelica,quæ ignorare licet nemini,palam & ſinè pa
rabolis locutus eſt. Si aũt oporteret de myſteriis regni Dei
diſſerere,quæ non oportet oẽs ſcire,parabolis vtebatur. Cę
terũ coniunctio illa (vt) non dicit cauſam,ſed conſecutionẽ
vt videntes non uideant. Iuſtè enim margaritę abſcondun
tur à porcis,ne eas conculcent pedibus.

Lucæ 17. DIXIT ERGO IESVS PARABOLAM HANC,
v.21. SIMILE EST REGNVM CAELORVM. Dicit qui-
dem Chriſtus apud Lucam. *Regnum Dei intras vos eſt*. Chri
ſto.n. in nobis habitãte, regnum cælorum in nobis manet.
Habitat.n. in nobis per fidem & charitatem in præſenti vi
ta,in futura aũt per apertam ſui fruitionem ſeu viſionem.
Nihilominus hoc loco regnum cælorũ,pro Eccleſia mili
tante accipitur,quæ in cipit ab ipſo Adam, & durabit vſq;
Matth.13 ad finem mundi,in qua neceſſe eſt operari, de qua ẽt dici-
v.41. tur. *Colligent de regno eius omnia ſcandala*. Vocatur autem
Dion.cap. regnum cęlorum (ſicut dixi) quoniã Rex eius cęleſtis eſt,
Apoc.21. & ad modum cęleſtis Hierarchiæ eſt ordinata,teſte Dioni
v.2. ſio in Eccleſiaſtica Hierarchia. Inſuper quia eſt via perue-
Philip.3. niendi ad regnũ cælorum, à quo ẽt deſcendit. *Vidi inquit
Ioannes ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem
de cęlo*,habet etenim conuerſationem cæleſtẽ. Regnũ igi-
tur cælorũ vnum eſt,ſed ſtatus eiuſdem regni diuerſus, hic
pugnat,ibi regnat,regnat tñ idem Rex,qui iuuat pugnan
tes,& regnat cũ regnãtibus,qui eſt denarius diurnus & fæ
licitas regnantiũ. Quid.n. eſt vita ęterna,niſi videre & frui
diuina eſſentia,in tribus perſonis diuinis. *Hæc ſi quidem eſt
vita æterna,vt cognoſcãt te Deum,& quem miſiſti Ieſum Chri
ſtum. Hoc igitur regnum cęlorum ſimile eſt*.

HOMINI PATRIFAMILIAS. Chriſtus Domi-
nus Saluator ac redemptor noſter qui à Salomone ſupra
dictus eſt Sapientia, hic dicitur paterfamilias, quia Oe-
conomicis legibus (vt ita dicamus) diſponit omnia,idque
propter ſuam immenſam bonitatem, animumque mire
propenſum in genus humanum. Porro munera atque of-
cia Oeconomi ſeu patriſfamilias ſunt diuerſa. Ad æcono-
mum enim ſpectat Regimen filiorum, & ſeruorum, ad
œconomum pertinet ædificia diſponere & erigere, homo
enim ratione complexionis ſuæ, ferre non poteſt extre-
mas aeris intemperies, quales ſunt hyemales, & æſtiua-
les, nec impetuoſas pluuias, nec terræ duritiem,nec limo
ſitatem,ſicut patiuntur feræ,volatilia,& aquatilia:non er-
go ſufficit ſibi habitare in cauernis & ſpeluncis. Homo ẽt
vt verus œconomus debet poſſidere aliqua bona tempo-
ralia, quibus ſe & familiam ſuſtentet; debet quoque ha-
bere earundem rerum fidam cuſtodiam, ne diripiantur à
raptoribus, qui ſtudent viuere de alieno, alioquin num-
quam ceſſarent quærelæ, nec accuſationes de rapina, nec
homicidia: ideo debet ſibi ædificare domum in qua debi-
te res ſuas ſeruet & cuſtodiat ne diripiantur, ne etiam à
nociuis extrinſecis ipſe vel familia ſua aliquid patiatur,pu
ta à feris,lupo vel vrſo,vel malis hominibus ſibi inſidianti-
bus, neceſſe eſt vt habeat domum in protectione propter
has tres cauſas. Officium œconomi ſeu patrisfamilias eſt
ædificare domum, commodam & ſalubrem, tàm quoad
aerem, quàm quoad aquas ſalubres, quam etiam quo ad
ſitum vniuerſi, vt in hyeme habeat debitam charitatem,
in æſtate moderatum calorem. Tertium munus oecono-
mi eſt acquirere poſſeſſiones,& diuitias,præcipuè verò pe-
cuniam, prouidere fructus agri, & vineę, & arbores fru-
ctiferas, & animalia domeſtica: hæc enim nomine poſ-
ſeſſionum intelliguntur. Porrò hæc omnia debent eſſe,
vel communia, vel propria, communia, vt erant tempore
Apoſtolorum, vbi fuit cor vnum & anima vna; propria C
vero, vt nunc ſunt, quando omnes declinauerunt, & pro-
prium quiſque commodum ſequitur, ne eueniant furta,
lites,& homicidia. Eſt ergo neceſſaria poſſeſſionum acqui
ſitio homini eligenti viuere humaniter, vt excipiam eos
qui nolunt quicquam terreni poſſidere, & ſi quid poſſidẽt
renunciant,aut erogant in Chriſti pauperes, quoniam e-
ligunt vitam ſuperhumanam, & quaſi cæleſtem, vt ſic
quaſi compedibus terrenarum cupiditatum ſoluti,liberius
ſe ad diuina eleuent.

Sed quoniam poſſeſſiones eo fine ſunt neceſſariæ,vt ali-
menta & alia vitæ requiſita commodius habeantur,pecu-
nia aũt facile acquiruntur hæc omnia per commutationẽ,
quæ dicitur emptio, ideo acquiſitio pecuniæ, vel maximè
ſpectat ad patremſamilias. Ab initio non erat nummorũ
vſus,ſed permutatio rerum,puta frumenti pro vino;tandẽ
ſucceſſu temporis, propter diſpendium tranſportandi res
magnę quantitatis,inſtituta eſt commutatio rerum, quæ
ſunt minores pondere,ſed maiores valore,puta auri,argen
ti,& gemmarum,ponderando in maſſa: ſed quia, & hoc
faſtidioſum erat, impreſſa poſt ſigna ſiue characteres aut
imagines,vel ſubſcriptiones metallo iam ponderato,& in-
de habetur origo nummorum, & denariorum inſtitutio.
Quis autem primus fuerit, qui ex auro denarium ſigna-
uit,Plinius latere dicit. Verum Herodotus ſcribit. Lydos Idẽ li. 33.
primos omnium nummum aureum atque argenteum per Herod. li.
cuſſiſſe. Romæ autem vt idem Plinius ait,nummus aureus 1. Hiſtor.
percuſſus eſt, Anno vrbis DCXLVII. qui cœpit deinceps
vbique gentium cudi & communis eſſe: & ille in primis
qui Romæ cuderetur Ducatus eſt dictus, à Romano Du-
catu,qui Magiſtratus à Longino fuerat primo cõſtitutus,
quem Iuſtinus Imperator Narſeti Italiæ perfecto ſucceſſo
rem dederat. Argentum primus omnium auctore Strabo-
ne lib.8. Geographiæ,ſignari docuit Phędon. Eutropius ve Eutr. lib.
ro dicit nummum argenteum primum in vrbe eſſe ſigna- 2. Hiſtor.
tum,Anno vrbis Romæ circiter CCCCLXXXIII, primi
aũt Punici belli 6. Aes Ianus primus ſignauit, & propter
ſaturni reuerentiam,quem claſſe vectum hoſpitio ſuſcepe-
rat,edoctus ab eo agriculturam,ex vna parte ſui capitis ef-
figiem,ex altera nauis expreſſit ſic Ouid. in 1. Faſtorum At
Plinius Seruium Regem primum æs ſignaſſe ſcribit (antea Pl. lib. 33.
rudi, & non ſignato vſos Romæ Timæus tradit) nota pe-
cudum, vnde pecunia dicta. Ephorus ſcriptis prodidit
primo Aeginæ à Phedone ſignari cæptum argentum. Em-
porium autem ideo effectum, quia cum locus admodum
ſterilis eſſet,homines mercaturam exercere neceſſario sũt
coacti,vt Strabo ſcribit. Hæc itaq; ſunt boni œconomi ſeu Lib. 8.
patris familias munera & officia, quæ oĩa quia ſapientiæ
increatæ Chriſto maximè cõpetunt,ideo ẽt licet ſit Domi-
nus oĩum,voluit tñ paterfamilias appellari,nam in primis
Deum de ſuis electis,quam aliquem patrẽfamilias de ſuis
domeſticis maiorẽ curã gerere nulli dubium eſt, quia quæ
cõdidit,ſua gubernatione,& protectione nõ deſtituit. Nõ Deut. 32.
ne ipſe eſt pater tuus ait Moyſes q̃ poſſedit te fecit & crea- v.6.
uit. Diligis oĩa inquit Salomon *& nihil odiſti eorum quæ fe-* Sap. 10.
ciſti. Et alibi. *Tu autem dominator virtutum cum magna trã* v.25.
quilli-

Digitized by Google

Sap. 12. v. 18. *quillitate, & cum magna reuerentia diſponis nos, ſubeſt enim tibi cum volueris poſſe.* Deinde ipſe dixit, quod in domo patris eius manſiones multæ, vbi nequè frigus, nequè nimius æſtus, neq; vlla alia aeris intemperies incommodabit, vbi *neq; ærugo neq; tinea demollitur*, vt ipſe Chriſtus pmonuit.
Math. 6. v. 20. *Thezaurizate vobis theſauros in cælo vbi neq. ærugo neq. tynea demollitur &c.* Vno verbo nullũ eſt periculum, quod in illa æternitatis domo, quam cæleſtis Oeconomus pro nobis ædificauit, ab extrinſecis aliquid malis patiamur. *Potens eſt enim depoſitum noſtrum ſeruare in illum diem iuſtus iudex*
ad Thymoth. 1. v. 12. vt inquit D. Paulus. Idem Diuinus Oeconomus ſuadet nobis acquirere poſſeſſiones. Quod quidem munus multo perfectius exequitur, quàm terreni æconomi. Nam doctrina omnium Oeconomicorum chriſtianorum eſt, non licere appetere infinitas poſſeſſiones, ſed ſecundũ vniuſcuiuſq; ſtatum. Licet. n. inſit homini appetitus diuitiarũ infinitus, hoc tñ prouenit maximè ex duab. cauſis. Primò ex deprauato appetitu viuẽdi voluptuosè abſq; menſura, ideo infinite, & inſatiabiliter appetunt multi diuitias, vt poſſẽ media quib. impleãt inordinatas ſuas cõcupiſcentias: quæ quidẽ concupiſcentiæ ſunt, aut circa honorẽ & potentiã, vt in
C
ſuperbo, qui appetit infinitè extolli: aut circa gulã, aut circa inhoneſtat venerem, quæ inſaciabilia ſunt, & ideo appetitus diuitiarum in ſuperbo, guloſo, & luxurioſo infinitus eſt. Cæterũ in auaro, huiuſmodi maledicta concupiſcẽtia multũ deteſtabilis, & monſtruoſa eſt: quoniam diuitiæ quantũcunq; magnæ poſſideãtur ab auaro, nec ſibi nec a-
Seneca ad Lucillum lijs præſunt, vnde Seneca inquit. Pauca deſunt inopiæ auaritiæ omnia, in nullum auarus bonus eſt, in ſe ẽt peſſimus. Secunda cauſa infiniti diuitiarum appetitus eſt: quia homines pro maiori parte, falſo æſtimãt diuitias vt finem, & non vt media ad finem, dum vident pecuniæ obedire omnia, honores nimirum, principatus, veſtes pretioſas, fauores principũ, & huiuſmodi, &c. atq; ideo eam diligunt ſinẽ menſura, magis quàm ſapientiam virtutem, parentes, & amicos. Hic appetitus & alij ſimiles inordinati ſunt, ideoquè corrigendi, quia obſtaculũ ponũt æternæ ſaluti, vltra
D hoc quod familias euertant, & bonũ Rerump. ſtatũ labefactẽt, nam ex cupiditatib. nimijs odia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur, nec ſeſe foris ſolũ iactãt, nec tñ in alios cęco impetu incurrunt, ſed intus ẽt in animis incluſæ, inter ſe diſſident atq; diſcordãt, ex quo vitã amariſſimam neceſſe eſt effici: ideo docent optimi Oeconomi hunc appetitũ habendi poſſeſſiones & diuitias ſinè termino regulandum eſſe, & ad certam menſuram reducendum; aliter. n. talis nec virtuosè viueret, nec hæreditatem poſteris ſui firmare poſſet. Porrò mẽſura, & terminus huius appetitus, eſt prouiſis neceſſariorũ vitæ, ſibi, & toti ſuæ familiæ, iuxta ſtatũ & qualitatem ſuam; hic omnino ſiſtere oportet cuiuslibet appetitum, in habendo victu. & amictu. Ars enim imitatur natura, natura autem non prouidet nutrimẽta animalibus ſuperflua, ſed ſiſtit in neceſſarijs, hæc ergo imitanda eſt. Hæc igitur eſt Oeconomi huius ſæculi doctrina.

Noſter aũt cæleſtijs Paterfamilias liberalis eſt, permittit nobis acquirere in cęlo poſſeſſiones infinitas, & appetitũ infinitũ bonorũ cęleſtium non dicit malũ, ſed laudabilẽ. Sicut. n. terminus huius appetitus eſt infinitus, vt pòt Deus infinitus, ita, & ipſe infinitus ſi ſit laudabilis eſt, imo vt ſit talis neceſſe eſt; licet. n. procedat ex appetitu viuendi voluptuosè, & delectabiliter, tñ non eſt deprauatus ſed rectus: Deum. n. tanquam propriam poſſeſſionem noſtrã deſideramus, & quę Dei ſunt, vt cum illo lætanter & delectabiliter viuamus in æternũ. Nec ſolum permittit noſter Paterfamilias, vt has poſſeſſiones quæramus, ſed ẽt in hodierno Euãgelio ſuadet, vt procuremus nummos & denarios, nõ illos
D. Auguſ. ſermo. 50 ſed temp. de quib. inquit D. Auguſt. More fontiũ nummi currunt, quod aũt currit inſtabile eſt: ſed illos nummos illũ denariũ diurnum, qui ad inſtar æternitatis immobilis perſeuerat. Atq; ita cum Oeconomorũ munera & officia prædicta cõpetant Chriſto, rectè paterfamilias appellatur, non ideo ſolum, quia dilectos, & electos filios ſuos vnicè diligit, regit & fouet, ſed ẽt quod eiſdem tam ſecura præparauerit habitacula in cælo, & non ſolũ permittat, ſed & ſuadeat poſſeſſiones æternas appetere, & denariũ diurnum quærere. Cuius diligẽtia in obeũdo ſuo munere ex eo manifeſtatur

QVIA EXIIT PRIMO MANE CONDVCERE OPERARIOS IN VINEAM SVAM. Quo exijt ſapientia increata clamando & inuitando ad vineam? Quo exijt iſte paterfamilias qui vbiq; eſt, qui omnia implet? Exijt quoniã de nouo operari aliquid voluit, quod ęterna voluntate diſpoſuerat, ideo dicit. *Exiui a Patre, & veni in mundum. A Deo exiuit & ad Deum vadit.* Primus itaque Ioa. 16 & 13. v. 3. v. 28.
exitus Dei, vel prima porta qua exiuit ad extra fuit bonitas ipſius: quoniam enim bonus eſt, ideo mundum ex nihilo creauit. Secundus exitus amor extitit q̃ facit extaſim; quaſi enim extra ſe exiuit, quando propter nimiam charitatem qua dilexit nos, vineam plantauit, ideſt rationalem, & intellectualem creaturam, quæ eſt Dei peculiaris hæreditas, & poſſeſſio. Tertius exitus Dei cura eſt & ſollicitudo in operarijs conducendis. Quartus exitus liberalitas & iuſticia in reddendo operarijs denario diurno Vides quomodo Dominus ſemper eſt occupatus circa vineam ſuam, *pater meus vſque modo operatur, & ego operor* dicebat Chriſtus. Ioan. 5. v. 17.
Exiit autem primo mane æternitatis, quia antequam mundum conderet hanc vineam plantare diſpoſuit. Exijt item primo mane Angelorum, quando plantandæ vineę myſteria inſcripſit mentib. Angelicis. Exijt deniq; primo mane hominum quando creauit Adam, Abel, Seth, Enoch, Mathuſalem, & alios patres mũdi originalis. Verum enim vero, in prima hora hæc vinea ab aquarum inũdatione euulſa eſt atq; euerſa, paucis tantummodo euadentibus, vt ſemen ſeruaretur. In tertia verò peregrinata eſt, & multis annis duram Aegyptiorum ſeruitutem pertulit. In ſexta hora tranſlata eſt de Aegypto magna ſui Patrisfamilias virtute, per aquam nimiam, per vaſtã eremi ſolitudinem, & in terra promiſſionis plãtata. In nona iterum tranſlata eſt ad Babilonẽ. In vndecima ad gentiles. Ex quo diſcimus, qua ſolicitudine Deus continuò excitet homines, vt ſuam ipſorum ſalutem operentur. Conduxit aũt operarios in vineã vt operentur. Et quia diuerſi ſunt ſtatus operantium in vinea Domini, ideo vnuſquiſq; paratus eſſe debet ad opus quod Paterfamilias ſibi perſcripſerit exequendũ. Ope Ad Ro. 3 v. 13.
rari quippe nos vult in vinea, & non otiari, *quia non auditores ſed factores legis iuſtificabuntur*. Veriſſima eſt illa Apo- 3. Io. v. 8.
ſtoli doctrina, quod *Dei cooperatores ſumus*. Certum eſt q̃d 2. Corin.
ſinè Deo operante non ſolum operari, ſed ne cogitare quidem aliquid boni poſſumus, vt idem ait. *Non ſumus ſufficiẽ* 3. v. 5.
ter cogitare aliquid à nobis tanquam à nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Nec mirum quia homo nihil eſt aliud niſi vmbra imaginis diuinæ, vt dixerunt quidam ſuper illa ver Gen. 1. v. 26.
ba. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã* in Hebræo. n. legitur. Faciamus ſimilem imaginis vmbræ noſtræ, Vmbra ſuum eſſe & motum ab imagine habet, ſinè qua nihil magis inanimatum & mortuum videtur ſicut vmbra, ſi. n. quis non mouet brachium, vmbra quoque non mouet, ſi non eleuas caput: neque vmbra eleuat, quia eſſe, viuere, moueri, vmbra ab imagine habet: ita quoque tam in ordine naturæ quam etiam & maximè in ordine gratiæ, eſſe viuere, moueri, habet homo à Deo, quia abſq; ipſo neceſſe, nec operari, nec cogitare quidquam boni valemus: Deus autem ſinè homine omnia agere & operari poteſt. Verumtamen Deus qui attingit a fine vſq; ad finẽ fortiter, diſponit quoq; omnia ſuauiter, licet ſi potentiã attendamus, omnia operari poſſit abſq; noſtro libero arbitrio: ſi tñ ad ſuauitatem attendamus, non operatur abſq; cõſenſu noſtri liberi arbitrij, ideo Dei coadiutores ſumus. Sicut E
medicus & medicina adiuuat naturam, ſic homo cooperat Deo, & hanc ob cauſam vocat homines ad vineam tanquã cooperatores altiſſimi. Vocat aũt vel vocatione interiori, vel exteriori, interiori qñ ſtat ad oſtium et pulſat, exteriori autem, quando ſapientia clamitat et prudentia dat vocem ſuam, vt dixit Salomon. Quoniam vero conducere, eſt aliquem ſub cõditione præmij ad aliquid agendum adducere, ideo ſapientia non ſolum dat voces in plateis, ſed ẽt conuentionem facit ſub conditione cũ operariis vt inquit Euangelium non cogit, ſed allicit, et conuentionem facit. CONVENTIONE AVTEM FACTA CVM OPERARIIS EX DENARIO DIVRNO. Hoc eſt intuitu vitæ æternæ cõſequẽdæ, operarii in vineã Dñi sũt profecti. Simile q̃dã inuenies in Pſ. *inclinaui cor meũ ad faciẽdas*

Digitized by Google

Pſal. 118. *iuſtificationes tuas propter retributionē*. Dn̄s quoq; ad ſimilia
v. 112. ſtudia exortando animos mouet auditorum. *Facite* (ait) *vo-*
Lucæ 16. *bis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis reci-*
v. 9. *piant vos in ęterna tabernacula*, hoc eſt vitam æternam con
ſequamini. Non temere arbitror in Euangelio toties men-
tionem fieri regni cælorum, & præmij atque mercedis æ-
ternæ, ſed potius vt animi accenderentur ad vitam æternā
capeſcendam. Deſeruit huic propoſito ſententia Apoſto-
1. Cor. 9. li. *Is qui arat* (ait) *debet in ſpe arare, & qui triturat in ſpe fru*
v. 10. *ctus percipiendi*. Similis quoque inuenitur modus loquen-
Hebr. 11. di in Epiſtola ad Hebræos. *Fide Abraam obediuit* in lo-
v. 8. cum exire, expectabat enim fundamenta habentem ciui-
tatem, cuius opifex & conditor eſt Deus. Moyſes quoque
pertulit improperium Chriſti, quia reſpiciebat ad remune
rationem. Vnde quamuis Deum gratis colere debemus,
non intuitu ſcilicet terrenæ mercedis, non velle tamē eum
colere intuitu æternæ fruitionis percipiendæ, eſt penitus
reprehenſibile. Quid enim aliud oramus quotidie. *Ad-*
Lucæ 11. *ueniat regnum tuum*, niſi vt Deum videamus ſicuti eſt? Re-
v. 2. gnum enim illud pro quo oramus, & quod expectamus, eſt
diuina præſentia frui, eique perfecte adhærere, iſtud fuit
exordium Euangelicæ prædicationis: Appropinquauit re-
gnum cælorum. Paterfamilias quoque promiſit operarijs
denarium diurnum id eſt vitam æternam: Quid ergo mur
murāt Hæretici nos peccare ſi intuitu diuinæ viſionis per-
cipiendæ Deum colimus? *Eſto fidelis vſque ad mortem* (ait
in Apocalip.) *& dabo tibi coronam vitę*. Communis eſt om
nium Doctorum ſententia per denarium diurnum, glo-
riam cæleſtem ſignificari, à Deo promiſſam omnibus in
vinea Domini rectè laborantibus. Qui dicitur denarius
diurnus, quia correſpondet labori vnius diei, quid enim eſt
aliud totum vitæ noſtræ ſpatium, niſi ſpacium vnius diei.
Dioſcor. de quodam animali ſcribit Dioſcorides, quod viuit vna
tantum die, & dicitur Ephimerides, vnde appellatur fe-
bris Ephimera, quæ durat vna die, ſimiliter dicitur de ho-
mine. *Mane floreat & tranſeat: veſpere decidat induret, &*
Pſal. 89. *areſcit*. Ex hac igitur promiſſione, & facta conuentione,
v. 6. & auxilio gratiæ quam Spiritus Sanctus operatur in no-
bis, opera quoque noſtra ſunt meritoria vitæ æternæ. Sanè
cæteri Patresfamilias ſeu Oeconomi, varios proponunt
modos acquirendi denarios, & plures eorum licitos & ne-
ceſſarios affirmant qualis eſt via poſſeſſoria, quando quis
agrum, vineam, aut domum, aut animalia domeſtica, aut
horum fructus vendit, ſiuè illa ſint domeſticæ, ſiuè ſylue-
ſtria, aut aquatica, quæ per venationem aut piſcationem
in poteſtatem eius deuenerint: hæc via acquirendi dena-
rios antiquiſſimo tempore fuit in vſu, & leges dantur de
Leuit. 25. ea, ne fiat iniuſta, inter vendentes & ementes in Leuitico,
& inde ortum habuit paſtoralis vita, & agricultura, vita
venaticia & piſcatoria, quibus omnes ferè nationes dele-
ctabantur etiam ſolius iucunditatis gratia.

Quemadmodum Vladislaus Iagello Rex Polonorum
Varo li. 2. venationum auidiſſimus fuit, & interfectas feras maiores,
de re ruſt. præſertim biſontes, in Prælatos, & Canonicos Academiæ-
que ac ciuitatis Cracouienſis Præſides & Magiſtratus par
tiri ſolitus erat: ideo Lithuaniæ nemoribus vnicè delecta-
Cromer. batur. Hæc via comparandi opes laudabilis eſt, ſi non ad-
lib. 20. ſit nimia & exceſſiua auiditas venandi: ſic enim citius erit
cauſa deperdendi quàm acquirendi opes. Quemadmodum
Boleslaus Pudicus Polonorum princeps, onerofus fuit no-
bilitati propter crebras venationes, eo quod & canes prin-
cipis alere, & equos atque ſubuectiones ipſi præbere om-
nibus paſſim quacumque iter faciebat neceſſe erat: his igi-
tur de cauſis complures et offenſi conſpiratione facta Vla-
dislaum Opolienſem Ducem, Principem creātes oppreſſi
Cromer. ſunt. Agricultura vero ita delectabantur Romani, vt octo
lib. 9. dies culturæ agrorum impenderent, nonumque vrbanis
rebus, & nundinis. De Scotis ſcribit Boetius, quod præ a-
griculturæ ac rei pecuniariæ, venandique ſtudio, omnem
ferè & medicinæ, & artium mechanicarum curam inter-
miſerant. Ea propter ſingulis artificibus peregre acitis,
quos per ſingulas prouincias, vbi Iudices (nunc Comites
vocant) ius dicerent, ſalaria partim ex publico, partim ex
priuatorum opibus, vnde tum minime grauarentur, præ-
benda Reuta Rex decreuit. Nam boue in quocunque
Prouinciæ loco mactato, cuiuſcunque priuati eſſet, caput
fabro, collum ſaltuario, lingua iuriſconſulto, ſcapularum
altera furum indagatori, (is Derach priſca lingua dici-
tur) tenes duabus cum coſtulis carpentario, cæteræ chyrur
go, ex ſingulis lateribus binæ coſtæ medico: certæ etiam
ſingulis auenarum & hordei menſuræ (cum nullus ad ea
vſque tempora pecuniæ ſignatæ apud Scotos eſſet vſus) iu-
re huius decreti annui cenſus loco ceſſerunt, nonnullis ēt
alijs ex eodem boue quædam alia fruſtra ſibi vendicanti-
bus, quam patiendi bouis rationem, apud eos, qui in He-
bridibus inſulis ſedes habent, noſtra adhuc ætas videt ob-
ſeruatam: hi igitur bonis repleri quærebant poſſeſſione,
venatione agricultura.

Polonis autē & Lituanis præſertim nobilibus vix alius
modus acquirēdi pecuniam licitus eſt, ſub honeſtatis amit
tendæ pœna, niſi per agriculturam venationem &c. Propo
nitur etiam ab Oeconomicis via artificialis acquirendi pe-
cunias ſeu denarios, quando quis per artem ſuam aliquam
exercet, propter quam pecuniam lucratur, & tales ſunt æ-
dificatores ſeu architecti, pictores, doctores, medici, mili-
tes; licet enim principalis finis militis ſit victoria, & docto
ris doctrinā, & medici ſanitas, ſecundarius tamen eſt præ-
mium, quod præcipuè quæritur per pecuniam. Et licet
Ariſtoteles ex Repub. ſua opifices excludat, propter quæ-
ſtus ſtudium, & nimiam occupationem, quorum vtrumq;
Reipub. actionibus officit; ſi moderatio tamen adſit, nihil
obſtare video, quin opifices quoque Reipub. ciues eſſe ha-
berique poſſint: ideo etiam barbari principes eos promo-
uent. In ea Vngariæ parte, quam vulgo ſeptem caſtra vo-
cant, omnes incolæ aliquod opificium mechanicum diſce-
re coguntur, itaque inter peregrinos, ſi quem virum vel
pace vel bello illuſtrem videant, quodnam opificium cal-
leat inquirunt. Cuius mos etiam apud Turcas eſſe dicitur.
Proinde Solimanus Selimi pater acus faciēdæ artem pro-
bè dicitur nouiſſe. Præterea via mercatiua acquiritur pe-
cunia, conuertendo per emptionem pecuniam in merces,
& per venditionem merces in pecuniam, quarum vna eſt
nauigatiua, altera deductiua ſeu terreſtris, quemadmodū
merces per mare vel per terram deduci poſſunt, & tratica
ſeu per aſſiſtentiam quæ fit in nundinis: præter has vias
acquirendi denarios, eſt etiam mercenaria ſeu conducti-
tia, quando quis pro labore impenſo, & ſeruitute animæ
aut corporis mercedem percipit denarios. Hunc modum
acquirendi pecuniam approbat Chriſtus in Euangelio ho-
dierno, cum conducit operarios, & conuentionem facit ex
denario diurno. Quare autem hunc modum quàm alios
elegerit, fortaſſis propterea quia eſt vniuerſalior, & omni-
bus cuiuſcunque ſtatus hominibus reſpectu denarij diur-
ni competit: nā ſupra dicti non omnibus quadrant, quem-
admodum Ariſtoteles docet. Aliam Regibus competere
viam acquirendi pecuniam, aliā Senatoribus, aliam Eque-
ſtris ordinis, aliam ciuibus, aliam priuatis hominibus. Re-
ges enim ditari debent, vel ex monetarum eleuatione aut
depreſſione, quemadmodum Veneti, maioris precij eſſe
volunt aureos nummos, qui excuduntur in proprio ſtatu,
dicti vulgo cekias, quàm aureos vngaricos. Debent etiam
ditari commutationibus, ſicut ditantur Moſcouitæ, qui vix
aliquid pecunia emunt, ſed pro pellibus commutant. Item
ex fodinis terræ, ſicut in Polonia potiſſimi prouentus ſunt
ex ſalinis: vbi montes profundiſſimi ſalis ſunt, præſertim
in Vvieliczha, & Bochna, vnde Regni & Reip. vberes red Boet. li. 2.
ditus proueniunt. Senatoribus autem competit ditari ex Olaus li.
poſſeſſionibus, & redditibus annuis, ſicut in Italia & alijs 13. c. 43.
partibus, vbi mos eſt à ſubditis duas partes redituum ſume
re, tertiam eis pro victu relinquere, Equeſtris ordinis ho-
minibus competit ditari ex militia. Ciuibus ex mercatu-
ra, nundinis, vectigalibus, priuatis hominibus competit,
via artificialis, hi enim communiter arte vel negociationi-
bus ſuſtentatur. Via autem mercenaria reſpectu denarij
diurni vitæ æternæ, omnibus & ſingulis competit, cum
omnibus enim ſiuè Regibus, ſiuè Principibus, ſiuè priua-
tis hominibus conuenit ex denario diurno cæleſtis Pater-
familias.

ET EGRESSVS CIRCA HORAM TERTIAM.
Quamuis ſemper ſapientia det vocem ſuam, quamuis Pa-
terfa-

terfamilias ſemper vocet operarios ad vineam mitis, &
ineffabilibus modis, certis tamen quibuſdam horis & tem
poribus, prout ipſe diſpoſuit efficacius vocat, intus com-
mouentibus cor ad pietatem, foris vero ſufficiens adiuto-
rium adhibendo, vel humani ſermonis, vel ſignorum, vel
aliquid huiuſmodi. Quid autem præcedat, Dei vocatio an
Auguſt. in Cóſeſ. noſtra operatio ex D. Auguſtino intelliges, qui ſic ait: Ca-
rebam te, & non quærebam te, non egebas me, & quære-
bas me. Anima noſtra eſt ſicut herba ſolaris, quæ oriente
ſole floreſcit, occidente marceſcit, *qui habitantibus nobis in*
Iſai. 9. v. 2 *regione umbr ę mortis lux orta eſt nobis.*
G
VIDIT ALIOS STANTES IN FORO. Scilicet
ſapientia clamitans in plateis: in foro huius mundi omnia
ſunt venalia, plena fraude & dolo, ſtantes erant, quia pa-
rati ad audiendum vocem Patrisfamilias, qui eos ad vineã
mitteret. Publicani enim, & meretrices pręceſſerunt Scri-
bas & Phariſæos in regnum cælorum.
DIXIT ITE ET VOS IN VINEAM MEAM.
Ex amore in vineam, mittit operarios, vt ſarmenta eius
tempè fideles fructum afferunt virtutum, ſed non minus
ex amore erga operarios, qam Deus natura ſua quærit oc-
Iſai. 65. v. 1. caſiones ditandi, & bona ſua hominis conferendi. *Ecce*
ego inquit per Iſaiam. Ecce ad gentes quę non inuocabant me.
Vt ſcilicet bonis meis eos repleam: nam quemadmodum
ne detur vacuum aſcendit aqua, ita ne detur vacuum mi-
ſericordiarum Dei, quærit Deus vt bonis repleat & merce-
dem retribunt: ideo ſubdit in Euangelio.
ET QVOD IVSTVM FVERIT DABO VO-
BIS. Iuſtum eſt, operantibus in vinea denarium diur-
num reddi, quem pater familias ex ſua liberalitate promi-
ſit, conuentione enim & pacto ſe obligauit, quia operarij
ſunt templum Spiritus ſancti, filij & hæredes Dei, cohære-
des autem Chriſti, filijs autem, & hæredibus iuſtum eſt
hæreditatem reddi: ideo confidenter loquitur Apoſtolus
2. Tim. 4. v. 8. *Quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.* Nec ob-
eſt huic propoſito illud eiuſdem Apoſtoli. *Stipendium pec-*
Rom. 6. v. 23. *cati mors, gratia autem vita æterna.* Sicut enim docemur ab
Auguſt. epiſt. 10. Auguſtino meritis præcedentibus vita æterna redditur, ta-
men quia eadem merita quibus redditur, non à nobis pa-
rata ſunt per noſtram ſolam ſufficientiam, ſed in nobis fa-
cta per gratiam cooperantibus nobis, ideo ipſa gratia nun-
cupatur, quia gratis datur. Nec ideo meritis non datur, ſed
quia data ſunt ipſa merita quibus datur. Poterat dicere
Apoſtolus, ſicut ſtipendium peccati eſt mors, ita ſtipendiũ
iuſtitiæ eſt vita æterna, ſed ne iuſtitia de mundo ſe tolle-
ret, merito dixit, Gratia Dei vita æterna. Intelligamus er-
go ipſa bona opera, quibus vita æterna redditur ad Dei
Aug. c. 8. 13. gratiam pertinere. Et in libro de libero arbitrio & de cor-
reptione, & gratia ſic ait. Ipſa vita æterna, quam certum
eſt bonis operibus debitam reddi, à tanto Apoſtolo gratia
Dei appellatur, quia his meritis redditur quæ gratia contu-
lit homini, vnde licet veriſſima ſit illa Dauidis ſententia.
Pſal. 13. v. 3. *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt* vt etiam dicit
Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos: tamen vera eſt Apo-
ſtoli eiuſdem ſententia. *Siquis ſe emundauerit ab his, erit vas*
2. Tim. 2. v. 12. *ſanctificatum in honorem, utile Domino ad omne opus bo-*
num paratum.
ITERVM, AVTEM EXIIT CIRCA SEX-
TAM ET NONAM HORAM ET FECIT SIMI-
LITER. Hora ſexta conduxit Moyſen, Aaron, Phinees,
Ioſue, Caleb, Sanſoně, Iephte, Samuelem, alioſque Patres,
legis Zelatores, quemadmodum hora tertia conduxit Nòè
cum ſua poſteritate, & alios Patres, Abraham, cæteròque
Patriarchas. Hora item nona conduxit Dauid, Ezechiam,
Ioziam. Vndecima hora venit Dominus vineæ, & condu-
xit gentiles, factique ſunt nouiſſimi primi & primi nouiſ-
ſimi, ſicut hæc ſequentia Euangeliſtę verba ad oculum pla
nè demonſtrant. Ait enim.
CIRCA VNDECIMAM VERO, EXIIT ET
INVENIT ALIOS STANTES. Gentiles ſemper ex-
tra vineam otioſi manebant, quia retro actis temporibus
nihil boni egerunt, quo vitam æternam poſſent promere-
ri, nihilominus & hos bono animo eſſe iubet, quia etiam
tardiſſime incipientes operari poſſunt, & mereri denariũ
diurnum: tarde etiam pænitentes poſſunt dignos fructus
pœnitentiæ facere, & ab ipſa fauce tartari reuocari ad vi-
tæ lumina, dummodo fideliter pæniteant, & tarditatem
ſalutifici operis, magno charitatis feruore recompenſent
ideo, & his dixit.
QVID HIC STATIS TOTA DIE OTIOSI?
DICVNT EI QVIA NEMO NOS CONDVXIT
Ne declinas cor meum (inquit Dauid) in uerba malitiæ, ad ex- Pſal. 140. v. 4.
cuſandas excuſationes in peccatis. Ad excuſationes proni ſu-
mus. Sic Samaritana miſſa vt vocaret virum ſuum, ſeipſam Act. 9. v. 4
excuſauit. *Domine* (inquit) *virum non habeo.* Saulus cùm à Ioan. 4.
Chriſto corriperetur. *Quid me perſequeris?* excuſauit ſe, *Quis*
es Domine? Similiter iſti, non habuimus inquiunt condu-
ctorem, qui conduceret nos ad veri Dei cultum & cogni-
tionem. Apoſtolus ad Romanos ſcribens dicit. Gentes fuiſ ad Ro. 1.
ſe in excuſabiles, *quia cum Deum cognouiſſent, nõ ſicut Deum* Dion. lib.
glorificauerunt. Dyoniſius docet omnes homines habuiſ- de cæleſti
ſe Angelos, qui humanis ordinibus, ac functionibus ſacris Hierarc.
viciſſim præeſſent, vt eorum miniſterio ad veri Dei cogni-
tionem adducerentur, ſed quidam moribus proprijs à re-
cto calle, quo ad Deum aſcendere poſſent ſua ſponte de-
uiarunt, & ad eorum qui Dij non ſunt culturam deuoluti
ſunt. Cuius ſanè pernitioſi erroris non aliam cauſam fuiſ-
ſe putarim, niſi amorem ſui atque ſuperbiam. Scribit Iu- Inſt. Martyr libro de Monachis.
ſtinus ante promulgatum Euangelium, aliquos Philoſo-
phos extitiſſe, qui vnum Deum verum prædicauerunt, fa-
ctorem omnium, & inquirentium ſe remuneratorem, qua-
lis fuit Socrates, Plato, & Ariſtoteles, iam vero multi ex Plato 10.
Scholaſticis ſentire videntur, antiquis ſuffeciſſe gentibus, de legib.
habere cognitionem de vno vero Deo, & quod ſit, & Ariſt. 10.
quod inquirentium quoque ſe, ſit remunerator: ideo ait Ethicor.
Chriſtus. *Si non veniſſem & locutus eis non fuiſſem peccatum* Ioan. 15.
non haberent, ſcilicet ſuæ incredulitatis, nunc autem excu- v. 22.
ſationem non habent de peccato ſuo. Pænas dabunt in in-
teritu æternos, *qui non nouerunt Deum, qui non obediunt Euan* 1. Theſ. 1.
gelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, ait Apoſtolus. Non ergo v. 9.
effugient damnationem peccati, qui non cognouerunt
Deum, nec ſufficit eis dicere. *Nemo nos conduxit.* Inſuper H
Dominus in Euangelio aperte docet, neminem venire ad 1. Cor. 15.
patrem niſi per eum. *Quia ſicut in Adam omnes moriuntur,* v. 22.
ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Illa ergo excuſatio
non eſt tuta nec reddit gentiles ſecuros, quia pænas æter-
nas patientur, ſi de Chriſto fidem non habuerint explica-
tam. *Vnus enim eſt mediator Dei & hominum, homo Chri-*
ſtus Ieſus, ſine cuius cognitione & merito ſaluabitur ne-
mo. Auctor ſiquidem peccati Adam fuit, author autem
iuſtitiæ Chriſtus Ieſus, qui habet claues mortis & vitę: ne-
que ſolum Gentes, ſed etiam inueterati peccatores, quos
etiam vocat ſapientia in vineam, ſunt inexcuſabiles; quo-
modo enim dicere poſſunt nemo nos conduxit: ſi enim
iam hora tertia vel nona fuit, quando eos Paterfamilias
vocauit, impoſſibile videtur quin ab aliquo fuerint condu-
cti. Probabile eſt quod dæmon in vineam ſuam eos con-
duxerat, credibile eſt quod fuerint ſerui peccati iuxta illud
Apoſtoli. *Cum enim ſerui eſſetis peccati.* De his quoque vi- Rom. 6.
detur loqui D. Petrus. *Cum ipſi ſint ſerui corruptionis*, cum v. 11.
igitur ſint ſerui Baal, ita enim miniſtri Baal, dicti ſunt ſer- 2. Petr. 2.
ui eius, quomodo dicere poſſunt nemo nos conduxit. Quo- v. 19.
modo item Paterfamilias dicit ad eos quid hic ſtatis tota
die otioſi? Si verò erant ſerui Baal, ſerui peccati, & corru-
ptionis quomodo erant otioſi? cum durus & rigoroſus ni-
mium in ſeruos ſuos ſit Diabolus, nec permittit eos eſſe
otioſos. Accipe in exemplum vnum hominem auarum,
cõſidera verba ipſius opera, & ſi potes cogitationes etiam,
videbis quod nunquam ſit otioſus, ſemper cogitat quomo
do congreget, qua ratione augmentum poſſeſſionum, &
denariorum faciat, non manducat, non bibit, vt theſau-
rum repleat, ſubditos laboribus, tributis, penſionibus ag-
grauat, & in hoc totam vitam ſuam, annos, menſes, dies,
horas conſumit, ita vt nec miſſam audire, nec confiteri aut
communicare, imo nec vnicum Pater noſter & Aue Ma-
ria quietus dicere poſſit. Iſte ergo otioſus? iſte non eſt
conductus? imo vero conductus, & ſeductus à peccato aua
ritiæ, conductus & inductus à diabolo auaritiam ſuaden-
te. Quod de auaro dictum eſt idem de alijs ſimilibus vi-
tijs implicatis exiſtimandum eſt. Quomodo ergo Paterfa-
milias

Digitized by Google

milias dicit quod ſint otioſi; & illi quomodo ſe excuſant
quod nemo nos conduxit? Difficultas eſt in verbis patris
familias,& in excuſatione otioſorum aduertendum, quia
non ſolum ille otioſus eſt qui nihil laborat, ſed etiam ille
otioſus dici poteſt, qui nihil boni agit, qui nullum laboris
ſui præmium expectat, otioſè enim & fruſtra fit quod mer
cede caret. Iam vero quæ merces, quod præmium eſſe po-
teſt peccatis? nullum. Quod autem nullũ ſit peccatis præ-
mium aduerte. Quid enim Auarus habet præmij, poſt
quam tot theſauros collegit? forte quietem? minime, quo
enim plus potè ſunt plus ſitiuntur aquæ. Fortè ſalutem
animæ & corporis: nequaquam. Melior eſt enim pauper ſa
nus, quàm diues infirmus. Quale præmium peccatis eſſe
ad Ro. 6. poteſt niſi illud de quo Apoſtolus. *Stipendium peccati mors*
v.23. ideo ergo peccatores dicuntur otioſe, quia nihil boni ege-
runt, quia nullum peccatorum ſuorum habent præmium.
Sed quare negant ſe eſſe conductos, cum iam ſint ſerui pec
cati? ideo forſan, quia pudet eos fateri eſſe ſeruos tam ma-
litioſi domini, qualis eſt diabolus & peccatũ nam quemad
modum gloriari ſeruis mos eſt, ſi famulantur domino po-
tenti, diuiti, & virtutibus claro, ita pudet ſeruos recogno-
ſcere, quod infamem & malitioſum dominum habeant:
vel etiam quod mendacem & iniquum habeant patremfa
milias, qui multa quidem promittit, ſed nihil præſtat, va-
cuos atque fruſtratos ſeruos ſuos dimittit. Quid enim ma-
ius poteſt promitti, quàm effici & tales fieri ſicut Deus?
1 Hoc erat promiſſum eius primis humani generis parenti-
Geneſ. 3. bus cum dixit illis. *Eritis ſicut dij*: ſic decipit guloſos, quo-
v.5. rum Deus venter eſt; ſic auaros quorum Deus eſt vitulus
aureus. Cum ergo talis ſit eis Dominus & paterfamilias,
non eſt mirum quod negent ſe ab illo conductos eſſe: non
talis eſt noſter paterfamilias Chriſtus Dominus, cuius bo-
Pſal. 39. nitatem admiratus propheta dixit: *Nunquid adhæret tibi*
v.20. *ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto*: ideo illis qui
otioſi videbantur, cum nihil boni egiſſent.

I DICIT ITE ET VOS IN VINEAM MEAM.
Nolo vos manere otioſos, quia molta mala docuit otioſi-
tas, ite ergo propere, labori vos accingite, neque paucitas
temporis quo vobis laborandum eſt de mercede laboris
vos faciat ſollicitos, quia ego dabo vobis, ſi enim alacriter,
ſi ſtudioſe & fideliter laboraueritis, compenſabitis procul-
dubio hoc breui tempore diurni operis tarditatem. Deus
quippe non temporis ſed affectus habet rationem, quod
exemplo ſequenti inclareſcit. Angeli enim in paruo inſtan
ti meruerunt vitam æternam, quam Mathuſalem in mul-
tis annorum centenis vix comparaſſe credibile eſt vbi ſu-
ſpicienda venit, multumque laudanda huius patrisfami-
lias benignitas, qui ſero conuerſos ad vineam non aſper-
natus eſt, imo pro ſua immẽſa bonitate prioribus operarijs
pares reddidit, eundemque tribuit denarium diurnum.

CVM SERO AVTEM FACTVM ESSET. Hoc
eſt quando finis totius vniuerſi vel vniuſcuiuſque morta-
lium vitæ exitus aduenit. Sero enim mundi finis eſt, aut vi
tæ vniuſcuiuſque terminus, tempus tunc erit mercedis
percipiendæ, non autem fructus proferendi, quia venit
non quando nemo poteſt operari, & reuera hic eſt ſapien-
tiæ ſuccus, vt vnuſquiſq. intelligat, quod à ſapientia inuita
tus ad laborem non fruſtrabitur mercede ſua; vnicuique
enim retribuet ſiuè bonum, ſiuè malum prout geſſit dum
viueret. Vnde etiam ſubditur quia adueniente mercedis
accipiendæ tempore.

DICIT DOMINVS VINEÆ PROCVRATORI
SVO. Prius dictus eſt paterfamilias, quoniam ipſius offi-
cium eſt attendere, vt vinea diligenter extollatur, at quan-
do reddendus eſt operarijs denarius diurnus, Dominus no
minatur, quia proprium eſt Domini præmia diſtribuere.
Is vero dicitur procurator, qui Domini vices & curam ge-
rit. Per procuratorem hic Chriſtus intelligitur ſecundum
humanitatem, *quia ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris nec*
1. Ioan. 2. *pro noſtris, ſolum, ſed pro peccatis totius mundi*. Et in Euan-
v.2. gelio. *Sciens Ieſus quia omnia ei dedit pater in manus, &c.*
Ioan. 13. Beatus quoque Petrus ait. *Proijcientes in eum omnem ſolli-*
v.3. *citudinem quia ipſe eſt cura de nobis*. Et reuera bonus & fi-
1. Petr. 5. delis eſt procurator iſte; quia ſalutem noſtram ſanguine
v.7. proprio procurauit, debitum quod per inobedientiam pri-
morum parentum noſtrorum contraxeramus, vitæ ſuæ
pretio Deo patri perſoluit; & oẽs noſtros labores quos in
excolenda animæ noſtræ vinea fecerimus fideliſſime re-
muneratur.

VOCA OPERARIOS. Quia omnes ſtabimus ante
tribunal Chriſti, *vt referat vnuſquiſque propria corporis ſui*, ad Ro. 14
ait Apoſtolus, & ad Corinthios dicit. *Omnes nos manife-* v.10.
ſtari oportet ante tribunal Chriſti. Iube ergo vt mortui re- 2. Cor. 5.
ſurgant, noſtro ſe præſentent tribunali. *Quia ecce ego venio* v.10.
cito, & merces mea mecum eſt dare vnicuique ſecundum opera Apoc. 22.
ſua. Qua autem voce eos vocaturus ſit, Apoſtolus decla- v.12.
rauit. *Quoniam ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archange-* 1. Theſ. 4.
li, & in tuba deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt re- v.16.
ſurgent primi. *Tunc venit hora ut omnes qui in monumentis* Ioan. 5.
ſunt audiant vocem filij Dei. Hoc iudicium licet commune v.28.
ſit tribus perſonis diuinis, appropriatur tamen Chriſto ho
mini: ideoque dicitur. *Poteſtatem dedit ei iudicium facere,* Ioan. 5.
qui filius hominis eſt. Dicebat enim Dei iuſtitiam, & boni- v.27.
tatem, vt iudex omnes homines iudicaturus, & corporeis
oculis ab omnibus videretur, & corporeis auribus audire-
tur. *Ipſe enim conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum, & mor-* Act. 10.
tuorum. Sed dicet quiſpiam, quæ vtilitas huius vocatio- v.42.
nis? maxima ſanè non quidem ex parte patriſfamilias,
ſed ex parte ipſorummet operariorum, quia pro merito
cuiuſcunque dabitur ſingulis merces ſingularis: vnde
etiam ſequitur.

ET REDDET ILLI MERCEDEM. Non aliam
certè niſi eam quam præſtolabatur Apoſtolus dicens. *Re-* 2. Tim. 4.
poſita eſt mihi corona iuſtitiæ. quam reddet mihi Dominus in v.8.
illa die iuſtus iudex. Porrò mercedem hanc fore ſibi redden-
dam ſperabat Apoſtolus pro merito ſuorum bonorũ ope-
rum. Meritum enim & merces correlatiuè ſe habent, ita
vt meritum ſit alicuius mercedis meritum, & merces ali-
cuius meriti merces. Nam ſi opera bona non ſunt meri-
toria vitæ æternæ, ipſa vita æterna non erit merces bonorũ
operum & fruſtra Dominus dicit: *Gaudete & exultate, quia* Matth. 5.
merces veſtra magna eſt in cœlo. Notandum hic venit vnicũ v.12.
ſcripturę myſterium, quoties enim illa de vocatione ad gra
tiam aut de prima iuſtificatione, aut de prædiſtinatione lo-
quitur, ſemper ſinè vlla mercedis aut meriti mentione lo-
quitur, quale eſt illud Pauli. *Non eſt volentis neque curren-* ad Ro. 9.
tis ſed miſerentis Dei. Et illud. *Cui vult miſeretur & quem* v.16.
vult indurat. *Et non vos me elegiſtis ſed ego vos elegi*. Ecce Exod. 33.
nulla in his vt patet meriti aut mercedis memoria, cum au Ioan. 15.
tem de retributione cæleſtis gloriæ ait, tunc vtitur nomine v.16.
mercedis, vt inde manifeſte appareat eam pro qualitate
cuiuſuis meritorum reddi ſigulis, & reuera hanc verborũ
noſtrorum veritatem, quilibet ſcripturarum indagator ex
varijs ſcripturæ locis colligere poterit; maximè autem ex
illis Pſalmiſtæ verbis. *Saluum me fecit quoniam voluit me,* k
Ecce habetur gratia, & retribuet mihi ſecundum iuſtitiam Pſal. 17.
meam: ecce hic notatur merces. *Quoniam voluit me*, ideſt v.20.
gratis elegit me voluntate propria, & non ex meo merito.
Gratia enim ſaluati eſtis per fidem, & non ex vobis (inquit) ad Eph. 2
Apoſtolus. Cæterum illud ego ſatis mirari non poſſum,
quod præcipiens reddi mercedem operarijs, præpoſtero or
dine vſus ſit. Ait enim.

INCIPIENS A NOVISSIMIS VSQVE AD
PRIMOS. Vtique ratio exquirebat, vt præmiorum di-
ſtributio inchoaretur à primis, & finiretur in nouiſſimis,
vt ſic primi in meritis, primi optatos ſuorum laborum fru-
ctus obtinerent. Nihilominus quia miſericordia ipſius ſem
per ſuperexaltat iudicium, fecit hoc vt palam faceret, co-
ram Deo gratiam maiores ac priores partes habere, quàm
iuſtitiam. *Gentes ſuper miſericordia honorare Deum*. ait Apo ad Ro. 15.
ſtolus, ſuperexaltat enim miſericordia iudicium. Immen- v.9.
ſa igitur miſericordia Dei oſtenditur circa eos, qui ſero vo
cati ſunt, quia eundem quem primi acceperunt denarium
diurnum, per quod innuitur gentilibus maiora, & potiora
gratiarum dona conferenda fore, quàm illis primis myſti-
cæ vineæ cultoribus.

CVM VENISSENT ERGO QVI CIRCA VN-
DECIMAM HORAM VENERANT, &c. Denarius
diurnus eſt clara Dei viſio; quæ eadem eſt omnibus, nulli
melior, nulli amplior, nulli longior, cum optima ſit, infini-
ta, atque

Digitized by Google

tu, atque perpetua: nihilominus illi qui huius viſionis conſortes facti fuerint, ſecundum diuerſitatem meritorũ, diuerſa fulgebunt claritate, & diſſimili gaudio perfruentur. Sicut enim ſtella, differt à ſtella in claritate tametſi quælibet earum ſuam à ſole claritatem recipiat. Vnus quidem eſt denarius, ſed non æqualiter in omnes diſpertitur: ideo
Ioan. 14. v. 2. etiam ait Chriſtus. *In domo patris mei manſiones multę ſunt.* Licet vna ſit domus, & vnus paterfamilias, qui apertam ſui viſionem omnibus impartietur, propter diuerſa tamen merita, diuerſa erit eiuſdem viſionis participatio VENIENTES AVTEM ET PRIMI. De primis & nouiſsimis ſolum fit mentio. Non alia crederim ratione niſi quia duę ſunt viæ Domini, miſericordia ſcilicet & veritas: ideo etiã duæ hic retribuendi commemorantur rationes, gratiæ in nouiſsimis, iuſtitiæ in primis. Ratio quidem humana dictat, & ipſa rei æquitas ſuo quaſi iure exquirit, vt qui plus temporis in labore perferendo, aeris intemperiem, ſolis ardorem, & ſimiles cæli iniurias tolerando impenderint, & conſumpſerint, plus mercedis accipiatur, ſed longe diſpar ratio humani & diuini conſilij, quia alia iudicia Dei, alia hominum. *Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum*, vt inquit Sapiens. Primi itaque ratione humani intellectus.

ARBITRATI SVNT QVOD PLVS ESSENT ACCEPTVRI. Illi ſcilicet qui arcam ſapientiæ non intellexerunt, quales erant potiſsimum Iudæi, qui ſibi perſuadebant in diebus Meſsiæ, cuius aduentum longe antequam gentes didicerunt, plus gratiæ ſe præ alijs acceptu-
Rom. 10. v. 12. ros; ſed decepti ſunt, *quia vnus eſt Deus Iudæorum & gen-*
Act. 10. *tium, diues in omnes qui inuocant illum.* Reffert liber Actuũ Apoſtolorum, oſtenſum fuiſſe Petro linteum, in quo erant quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli, dictumque illi, occide & manduca, quo audito exhoruit Apoſtolus totoque corpore intremuit, videns tam inſueta ſibi offerri cibaria, dumque euigilans à ſomno aliquantum ſtaret anxius, neque quid ſibi vellet tam horridæ viſionis myſterium intelligeret, mox adeſt qui Cornelium gentilem præ foribus ſtare nunciat, Petrique deſiderare congreſſum edocet; ad hæc nuncia iubar diuinæ gratiæ affulſit Petro, cuius beneficio percepit ſecretum dictæ viſionis arcanum, ac proinde cognoſcens iudicia Dei multam eſſe abyſſum, ait cum gaudio. *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum acceptum eſt illi*, tàm hic cui primo lumen fidei, & gratiæ donum collatum eſt, quàm ille cui poſtremo. Quapropter & hi, qui primo in vineam Chriſti vocati ſunt, & fidei lumine illuſtrati, æqualem beatificę viſionis mercedem acceperunt, ſicut hoc ſequens Euangelij textus inculcat. ACCEPERVNT AVTEM, ET IPSI SINGVLOS DENARIOS, tantam ſcilicet præmij menſuram, quantum, & alij acceperunt. ET ACCIPIENTES MVRMVRABANT ADVERSVS PATREMFAMILIAS. Certum eſt in cæleſti patria nullam poſſe inueniri murmurationem, vbi ſumma, & perpetua charitas dominatur. Perſtringit ergo his verbis inuidiam Iudæorum, qui ægrè ferebant, gentes ſibi ęquari in meritis, & præmij collatione.

DICENTES HI NOVISSIMI VNA HORA FECERVNT, ET PARES EOS NOBIS FECISTI, QVI PORTAVIMVS PONDVS DIEI, ET ÆSTVS. Ecce quanta iſtorum obtrectatorum malignitas, viderunt alienam mercedem, & ſtatim inuiderunt. Optimè ſanè talibus canit Poeta. Inuidus alterius rebus
M. Aur. epiſt. ad Pyramonem. marceſcit opimis. Et reuera (vt verbis vtar) M. Aurel. Imperat. aduerſus inuidiam, propugnaculum nullum eſt, quo quis ſeſe tueatur, nullus ſeceſſus vbi deliteſcat, nullum cacumen quo aſcendat, nulli montes quo ſe recipiat; nulla ſylua vbi latebras quærat, nulla nauis qua elabatur; nullus equus quo effugiat, nulla pecunia qua ſe redimat, inuidia eſt anguis adeo venenatus vt nullus mortalium vel fuerit vel futurus ſit, quem non dentibus ſuis momor-
Ambr. 2. offic. 30. derit, vnguibus laniarit, pedibus conculcarit, veneno infecerit. Hæc ille. Vnde rectè Ambr. dicit improbus ſuo delectatur bono, inuidus torquetur alieno, ille diligit mala hic odit bona. Plura hic imo infinita tum ſcripturæ, tum grauiſſimorum quorumque ſcriptorum aduerſus hoc deteſtandum inuidiæ malum poſſem congerere dicteria, niſi ratio temporis habenda eſſet, & ſenſus memoratæ, murmurationis aperiendus, qui talis eſt. Hi nouiſſimi, ſcilicet Gentiles, vna hora, nempè duodecima, in vltima vtique mundi ætate dimiſsis idolis, & abiurato Dæmonum cultu, te adorare, & venerari cæperunt; nos autem populus Iudæorum, ab Adam vſque ad Chriſtum, ſemper vero cultu te colere ſtuduimus, & pro huiuſmodi cultus obſeruantia, multas ſuſtinuimus ærumnas, verbera peregrinationes, vincula, ingnominias, carceres, contumelias, opprobria, bonorum noſtrorum rapinas, & ſexcenta alia malorum genera attrita ceruice portauimus. Tu nihilominus eundem quem nos accepimus denarium diurnum Gentibus tribuendo, idem gloriæ obiectum illis præſentando, diſſimiles in portando onere & merito, feciſti nobis ęquales in honore & præmio. AT ILLE RESPONDENS VNI EORVM DIXIT. Sed nomine vnius omnes illi vineę operarij intelliguntur, qui portauerunt pondus diei, & æſtus. AMICE NON FACIO TIBI INIVRIAM. Si præſto tibi quæ ſum pollicitus, quod tibi mea liberalitas officit? aut in quo ſentis te iniuſta à me affectum iniuria? Deus enim non ſupplantat iudicium, neque euertit omnipotens quod iuſtum eſt.

NONNE EX DENARIO CONVENISTI MECVM. TOLLE QVOD TVVM EST ET VADE. Tuus eſt denarius diurnus, ex quo cõueniſti mecum, ideſt tibi debetur clara Dei viſio, non ratione tuorum meritorum, ſed propter conuentionem tecum factam, age ergo intra in gaudium Domini tui, & fruere gloria tibi conceſſa. Magna profecto Dei noſtri in hoc loco notari poteſt in nos munificentia, ſicut enim maxima ipſius miſeratio erga noſtram pauperiem, in eo maxime eluceſcit, *quod cum* 2. Cor. 8.
eſſet diues propter nos egenus factus ſit; ita pariter ſummam v. 9.
ipſius liberalitatem inde agnoſcimus, quia cum eſſet liber ſe nobis fecit debitorem. Quapropter S. Auguſt. de verbis Auguſt.
Apoſtoli hic rectè loquitur. In his quæ iam habemus, in- ſerm. 26.
quit, laudemus Deum largitorem, in his autem quæ nondum habemus tenemus Deum debitorem. Debitor enim Deus factus, non aliquid à nobis excipiendo, ſed quod ei placuit promittendo. Et ſermone primo: ſi parum inquit Idẽ ſer. 1.
quia promiſſorem tenemus, cum iam vt debitorem exigamus; promiſit Deus, debitor factus eſt bonitate ſua non, prærogatiua noſtra: ideo etiam dicit Apoſtolus ſinè pœni- Rom. 11.
tentia ſunt dona Dei & vocatio. Iam vero correpta Paterfamilias liuida oblocatoris inuidia, qui moleſte tulit vnius horæ operarios ſibi æquari in mercede, quia tota die in vinea ipſius operatus eſt, inculcat amplius ſtabilem voluntatem ſuam, in conferendo nouiſſimè vocatis denario diurno dicens. VOLO AVTEM ET HVIC NOVISSIMO populo ſcilicet gentili dare eandem fidem, gratiam, & gloriam ſicut tibi. AVT NON LICET MIHI QVOD VOLO FACERE? Expoſtulatio eſt Dei cum illis qui non ſunt contenti ex conuentione denarium diurnum ſe percepiſſe. An (inquit) non eſt mihi liberum de meo quod volo facere? valet iſta ratio in gratis datis, non autem in debitis, nam licet Deus non ſit debitor, ex ſuo tamen promiſſo & ex pacto, quod cum hominibus fecit debitor dicitur. Porrò quam ſe fidelem Deus præſtet in ſeruando pacto ſuo, facile quiuis intelliget ex illis verbis, quæ ipſe apud Hieremiam locutus eſt. *Si irritum inquit fie-* Hier. 33.
ri poteſt pactum meum? quaſi dicat: nequaquam. *Cælum &* v. 20.
terra tranſibunt, verba mea non præteribunt, & apud Pſalmi- Matt. 24.
ſtam. *Quę procedunt de ore meo non faciam irrita.* v. 35.

AN OCVLVS NEQVAM EST QVIA EGO Pſal. 88.
BONVS SVM. Per oculum nequam notatur animus v. 35.
inuidus, qui ex aliena fælicitate torquetur, qualis erat iſtorum, qui patremfamilias de ſua liberalitate auſi ſunt incuſare. Proinde nemo debet in fratre ſuo proſperitatem, & Dei munificentiã ſiniſtro & liuido oculo reſpicere, tametſi autem Deus ex natura ſua bonus ſit, ex hoc tamen dicitur maximè bonus, quod nõ benemeritos remuneretur, nam benemeritos remunerari, & demeritos punire, iuſtitiæ opus eſt, remunerari autem non benemeritos, bonitatis & clementiæ argumentum.

SIC

Digitized by Google

Matth.8. v.11. SIC ERVNT NOVISSIMI PRIMI ET PRIMI NOVISSIMI. Hoc eſt gẽtes quas abominabantur Iudæi, in regno cælorum ipſis præferentur Iudæis. *Multi.n.venient ab oriente & occidente* (inquit Chriſtus) *& recũbent cũ Iſaac & Iacob in regno cælorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores*, non cogit quidem dominus in vineam, ſed allicit promiſſione mercedis, & minatur pœnas negligentibus. MVLTI AVTEM VOCATI PAVCI VERO ELECTI. Multi exierunt de terra Ægypti, & ſolus Caleph & Ioſuæ terram promiſſionis ſunt ingreſſi. Sub Gedeone principe multi bellatores conſcripti, ſed trecenti tantum remanſerunt ad victoriæ coronam. Multi ergo imò omnes ſunt vocati, quoniam Dominus omnes vult ſaluos fieri, ſed pauci ſunt, qui ſuam ipſorum vocationem, per fidem, obedientiam, & alia virtutum exercitia certam reddere ſtudeant; pauci ſunt qui diuinæ voci obediant, pauci ſunt qui Spiritui Sancto non reluctentur. Lata quippe via quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per

Matth.7. v.14. eam. Sed *arcta eſt quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam.* Quoniam ſi fuerit numerus filiorum Iſrael, ſicut arena maris, reliquiæ ex eo ſaluæ fient. Domine Ieſu fidelis vineæ tuæ procurator & plantator, vocaſti me immeritum ad excolendam vineam tuam, fateor me otio torpeſcentem illicitas agere ferias, tu ergo obſecro excita ſomnolentum, argue otioſum, iuua puſillanimem, vt ſic alacrius meo præſcripto accingam operi, & tandem promiſſa denarij diurni mercede dignus inueniar. Amen.

INSTITVTIO
Moralis.

Dominicæ Septuageſimæ.

De reformatione potentiarum, et mortificatione paſsionum.

Matt.20. v.1. *Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis.*

Prou.24. v.31. *Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti; & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat; quod cum vidiſſem propoſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam.*

A REperiuntur aliqui Doctores, & interpretes ſacræ Scripturæ, qui in controuerſiam vocant an Salomon fuerit ſaluatus: qui enim conſiderat quæ de eo ſacra Scriptura loquitur; quòd ſcilicet in ſenectute deprauatum fuerit cor illius per mulieres alienigenas, quòd ædificauerit idola, quòd totum ſe effudiſſet ad fruẽdum bonis temporalibus, quod nihil negauerit oculis ſuis quæ deſiderauit, quòd laxauerit cor ſuũ vt omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ parauerat in ædificijs, piſcinis, hortis, theſauris auri, & argenti ſubſtantijs, cantoribus, & cantatricibus, & delicijs filijs hominum: qui inquam hæc perpendit & diligenter conſiderat; inde motiuum trahere poteſt ad dubitandum de ſalute ipſius, per oppoſitum autem qui contemplatur qualiter cum dilexerit Deus, vt etiam per ſomnia cum ipſo loqui non dedignaretur. Quæcunque ab ipſo poſtulauit imò & hic plura liberaliſsimè conceſsit: tot diuitijs auri & argenti locupletauit: imperij amplitudine, pace & quiete perpetua munificentiſsimè ditauit, & auxit, hunc ergo quẽ tantopere dilexerat ſaltẽ propter Dauid ſeruum ſuum virum, ſecundùm cor ſuum poſsibile eſt, quòd ſaluauerit, & ad pœnitentiam peragendum ei ſufficienter & efficaciter auxiliatus fuerit: præſertim quia ipſe cùm ſe conuertiſſet ad diuerſa opera ſua quæ fecerãt manus illius, recognouit ꝙ in omnibus fruſtra ſudauerit, quòd in omnibus vanitatem & afflictionem animi repererit, quòd induſtriã ſuam qua ſub ſole ſtudioſiſſimè ad ſatiandum appetitũ laborauit deteſtatus fuerit: ceſſauit, inquit, renũciauitque cor meũ vltra laborare ſub ſole, ita vt idcirco vitę quoque eum tęduerit; vt de ſe ipſe loquitur, præterea illud quoque nos ad ſpẽ de ſalute eius concipiendam non mediocriter erigit: ꝙ ſeſe tranſtulerit ad contemplandã ſapientiam, erroreſq; & ſtultitiam; ꝙ inſtituiſſet ſequi Regem factorẽ

Ecclef.1. v.17. ſuum: *Tranſiui inquit ad contemplandam ſapientiam erroreſque & ſtultitiam* (quid eſt inquã homo, vt ſequi poſſet Regem factorem ſuum?) Hæc omnia perſuadere videntur ꝙ pœnitentiam egerit, & ita ſaluus factus ſit. ſed illud præcipuè in hac ſpe nos confirmat, quod dicit in Prouerbijs. *Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti;* B

& ecce totum repleuerant vrticæ, & ſpinæ, ideſt vanitas huius mundi, paſsiones immoderatę, & vana deſideria: ex his, inquit, exemplo didici diſciplinam, atque ita exemplo aliorum, & ſui ipſius adductus, poſsibile eſt quod egerit pœnitentiam, & reuera vanitates huius ſæculi, paſsiones, & vana deſideria, non ſunt aliud niſi vrticæ, & ſpinæ in vinea Domini. Quæ primo quidem aſpectu hominibus rudioribus & inexpertis videntur eſſe herbę, & floſculis pulcherrimi roſarum & violarum, quibus attrahitur ac detinetur cor humanum: videntur eſſe arbores virides, frondibus venuſtis exornatæ, quæ hominem inuitant alliciunt, & delectant. Sed ita detinent vt ſi quem allexerint, amplius ab illis etiamſi voluerit ſe expedire nõ poſsit, vel non niſi cum maxima difficultate & damno, atque ita hi flores paſsionum ſi limites rationis tranſcendant, conuertuntur in ſpinas & vepres: quæ fortiter detinent eum qui ſe ab ipſis expedire vellet, niſi tempeſtiuè eruantur, conuertuntur, inquam, in ſpinas non qualeſcunque ſed illas quæ dicuntur vepres. Sunt enim quædam ſpinæ quæ habent aculeos: aliæ quæ contortos & hamatos; quas facilè quis ingreditur, nec ab eis læditur tunc cum intrandum eſt: ſed cum è medio ipſarum pedem efferre quiſpiam conatur; detine-

D.Greg. tur ac dilaceratur vt inquit D. Gregorius ſuper illud Dauidis: *Eripe animam meam*, quia detinent illam vepres carnalium delectationum. Sunt reuera huiuſmodi delectationes Sirenes, quæ ſuauiter cantando detinent, ac capiunt: quibus ſubito tales excreſcunt vngues; vt ab illis ſe eripere miſer homo non poſsit. Certè idem accidere comperio hominibus ijs qui varijs paſsionibus & affectibus deliniuntur, quod viri ſimplici auiculæ: hæc quærendo inter ſpinas naſci ſolitam viridem herbam, vt eam veſci poſſit, ingreditur dumetum cum maxima difficultate; ſed maiorem experitur cum exire vult: tunc enim videt ſe in tali loco concluſam, vt vel ibi remanendum fameque (deficiente paſtu) pereundum ſit, vel cum maximo dolore, & damno in cute & plurimis exeundum, talem difficultatem expertus eſt Dauid, & cum tanta anxietate obſecrabat Deum vt ſibi manũ porrigeret, quatenus ex ſpinis eriperetur: Propter miſericordiam tuam. Obiurgando per miſericordiam Dei poſtulat erui: quæ maioris eſt valoris vt pura infiniti, quàm quæcunque difficultas, propterea ergo Chriſtus in Euangelio hodierno vocat vicarios in vineam ſuam, promittit mercedem, promittit denarium diurnum, dummodo laborent in extirpandis ſpinis & vrticis, quæ detinent homines in via ſalutis, impediuntque ne in perfectione creſcant, & palmites vitis perfectiſsimæ nimirum animę rationalis potentias à terra eleuari, & in altum ſurgere non permittunt: innumerabilia damna afferunt: & inextricabilibus difficultatibus inuoluunt, non nego paſsiones animi multũ neceſſarias eſſe, & plurimas afferre vtilitates ſi intra terminos rationis contineantur: ſed ſi mediocritatẽ excedunt; mirum eſt quanta damna afferant, tanquam ſpinæ nociuæ, & quidem quantum adhoc paſſiones animi ſũt ſicut fluuij nauigabiles, qui ſi intra limites aluei ſui defluant, mirum eſt quantas vtilitates afferant; inde enim mercaturæ, commeatus, ligna, frumenta, vinum, oleum, & quæcunque vitæ humanæ neceſſaria, ea nos magna ex parte beneficio fluminum accipimus. Quod ſi ij per abundantiam aquarum terminos excedant, & inundationem efficiant, innumerabilia adferunt damna in hortis, vineis,

Digitized by Google

neis, campis, prædijs: omnia enim tollunt, euertunt, rapiuntque ſecum. Sic paſſiones animi ſunt & virtutum fontes, & vitiorum ſeminaria: excitant enim animum ad virtutum arduum culmen ſtrenuè perſequendum, prouocāt ad opera meritoria: & quidquid eſt in homine arduum ac laudabile, id ipſæ efficiunt, ſi intra terminos rationis contineantur: quod ſi fines eius tranſgrediantur iam innumera damna adferunt. Ad hoc ergo vnum omni conatu aſpirandum eſt, vt paſsiones noſtræ quantùm fieri poteſt in eo ſtatu conſeruentur, in quo fuerunt in Adam ante lapſum, ſic enim vinea Domini ab vrticis, & ſpinis expurgabitur, ad hunc laborem nos Chriſtus in vineam ſuam vocat, vt ſcilicet potentias animæ reformemus, & paſsiones mortificemus de quo in præſenti inſtitutione agemus.

Nihil eſt, vnde magis periclitetur homo in pelago vitæ præſentis, quàm propter motum paſsionum & affectuum: nihil eſt quod ipſum magis deprimat; quodque magis militet aduerſus animam & potentias eius, nihil quòd magis hominem retardet & auertat à Deo, quàm hæ eadem paſſiones: ideo communiter comparantur tempeſtatibus, quæ ſunt periclitandi cauſa: comparantur ſpinis, detinentibus, & dilacerantibus corda, ac conſcientias hominum: comparantur plumbo, vel alicui ponderi grauiſsimo, & pugnæ acerrimæ. Expendendæ nobis ſunt ſigillatim hæ ſimilitudines, vt cognoſcere poſsimus quantùm nobis laborandum ſit in extirpandis ſpinis paſsionum, ex vinea conſcientiarum noſtrarum; in mortificandis affectibus; & ſedandis tempeſtatibus ſpiritualibus animæ. Vix aliquem puto inueniri poſſe qui in tempeſtatibus maris mori non timeat: niſi fortè fuerit aliquis vir ſceleratus, & deſperatione laborans: ſicut refert Diogenes Laertius, & Ælianus de quodam milite. Cum enim Ariſtippus Philoſophus nauigaret Corinthum: orta eſt maxima tempeſtas in mari; ita vt quilibet fluctus videretur totum gurgitem maris aperire, & in abyſſo aquarum ſepelire nauem, tunc cum Philoſophus timore perculſus, totus pallidus & trements ac iam ſemimortuus mortem expectaret: accidit, vt in eadem naui eſſet quidam miles, qui accedens ad Philoſophum, & eum irridens ait: nonnè veſtra profeſsio Philoſophi eſt contemnere mortem? & per totam vitam veſtram hoc vnum contenditis, vt perſuadeatis hominibus mortem nō eſſe timendam: quare ergo ex hac occaſione nunc re ipſa non declaras quod docuiſti? ecce ego licet non ſim Philoſophus mortem non timeo. Reſpondit Philoſopus: quoniam non de pari anima tibi mihique cura eſt, tu non times mortem, ego timeo; nec mirum: quia animas inæquales habemus, quas nobis vult auferre mors tua anima in tenebris vitiorum, & ignorantiæ demerſa iacet, proinde non eſt cur eam amittere doleas: at mea anima ſapientia & virtutibus exornata, bene percipit quantum damnum ſit, ſi inuida mors mihi ipſam eripiat: ideò non eſt mirum quòd ego timeam ſubmergi, tu nihil cures, tempeſtates animæ ſunt paſsiones; vt nimia lætitia, vel nimia triſtitia, concupiſcentia, & quæcunque alia. De hominibus qui exponunt animas ſuas concupiſcentijs alijſque paſsionibus & affectibus inquit Iob: *Indicabit eis opera eorum, & ſcelera eorum*. Et ſtatim ſubdit. *Morietur in tempeſtate anima eorum*. Itaque ſiuè nimia triſtitia, ſiuè nimia lætitia, ſiuè nimia ira, ſiuè nimius metus, ſiuè nimium odium, ſiuè quicunque alius nimius & vehemens affectus, eſt tempeſtas & fluctus, quo cor & animus humanus concutitur ac conquaſſatur, hęc eſt pęna quam minatur Iob malis: morietur in tempeſtate anima eorum.

Ælian. de Var. hiſt. li. 9. c. 20. Et Diog. Laert. in vita Ariſtippi li. 2 de morib. Philoſophorum.

Mortificare paſſiones eſt excolere vineam. Philoſ.

Iob 3. 6. v. 9.

D Manifeſta eſt tempeſtas iræ, odij, & appetitus vindictæ quoniam illi qui dum viuerent alios inquietabant, perſequebantur, & affectibus ſuis tanquam fluctibus & tempeſtatibus exagitabant, adeò vt iam iam periclitari viderentur, manifeſtabit iuſtus iudex & vindex opera eorū, quantum hoc diſplicuerit ei. Quomodo autem manifeſtabit? quo peccarunt eodem punientur. Cum viuerent, vita eorum erat tempeſtas alijs: cum etiam morientur, mors ipſorum erit eis tempeſtas: anima eorum concutietur tempeſtatibus doloris & triſtitiæ: anima eorum exibit à corpore fluctibus timoris cōcuſſa & debilitata, vt ex hoc ſolo quilibet intelligere poſſit, quòd ſicut in vita fuerunt tempeſtas alijs, ita ſibi erunt tempeſtas in morte, ſicut exempli cauſa. ſi duo homines contendarent in aliqua domo, & violentis manibus ſe percuterent, & dilaniarent ſi poſtea exirent ex illa domo: tu qui videres eos ſinè pileis, cum tunicis dilaceratis, oculis accenſis: nonne ex hoc colligeres quòd iſti ſecum contenderint, & violentas ſibi manus iniecerint? Ita hic inquit Deus per Iob quòd ſi vides in doloribus, & tempeſtatibus animi mori aliquem, etiam ſi non noueris opera, ſcelera, violentiaſque eius, intellige quòd talis fuerit in vita. Si cum moritur relinquit in teſtamento, quòd à ſepulchro eius non amoueatur baculus vel gladius, quouſque filij eius vlciſcantur illo baculo aut gladio, percutientes eum, qui ſe percuſſerat: concludis; quòd iſte fuerit ſanguinis, & vindictæ cupidiſsimus in vita, quæ eſt tempeſtas maxima: quia permittit Deus in pęnam vt in tali tempeſtate affectus vindicatiui moriatur.

Manifeſta eſt quoque tempeſtas nimiæ lætitię, quando illi qui ducebant in bonis dies ſuos; & vanitatibus mundi inhærendo nihil aliud cogitabāt, niſi amęnitate abundare & delicijs affluere more Epicureorum: moriuntur in tempeſtate deſperatę triſtitię; ita vt verum ſit quod ait Salomon: *Impius in morte naufragium, iuſtus portum nanciſcetur*. Præter periculum tempeſtatum, quibus exponitur homo per paſsiones & in ordinatos affectus, & per terrena deſideria, illud maximum damnum eſt: quòd tanquam vrticæ, & ſpinę detinerit hominem, deprimunt & dilacerant. Si quis ingrediatur inter ſpinas detinebunt eum ſpinæ nę vlteriùs retrogredi poſſit: ſic paſſiones, vanitates, & nugæ huius ſæculi, retrahunt hominem ne feratur in Deum, impediuntque ne ei toto corde deſeruiat; vt dicebat D. Auguſtinus: Retinebant me nugæ nugarum, & vanitates vanitatum, antiquæ amicitiæ meæ: quæ dilacerant veſtē meam carnem. Et in hoc ſenſu Regius Propheta videtur cum clamore effudiſſe illa verba ad Deum. *Conuerte Domine, & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiā tuam*. Conueniunt Doctores prædictum locum interpretantes quòd in principio petitionis cum ait: Conuertere, Domine, fatetur Propheta Deum propter peccata à ſe fuiſſe auerſum; & tunc feruidè & humiliter poſtulat, vt ad ſe conuertatur. Quemadmodum quando amici duo rixantur: ſi propter iniuriam vni ab altero illatam ſoluatur amicitia; tunc iam illo qui retulit iniuriam diſcedente, alter qui eandem intulit poſt ipſum clamat: reuertere, ignoſce, non iraſcaris amplius: ſimus amici vt hactenus; ita Propheta videtur proceſſiſſe in illis verbis: Conuertere Domine non iraſcaris ampliùs, non præcipuè quando tua amicitia fauore & auxilio egeo. Similibus verbis clamat Eccleſia, & inuocat B. Virg. Mariam cum dixit: *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*: ac ſi vellet dicere: iuſtè iraſceris propter offenſas quas mortales committunt in filiū tuum: veruntamen non procedat vlteriùs ira tua, conuerte ad nos oculos tuos: reperitur Baſiliſcus, qui viſu occidit, neceſſe eſt vt talis reperiatur columba quæ viſu vitam conferat, ad recompenſandas offenſas quibus iram meruimus, ad agendam pęnitentiam de peccatis quibus meruimus auerſionem oculorum tuorum: ita quoque ad Deum clamabat Regius Propheta: Conuertere Domine. Poſtquam autem conuerſus fueris ad me. Eripe animam meam: vbi D. Auguſt & D. Gregorius dicunt, quod petit ereptionem à ſpinis huius ſæculi. Innocentius IV. Papa exiſtimat quòd poſtulat ereptionem à præſenti, & futura miſeria, à præſenti quidem, qua afficiebatur partim ex infirmitate animæ & corporis, partim ex anxietate & timore futuri iudicij propter peccata commiſſa, à futura etiam cum inquit: Saluum me fac propter miſericordiam tuam, non me condemnes in iudicio & furore tuo: ſed potiùs pęna temporali, manu tamen benigna tanquam pater filium caſtiga & coërce: ac poſtquam miſericorditer caſtigaueris, ſaluum me fac, conſtitue me in portu gloriæ tuæ. Vbi Dauid videtur id egiſſe quod faceret vnus mendicus qui nimio frigore preſſus, vel pluuia alijſque inclementijs cæli adactus, accedit ad aliquem hominem diuitem, & petit vt eum per breue tempus in domum ſuam recipiat, quouſque nimium ceſſet inclementia cæli: cùm autem recipitur; tunc ſucceſſiuè rogat vt ei donet aliquod hypocauſtum in palatio ſuo:

Prou. 10.

Aug. lib. confeſ. 8. c. 11.

Pſal. 6. v. 5.

S. mater Eccleſia.

E

D. Aug. & D. Gregorius. Innocentius Papa

ſuo: deinde rogat vt poſſit ſedere ad menſam, & cum illo manducare: ac denique vt eiſdem cibis veſcatur, & ex eadem ſcutella mãducet &c. ita Dauid priùs perijt à Deo, vt ei peccata dimitteret: conuertere Domine, deinde vt ab infirmitate liberaret: *Sana me Domine, quoniam infirmus ſum*. Poſtea vt eum eriperet à pęna æterna: *Eripe animam meam*, ac denique vt eum collocaret in gloria æterna, & ad menſam ac epulas æternę beatitudinis reciperet: *ſaluum me fac*. Egregia ſanè mentis Prophetæ interpretatio. Poſſumus tamen cum D. Auguſtino dicere, quòd poſtulat eripi à ſpinis huius ſæculi, à paſſionibus & effectibus. Eripe (inquit D. Auguſt. in perſona Prophetę Dauidis) tanquam inhærentem perplexitatibus huius ſæculi, & ſpinas quaſdam dilacerantium deſideriorũ in ipſa conuerſione patientem; ac ſi velet dicere: Dum volo ad te reuerti Deus meus: ecce perplexitates, paſſiones, effectus, terrenæ concupiſcentiæ, & vana deſideria, videntur mihi manus ligare, compedes pedibus meis imponere, & mille difficultatibus inconuenientibus huius ſæculi implicare; ita vt non permittant me ad te venire.

F Reuera moleſtiſſimo põdere ſenſualitatis ita verſus terram trahunt paſſiones animum, vt eis applicari poſſit illud Emblema Alciati, quod de paupertate ſcripſit, exprimendo ſummis eam ingenius obeſſe, ne prouehantur; nam depicto ingenioſo adoleſcente qui ad manum dexteram lapidem appenſum verſus terram trahentem habebat: manum alteram elatam, & verſus cælum erectam, ac ſi leuitate & agilitate alarum, verſus cælum volare vellet: verſus ſubiecit:

Alciatus Emblem. 120.

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas:
Vt me pluma leuat, ſic graue mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces;
Me niſi paupertas inuidia deprimeret.

Nunquam ſic paupertas eſt impedimento in ſtudiorum progreſſu ad ſummos honores ex doctrinæ fructu percipiendos: ſicut ſunt impedimento paſſiones animi progeſſum in ſpiritualibus: nunquam ita nocet dexteritati ingenij inopia, quemadmodum nocent paſſiones animi & vana deſideria ad virtutem contendentibus; ita vt de homine paſſionibus laborante dici poſſit: animo poteram ſuperas volitare per auras, me niſi paſſiones inordinatæ deprimerent. Hoc docuit Apoſtolus cum inquit: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem*. Nõ ſolùm appetitus ſenſitiui impediunt animam: ſed etiã pugnant aduerſus eam. Si in Emblemate Alciati manus non ſolùm pondere impediretur & premeretur, ne altè volare poſſet, ſed etiam vna aduerſus alteram pugnat: certè maiorem obicem haberet homo, ne ad ſummos gradus eueheretur: ſic autem eſt in propoſito: quòd noxię paſſiones & defectuoſæ operationes pugnant aduerſus animam, & appetitum rationale, ſed leuis eſt hæc pugna dicet aliquis? quod ſic declarari poteſt: Anno Domini 1621. Imperator Turcarum expeditione facta in propria perſona contra Regẽ Poloniæ, caſtrametatus eſt ad flumen Iſtrum: cui cũ exercitu

Ladislaus Princeps.

obuiam veniens Ladislaus Princeps, aduerſus eum direxerat acies ſub arce dicta Chocim, nec multitudine (neque enim numeroſas copias ſecum duxerat) ſed fortitudine ſuorum fretus, breui tempore validiſſimum ac pertinaciſſimum impetum Barbarorum tantopere repreſſit ac confregit: vt vellet nollet de conditionibus pacis Imperator Turcarum cum Polonis, miſſis ad eorum caſtra legatis ageret, quibuscum manu & armis agere infælici ſuo fato venerat. Si iſti, duo exercitus ſolo vindictæ deſiderio, ſolis paſſionibus, verbis, aut viſu, pugnarent, qualis hæc pugna fuiſſet, vbi nullum damnum tam in perſonis, quàm in alijs rebus vtrinque eſſet? Cùm igitur inter animam, & paſſiones animi ſola ſit pugna per diuerſos animi affectus, quale damnum eſt illud quod inde ſequitur. Sed atrocior eſt hæc pugna, vbi non ferrum, non muri fortiſſimi, & arces munitæ; ſed animæ & ſpiritus ruunt, non aliquo temporis interuallo, ſed in ictu oculi: vbi cauſa pugnæ non eſt alia niſi hæc ne ſpiritus ſupra omne id quod terra eſt agilitate innata tendat: quod ſæuiſſimi, & domeſtici hoſtes paſſiones animi prætendunt; ſicut è contrario ſpiritus ſeu appetitus rationales, diligentiam adhibent, vt id quod terrenum eſſe leue agile, & promptum ad contemplandum Deum & cæleſtia efficiant. Creſcit hæc ſæuiſſima pugna, cùm animi paſſiones in auxilium aduocant teterrimos hoſtes, vitia, & vitiorum authores Dęmones hi cum in cordibus hominum extendunt tentoria ſua, de quibus ſcriptura ait: *Turbabuntur tentoria Aethyopiæ*; mirum eſt quantum infeſtent, & quàm grauiter & ącriter noceant animabus.

G Tantis malis remedium adhibuit Deus: cùm prouidit virtutes quibus fulciarut tanquam marmoreis columnis domus fictilis, & regnum animæ noſtræ: produxit virtutes, quæ tanquam agiliſſimæ alæ, moleſtiſſimum pondus paſſionum ac terrenorum deſideriorum ſuperare poſſũt: produxit virtutes, quibus vinea Domini, ideſt anima intellectiua ſecundùm potentias ſuas reformatur, quibus vrticæ & ſpinæ paſſionum euelluntur: pręcipuè virtutem mortificationis, vnicum remedium contra malitiam terrenæ naturæ humanæ.

Definitio mortificationis.

Hæc virtus ſic communiter definitur. Mortificatio eſt virtus, per quam ſe priuat homo omnibus illis quæ ſunt ſecundùm inclinationẽ naturæ corruptæ, etiamſi aliquando ſint licita: & ſequitur atque amplectitur quæ aduerſantur carni & ſenſualitati, modò non ſint illicita & prohibita. Ex hac mortificationis deſcriptione intelligitur, quòd duo ſunt in quibus mortificatio perfecta conſiſtit: ſcilicet denegare quod ſenſualitas appetit, & ſequi atque ſupportare quod ſenſualitati repugnat, & reuera hæc virtus cuius officium eſt ſubijcere ſenſualitatem his quæ ei repugnant, & denegare eidem illa ad quæ inclinatur, rectè appellatur mortificatio. Nam quando aliquis non ſequitur propriam inclinationem, licet non ſit omnino mortuus, ita tamen ſe habet ac ſi eſſe mortuus reſpectu eius quod eſt conforme proprio guſtui, iuxta illud Apoſtoli: *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum Chriſto in gloria*. Certum eſt quòd Coloſſenſes ad quos prædicta verba ſcripſit Apoſtolus non erant mortui, & tamen dicit: mortui eſtis, quia in oculis mundi mortui Chriſtiani videntur, in actionibus quippe ſuis ſe habent ſicut cadauer hominis mortui. Si quis contemnat cadauer, percutiat, iniuria afficiat; aut etiam laudet, honoret: cadauer inde nec triſtatur, nec lætatur, nec iraſcitur, nec exultat: ſed æqualiter omnia ſuffert, ita perfectus Chriſtianus æquo animo omnia tolerat; nec ex honore ſuperbit, nec propter iniuriam iraſcitur, nec propter contumeliam triſtatur, nec cum laudatur lætatur: atque in omnibus actionibus ita ſe habet, ac ſi eſſet ſenſu priuatus: imò motu quoque immobilitatem cadaueris imitatur: nam quemadmodum cadauer non mouetur niſi ab alio moueatur, ita perfectus Chriſtianus nihil agit niſi quod Chriſtus vel eius locum tenens agendum præcipiat: vnde non ſecundùm propriam voluntatem tales mouentur, ſed ſecundùm voluntatem Chriſti: hi in oculis mundi ſunt mortui, in oculis Dei ſunt mortificati: quia viuunt in Chriſto, & vita illorum apparebit cùm apparuerit Chriſtus in gloria: & tunc mundus ſe deceptum proclamabit dicens. *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, &c.*

ad Col. 3. v. 3.

H Primum autem ad quod expugnandum hæc virtus extenditur, eſt amor ſui ipſius inordinatus: quod notanter dicitur: quia amor quo quis vult ſibi beatitudinem & gratiam Dei, non eſt mortificandus; cum ſit laudabilis: ſed ille amor proprius eſt mortificandus, qui dicitur inordinatus: quia Deus ita ordinauit, vt ipſe ſolus eſſet finis omnium, vt omnia per ipſum operemur, omnia ad ipſum referamus, in omnibus id quod illi placet quæramus. Iſte autem amor ad hoc inducit, vt finis vltimus ſit propria commoditas & delectatio: hinc eſt quod perſuadet nobis vt abhorreamus virtutes, quia difficiles; & amemus vitia, quia delectationem afferunt; vt contemnamus æterna, & amemus temporalia; vt relinquamus cælum, propter terrena, virtutes propter vitia, aurum bonorum operum propter ſtercora delectationum carnalium. Hic amor eſt principium peccati originalis, qui ædificat Babyloniam, & deſtruit ciuitatem Dei: vt habet D. Auguſtinus: hic amor eſt

equus

Virgil equus Troianus, in quo includuntur innumerabiles affe-
ctus inordinati, qui inuadunt ac deſtruunt ciuitatem Dei.
Quemadmodũ in equo Troiano erant plurimi milites ar-
mati, qui ſuccenderũt ac demoliti ſunt Troiam. De hoc lo
2. ad Ti. 3 quitur D. Paulus: *In nouiſſimis diebus, inſtabunt tempora peri*
v. 1. *culoſa: & erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi,*
blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti &c. &
voluptatum amatores, plus quam Dei. Hæ ſunt vrticæ & ſpi-
næ quæ procedunt ex amore ſui: inde etiam procedit quòd
homo relinquat virtutes, & bona opera; præſertim quæ ali-
quam moleſtiam afferunt: vt ſunt ieiunia, vigiliæ, diſcipli-
næ: inde ambitio, inde mendacia, cùm propria delicta ex-
cuſantur, & alijs imponuntur inde hypocriſis, & ſimula-
tio, cùm propter vanam gloriam quiſpiam aliquid boni a-
git potius in publico, quàm in ſecreto; vt videatur ab ho-
minibus: inde amicitiæ nociuæ: inde diſſimulationes: in-
de nimia ſolicitudo de temporalibus, quoad victum ami-
ctum &c. Hunc igitur effectum adeò pernicioſum morti-
ficandum eſſe ſuadet Chriſtus. *Qui* (inquit) *odit animam*
ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Morti-
ficandus eſt iſte affectus odio quodam laudabilis: ex hoc
enim odio prouenit amor in Deum, & contemptus ſui, in
particulari autem mortificandę ſunt paſſiones intellectus,
memoriæ, & voluntatis, paſſiones appetitus ſenſitiui, paſ-
ſiones potentiæ concupiſcibilis, paſſiones appetitus iraſci-
bilis; mortificandi etiam ſunt ſenſus exteriores.

I Ad mortificandum intellectum hortatur nos Apoſto-
lus dicens: *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum,*
in obſequium Chriſti. Quemadmodum enim Dominus ca-
ſtigaret ſeruum ſuum, ſi omnium quæ ei præcipiuntur
rationem & cauſam ſcire vellet: ſic pæna dignus eſt intel-
lectus, qui rationem omnium quæ creduntur inueſtigare
vult; cùm *videamus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc au-*
tem facie ad faciem. Plurimæ ex hoc affectu oriuntur vrti-
cæ & ſpinæ: immortificato enim intellectu oriuntur hæ-
reſes, ſchiſmata, diſſenſiones, ſuperbia, contemptus aliorum;
quæ mala etiam deriuantur in voluntatem: cùm enim in-
tellectus præcedat voluntatem, & dirigat oſtenſiuè, peri-
culum eſt ne voluntas in electionibus erret, intellectus ap
Prou. 26. plaudendo, & alius ſimiles errores perſuadendo. *Sapientia*
v. 16. *ſibi piger videtur, ſeptem viris loquentibus ſententias.* Immor
tificati enim quo ad intellectum ſunt præſumptuoſi, & te-
merarij, mortificandus eſt igitur intellectus humilitate:
Pſal. 37. *Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit. Humilibus*
v. 6. *autem dat gratiam ſuam.* Memoria immortificata plurima
1. Petr. 5. quoque affert damna: præcipuè quod obliuiſcamur bene-
v. 5. ficiorum Dei, quòd recordemur iniuriarum, diuerſis diſtra
hamur cogitationibus per ea quæ nobis in memoriam re-
uocamus; reformanda eſt igitur memoria, hoc pacto: vt
ſcilicet memores ſimus diuinæ præſentiæ, vt obliuiſcamur
iniuriarum, poſtulãdo à Deo vt nobis in memoriam nun-
quam veniant, vel ſaltem dum veniunt propter Deum re-
mittantur.

Ad mortificationem, & reformationem voluntatis inui
tat nos Chriſtus: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetip-*
Eccl. 18. *ſum.* Et Spiritus Sanctus per Eccleſiaſten: *Poſt concupiſcen*
v. 30. *tias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ*
tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Et
Iſai. 58. per Iſaiam. *Dum non facis vias tuas, & non inuenitur volun-*
v. 14. *tas tua vt loquaris ſermonem, tunc delectaberis ſuper Domino,*
& ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ, & cibabo te hæredita-
te Iacob patris tui. Vbi tria præcipuè beneficia promittit
Deus ei qui ſeriò propriam voluntatem reformat. Gau-
dium ſpirituale. Tunc (inquit) delectaberis ſuper Domi-
no, contemptum rerum terrenarum: & ſuſtollam te (in-
quit) ſuper altitudinem terræ: & beatitudinis æternæ poſ-
ſeſſionem ſignificatam per hæreditatem Iacob: & cibabo
te (inquit) hæreditare &c. Et certè vel ipſa innumerabilia
damna quæ nobis infert voluntas immortificata, nos inui
tant ad reformandam voluntatem: ſic enim inficit omnia
Iſai. 58. bona opera, vt nullum placeat Deo; vt ipſe per Iſaiam te-
v. 3. ſtatur: *Quia in die ieiunij veſtri inuenta eſt voluntas veſtra*
eſſe. Remedium vniuerſale, & medium ad reforman-
dam voluntatem eſt, denegare voluntati quæcunque eam
delectant, & non condeſcendere appetitui in ijs quæ deſi-
derat: ſed in omnibus conformare ſe diuinæ voluntati, &
legibus eius.

Ad mortificandas paſſiones appetitus concupiſcibilis, K
inuitat nos D. Paulus ſcribens ad Romanos: *Fratres debi-* Rom. 8.
tores ſumus non carni vt ſecundum carnem viuamus: ſi enim v. 12.
ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta
carnis mortificaueritis, viuetis. Porrò paſſiones in vniuer- Definitio
ſum ſunt vndecim: ſex in concupiſcibili, & quinque in ira- Paſsionis
ſcibili, eſt autem paſſio motus appetitus ſenſitiui, ad ima-
ginationem boni vel mali; cùm aliqua corporis immuta-
tione, ſeu vt clariùs dicam: & impreſſio qua excitatur appe
titus ex imagine boni vel mali, interiùs ſenſibus concepta:
vnde corporis immutatio ſubit: iſtæ igitur paſſiones ſunt
in appetitu ſenſitiuo; qui ex duabus partibus componitur:
concupiſcibili, quæ in iecore ſedem habet; & iraſcibili, quæ
exiſtit in corde. Omnes tamen perficiuntur in corde, quod
omnibus ijs motibus vrgetur. Actus verò voluntatis qui
nominibus paſſionum appellantur, non ſunt peopriè paſ-
ſiones: ſed actus ſimplices. Sex illæ concupiſcibiles paſſio-
nes ſunt: amor in bonum primò conceptum, deſiderium
ſeu concupiſcentia in bonum, quod nondum adeſt, gau-
dium ſeu delectatio in bonum præſens, odium à malo pri-
mum concepto, fuga ſiuè abominatio mali nondum præ-
ſentis, triſtitia ſeu dolor ex præſenti malo: atq; ita tres ſunt
circa bonum, tres item circa malum, quinque illæ quæ in
iraſcibili ſedem habent, ſunt: ſpes in bonum arduum, auda
cia aduerſus malum arduum, deſperatio à bono arduo, ti-
mor à malo arduo, ira contra malum arduum.

Præcipua eſt paſſio inter has, Amor; à quo cæteræ paſ- L
ſiones emanant. Eſt autem amor primus motus, quem bo
num affert appetitui, quaſi diceremus apertius: illam im-
preſſionem primam qua ex cognitione alicuius appetitus
afficitur, dum ei bonum cognitum placet; eſſe amorem,
hæc paſſio ſi limites rationis excedit, grauiſſima affert
damna, vtpotè radix aliarum paſſionum: ideo hæc paſſio
mortificanda eſt, modus autem mortificandi hic erit: vt
homo perfectus ſolers ſit, animaduertens in te qualibet
exercenda, ne cor apparente rerum ſpecie capiatur, nec ta
libus rebus adhæreat: ſed ſtatim ac videt quid iucundum,
cor auertere, ac cæleſtia ſuſpirare feſtinet. Eſt enim pror-
ſus impoſſibile vt paſſiones cæteræ ingraueſcant, vel no-
ceant, ſi amoris radices amputentur. Sit Exemplum: Vi-
det quis bonum vtile, nempe ſedile commodum: ex tem-
ploque dum excitatur amor, cor in ſedes permanſuras ſe-
ſe extollit aiens: quantò mihi commodior erit ſedes ſuper
domum Dauid: Videt bonum delectabile, eſcam ſcilicet
aut potum: & dum amore inualeſcit appetitus, cor feſtina-
to in cælum ſeſe effert aiens: quantò mihi ſuauius conui-
uium erit, vbi eſca erit panis Angelorũ, & potus ipſe fons
vitæ: Videt bonum honorificum, videlicet aliorum exiſti-
mationem de ipſius ingenio, literatura, ſeu dexteritate
conceptam: & dum amor incipit ad honorem ferri, accur-
rit cor & in gloriam cæleſtem ſeſe attollit aiens: quantò
mihi honorificentior erit concepta de me in ampliſſima
Dei curia, & vniuerſi mundi theatro exiſtimatio; Modus
quoque vincendi hanc paſſionem eſt vt nullius boni volu-
ptate cor humanum trahatur, niſi id in gloriam Dei & ſa-
lutem animæ cedat: eodem planè modo mortificanda
eſt paſſio concupiſcentiæ ſeu deſiderij, & delectationis
ſeu gaudij.

Et vniuerſaliter loquendo triplex modus exercendi has
paſſiones aſſignari poteſt. Primus poteſt dici humanus: ſe-
cundus Chriſtianus: tertius religioſus, nam poteſt quis è
veſtigio per rationem appetitui ſic imperare. Abſtine ab
hac noxia concupiſcentia: non enim decet hominem ratio
nis compotem, ac rebus his corporeis mente præſtantio-
rem, & ſtudio ſapientiæ ac virtutum honeſtati natum,
rem hanc qua mens à melioribus bonis auertitur appete-
re. Verùm hic reprimendi modus etiam Ethnicis Philoſo-
phis qui coluere virtutẽ, vſu receptus fuit: nihil.n. ratione
altiùs habet. Modus verò Chriſtiano dignus altiori, & ex fi
de quę per dilectionẽ operatur efficacior eſt: cuiuſmodi eſ-
ſet hoc rationis fide illuſtratæ appetitũque domantis præ-
ceptum: abſtine ab hac noxia concupiſcentia: non enim
fas eſt hominem bonis æternis fruiturum, & pretioſiſsima

Digitized by Google

immortalitatis veſte decorandum, veſte hac rudi & vili à meliorum bonorum ſtudio diuerti. Modus adhuc altior, & Religioſo dignior eſſet hic. Abſtine ab hac noxia concupiſcentia: non enim expedit mihi nudum Chriſtum imitaturo veſtem hanc affectare. Præter has paſſiones, quæ ſunt circa bonum; ſunt etiam aliæ tres paſſiones in potentia concupiſcibili, quæ verſantur circa malum; nempè odium, fuga, & triſtitia. Paſſiones hæ ſunt contrarij motus illis quos ſuperius penſitauimus: odium quippe eſt auerſio à malo, amor conuerſio ad bonum, fuga eſt receſſus à malo, deſiderium progreſſus ad bonum. Sicut autem amor cum reliquis duabus paſſionibus fertur in bonum; honeſtum, vtile, delectabile: ſic odium cum reliquis duabus inde ortis paſſionibus, declinat triplex malum, inhoneſtum, inutile, inſuaue. Bonum verò & malum intelligimus verum vel apparens: quidquid enim appetitui placet, bonum; quidquid repugnat in hoc genere malum eſt: paſſiones hæ multum nocent homini. libertas quippe hominis his motibus læditur, dum odit quæ verè mala non ſunt, quod facit odium & fuga; & à ſtudio rationis, & virtutis elanguet, quod efficit triſtitia quæ vires ſimul animæ, & corporis extenuat, & præſentia mali quaſi pondere quodam deprimit; vt actiones virtuoſæ debilius fiant: & propterea capitalis eſt virtutis inimicus. Mortificandæ & vincendæ ſunt prædictæ paſſiones adhortationibus, quibus pars ſuperior roboretur vt præualeat, & imperio ſuo appetitum ſubijciat, ſi igitur odij motus exoritur, & appetitus odiò feratur in id quod odiendum non eſt; ſic ſibi imperare poterit: abſtine ab hac auerſione; non enim res odio digna eſt: ſi rationi obaudire velim, multa nempè incommodiora pro virtute colenda, & animo à corporis retinaculis expediendo ferè decet. Modus alius planè Chriſtianus eſt, proponere appetitui vera mala quæ perhorreſcat per eruditionem fidei quæ à ſuperiore hominis parte præbetur, in hunc modum: abſtine ab odio: nihil enim hic odio dignum ſubeſt, cùm abſit peccatum cui ſoli debetur deteſtatio: nam quod incommoditatem ſpectas, ſi culpa vacat, Deo certè placet. Modus alius religioſa diſciplina dignus eſt, qui à Chriſti imitatione petitur, ad hunc modum; abſtine ab odio: quanto enim incommodior cella fuit Chriſto crux, in qua liben ter pro te pependit: hæccine eſt imitatio Ieſu Chriſti crucifixi, qui cum vulpes haberent foueas, & volucres cæli nidos, non habuit vbi caput ſempiterna requie dignum reclinaret?

M Accedendum iam eſt ad paſſiones iraſcibilis, quæ auxiliatur concupiſcibili, vt liberè in obiectum ferantur. Si enim ſit malum vel bonum arduum: tunc iraſcibilis cum arduitate congreditur, eamque depellit; vt ſi verbi gratia, quis proponat amari ab hominibus; hoc eſſe bonum, & bonum arduum imaginatur: ſpes igitur quæ eſt prima paſſio iraſcibilis, bonum arduum quod concupiſcibilis adamauit, hoc vel illo modo facilè parari poſſe illud iudicat, hanc ſubſequitur audacia paſſio, quæ quod poſſibile ſpes iudicauit proſequitur, & arduitatem tollendam progreditur. Hæ paſſiones ſi terminos rationis excedant, plurima afferunt damna: ſed illud præcipuè, quòd multoties efficiunt, vt homo ſperet ea quæ hominibus virtuoſis, & imitatoribus Chriſti digna non ſunt, & audeat acriter propulſare ea quæ mala non ſunt. Mortificantur iſtæ paſſiones, ſpes nimirum & audacia, ſi emendetur; vt ſpes non occupetur niſi circa verum bonum, & quæ eſt mente hominis digna ſunt: & audacia non audeat niſi contra ea mala, ſeu contra illam arduitatem, quam nomine mali intelligimus; quæ veri boni ſpem impedit, vt ſi verbi gratia, quis gratiam & amorem hominum ſibi conciliare erigitur ſpe; audacia progreditur; ſtatim corrigendus eſt appetitus effrænis, perſuadendo quòd hoc non eſt verum bonum, nec ingenio hominis dignum, vt propter hoc tempus, & laborem impendas. Modum Chriſtiano viro conſentaneum adijcio; quo pars ſuperior ſic vtatur. Deſiſte à ſpe hac amoris humani exquirendi: ſpera potiùs in Deo, & fac bonitatem, inhabita corde terram viuentium; & paſceris in diuitijs eius. Quanto tibi honeſtior, vtilior, ac delectabilior erit clementiſsimi Dei animus erga te beneuolus? qui profectò erit, ſi ſpreto fauore hominum, des operam, vt ſpes & portio tua ſit in terra viuentium. Quapropter aude contra difficultates, quæ à dulciſsimi Ieſu Chriſti amplexu te remorantur: & fælix eris. Tertius verò modus imitatore Chriſti dignus erit. An Chriſtus in hominibus ſperauit, vel hominum gratiam iniuit? Num à principibus amari curauit? an declinauit correptiones? Quoties cum hominum corda demulcere poſſet, pœnaſque vitare, ſiluit; & opus ſalutis meæ peregit? Abſit ergo vt à tanto diſcrepem exemplari. Spes ergo tota in Deo collocanda eſt, & ad bonum tantum audaciæ conatibus aſſurgendum.

De paſſionibus quæ ſpei audaciæque opponuntur: nempè deſperatione, timore, & ira, ſpecialis tractatus aſſignandus erit, cum de vitijs virtutibus contrarijs agemus: ibi inſuper de mortificatione ſenſuum exteriorum viſus, auditus, olfactus, tactus, guſtus, agemus; qui etiam virtutibus præcipuè virtute cardinali temperantiæ ſufficienter refrænantur. Interim circa reformationem potentiarum & mortificationem paſſionum illud maximè aduertendum eſt; vt tunc dum incipiunt, corrigantur ac compeſcantur. N Mortificandi, reſcindendi, ac reprimendi ſunt affectus tunc dum primum incipiunt: nam poſtquam increuerint, ac radices altius egerint, facilè adoleſcunt: & interim innumerabilia afferunt damna Paſsiones, affectus nociui, ſunt ſicut fluuij, qui rapido curſu procedentes montes transferunt, muros & caſtella diruunt, pontes deijciunt, duriſsima quæque ſaxa corrodunt, Vnde etiam fluuius quidam prope Lugdunum ſeu Leonem Franciæ eſt Rhodanus; qui nomen accepit à rodendo, & diruendo. Flumina impediri aut aliò diuerti non poſſunt, ne tanta damna afferant; niſi ibi vbi originem trahunt: tunc cum tanquam tenues riuuli diffluunt induſtria humana huc & illuc vt fructificent diſtrahi poſſunt: ſed poſtquam ſucceſſu temporis cum alijs riuulis concurrunt, & flumen efficiunt, non ſufficit induſtria humana ad reprimendum impetum illorum: ſic impetus paſsionum, & affectuum nociuorum, in principio facilè corriguntur: ſed cùm nimium creſcunt, & extrinſecis actionibus vitioſis augentur, difficile humano conatu reprimi & mortificari poſſunt ſunt affectus humani ſicut funes laqueorum extenſi: qui niſi citò abſcindantur, facilè illaqueant, de quo lamentabatur Dauid: *Funes extenderunt in laqueum mihi*; quod non immeritò explicatur de Diabolo homini inſidiante, funeſque laqueorum ſcilicet affectuum extendente; & rete iuxta ſemitam expandente. Pſal. 139. v. 6. Funes ex lino & filis variè contortis fiunt: peccata quoque ex affectibus variè contortis eueniunt. Sunt affectus nociui & paſsiones ſicut herbæ nociuæ; quæ niſi euellantur tempeſtiuè, in tantum creſcunt, vt etiam quaſcunque herbas fructiferas obruant, & exſiccent ſunt ſicut rami arborum nociui, communi nomine ſarmenta appellati: qui niſi tempeſtiuè abſcindantur, ſuccreſcentes arborem areſcere faciunt: nam ſteriles & infructuoſi cum ſint; humorem tamen ad vegetandam totam arborem ex radice prodeuntem, ad ſe fortiter attrahunt, eumque intra ſe ita detinent, vt eundem in alias partes, ad ſufficientiam diffundi non patiantur.

Ad euellendas ergo has infructiferas herbas, ad putanda talia animæ ſarmenta, mittit paterfamilias operarios in vineam: non vult eſſe otioſos: redarguit negligentes. *Quid hic ſtatis tota die otioſi?* promittit laborantibus mercedem, reddit denarium diurnum præmium vitæ æternæ, præter ſolatium temporale, vt promiſerat per Iſaiam: Iſai. 58. v. 14. *Tunc delectaberis ſuper Domino, ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui.* Verumtamen non ſolùm labore, ſed & induſtria ac peritia magna in excolenda hac Domini vinea, in eruendis ex terra conſcientiæ vitiis opus eſt. Nam prima facie paſsiones & deſideria huius ſæculi, affectuſque nociui videntur eſſe flores; cùm tamen reuera ſint ſpinæ, & vepres pungentes. Alioqui verendum ſit, ne fortè dum negligentes & pigri ſumus, inter eos inueniamur de quibus inquit Salomon: *Per agrũ hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti; & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuper faciem eius ſpinæ.* Prou. 24.

Sed

Sed potius inter eos conentur recenſeri, de quibus hodie dicit Saluator: Redde illis mercedem, ſcilicet vitæ æternæ: quam nobis tribuat qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO Speculatiua.

Dominicæ Septuageſimæ.

Quod Deus non ſit acceptator perſonarum.

Matt. 20. v. 16. *Multi ſunt vocati pauci vero electi.*

Sap. 6. 8. *Non ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illa cura de omnibus.*

A Quæritur communiter à Theologis, quid nam prius concurrat ad iuſtificationem impij, an gratia Dei, & lumen quo Deus illum illuminat, ac tenebras peccatorum pellit, an verò dolor de peccatis? ſupponunt porrò hic vnum certum, quod eſt de fide; videlicet quòd duo ad iuſtificationem, & conuerſionem peccatoris concurrunt, nempè gratia Dei, & noſtra bona opera, poſſet quidem Deus iuſtificare peccatorem, per abſolutam potentiam, nullo habito reſpectu ad liberum eius arbitrium: communiter tamen, & de lege ordinaria, non iuſtificat, niſi tum qui ſe ad gratiam diſponit. (Epaminũdas.) De Epaminunda egregio duce legitur, quod cùm bellum immineret contra Lacedæmonios, dubitans de ſucceſſu belli conſuluit Deos, qui diuerſis oraculis, & planè contrarijs ei reſponderunt: nam quidam eum futurum victorem aſſeruerunt, alij vincendum prædixerunt, in tanta rerum perplexitate ne milites timidi euaderent, prudens dux præcipuos milites congregauit: & poſitis idolis ex parte dextra quæ victoriam promittebant, & alijs ex parte ſiniſtra quæ oppoſitum affirmabant ad milites ait, hæc nobis ſunt oracula melioribus oſtenſis, ſi obedientes præfectis militiæ fueritis, ſi ſtrenuè pugnaueritis, & iterum ait, hæc nobis ſunt oracula, oſtenſis peioribus, ſi inobedientes & timidi fueritis, per quod innuere voluit, quòd ad obtinendam victoriam, duo erant neceſſaria in quibus tota pendebat victoria: animosè pugnare, & Deum auxiliari, præter diuinam prædeſtinationem quæ nullam habet cauſam iuſtificationis noſtræ, fælicis ſucceſſus & victoriæ in bello chriſtiano, ac præmij in cælo, duæ ſunt cauſæ, nempè auxilium Dei, & liberum noſtrum arbitrium; Quantum eſt ex parte Dei; ille omnibus auxiliatur, non acceptat perſonas: ita quòd quilibet habet paratum auxilium Dei, ſufficiens ad bonum; habet etiam liberum arbitrium, indifferens ad bonum & malum, & ſi vtrumque adſit nempè gratia Dei, & proprium meritum; tunc iuſtificatur, ſanctificatur, & glorificatur homo, iuxta illud Diui Auguſtini. Deus bona ſua coronat in nobis.

(D. Aug.) Hoc vt certo ſuppoſito inquiunt Theologi, quid nam iſtorum priùs ad iuſtificationem concurrit? gratiane Dei vel liberum arbitrium? Reſpondent per tali exemplum. Si tunc quando ſol oritur, & radios ſuos, diffundit, in hypocauſto tuo feneſtra tela aut panno, vel aliquo alio obſtaculo cooperiatur, ſol hypocauſtum non illuminabit, quod ſi impedimenta amoueas ſtatim ſol illuminabit; exemplum hoc apte, & ſufficienter difficultatem declarat: nam per hoc intelligitur, quòd quemadmodum ſol illuminat ſufficienter hypocauſtum: oportet tamen priùs amouere impedimenta illuminationis, quæ amotio eſt diſpoſitio ad illuminandum: ita licet gratia Dei ſufficienter & formaliter iuſtificet, requiritur tamen diſpoſitio, vt gratia in anima recipiatur; ſed multò aptius eſſet hoc exemplum, & perfectiùs difficultatem declararet, ſi radius ſolaris cum aliquo impetu illuminaret, ita quòd ſi non adſit aliquod fortè obſtaculum, vel ſi non ſecludatur feneſtra ex propoſito, ſtatim hypocauſtum ingrederetur, eo modo quo declarat Iſaias. *Cum venerit quaſi fluuius violentus quem ſpiritus Domini cogit, & venerit Sion Redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob.* (Iſai. 59. 19) Si hoc modo radius illuminaret, cum quodam impulſu & vehementia; tunc noſtræ iuſtificationis principium meliùs perciperetur: nam per hoc intelligeremus, quòd noſtra iuſtificatio incipit à Deo, qui aduentu ſuo mouet corda noſtra ſi non adſit obex, quantum eſt ex ſe. Eſt itaque ſicut radius, qui non ſolùm habet vim illuminandi, ſed etiam mouendi, & amouendi impedimenta; quòd de facto exequitur, dum reijcit impedimenta, vel mouet nos, vt ea reijciamus, ſed quicquid ſit de hac prioritate: illud certiſſimum eſt, hoc Dei beneficium commune eſſe omnibus Chriſtianis, quòd ipſe omnibus auxiliatur in bello ſpirituali, omnibus confert gratiam, qui ſe diſponunt, & obicem non ponunt, omnibus laborantibus in vinea Dei confert præmium, non eſt acceptator perſonarum. Sed quoniam in hodierno Euangelio propter laborantium murmurationes aduerſus patremfamilias, & propter vltima verba, quæ pro themate ponuntur, ſcilicet (multi ſunt vocati pauci verò electi) videtur in Deo eſſe acceptio perſonarum: cùm tamen oppoſitum nobis inſinuet ſapiens. (Vide ſupra vtrúque.) Non ſubtrahet (inquit) perſonam cuiuſquam, æqualiter eſt illi cura de omnibus. Quòd æqualiter omnibus auxilietur tenendum eſt: tamen pro varietate terræ, ſemen Dei aliud abſumitur, aliud affert fructum trigeſimum, ſexageſimum, centeſimum, licet æqualiter ſeminetur, æqualiter ille omnibus oſtendit gratiam ſuam, ſed quòd aliqui accipiunt alij non, quidam plus quidam minus, hoc eſt ex parte magis, vel minus ſe diſponentium. Igitur in præſenti inſtitutione loquemur, quòd in Deo non ſit acceptatio perſonarum, ſed perfectiſſima iuſtitia diſtributiua.

B Egregiam à Diuo Dionyſio ſententiam accepimus, (Dionyſ.) nempè quòd omnes perfectiones, quæ in creaturis reperiuntur, non includentes neceſſariò imperfectionem ponantur in Deo. Hoc Doctor ſubtilis in multis locis, præſertim in primo Sententiarum atteſtatur, cum ait, quod (Scotus 1. d. 7.) perfectiones non neceſſariò includentes imperfectionem, vt ſapientia ſcientia, (quæ licet in creaturis aliquam habeant imperfectionem, tamen nullam in ſe dicunt imperfectionem) ponuntur formaliter in Deo, & licet operationes, & perfectiones illæ, vt ſunt in creaturis cum limitatione & dependentia ad Deum, remoueantur à Deo: perfectiones tamen in ſe attribuuntur Deo. Verbi gratia, ſapientia, iuſtitia, &c. in creaturis eſt creata, limitata ad certos gradus, dependens à ſapientia prima, quæ eſt Deus: ſiquidem omnes mundi perfectiones ad vnam rem perfectiſſimam reducuntur ſecundùm gradus ſuos. Remoueantur ergo imperfectiones illæ, & ſic dicimus ſapientia eſt in Deo increata, illimitata, vt potè infinita, independens. Perfectiones verò quæ neceſſario includunt imperfectionem, vt homo, lapis, lignum, non ponuntur in Deo niſi virtualiter: quia poteſt illas producere: vel contineri poſſunt eminenter: rationem tangit Scotus, non dicimus (In 1. d. 25. con. Henricum.) (inquit) quòd ex eo quia Deus glorioſus, perfectiones omnium habet virtualiter & modo eminentiori, ideo non poteſt eas habere formaliter: ſed ex eo quod eſt eſſentia ſimpliciſſima, in qua non poteſt eſſe compoſitio rei, vel tandem quia perfectio Dei eſt infinita, ideo nequit recipere aliam rem & aliam, ad propoſitum inter alias perfectiones vnam in creaturis, licet non omnibus reperio, ſcilicet iuſtitiam diſtributiuam ad rectitudinem volũtatis, in retribuendo pro meritis, & puniendo pro demeritis pertinentem: huic opponitur acceptatio perſonarum ſecundum

Digitized by Google

Ariſt. 8. Etichor. Alex. 2. p. 2. tract. de accep. perſo.

dum Ariſtotelem, & Alexandrum de Ales. Hanc igitur non eſſe in Deo licet aliquos eligat, aliquos non, iuxta hodiernum Euangelium: Multi ſunt vocati pauci electi, nobis declarandum eſt.

Vt ſciamus de qua perſonarum acceptione nobis loquendum eſt, notare debemus, quod acceptio perſonarum contingit dupliciter, primò quando aliquis duobus obligatus, & vnum præponit alteri; nempè indigniorem proponit digniori, ſecundum Scotum. Secundo, quando ratio acceptandi eſt bonitas in obiecto, tunc acceptatio perſonarum enaſcitur ſi dum ſunt æquè amabiles duo, ita vt in ſe includant bonitatem æqualem, quæ eſt ratio mouendi voluntatem; attamen quis magis diligat vnum quã alium, patet à Scoto, & ſic acceptatio perſonarum vtroque modo infert obligationem ex parte acceptantis in ordine ad perſonam acceptatam; dicit enim Ariſtot. quòd acceptatio perſonarum, eſt præponere vel poſtponere perſonam perſonæ, propter cauſam indebitam & oppoſitam iuſtitiæ, in amorem vel odium, quæ in malo, vel bono præfert poſtponit. Huius communiter tres aſſignantur ſpecies, Vna in iudicio, vbi debet cuique ius reddi; Alia in promotione, vbi debet alicui vel aliquibus dignitas dari; Tertia in quotidianis honoribus, vbi congruit aliquibus reuerentiam exhiberi. In Deo igitur iuſtitiam diſtributiuam repetiri, & nullo modo talem acceptionem perſonarum probo, in primis ex perfectione naturæ diuinæ: deinde ex perfectione diuinæ voluntatis: poſtea ex perfectione actus voluntatis diuinæ: demum ex perfectione diuinę beatitudinis.

In 3. d. 13. & d. 33. — In 1. d. 41. q. vnic. ad 2. principale. — Ethic. 5.

C

Quantum ad primam rationem, quòd Deus ſit ſummæ perfectionis, facilè, oſtenditur, quia diuina eſſentia eſt formaliter infinita per Scotum, apud quem habetur, quòd non ſolùm eſt formaliter infinita, ſed eſt pelagus omnium perfectionum; præterea diuina eſſentia, eſt vna & ſimpliciſſima, à qua primo pullulant omnes diuinæ perfectiones eſſentiales, vt ſapientia, ſcientia, bonitas, intellectus, voluntas, quæ tamen ſunt omnia realiter & eſſentialiter idem ipſi eſſentiæ per Scotum, inde prouenit quod Deus eſt id, quo maius non poteſt cogitari ſecundum Anſelmum Proſol. & Scotum; & hinc eſt, quòd nullus poteſt cogitare Deum limitatum ſinè contradictione, cogitaretur autem cum contradictione, ſi cogitaretur cum aliquo, quòd ſibi repugnat, vt ſi cogitaretur, limitatus, finitus, vt lapis, ſignum &c. Nam ſi cogitatur limitatus, ſtatim reſultat contradictio, ideſt Deus & non Deus, Deus quia illimitatus in rei veritate, non Deus, quia limitatus, & ſic de alijs. Cogitare ergo de Deo ſinè contradictione, eſt cogitare ſinè conditionibus ſibi repugnantibus, ſed cum conditionibus conuenientibus: ſi enim vis cogitare aliquid creatum, puta hominem maius Deo, erit cogitare cum conditionibus neceſſario ſibi repugnantibus, & ſic ſtatim reſultabit contradictio homo, non homo. Homo quia ens limitatum, finitum, ac dependens, non homo quia ens maius Deo, ideſt magis illimitatum, infinitum ac independens, quam Deus ſit; quale nec eſſe nec cogitari poteſt. Deus ergò eſt perfectiſſimus, quia nihil maius eo cogitari poteſt, eſtque pelagus omnis perfectionis: quod etiam nos edocet continentia vel formalis vel eminentialis omnium perfectionum, quæ in creaturis reperiuntur: in Deo porro eam continentiam patefaciunt nobis diuinæ ſcripturæ & ipſa, quæ nobis elucet ratio: ſcriptura deſcribens colloquium Moyſis cum Deo, inducit Deum loquentem cum Moyſe in hunc modum, cum eſſet intenſus deſiderio videndi faciem Dei: *Ego oſtendam tibi omne bonum*, quo reſponſo Deus ſignificat, omnia ſe bona quæ ſuo modo latiſsimè ſparguntur in rebus creatis, complecti: vt ex hoc loco doctè argumentatur Diuus Thomas. Hoc eſt illud bonum ſinceriſſimum defæcatiſſimum, omnis mali puriſſimum, in quo velut beatitudinis centro, Angelorum, & hominum deſideria conquieſcunt. Accinit Pſalmiſta. *Qui plantauit aurem, & non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat? Pulchritudo agri mecum eſt*: & Sanctus Ioannes. *Quod factum eſt in ipſo vita erat*; iuxta quam lectionem Auguſtinus in Ioannem ſcribit: omnes res perfectiori modo eſſe in Deo, quàm in ſe ipſis, ſicut imago perfectius eſt in mente artificis quàm in ſe ipſa, in illa enim quodammodo viuit; hiſce adſtipulatur Diuus Paulus. *Ex ipſo & in ipſo ſunt omnia*; eſt enim omnium cauſa, ex quo ſic poteſt argui. Deus eſt cauſa efficiens omnium rerum, ſignum ergo eſt quod habet omnium perfectiones, nam effectus debent præexiſtere in virtute cauſæ agentis, vel ſimpliciter, vt in cauſis æquiuocis cuiuſmodi eſt Deus, vel ſecundum rationem formalem cauſæ, vt in vniuocis, tam ſubſtantijs, quam accidentibus, omne enim agens agit quatenus eſt quid perfectum ab eſſe Dei, ſic igitur declaratum eſt ex eſſe Dei infinito, & ex eo quod eſt cauſa omnium, Deum eſſe ſummè perfectum, eiuſque perfectionem eſſe immenſam, & incompatabilem, cui omnis imperfectio repugnat.

In 1. d. 2. 36. & 8. & q. 7. quodlib. — In 1. d. 2. Scot. in 1. d. 1. q. 1. — Exod. 33. 19. — Li. 1. con. gen. c. 28. — Pſal. 93. 9 — Pſal. 49. — Ioan. 1. 4. — Auguſt. tract. 1. — Rom. 11. 36.

Ex hoc iam facilè concluditur, in Deo eſſe veram ac propriam iuſtitiam diſtributiuam, quia omnis virtus, omniſque perfectio abſoluta, quæ in ſuo conceptu non includit imperfectionem, Deo eſt formaliter attribuenda, tanquam perfectio ſimpliciter: iuſtitia diſtributiua eſt huiuſmodi perfectio ſimpliciter: ideo reperitur in Deo. Quòd autem in conceptu iuſtitiæ diſtributiuæ, non includatur imperfectio ſic declaratur, quia munus iuſtitiæ diſtributiuæ eſt conſtituere Geometricam æqualitatem inter multos, in diſtributione bonorum communium; hoc autem non dicit imperfectionem.

A

Ex his vlterius ſequitur quod acceptatio perſonarum in Deo locum non habet, quia ſummę & perfectiſſimæ entitati neceſſariò, & ſummè repugnat omnis imperfectio, & omne ſonans imperfectionem, quia dato oppoſito ſequeretur, quod non eſſet entitas perfectiſſima; hoc etiam teſtatur D. Paulus dum inquit. *Non eſt acceptio perſonarũ apud Deum*: cùm hoc vitium formaliter ſumptum, iuxta communem ſententiam Theologorum, ſit contra iuſtitiam diſtributiuam, vnde iuſtitiam diuini iudicij ſcriptura paſſim declarat per oppoſitionem ad perſonarum acceptionem, hinc iam patet Deum iuſtiſſimi abſque omni perſonarum acceptione, hos vocare, & eligere ad primam gratiam, illos non iam verò idem facilè probari poteſt ex perfectione diuinæ voluntatis, quæ in eo conſiſtit, quòd nullum bonum creatum, mouet aut allicit voluntatem eius: quoniam omne bonum hominis maximè ſupernaturale, primariò & immediatè pendet à diuina voluntate, ſicut & totum bonum rei creatæ, ideo namque dicitur bonum, quia ſic dilectum, ſiuè productum ab actu voluntatis diuinæ, & ſic patet quomodo voluntas diuina, non dicatur diligere bonum creatum, quia bonum, ſed è conuerſo: & hæc eſt differentia voluntatis diuinæ à voluntate creata, quia voluntas creata diligit aliquid quia bonum, voluntas diuina diligit quia bonitatem contulit diligendo.

Ro. 2. 11. — D — Scot. in 1. d. 41. loc. citato.

Non glorietur itaque aliquis, nec nimis in operibus ſuis confidat, quantumcumque magnis, quia in eis non eſt aliqua ratio mouens diuinam voluntatem ad acceptandum, poteſt enim acceptare ſi vult; & ſi acceptat, hoc eſt, ex mera liberalitate ſua, miſericordia & clementia infinita; ſi non acceptat, etiam iuſtiſſimè facit, nec imputet quiſpiam Deo acceptationem perſonarum, quia ratio acceptandi eſt propria bonitas in creatura quæ poſtponatur, ſed ratio acceptandi eſt propria bonitas voluntatis diuinæ, nulli eſt obligatus, nec eſt ratio, quare diligat vnum & non alterum, alia niſi ſua propria bonitas, nulli tenetur, ſed bona ſua liberaliter elargitur cui vult.

Præterea probatur ratione actus voluntatis diuinæ ſic. Impoſsibile eſt actum voluntatis diuinæ, non eſſe ſimpliciter rectiſsimum: nam actum voluntatis in communi eſſe duplicem docent Theologi. Quidã de ſe eſt rectus vt elicitur à voluntate, & ſic ſolùm diuinæ voluntati conuenit, per Scotum. Alius qui non dicitur neceſſario rectus, in quantum elicitur, ſed in quantum conformis elicitur dictamini recto, à quo volũtas poteſt deuiare, ita quod rectitudo ex ſola cõformitate ad dictamen rectum deſumitur, patet à Scoto actus diuinæ voluntatis quo acceptat, (neque

enim

In 1. d. 1. q. 1. d. 44. q. vnic. & in 2. d. 3. — Quæſt. vlt. prol. in 1. d. 17. In 2. d. 6. q. 2. d. 1. 40. in 3. d. 34. in 4. diſtin. 14. quodlib. q. 18.

Digitized by Google

enim acceptat niſi mediãte actu voluntatis ſuæ: quia quicquid vult ad extra, vult tantum mediante actu voluntatis (In 1. d. 2. 8. & in 2. d. 1.) ſuæ, per Scotum,) hic actus, inquam eſt rectus; quia à voluntate Dei elicitur. Impoſſibile eſt autẽ aliquem actum, qui ex ſua ratione neceſſariò eſt rectus, fieri non rectè vt patet de ſe, ſi enim actus voluntatis diuinæ eſt de ſe rectus neceſſariò, impoſſibile eſt ipſum non eſſe rectum quantumcunq; tranſeat ſuper aliud & aliud obiectũ, ergo non poteſt eſſe perſonarum acceptator Deus, hoc enim ipſum importat aliquam non rectitudinem. Denique probatur, Deum non eſſe perſonarum acceptatorem ratione ſummæ beatitudinis, præſuppoſito, quod voluntas diuina, vt prior omni creatura ab æterno, eſt ſummè beata, & vt prior proprietatibus perſonalibus, idque poſſet deduci ex Scoto (In 1. d. 1. 25. 6. 8. 26. 28. & in quæſt. 1 quodl.) multis in locis, & quod beatitudo aufert omnem indigentiam, &c. ex hoc ſequitur quod impoſſibile eſt voluntatem diuinam, poſſe acceptare perſonas, alioquin non eſſet ſummè beata, & quietata in eſſentia diuina; aliquomodo poſſet alicui creaturæ affici, vel ſequeretur quod fruitio diuinæ eſſentię infinita, nõ eſſet de neceſſitate rectiſſima, quę omnia repugnant formaliter beatitudinis ſuæ infinitatis.

E

Præterea acceptatio eſt communiter, quando quis afficitur magis vni quam alteri, affectio autem non cadit in diuinam voluntatem, vt tenent omnes Theologi, maximè (S. Bonau. in prol. in 3. d. 31.) Sanctus Bonauentura, & Scotus ibidem, ergo &c. in humanam autem voluntatem poteſt cadere, & de facto cadit affectione: vnde Hieronymus. Multa nos facere cogit affectus, dum propinquitatem reſpicimus corporum, & non rarò propterea offendimus Creatorem, hinc iniuſtitiæ, legum violatio, oppreſſio pauperum, vt Abacuc inquit. (Abac. 1. 3) *Quare reſpicis contemptores? & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? & facies homines quaſi piſces maris, quaſi reptile non habens ducem, & factum eſt iudicium, & contradictio potentior, propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium, quia impius prænalet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.* De Deo verò proteſtatus eſt populo Moyſes. *Deus Dominus veſter, Deus Deorum, &* (Deut. 10. 17.) *Dominus dominantium, Deus magnus, potens, qui perſonam non accepit, nec munera,* Sic etiam & Iob. *Deus,* (inquit) (Iob 34. 19) *non accepit perſonas principum, nec cognouit Tyrannum cum diſceptaret contra pauperem, opus enim manuum eius ſunt vniuerſi.* In libro Paralip. idem dicitur. *Non eſt apud Deum* (2. Par. 19. 7.) *iniquitas, nec perſonarum acceptatio, nec cupido munerum.* Et Sanctus Paulus inquit. *Vnuſquiſque quod fecerit bonum recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiuè liber, perſonarum enim acce-* (Eph. 6. 9.) *ptatio non eſt apud Deum.* Idem Lactantius. Eandem con- (Lactant. lib. 5.) ditionem omnibus viuendi tribuit, omnes ad ſapientiam genuit, omnibus immortalitatem ſpopondit, nemo à beneficijs eius cęleſtibus ſegregatur, nam ſicut omnibus vnicum ſui lumen æqualiter tribuit, omnibus victum ſubminiſtrat, quietem ſomni dulciſsimam tribuit, ſic omnibus æquitatem virtutemque largitur. Nemo apud eum paruus eſt, nemo Dominus: ſi enim cunctis idem pater eſt, æquo iure omnes liberi ſumus. Hoc etiam dicitur de conſecra- (D. 4. c. nec quenquã.) tione. Spiritus verò Sanctus non dimenſuratur, ſed in credentem totus infunditur: nam ſi dies omnibus æqualiter naſcitur, & ſi ſol ſuper omnes pari & æquali luce diffunditur, quãto magis Chriſtus ſol & dies verus in Eccleſia ſua, lumẽ vitæ ęternæ pari æqualitate largitur? cuius æqualita- (Exod. 16.) tis Sacramentũ videmus in Exodo eſſe celebratum, quum de cælo manna deflueret, & cibũ Chriſti venientis oſtenderet, illic enim ſinè diſcrimine vel ſexus, vel ætatis, à ſingulis æqualiter colligebatur: vnde apparebat Chriſti indulgentiam, & cæleſtem poſtmodum gratiam ſecuturam æqualiter, omnibus diuidi ſinè ſexos varietate, ſinè annorum diſcrimine, ſinè acceptione perſonæ, ſuper omnem Dei populum, infunditur plane eadem gratiam ſpiritualis, in baptiſmo æqualiter credentibus, quæ in conuerſatione poſtmodum vel augetur, vel minuitur.

Et certè quemadmodum ſol æqualiter omnibus diffundit radios, non omnes tamen æqualiter ipſum participant: ita æqualiter Deo eſt cura de omnibus, modo ſe diſponant, non eſt perſonarum acceptator, quia hoc nec eſſe Dei infinitum permittit, nec Dei voluntas, nec actus voluntatis diuinæ, nec beatitudo eius, adẽſt in cælo & in terra iuſtitia Dei diſtributiua, quæ æquè magnis, & paruis, bona, honores, dignitates diſtribuit pro meritis, ſi ergo eſt inæqualitas in æterno præmio, inde eſt quòd Deus omnibus retribuit, pro qualitate meritorum, merita autẽ ſunt inæqualia, non omnes æquè ſancti, non omnes æquè boni, non omnes æquè iuſti, & ideo non omnibus æqualiter retribuendum eſt. Conſiſtit quidem iuſtitia diſtributiua, in æqualitate, non tamen in æqualitate rerum, ſed in æqualitate perſonarum proportionata, non inæqualitate ſecundum quantitatem, vt tantum detur vni quantum alteri, ſed ſecundum proportionem, vt ſicut perſona excellit perſonam in meritis, ita præmium vnius, excellat præmium alterius; & reuera in hoc Deum imitari deberent, quibus bonorum communium, & dignitatum diſtributio commiſſa eſt. Videant ne ſint acceptatores perſonarum, ſicut præceperat Deus in Deuteronomio. *Non accipies per-* (Deut. 16. v. 19.) *ſonam nec munera;* & ibidem. *Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate, ſiuè ciuis ille ſit, ſiuè peregrinus, nulla erit* (Deut. 1. v. 17.) *diſtantia perſonarum, ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.* Te- (Themiſt.) miſtocles ſemper recuſauit magiſtratum, dicẽs: quòd nollet eſſe iudex, vbi non ſunt melioris conditionis amici quàm inimici. Debet attendere iudex Chriſtianus qui ſunt amici Dei & Reipublicæ, qui verò inimici, & non reſpicere ad munera & ſanguinem, debent ipſi per ſe præmia conferre benè meritis, & non ad alios remittere, vt eis remunerent, propter hoc enim quidam miles redarguit Cæſarem Auguſtum, de Cæſare & Republica benè meritus. Nam cum ei graue quoddam negotium accidiſſe, & auxilium à Cæſare poſtulaſſet, Cæſar remiſit eum ad quendam conſiliarium, vt cauſa eius audita, & benè trutinata, iuſtitiam eius adminiſtraret, ſed miles audacter Cæſari reſpondit, quando honor & perſona tua periclitabatur, ego pro tua dignitate obtuli, non alium ſubſtitui, & hæc vulnera (cicatricibus oſtenſis,) pro conſeruanda tua authoritate, & dignitate ſuſcepi: tu autem nunc ad me alium remittis, quando negotium meum periclitatur, ſic admonitus Cæſar ipſe negotium eius pertractandum ſuſcepit, & quod ei debebatur ſtatim perſoluere mandauit.

Sed quid hæc cum vulneribus Chriſti Domini, quæ pro nobis omnibus ſuſcepit? pro omnibus inquam ſufficienter, & abunde, vt clare ex duplici ſimilitudine intelligere potes, Pelicani ſcilicet proprio ſanguine viuificantis pullos, & aquæductus humectantis ac fœcunditatis aridam terram. Hæc enim duo, ſanguis videlicet & aqua fluxeruot de latere Chriſti: ſanguis ad redimenda peccata, & ſatisfaciendum pro eis, aqua verò ad abluendas peccatorum ſordes, & tollendas immunditias. Quantum ad primum de pelicano. Pierius refert hanc auem naturali inſtinctu nidificare in terris, cuius pullos dum venatores, vel paſtores inueniunt, vt poſſint etiam parentes ſimul capere hac vtuntur arte. Accendunt ignem circa nidum, quem vt fumãtem pelicanus aduertit, aduolat celerrime, & cupiens extinguere flammam, vt ſalui manentes pulli ſui non comburantur alis diuerberat ignem, cui dum pennæ non patientes ignem aduruntur, ipſa quoque comburitur atque aſſatur.

Sed communior eſt aliorum de iſta aue, quam & Sanctus Hieronymus tenet traditio illa, quòd nimirum (vt ſæpiſſimè depictum in imaginibus videmus) pullos ſuos morſu venenoſi ſerpentis necatos viuificare cupiens, pectus ſuum roſtro dilacerat, fœtuque ſanguine ſuo conſpergens ſuſcitat, & viuere facit, ipſa emortua: vtraque traditio, optimè in pelicano Chriſtum Dominum exprimit, & ei competit, ſiquidem & ipſe per Pſalmiſtam eidem ſe aſſimilat dicens. *Similis factus ſum pelicano ſolitudinis.* Il- (Pſal. 101.) le enim genus humanum tanquam pullos ſuos, à venatoribus infernalibus, & flamma ignis æterni liberans vitam poſuit, ac totius exhauſtus, in cruce mortuus, & ferè aſſatus eſt, vt de ſeipſo per Prophetam dixit: *Aruit tanquam teſta virtus mea:* & per eundem in alio loco. *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt.* Huius figura fuit legis

Q 3 antiquæ

antiquæ holocauſta, & agnus ille paſchalis, qui non niſi aſſatus comedebatur. Communis quoque de Pelicano narratio concinnè ſeſe accomodat Chriſto Domino, qui genterꝫ hominum velut pullos ſuos, veneno ſerpentis antiqui interfectam, pectus ſuum ſanctiſſimum lancea aperire, & totum corpus lacerare permittens, ſanguine precioſiſſimo viuificat, & ipſe emoriens, eam ad vitam reducit. Celebris eſt illa apud poſteros pietas illius nobiliſſimæ fœminæ Arſinoes, vt à Pierio refertur, quæ vt filios ſuos quos Ptolomæus Rex occidi iuſſerat, defenderet multos ictus ſuſtinuit mortiferos operiendo, & protegendo pueros ſuos vt eos ſaluos haberet; ſed multo maior eſt pietas Patris noſtri Chriſti Domini qui non modo vulnera, & ictus duriſſimos pro nobis ſuſtinuit, ſed mortem ipſam ſubijt, vt nos cruore ſuo abluto viuificaret & vitam dando à morte æterna liberaret.

D.Bern. Vnde pulcherrimæ D.Bernardus inquit. Mortuus eſt pro nobis, vt premiſſo ſanguinis illius balſamo meis mederetur vulneribus. Vbi egregia eſt ſimilitudo balſami cum Chriſto. Balſamum enim colligitur per inciſionem corticis abſque læſione arboris interioris, ex hac inciſione profluit balſamum, quod ad ſananda vulnera eſt efficaciſſimum, ita caro Chriſti abſque vlla læſione, & damno diuinitatis lacerata fuit, vnde profluxit ſanguis, & liuor cauſatus quo ſanati ſumus iuxta illud *liuore eius ſanati ſumus*. Balſamum prætetea cum colligitur ſupponuntur ampullæ cryſtallinæ in quas recipitur, Balſamum eſt ſanguis Chriſti qui ex vulneribus eius profluit, ampullæ criſtallinæ ſunt homines perfecti & contemplatiui, qui cum ſint vacui meritis, & bonis operibus in proprijs oculis per humilitatem, recipiunt per contemplationem guttas miſericordiæ, vt adimpleant propriam vacuitatem, & propter vitæ puritatem in oculis Dei ſunt tranſparentes vt criſtallum. Et quemadmodum impoſſibile eſt, vt colligendo balſamum aliquid eius non defluat (præſertim ſi plenæ fuerint ampullæ) in terram ad radices arboris, ita & ſanguis Chriſti profluit ad ſanandos etiam reliquos homines, & hoc eſt quod inquit D.Bernardus. Scio quod iſta mea opera non ſufficiunt, & quod mihi deeſt audacter vſurpo ex viſceribus Chriſti, quæ miſericordiam effluunt nec deſunt foramina per quæ defluat. Refert adijcere, quod cor noſtrum ſuſtentatur ſanguine, quemadmodum enim pulmones attrahunt aerem, quo reſpiramus, ita cor habet virtutem naturalem qua extrahitur ſanguis, etſi propter aliquod impedimentum pulmo non poſſet attrahere aerem homo moreretur, ita moritur cor quando impeditur ſanguinis attractio, & infirmitates communiter ex eo accidunt, quando humores mali circundantes cor prohibent eius dilatationem, & debilitant virtutem qua attrahitur ſanguis, qui ſi protinus non purgentur cor & homo moritur: ita & homo chriſtianus ſi habet cor impeditum vitijs, & peccatis ne dilatetur & reſpiret ad attrahendum ſanguine Chriſti: ſi etiam mortiferi humores per penitentiam non purgentur, moritur morte æterna, ſi ſuperfluitates, minima cura, vana deſideria, nimia ſolicitudo de temporalibus opprimat cor, non poteſt viuere homo, quia ſinè ſanguine Chriſti viuere non poteſt. Quando miles lancea aperuit latus Chriſti æque vt prius fuit cæcus, ſed poſtquam per lanceam peruenit ſanguis Chriſti ad oculos eius, viſum & lumen corporale recepit, ſic vt D.Thomas ex tactu lateris Chriſti recepit lumen fidei, neque tamen hoc inde prouenit, quia tetigit Chriſtum vt videre eſt in milite, qui æque cæcus permanſit ac prius poſtquam percuſſit latus Chriſti, ſed virtus hæc & lumen eſt ex tactu quo eos tetigit Chriſtus. Eſt figmentum poetarum qui referunt de Mida quod quicquid manu tetigit id in aurum conuertebatur, ſed non eſt figmentum quod omnia opera noſtra nullius ſunt valoris, ſed ex tactu Chriſti & ſanguinis eius conuertuntur in aurum ita purum & precioſum, vt plus valeant quam totus mundus, quia per illa emimus cælum omnes indifferenter diuites & pauperes, ſenes & iuuenes, Gentiles ac Hebræi.

Altera ſimilitudo de aquæ ductu idē nobis innuit, quod nimirum Chriſtus omnium peccata ſufficienter paſſione ſua deleuit abſque acceptione perſonarum, omnes homines erant ſicut terra deſerta & inaquoſa: vt inquit Iſaias prædicendo quæ bona, & qui fructus ex meritis Chriſti debebant prouenire Gentibus, *lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo*. Quid enim aliud erant gentes ante aduentum Chriſti, niſi terra deſerta infructuoſa, inaquoſa, ob defectum aquæ, cognitionis diuinæ, & doctrinæ cæleſtis &c. Vbi habitabant dracones idolatriæ. Hæc ergo terra deſerta peruenit ad tantam perfectionem quantam exprimit Propheta ſequentibus verbis. Peruenit ad gaudium ideo dicit letare, peruenit ad bona opera ad labores fructuoſos ideo inquit *Confortate manus diſſolutas &c.* Peruenit ad fortunatas & fructuoſas actiones ideo inquit. *In cubilibus in quibus habitabant dracones orietur viror*, ac ſi vellet dicere ventus contrarius conuertetur in ventum proſperum, vbi erat terra ſicca, naſcentur flores fragrantiſſimi. Arbores grati odoris quales ſunt Libanus, & Carmelus. Iſai. 35. Et ne quis putet hanc aquam eſſe communem qua aſperſa terra prædicta produxit tales fructus, ſubdit. *Tunc aperientur oculi cæcorum &c.* ac ſi vellet dicere, aqua quæ cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis firmum greſſum confert non eſt ſimplex aqua, ſed aqua in Baptiſmo cum ſanguine Chriſti mixta. Sed vnde tam inenarrabiles fructus quæret aliquis? Reſpondet propheta, quia in deſerto aquæ ſciſſæ ſunt, quoniam rupti ſunt aquęductus quinque nimirum plagæ Chriſti quę fecerunt fructificare terram aridam. Cum ergo tam vniuerſale, & omnibus ſufficiens ſit per paſſionem Chriſti ſalutis noſtrę remedium, nulla erit comparatio vulnerum Chriſti ac effuſionis ſanguinis cum vulneribus illius militis de quo ſupra, & pręcipuè quia ille pro ſolo Cæſare vulneratus fuit. Chriſtus autem Dominus pro omnibus hominibus vulneratus eſt & mortuus, tanquam pelicanus pientiſſimus. Si ergo ipſe Cæſari negotium militis ſuſcepit gratitudinis cauſa (quid nos agere oportet) quantum Saluatori mundi toto vitæ ſpatio omnibus momentis deſeruire tenemur, niſi ingrati eſſe vellimus, qui nos tanquam terram aridam aqua gratiæ ſuę aſperſit, & pro omnib. ſinè acceptione perſonarum proprium ſanguinem fudit. Et inſuper cælum certo certius nobis promiſit, vbi ipſe regnat cum Patre, & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Sexageſimæ.

Mat. 13. v.15.

Hæc dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat.

Prou. 2. v. 2.

Vt audiat ſapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cogno-ſcendam prudentiam.

A

Apoph-tegma.

MVltum vitupetabile eſt exiſtentibus in regimine, & rebus politicis, ſupplicantibus audientiam denegare: hoc vitupetium reportauit Philippus Macedo ab vna paupercula muliere, quam cum audiret propter occupationes quibus tūc impediebatur noluiſſet his ab ea verbis impeditus eſt. Proinde nec Rex quidem eſſe velis. Cræten-ſes Iouem depingebant, ſinè auribus: cuius rei fortaſſe quiſpiam curioſior indagator diceret, voluiſſe hoc modo illos ſignificare Iouis ſui latrocinia: ſic enim plerumque videmus ex præſcripto legum lationibus ambas vt plurimum ſcindi auriculas, ſed eſt quidpiam aliud, hoc ipſo potius ſignificare volebant, quod omnes ſuperiores quibus aliquod regimen incumbit, nullum deberent habere audiendi impedimentum. Vnde & ipſa natura ſic aures diſpoſuit, vt eſſent in loco eminētiori ſinè obſtaculo ad exercendum munus ſuum: neque enim clauduntur ſicut oculi palpebris, aut ſicut lingua labijs, & dentibus neque mouentur, ſicut manus vel pedes, quod eſt proprium auribus hominum, vt per hoc differre videantur, ab alijs animalibus irrationalibus ad quorum ſimilitudines vates Lyricus alludens in ſuis ſermonibus dixit. *Demitto auriculas vt iniquæ mentis aſellus*. Solus ergo homo inter animalia habet aures erectas & immobiles, aliæ verò ferociſſimæ quæque & venenoſæ beſtiæ demiſſas & flaueſcētes, quas obturant ſicut aſpides & Baſiliſcus de quibus illud Pſalmiſtæ. *Furor illis ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas.*

Pſal. 57. v. 5. Troianus Pſal. 90. Apoph-tegmata.

Hic vehementer commendatur Troianus Imperator, qui tametſi inter tot ardua Regni negotia fuerit occupatiſſimus, ſemper tamen maiorem temporis partem ad audienda publica negotia concedebat, putabat ſcilicet nihil iucundius eſſe Principi, quam amari à ſubditis, ideo tantum temporis ad videndum eos & alloquendum tribuebat, vt prorſus otioſus & ab omnibus negotijs liber videretur. De Rege Antigono patre Demetrij ſcribitur quod fuerit ſuperbus, ambitioſus, auarus, crudelis, effæminatus alijſque vitijs irretitus, nihilominus tamen ſubditi omnia hæc vitia eius diſſimulabant, eique fideliter ſeruientes parebant, in omnibus ad nutum, propter hoc vnicum, quia erat facillimus ad concedendas audientias & in reſponſis benigniſſimus, vultum hilarem omnibus demonſtrando. Nec mirum ſubditi enim remedium à Principe quærunt, & non modicam de ipſius beneuolentia ſpem concipiunt ſi patienter ab illo audiantur, benigneque tractentur; atque hoc ipſo maxime conſolantur, & in principem amore feruentiori inardeſcunt.

Antigon.

Quod ſi in negotijs ſæcularibus tāti momenti, eſt libenter audire, quantò magis in materia ſalutis? ſi Principes & ſuperiores tam faciles tenentur ſe præſtare ad auſcultandas clientum ſuorum ſupplicationes, quāto magis obligantur Chriſtiani, audire Chriſtum & ſalutarem ipſius doctrinam maxime, quia inde omnis boni principium, & omnium malorum remedium exoritur, *quomodo enim credent ei quem non audierunt?* Medium opportunum ad recipiendum diuinum lumen, & notitiam veritatum ſupernaturalium eſt audiens. *Quia fides ex auditu*: ideo rectè admonet Salomon quemlibet chriſtianum vt audiat ſapientiā auris eius, & concordat cum eo quod in Euangelio hodierno dicit Chriſtus. *Qui habet aures audiendi audiat* ſapientiā, ſicuti animalia quæ ſunt acutiſſimi auditus. Animantes quaſdam docet Ariſtoteles acerrimi auditus eſſe, vt ceruos cum aures erigunt, quod ſi eaſdem demittant, & deponant penitus obſurdeſcere capi & perimi. Dixerim quemlibet mortalium hac in parte ceruinæ eſſe naturæ: ſi autem illas exacuat, & erigat: tenuiſſimas atque leniſsimas Dei voces obaudire poteſt, maximè autem ſi obſeruet illud quod ſubdit Salomon. *Inclina cor tuum ad intellectum*, vt legunt ſeptuaginta ſeu ad intelligendum ſapientiam, ſeu prudentiam, quæ pro ſynonimis nunc accipiuntur, non ſolum autem erigendæ ſunt aures mentis verumetiam extendendæ & expandendæ vt capaces ſint ad recipiendam tantæ doctrinæ perfectionem: & prætetea ad operandum & malis ſuis remedium ad ferendum iuxta ſapientiæ quā intelligis, & recipis inſtitutionem: non ſolum enim ſuadet Salomon & Chriſtus Dominus per parabolam de ſemine vt aures adijcias ad intelligendum, ſed etiam vt expandas cor, & diſponas atque inclines vt iuxta ſapientiæ inſtructionem operetur. Puta igitur aures eſſe bilances, quibus oneratis eam in partem inſtar trutinæ flectitur mens, quo ſuaſionis pondus incumbit idcirco longe melius atque faciliùs præſtat ſi ad perſuaſionum pondus voluntatis quoque momentum, quod eſt amor atque beneuolentia accedat. Amor enim meus (inquit Auguſt) eſt pondus meum. Hoc autem tunc vel maximè eueniet ſi in audiendo imitabitur Deum qui exaudit, operatur, & præſtat quod petis iuxta illud Prophetæ. *Dominus de Cælo in terram proſpexit vt audiret gemitus compeditorum*, ideſt vt auxiliaretur illis, adiuuaret & faceret quæ poſtulabant. Sic audiuit Deus filium Agar captiuæ: ſic audiuit Daniel, *Cum inuocarem ex audiuit me*; ſic audiuit Chriſtum offerentem ſibi preces cum *clamore valido; & lachrymis, & exauditus eſt (inquit Diuus Paulus) pro ſua reuerentia* ideſt cōceſſa ſunt ei omnia quæcunque poſtulauit, itaque Deus audit cum facit. Sic nos ad audiendum in hodierno Euangelio inuitat Chriſtus dum inquit. *Qui habet aures audiendi audiat* non ſolum intelligendo quæ dicuntur, recipiendo quæ prædicantur, ſed etiam operando, mores & vitam per ea quæ audiuntur corrigendo. Hoc eſt enim inclinare cor ad cognoſcendam ſapientiam, quia non ſinè cauſa proponit Chriſtus ſimilitudinem de quadruplici terra, quarum vna ſignificat eos qui tantū audiunt ſapientiam, alia eos qui audiunt, & corde recipiunt, tertia eos qui audiunt, & corde recipiunt, ſed non exequuntur, alij & audiunt, & corde recipiunt, & exequuntur, & hi ſequuntur conſilium Salomonis, *vt audiat ſapientiam auris tua, inclina cor ad intelligendam prudentiam*: ſed hoc pretioſum ſemen, in quadruplicem terram proiectum, in vna ſola fructum attuliſſe à Chriſto Domino memoratur: in tribus autem partibus perditum eſſe aſſeritur. de hac ergo quadruplici terra & nos agemus, vbi iuxta doctrinam Salomonis intelligemus in quo tota noſtra ſalus conſiſtat, quod in audienda ſapientia, & corde percipienda prudentia, atque recta iuxta ea quæ audiuntur & recipiuntur operatione.

ad Ro. 10. v. 14.

Ariſt. li. 9. de hiſtor. ani. c. 5.

B August.

Pſal. 101. v. 20. Gen. 21. Dan. 6. Pſalm. 4. v. 1. Hebr. 5. v. 7.

CVM INQVIT TVRBA PLVRIMA CONVENIRET ET DE CIVITATIBVS PROPERARET AD IESVM DIXIT PER SIMILITVDINEM. Occaſio huius parabolæ videtur fuiſſe nimia hominum frequentia, quæ ad illum vndique de ciuitatibus confluebat, in principio quidem docebat in littore, poſtea verò ob nimium hominum confluxum conſcenſa naui ex ea cæpit ſpargere ſemen ſalutaris doctrinæ: ſic etiam ex naui Petri, quæ fluctuat, & non mergitur populos docere nō ceſſat. Docet autem per parabolas & ſimilitudines. Nam quemadmodum cibi materiales, licet natura ſua habeant vnde guſtum afferant, nihilominus tamen multoties cum varijs aromatibus condiuntur, & præparantur ad guſtum augen-

C

Digitized by Google

augendum: ita ſacra Scriptura, quæ eſt cibus animæ quãuis perfectum adferat guſtum cæleſtium, augeri tamen poteſt exemplis, doctrinis Philoſophorum, Hieroglipbicis, ſimilitudinibus, præcipuè, ſi parcè & moderatè eis vtamur. Nam quemadmodum ſi quis excedat, in adhibendis aromatibus & ciborum varietatibus plus nocet quam prodeſt ſanitati, ſic qui nimium miſcet profana ſacris, magis obfuſcat quam elucidat ſacram Scripturam, docet ergo Chriſtus per ſimilitudines propter hanc cauſã, vt magis ad audiendum verbum Dei turbas alliceret, altiuſq; eorum cordibus diuina dogmata imprimeret, vel forte ideo, vt inferius dicetur, vt ad quærendum ſenſum & intellectum verborum eos moueret, iuxta illud Chriſoſtomi. Niſi eos voluiſſet conuerti tacuiſſet, profectò nec in parabolis quicquam eis locutus eſſet. Itaque non idcirco loquitur in parabolis, vt illum non intelligerent, quia facilius erat illis non loqui, ſed vt inclinaret eos ad quærendum verborum intellectum ſicut enim natura duce. Nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata. Ita deſideramus intelligere obſtruſa & difficilia propter quod etiam Egyptij vtebantur Hieroglificis, & Emblematibus ſub obſcuris, per quod facile reſponderi poteſt ad illud Ouidij. Silicet exemplis in paruis grandibus vti. Quamuis Chriſtus non in paruis, ſed in magnis, vt potè pertinentibus ad ſalutem, parabolis vſus fuerit, ſicut & in hodierno Euangelio ponit vnam parabolam in qua tria nos edocet: vnum eſt quod aliqui nec aure nec corde percipiunt ſapientiam, quia ſemen ſapientiæ cadit ſecus viam & non percipitur & terra non cooperitur. Alios eſſe docet qui aure percipiunt, ſed non corde, quia ſemen ſapientiæ cadit ſuper cor petroſum. Alij qui & aure percipiunt & corde, ſed non exequuntur quia extrinſecum impedimentum ſemen ſapientiæ ſuffocat. Alios denique qui vt aure & corde percipiunt ita, & ad executionem deducunt.

Chriſtus Dominus docet per ſimilitudines qua te?

Chriſoſt. Hom. 6. in hũc locũ Matt.

Ouidius in Triſt.

EXIIT QVI SEMINAT SEMINARE SEMEN SVVM. Sapientia increata exijt ſpargere ſapientiã creatam. Quando exiit & quo exijt in præcedenti Euangelio explicatum eſt, ſed præcipuè exiit à Patre, per proceſſionẽ, vt uerbum mentis & ſapientia Patris. Licet enim non exierit ab identitate eſſentiæ quia æternus Pater æternus Filius, increatus Pater increatus Filius, exiit tamen per, diſtinctionem perſonæ. Alius eſt enim Pater, alius Filius, licet non ſit aliud, quia unius eiuſdemque ſubſtantiæ, tamen eſt alius alietate perſonæ. Ille ergo qui exiuit à Patre ab æterno exiuit, etiam in tempore maniſeſtando bonitatem ſuam & multiplicando radios clementiæ ſuæ ſeminando ſemen ſuum. Exijt & perfecit curſum redemptionis noſtrę cum tanta diligentia quantam in horto in initio paſſionis ſuæ & completorio vitæ declarauit, vbi licet tam feruenter orauerit & totus contemplationi deditus fuerit, futurarũ tribulationum & mortis licet cum Angelo conſolante, & confortante, ſeſe occupare debuerit, tamen de eo inquit Euangelium, quod multoties exibat ad Apoſtolos, exhortando eos ad orationem, & vigilantiam *Suſtinete, & in omnibus vigilate, & reuerſus* denuo hoc idem inculcabat & venit tertio. Hoc mirum quia charitati innata ſollicitudo quædam: vtinam tales ſint omnes quibus animarum cura vel prædicationis incumbit.

D

Mat. 26. v.38.

ET DVM SEMINAT ALIVD CECIDIT SECVS VIAM. Ne exiſtimet aliquid damna quæ numerat Chriſtus in Parabolæ interpretatione eueniſſe, ex malitia ſeminis ſapientiæ diuinæ, vel negligentia aut illiberalitate ſeminantis, admonet Dominus, quod hoc ſemen, eſt verbum Dei, doctrina Chriſti, ſiuè quæ extrinſecè per auditum percipitur, ſiuè quæ interius in cordis penetralibus per inſpirationes inſtillatur. Et quidem rectè, & appoſitè dicitur ſemen propter plures congruentias quas habet cũ ſeminè, nam quemadmodum ex ſemine oriuntur grana quibus ſuſtentantur homines, ita ſapientia, & verbum Dei eſt principium omnium ſpiritualium alimentorum, magna animarum noſtrarum fames ſaturatur. Porrò verbũ Dei non ſolum fructificat, ſed etiam tanquam pluuia ſalutaris & imber ſerotinus emollit, humectat, & fæcundat. Deus ſiquidem non ſolum immittit bonas cogitationes, ſed etiam facit vt proficiant, & ſint efficaces; prætereà doctrina Chriſti tanquam Aeolus ventorum princeps ſegetes viuificat: ideo comparatur multoties pluuiæ, imbribus, iuxta illud. *Concreſcat vt pluuia doctrina mea*, aſſimulatur etiam ventis proficuis. Potiſſimum tamen (vt iam diximus) comparatur ſemini cuius vltra ſupra dictam congruentiã, plures etiam alias allegare, cauſas non eſt difficile. Atque in primis quod ſemen eſt agro, hoc verbum Dei eſt cordi quod in medio congruentiæ verbi Dei cum ſemine hominis velut terra in medio mundi conſtitutum eſt: vnde ſicut ſemen nõ fructificat, niſi in terræ gremium fuerit projectum, ita planè neque ſemen Dei in nobis optatos fructus proferet, niſi in cordis penetralibus fuerit altè recõditum. Deinde ſicut terra ſi non receperit bonum ſemen inutiles producit herbas, ſpinaſque & tribulos germinat. ita quoque ſi cor noſtrum non fuerit diuino fæcondatum ſemine, inutiles parit cogitationes, praua conſilia, diſtorta iudicia, opera nefanda & ſceleratiſſima. Item ſicut terra recipiens ſemen, debet eſſe mollis & à ſpinis, lapidibus, herbis nociuis ac inutilibus optimè expurgata, ſic & cor verbum Dei recipiens, debet eſſe à prauis ac fædis cogitationibus liberum, in fide catholica ſtabilitum à zizaniis Hæreticæ prauitatis immune, non habens vllas ad intra concertationes aut pugnas fidei Orthodoxæ inimicas. Terra prætereà quamuis pinguis & optima ſit aratro, tamen ſæpiùs proſcinditur, & multo labore excolitur, ita quoque & cor humanum non parua cultura opus habet non ſemel aratro pęnitentiæ proſcindendum, vt ſit fertile & non infæcundum. *Nouate vobis nouate (inquit Hieremias) & nolite ſerere inter ſpinas*: ſemen quoque intra terræ viſcera non fructificat, niſi prius in ea mortuum fuerit, *ſi enim mortuum fuerit multum fructum affert*. ſic ſemen verbi Dei in corde diu debet hærere, maſticari, & incorporari, nam eius qui cibum non retinet valetudo deſperatur. Ad extremum, quemadmodum inter ſemen & terram aliqua ſemper reperitur naturarum cognatio. Similiter hoc idem in propoſito videre licet, cum enim ſpirituale ſemen ſit diuinum; quid animus etiam hominis diuinitatis capax per memoriam intellectum & voluntatem affectus magnam vt ita dicam cum ſuo ſemine cenſentur habere affinitatem. Vnde ſicut terra recipiens ſemen, non fructificaret, niſi ipſa quoque haberet virtutem ſemini cooperatiuam, ſic & anima recipiens & retinens doctrinam ſalutarem diuinitus adiuta verbo Dei cooperari & fructificare ſatagit. Rectè ergo propter has congruentias verbum Dei doctrina Chriſti dicitur ſemen in Agro totius mundi & cordibus fideliũ ſeminandum, ſemen peroptimum, ex quo nulla infæcunditatis, & malitiæ ratio deſumi poteſt, ſed neque ex ratione ſeminãtis, nam qui ſeminat, maximè liberalis eſt, & cum non ſit acceptor perſonarum abſque vllo delectu æqualiter gratiæ & doctrinæ dona diffundit in omnes, non diſcernendo inter diuitem & pauperem, ſapientem & inſipientem, Iudæum & Græcum, gentilem & Chriſtianum, omnibus vult affluenter, gratiam & gloriam voluntate antecedẽte, vt potè, *Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos*. Seminat non ſolum in terra, bona, ſed etiam in terra petroſa, dura & ſterili: imo etiam inter ſpinas iacit grana doctrinæ ſalutaris, vt declaret mundo deſiderium, quod omnes vult ſaluos fieri. Vnde quemadmodum ſol omnia illuminat, illuminat lateres, & gemmas, quod ſi lateres parum decoris ex lumine ipſius recipiant, gemmæ autem ita ſplendorem illius præſeferant, vt ſol cælo relicto in intimo gemmarum habitare videatur: hoc non eſt ex parte ſolis, qui omnibus æqualiter lumen ſuum communicat, ſed ex diuerſa diſpoſitione laterum, & gemmarum. Defectus igitur quicunque acciderunt in ſeminando non ſunt ex ratione ſeminis, quia illud ſemen quod eſt verbum Dei, non ſolũ in ſe bonum eſt ſed ita bonum vt multoties ex terra mala faciat bonam, è dura mollem. *Potens eſt enim Deus ex lapidibus facere filios Abraham*, imò hæc eſt differentia inter diuinum ſemen & ſemina, atque grana materialia, quod hæc non diſponant, neque tranſmutent terram, ſed bonã, & diſpoſitam requirant at fructificent, illud autem diſponit & corrigit malitiam terræ. Communiter dicitur de regibus: An neſcis longas Regibus eſſe, manus? Quia plus poſſunt quam inferiores, quanto magis de Deo id dici poteſt;

Verbum Dei rectè ſemini cõparatur.

Deut. 32. v.2.

Hier. 4. v.3.

Idẽ. 12.

E

Matth. 3. v.9.

Differentia inter diuinum ſemen, & ſemina materialia.

Digitized by Google

teſt, neque etiam ex ratione ſeminantis quia liberalis vigilans & prudens eſt. Liberales & prudentes ſerui eius.

An non liberalis & prudẽs fuit ſeminator S. Stanislaus Epiſcopus Cracouienſis qui dum vitia ex agro conſcientiæ Bosleslai Regis extirpare vult, & ſemina virtutum eidẽ inſerere, ab eodem crudeliter in templo interemptus eſt. An

Cromer. lib. 6.

non prudens ſeminator Gedeon Epiſcopus item Cracouienſis, qui cum Miecislaus III. Polonorum Princeps, auarè & ſuperbè imperaret, & per præfectos ſuos populum expilaret. Gedeon Cracouienſes Epiſcopus blandè primũ, & apertè illum principem redarguere cępit mox vbi contumacem eſſe videt, pro aſtu rem agreditur: mulierem ſubordinat, quæ ſordido & miſerabili habitu aſſumpto, vbi in conſpectum Principis venit lamentabili voce & eiulatu ementito opem eius implorans. Motus eius lachrymis, & importuno clamore Miecislaus, accitam. Quid ſibi velit? rogat. Ibi illa: gregem ſe ouium numeroſum habuiſſe & filio commendaſſe, illum porrò mediaſtinis paſcendum cõmiſiſſe, eorum negligentia gregem à lupis dilaniatum, ſeque ad extremam inopiam inde redactam eſſe: rogare, vt cuius culpa damnum actum eſſet, ab eo pręſtaretur. Citati mediaſtini, qui pariter ſubordinati venerant, negant ſua negligentia damnum actum eſſe, verum adoleſcentis, qui priuignus, non filius eſſet eius mulieris culpa. Cum enim venationi deditum, feros, canes alere; qui ſoluti partim ipſi gregem laniarent, partim diſiectum ac diſſipatum lupis in prædam dederint cum igitur damnũ præſtare oportere: ſe neque canes abigere, neque diſperſis ouibus ſuccurrere potuiſſe. Aderat & adoleſcens crimenque in mediaſtinos referebat, ſe præſidio gregi canes alere dicens: neque tamen ſatis illorum dicta refellebat, cognita cauſa Miecislaus condemnat adoleſcentem damni illati. Approbant qui tum aderant, Senatores, Principis iudicium. Vbi tum Gedeon, iuſtè inquit, & ſapienter iudicaſti, ò Rex. Tu filius es huius ampliſſimæ, & Florentiſſimæ Reipublicæ. Sed tu te priuignum eius haberi mauis. Tu gregem tuum nũmarijs iudicibus & magiſtratibus tradis: tu feros canes, hoc eſt acerbos, & crudeles exactores & præfectos facultatibus, & ſanguine innocentium hominum ſaginas: quorũ cæca cupiditate & aſperitate fit, tenuiores vt à potentioribus, perinde quaſi à lupis impune diripiantur, ſic optimus præſul ſemẽ correctionis ſuper agrum conſcientiæ Miecislai diſſeminabat. Quare igitur nullum attulit fructum? Nam incenſus hac oratione Miecislaus fremens à Senatu ſeſe proripuit: multa Gedeoni, multa cæteris Senatoribus, qui Gedeonis dicta approbati videbantur minitans, certè non ob aliam cauſam niſi quia.

DVM SEMINAT ALIVD CECIDIT SECVS VIAM. Quadruplicem terræ diſpoſitionem commemorat Chriſtus Dominus, vnam peroptimam, quæ attulit fructum centuplum, tres autem peſſimas, ſed propter diuerſas cauſas: Prima quidem ideo quia ſecus viam. Notum eſt omnibus quod terram ſecus viam, tres malas conditiones habeat; Primò quia omnibus patet, non eſt circumdata ſepibus, homines & iumenta per eam tranſeundo ſemen cõculcant: deinde terra ſecus viam nimium indureſcit, vt potè quæ ab omnibus viatoribus calcatur impune, atque ita propter innatam duritiem ſuam non eſt ſufficiens ad gra-

S. Greg.

num debite cooperiendum. Quid autem hæc ſignificet terra, Sanctus Gregorius ait ſignificare homines in lege naturæ, qui non in via ſed ſecus viam videbantur poſiti, ſicut etiam terra, petroſa ſignificat populũ Moſaicum propter duritiem illius populi, & terra ſpinoſa notat populum nouæ legis. Alii dicunt quod ſignificet capitale vitium luxuriæ, iuxta illud. *Quaſi ſtercus in via conculcabitur: ſicut terra petroſa ſignificat ſuperbos*, qui communiter ſunt duri, & terra inter ſpinas auaritiam; ideo Ieremias clamando ter repetit nomen terræ: *Terra, Terra, Terra, audi ſermonem Domini.*

1 Eccleſ. 9. v. 10.

Hier. 22.

Sed interpretationem Chriſti Domini ſequamur, qui in Euangelio per quadruplicem terræ differentiam, quadruplex genus hominum intelligere voluit, ſcilicet per terram ſecus viam, homines qui propter malam ſui diſpoſitionem, nec bonum habent principium, nec medium, nec finem, qui nec aure audiunt ſapientiam, nec cor inclinant ad cognoſcendam prudentiam: per terram ſupra petram, eos intellexit qui bonum quidem habent principium, malum tamen medium, quales ſunt qui ſapientiam aure percipiunt, ſed cor non inclinant ad cognoſcendam prudentiam: & peſſimum finem: per terram ſpinoſam intellexit homines, qui propter extrinſeca impedimenta non fructificant, licet & aure percipiant ſapientiam, & cor inclinent ad cognoſcendam prudentiam: homines qui nec bonum habent principium, nec medium, nec finẽ, ſunt illi qui malis ſemper aſſuefacti, non poſſunt facere bonum, conſuetudo enim altera natura cenſetur. Ex qua peccandi conſuetudine prouenit, vt illis competant illæ proprietates terræ: Secus viam, quarum ſuperius mẽtio facta eſt, nempè quod omnibus peccatis cor eorum pateat, quod conſcientia eorum ſit, ſicut ciuitas abſque muro, quæ circumdata ab hoſtibus licitè diripitur, ſicut vinea ſinè ſepibus, quæ omnib. viatoribus patet, ſicut domus ſinè foribus, & feneſtris derelicta, per quam aues iumenta, extranei, domeſtici, amici, inimici, liberè pertranſire poſſunt: ſicut cauterium quod ab initio, cũ ignis aduſtione præparatur, dolore afficit incredibili. Sed ſucceſſu temporis ita indureſcit, vt amplius nullus dolor ſentiatur, & hanc ob cauſam fortaſſis diuus Paulus de conſuetudinarijs peccatoribus ait *Cauteriatam habentes conſcientiam.*

Conſuetudo peccandi pulchre quibuſdam ſimilitudinibus illuſtratur.

Phinot. 4. v. 2.

Item ex hac conſuetudine peccandi prouenit vt cor eorũ diuerſis viniis adeò indureſcat vt nec terroribus proſcindit cæleſtium bonorum promiſſis, conculcatum, neque tot beneficijs cælitus ſibi collatis poſſit vnquam fæcundari, neque emolliri, talis enim homo, talis conſcientia nec præſentia reſpicit, nec futura proſpicit, nec prætoritotum vllam habet memoriam: in rebus humanis inhumana: in diuinis temeraria, ideo tanquam dura facie, & indomabili corde vt ait Ezechiel. *Ejicitur & abijcitur à Deo ſua ſibi auxilia ſubtrahente*, Sic abiectus Pharao: Iehu Rex Iſrael, ſic Henricus Rex Angliæ, qui cum etiam ſcriptis contra Hæreſes ſeruiuiſſet Eccleſiæ, Hæreſum tandem veneno infectus ſalutarem pænitentis medicinam aſpernatus eſt, & ſic infelix exceſſit è viuis ignibus cruciandus ſempiternis Hæreſeos, ſi quis autem inquirat vnde tantum malum proueniat, audacter ego dixerim non aliunde niſi ex peruerſa peccandi conſuetudine, tales enim homines audiunt verba Dei ſed aure ſurda nimium, legunt præcepta diuina ac ſi non legerent, non attendunt, non conſiderant, ſi adſunt concioni, ita ſe habẽt ac ſi adeſſent vni comediam, hi igitur habent proprietatẽ terræ ſecus viam, quia granum & ſemẽ verbi Dei non cooperiunt, in cor non recipiunt, ornatum tantum verborum, & flores oratorias, venantur ad ſpiritus autem dulcedinẽ, aut deuotionis ſuccum non attendunt. In quo videntur mihi imitari pictores qui in imagine artificioſam tantum colorum diſpoſitionem conſiderant, deuotionem autem nihil curant, ideo etiam nullum inde fructum reportant.

Ezech. 2. v. 4.

Simile

SED VOLVCRES COELI COMEDERVNT ILLVD. Volucres cęli Diabolos ſignificant, propterea quia in caliginoſo huius mundi aere Dæmones morantur plurimi, nobiſque magna cum aſtutia inſidiantur inuigilantes ſemper vt ſemen bonum auferant, ne in cordibus noſtris fructificet. De quibus congrue poteſt dici illud ſapientis: *qui nititur mendacijs, ſic paſcit ventos, qui ſequitur peccata per conſuetudinem peccandi*, qui habet cor durum, qui ſemen verbi Dei non cooperit per conſiderationem beneficiorum cæleſtium, ille non ſolum paſcitur ventis vanitatũ huius ſæculi, ſed etiam paſcit ventos, paſcit ſpiritus nequã; eſt pabulum Dæmonum; ille quoque non ſequitur Chriſtum obſequendo inſpirationibus illius, ſed ſequitur aues volantes, ſequitur ſuggeſtiones Diaboli, ideo etiam volucres cœli comederunt illud. Contra tam periculoſum, & frequens malum, quale eſt conſuetudo peccandi opportuniſſimum remedium eſt diligenter perpendere quod conſuetudo peccandi, ſicut quælibet poſitio terræ ſecus viam, ſit ſignum reprobationis, quia qui conſuetudinem habet peccandi omnia aſpernatur, contemnit gehennam ad vltionem malorum præparatam, flocci pendit præmia bonis repromiſſas, & tanquam terra dura ſemen ſapiẽtiæ & pręceptorum Dei non cooperit conſiderationem & obſeruantiã, ſed vnũ peccatũ ſequitur aliud, & inde obſtinatio (q̃ eſt mors aĩæ) infelici patre multo infelicior proles generatur.

Prou. 10. v. 4.

ET

Digitized by Google

ET ALIVD CECIDIT SVPRA PETRAM, ET
NATVM ARVIT QVIA nõ habebat humorẽ. hoīes q̃
bonū habent principiū, malū mediū, peſſimū finẽ; p hanc
terram petroſam ſignificantur, quales ſunt qui ſapientiā
audiunt, ſed non inclinant cor ad intelligendam pruden-
tiam, ſemen quippe in petra ſtatim exoritur, quia loca ſa-
xoſa cooperta ſunt modica terra: ideo cito vegetant ſemen
in herbam ex magnitudine caloris, qui ex ſaxo reflectitur,
& ſit bonum principium quia ſapientiam aure percipiūt,
deinde quia non poteſt radicem deorſum demittere, ſur-
ſum erumpit quod eſt malum medium quia non inclināt
cor ad intelligendam prudentiam, ſub hac igitur ſecunda
diſpoſitione terræ comprehenduntur qui auidè ſemen ar-
ripiunt vt in eis maturè enaſcatur, atque per herbam fru-
ctum polliciantur centuplum: verum quia non eſt in cor-
dibus eorum profundè radicatum, ideo vel minima orta tẽ
peſtatis procella relinquunt illud & à ſe abijciunt. Huiuſ-
modi homines non temere comparantur petræ, quia ſe-
men in eis non habet radices, neque humore diuinæ gra-
tiæ humectatur, ſed proprio motu enaſcitur & exortus ſo-
lis ardore ideſt malorum perſecutione ſubitò areſcit. Sol
enim herbas non ſatis radicatas, & parum humoris haben
tes, exſiccat facilè, & areſacit, benè autem radicatas, & in
loco humido poſitas vegetat, & augmentat, atque corro-
borat: pari ratione & de æſtu tribulationum dicẽdum eſt
Epheſ. 3, hæc enim homines firmos vegetat & fortificat, debiles ve
v, 17, rò exurit. *In charitate radicati, & fundati* dicebat Paulus.
In corde autem duro ac lapideo charitas radicari non po-
teſt; nam ſicut petra non eſt mollis, vt à radicibus penetre
tur, ſic cor lapideum gratiæ qua foueatur nõ eſt peruium.
Item ſi ſuper petrā aliquantulum terræ ſpargatur, ſemen
properè exoritur, ſed mox euaneſcit, quia non habet hu-
morem neq; radices, ſic obſtinatorum corda quandam ſpe
ciem pietatis præferunt, eius autem virtutem non habẽt,
2. Tim. 3, ſic de illis dicit Beatus Apoſtolus. *Habentes quidem pietatis*
v. 5. *ſpeciem virtutem autem eius penitus abnegantes.* Talia ſunt
corda hominum lapidea, quæ ad frugem ſemen produce-
re non valent, licet in eis oriri videatur. Tales autem duo
mala potiſſimum incurrunt, vnum eſt, quod à Deo non iu
ſtificentur nec ad bonam frugem perducantur, alterum
quod à Diabolo illudantur, & ſanat quidem Dominus,
Pſal. 146, ſed contritos corde, non deſpicit Dominus, ſed cor contri
pſal. 50. tum & humiliatum, medetur Dominus, ſed contritis cor-
Iſa. 61, de, ſuſcipit Dominus, ſed eos tantum qui ſunt animo con
trito, & ſpiritu humiliato, itaque ſemen quod cecidit ſu-
pra petram non fructificat, quia Dominus non medetur,
non ſanat, nõ reſpicit duros corde, ſed deſpicit huiuſmodi.
Aruit meſſis agri (inquit Ioel) quia non habebat humo-
Ioel 1. rem, quo exortum germen nutriri poſſet & foueri. Conuer
timini (ait) *Dominus ad me in toto corde & ſcindite corda ve-*
Exod. 7. *ſtra, & non veſtimenta veſtra.* Durus Pharao, non eſt ad
Deum toto corde conuerſus, nec eius cor ſciſſum eſt ad di-
uerſa Dei flagella quibus admonebatur vt ſua obſtinatio-
Iob 41, ne relicta reſipiſceret. Tale cor eſt Sathanæ de quo ait Iob
Cor eius indurabitur, & conſtringetur, quaſi malleatorū
incus. *Indurauerunt faciem ſuam ſupra petram, & noluerũt*
Hiere. 5, *conuerti,* ait Hieremias, *& cor ſuum poſuerunt, vt adamantẽ*
v. 3. (inquit) Zacharias. Cor durum fuit in Aegyptijs perſequẽ
Zach. 7. tibus Iudæos, ſed deſcenderunt in profundum ſicut lapis.
v, 12, Hæ ſane videntur eſſe cordis duri proprietates. contritio-
Exod. 15. ne non ſcinditur, precibus non flectitur, minis non cedit,
Eccleſ. 3, flagellis obduratur, & vt lapis tendit ad centrum, & ideo
v. 27, difficile eſt tales iuſtificari. *Cor durum male habebit in no-*
uiſſimo. Magnum ergo donum eſt, habere cor molle & do-
Iob 23. cile. *Deus molliuit cor meum* inquit Iob: Salomon autẽ mul-
3. Reg. 3. tis precibus expoſtulauit cor docile à Domino. Illi autem
cenſendi ſunt duri corde, qui aſtant in templis, inter ſunt
diuinis officijs, & nonnunquam orantes murmurant, ſed
eorum corda mouentur pietate in Deum, nulla dilectione
in proximum, nullo in ſeipſos reſipiſcendi propoſito. Quo
modo ergo vis vt ſemen Dei in ipſis fructificet, ſi potius
ſunt lapides quàm homines, à lapide autem quid expectan
dum? ſterilitas non niſi & offendiculum. Iam vero quan
ta taliū inſania ſit quis neſciat? cum tali ratione ſaluti a-
nimæ ſuæ, quinimo ipſi Deo illudere videantur, quod quā
nnxium audi Salomonem *Abominatio Domini eſt omnis* Prou. 3.
illuſor. Illuſores fuerunt filij Ephrem vt inquit *ſcripturas* v. 31.
intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli, mili- Pſal. 77.
res animoſi verbis, ſed non opere, quia ante pugnam de v. 9.
ſua fortitudine gloriantur, & tempore pugnæ aufugiunt. H
Sic aliqui Chriſtiani oculos in cælum eleuant, deuotione
commouentur, & illuc cum corpore & anima auolare de-
ſiderant, ſi vident virum religioſum in veſte aſpera boni
exempli, determinat relinquere mundum & ſequi Chri-
ſtum pauperem, ſi bonum prædicatorem audiunt lachry-
mantur: ſi proceſſionem diſciplinantium pertranſire ad-
uertunt ſuſpirant, & diſciplinas procurant, ſed quia illuſo
res ſunt, ex minimia occaſione & tentatione omnia hæc
relinquunt, atque ſic bonū habentes principium, malum
exitum, ſortiuntur. Hos etiam Diabolus illudit, ſicut puer
auiculam filo alligatam cui permittit quidem modicum
volare, ſed poſtquàm aliquantulum auolauerit filo ad ſe
retrahit. Quid igitur faciẽdum? adhibendum remedium,
proponenda Deo propria fragilitas, vt auxiliatricem dexte
ram porrigat, iuuet, & ad miſericordiam inclinetur, repe-
tenda ſæpius illa afflicti Iob quærimonia. *Contra folium* Iob 13.
quod vento rapitur oſtendis, &c. Sicut enim Leo parcit ani- v. 26.
malibus humilibus, aquila auibus exiguis, ita Deus infir-
mitatem ſuam recognoſcentibus benignè indulget, & il-
lis *qui alliduut paruulos ſuos ad petram,* ad Chriſtum, & me Pſal. 136
rita ipſius, opportuno ſuccurrit auxilio. Deinde occaſiones v. 9.
vitandæ, fugienda familiaritas peruerſa, quæ nos à bono
propoſito in præcipitium æternæ damnationis retrahit.
ET ALIVD CECIDIT INTER SPINAS. Ter-
tij generis homines verbum Dei recipiunt, & mente per-
tractant, atque ad frugem perducere geſtiunt, & aure ſa-
pientiam percipiunt, & corde, nihilominus tamen non re-
ferunt fructum deſideratum, quia ſcilicet occurunt tres
cauſæ extrinſecæ quæ impediunt, quominus ſemen in il-
lis optimè radicatum et iam maturitate proximum fructi-
ficet, tales autem ſunt, mundi concupiſcentia, ſuperbia vi-
tæ. Hæc Marcus, & Lucas, Matthæus verò duo ponit im-
pedimenta, ſolicitudinem ſæculi, & fallaces diuitias, quæ
blanda quædam ſpecie promittunt ea quæ præſtare nõ poſ
ſunt: & à voluptatibus, diuitijs ac ſollicitudinibus euntes
ſuffocantur, ideſt euntes poſt eas, dum eas ſcilicet ſequun-
tur, & illis obtemperant ſimul cum illis pereunt & tran-
ſeunt. Quia verò teſte experientia ſpinoſa loca ſerpentes li
benter incolunt, vt potè quia inter ſpinas ſecurior eſt illo-
rum commoratio, ideo per ſpinoſa loca, corda, carnis ſollici
tudinibus, anxijſque diuitiarum curis diſtenta, atque exa-
gitata rectè intelligi poſſunt; continuis enim punctionib.
torquentur, ac ferientibus concupiſcentiarum aculeis lace
rantur. Præterea ſpinoſa loca plena ſunt vrticis, & ſpinis
iuxta illud Salomonis. *per agrum hominis pigri tranſiui, &* Prou. 24.
per vineam ſtulti, & ecce totum repleuerant vrtica, & operue- v. 31.
runt faciem eius ſpina. Duo ſemini nocent, vrticæ, & ſpinæ,
duo etiam ſemini diuino imminent maxima pericula ni-
mirum proſpera & aduerſa, proſpera quidem timenda ne
extollant, aduerſa ne deprimant & frangant. Beati ergo
qui in proſperis ita ſe tẽperatè gerunt, vt non ventilent ſe-
men, ad omnem ventum vt ſolent vrticæ, & in aduerſis ita
fortiter ſe habent vt ſpicas ſpinæ non frangant. Per ſpi-
nas etiam homines inertes & pigri, deſignantur ſemẽ quo
que quod cecidit inter ſpinas, inter deſides homines, iner
tes, & pigros, & ad res diuinas rectè tractandas ſegnes ac
ſtolidos; quamuis oriatur, & vt plurimum in germen con-
creſcat, & ad frugem maturitatemque perueniat, ſpinarū
nihilominus denſitate ſuffocatum fructificare non poteſt.
Hæc namque eſt conſuetudo & ſtolliditas inertium homi
num, vt omnia ſua ad frugem perduxiſſe opinentur, cum
tamen mox omnia euaneſcant, quaſi nunquam fuiſſent,
varijs ſæculi ſollicitudinibus diſtracta, & fallacibus diui-
tijs irretita, quarum amor non habet finem, quia creſcit
amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Porrò hæ tri- Poeta.
plices ſpinæ concupiſcentiarum, hæ vrticæ, tripliciter im-
pediunt ne ſemen in bonam frugem exurgat, quemadmo-
dum etiam videmus ex triplici cauſa euenire, quod ſemina
materialia impediantur ne creſcant vel quia ſpinæ, vrticæ,
vel quæcunque arbores vicinæ, humores exhauriunt & ſic.

Digitized by Google

terram reddunt ſiccam & ſterilem, vel quia ſua denſitate ponunt obicem caloris ſolis, rori cæleſti, & aeris flatui: vel denique quia ipſæ ſpinæ impediunt ne in altum pro tendatur, ſed ſuffocetur, & frangatur, ita quoque ſemen cæleſte tripliciter impediunt concupiſcentiarum ſpinæ & vrticæ, in primis exſiccant humorem cæleſtium deſideriorum, quemadmodum enim impoſſibile eſt eundem oculum vertus cælum & terram eleuans ita impoſſibile eſt cæleſtia & ſidera & terrenas concupiſcentias ſimul ſectari, neque ſolum concupiſcentiæ nocent quia malæ, ſed quia multæ; quemadmodum enim fluuius pro pluralitatem riuulorum exſiccatur, ita cæleſte deſiderium pluribus concupiſcentiis tollitur & exſiccatur: deinde ſpinæ concupiſcentiarum, calorem auritus leonum ſolis iuſtitiæ impediunt rorem diuinarum inſpirationum & ſuauiſſimam auram ſpiritus ſancti ne cordibus noſtris aſpiret extra propellunt. Denique

I obſtant quominus ſemen ereſcant & in altum protendatur: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena cogitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Remedium contra hæc tam nociuum impedimentum, licet extrinſecum, oppoſitum tamen eſt perfecta fiducia in Deo. Scit enim Pater noſter cæleſtis quod his omnibus indigemus; ideo de prouidentia eius melius ſentiamus, qui enim dedit nobis eſſe, idem & neceſſaria ad eſſe conſeruan-

Rom. 8. v. 32. dum tribuere potens eſt. *Qui etiam proprio filio non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* nobis neceſſaria non miniſtrabit? cum arbores frondibus, & herbas floribus veſtit. Exulet igitur cæca cupiditas, procul ſit nimia terrenorum ſolli-

Pſal. 54. v. 23. citudo, *iactemus cogitatus noſtros ſuper Dominum & ipſe nos enutriet*, alias timendum ne accidat nobis quam dicit Saluator.

ET SIMVL EXORTAE SPINAE SVFFOCAVERVNT ILLVD. Si nobis pugnandum eſſet aduerſus vnum genus ſpinarum non eſſet grauis pugna, at quia ſimul omnia exoriuntur ſementemque ſuffocant, deſperata omnino victoria, ſic enim vſu venire ſolet: vt ſi nos ſimul tria mala hoſtiliter aggrediantur concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ; & ſic vndique premunt & infeſtent, ſuccumbere nobis neceſſe ſit, niſi diuinus fauor opem tuleriti. Omnes quidem ſpinæ ſuffocant ſementem, ideo etiam vniuerſaliter de omnibus dictum eſt, Chriſtus tamen in explicatione parabolæ maximè id exēplificat de diuitijs & voluptatibus, quia communiter domus diuitum, ſunt vniuerſitates, & Academiæ vitio-

Horat. rum, humi iacentem ſcelera non intrant gazam ait Horat: Luna in plenilunio magis quam alio tempore diſtat à Sole & facilius ecclypſatur, & domus plenæ diuitijs magis diſtant à Chriſto & ſub ſunt vitijs. Quis vnquam diceret diuitias eſſe ſpinas & tamē ſpinæ ſunt, ſpinæ, quæ & animas diuitum acriter pungunt, licet id non ſentiant propter ſecreas vel potius aureas manicas quas habēt, & lanam ouium pauperum exiguam ſupellectilem diripiunt. Crudelis vi-

Num. 22 v. 28. debatur Balaam iumentum ſuum ideo permiſit Deus vt loqueretur Aſina, & diceret. *Quid feci tibi? cur me percutis?* Nonne ego iumentum tuum in quo tu ſemper equitare cōſueuiſti? Sed crudeliores ſunt diuites in ſubditos, qui, tametſi non ſolum vt ſpinæ pungant, ſed planè miſeros excoriens, tamen ne mouere contra ſe permittunt. Suffocant ergo ſemen diuitiæ, & ſimiliter voluptates, cui malo

Prou. 14. v. 13. nullum remedium praeſentius quam ſi conſideremus, *quod extrema gaudij luctus occupat* quod finis diuitiarum fallacia ſit, & obcæcatio, finis voluptatum truculenta mors & calamitas ſempiterna.

EST ALIVD CECIDIT IN TERRAM BONAM, Quarta pars ſeminis cecidit in terram optimam fœcundam, in corda ſcilicet hominum bona, & perfecta, quæ ſemen retinent ac fouent & ad maturitatem cum copioſa fructuum vbertate deducunt. Vocatur autem terra optima ideſt diuina: Deus enim dicitur optimus Maximus quia eſt innocens, & ſinè macula, vt dicit Moyſes in ſuo cātico. Terra ergo optima, eſt, cor innocens, ſimplex, prudēs, ſinè macula peccati, abſque praua vitiorum contentione.

Cic. lib. 1 officior. Enimuerò quæ maiori parte pulcherrima videntur, eā maximè optamus, (inquit Cicero) hinc dicti ſunt optimates, qui primum in ciuitate locum tenent, vel qui opulentiores ſunt, & opem poſſunt ferre oppreſſis. Hinc etiam dicta ſunt prædia optima, quæ munita ſunt optimo iure. In flu-

Gen. 2. Exod. 37. 3. Reg. 6. mine Phiſo naſcitur aurum, & aurum illius terræ eſt optimum, aurum purum abſque vlla metalli alicuius admiſſione. Moyſes veſtiuit arcam auro puriſſimo intus. Salomon fecit candelabrum de auro puriſſimo, perinde eſt dicere aurum optimum, & aurum puriſſimum, terram optimam, & terram puriſſimam, cor optimū & cor puriſſimum, in quo ſemen multum fructificat pro terræ diſpoſitione atque aptitudine. Itaque optima eſt terra puriſſima à ſpinarum vrticarum, & vepriium contagione libera, pinguis, calida, humida, munda, benè culta, plana, Tali ſunt corda hominum Deum timentium, ſunt pinguia ex adipe diuinæ gratiæ, calida, præ charitatis feruore, humore pietatis & deuotionis mundanda, mundata falce compunctionis, foſſa verò atquè perfectè exculta timoris ſarculo quia timor Dei initium ſapientiæ, plana denique per animi puritatem & humilitatem. Talia fuerunt corda Patrum, Abraam, Iſaac, Iacob, Ioſeph, tale fuit cor Noe in medio na-

Prou. 9. Gen. 6. tionis prauæ atq; peruerſæ, quando omnis caro corruperat viam ſuam, fuit patiens in ſuſtinendo depravatos hominum mores cor eius fuit benignum in annunciando

Gen. 7. futuram aquarum innūdationem, pingues operibus iuſtitiæ. Te (inquit Deus) *Vidi coram me iuſtum in generatione iſta*, calidum zelo Dei, irriguum compunctione, timoris ſarculo optimè excultum, iam verò quid dicam de magno illo Abraham Patre gentium, in cuius terra fructus video ſuauiſſimos naturæ humanæ perutiles & ſummè neceſſa-

K rios, obedientiam, fidem, conſtantiam, longanimitatem, *Et ipſe longanimiter ferens adeptus eſt repromiſſionem* ait

Hæbr. 6. v. 15. Apoſt. Optimi certè fructus, ſed non mirum quia etiam optima fuit terra, quæ vt inquit Euangelium hoderinum.

Græca. FRVCTVM AFFERT IN PATIENTIA. Vel ut litera Græcæ habet. In expectatione. Nulla ſanè virtus, nullum opus bonum haberi poteſt ſine patientia, virtus quidem natura ſua amabilis, decora, vtilis, honeſta, & ſummè iucunda, plurimis tamen circumdata difficultatibus, ſiuè illæ procedant ex naturæ humanæ corruptione, ſiuè ex capitalis hoſtibus animæ noſtræ inuidia, ſiuè ex multitudine moleſtiarum, quæ nos infeſtant à die & hora qua naſcimur, vſque ad diem & horam qua morimur, ideo per eā non datur niſi habeat comitem patientiam, quæ ita eſt coniuncta virtuti, vt ſine ea virtus vidua eſſe putetur, nulla enim virtus, nullum bonum opus, nullum præmium ſine patientia haberi poteſt vt inquit Diuus. Paulus.

Ad Ro. 2. v. 1. Ad Corinth. 6. *His qui ſecundum patientiam operibus bonis gloriam & honorem quærunt*, nonne poterat dicere? his qui per bona opera gloriam quærunt, ſed addidit, *ſecundum patientiam*, volens nimirum indicare, quia in multa patientia per bona opera digna meremur præmia. Cu Iudæi illudebant Chriſto in cruce morienti dicendo, *Deſcendat de cruce & credemus ei*; Potuit Chriſtus ſed noluit deſcendere: vnde inquit

Aug. Tract. 37. in Ioan. Auguſtinus, Quia patientiam docebat, potentiam differebat. Sic igitur terra optima cor iuſti fructum plurimum affert, ſed non niſi in patientia, quæ quoniam nō eſt æqualis omnium, non etiam æqualem fructum producit terra quamuis fuerit optima, vt inquit Euangelium.

ET ORTVM FECIT FRVCTVM CENTVPLVM, Lucas ait fecit fructum centuplum, Matthæus verò addit ſexageſimum, & trigeſimum Lucas meritum æternæ vitę eſſentiale indicauit, quod denario deſcribitur, & obſeruationi decem præceptorum reſpondet, denarius autem ſi denario multiplicatur in centenarium numerū

Gen. 26. v. 12. D. Hier. creſcit. *Seminauit Iſaac in terra illa* (inquit Scriptura) *& inuenit in ipſo anno centuplum*, Matthæus verò meritum accidentalis beatitudinis deſcripſit. Porrò ternario fructu vniuerſitas electorum oſtenditur, ſicut enim tres partes ſeminis fructum non referunt, ita certè, quarto pars triplici fructu diſtinguitur, centeſimo ſexageſimo, trigeſimo. Primus fructus autem (autore D. Hieronymo) virginibus ſecun-

D. Aug. dus verò viduis, tertius coniugatis tribuitur. At Auguſtinus centeſimum Martyribus, ſexageſimum virginibus, coniugatis verò trigeſimum optauit. Alio modo (inquit Auguſtinus) ibi erit caſtitas coniugalis, alio modo integri-

tas virginalis, alio modo etiam erit fructus boni operis, a-
Eſa. 56. v. 3. lio modo corona paſſionis, & non dicat Eunuchus *ecce ego lignum aridum, id eſt qui ſeipſum caſtrauit propter Regnum cę
Apoc. 14. v. 4. lorum ego ſterilis ſum. Virginem ſequuto Agnum quocunque ieris.* Pręmia ergo bonorum non erunt æqualia. *Vnuſquiſq.*
1. ad Corint. 4. (inquit Apoſtolus) *recipiet prout geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum, ſiue malum.* Non eſt iniuſtus Deus (inquit Diuus Hie
Præmia bonorũ non erũt æqualia. ronimus) vt diſpar meritum æquali præ compenſet: nam ſicut non eſt æqualis damnatorum pæna, licet eodem igne puniantur, & eadem diuinæ viſionis præſentia priuentur, quidam tamen acerbius, quidem autem mitius affliguntur, vnde ait Dominus
Matth. 1 v. 24. *Remiſſius erit terrę Sodomorum quã tibi. Quantum ſe glorificauit & in delitijs fuit tantum date illi
Apoc. 18 v. 1. tormentorum.* Item in Geneſis. *Septuplum vltio dabitur de Caim, de Lamech autem Septuagies Septies.* Sicut ergo pro
Gen. 4. menſura delicti, erit plagarum modus, ita in domo Patris
Deut. 25. cæleſtis manſiones multæ ſunt, vt pariter pro diuerſitate
Ioan. 14. meritorum diuerſæ ſint & Coronæ præmiorum, Ac proinde non temerè dicitur in hodierno Euangelio, ſemen in optima terra attuliſſe fructum centeſimum ſexageſimũ, & trigeſimum. De Lituania affirmat Guagninus quod a-
Guagn. in deſcript. Lithuan. I. pud Lituanos omnia eadem æſtate ſeminata colliguntur, triturantur, trituratаque in horreis recõduntur, ita vt granum ad ſeminandum de promptum nunc in decem, nunc in octo hæbdomadis centuplum fructum referat, ſed verius puto id ab eodem referri de Podolia, Podolia enim omnium rerum ex terra naſcentium fertiliſſima, adeò, vt colonus quomodocunque in agrum ſemen iniecerit centuplum fructum referat, ſed quid hæc fertilitas in comparatione illius ſpiritualis de qua hic loquitur Dominus quæ affert fructum diuinæ fruitionis, & viſionis, centuplum.

HÆC DICENS CLAMABAT. Clamabat torpentes excitans, quia Chriſtus ex fructu ſeminis honoratur,
Ioan. 15. v. 16. ex ſterilitate verò & otio de honeſtatur plurimum. *Ego poſui vos* (inquit) *vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.* Clamabat quod licet quadruplex ſit terra vna tamen tantum modo optatos fructus proferat, reliquę tres ſteriles & in fæcundæ permaneant, clamabat manifeſtando omnibus, quod ſolus homo ſit cauſa peccati, & ſuę per-
Deus nõ vult malum. ditionis. Nam neque Deus, neque Dæmon, neque eius inſtrumenta mundus, & caro cauſa peccati ſunt, ſed ſolus homo. Deus quidem autor peccati eſſe non poteſt, quia peccatum non eſt niſi à mala voluntate. Mala voluntas in Deo eſſe non poteſt. Deus enim neque vult malum, nec poteſt eſſe malum, Deus enim, cum ſit ſumma bonitas, malicia in eo locum non habet, & hoc euidens diuinitatis ſi-
Deut. 32. v. 31. gnum, vt dicebat Moyſes. *Non enim Deus noſter eſt vt Dij eorum & inimici noſtri ſunt iudices*; non delectatur peccatis hominum Deus verus, ſicut Dij falſi: deinde peccare eſt deficere, Deus autem deficere non poteſt, conſequenter neque peccare. Dæmon etiam non eſt cauſa peccati, quia de eo in Euangelio dicitur, quod non tollit ſemen de terra bona, ſed tantum de terra ſecus uiã, non tollit ſapientiam & fidem in corde receptam, & bonis operibus abſconditam, ſed tantum de terra dura exphantaſia, potentia corporali, quia ſapientiam, & fidem phantaſia ſolum apprehendimus, in quam Dæmon operari poteſt tanquam potentiam corporalem, non autem intellectu, & voluntate: quia ergo ſolus homo eſt cauſa peccati deficiens: ideo Chriſtus clamabat dicendo.

QVI HABET AVRES AVDIENDI AVDIAT. Beati qui donati ſunt his auribus audiendi, obediendi, & intelligendi. Erant omnes diſcipuli circumſtantes auribus ditati, ſed non omnes intelligebant ob ſua demerita, & Dei iudicium occultum. Deus omnibus loquitur, & ſeip-
Pſal. 84. v. 9. ſum inſinuare geſſit, ſed non omnes dicunt cum Dauide. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Et cum Aba-
Abac. 2. v. 1. cuc. *ſuper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum & contẽplabor quid dicatur mihi a Domino.* Clamabat igitur exhortando vt auris noſtra audiat ſapientiam, & cor inclinemus ad intelligendam, & ſuſcipiendam prudentiam, ne extrinſeca impedimenta carnales concupiſcentiæ fallaces diuitiæ, amatæ voluptates, ſemen ſapientiæ virtutis impediant, quominus in terra bona, & optima ſeminatum centuplum fructum afferat in patientiæ. Da nobis Domine aures ad audiendum, da cor docile ad veram ſapientiam recipiendam, da gratiam ad faciendum quod iubes, quia tibi ſinè te placere, non poſſumus. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum Amen.

INSTITVTIO Moralis.

Dominicæ Sexageſimæ.

De diligentia & ſolicitudine.

Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.

Egeſtatem operata eſt manus remiſſa; manus autem fortium diuitias parat. Lucæ 8. v. 5. Prou. 10. v. 4.

INter plurima eaque præſtantiſſima antiquitatis monumenta, formis elegantiſſimis, in ære ante aliquot annos Romæ impreſſa, pictura quoque hieroglyphica admodum ingenioſa extat, ex vetuſta tabula marmorea deſumpta; quæ aſſeruatur in ædibus Octauiani Zeni, prope theatrum Pompeij, & Campum Floræ. (A Octau.) Hæc de re ruſtica, & de eo qui exijt ſeminare ſemen, egregia in ſe præcepta continet. Nam in ea depictus fuit homo robuſtus, ſolis & aeris incommoditatibus expoſitus, amictus veſte ſimplici, & habitu ruſtico, penes hunc bos, poſt ipſum ſpicæ duplicatæ, & arbor fructibus onuſta, leo, canis, & ſerpens: ſuper hunc ſol oriens, radijs vndique fulgens, ex vna parte & ante ipſum tres lampades: ex altera parte luna, & ante ipſam quatuor lampades, ſeu faces, atque per aerem coruus volitans, illiuſque ceruicibus quaſi imminens, & crocitans, & deſuper inſcriptio fuit: & AGRICOLA COLONVS. Hoc ſimulachro expreſſa videtur omnis induſtria diligentia, ac fortuna eius, qui exijt ſeminare ſemen ſuum. (Pierius Valerianus Hieroglyficorum lib. j fol. 23. in paruis.) Nam hic debet eſſe robuſtus, & ad laborem natus, vt patienter tolerare poſſit frigus hyemis, & æſtus ſolis, debet eſſe fortis & prudens: ideo etiã fortis ac animoſus depinguitur leo penes ipſum excubare, qui eſt ſymbolum fortitudinis: & ſerpens, qui eſt ſymbolũ prudentiæ, Neceſſe quoque eſt, vt diligenter & rectè excolat terram, quod ſignificat bos, canis vero edocet, vt inuidorum latratus non curet. Ne deficiat, coruus admonet ad aſſiduitatem & perſeuerantiam, adhortando clamoribus, pluuiamque futuram promittendo; ſed quoniam non ſufficit diligentia, & humana induſtria, verum requiritur quoq; cælorum fauor, idcirco ſol & luna depinguntur. Luna depingitur quia humoribus terrã reficit, & humectat, quæ nimio calore interdiu languerat: iuxta quam quatuor faces, quæ quatuor lunæ mutationes deſignant; nouæ, ſ. creſcentis, plenæ, & decreſcentis, ſed quoniam, vt commune adagium occinit. Ad radios lunæ nõ matureſcit botrus, depingitur ſol, cuius occulta & abdita vi, lumine & motu, producuntur atque conſeruantur omnia: ante ſolem tres lampades collocatæ ſunt, quæ tria ſolis tempora indicant, nempè ortum, meridiem, & occaſum, quæ ceu faces quædam prælucentes operum & laborum, atq; omni diurno negotio conuenientes notæ ſunt. Myſteriorum huius hieroglyphici exactam abſolutamq; ſignificationem, longum eſſet declarare: nunc ad propoſitum noſtrum ſufficiat magna diligentia, & expeditione opus eſſe, vt ille qui exijt ſeminare ſemen ſuum, poſſit ſpicas, manipulos, & fructus ex arbore colligere, quę penes agricolam depingitur. Non ſufficit rectè operari, ſed neceſſaria eſt diligentia, vt iterum atq; iterum operi incumbat, qui ſalutis ſuæ fructus, æternam nempè fruitionem colligere vult: quia *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat.* (Prou. 10.) Homo robuſtus agriculturæ præficitur, quia manus fortium diuitias parat: manus autem remiſſa non ſolum, vt

Hebtæ

Digitized by Google

Hebræi legunt, manus fraudulenta eſt, ſed etiam pigra, proiecta, & demiſſa, nam pendentes & proiectæ manus ſocordiã & pigritiam præſeferunt. Manus quidem fraudulẽta parat egeſtatẽ, quia qui fraudib. & vſuris diteſcunt, ad extremam communiter paupertatẽ deueniũt, malè partis, peius dilabentib. ſed quomodo manus otioſa & pigra egeſtatem parat, quæ nihil agit? ita ſanè nihil agere vř, aliq̃d tñ agit, aliquid operatur. Et quid illud? paupertatẽ ſibi format, ſibi adſtruit, & cumulat, nec oĩno quidẽ ſocors eſt vir negligens; aliquid, enim ſemper actitar. Audi heſiodum:

Heſiod.

Non enim piger vir implet domum:
Neque differens ſtudium ſanè opes auget.
Semper differens vir cum damnis luctatur.

Hæc ſunt illius metra ex Græcis fideliter expreſſa: ex quibus liquet, manus hominis pigri, non omnino otioſas eſſe, ſed aſſiduam cum ſuis ærumnis ac calamitatibus luctam gerere, nam ex ſocordia & pigritia, quotidiana eueniunt damna & detrimẽta, cum quib. manus conſerere oportet. Et quidem lucta iſta longè grauior eſt illa, quam ſolicitus & induſtrius homo cũ labore aſſiduo habet: ex hac. n: ipſe ampla ſpolia refert, huc accedit, quòd in dies accreſcentia lucra, & fœlices vbereſq; prouentus parti, leuiſſimum facilemq; laborem reddãt. In altera verò deſes ac ignauus homo ſpoliatur atq; diripitur, atq; ita dum ille prædam agit, hic in prædam agitur, non eſt ergo vndequaq; ab omni opere homo piger immunis & vacuus, nec nudam paupertatem manus otioſa operatur, ſed veneno paupertatem infectam, ſ. rapinis, furtis: & ideo aliqui ex Rabbinis ſic traſferunt. Virus operata eſt ſibi manus otioſa. Et hanc ob cauſam fortaſis otium appellari ſolet torpor, & torpedo. Eſt autem torpedo piſcis, qui veneno inanis piſcatorum rete trabentium inficit: vt circa finem ſermonis, hæc quæ hic dicta ſunt replicando referam. Manus aũt fortium diuitias parat. Licet. n. diuitiæ & frugum abundantia beneficio cœli, ſolis, lunæ, acquirantur, vt Hieroglyphicum præmiſſum expreſſit: non ſinè magna tamen ſolicitudine, pertinaciq; labore: nam impigri ad labores queslibet ſubeundos diuitias affatim ſibi aggregant: præcipuè verò qui agricultura occupãtur: ideo aliqui prædicta verba ſic transferunt. Manus autem fortium decimabit, qui. n. ſolicitè & cũ labore terram colit, non ſolum ſibi victum ſuppeditat, ſed & decimas ijs quib. ſoluere eas tenetur parat, quia ſeminans ſemen ſuum labori non pepercit: magnam fructuum omnium vim copiamq; percipit, ex quib. amplas & vberes decimas pendere queat: & ex fide ſolutionis decimarum amplius diteſcat. Omnis quidem manus fortium & ſolicitorum, ſic diuitias comparat: maximè tamen manus illorũ, qui gnauos ſe ac fortes ad opera bona, quæ ſunt ſemen diuitiarũ æternarum applicant. præcipuè tamen ijs id ſortis euenit, qui præſunt, iſti enim ſunt qui exierunt ſeminare ſemen, Dei virtutes inſerendo cordibus hominum. De iſtis ergò primum loquemur, nimirum cum quanta diligentia & ſolicitudine officia ſua exercere debent, vt diuitias ſibi & Reipub. comparent. Deinde quanta ſedulitate opus eſt, vt ex ſemine bonorum operum fructus æternæ fruitionis colligamus, & perpetuas diuitias manu forti in cœlo aggregare valeamus.

C

Qui primus ſceptri vſum Regibus tribuit, magnum eis
Hẽricus Stephan. Iliade 1. Cent. 2. fol. 54.
præſtitiſſe honorem putatur, honorem. n. quodammodo diuinum. Nam ſceptrũ ab Henrico Stephano, appelatur virgula diuina, ab alijs virgula Mercurij, non ſolũ propter eam quã ſceptrum repræſentat diuinam poteſtatem, quantum ad dominium mortis & vitæ, præmij & penæ, quia ſicut Deus põt occidere & viuificare, ſic & qui perſonã eius
Ezec. 19. v. 14.
gerũt poſſũt morti tradere, & à morte liberare: ideo Ezech. *Virga furoris ſceptrum Domini*. Et vbi in Geneſi dicitur.
Gen. 49. v. 10.
Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda. Litera Hæbrea habet: non auferetur virga: quia verbum Sebeth in rigore ſignificat virgam. Neq; tamen propter hanc ſolam poteſtatem puniendi, voluerunt ſceptra regum eſſe inſignia: ſed etiam propter poteſtatem patrandi mirabilia. Facere miracula, diuinæ poteſtatis eſt, quod tñ ſceptris tribuebant antiqui: ſic finxerunt de Pallade Dea ſtupendis actis inſigni, de quibus Antiſthenes integrum compoſuit librum: vnde de Vlyſſe refert Homerus, quod ex ſene iuuenis, ex iuuene ſenex mutatus ab ipſa fuerit.

Hom. in Odiſſ.

Comminus aſſiſtens Ithacenſ Pallas Vlyſſem
Reſtituit ſenio, diuinæ verbere virga.

Idem dicebat de Mercurio, quod is virgam fecerit alios dormire profundiſſime, & alios perpetuo vigilare:

Homer. Odiſſ.

Tum manibus virgam capit aureolam atq; decoram:
Hac, quibus eſt viſum, demulcet lumina ſomno:
Atque alijs rurſum diſſoluit lumina ſomno.

Virgilius quoq; recenſet de eodem, quòd virga iuriſdictionis eius ſe extenderit ad ipſum vſque infernum; inde. n. aliquas animas eripiebat, alias eodem deprimebat; ventos regebat: tonitrua faciebat, homines transmutabat.

Virgil. Aenei. 4.

Tunc virgam capit: hac animas ille euocat Orco,
Pallentes alias ſub triſtia tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitq;: & lumina morte reſignat,
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila:

Occaſionem iſtorum figmentorum fortaſſis ſumpſerunt poetæ ex ſacra ſcriptura vbi legitur: q̃d Moyſes apud Pharaonem, multa ac inſolita ediderit portenta, per virgam ſibi diuinitus traditam, quidquid tamen ſit: magnum præſtiterunt honorem Regibus antiqui, cùm in ſymbolo ſceptri, poteſtatem puniendi & prodigia miraculaq; faciendi eis tribuerunt, ſed præter hoc admonent Reges, & alios in dignitatibus conſtitutos, ſolicitudinis, diligentiæ, & laboris; ac in memoriã reuocant obligationes, quæ has dignitates conſequũtur. Antiquitus aratra erant inſignia Regia aratro pro ſtemmate vtebantur Reges: non ſolùm propterea, quia primum inſtrumentum fundandi ciuitates erat aratrũ, vnde prouerbiũ: circũducere aratro, i. ſignare ſpatiũ &c. & quia ad Regem pertinent fundare Ciuitates, ideo meritò pro inſignibus ei tribuitur inſtrumentum à quo incipit fundatio. Nec etiam propterea ſolùm, quia nullius poteſtatis eſt deſtruere Ciuitates præterquam Regiæ: porro ſignum deſtructionis alicuius vrbis eſt aratrum, vt dicitur in ſeptimo digeſtorũ. vbi Modeſtinus ait: Aratro in ciuitatem inducto ciuitas eſſe deſinit. Et ita factum fuiſſe Carthagine referunt Hiſtorici. Hoc etiam innuit Horat.

Horat. 1. Carm.

Imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Cicero.

Et Cicero ſecunda Philippica dicit: vt vexillum videres, & aratrum circumduceres; cuius quidem vomere partem Capuæ penè perſtrinxiſti. Sed potius propterea, quia ad Regiam dignitatem aſſumebantur ditiores: tunc autem quãdo homines viuebant ex agricultura nullæ diuitiæ erant, in maiori pretio, quàm illæ quæ colligebantur ex fertilitate excultæ terræ: & ij hominum in maiori veneratione ac honore habebantur, qui plus de hæreditate & agris poſſiderent, conſequenter qui erant diligentiores, magiſq; ſoliciti, nec non laborioſi circa agros aratro ſulcandos: hi imperio Regijſq; ſceptris digniores æſtimabantur, ac potè de quibus maior ſpes erat, quòd ſit in negotijs œconomicis magna ſolicitudine alios excellebant: ita in rebus politicis, & ad gubernationem Reipub. pertinentibus ſedulitatem labore, conatu, quam plurimum vigere deberẽt. Hanc ob cauſam aratro pro ſtemmate vtebantur, vel baculo aratri: vnde aratrum ſceptri quoque origo eſt. Itaque ſceptrum admonet vt Reges, iudices, & quicunque ſuperiores cæteris diligentiores & magis viuidi eſſe laborẽt ac ſatagant, quia egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortiũ diuitias parat, regna amplificat, populos lætificat.

D

Quo ad oẽs ſenſus in Regibus, iudicibus, & quibuſcunq; in eminẽtiori ſede poſitis relucere dẽt ſolicitudo & diligẽtia quo ad viſũ: vt diligentiſſimè cauſas & negotia tã publica quã priuata inſpiciãt, perpẽdant, cõſiderent, prouideãt. Quid enim iuuat videre & non prouidere? nam & bruta animalia viſu prædita ſunt, reſque obtutibus ſuis obuias intuentur: ſed vlterius non progrediuntur, non enim conſiderant viſa, nec prouident iis quæ oculis adapertis vident. Quid profuit illis qui Iob afflictum viſitarunt, ſeptem diebus cum eo permanſerunt, & viderunt dolorem eius vehementem? ſiquidem neceſſitatibus, & infirmitati eius prouidere neglexerunt. *Mathathias autem & filij ſui viderunt mala quæ fiebant in populo iuda & Hieruſalem*: quia autem viderunt ſolicitu, ideo Rempubl. Iudæo- 1. Mac. 2

rum ſplendori antiquo reſtituerunt. Debent etiam eſſe ſoliciti & diligentes quoad auditum, vt non ſolùm audiant, ſed quæ audiunt percipiant, exaudiant, & prouidiant; nam & bruta ſonos quidem vocis porrecta aure hauriunt, ſed quæ dicuntur non percipiunt. Imitentur ergo in hoc Deũ cuius facilitatem in audiendo clamores, & voces hominũ cum ſcriptura commendat dicit, quòd non ſolùm audit, ſed exaudit, ſic audiuit Dauid prophetam: *Ad dominum clamaui, & exaudiuit me.* Et de Chriſto Domino inquit D. Paulus: *Offerens preces ad Deum cum clamore valido & lachrymis exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Debent præterea non vna ſed vtraque aure audire. Si enim duo inter ſe cõtendent, non vtramque aurem vni litigantium porrigere debent: ſed ſi vnam præbuerunt vni, alteram alteri relinquant. Debent audire ſemper, & toties quoties, vt audiant poſtulatur ab eis: niſi fortè velint, vt in eos conueniat id, quod olim Alexandro à paupercula muliere dictum fuit: proinde nec Rex eſſe velis. Debent audire omnes, non ſolùm præſentes ſed etiam abſentes, ac longè diſtantes, hanc ob cauſam fortaſſis Cretenſes depingebant Iouem ſinè auribus; vt denotarent quòd ſupremus, & quicunque iudex, ante & retro, præſentes & abſentes, audire debet. Quoad olfactum etiam gnari & ſagaces eſſe debẽt: quid enim ita neceſſarium eſt eis quibus aliqua competit gubernatio, quàm prudentia? vt alias dictum eſt Olfactus autem prudentiam ſignificat: nam quemadmodum odores à longè percipiuntur, ita quoq; vt prudentiæ futura de longè præuidentur ac proſpiciuntur, & hanc ob cauſam prudentia communiter diuinatio quodammodo dicitur: prudens enim facilè, & frequenter ſinè errore, conijcere ac prænoſcere poteſt, quid ex quauis re ſequetur ac eueniet. Vlterius quo ad guſtum, ſoliciti & diligentes debent eſſe prælati, non vt guſtui in omnibus more belluarum ſatisfaciant, ſed vt exceſſus vel defectus guſtus, virtute temperantiæ prohibeant, & moderentur.

Pſal. 115. v. 1.
Heb. 5. v. 17.
Plutarc. in vita Alexandri.
Dominica Aduẽt. in Serm. morali.

Denique quo ad ſenſum tactus vel maxima eis cura ac ſolicitudo neceſſaria eſt: quia *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat.* Diligenter attendere debent, vt quæ honeſta & vtilia ad Reipub. conſeruationem exiſtimant, opere exequantur: vt deſolatis egenis, afflictis, oppreſſis, non verbis ſed auxilio efficaci ſubueniant, imitenturque Deum, cuius vices gerũt, & de quo dicit pſalmiſta. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei: quia liberauit pauperem a potente, pauperem cui non erat adiutor.* Et in alio loco *Propter miſeriam inopũ & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* Hoc præcipuè conſeruantur regna, vt inquit Salomon. *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.* Quod ipſum olim promiſerat Deus per Iſaiam populo Iſraelitico. *Subuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduã, & venite arguite me dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Et hoc vel maximè excitare deberet principes ad diligentiam & conatum, tam circa ea, quæ ſpectãt ad cultum diuinum, quam etiam circa illa, quæ pertinent ad commune bonum Reipub. & particularium perſonarum, abiecta omni remiſſione & negligẽtia.

Pſal. 71. v. 11.
Pſal. 11. v. 6.
Prou. 29. v. 14.
Iſ. 1. v. 18.

E

Nec minus iuuat ad aſſequendam hanc virtutem honeſtas, vtilitas, atq; iucunditas eiuſdẽ. Honeſtas eius tãta eſt, quòd homines velut expertes corporis in Angelorũ agmina transfert: diligentia enim virtus Angelica eſt, alacritas, & celeritas cæleſtis curiæ propria eſt; ac proindæ expeditio hæc ad bona operas, & ad virtutum actus abeundos ſimillimos nos Angelicis Spiritibus efficit. Illi. n. ad iniunctas operas prõptiſſimè aduolitant, ſicut ſcriptũ eſt: *Qui facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem:* tam. n. ſpiritus quàm ignis nomina mirã velocitatẽ ſignificant, hos igitur, hoĩes ſeduli, & laborioſi. aptiſſimè referunt, & repræſentant. Vtilitas verò eius tanta eſt, vt nihil non modò magnum, ſed ne bonũ quidẽ ſinè diligentia, quæ, & appellatur ſolicitudo præſtari poſſit: hæc vna virtus eſt, quæ cæterarum omnium lucra mirificè auget, cum eas ad ſuorum actuum intenſionem, ac perfectionem impellit, vt mirum ſit è duobus chriſtianis eoſdem actus exercentibus, æquali tempore perſeuerantibus, alterum decuplo ſanctiorẽ altero eſſe, ob vnum diligentiæ minoris, maioriſuè diſcrimẽn; quod obſeruatione digniſſimum eſt, & animos nobis vehementer concitare ac perſtringere deberet. Ex illa vero prõptitudine & agilitate cæleſti, multiplex oritur delectatio, virtus quippe dum exactius exercetur lætitiam procreat, & clementiſſimus Deus hilares datores quos ardentius diligit, hac ẽt in valle cumulatius conſolatur. Videtur certè (humanum dicimus) Rex ille liberaliſſimus ſingularẽ ex diligentiæ virtute ſibi delectationem elicere, more Imperatorum: qui dum ſtrenuos milites expeditè ſe armis exercẽtes intuentur, impensè delectantur: ac ipſomet oblectamẽto, fiunt ad munera propenſi. Sicut. n. negligentes animi quaſi plumbei ſotent, ad opus tardè & prope inuiti procedunt, ſpectantiſq; Dei oculos grauiter offendunt: ſic expeditos ad hilatiter ad laborem feſtinantes, oculis eiſdẽ impendio magis placent, & ad largitionem alliciunt.

Illud quoq; vehementer allicit ad virtutum diligentiæ aſſequendam, quod ad præcipuam virtutem cardinalẽ pertineat, nempè prudentiam. Eſt enim diligentia animi ſtudium, cum expeditione ad aliquid agendum prudenter, & iuxta rationis præſcriptum. Prudentia autem eſt virtus propria eorum, quibus regimen commiſſum eſt, cum. n. proprius prudentiæ actus, qui eſt in intellectu practico, ſit præceptum: illorum herculè propria virtus eſt, quibus cõpetit præcipiendi authoritas, neque tamen ſubditi quoque hac virtute carere debent: quia ſolicitudo & diligentia non ſolum præcipiendi authoritatem, ſed & obediendi ſcientiã, aliaſque virtutes omnes afficit, atque ita vniuerſis Ieſu Chriſti ſeruis competit, tanquam modus quidam neceſſarius, quem opera Dei cuncta tam politica, quàm ea quæ ad ſalutem ſpectant omnino requirunt.

F

Quapropter ſi in rebus politicis, & quæ ad rectam gubernationem pertinent neceſſaria eſt ſolicitudinis virtus; quantò magis in materia ſalutis ſolicitè procuranda eſt Dei gratia, & æterna beatitudo? Id expreſſiſsè videtur Salomon in prouerbijs per comparationem ad auidum mercatorem, & foſſores, eruentes ex viſceribus terræ & extrahentes theſauros. *Si quæſieris eam* (inquit) quaſi pecuniam, hoc ad mercatores pertinet. *Et quaſi theſauros effoderis eam,* hoc ad effodientes theſaurum ex abditis fodinis terræ ſpectat, vtraq; ſimilitudo egregiè declarat noſtrum intentũ. Nam in primis certum eſt, cælum proponi nobis venale, vt inquit Clemens Alexandrinus. Ne pigeat (inquit) laboraſſe, ſi velitis pretioſiſſimam ſalutem, emere pro theſauro, charitate & fide vitæ. quod quidem iuſtum eſt pretium. Et D. Baſilius: qui viam Euangelicam incedimus, mercatores ſumus, per opera mandatorum nobis poſſeſſionem cæleſtium comparãtes. Et D. Aug. Venale eſt regnum cælorũ, dicis illi: quãtum valet? Pretium illius labor eſt. Et D. Ambroſ. Chriſtum (inquit) nobis ad ſpem ſalutis æternæ, non auro & argento, ſed fide & deuotione mercamur. Et D. Chryſoſt. Nundinæ, inquit, profectò mirabiles ſunt, harũ nulla eſt alia poſſeſſio & negotiatori nulla alia intentio, quàm paruo quidem emere, magno vendere; nam ea cuiuſq; negotiantis induſtria, num negotiatoris alia eſt ratio, quam quòd minori emit, vt maiori pretio vendat, atq; duplicatam ſibi ſummam inuenit? Tales igitur nundinas nobis propoſuit: modico iuſtitias eme, quo permagno vẽdas, in futuro ſæculo, & ob hanc cauſam ſimilitudo nundinarũ optimè quadrat ad exprimendã curam, in ſolicitè quęrẽda ſalute; vt conſtat ex meditationibus D. Baſilij, cuius interrogatio eſt eiuſmodi: de nundinis illis, quæ in ſanctorũ celebritatibus. fiũt. quid? Nã conſtat olim fideles publicas nundinas diebus, ſanctis Martyrib. conſecratis, celebrare ſolitos & iuxta eorum ſepulchra: cuius moris peruetuſti veſtigia quædam ad nos vſq; peruenerunt, in quibuſdam. n. vrbibus ſolemne eſt nundinas peragere eo die quo feſtum alicuius eſt ſanctis habetur celebrius: atq; eo ipſo die ſanctorũ reliquias, ſi quas habent, religionis ergo, publicè viſendas proponere. Reſpondet aũt Baſilius, proprerea nundinas illis diebus ac locis celebrari, vt mercatores eò conuenientes, quemadmodum res venales emere, ſic ẽt cælũ & beatitudinem mercari diſcerent: adducentes, ſ. in memoriã tormenta, & cruciatus martyrum: his. n. impenſis illi gloriã coemerunt, & eiſdem nobis compatãdã eſſe docuerũt.

Quam-

Prou. 2. v. 4.
Clemens Alexandrin. in Patæner.
Vbi.
D. Baſil. Homil. in princ. prou.
Augu. de verbis domini. ſermon. 5.
Ambroſ. de Benedit. patti. cap. 6.
D. Chriſ. Hom. 5. de pœnit.
Baſilius in libro meditat.

Digitized by Google

Quamuis aūtē eo loci mercatores exagitet, qui ad eum modum circa Martyrum ſepulchra negotiantur: tamen aliam illis tradit negotiationem, aliam mercaturam præſcribit, alias nundinas aſſignat: in quib. eſt venalis beatitudo, & tribulationib. perpeſſionibuſq; coemitur: chriſtianos, inquit, ad Martyrū conditoria, aut illis cōtigua loca inuiſere licet; vt ſanctorū cōſtantia admoniti, in qua illi, ne pietatē amitterent ad necē vſq; perſeuerarunt: ipſi quoq; ad ſimilis æmulationis fortitudinē incitētur, vt, ſ. iiſdē, quib. illi

2. Cor. 4. v. 17. cęleſtē beatitudinē mercentur. Audi Paulū. *Momentaneum & leue tribulationis in hoc ſæculo. ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Gaudeat igitur ille, qui non ad momentum cruciatur, ſed diuturnas ſuſtinet moleſtias: quando, quidem eſt ſimilis illi, qui ad copioſiſſimas nundinas, magnam auri & argenti vim affert, & ſanè tēpus illud, quo tribulationibus vexamur, appoſitè admodū cum nundinis conſertur, id. n. nundinarū propriū eſt, vt quā diu peraguntur, mercatorib. liceat ſua diuendere, nihil tributi cauſa venditionis pendentibus. Cogita igitur apud te, ita hominem proſperitatis tempore de cæleſtibus mercibus contractus inire; vt tamen multa quaſi tributi loco appendere cogatur: multa inquam carni, multa cōcupiſcentiæ, multa item mundo velut de induſtria tribuere. At verò tribulatio, hominem veluti ad nundinas trāsfert, & ab omni vectigali liberum, cæleſtium mercium negotiationem ac mercaturam exercere ſinit, nā cum homo tribulationib. & aduerſis rebus vel angitur vel affligitur, nihil carni, nihil cōcupiſcentiæ, nihil cupiditatibus penſitat, ſed ab omni immunis tributo, integrum ac ſolidum lucrum, quæſtumq; ſibi corradit, Rectè igitur ſolicita cæleſtiū comparatio ad nundinas comparatur, porrò mercatores innūdinis vel emūt merces, vel permutant, vel certè vi rapiunt, aut furantur: cęlum quoq; venale eſt, emere illud neceſſe eſt. Malū eſt, malum eſt dicit omnis emptor, & cum receſſerit tunc gloriatur inqoit ſapiens. Hūc mercatorū actum

Salonius ad ſpiritualem ſenſum venuſtè transfert Salonius Viennēſis Epiſcopus. Ille inqoit veraciter eſt emptor, qui ſibi æterna in cælis præmia comparare deſiderat: ipſe nimirū emere deſiderat, terrenis cęleſtia, caducis manſura, temporalibus æterna. Talis ergo emptor, quidquid patitur in præſenti, malum eſſe dicit, quia malum eſſe intelligit: attamen quia omnia aduerſa pro Deo patienter ſuſtinet, cum receſſerit de mūdo tūc gloriabitur, quia perueniet ad beatitudinē.

Nihilominus tamen id diſcriminis intereſſe dixerim, inter eos qui laborib. pro Deo exanthlatis cęlū mercantur, & eos qui alijs iuſtitiæ operib. illud nāciſcuntur; quod versatur inter eos, qui auro & argento merces emunt, & eos qui æreis nūmis contrahunt, illi. n. leui laborū pōdo quaſi

2. Cor. 4. v. 17. auri & argenti æternā vitam redimunt, iuxta illud Pauli: *Quod momentaneū eſt & leue &c.* Hi aūt multa opera quaſi æreos nummos conferant neceſſe eſt, vt poſſint tantā rem pretio cōpenſare. Rurſus permutat, vendit, mercator: ſic. n. opus eſt. Elegātiſſima ad noſtrū propoſitum verba habet

Plato in Phędon. Plato in Phædone: Præclatū eſt inquit voluptates voluptatib. dolores dolorib. & metū metu, & maius minori tanq̃ nummos cōmutare: ſed ille duntaxat rectus & aureus nūmus, cuius gratia reliqua oportet cōmutare, atq; venundare, ſ. ſapientia. Quapropter ſicut hi qui ęnea numiſmata argēteis vel aureis pmutant, magnā vim, & ingēs pōdus æris exiguo valde auri vel argēti pōdo cōpenſant: ita pariter, q ex Platonis ſentētia ſapientiā permutatione ſibi parare volūt, laborū, ſollicitudinū, moleſtiarū, atq; aliarū quarū libet temporalium rerum ingētes aceruos & cumulos, pro qualicunq; ſapientiæ gradu erogare debēt. Demū auaritia auidos hoīes ad illicita furta impellere ſolet, cū aliter lucra parare nō poſſunt. Auidus ēt ſapientiæ chriſtianus, furto quodā honeſto illā ſibi acquirere pōt. *Principiū ſapientiæ, poſſi-*

Prou. c. 4. v. 7. *de ſapientiā, arripe illā, & exaltabit te.* Rurſus quemadmodum auarus inſatiabili quadam dite ſ. endi appetentia ſemper laborat, de quo illud vulgo iactatur: creſcit amor nūmi quātò ipſa pecunia creſcit, ad eundē modū contingit ſapiēti, ſic igitur mercatoris ſimilitudo ad diligentē cęleſtiū inquiſitorem congruè adaptatur. Nec minus elegās eſt altera ſimilitudo de effodiente theſauro, ad perſuadendam vigilantiam in quærenda ſapientia & ſalute, & quaſi theſau

H

Beda. ros effoderis eā, in hunc modū eleganter Beda: qui theſauros effodit; eijcit terrę rudera, facit in altū foueā, & ſedulus inſiſtit labori, donec theſauros quos quirit attingat, & qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat; quidquid ſibi terrenū eſſe cōpererit expurget, foſſam humilitatis faciat. Hæc ille expendens, vocem illā (Effoderit) Accedat verò ad illius ſniam noſtra coniectura, adq; ſagaciori trutinā perpendendo dictū Salomonis, dicit. n. & quaſi theſauros nō foderis, ſed effoderis. Nā theſaurū effodere eſt, tam diu foſſam ducere, quoad fodiendo ad eruendū theſaurum perueniatur. Accipe elegātiſſima Chriſoſtomi verba in hanc ſniam: qui Chryſoſ. in Hom. ſup. orat. Annæ. theſaurum effodiunt in mundo, licet infinitas capiant diuitias, non priùs abſiſtūt, quā totum exhauſerint. Non. n. vt multa tollant, ſed vt nihil relinquant, hæc eos præcipuè cura tenere ſolet, multò magis hoc nos in diuinis facere theſauris oportet, iamdiu effodere, quoad totum effoderimus apparens, apparēs aūt dixi, qm̃ omnia exhaurire nō datur. Rurſus in iiſdem illis verbis laboris magnitudo ſignificatur, quoad ſapientiam & virtutem enitēdum eſt, nā foſſionis labor ingens cēſetur, vnde in eos qui voluptati & otio deditι laborem vitant, vetus fluxit paremia: fodere non didici, apud Ariſtophanem in auibus excuſat ſuam deſidē, & vmbratilem viuendi rationem ſycophanta his verbis. Ariſtophanes. Quid quęſo faciam, qn̄ fodere neſcio? In Euangelio quoq; laboris inſuetus Regis œconomus ſuis furtis obtēdit illud. *Fodere non valeo.* Ergo Salomonis edicto ad ſapientiā ligo Luc. 16. v. 3. ne opus eſt, nam fodiendo, i. incredibili labore cōparatur. Demum dictum fuiſſe effoderis, non foderis, alia de cauſa adijcere poſſumus, nam fodere mercenarij eſt: effodere autē dominus dr̄, qui in agro propriam foſſam agit, ſic diſtinguit eiuſmodi duo verba, fodio & effodio iuris prudentia, vt docet Schardius: ob eā cauſā (iquit) theſaurus effodiētis, non aūt fodiētis eſſe dr̄, ergo in iure ſic decernitur: vt ſi qn̄ mercenarius homo alienum agrum fodiens in theſaurum inciderit, nihil inde percipiat: quia tunc non tam ipſe, quā is cuius operas exequitur, theſauri inuētor appellari debet.

Equidem theſaurum iſtum veræ ſapientię in cordis proprij agro latere docet. D. Hieronim. & Chryſ. vbi ſupr. ver D. Hier. ſic. 1. atq; adeo in ſuo ipſius corde foſſam agere debet, quicunq; ad illum theſaurum peruenire vult, propriam, ſ. ſalutem quærēs. Adde Senecam in Prouerbijs vbi ſic habet: vt auri aliquid extrahamus, terram euertimus: vt ſummū bonum occupemus, & ſapientiam reperiamos pectus ſcrutari piget. Et qui ſuo corde tanquā in agro proprio inuenerit, is iure ipſo vendicat ſuum: qui aūt de ſua ſalute nihil ſollicitus alienæ fortaſſe dat operam, nihil certè diſſidet à mercenario: qui operas alij collocat ſuas, & in alieno fodiēdo agro deſudat: is verò licet ad theſaurū in proximi ſui corde fodiendo pertigerit (ſalutem. ſ. ipſius operando) proximo quidem rem vtilem facit, ipſe tn̄ nihil inde lucri trahit: ſed vide an potius referendū ſit hoc ad voluptatem, & gaudium, quod euenire ſolet his qui poſt diuturnū laborē in theſaurū inciderunt: hanc. n. vim videtur habere verbū, effodio, quod eſt non tantū foſſam agere, ſed rem ipſā defoſſam fodiendo extrahere. Ita ſentire vr̄ Rudolphus, cui libē- Rudolphus. tius aſſentior, vt ſenſus ſit, ſi tanquā theſaurum effoderis illā, ſi nimirum illam fodiendo, i. laborem tuum, & operam ei acquirendæ impendendo, veluti theſaurum eduxeris. Exiſtimo. n. Salomonem his verbis, ita auditorem ſuum ad labores pro ſapientia, & animæ ſalute ſuſcipiendos acuere, vt non foſſorem ſed effoſſorem futurum eſſe promittat, qui nimirum nactus gaudeat atque geſtiat. *Habet* Iob 28. v. 1. *argentum venarum ſuarum principium,* inquit Iob. Venas autem abditi metalli vt aliquis exquirere valeat plura indicia tradit Agricola. Præcipua tamen duo.

Nam primò oportet obſeruare fontes, & ſcaturigines Georg. Agricola libr. 2. de re mettalica. (cùm, ſ. venæ latentis ſuſpicio, aliunde inceſſit) quę ex cliuo vel mōtis radicib. erumpunt: atq; arenas lauare. Solent. n. aquæ erumpentes, auri vel argenti ramenta ſecum voluere, ſin minus latentia metalla produnt ſapore ſuo. *Os iuſti,* (inquit Salomon) *eſt vena vitæ.* Et ſeptuaginta interpretes prou. 10. v. 11. legunt: fons vitę in manu iuſti. Hi fontes obſeruandi ſūt, qui ex montibus doctorū Eccleſię verbis & operib. honeſtatē & vtilitatē redolētib. profluunt. Vtraq; igitur p̄dicta comparatio nos inſtruit, vt dū viuimus in hoc mūdo, non pigrè aut negligenter nos geramus: ne fortè bonis oīb. in futuro ſęculo careamus, ſed exēplo mercatorū, & effodien

R a tium

Digitized by Google

tiũ theſauros diligẽtes ac ſolicitos circa bona opera nos ꝓbeamus, vt plurimas diuitias in cęlo aggregare valeamus. Ad hoc nos ẽt inuitat, & incitat diligentia, & ſollicitudo agricolæ ſupra fuſius explicata. Diligẽtia itẽ & ſollicitudo eorũ qui gubernationi temporaneę præſunt, indignum.n. videtur quòd homines prudentes pro rebus perituris, ſollicitudinem & diligentiam omnibus ſeu ſuum officijs declarent, & in ſola æternæ ſalutis cauſa pigritari debeant.

Maximè verò excitat nos ad diligentiam ſegnities & deſidia, qua cor relaxatur per diuturnum otium, operatur enim paupertatem manos remiſſa, eandemq; veneno inficit. Veneni proprium eſt, ſanguinem primum inficere: hic enim mollis cum ſit, virulentas qualitates facilius imbibit ac excipit, & per venas per quas excurrit, ad cor vſq; deuehit. paupertas autem homini pro ſanguine eſt, cuius rei au-

D.Chryſ. Hom. ſuper epiſt. ad Rom.

thor mihi eſt D. Chryſoſt. qui ſic ait: quanto autem auro omni pretioſior eſt ſanguis, tantò paupertas quàm abundantia melior, ergo cum pigritia venenum ſit & toxicũ, velociſſimè virus ſuum paupertati, ideſt ſanguini affundit, eam inficiens, & ex illa ad cor fraudes, rapinas, latrocinia, & alia innumera ſcelera deportans. Nec qualecunque virus, ſed protſus immedicabile eſt torpor mentis & cordis; qui à manibus ad reliquum corpus, imò ad animum ipſum transfuſus, permeat, eneruat, remittit totum hominẽ, ac torpeſcere omnino facit, virulentam inquam ac morbidam paupertatem efficit, quæ ad multa ſcelera perpe-

Ariſtot. problem. ſect. 29. probl. 4.

tranda impellit. Nam vt inquit Ariſtoteles: paupertas cum ſe malis hominibus adiunxerit, malum irremediabile redditur; hoc eſt venenum, cui nullo medicamine ſuccurrere licet. Inficit autem hoc veneno paupertatem de longin-

Pli. li. 32. cap. 1.

quo, non ſecus ac piſcis torpedo vulgò dictus. Torpedo enim docente Plinio procul & è longinquo ſi haſta virgaue attingatur; quãuis prævalidos lacertos, à veneno illius torpeſcere compertum eſt; & quamlibet veloces ad curſũ, alligari pedes, ſed quid otium cum torpedine cõparatur? Torpedo inficit manus vt torpeſcant, pedes alligat & à curſu retrahit: otium autẽ ita inficit pedes, vt veloces eos reddat ad effundendum ſanguinem, manus ad aliena bona diripienda ac diſperdenda; quod ſane non exiguum malum eſt, ſed nec illud contemnendum: quòd torpor & negligentia corpus & animum afficit eo præſertim tempore, cùm iam hora ſit nos de ſomno ſurgere, quando propior eſt ſalus quam cum credidimus, dũ in proximo eſt occaſus præſentis vitæ, cùm longa eaq; anceps nobis ſuperſit via; ſi ergo viam hanc ſumus emenſuri, quomodo ad curſum non acrius incitamur? ſi enim delicatuli illi ac Epicuro per omnia ſimiles dum vident exiguum, & cito pede elabens tem-

Sap. 8. v. 6.

pus vitæ noſtræ, bona præſentia & oblectamenta diligentiſſimè conquirunt, ad inuicem ſe exhortantes: *Venite fruamur bonis, quę ſunt &c.* Quare nos qui ad ineffabiles mẽſæ cæleſtis epulas ac delicias nati ſumus, inuicẽ cohortari non debemus? Venite operemur bene ad omnes: exeamus ad ſeminandum ſemen bonorũ operum & virtutum. Si prudentes politici ſollicito & inceſſabili laborum impendio exhauriri nil curant, dummodo Rempub. tranquillam, beatam, bene conſtitutam, omnibuſq; bonis auctam & locupletatam efficiant: ſi mercatores diuitiarum temporalium auidiſſimi, Oceanum ſummo timore ac vitæ diſcrimine nauigant, noctes ducunt inſomnes, & ſolem nimis citò exoriri queruntur, capitis, ſtomachi, renumq; dolores perferũt; ne operum ſuorum ſeriem interrumpant, & finem acquirendi faciant: ſi homines auri & argenti ſiti ardentes, innumeris periculis ſe exponunt in intimis terræ viſceribus fodiendo & effodiendo theſauros: ſi agricolæ cæli iniurias, æſtum nimirum & frigus, patienter perferunt, quietẽ ſpõte ſua aſpernantur ac relinquunt, immenſis laboribus calloſos humeros vltrò ſubijciunt, vt tandem aliquando fructum laborum ſuorum colligere poſſint, quid nos facere oportet, pro acquirenda beatitudine æterna?

Certè prodigioſa hæc hominum pro rebus caducis ſollicitudo collata cum illa, quæ cæleſtes diuitias comparat, exigua eſſe debet, properemus igitur & toto conatu curramus, eo, vbi cum ſanctis præmiorum noſtrorum conſortibus exultemus, ſicut exultat victores capta præda: ſicut e-

Prou. 31. v. 18.

xultant mercatores, quorum bona eſt negotiatio, vt dicere poſſimus. *Guſtauit & vidit quia bona eſt negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius*: ſicut exultant agricolæ dũ colligunt fructus in meſſe. Vtinam venientes veniamus cum exultatione portantes manipulos noſtros, & colligamus fructum fruitionis æternæ ex ſemine bonorum operum, quod nobis tribuat, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua.
Dominicæ Sexageſimæ.

De neceſſitate verbi Dei, ſeu S. Script.
Semen eſt verbum Dei. Lucæ 8. v. 11.

Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. prou. 30. v. 5.

CVm d. Paulus ad audiendũ verbum Dei, ad recipiendũ Euãgelium Chriſti exhortaretur fideles, A
quatuor maximas vtilitates ſacræ ſcripturæ ſcribens ad Thimotheũ enumerat, *Omnis ſacra ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendũ, ad corripiendũ ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei.* 2. Ad Thimot. 3. num. 14.
Quantum ad primum effectum, ſacra ſcript. eſt ſicut ſol, iuxta illud *Pſalmi, ſupercecidit ignis, et non viderunt Solẽ* pſal. 57. v. 9.
exuſti, & cõſumpti, ac denigrati paſſionibus, non viderunt ſolem, i. ſacram ſcript. quę docet remedia contra paſſiones, & affectus nociuos, & inter eos diſcernit, ac quæ ſint nociui notificat, ſicut Sol diſcernit inter colores, & lumine ſuo notificat, ideo vtilis eſt ad docendũ. Quantũ ad ſecundũ effectũ, ſ. ad arguendũ, ſeu concludendũ & conuincendũ, cõparat Origenes ſacrã ſcript. laqueo, ſuper illud ſiat menſa cõrã ipſis in laqueũ, vbi ſacra ſcript. exprimitur metapho- pſal. 68. v. 23.
ra per ſimilitudinẽ menſæ, in qua ſunt tanti ſaporis cibi, vt dulcedine eorũ illaqueatus videatur eſſe conuiua, ſic hoĩes mundani illaqueantur dulcedine ſacræ ſcript. hoĩes preſũptuoſi, vi & ingenio ſacræ ſcripturę arguuntur, concludũtur, & illaqueãtur, quia qui prius proprio fidebãt ingenio, ſacra ſcript. concludente, fidei aſſensũ prębent, ſic illaqueãtur multi Hæretici, pſeudopolitici, qui ita vi argumentorũ ſacræ ſcript. concluduntur, vt iã in laqueo eſſe videantur. ſic qui cũ ſacram ſcript. legit ſuadentem mundi cõtẽptũ, fit Religioſus, illaqueatus dici põt, quia ita efficacia ſacræ ſcript. concluditur, vt quæ ipſa iubet faciat ſicut cum quis arguendo ex pręmiſſis ita cõcludit, vt nullus diſſentiat, cõcluſio laqueus aſſenſus dici põt, itaq; ſacra ſcript. eſt vtilis ad arguendum, ad concludendum, ad conuincendum, & quaſi illaqueandum. Quantum ad tertium effectũ, ad corripiendum, quia ſacra ſcript. acutiſſimè corda hominũ penetrat, D. Aug. comparat ſacram ſcript. ad arcum extenſũ, iuxta illud *Iob Sagitta Domini* reiunctæ, ſyriaca ſunt ſacræ Iob 6.
ſcript. non veneno; ſagittæ, quæ à longe tanguntur, nam v. 4.
Deus in cęlo exiſtens habet arcum in manu, cuius ſagittæ ſunt amor & timor, *Gloria mea* (dicit Deus) *ſemper innocabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. ſagittę potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs*, ſagittæ quæ deſcendunt, Iob 29. v. 20.
non occidunt, ſagittæ igneæ quæ faciunt volare peccatorẽ pſal. 119.
ſicut plumam, nam eleuant, augent ſuſpiria, & amorem v. 4.
in Deum incẽdunt, cor quod hac ſagitta corripitur, eſt ſicut flamma candelæ, quæ tremere videtur, & tamen ſurſum tendit. Tremula eſt flamma candelæ, propter aſcenſum, & deſcenſum, nam flamma aſcendẽs deſcendit, quia eget alimento quod habet ex ſæuo & cæra, tale eſt cor hominis ſagitta timoris & amoris Dei, & arcu ſacræ ſcripturæ confixum, & correptum. Quale fuit cor Diui Auguſtini, qui hoc arcu confixus dicebat. Sagittaueras tu Domine cor meum charitate tua, non eſt arcus Dei talis, quales ſunt arcus communes hominum. Multi reperiuntur Au-

thores

thores qui libros ſcribunt, ſed poſtquam ſcriptis finem
imponunt, libros ſub ſcamnum proijciunt, vel Bi-
bliothecis applicant, de quibus vix memoria eſt, non eſt ta-
lis ſacra ſcriptura, arcus meus (inquit Deus) ſemper in-
nouabitur, ſemper in manu inſtaurabitur, ſemper cor-
ripit, ſemper fructificat, timorem & amorem cordibus ho-
minum incutit, & hæc eſt (inquit Deus) gloria mea, hæc
eſt excellentia ſacræ ſcripturæ ſupra libros profanos, qui
in bibliothecis, in puluere requieſcunt. Denique quantum
Exod. 16. ad vltimum effectum ad erudiendum, eſt ſicut manna
quod pluit de cælo populo Iſraelitico, nam quemadmo-
dum manna omnium alimentorum ſapores habebat, &
cum plueret de cælo, omnes ſenſus reficiebat, ſic ſacra ſcri-
ptura, de cælo nobis allata, erudit omnes potentias, & non
ſolum intellectui notitiam, ſed etiam voluntati ſuauita-
tem affert, vt poté diuinitus inſpirata non ſolùm intelle-
ctum, ſed voluntatem & ſenſua in materia rerum cęleſtiũ
inſtruit, quæ eſt eruditio perfectiſſima.

Itaque ſacra Scriptura eſt ſicut Sol, quia docet, illumi-
nat, & accendit. Eſt ſicut laqueus, qui comprehendit
ſapientes, & aſtutos, vi & ingenio ſuo, eſt ſicut arcus in
manu Dei, cuius ſagittæ non occidunt animas, ſed viuifi-
v. 5. cant, & ſalubriter corripiunt timorem, & amorem incu-
ciendo, eſt ſicut manna pluens de cælo quia diuinitus in-
ſpirata. Noſter autem Salomon addit quod eſt clypeus,
omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt, certum eſt quod ſa-
cra Scriptura habet vim armorum offendentium, eſt rum
Apoc. 1. phæa, bis acuta: ideo D. Ioannes in Apocalypſi, dicit ſe vi-
diſſe ſimilem filio hominis, ex cuius ore procedebat, gla-
dius ex vtraque parte acutus, ideſt ſacra Scriptura, & ver
bum Dei, quia Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti
Dei homines, ſed habet præterea vim armorum defenden
Pſ. 5. v. 13. tium, eſt ſcutum quod nos defendit contra omnia tela ini-
mici, immò eſt corona & ornamentum capitis, de quo
Pſalmiſta *Domine vt Scuto bonæ voluntatis tuę coronaſti nos.*
Saluator mundi in hodierno Euangelio dicit quod ſacra
Scriptura eſt ſemen. *Semen*, (inquit) *eſt verbum Dei*, id-
eſt ſacra Scriptura, quia eſt initium, & origo omnis bo-
ni, & omnia bona virtualiter continet, flores & fructus.
Hæc omnia maximam nobis neceſſitatem ſacræ Scriptu-
B ræ inuenit de qua in præſenti inſtitutione loquemur.

Nullus labor eſt vtilior, & laudabilior, quam is quo
vita naturalis conſeruatur in eſſe, huiuſmodi autem eſt
agricultura, de cuius fructu viuimus, idcirco agricolæ
multum honorandi ſunt, quorum ſudoribus, & labori-
bus viuimus, & qui ſuſtentant naturam humanam, vi-
tam noſtram alunt, ac præcipua quæque victui neceſſa-
ria ſubminiſtrant. Hac de cauſa priuilegiati ſunt agrico-
læ tam in lege ciuili, quam canonica, pro tempore agri-
culturæ, quod nullo modo ſint moleſtandi, capit. de agri
colis, qui enim eos tunc inquietat, debet cenſuris puni-
ri, iam verò cum populo chriſtiano nihil vtilius ſit & ſa-
lubrius pro conſeruatione vitæ ſpiritualis, quam ſemina-
tio verbi Dei, mte optimo ſeminatore Chriſti, multum
diligendi ac venerandi ſunt, nec diſtrahendi aliquo mo-
do, eo tempore potiſſimum, quo ad rectè ſuſtentandam
hominum vitam ſpiritualem, partim verbi diuini pabu-
Innoc. 3. lum, partim etiam exemplar virtutum ſitarum præbere
Matth. 4. incipiunt. Quod ſanè pabulum Innocentio III. vt habe-
v. 4. tur extra de officio iudicis ordinarij, inter cætera quæ ad
ſalutem ſpectant, populi chriſtiani, maximè cenſuit eſ-
ſe neceſſarium, nam ſicut corpus materiali, ſic anima
ſpiritnali cibo eget, eo quod, *non in ſolo pane viuit homo,*
ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Vt igitur ver-
bum Dei ſollicite ſemineiur conſtitutionibus ſancitum
eſt, vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctum prædicationis
officium aſſumant, qui ſibi plebem commiſſam vitæ ædi-
ficent ſanctimonia, & verbo atque exemplo inſtruant.
Tantæ autem diligentiæ in diſſeminando verbo diuino,
debet etiam correſpondere maxima intentio in audiendo,
& cura in conſeruando. Vt igitur ad audiendum verbum
Dei, quo fides nutritur defendendum incitemus chriſtia-
num populum, de neceſſitate eius iam loquamur.

Sed quoniam multiplex eſt verbum Dei, ne in æquiuo-
co, & ambiguo hæreamus ſciendum eſt, ad propoſitum
noſtrum verbum diuinum ſeu Theologicum eſſe illud,
de quo apud Sanctum Ioannem dicitur. *Et verbum Caro*
factum eſt, De hoc verbo Scotus dicit, quod verbum di- Io. 1. v. 14
uinum eſt expreſſio Dei in intellectu diuino, & dicen- In 1. d. 27
dum aſt quod ſicut filius connotat naturam viuentem, in q. 2.
qua eſt talis relatio, ſcilicet filiatio, ita verbum diuinum
dicit actualem eius notitiam, cuius eſt expreſſio, ita quod
in diuinis iſta ſunt ſimpliciter eadem ſecundum rem, ver-
bum, notitia, & filius genitus, vt habet Scotus, ſed dif-
ferunt ratione, ſiquidem filius dicitur, in quantum eſt à
natura viuente, verbum inquantum eſt expreſſiuum, &
declaratiuum memoriæ fœcundæ, quæ nihil aliud eſt,
niſi eſſentia diuina & intellectus, ſecundum Scotum. De In 1. d. 8.
hoc verbo alias nobis dicendum eſt, aliud enim pro nunc
occurrit mihi verbum, quod eſt cognitio ſacræ Scripturæ,
hoc verbum Dei, eſt cognitio ſeu notitia perfecta eorum,
quæ traduntur in ſacra Scriptura, ad quam notitiam
perueniri non poteſt, niſi per diligentem & ſollicitam in-
quiſitionem, maximè autem per deuotam auditionem
prædicationis, de qua cognitione ſacræ Scripturę auſim
illud dicere, quod nihil in hac vita dulcius ſentitur ni-
hil auidius ſumitur, nihil ita mentem ab amore mundi
ſeparat, nihil ſic animum contra tentationes roborat, ni-
hil ita mentem excitat ad omne opus bonum, ſicut ſtu- Diſt. 5. 36
dium ſacræ Scripturæ. Hinc rectè Theologi præcipuè Primi in
Scotus ait, ſcientia Dei eſt maximè neceſſaria ſaluari vo- 2. d. 19. 1.
lentibus, aliter eueniret nobis illud, ſi ignoras ſcilicet
Deum, ignoraberis à Deo. Sed ſcientia de Deo quædam
eſt (ſecundum Theologorum maximè Scotum & Richar-
dum, Bonauenturam, & alios) vniuerſalis & generalis,
quam etiam Philoſophi habuerunt, vt Pythagoras,
Diogenes, Socrates, præcipue autem Ariſtoteles, & author Theo. in
cauſarum, & Hermes Trimegiſtus, per quos cognoſcitur 3. d. 25.
Deus, vt primus motor, diſtinctus à cæteris mouentibus, Scotus q.
& motis, vt cauſa prima & vna, res enim male diſponi no- 1. prolog.
lunt, vnus ergo Princeps. Iſta tamen ſcientia non ſuffi- 1. ad cor.
cit nobis ad ſalutem. Præter hanc vniuerſalem eſt alia 14.
ſpecialis ac propria chriſtianis, & ſummè neceſſaria, ſinè Scot. in
qua non poſſumus ſaluari, & hæc haberi non poteſt niſi prolog. q.
per reuelationem, & ſecundum Paulum, per diuini verbi 1. in 3 d. 3
auditionem, dum inquit. *Fides ex auditu, auditus autem* q. 5. & 3.
per verbum Dei: talis ergo ſcientia reuelata, ex qua proce- q. 1. & 14.
dit fides, & tale verbum eſt ſummè neceſſarium fidelibus, quod. 1.
quod duabus præcipuè rationibus declaro, quarum vna de- Ariſtot. 9
ſumitur ex defectu cognitionis neceſſarię ad ſalutem, alte- Phiſ. &
ra ex deſiderio innato ad ſciendum neceſſaria nobis ad ſa- 12. Meth.
lutem, ſacra Scriptura quippe ſeu verbũ Dei reuelat igno- AdRom.
ta ad ſalutem neceſſaria, & perficit deſiderium noſtrum 10. v. 17.
ſciendi ea, quę ſunt ad ſalutem neceſſaria.

Prima igitur ratio deſumitur à neceſſitate reuelationis,
quæ in verbo ſeu ſacra ſcriptura continetur. Nam ſup- C
poſito quod homo velit beatificari & appetat hoc, loquen-
do de beatitudine quæ conſiſtit in fruitione eſſentiæ diui-
næ, vt clarè viſæ, ſic neceſſaria eſt cognitio primò ipſius
vltimi finis, ſecundò cognitio mediorum ſeu quæ ordinan-
tur ad talem ſinem acquirendum, tertiò quod illa media
ſufficiant, & non ſint neceſſaria aliqua alia, vbi tria in-
troduxi neceſſaria, primum quod volenti beatificari, ne-
ceſſaria ſit cognitio vltimi finis hoc patet, nam voluntas
non poteſt aliquid velle niſi ſit præcognitum ab intelle- 3. de ani-
ctu, vt patet per Ariſtot. voluntas non fertur niſi in præ- ma.
cognitum, & per Auguſt. ſic dicentem, inuiſibilia dili- 15. de Tri
gere non poſſumus, non quo ad appetitum naturalem, nit. c. 27.
ſed quo ad appetitum liberum, nam appetitus naturalis 4. diſt. 6.
voluntatis eſt ſola inclinatio voluntatis ad perfectionem, & d. 15.
ad quam ordinatur talis appetitus, qui non præſupponit tertij.
aliquam cognitionem, vt patet in Scoto. Appetitus verò In 4. d.
liber, qui eſt quando voluntas liberè elicit, actum amo- 45.
ris vel odij, præſuppoſita prius cognitione amati, vel odio
habiti, vt dicit Scotus, de hoc ergo appetitu loquẽdo impoſ
ſibile eſt voluntatẽ liberã velle, & amare finem vltimũ, an-
tequã præcognoſcatur ab intellectu, idẽ dico de medijs or-
dinatis ad vltimum finem, quæ non poſſunt eligi a volũta-
te, niſi præcognoſcãtur ab intellectu, id ipſũ declarat a ſimi
li, quod, ſ. debeat præcognoſcere finẽ, & media ad finẽ, vt

R 3 agat.

Digitized by Google

agat, & quærat finem vltimum qui eſt beatitudo noſtra. Si agens per ſe propter finem, vel eſt naturale, vel liberum, & vtrumque agit ex appetitu finis, licet non eodem modo; nam primum agit ex appetitu naturali, &

In 4.d.49.

conceſſo ab authore naturæ, ad id quod ſibi eſt conueniens: ſic formica congregat grana, tempore meſſis, aues nidificant, & alia quæ agunt intelligentia dirigente, & ſecundum appetitum ſenſitiuum ſeu cognitionem, agens verò liberum agit ſecundum appetitum elicitum, ſenſitiuum, vel intellectiuum, & quia nihil eſt volitum, niſi prius præcognitum, ideò vtrumque agens prærequirit cognitionem finis, ſed diuerſimode. Nam in agente naturali requiritur cognitio finis, non ipſius agentis propter finem, ſed alterius ſcilicet intelligentiæ dirigentis, quia talia agentia, ab alijs diriguntur, ita etiam agentia ſecundum appetitum elicitum, prærequirunt cognitionem & non alterius ſuppoſiti, quia diriguntur ex ſe ipſis, ſed requirūt propriam cognitionem. Et igitur neceſſaria cognitio vltimi finis, ſuppoſito quod homo velit beatificari. Eſt præterea neceſſaria cognitio mediorum ad vltimum finem acquirendum prærequiſitorum, ſi loquamur de volitione efficaci, nam vltra appetitus ſuperius enumeratos, ſcilicet naturalem, ſenſitiuum, & rationalem, eſt etiam appetitus quidam efficatiæ, & complacentiæ ex Scoto, & hoc ferimur tam in finem, quam in media ad finem, imò ferimur etiam in aliquod impoſſibile, nulla tamen habita cognitione de medijs.

In 2.d.6.

Quemadmodum dicimus Angelum appetijſſe æqualitatem Dei, quæ tamen fuit impoſſibilis: nam agenti propter finem ex appetitu elicito efficaci, neceſſaria eſt non qualiſcunque, ſed triplex cognitio inquit Scotus. Cognitio finis, cognitio mediorum neceſſariorum ad illum finem, & quod omnia iſta media, ſufficiant ad adipiſcendum finem.

q.1.Prol.

Exemplum ſit de homine appetente ſanitatem: hic enim debet prænoſſe, qualiter illam aſſequatur, alioquin ad eius conſecutionem non ſe diſponet. Debet etiam omnia neceſſaria ſcire adhunc finem, vt deambulationem, potionem amaram &c. alioquin propter ignorantiam alicuius neceſſarij, deficeret à fine: debet etiam noſſe, num omnia iſta neceſſaria ſufficiant ad ſanitatem conſequendam: ex ignorantia enim alicuius neceſſarij, non efficaciter conſequetur ipſum. Vt ſi quis vellet pergere Romam, debet noſſe vbi nam ſit Roma, deinde qualiter eundum eſt, equo vel naui proprijs vel alienis ſumptibus, & an iſta ſufficiant, talis autem cognitio tam vltimi finis, quam mediorum ad vltimum finem neceſſariorum, naturaliter haberi nequaquam poteſt.

D

Quod cognitio finis vltimi, vt clarè, & intuitiuè viſi, naturaliter & abſque reuelatione, haberi non poſſit, ſufficienter probari poteſt. Nam ſi quis potuiſſet ratione naturali cognoſcere vltimum finem, is eſſet profectò præſtantiſſimus Philoſophorum Ariſtoteles, vtpotè perſpicacitate ingenij, & rerum inueſtigandarum curioſitate alios ſuperans, qui tamen ad tantam perfectionem non peruenit, ſiquidem ponit fælicitatem perfectam, vel in cognitione abſtractiua ſubſtantiarum ſeparatarum, quæ non eſt fælicitas perfecta: neque iſta eſt talis de qua loquimur, quæ ſcilicet conſiſtat in clara, & intuitiua Dei viſione, vel certè ſi poſuit, aliam perfectionem nihil determinatè dixit, quænā fuerit illa, vt patet, ex Ethic. Vbi cum inquireret, vnde eſſet beatitudo, num à cauſa per accidens & indeterminata, num verò à cauſa per ſe & determinata, idque vel à cauſa humana, vel à cauſa diuina, ſi à cauſa humana, vel indiſcendo, vt ſcientia, vel in aſſueſcendo vt virtus, moralis aut militaris, aut Induſtria. Si tamen (inquit) aliquid aliud ab his (idest à ſubſtantijs ſeparatis) hominibus eſt exhibitum bonum, veriſimile eſt fælicitatem quoque à Dijs exhiberi; ac tantò magis, quantò ipſa omnium humanarum rerum eſt optima. Sed hoc ad aliam fortaſſis magis diſceptationem ſpectat, ita Ariſtot. nec mirum eſt, quod nec Ariſtot. nec aliquis alius viator, abſque reuelatione cognoſcere poſſit, poſſibilem eſſe homini viſionem Dei, quæ eſt finis & beatitudo noſtra, & nullius ſubſtantiæ finis poteſt à viatore cognoſci, nec ipſa ſubſtantia aliter cognoſcitur niſi ex operatione & actibus. Nam

Ethic.c.9.

potentiæ innoteſcunt nobis per actus, ſicut & actus per obiecta vnde etiam diſtinguuntur per actus. quantum ad innoteſcentiam, vt habet Doctor in multis locis ſuæ Doctrinæ, contra Sanct. Thomam aſſerentem potentias diſtingui per actus formaliter & intrinſecè.

D. Tho.

Præterea ſubſtantia non cognoſcitur niſi per accidentia materialia vel ſpiritualia, ideò & finis ſubſtantiæ non cognoſcitur, niſi per operationes, ſed poſſibilitas viſionis diuinæ non poteſt cognoſci ex aliqua operatione animæ noſtræ. Nam in primis ex actibus animæ vegetatiuæ, certum eſt non poſſe concludi poſſibilitatem claræ viſionis Dei, nec ex actibus animæ ſenſitiuæ, quia hi ſunt communes cum brutis, beatitudo autem illa non eſſe poſſibilis, niſi creaturæ rationali. Nec denique ea actibus animæ intellectiuæ, quia pro ſtatu iſto nullam ſubſtantiam cognoſcimus, niſi per ſpeciem ſeu cognitione abſtractiua: nam neque anima intellectiuá eſt aliquid intelligibilium ante intelligere aliorum.

Concludendum ergo eſt, quod non poſſumus naturaliter liquido ſcire, ſubſtantiæ diuinæ intuitiuam cognitionem eſſe nobis poſſibilem, & conuenientem, in qua noſtra beatitudo conſiſtit, neceſſaria itaque eſt ſacra Scriptura, & reuelatio quæ in ſacra ſcriptura continetur: hoc etiam ſic deduci poteſt. Finis vltimus noſter tam intrinſecus, qui eſt fruitio eſſentię diuinæ, & clara viſio eiuſdem eſſentiæ, quam etiam extrinſecus, qui eſt eſſentia diuina vt clarè viſa, ſub ratione propria, in quantum eſt in tribus vna, ſi poteſt à nobis cognoſci naturaliter, aut hoc erit à priori, hoc eſt per cauſam, aut per effectum, non primum, quia ſubſtantia ſeparata à priori ſecundum Philoſophum, non poteſt cognoſci, tum etiam quia ipſa eſſentia diuina, non cadit ſub ſenſum aliquo modo, ſicut aliud omne intelligibile à nobis, cadit ſub aliquo ſenſu, vel ſaltem virtualiter, ſeu quidditatiuè continetur in aliquo ſenſibili, vt dicit Scotus. Omnis noſtra doctrina ortum habet à ſenſu, & Ariſtot. nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Item omnis doctrina, & omnis diſciplina eſt, ex præexiſtenti cognitione. Accedit quod eſſentia diuina mere eſt obiectum voluntarium, ita quod in ſua voluntate eſt ſe oſtendere, & non oſtendere intellectui creato, vt patet à Scoto: nec per effectus poteſt cognoſci eſſentia diuina, quia effectus magis ducunt in errorem, vel ſaltem relinquunt intellectum dubium vt Scotus teſtatur. Quod etiā ſic demonſtrari poteſt. Effectus, ſecundum viam Philoſophorum, ducunt in neceſſitatem cauſæ primæ, ex qua poſtea inferunt, quod prima cauſa, quicquid agit ad extra, verè de neceſſite agit. Iſtud tamen improbat Scotus, effectus etiam ducunt magis in vnitatem primæ cauſæ, quā in Trinitatem, cum nequeat reperiri, in creaturis aliqua natura ſingularis exiſtens in tribus ſuppoſitis, ita vt ſit tota in tribus ſicut in vno, & tamen natura diuina, quæ de ſe eſt ſingulariſſima, & ea ſe vltimate exiſtens, vt patet per Scotum, eſt ſimpliciter eadem indiuiſibiliter, & impartibiliter in tribus perſonis.

Diſtin. 3. primi, & d.8.
Ariſt. de ſenſu, & ſenſato.
Idem 1. poſter.
In 2. d. 1. & d.3. q. 2.& d.39. primi, & 24.quod. 1.Prolog. D.1. q. 1. d.8.q.vlt. primi, & q.7.quod. q.1.Prol.

Patet ergo via naturali abſque omni reuelatione non poſſe cognoſci vltimum finem, ſiuè eſſentiam diuinam, ſub ratione propria, inquantum in tribus vna. Si ergo cognoſcitur, hoc eſt ſolum per reuelationem diuinam, & quidem meritò: natura namque diuina eſt tantæ ſummitatis, vt etiam à natura Angelica relicta in puris naturalibus, ſeu intra limites potentiarum naturales, non poſſit cognoſci ſub ratione propria, ſi enim cognoſcitur, hoc eſt ſolum ex diuina abundanti miſericordia, quæ nobis & Angelis dignatur reuelare ſuam incomprehenſibilem ac infinitam perfectionem in tribus ſuppoſitis perfectiſſime exiſtere. Nam ſi via naturali non poſſumus cognoſcere, quæ ſit perfectio extrinſeca, vltimata intellectus, & voluntatis noſtræ, ſequitur etiam, quod via naturali non poſſumus habere perfectionem noſtram vltimam intrinſecam, ad quam ex bonitate Dei ſumus ordinati, nempè claram viſionem eſſentiæ diuinæ, ac eiuſdem fruitionem.

Ex hoc autem quod ipſam ſub ratione propria non poſſumus cognoſcere, ſequitur etiam quod nec poſſumus ſcire, quod vltima perfectio noſtra conſiſtat in clara viſione Dei, & fruitione eſſentiæ diuinæ. Eſto etiam quod finis

pis

E nis poſſit naturaliter cognoſci, ſi non à Philoſopho puro,
ſaltem à Philoſopho chriſtiano, tameo certum eſt, condi-
tiones illas, quæ reddunt illum finem appetibilem, non
poſſe naturaliter cognoſci, vt ſunt beatitudo coniuncta,
vel completa, beatitudo perpetua, beatitudo cum ſecurita-
te: quæ licet non pertineant ad beatitudinem intenſiue
In 4.d.49 ſumptam: teſte Doctore Subt. tamen ſpectant ad beatitu-
dinem extenſiuè ſumptam, redduntque vltimum finem
appetibiliorem, præſertim ſecuritas & perpetuitas: auidius
enim deſideratur id quod diutiùs, & ſecurius habetur,
quam id quod breui tempore, & ſinè certitudine poſſide-
tur. Similiter beatitudo velotius coniunctim eſt appeti-
bilior, quàm animæ tantum bonum namque tanto eſt no
biliùs, quantò magis ſui diffuſiuum, beatitudo autem ani-
mæ & corporis eſt bonum magis diffuſiuum, quam ani-
mæ tantum. Ergo reddit beatitudinem appetibiliorem.
Iſtas autem conditiones non poſſumus naturaliter cogno-
ſcere, nam omnes pertinent ad Dei voluntatem, quæ li-
berè hæc operatur, & illius voluntatis nullus eſt conſilia-
rius. Accedit etiam, quod ad noſcendam beatitudinem to-
tius coniuncti; oportet ſcire naturaliter poſsibilem reſur-
In 4.d.49 rectionem mortuorum: hanc autem teſte Doctore Subt.
nullus naturaliter ſcire poteſt: Vnde & in Areopago Athe
Act. 17. nienſes S. Paulum reſurrectionem mortuorum prædican-
tem, nouorum Dæmoniorum annunciatorem dixerunt:
iam verò vlterius probandum eſt quod naturali instructu
ſcire non poſſumus, quæ ſunt neceſſaria, tanquam media
ad conſequendum vltimum finem, ac perfectionem
noſtram vltimam paret, beatitudo nàmque noſtra, con-
fertur tanquam præmium pro meritis, quæ Deus acce-
ptat, tanquam digna tali præmio, ergo etiam per conſe-
quens, non naturali neceſsitate ſequitur ad actus noſtros
qualeſcunque, ſed contingenter datur à Deo, aliquos actus
in ordine ad ipſum tanquam meritorios acceptante, quæ
acceptio cum ſit opus mere liberum, naturaliter etiam ab
q. 1. Pro- homine ſciri non poteſt. Deinde etiam ſi ſciamus aliquos
log. actus eſſe ordinatos ad beatitudinem, tamen ignoramus,
an iſti ſufficiant, cum hoc totum à voluntate diuina de-
Scot. in 1. pendeat, ſic, vel ſic acceptante vt dicit Scotus. Patet ergo
d. 7. quantæ neceſsitatis ſit ſcire diuinam ſcripturam, in qua
traduntur, ea quæ pertinent ad noſtram ſalutem, vt docet
q. 1. Pro- Scotus, maximè verò quod verbum Dei, & ſacra ſcriptura,
log. tradit ſufficientem notitiam, de fine in quo conſiſtat, quod
ſcilicet in fruitione & viſione, & non ſolùm de fine abſolu
tè, ſed etiam de fine quoad circumſtantias, quæ illum red-
dunt appetibiliorem, vt quod illa viſio & fruitio ſit perpe-
tua, ſecura in corpore & anima ſimul.

Eadem quoque tradit cognitionem neceſſariam medio-
rum, & explicationem illorum, miniſtrat etiam ac propo-
nit nobis cognitionem proprietatum ſubſtantiarum ſepa-
ratum, & ſpecialiter ſubſtantiæ primæ, de quo diſerte ſcri-
Hugo. bit Hugo in hæc verba, ſacra ſcriptura dicitur liber vitæ,
cuius origo æterna, cuius incomparabilis eſſentia, cuius co
gnitio, vita, ſapientia, indelebilis, cuius aſpectus deſiderabi
lis, cuius doctrina facilis, cuius ſcientia dulcis, profundi-
tas inſcrutabilis, & in lib. de anima. Ad ſacræ ſcripturæ (in-
quit) cognitionem opus eſt intima compunctione, potius
quam profunda inueſtigatione, ſuſpirijs quam argumen-
tis, crebris gemitibus quam copioſis argumentationibus,
lachrymis quam ſententijs, oratione quam lectione lite-
rarum, cæleſtium contemplatione, quam terreſtrium occu
patione. Et in 3. idem innuit. Sacra Scriptura quicquid do-
cet veritas, quicquid percipit bonitas, quicquid promittit
fælicitas, nam Deus eſt veritas, ſumma bonitas ſinè mali-
tia, fælicitas ſinè miſeria. Cum itaque via naturali non
poſsit haberi notitia vltimi finis, niſi per cognitionem ſa-
cræ ſcripturæ, per fidem & verbum Diuinum, vt ſupra di-
xi, ideò non eſt contemnendum verbum Dei, quia ſum-
mè neceſſarium eſt, non ita neceſſaria Philoſophia Ariſt.
Platonis, & aliorum, non fabulæ, non tot fucata verba,
non Poetarum carmina, non ornatus ſermonum, de qui-
bus omnibus dicit Hieronymus ad Damaſum Papam.
Dæmonum cibus ſunt carmina Poetarum, ſecularis ſa-
pientia Rhetoricorum, pompa verborum nam dum ſua
ſuauitate omnes delectant, & aures dulci verſuum modu-
latione capiunt, animam ſolam relinquunt, vbi cum ſum-
mo ſtudio fuerint ac labore perlecta, nil aliud niſi inanem
ſonum, & ſermonum ſtrepitum ſuis lectoribus tribuunt.
Nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla iuſtitiæ refectio reperi-
tur, vnde in decretis habetur. Illi ergo qui plus delectabi-
liter inſudant ad legendas literas ſæculares, reprehenſibi-
les ſunt. Et in cap. Sacerdotes ſic habetur. Sacerdos Dei
omiſsis Euangelijs & prophetis; videmur vacare Poetis,
Buccolicarum verſus canere, tenetur Virgilium, & quod
in Poetis eſt cauſa neceſsitatis, in ſe crimen facere volupta
tis. Nunc verificatur Prophetia Pauli ſcribentis ad Thi- 2. ad Thimo. 4. v. 3
motheum, *erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſti
nebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi Magiſtros pru-
rientis auribus*, propter hoc etiam correptus fuit ab Ange-
lo & verberatus D Hieronymus. quia nimis Ciceronianus D. Hiero
erat, vt habetur io decretis, ſicut etiam ipſe ſcribit ad Eu- nymus
ſtochium. Quamobrem fratres chariſsimi, rogo vos diſci Diſt. 37.
te ſapientiam, intelligite prudentia, ſæpè legite literas ſa- cap. legi-
cræ paginæ, quia dulcior eſt melle, fortior vino, leuior mus.
oleo, præcipuè quia corda illumina, linguam rectificat,
conſcientiam probat animam ſanctificat, conſcientiam ro
borat, peccata ſpernit, animas frigidas calefacit, lumen
ſcientiæ oſtendit, tenebras ignorantiæ expellit, triſtitiam
ſeculi extingui, lætitiam ſpiritus accendit, ſitienti potum
tribuit, de incipientibus ſapientes facit, primos de nouiſsi-
mis ponit, magnos de minimis efficit, nobiles de ignobili-
bus commutat, naturam modificat, prohibet leuitatē, tem
perat dolorem, confert ſpem, coronat ſemen, ditat iuue-
nem, prouocat declinaotes, ſanat ægrotos, ſoluit compe-
ditos, reuocat errantes, inſtruit ignorantes, roborat infir-
mos, excitat ſomnolentos, increpat otioſos, laborantes bea
tificat, credentibus gratiam dat. Reges humiliat, humi-
les exaltat, rectas vias indicat, honores multiplicat, erran-
tes à via veritatis ad ſe cōuertere deſiderat, dicens: *Vtinam
ſaperent, & intelligerent*, atque hæc de prima ratione dicta
ſufficiant, quæ aliquod incentiuum amoris, ad audien-
dum verbum diuinum iure optimo in nobis parare de-
berent.

Secunda. Ratio deſumitur à naturali deſiderio ſciendi. F
Quo naturale deſiderium hominis efficitur perfectum, il-
lud eſt neceſſarium, alter naturale deſiderium eſſet fru-
ſtra, quod eſt contra philoſophos. Deus & natura nil fa- Ariſt. in
ciunt fruſtra, verbum autem Dei perficit hoc deſiderium lib. de cæ
naturale: nam ſi naturale deſiderium hominis eſt ad ſcien lo 1. de
tiam adipiſcendam, ſicut patet per Philoſophum, omnes anima &
homines natura ſcire deſiderant. Item vnum quodque in Metha.
naturaliter appetit ſuam perfectionem: vnde materia ap-
petit formam, velut imperfectio ſuam perfectionem. Per- in 9. Met.
fectio autem inter homines eſt ſcientia, ad quam anima
ſemper eſt in potentia teſte Ariſt. anima eſt tanquam ta- 3. de ani-
bula raſa, in qua nihil eſt depictum, habet tamen natura- ma.
lem inclinationem ad ſcientiam, ſicut ad ſuam perfectio-
nem, itaque naturaliter homo appetit ſcire. Nec ob id po-
teſt ire inficias, tantum enim bonum eſt ſcientia, vt aſſerat
Philoſophus, in ſpeculatione veritatis eſſe ipſa fęlicitatem,
& per eam hominem maximè ſubſtantijs ſeparatis aſsimi-
lari. Plato verò in Thymæo. Ad hoc anima (inquit) eſt 10. Æth.
coniuncta corpori, vt veneretur ſcientias, & veritates. Et
Tullius omnes trahimur & ducimur ad cognitiones ac
ſcientię cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus.
D. Hieronymus autem de hac cupiditate ſciendi ſic ait. Sa-
piens [illegible] vir Græcus Themiſtocles, quum expletis 105. an
nis [illegible] mori cernerent, dixiſſe fertur, ſe dolore quod tunc
egrediatur de hac vita, quando ſapere cœpiſſet. Narrat
etiam Hieronymus de Apollonio, qui ad ſtudium, natura-
li ſtimulo agitatus decem, & nouem Prouincias diſcendi
ſtudio peragrauit. Quorſum igitur hæc dico? vt intelligere
poſſemus, innatum eſſe homini deſiderium ſtudēdi, quod
profecto deſiderium, ſi explent aliæ ſcientiæ, magis perfi-
cit illud verbum Dei. Nam ſi homo alias ſcientias natura-
liter deſiderat, maximam ſcientiam maximè deſiderabit,
qualis eſt ſcientia vltimi finis, & mediorum neceſſario-
rum, ad illum acquirendum. Et hæc cognitio haberi non
poteſt niſi per verbum Dei, vt ſæpius iam dixi. In prædica-
tione namque docetur ſcientia cæleſtis; diuinorum noti-

tia

Digitized by Google

tia traditur, myſteria occulte referãtur, quę omnia ſunt ſciẽ
tię nobiliſſimę: atque ideò ſi homo ad cognitionẽ naturaliũ
& inferiorum inclinetur, multò magis ad hanc vtique nobi
liſſimam inclinari debet, quæ traditur in prædicatione.

Ariſtot. Ethic. 10. Addit nobis calcar, hac in parte & ipſe Philoſophus, dũ
inquit. *Magis concupiſcimus ſcire modicum de rebus hono-
rabilibus & altiſſimis, etiamſi tropicè ſciamus, quam multum
& per certitudinem de rebus minus, honorabilib.* & in lib. Sa-
Sap. 7. pientiæ dicitur, *In ipſa eſt ſpiritus intelligentiæ ſanctus, vni-
cus, Multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus,
ſuauis, amans bonum, acutus, qui non vetat benefacere, huma-
nus, benignus, ſtabilis, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia
perſpiciens.* Efficaciſſimum ſemen verbi Domini, quod tan-
tum hic miſeris affert fructum, nempè notitiam eorum
quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem: diuinum ſemen quod ex-
ples deſiderium noſtrum aliqualiter hic in via, & multò
perfectius in Patria, cum fidei, quæ eſt ex verbo Dei, ſucce-
det viſio, & deſiderio ſpei, ſuccedet beatiſſima illa tentio,
D. Aug. & fruitio. Non miror iam, quod D. Auguſtinus ad hortan
do populum ad audiendum verbum Dei, ait, interrogo
vos fratres, & ſorores, dicite mihi quid vobis plus prodeſt,
an corpus Chriſti, an verbum Dei? ſi vultis verum reſpon
dere, hoc debetis dicere, quia non eſt minus neceſſarium,
verbum Dei, quam corpus Chriſti, & ideò cum quanta
ſollicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti
miniſtratur, vt nihil ex ipſo de manibus noſtris in terram
cadat, tanta ſollicitudine obſeruemus, ne verbũ Dei, quod
nobis erogatur, dum illud aut cogitamus, aut loquimur,
de corde puro exeat: vnde non minus reus erit, qui ver-
bum Dei negligentes audierit, quam ille qui corpus Chri-
ſti in terram ſua negligentia cadere permiſit. Super quod
Archid. caput ſcribens Archidiaconus ait. Comparatio corporis
Chriſti, & verbi prædicati, non fit reſpectu dignitatis, ſed
reſpectu efficatiæ, quoniam nõ minorem efficatiam con-
ſequitur, qui cum maiori deuotione audit verbum Dei,
quam qui cum reuerentia ſuſcipit corpus Chriſti. Adſtipu
latur gloſſa, dum inquit, verbum id eſt prædicatio plures
conuertit, & plus facit hominem compungi, ita vt omnia
peccata per id tollantur, ſed per corpus Chriſti tolluntur
venialia, vt de Conſ. Diſt. 2. cap. innuitur. Vnde enim gen- De Conſ. diſt. 2
tiles conuerſi ſunt, niſi per fidem & prædicationem? quod
vel inde patet quia à verbo prædicato nemo excluditur, ſi-
uè gentilis, ſiuè Hæreticus, ſiue ſchiſmaticus, dicente, &
præcipiente Eccleſia. Nullum prohibeat intrare Eccleſiã
& audire verbum Dei, ſed ab illo diuiniſſimo ſacramento
tales excluduntur.

Magna ergo eſt diuini verbi efficacia ad conuertendas
animas ad Deum, ad perducendas in cælum, ad defenden-
das in iudicio, ad glorificandum, & magnificandum
Deum, vt dicebat Diuus Paulus, *in defenſione Euangelij po-* Ad Phil. 1 v. 21.
*ſitus ſum, nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiuè
per vitam, ſiuè per mortem, mihi enim viuere Chriſtus & mori
lucrum quid eligam ignoro.* Non ſufficit tamen verbum Dei
andire, ſed oportet percipere, meditari, recordari, colloqui, Matth. 4. v. 4.
ſic verbum Dei erit cibus animæ iuxta illud, *non in ſolo pa-
ne viuit homo &c.* nullus ſatiatur qui audit multos cibos eſ-
ſe in menſa ſed ille qui alimenta percipit: ſic verbum Dei
quod eſt panis vitæ & intellectus, oportet maſticare con-
templatione, & conſumere bona operatione: verbum Dei
eſt medicina iuxta illud. *Hæc me conſolata eſt in humilitate* Lucæ 11. v. 28.
mea quia eloquium tuum viuificauit me. Et quid prodeſt me
dicina niſi vulneri applicetur: verbum Dei eſt ſignum præ-
deſtinationis, iuxta illud *Beati qui audiunt verbum Dei*, at-
tendamus ad ſacram ſcripturam, vnde nobis cibus, medi-
cina protectio, vt in præſenti vita gratiam Dei, & in futu-
ro gloriam aſſequamur. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Quinquageſimæ.

Lucæ 18. v. 31. ***Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur.***

Prou. 1. v. 3. *Lega eam in digitis tuis, & ſcribe illam in tabulis cordis tui.*

A LEgem ſuam præcipit Deus, & in digitis ſuis
ligare, & in tabulis cordis ſcribere, ſed quo-
modo in digitis lex ligari poteſt? Scio pri-
ſcos Hebræos verborum ſonum captantes,
vt hoc præceptum adimplerẽt, & illud Moy
Deut. 6. v. 6. ſis. *Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi
in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & ligabis ea quaſi ſignum
in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos*; deſcri-
bere ſolitos eſſe diuina præcepta in membranis tenuibus,
ex quibus faciebant quaſi coronas quas imponebant capi-
ti, & digitis circumplicabãt, vt ſemper ante oculos eorum
mouerentur, ſed nugax & ſuperſtitioſa fuit hæc verborum
iſtorum intellectio. Aliquid aliud Spiritus Sanctus per Sa-
lomonem, & Moyſen inſinuare voluit, & præcipuè legis
memoriam, executionem & amorem. Et imprimis memo-
riam, ſimilitudine deſumpta ab illis, qui cum alicuius rei
meminiſſe volunt, filum aut ſimile quid pro ſigno digitis
implicant: ſic ergo legem in digitis ligare iubet, id eſt, pe-
rinde illius memineris, ac ſi in digitis illam pro ſigno geſta
res: vel ad eum modum quo meminiſſes ſi in digito ſi-
gnum aliquod illius ad memoriam excitandam deferres,
vel ſimilitudine deſumpta ab ijs qui numeratione digito-
rum memoriam exercent: nam non ſolum noſtro ſæculo,
ſed antiqui etiam in vſu fuiſſe artem memoriæ in confeſ-
ſo eſt, quam à Simonide quodam inuentam docet Plinius. Plinius.
quæ ſic ferè inſtitui ſolebat, vt qui multas res memoria
complecti vellet, ſingula ſingulis digitis animo, & cogita-
tione committeret; deinde verò ab eiſdem repeteret. Vſu
autem huius artis efficitur, vt ſinguli digiti ſingulas res fi-
deliter reddant. Huius artis veſtigia extant apud Quinti- Quintil.
lianum de memoria, & apud alios Rhethoricæ artis magi-
ſtros in tractatu de memoria.

Suadet ergo ſapiens vt vtamur hac arte, ſingulis digitis
ſingula præcepta applicando, vt facilius occurrant, & in
promptu haberi poſſint. Vel denique ſimilitudine deſum-
pta ab annulis non quòd à Salomone præcipiantur, vt ver-
ba legis in annulis inciſa & inſculpta geſtentur; ſicut fortè
Iudæi, vel qui iudaicas nugas ſequuntur, intelligunt; ſed
per comparationem, & ad eum modum in memoria eſſe
volunt Dei præcepta, quò eſſe ſolent ea quæ annulis exa-
rantur & inciduntur. Et reuera perſpicuum eſt ex omnia
legem præſtare, quæ annulus ſignificat. Imprimis enim an
nulus ingenuitatem notat; perfecta verò legis obſeruatio
hominem ingenuum, & nobilitate Chriſtiana decorum
reddit; immo ipſa nobilitas in eo ſita eſt teſte Ambroſio, Ambroſ.
non vt quis multos proauos aut atauos numeret, ſed vt di-
uinæ legi per omnia acquieſcens proprijs ipſe virtutibus
effulgeat.

Secundo annulus libertatis eſt ſymbolum. Legis autem
obſeruatio nos aſſerit in libertatem filiorum Dei. *Qui au-* Iacobi 1. v. 25.
*tem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit
in ea, non auditor obliuioſus factus ſed factor operis, hic beatus
in facto ſuo erit.* Tertio annulus eſt fidei acceptæ ſymbo-
lum, qui verò legem perfectè adimplet is quidem diuina-

rum

ſum promiſſionum pignus adeptus eſt, & immutabilitatis fidei arrabonem, quam dum quis tanquam annulum manibus inſertum apud ſe habuerit, diuinam omninò fidem obſtrictam tenet. Quarto annulus eſt poteſtatis inſignè, hanc propter legis obſeruationem pollicetur Salomon, affirmans ea nihil eſſe ad ſumma magiſtratuum faſtigia aſſequenda vel vtilius vel potentiùs: propter has cauſas lex Dei annulo comparari poteſt. ſicut etiam dicitur à Salomone, lex Dei eſſe corona aut torques, & reuera annulus adinuentus eſt vt coronetur cor, & ideo apponitur digito, qui eſt proximus minimo, quia vices cordis ſuſtinet. Sic lex Dei eſt iuſtorum corona, & obſeruantia eius ſumma honeſtas & libertas.

Quemadmodum ergo difficilè eſt obliuiſci annuli, quē quis in digito geſtat ſemper enim præſentem habet, & ob oculos ei verſatur ſemper: ita legis diuinæ memoriæ ſemper habenda eſt. Quòd ſi non ad memoriam tantum, ſed ad amorem quoque diuinæ legis ſimilitudinem transferre volueris, in memoriam reuocabis nomen aut formam in annulis impreſſam geſtare inſignis amoris olim documentum fuiſſe, imò amoris, & memoriæ ſimul: amoris qui-
Iſai. 62. v.3. dem vt Iſaias dixit; *Eris corona gloria in manu Domini*, legunt Hebrei circulus gloriæ, vt ſit ſenſus; deformatam in annulo geram te ad vendicationem gloriæ. Et Ieremias
Hier. 22. v.24. dixit: *Si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus in dextera mea, inde euellam illum dicit Dominus*, ideſt ſi mihi in amoribus fuerit Iechonias, vt illum annulo impreſ-
Iſai. 49. v.16. ſum geſtem, tamen inde euulſum abijciam. Iſaias quoque vel Deus per Iſaiam inquit, *in manibus meis deſcripſi te*: ideſt in annulis deformaui nomen tuum aut ſpeciem. Inciſio ergo nominis aut ſpeciei in annulo amoris nota eſt, non ſolum ex vi inciſionis, ſed etiam ex vi aut ex ratione
B digiti cui inſeritur: nam eam ob cauſam annulus digito
Iſidorus. auriculari proximo inſerebatur vt tradit Iſidorus, quòd in eo vena quædam reperiatur, quæ vſque ad cor pertingat. Alij non venam ſed neruum eſſe affirmant: imò tradunt annulum ad coronandum cor ab initio inuentum fuiſſe, vt vitæ ac mortis arbitrium, & imperium penes illum eſſe eo ſigno demonſtraretur, ac propterea illi digito implicatum, & per hunc fortè diuina præcepta, & amorem illorum Salomon inſinuare voluit cum adiecit. *Scribe illam in tabulis cordis tui*, ideſt non ſolùm in annulis inſculpe, ſed etiam in tabulis incide, quæ ſupra cor appenduntur, hoc eſt perinde legem meam adamate, & legem fideliter tenere debes, ac ſi eam prædicto modo in annulis, & in bullis geſtares: ſic ergo Salomon nos admonet, vt diuinæ legis recordemur, eamque ſinceris cordibus diligamus, & executioni mandemus. Quid enim prodeſt ſcire Dei voluntatem, diligere diuina mandata, niſi ea exequamur, & iuxta præſcriptum illarum viuamus, & hanc ob cauſam etiam digitis aut manui legem Dei Salomon alligare iubet, vt eam operi, & executioni committamus, quòd manus vel ſimilitudine digitorum adumbrauit, quæ exequuntur,
Philoſ. quòd voluntas imperat iuxta illud Philoſophi. Homo eſt ſapientiſſimus omnium animalium, qui habet manus quibus exprimit quantum polleat ingenio, vt patet in factis. Quod ſi tantam memoriam diuinorum præceptorum requirit à nobis Deus per Salomonem, tantum amorem, & efficacem executionem, quanto maior requiritur amor paſſionis Chriſti, & reſurrectionis eiuſdem, & beneficiorum pænè ineffabilium; ideo quoque Chriſtus Dominus in Euangelio hodierno, & aliàs ſæpè diſcipulis ſuis in memoriam reuocat paſſionem ſuam, & tandem reſurrectionis promiſſione eos conſolatur. *Ecce* (inquit) *aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur, & tertia die reſurget*. Hæc beneficia iubet vt pupillam oculi cuſtodire per conſiderationem, ideo viſum cæco reſtituit poſt enarrationem eorum, hæc et vult in annulis incidenda, & in tabulis cordis ſculpenda, quia hinc veram libertatē, nobilitatem, ingenuitatē, poteſtatē haurimus, ideo memoria horum beneficiorum coronandum eſſet cor, quia hæc eſt corona & gloria noſtra, quòd pro nobis Chriſtus mortuus ſit & reſurrexit. Quomodo enim non ſummè diligemus eum? qui cum eſſet filius Dei, pro nobis traditur ad flagellandū &c. Quomodo per mortificationes nos non conformabimus Imagini eius exequendo, & experimentando in nobis, quòd ipſe pro nobis paſſus eſt? Quomodo non glorificabimus eum, qui poſt atrociſſimam mortem glorioſus reſurrexit? Hæc ergo beneficia in præſenti inſtitutione conſiderabimus, quia beneficium quod fuit præſtitum cæco, nos quoque iuuat.

ASSVMPSIT IESVS DVODECIM DISCIPVLOS. Quando homines maximè conuiuijs ſeſe occupant, tunc etiam conuiuium crucis, & paſſionis amariſſimæ Chriſti Eccleſia catholica Chriſtiano populo proponit, in quo apponuntur fercula diuerſa in principio quidem amariſſima, ſed ex ſpe reſurrectionis dulciſſima non ſolum enim dicitur quòd Chriſtus flagellabitur, &c. ſed etiam ſubditur. ET TERTIA DIE RESVRGET. Quando vel maximè mundus cum duce ſuo Diabolo per peccata ſibi ſubijcere nititur animos fidelium, tunc Dux noſter Chriſtus extendit vexillum crucis & paſſionis. ECCE INQVIT ASCENDIMVS HIEROSOLIMAM. Vexillum item victoriæ & tertia die reſurget. Iam impletum eſſe video, quod olim Prophetauerat Iſaias. *Leuabit* Iſai. 5. v.26.
ſignum in nationibus procul, & ſibillabit ad eum de finibus terra, & ecce feſtinus velociter veniet. De Aſſyriorum & aliarū nationū vexillis ac ſignis prędicta verba explicantur communiter, quas in deſtructione populi ſui inuitare minabatur Deus: ſed rectè etiam de ſigno crucis id intelligi poteſt. In hodierno enim Euangelio duplex vexillum extenditur, vnum pugnæ. ECCE ASCENDIMVS HIEROSOLYMAM, &c. alterum victoriæ. ET TERTIA DIE RESVRGET. Et tandem in ſecunda parte Euangelij cæco viſus reſtituitur, vt feſtine ac velociter Chriſtianus populus ſub hoc vexillum properet diuina gratia illuminatus ad ſolum ſibilum Domini.

Omnes fortiſsimi milites properare debent quia in hoc pugnæ vexillo, & arma bellica, & belli iuſtitia deſcripta eſt, vt inquit D. Bernardus. In hac paſsione Fratres tria D. Bern.
ſpecialiter conuenit intueri, opus, modum cauſam. In opere quidem fortitudo & patientia, in modo humilitas, in cauſa charitas commendatur: porrò fortitudo & humilitas in paſsione Domini ita connexa ſunt vt rectè dixerit
S. Leo. Tota dilectiſsimi Chriſtianæ ſapientiæ diſciplina S.Leo.
non in abundantia verbi, non in aſtutia diſputandi neque in appetitu laudis & gloriæ, ſed in vera & voluntaria humilitate conſiſtit, quàm D. Ieſus ab vtero matris, vſque ad ſupplicium crucis pro omni fortitudine elegit, & docuit. Hæc eſt materia eorum quæ legūtur ſingulariter in Euangelio hodierno à magiſtro humilitatis: nec mirum, quia in humilitate voluntaria fortitudo vera conſiſtit, vt etiam innuit Euangelium cùm refert, qualiter Chriſtus voluntarie elegit, & docuit humilitatem paſsionis, ſpontaneè ſeipſum obtulit ſacrificium, & holocauſtum pro peccatis mundi poteſtatem habens ponendi animam, & poteſtatem habens ſumendi eam. In opere ergo paſſionis conſideramus patientiam, ſeu fortitudinem tolerandi ludibria, &
tormenta, ita vt de Chriſto rectè dici poſſit illud Iſaiæ; Iſai. 26. v.1.
Vrbs fortitudinis noſtra Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Et licet aliqui prædicta verba intelligere velint de pænitentia vera, nam quemadmodum reperitur aurum
verum, & alchimicum, ita & pænitentia alia eſt vera, alia C
falſa, de pænitentia ergo vera aliqui prædicta, verba interpretantur cuius murus defendens conſcientiam eſt determinatio conſtans & firma, non offendendi Deum t antemurale eſt determinatio cauendi omnes occaſiones peccandi, & hi videntur ſuam interpretationem dirigere ad
illa verba Pſalmiſtæ. *Die ac nocte circumdabit eam ſuper* Pſal. 53. v.11.
muros eius iniquitas. Videmus communiter, quòd cum oppugnatur aliqua arx fortis munita muro & antemurale, impoſsibile eſt quod inimici appropinquent muro propter antemurale quod eos impedit, ne muro arcis appropinquent t itaque de longe tantum arcem oppugnant, bombardas & alia tormenta bellica explodendo; quod ſi antemurali careat, facilè inimici circumdant arcem, quod ſi de nocte & die impugnant, & debiliora arcis loca aduertere valeant, difficilè & planè impoſsibile eſt, quin tandem ali-

quis

Digitized by Google

quis illorum per ſcalam murũ aſcendat, & eleuato vexillo acclamet Victoria Victoria: ſic conſcientiam noſtram impugnari videmus à peccatis, & iniquitatibus plurimis. Si igitur adſit antemurale determinatio ſcilicet cauendi occaſiones peccandi, ara conſcientiæ noſtræ in tuto eſt, ſolùm enim de longè à peccatis impugnamur, ſi occaſiones peccandi relinquimus, nihil tunc peccata nec ipſe peccatorum author Sathan, nec totus infernus arci conſcientiæ noſtræ nocere poteſt. Quod ſi arx conſcientiæ careat antemurali etiamſi murus ſit fortiſſimus, etiamſi determinatio amplius non peccandi ſit firmiſſima, quia tamen inimici circundant eam de die de nocte non à longè, ſed ipſa appropinquando loca debiliora, vbi minus eis reſiſtitur perpendere poſſunt, atque ita facilè eueniet, vt iniquitas cum vexillo Sathanæ aſcendat murum conſcientiæ noſtræ promulgando victoriam. Dixit ergo Iſaias quod vrbs fortitudinis noſtræ conſcientiæ noſtræ vera, & ſalutaris pænitentia; quòd autem ſalutarem pænitentiam efficit, eſt murus & antemurale, ſolus murus non ſufficit, quia etiamſi videatur firmiſſimum propoſitum non peccandi, ſi tamen non remouentur occaſiones, fortis & ſalutaris pęnitentia illa dicenda non eſt, non videtur vituperanda hæc prædictorum Iſaiæ Prophetæ verborum interpretatio magis tamen literalis & ad propoſitum noſtrum eſt illa quæ affirmat, Iſaiam de Saluatore mundi loqui, qui eſt vrbs noſtrę fortitudinis.

In hac vrbe tuti & ſecurti ſumus, quia murus, & antemurale huius vrbs qui eſt Saluator nos tuetur, omnes inimicorum inſultus repellit, murus protegit eos quorum refugium eſt vrbs fortitudinis noſtræ, antemurale non permittit inimicos appropinquare his qui in vrbe proteguntur. Verumtamen quemadmodum cum murus & antemurale protegit vrbem impoſſibile eſt, quin & murus & antemurale patiantur, inſultus inimicorum & arma experiantur, atque omnes ictus inimicorum in ſe recipiant, vt eos quos defendunt protegant: ita Saluator vt dicit hodiernum Euangeliem, vt nos ſecuri ſimus, in anima quæ eſt tanquam murus in corpore, quod antemurali dici poteſt multa patitur. Articulus enim fidei eſt, Chriſtum quoad humanitatem multa paſſum, nihil verò paſſum eſſe quoad Diuinitatem; ſciendum autem quòd ſicut in Trinitate ſunt tres perſonæ, in vna eſſentia, ſic in Chriſto ſunt tres ſubſtantiæ caro anima, & diuinitas, & vna perſona ſcilicet diuina nihil paſſa eſt, ſed ſola anima & corpus quòd

1. Petr.4. v.1. D. Petrus docuit cum dicit *Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* Refert Valerius Maximus

Valerius Max. quod cum Tullus Hoſtilinus Rex & dux Romani exercitus omnibus militaribus copijs aggreſſus eſſet Didenas, cui adiunctus fuit Mucius Suffecius Dux Albanorum, dubiam, & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuæ fidem repentè in ipſa acie detexit; Detecto enim Romani exercitus latere in proximo colle conſedit pro adiutore ſpeculator pugnæ futurus, vt aut victis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur, ſic apud ſe cogitans ſi Romani vincentur, hoc ego proſequar, quod ſi Romani vicerint impoſſibile eſt, quin tàm Romanorum quam Didenatium multi cadant, alij defatigati remaneant, tunc igitur in hos & illos irruam, percutiam, & ſpolia accipiam. Non erat dubium quin ea res militum Romanorum animos debilitatura eſſet, cum eodem tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cernerent: ideo timens tantum damnum Tullus prouidit, nam concitato equo, omnes pugnantium globos præcurrit, prædicans ſuo iuſſu ſeceſſe Mucium, quem ob duas cauſas in partem ſecedere neceſſe fuit partim ne inimicus videns minores noſtri exercitus copias cum eodem confligere, & pugnam dare non deſiſtat, partim vt tempore conflictus eſſet illis in ſubſidium, & cum ſignum dediſſet Didenatium populos inuadat. Veruntamen meum inquit conſilium eſt, vt non expectato ſubſidio fortiter agatis, & potius victoriam quàm ſubſidium quæratis, ſic enim non Albanis ſed Romanis gloria victoriæ attribuetur: quo conſi-

D lio ſic eos animauit, vt fortiter pugnando victoriam obtinerent. Chriſtus Dominus pugnaturus cum morte Diabolo, & inferno hoc ſtratagemate magna ex parte vſus eſt. Videns enim, quod ſi aduerſarij aduertiſſent ipſum eſſe Deum, nunquam cum illo bellum committere auſi fuiſſent, ideo diuinitas in partem seceſſiſſe videbatur, nam aliquod ſubſidium pugnando cum hoſte à diuinitate Chriſti habere voluit. Neque enim diuinitas aliquid paſſa eſt neque Chriſtus ſecundum diuinitatem tradebatur, flagellabatur &c. ſed ſecundum carnem vt inquit D. Petrus. *Chriſto igitur paſſo in carne* &c. ſed & hoc immenſæ charitatis eſt opus, quod tam indigna ſuſtinuerit in anima & corpore pro hominibus, in anima ignominiam, opprobrium & confuſionem, in corpore verò dolorem immenſum.

Quòd autem ſubdit D. Petrus, & *vos eadem cogitatione armamini*, docet nos qualiter animoſi & fortes efficiamur, reſpiciendo in Chriſtum crucifixum. Quando Ioſue pu- Ioſue 8.
gnabat eleuauit ſignum, & Lyra dicit, quòd eleuauerit in Lyra.
haſta, vt aſpectu clypei populus recordaretur fortitudinis Ducis ſui, & ſic pugnaret animoſius. Magnam etiam nos fortitudiem Chriſti in hoc vexillo Crucis tanquam clypeo legimus, ſed non minorem humilitatem, quia vt dicit S.Leo.
S.Leo. hæc fortitudo conſiſtit in humilitate, quam elegit & docuit Chriſtus pro omni fortitudine, id eſt tanquam id in quo omnis fortitudo conſiſtit, tanquam id quod continet arma ſpiritualis pugnæ, & defenſiua, & offenſiua, continet defenſiua quia humilitas crucis eſt ſcutum, quo protegimur contra tela inimici, offenſiua quoque quia non ferro ſed ligno Chriſtus domuit orbem, & infernum, humilitatem itaque in vexillo crucis legimus. In modo in- Bernar.
quit Bernardus humilitas, quia non minor humilitas quã ſpontè contumelia affici, illuſionibus ludibrijs exponi flagellis & tormentis cruciari, aut cumulari, & tandem morte turpiſſima in cruce mori. Hunc tamen modum paſſionis elegit Chriſtus pro omni fortitudine, & quemadmodum in opere fortitudinem, in modo paſſionis humilitatem, ita quoque in cauſa charitatem Chriſti cõſideramus, nulla enim alia videtur fuiſſe cauſa paſſionis & mortis illius niſi charitas. Principalis quidem cauſa fuit voluntas, S.Leo.
quia vt dixit S. Leo elegit & docuit humilitatem paſſionis ſpontaneæ ſeipſum offerendo ſacrificium & holocauſtum pro peccatis. *Oblatus eſt enim quia ipſe voluit*: ſed illa volũtas ea charitate proceſſit. Quęrere aliquis poteſt, quam ob cauſam ſacrificium quod offerimus ad altare in lege Euangelica vocatur Miſsa, & reſpondetur ideo quia eſt ſpontanea oblatio, nam vbi vulgata noſtra in Deuteronomio legit ſpontanea oblatio, in Hebræo & Chaldæo legitur miſach, id eſt oblatio voluntaria, quam offerebant Iudæi in ſignũ gratitudinis, pro fructibus terræ. Quia ergo ſacrificium altaris incruentum eſt oblatio ſpontanea, ideo dicitur Miſſa, licèt & illud cruentum fuerit oblatio voluntaria cauſa ergo paſſionis fuit voluntas Chriſti. Altera cauſa tam
iuſtæ pugnæ fuit charitas vt innuit D. Paulus *Commendat* Ro.5.v.8.
autem Deus charitatem ſuam in nobis quoniam cum adhuc peccatores eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Quatuor conſideramus in Chriſto maximæ dignitatis & valoris. Vitam qua nulla melior perſonam qua nulla dignior, honorem quo nullus maior, officium prædicatoris, prophetæ, medici animæ & corporis quo nullum excellentius: hæc tamen omnia contempſit Chriſtus & elegit, illudi, flagellari, coronari, crucifigi, non pro hominibus tantum, ſed pro omnibus peccatoribus, qui potius ira quam gratia digni erãt, pro illis qui eum illudebant, flagallabant &c. in quo immenſa charitas Dei commendatur. Magna charitas Dei oſtenditur in eo, quod hominem creauerit, & prouidentia ſua eundem conſeruauerit tribuendo illi victum per varia alimenta quæ ordinantur ad conſeruandam vitam: maior verò adhuc in eo quòd creauerit mundum, ſiquidem nec alimenta quibus veſceremur, nec vitam haberemus, niſi eſſet mundus vbi viueremus. Beneficia ſunt iſta quæ non merebamur, ſed neque demerebamur, ſiquidem ante creationem mundi non habebamus eſſe: hæc ergò accepimus cum nondum peccatores eſſemus. Quod ſi accepimus aliquod bonum à Deo cum iam peccatores ſumus, & demeremur & indigni ſumus vt accipiamus, tamẽ benigniſſimus Deus illud nobis confert: certè multò magis tũc Deus commendat charitatem ſuam nobis, & maior ad hoc re-

quiri-

Digitized by Google

quiritur charitas, vt ſequenti commoda oſtenditur ſimi-
litudine.

Simile. In Regnis & partibus Orientalibus, occidentalibus &
alijs vbi maximus in æſtate viget calor conſuetudo eſt ir-
riganti hortos. Si irrigetur ortus conſitus plantis non ha-
bens in canalibus impedimenta, nullus tunc eſt impetus
aquæ, quia ſinè impedimentis facille irrigat vniuerſum
hortum, ſed ſi irrigat hortum vbi colles aquæ fluxum im-
pedientes ſunt, & in canalibus vel ſemitis aquæ reperiun-
tur lapides & alia impedimenta, & tamen aqua auferen-
do, ſuperando & reijciendo hæc impedimenta irrigat hor-
tum, ſignum eſt maximi impetus aquæ; ſic in Deo maior
apparet charitas erga humanum genus inde quòd illi ma-
iora conferat beneficia poſt peccatum contra ſe commiſ-
ſum, quàm ante creationem. Iam verò extenſo vexillo cru
cis in quo & arma & cauſam belli legere, & videre licèt,
congregantur ſub illud duces exercituum. ASSVMPSIT
ENIM IESVS DVODECIM APOSTOLOS tan-
quam duces exercituum Chriſti. Quia verò difficile eſt
ſub vexillo crucis militare, non omnium enim ſed fortium
tantum, & robuſtorum hominum eſt Hieroſolymam
aſcendere antecedit Ieſus qui nõnunquam diſcipulos præ-
E mittere conſueuerat quia inquit: *Exemplum dedi vobis, vt*
Ioan.13. *quemadmodum ego feci ita, & vos faciatis*. Iudas Macha-
v.15. bæus, dum ſuos milites trepidare cerneret in bello, primus
ipſe caſtra Timothæi aggreditur, qua inſignis fortitudine
hoſtes ſubmonit, & ſuos commouit in pugnam Ionathas
filius Saul vnico armigero contentus, primuſque ſe hoſti-
bus oſtendit, & inſignis victoriæ principium fuit. Cæſar
Sueton. inquit Suetonius nonnunquam ſinè equo pedibus antei-
bat capite detecto milites, & Chriſtus præcedebat diſcipu-
los ſuos vt inquit S. Marcus Illi autem ſtupebãt & ſequen-
tes timebant quia dixit illis.

ECCE ASCENDIMVS HIEROSOLYMAM illis
ſcilicet duodecim Apoſtolis dixit, vt qui futuri eſſent teſtes
Marci 8. mortis & paſſionis, conſcij pereret myſterij, & Sanct. Mar-
cus addit quòd ſecreto eis dixit, grande.n. eſt myſterium
humilitas crucis, ideoque non niſi amicis reuelatum. Inde
admonentur prudentes, & maximè principes & rerum pu
blicarum gubernatores vt iudices terræ, vt non omnibus
pateat clauis ad penetralia eorum, non omnibus reuelare
ſecreta, maximè ea in quibus ſalus Reipublicæ maximè
pendet: ſciant neminem ſtultum tacere poſſe, vt dixit Pla-
Deus taciturnus apud antiquos fuit. to & Diogenes philoſophi. Antiqui colebant Deum ta-
citurnum cui offerebant animal quod caret lingua, ſigni-
ficando per hoc Deum taciturnum eſſe: illis ergo ſecreta
reuelanda ſunt, qui in hoc imitantur Deum, qui frequen-
ter petunt à Deo, vt ille ſolus claudat, & aperiat labia eo-
rum: illius autem labia Deus aperit, qui vt inquit D. Au-
D.Aug. guſtinus non ſolùm quod loquitur, ſed etiam quando &
vbi & cui loquatur, attendit. Ex hoc gloriabatur Chri-
Iſai. 50. ſtus per Iſaiam Prophetam dicens. *Dedit mihi Deus lin-*
v.4. *guam eruditam*, vel vt habet Hebraica linguam erudito-
rum, linguam quæ eruditos, & ſapientiſſimos quoſque eru
dire poteſt, vt ſciant ſuſtentare eum qui lapſus eſt verbo,
& velut transferunt ſeptuaginta, vt ſciant quando opor-
teat loqui verbum talibus amicis communicanda ſunt ſa-
Eccleſ.21. cramenta, non illis de quibus inquit Eccleſiaſt. *In ore fa-*
v.29. *tuorum cor illorum*, ſed ijs de quibus ſubdit, *& in corde ſa-*
pientum os illorum, non illis qui quidquid cogitant, quid-
quid eis venit in mentem verbis proferunt: iuxta illud
Pſal.72. Prophetæ *cogitauerunt & locuti ſunt*. Cor Regis debet eſſe
v.8. cor altum ideſt cor ſecretum & profundum, ſolus Deus
debet habere cor Regis in manu ſua, illi ſoli debent pate-
re ſecreta, & myſteria & aliquibus amicis prudentibus, &
taciturnis, quia *Sacramenta Regis abſcondere bonum eſt, ope-*
Tob.12. *ra autem Dei reuelare honorificum eſt*, ideſt ſecreta ex taci-
v.7. turnitate cellare bonum eſt, opera autem ideſt executio-
nem eorum manifeſtare, & publicare quando id fit in ho-
norem Dei, & Reipublicæ vtilitatem honorificum eſt.
Quot viri excellentes perierunt propter reuelationem ſe-
cretorum? quot ciuitates, & regna interierunt? ideo om-
nes leges diuinæ, naturales, & politicæ abominantur & ri-
goroſè caſtigarit ſecreta reuelantes propter damna, & in-
conuenientia, quæ inde ſequuntur. Inde Regnorum de-
fraudatio, inde impedimenta Regibus ne aliquid operen-
tur in commodum Regni, inde inimicis cautio pacis amiſ-
ſio, negociorum publicorum, & priuatorum alteratio, ſi-
cut accidit in Regno Portugaliæ, propter quod Rex Hen-
ticus cum eſſet ſurdus clara voce ei loqui neceſſe fuit, at-
que ita nihil ei ſecretè dici poterat. Valerius Maximus Val.Max.
multum commendans cuſtodiam ſecretorum conſiſtorij
Romani imperij dilatationem ei adſcripſit. Perſæ ſecre-
tum Regium ita tenaciter cuſtodiunt, vt impoſſibile ſit
etiam vnicum verbum ab eis expiſcari propter grauiſſimas
pænas, quibus tales caſtigabantur tanquam proditores, vt
dixit Roſius Regis proditor, patriæ euerſor exiſtimandus Oroſius.
eſt idem dicunt leges lex Imperialis tales amiſſione feudi
punit, & ineptos ad ſeruiendum Regibus, & conuerſan-
dum cum Principibus omnes iudicat. Sicut in domo Dei
omnia vaſa etiamſi precioſiſſima fuerint inepta iudicaba-
tur ad ſeruitium Dei, ſi coopertis carebant, ſic etiam ſi quis
pluribus virtutibus ornatus eſſet, ſecretum verò quod re-
condi debet in corde eius veſcit cooperire ſilentio, ineptus
iudicatur ad ſeruitium. Cum diſtillantur aquæ ex flori-
bus, ſubſtantia florum per humores defluit, in fornace in-
cenſa flamma extra prorumpit, & ex corde fatui, quidquid
boni, vel mali reconditum eſt per os erumpit. Eam ergo
ob cauſam duodecim tantùm Apoſtolis reuelauit Chri-
ſtus myſterium crucis, vt edoceret virtutem adeò neceſſa-
riam Chriſtianis, qualis eſt cuſtodia ſecreti, & hanc ob cau
ſam fortaſſis inquit Euangeliſta, quòd loquens eis de my-
ſterio paſſionis dixit eis ſecretum. Quamquam, & alia
aſſignari poteſt, ſemper enim Chriſtus Dominus etiam
cum proprio damno tuebatur honorem ſacerdotum, ſicut
olim per Moyſen præceperat. *Dijs non detrahas*, ideſt Sacer Exod.22.
dotibus, qui enim malè de eis loquitur, non ſolum eſt reus v.28.
peccati detractionis, ſed etiam blaſphemia, ideò vſus eſt
Deus eo nomine quo ipſe vocatur, cum prohibuit detra-
ctionem ſacerdotibus dicens, *Dijs non detrahas*, vt innue-
ret quòd ſicut dicere aliquid contra Deum eſt blaſphemia;
ita detrahere ſacerdotibus blaſphemia eſt. Plures aſſigna-
ri poſſunt cauſæ quare Deus voluit corpus Moyſis eſſe oc-
cultatum quarum vna hæc eſt, ne præberetur occaſio Iu-
dæis Idolatriæ, ad quam valdè procliues fuerant, ſed &
hæc non poſtrema ne aliqui male affecti haberent occaſio
nem murmurandi, & detrahendi Moyſi. Certum eſt enim
quòd Dominus pro pæna incredulitatis circa eductionem
aquæ de petra, non permiſit Deus Moyſen ingredi in ter-
ram promiſſionis, ſententia tamen Hebræorum eſt Moy-
ſen ſepultum eſſe in monte Synai, qui mons ita vicinus
erat terræ promiſſionis, vt ex cacumine eius videri poſſit,
quemadmodum etiam Deus ex hoc monte terram promiſ
ſionis monſtrauerat Moyſi: ibi enim ſepultus eſt Moyſes
vbi eſt & mortuus, ſed abſque vllo ſigno ſepulchri eius,
ideò ne aliqui murmurarent de Moyſe, qui dictus erat
Deus Pharaonis detrahere enim illi poterant, quòd cum
ita vicinus eſſet terræ promiſſionis meruit ne in terram il-
lam ingrederetur. Dijs ergo ideſt ſacerdotibus detrahen-
dum non eſſe docebat Chriſtus, & quoniam à ſacerdoti- F
bus, & principibus ſacerdotum traditus erat gentibus ideò
ſecreto diſcipulis loquitur. Huius doctrinæ recordari de-
bent nobiles illi qui in ſuis ſeſſionibus, congregationibus,
& comitijs in Clerum inuehentes, & Dijs ideſt ſacerdoti-
bus detrahunt non imitantes pietatem, & modeſtiam
prædeceſſorum ſuorum, & Regum Poloniæ qui ſum-
ma Clerum reuerentia ſemper proſequebantur. Imiten-
tur Chriſtum qui de Iudæorum ſacerdotibus licèt peſſi-
mis nihil dixit publicè, ſed ſolùm ſecretò, idque non
omnibus, ſed tantummodò duodecim diſcipulis ſuis illa
verba.

ET CONSVMMABVNTVR OMNIA QVÆ
SCRIPTA SVNT DE FILIO HOMINIS. Non
omnium tamen facit mentionem ſed captionis, illuſionis,
flagellationis, conſpuitionis, & crucifixionis: quia hæc
quinque præcipua fuerunt, quæ eum maximè afflixerunt,
quæ ſummo dolore cor eius transfixerunt, quæ cætera ſua
malitia ſuperabant, & licet pænè infinitos dolores ſuſcepe-
rit,

Digitized by Google

rit, hi ramen erant præcipui. In primis captio ſeu traditio gentibus.

TRADETVR ENIM INQVIT GENTIBVS. Scilicet Pilato, & eius ſatellitibus concordi concilio Iudæorum, quando in atrio Caiphæ conſpiratis animis clamauerunt. *Reus eſt mortis*, & cotam Pilato vociferati ſunt. *Crucifige, Crucifige eum*. Tradiderunt autem cum Pilato, vt per eum morti adiudicaretur, quod ipſi Iudæi facere non poterat: Iudæis autem tradidit Iudas, qui ita aſpiciebat Chriſtum, vt quotieſcunque loqueretur de ſua captione, & traditione nunquam expreſſe traditionem nominauit, quia etiam in illa diuina, & increata ſapientia videbantur deficere verba ad proferendum nomen traditoris. Adulatio quoque Iudæ, ſummè deteſtabilis ei fuit, nec mirum quia & Barbari Principes ab hoc vitio adhorrere videntur.

Moſchorum Princeps crudeliſsim⁹

Quid crudelius Ioannis Baſilide Moſchorum, Principe? de eo tamen refertur, quòd Ozyphas Szozerbatij, & Georgius Boratynnius Palatini Moſchi, cum miſſi fuiſſent ad defendendam arcem Suſas, intercepti à Lithuanis per commutationem captiuorum redempti ſunt. Cum primum venerunt in Moſchouiam à Baſilide magno Duce inuitati ſunt, & muneribus pretioſis donati. Inter alia quæ cum illis conferebat, ſciſcitatus eſt ab eis quid ageretur in Polonia, & Lithuania. Tum Ozyphas retulit omnia quæ viderat ac intellexerat candidè, & bona fide: ac Georgius Boratynnius, ea tantum quæ putabat grata forè magno Duci, inter alia ſic auſus proloqui. Inuictiſſimè Moſchorum Cæſar, ſic tibi perſuadeas, cum Rex Poloniæ audit, tuos milites iam adeſſe in finibus, maximo metu perculſus, quærit latebras. Dux deteſtatus adulatorem caput quaſſare cœpit inquiens. O Rex infelix tui planè miſereor, qui ita me times, adeoque tibi ſum terrori, vt ad mei mentionem cogites de fuga, ſi quandò in Lithuaniam venero mox ad Boratynnius conuerſus baculo quo vti ſolebat, caput atq; tergum eius dedolauit, donec frangeretur. Quod ſi tantum diſplicuit homini barbaro adulationis crimen, quantum diſplicuiſſe Chriſto exiſtimandum eſt maximè adulationis ſimul & traditionis crimen vt inquit Hieronymus.

Hieron.

Quia quaſi vite tradens mancipium in poteſtate ementium poſuit, quantum vellent dare, contra vſum & conſuetudinem omnium ementium, & vendentium iuxta illud Salomonis.

Prou. 20. v. 14.

Malum eſt, malum eſt dicit omnis emptor. Quapropter rectè accomodari poteſt deſcripto, qua traditorem deſcripſit Salomon Iudæ traditori. *Homo* (inquit)

Prou. 6. v. 12.

Apoſtata vir inutilis graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito, loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat, huic exemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam. Et licet Lyra interpretetur prædicta verba de Hæreſiarchis, de quibus inquit Apoſtolus impoſsibile eſt, ideſt valde difficile eos qui ſemel ſunt illuminati guſtauerũt etiam donum cæleſte, & participis facti ſunt Spiritus Sanctus guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque venturi ſæculi, & prolapſi ſunt, rurſus reuocati ad pænitentiam, &c.

Lyra.

Et reuera qui Hæreticorum mores perpendit, hæc quæ Salomon refert eis conuenire facile aduertet, eſt enim hæreticus vir inutilis, ad nihil enim aliud valet, niſi vt conculcetur, & in ignem mittatur, graditur ore peruerſo, quia blandis & fictis verbis decipit, & veneno erroris inficit, annuit oculis, quia vt inquit Eccleſiaſtes. Annuens oculis, fabricat iniqua: territ pede, cum magna inſolentia & libertate catholicos irridendo, ſicut cum quis irridet alterum, ſignum dat ſocio pede, digito loquitur, ideſt ſuperbè & præſumptuoſe. Prauo corde machinatur malum, quia ſicut caput, pedes, ac digiti, ita & cor praua ſunt omnia in homine hæreſi infecto, nam odiunt gratis catholicos, & annuunt oculis, pacificè eis loquuntur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitant S. Gregorius prædicta verba interpretatur de homine qui diſcordias ſeminat, ſic inquiens. Ecce quem ſeminante iurgia dicere voluit, prius Apoſtatam nominauit, quia niſi more ſuperbientis Angeli à conſpectu conditoris intus prius auerſione mentis caderet, foras poſt modum vſque ad ſeminanda iurgia non

S.Greg.

veniret, & paulo inferius. *Qui rectè deſcribitur quòd annuit oculis, digito loquitur, terit pede*: interior namque eſt cuſtodia, quæ ordinata ſeruat exterius membra. Qui ergo ſtatum mentis perdidit ſubſequitur foras inconſtantia motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat quòd nulla interius radice ſtabilitatis ſubſiſtat. Tales ſunt homines Schiſmatici ſicut de Moſchis referunt hiſtorici.

Gens Moſchouitarum.

Gens Moſchouitica cæteris omnibus Ruthenis aſtutior, callidior, & fallacior eſt: ſi autem cum externis aliquando commercia habeat, tunc non ſe Moſchouitas, quo maiorem fidem obtineant, ſed aduenas ideſt Nouogrodenſes, vel Poleſcouienſes eſſe ſimulant.

Guagn.

Et Guagninus ſic de eis loquitur: Moſci natura ſua ad contumelias, & calumnias mutuas, etiam chariſſimorum propenſi, ſæpè etiam in domos alienas res quaſuis clàm inferunt, quas tanquam furto ablatas repetunt, qui ſemel apud principem delatus eſt, morte vel falſam luit calumniam. Idem de cæteris ſchiſmaticis iudicium eſto.

Eccleſ. 37.

Alij explicant de fictis amicis iuxta illud Eccleſ. *Omnis amicus dicit ego amicitiam copulam*. ſed amicus ſolo nomine amicus: nonnè triſtitia ineſt vſque ad mortem ſodalia autem & amicus ad inimicitiam conuertentur vel vt habet littera Græca.

Græca.

Nonnè triſtitia manet vſque mortem, quando ſodalis & amicus conuerſus ad inimicitiam: ſed quia Iudas traditor fuit primus hæreticus, & maximus ſchiſmaticus & traditor Chriſti, ideo ei vel maximè competunt prædicta verba, fuit enim homo inutilis, quia infinita miſericordia Chriſti Domini, quam toties expertus fuerat, ſibi auxiliari neſcit vt rectè dixit S. Leo.

S.Leo.

Quod remedium nec te Iuda tranſiret, ſi ad eam pænitẽtiam confugiſſes, quæ te reuocaret ad Chriſtum, non quæ inſtigaret ad laqueum. Dicendo enim peccaui tradens ſanguinem iuſtum in impietatis tuæ perfidia perſtitiſti, quia non Ieſum Dei filium, ſed noſtræ tantummodo conditionis hominem inter extremæ mortis tuæ periculum credidiſti cuius flexiſſem miſericordiam, ſi eius non negaſſes omnipotentiam. Et idem iterum ſceleſtior omnibus Iuda & infelicior extitiſti, quem non pænitentia reuocauit ad Dominum, ſed diſperatio traxit ad laqueum: expectaſſes conſummationem criminis tui & donec ſanguis Chriſti funderetur pro omnibus peccatoribus informis lethi ſuſpendium diſtuliſſes. Ibidem Sed homo inconuertibilis ſpiritus vadens & non rediens, cordis tui ſecutus es rabiem, & ſtante diabolo à dextris tuis, iniquitatem quam in ſanctorum omnium armaueras caput in tuum verticem retorſiſti. Fuit ergo homo inutilis ex hac cauſa, qui gradiebatur ore peruerſo cum dixit. *Quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradam*? annuebat occulis, cum fictè ſimulabat ſe amicum & vendidit ſapientiam & magiſtrum ſuum, ideo Dominus dicebat ei, *Amice ad quid veniſti? Iuda oſculo filium hominis tradis*; Circunſtantia igitur perſonæ quæ tradidit eum, auxit Chriſto dolorem, quòd vilis homo fuerit ille traditor vt à ſapiente deſcriptus ſit. Circunſtantia quoque ingratitudinis multum addidit triſticiæ Iudam quippe Chriſtus non minoribus affecerat beneficijs, quàm cæteros Apoſtolos: præter vocationem ad Apoſtolatus dignitatem ſemper eum tanto amore proſequebatur, vt illud Prophetæ dictum de ipſo videatur intelligi.

Pſal. 54. v. 14.

Homo vnanimis & notus meus qui ſimul mecum dulces capiebat cibos: & maxime in vltima cæna vbi Angelica cibaria ſub miniſtrata erant. Denique circumſtantia cui tradebatur abſque ſummo animi mærore eſſe non potuit: namque tradidit eum gẽtibus, quę Iudęos tanquam canes habebant & aſpernabantur. Sed ſequitur alius animi dolor Chriſto Domino.

ET ILLVDETVR. Leges ciuililes, & Polyticæ pro certis peccatis determinatas pænas ſtatuerunt, & pro qualitate peccatorum diuerſas pænas aſſignarunt. Vix tamen aliqua lex eſt, quæ puniat aliquem pæna ad animam pertinente Chriſtus autem omnibus pænis afficitur in corpore & anima, in anima tolerat illuſiones & opprobria à Iudæis, in corpore flagella à gentibus, quia eſt murus & antemurale ſalutis noſtræ. Vix aliqua gens inueniri poteſt quæ ad illudendum aptior ſit ſicut Hebræi, quælibet natio habet à natura ſuos defectus & inclinationes & vitia

parti-

Digitized by Google

particularia. Ægyptij naturaliter ſunt furioſi & nouitatū auidi, Scythæ crudeles. Alexandrini mendaces, Africani infideles, Hebræi illuſores. Hoc vitium ita proprium erat Iudæis vt etiam quidam ſancti apud eos, videantur tali vitio laboraſſe, ſicut Helia illudebat falſis prophetis. *Vociferamini inquit magis quia forte Deus veſter obdormit.*

3.Reg. 18 v.17.

Illudebant ergo Chriſto. Quid enim aliud erat velare faciem dicendi propheriza nobis Chriſte? Quid aliud coronatio? niſi ſubtiliſſima illuſio? Quid aliud arundinis oblatio niſi illuſio? Sciebant enim quod Chriſtus, ſe Deum & Regem dixerit, ideo coronauerunt eum corona ſpinea, non qualicunque ſed ex ſpinis marinis, eo quòd floribus ex his ſpinis collectis mos erat coronandi Deos. Illudunt ergo Iudæi Chriſto hoc facto, Filium Dei ſe fecit; debet ergo coronari, vt Deus verùm non floribus ſed ſpinis, & ſic dolor & illuſio miſcebantur. Quia vero Regem, & legiſlatorem ſe dixit: ideò tanquam Regi arundinem, vel tanquam alteri Moyſi virgam obtulerunt. Vt quemadmodum Moyſis virga miracula faciebat, ita vt ille ſimiliter faceret, iocosè prætendebant. Quia verò ſputis, & ſanguine totam faciem eius denigratam cernebant, faciem eius velabant quaſi dicerent. Tantus eſt ſplendor huius faciei vt omnino aliter eum inſpicere non valeamus niſi velatum. Omnia hæc illuſoria erant, quibus licet maximus dolor corpori illatus fuiſſet, ſumma tamē triſtitia animam Chriſti afficiebat; maximè quia & in cruce pendenti illudere non ceſſabant mouendo capita ſua & dicendo. *Vah qui deſtruis templum Dei.*

H ET FLAGELLABITVR. Poſt dolores in anima dolor in corpore flagellatio acerbiſſima ſequitur, ſed non defuit etiam in hoc dolore triſtitia animæ. Quid enim

Iſai. 50. v.6.

aliud fuerunt flagella Chriſti niſi clamor dicentium. *Nolumus hunc regnare ſuper nos*: ſciebant.n. quod flagellati pluſquam 40. flagella recipientes erant infames, & ideo nullam dignitatem in Republica habere poterant: ideo Sanctus Paulus licet flagellatus eſſet, dicebat tamen ſe non recepiſſe pluſquam 30. flagella, & ideò non erat infamis. Chriſto Domino verò pluſquam 5000. flagella inflixerūt, vt inter infames reputaretur. ET CONSPVETVR. Conſputus in atrio Pontificis: in prætorio apud Pilatum inquit Hieronymus præfulgidum faciei Chriſti ſplendorem ferre non poterant, ſputis extinguere nitebantur. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Nouerat benè Diabolus, qui eos ad tantum ſcelus incitabat, quòd ex illo ſanctiſſimo vultu radij emicabant, qui ad commiſerationem crudeles Iudæos alliciebant. Nouerat quòd ſplendor ex facie Chriſti procedens diuinitatis ſigna demonſtrabat, & dura Iudæorum corda emolliebat, & ideo larnam ex ſputis conficere, & vultum Chriſti hac laruua cooperire ſuadebat, quòd non minorem dolorem afferebat Chriſto.

ET POSQVAM FLAGELLAVERINT OCCIDENT EVM. Matthæus declarat genus mortis. Ad crucifigendum inquit. Hanc mortem crucis Dominus ſuſcepit in ſe, quæ nobis debebatur, vt à morte gehennæ nos redimeret: vnde quamuis Deus non delectetur morte innocentis, complacuit tamen ſibi charitatiua vltio patientis pro ſalute aliorum. *Nam ipſe Deus pro nobis omnibus tradidit illum.* In quo bonitas Dei reſplendet, quia omnia nobis dedit, & nihil à nobis accepit.

ad Ro.8. v.32. ad Cor.1. v.30.

Ex ipſo eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis iuſtitia ſanctificatio, & redemptio. Quaſi dicat Chriſtus per mortem crucis diuinæ iuſtitiæ damnum recompenſauit, & oblatione ſui nos ſanctificauit, atque ab æterna damnatione redemit.

D.Baſil. Refert D. Baſilius lapidem quendam eſſe quem Græci amiaton appellant, idcirco quòd inquinari non poſſit, qui ſi flammis inijciatur, ingneſcere quidem videtur, & in prunam verti, ſed ex flammis extractus perinde apparet, ac ſi aqua eſſet perpurgatus; huiuſmodi fuere tres pueri, qui in fornacis Babiloniæ flamma exuſti ſunt: ſic caro Chriſti ſanctiſſimæ, omni lapide pretioſo purior atque ſolidior in ſepulchro non vidit corruptionem, iuxta illud. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Manus Moyſis vt liber Exodi refert, vna hora fuit ſicut nix, leproſa, & rurſus munda. Sic certè caro Chriſti ex infirmitate fuit in ſepulchro, ſed reſurrexit ex virtute Dei; ſic & homines Chriſtiani virtute Paſſionis Chriſti reſurgent ſicut vitrum ex fornace, ſicut amiaton lapis flammis perpurgatus: Rectè mors, & paſſio Chriſti comparari poteſt fornaci, in qua vitrum conficitur; quod vt euidentius pateat, reuocandum eſt in mentem, quod cum Doctores interpretantur illa verba Ioannis. Non æquabitur ei aurum, vel vitrum dicunt, quod per aurum intelliguntur Angeli, per vitrum intelliguntur homines iuxta illud D. Ioannis.

Ipſa verò ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo. Tota cæleſti Reſpublica ex auro, & vitro conſtat; & licet aurum multum differat à vitro, & vaſa vitrea ab aureis, homines beati ab Angelis in claritate tamen, & ſplendore ſimile erunt. Angeli & homines beati: ideo dicit Diuus Ioannes ſimile vitro mundo. Si comparemus homines cum hominibus prudentes cum ſtolidis dicere poſſumus illud Auicennæ. Fatuus inter prudentes quaſi vitrum inter gemmas. Apoc.21. v.18. Auicena.

Communiter videmus omnes ferè lapides pretioſo fieri aliquando ex vitro; ſunt enim aliqui artifices tantæ peritiæ in arte ſua, vt ex vitro efficere poſſint quemlibet lapidem pretioſum: adamantem &c. imò aliquando ſunt ita ſplendidi, vt ſplendore ſuo & colorum amænitate etiam ipſoſmet lapides pretioſos ſuperare videantur, ſed virtus lapidum, & qualitates ſecretæ eis deſunt, ideo etiā nec tanti pretij, aut valoris eſſe cenſentur. Sic ſunt aliqui homines, qui cū doctrina, & ſcientia careant atque prudentia, in apparentia exteriori videtur eſſe prudentes imò & videntur ſuperare ipſoſmet prudentes ſapientia & ſcientia, ſed deeſt eis virtus. deeſt ſubſtantia gemmarum, deſunt qualitates prærequiſitæ in homine prudente: ideo ſi comparentur ſtolidi cum prudentibus rectè de eis dici poteſt. Fatuus inter prudentes quaſi vitrum inter gemmas: ſed Diuus Ioannes comparat Angelos cum hominibus, & cum naturam Angelorum conſiderat, eam ſimilitudine auri exprimit, naturam verò beatorum hominum ſimilitudine vitri. Sunt quidem ſancti per comparationem ad alios homines gemmæ excellentiſſimæ, ſed per comparationem ad Angelos, quia natura humana reſpectu Angelicæ eſt fragilior ex vi conditionis ſuæ dicuntur vitrum; ſed aurum eſt ſimile vitro quoad gratuita: ad propoſitum ergo noſtrum ſi vaſculum ex vitro frangatur, quod remedium adhibendum eſt. Tiberius Cæſar.

Recordor me legiſſe, quod Tiberio Cæſari oblatum fuit vas vitreum quod malleis percuſſum non frangebatur ſed complicabatur, quod an ita fuerit affirmare non audeo: Certiſſimum enim puto in aliquo theſauro pro miraculo naturæ tale vas conſeruatum fuiſſe: ad ordinarie fieri videmus, quòd cum frangitur verbi gratia ſcyphus vitreus non malleis ad primam formam, & figuram reſtituitur, ſed collectæ reliquiæ vitri in fornacem mittuntur, & ex eis iterum vas vitreum conficitur, quod reparatum fit vas antiquum, quia ex materia vaſis confracti. Cum ergo homines ſint vaſa vitrea ſi labantur neceſſe eſt, vt in fornacem ardentiſſimæ charitatis, quam in paſſione Chriſti conſideramus reparentur: merita enim paſſiones Chriſti efficiunt, vt homo per peccata cadens in priſtinum ſtatum reſtituatur, quia paſſio Chriſti eſt noſtra redemptio iuſtitia & ſanctificatio, ſi qua labitur infirmitas non reparatur, niſi per eam mediantibus ſacramentis. Hæc autem reparatio manifeſtatur in reſurrectione, ideo dicitur poſt vexillum pugnæ vexillum victoriæ, & triumphi.

ET TERTIA DIE RESVRGET. Poſt triſtia læta nunciauit quia ſcilicet reſurrecturus erat tertia die, ne diuturniori expectatione fatigarentur.

ET IPSI HORVM NIHIL INTELLEXERVNT, ET ERAT VERBVM ISTVD ABSCONDITVM AB EIS ET NON INTELLIGEBANT QVÆ DICEBANTVR. Nondum perſpicere poterant diuini conſilij arcana, quo pacto ſcilicet is, quem glorioſe regnaturum ſpectabant, mortem crucis eſſet I

ſubiturus, & à morte reſurrecturus. Et quamuis non intelligerent quæ dicebantur illis, tamen dubium eſſe non poteſt quin poſtea intellexerint hæc non à caſu, ſed inſcrutabili Dei conſilio accidiſſe. Sanè Apoſtoli ita erga Chriſtum erant affecti, vt de eius morte & morte crucis aliquid æquo animo audire non poſſent, quod Beatus Petrus ſuo exemplo docuit ſatis. Abſit inquit non erit tibi hoc: ſed de priori parte Euangelij hæc, dixiſſe ſufficere puto.

Duæ igitur cauſæ aſſignari poſſent, quare cum expreſsè diceret Chriſtus & annunciaret de paſſione ſua, diſcipuli eum non intellexerint; Altera eſt amor diſcipulorum erga Chriſtum, nam cum alias Iudæis prædiceret eandem paſſionem futuram obſcurioribus verbis dicens *Oportet exaltari filium hominis* ſtatim intelligunt vel intellexerunt quid diceret. Apoſtolis autem palam loquitur & illi non intelligunt, quia affectus amoris non permiſit, & ita communiter accidit in mundo. Admonet Propheta diuites relinquunt alienis diuitias ſuas & illi quid dicunt. *Inclinabo in parabolam aurem meam*, videtur hoc illis eſſe ænigma, vel parabola propter affectum in diuitias. Sic ſi quis ab aliquo quæreret quot annis iam moreris non intelligit ex amore vitæ præſentis, cum tamen hic modus loquendi magis ſit proprius quærere quot annis moritur, quam quærere

Innocentius III. quot annis viuit aliquis vt inquit Papa Innocentius tertius ſiquidem viuere non eſt augere vitam, ſed diminuere dies, & annos vitæ: qui aurum vel pecuniam congregat de hoc dici poteſt, quòd quanto plus & diuitios congregat, tanto plures habet theſauros: ſed hoc non ſi quis loquatur voluptuoſo delicato, ambitioſo de humili, & atrociſſima paſſione Chriſti, non intelligit, quia ſuper cecidit ignis, & non viderunt ſolem, ignis affectus, & cupiditatis.

Alia cauſa aſſignari poteſt, quòd ignorantia non putabat hanc poſſe tantam malitiam in mundo reperiri, vt crucifigerent eum, qui erat author ſalutis: ex hac imaginatione plures accidunt errores: propterea commonitet homines ſic ſe excuſant non putabam: ſed turpiſsima eſt

Seneca. c.31. hæc vt inquit Seneca excuſatio, ego turpiſsimam excuſationem eſſe homini dico, quia omnia puto & rectè, nam

S.Aug. vt inquit Auguſtinus: & vbi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non deſunt ſed quieſcunt. Mare timetur etiam cum tranquillum eſt has cauſas Apoſtoli non intelligebant; quæ dicebantur à Chriſto, ideò cæco viſum reſtituit, vt intelligerent clariore mentis oculo eos opus habere itaque.

FACTVM EST CVM APPROPINQVARET. Ierycho Ciuitas fuit opulentiſſima in tribu Beniamin teſte Ioſepho, cum autem Dominus iuxta deſertum iter faceret Ieroſolymam, & obuiam haberet in hoc itinere ciuitatem Ierycho, accidit cum appropinquiaret ciuitati.

CÆCVS QVIDAM SEDEBAT SECVS VIAM MENDICANS. Cæcitas mendicandi ei fuit cauſa, ideoque miſericordiam quam implorauerat eſt conſecutus & magnam miſericordiam; vix enim maior miſeria eſſe poteſt priuatione viſus, niſi fortè priuatio viſus ſpiritualis, quæ eſt cæcitas mentis & ignorantia & inconſideratio, quam ob cauſam monuit Salomon cuſtodiendam legem vt pupillam oculi, ligandam in digitis ideſt conſiderandam & meditandam, qui enim leges diuinas & beneficia, maximè paſsionis dominicæ non perpendit hic cæcus eſt, & manu tentans.

ET CVM AVDIRET TVRBAM PRÆTEREVNTEM: ideſt cum ex ſtrepitu vocum ac pedum perciperet magnam multitudinem. INTERROGABAT QVID HOC ESSET. Solent quippe cæci eſſe curioſi cognoſcendi ea quæ auribus audiunt, quia oculis carent, tunc enim ingens populorum multitudo confluebat Hieroſolymam ad Paſchale ſacrificium.

DIXERVNT EI QVOD IESVS NAZARENVS TRANSIRET. In Nazareth educatus, in Bethleem natos: credebant quippe eſſe Meſsiam de quo libro Iudicum prædictum fuerat, quod Nazarenus hoc eſt egregie, & antonomaſticè ſanctus vocabitur, idcirco eum tranſire dixerunt. Nazareus Hebraicè ſcribitur per literam Zain Nazarenus quod ſeparatus, & Sanctus, *Cum venerit* (inquit Daniel) *Sanctus Sanctorum ceſſabit vnctio.* Iudic.13. Daniel 9. v.24.

In libro Iudicum loquens ſcriptura de Sampſone Nazareum nominauit, cum autem ille liber ſit multorum Prophetarum ſibi ſuccedentium: propterea Matthæus ait, Nazareus vocabitur, ſicut dictum eſt per prophetas, non autem per prophetam. Nazareus flos ſeu germen interpretatur. Nazer enim eſt planta nouella, & tenera, & flos de radice eius aſcendet, alij verterunt germen Daniel 11. *Et ſtabit de radicum germine eius plantatio.* Meſsias vocatur germen, cum audiſſet ergo is cæcus Meſsiam tranſire, & apud Iudæos perſuaſum eſſet Meſsiam de ſemine Dauid naſciturum, ſtatim relictis omnibus à quibus multam eleemoſynam conquirere ſolebat, intus prius quam foris illuminatus à Chriſto ad ſeipſum toto corde conuertit, clamans & dicens. Dan.11. v.1.

IESV FILI DAVID MISERERE MEI. k

Oratio magnæ fidei, & planè Chriſto digna, qua & alij duo cæci vt refert Matthæus viſum impetrarunt, & mulier Chananea ſanitatem, non dixit Ieſu Nazarene, ſed fili Dauid, aliquid magnificentius, & ſublimius de Deo ſentiens, nempè ipſum eſſe verum Meſſiam, quem paſſim omnes affirmabant de ſemine Dauid fore naſciturum. Miſerere mei, nihil aliud ab eo, quàm miſericordiam implorabat, ſciens ac certo credens eum ſibi præſtare poſſe ea, quæ ſibi eſſent neceſſaria modo vellet: porrò miſerere Dei proprium eſt, præſertim ſic eius miſereri, vt virtutem videndi ab eo quiſque recipiat, à priuatione enim ad habitum humanitus non fit regreſſio. Quare ſicut per filium Dauid humanitatem, ſeu humanam naturam, ita per hoc verbum miſerere mei diuinam Chriſti naturam eſt confeſſus.

Miſerere mei tum, quia tu miſericordiæ fons quoniam Ieſus, & quia Dauid filius, qui fuit miſericordiæ, & pietatis inſigne exemplar: tum quia in me eſt omnium fons miſeriæ, vt potè cæcus in tenebris ſedens, & lumen cæli non videns. Tu autem qui lumen es mundi, & illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum miſerere mei. Tibi conuenit & proprium eſt miſereri & illuminare eos qui in tenebris ſedent: neque enim à puro homine hanc videndi poteſtatem ego expecto aut expoſtulo, ſed à te qui es Deus & homo. Quis iſtum diceret cæcum, qui ita plenam diuinis oculis offert ſupplicationem? O acutiſsimum cæci aſpectum, ò tenebræ omni lumine clariores, ò prudentem mendicum, qui pecuniam contempſit, vt videndi facultatem reciperet. O fidem firmans, & perſpicacem quantam non inuenit Chriſtus in Iſrael. Fili Dauid inquit. Multi fuerunt filij Dauid quos ſcriptura refert. Amon qui propriam ſororem violauit. Abſalon impius in Patrem inſurgens, Adonias qui Patre reclamante regnum occupare tentauit. Præter hos filios promiſſus eſt vnicus filius, qui in perpetuum eſſet regnaturus ſuper filium Dauid. *Iurauit* (inquit) *Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Pſal.131. v.11.

FILI DAVID. Dauid ſignificat dilectum, Ieſus eſt filius dilectionis Dei: in Ieſu enim tota eſt Patris dilectio, in quo ſumus dilecti, & benedicti, electi & ſaluati. Si rem huiuſmodi penitius attendamus tunc apparebit, acutius hunc cæcum vidiſſe, & penetraſſe Chriſti ſacramentum, quàm turbam quæ comitabatur Dominum Ieſum.

ET QVI PRÆIBANT INCREPABANT EVM VT TACERET. Clamare cæpit cæcus antequam Ieſus penes illum eſſet, turba autem quia ſuſpicabatur vulgarem eum petere eleemoſynam, & Dominum illius clamoribus offendi poſſe, ideo increpabat eum, vt taceret.

Ipſe verò multo magis clamabat, fili Dauid miſerere mei. Quò magis turbæ obſtrepebant, eo vehementius cæcus clamabat,

mabat, eadem verba ſancta pertinacia repetens, ingenſ-
que robur fidei oſtendens: nam quoniam Dominum Ie-
ſum non videbat, nec ad eum accedere poterat, neque
ſcire, quantum ab eo abeſſet ſuus medicus quem appella-
bat, obſtrepentis turbæ voces, & increpationem ſupera-
re conatur: fides enim tanto magis conualeſcit, quan-
to magis premitur, ſicut ignis afflatu compulſus inuale-
ſcit. Quapropter tempore tyrannorum feruebat fides
catholica, tempore autem pacis refrigeſcebat Eccleſia in-
quit Hieronymus perſecutionibus creuit, martirijs co-
Hieron. ronata eſt. Hoc enim Eccleſiæ proprium eſt inquit Hi-
latius, vt tum vigeat cum læditur, tum intelligat cum ar-
Hilarius. guitur, tum obtineat cum deſeritur: propterea fides for-
tis grano ſinapis comparatur, quod prima fronte cuius
puſillum eſt & vile, at vbi alteri cæperit ſtatum odorem
ſua acrimonia exhibet, ciboque admixtum acerrimi ſa-
poris efficit, & tanto feruoris calore ſuccendit, vt mi-
rum ſit in tantulo grano tantam iuri ignis fuiſſe incluſam
eodem modo mirum fuit in tam vili mendico & cæco tan-
tum rectæ fidei feruorem fuiſſe repertum. Sedebat ille cæ-
cus deſpectus lacer, ſordidus vix baculum quo greſſum fir
maret vix puerum qui eum duceret habens, denique cæco
tranſeuntes erant infenſiſſimi, premebant, vrgebant, in-
crepabant vt taceret. Sola vox erat ei relicta, & illa ſola
reluctabatur, repugnabat, clamabat, vt verè ſinapis
granum agnoſcat, quod tritum via ſuam quam maxi-
mè exerit.

STANS AVTEM IESVS IVSSIT EVM AD-
DVCI AD SE. Feruens cæci atque conſtans oratio
non tam tenere Dominum quam cogere videtur. *Dimitte*
Exod. 32. *me* ait Dominus, ad Moyſen *vt iraſcatur furor meus ſuper*
v. 10. *populum iſtum*. Feruens Moyſis oratio quaſi manus Dei
ligauerat, ne Iudæos incredulos flagellis cæderet. Apud
Hieremiam ſimile quiddam legimus *Noli* (inquit) *orare*
Hierem. 7. *& noli me impedire*. Legimus item Angelum Domini iux-
v. 16. ta aram ſteriſſe, & euaginato gladio Hieroſolymam per-
cutere voluiſſe: ſed precibus Dauid deuictum ab illa viſio-
ne ſe temperaſſe. In Geneſi quoque legimus, Angelum
Geneſ. Domini luctatum fuiſſe cum Iacob, & cum aurora aſcen-
2. Reg 24 deret ab eo expoſtulaſſe vt ſe dimitteret. Feruens ergo cæ-
ci oratio tranſeuntem Dominum ſtare cogit, ſi autem ali-
quid ſublimius ſpeculari iubet perſtare diuinitatem, per-
tranſire humanitatem Chriſti intellige. Volens ergo Chri
ſtus oculorum viſum, & poteſtatem videndi cæco rogan-
ti, & credenti reddere, ſtetit, quia opus erat diuinitatis
quæ ſemper manet & nunquam tranſit: quia ipſe dicit de
ſe *Ego Deus, & non mutor*. Stetit ergo Ieſus, quia volebat
illi opem ferre, ſtare enim eſt indicium auxilij præſtandi.
Ecce (inquit Stephanus) *video cælos apertos & Ieſum ſtan-*
Abac. 3. *tem a dextris virtutis Dei*. Stetit Ieſus in medio diſcipulo-
v. 6. rum vt omnibus eſſet auxilio. Stabat mater eius iuxta
Act. 7. crucem, vt ei auxiliaretur. Stetit ergo Ieſus paratus ſcilicet
v. 56. ad ſubueniendum deprecanti, quem non tam cito exau-
L dit, vt fides cæci magis magiſque augeretur, atque ita obti-
neret, quod ex animo expoſtulabat. Differt enim Domi-
nus Deus dare, vt non ſit vile quod datur, & nos accelere-
mus mereri. IVSSIT ILLVM ADDVCI AD SE.
Cum enim eſſet ſubleuator pauperum & conſolator affli-
ctorum pauperem & afflictum non eſt aſpernatus, ſed illi
familiarem ſe præſtitit.

ET CVM APPROPINQVASSET INTERRO-
GAVIT ILLVM DICENS, QVID TIBI VIS
FACIAM; Non ignorabat quid ille cuperet, ſed ea ra-
tione interrogauit, vt cæco malum ſuum manifeſtante mi
raculum calumnia careret, & ne quis putaret quòd aliud
volenti daret: ideo inquit gradum fixi, interrupi iter, vt te
iuuarem, vt me tibi totum profundam, vt reddam me tibi
teque mihi, & de lumine meo tibi lumen accendatur. Ape
ri mihi vulnera tua, & ego medicinam opportunam adhi-
bebo. Crede te mihi quia ego me credo tibi grata dantis
magnificentia, cum doni quantitatem in petentis conſti-
tuat voluntate: ſic dixit Paralitico iacenti ad probaticam
piſcinam. *Vis ſanus fieri*; & mulieri Samaritanæ: *da mihi bi-*
Io. 5. & 4. *bere*, & matris filiorum Zebedæi. *Quid vis*? In quo liberi
arbitrij facultatem excitauit ad petendum quod ipſe dare
diſpoſuerat per congrua media quæ in ipſa diuina diſpo-
ſitione incluſa eſſe dignoſcuntur. Ezechiæ etiam addita
eſt longe vita annorum ſed per lacrimas quas largiſſimi fu
dit. Magdalenæ *remiſſa ſunt ei peccata multa quia dile-*
xit multum.

AT ILLE DIXIT DOMINE VT VI- Lucæ 18.
DEAM. Prius vocauerat Filium Dauid, nunc autem v. 41.
vocat Dominum, quia filius Dauid non illuminet cæcos,
ſed filius Dei, quamuis idem Chriſtus ſit filius Dauid &
filius Dei, propter duas naturas eiuſdem perſonæ. Do-
mine inquit omnia ſeruiunt tibi, quia Dominus vniuerſo-
rum tu es & in ditione tua cuncta ſunt poſita & vita &
mors & viſus, & cæcitas, peto igitur, VT VIDEAM,
à luce petit viſum, lux enim eſt ratio cognoſcendi tam ſen-
ſitiua, quàm intellectiua cognitione, quoniam vtriuſque
cognoſcendi virtus eſt quædam primæ lucis participatio.
Da mihi igitur Domine vt per fidem te cognoſcam ve-
rum Deum, & verum omnium Saluatorem & reſtaurato-
rem: deinde fruar te in perenni illo habitaculo cælorum
facie ad faciem, quia tunc ſatiabor cum apparuerit gloria
tua: vt habeam te quotidie ob oculos, videam & varietates
huius vitæ, & ad eum accelerem vitam in qua nemo mu-
tatur moritur quoque nemo. ET IESVS DIXIT EI
RESPICE, hoc eſt recipe viſum aptè reſpondet fidu-
ciæ rogantis. Quis eſt hic qui ſolo verbo cæco reſtituit
viſum? leproſumque ſolo verbo mundauit? mundare in-
quit, & ſurdo reſtituit auditum Ephpheta quod eſt adaperi-
re. Deus eſt purus, homo non eſt. Quid dicis Ariane pu-
rus homo eſt Chriſtus, alioqui quomodo poteſt ſimplex
creatura hæc ſigna facere? diuinitatis opus eſt nõ ſimplicis
humanitatis: imperatoria maieſtate iuſſit mandauit, re-
ſpice, & ſtatim viſum recepit. FIDES TVA TE SA-
LVVM FECIT. Ingens certè fidei virtus, quæ in
bello victoriam, in periculo ſalutem, in morbo ſanita-
tem conſequimur: per fidem acceſſum habemus ad Deum
qui accedit inuocat, qui inuocat credit. *Quomodo autem in-* ad Rom. 10.
uocabunt in quem non crediderunt? porrò fides cæci quæ ho- v. 14.
die commendatur ideſt fides vnius mediatoris Ieſu Chri-
ſti, per quem gratiam, & gloriam ſumus conſecuti: hæc
autem eſt fides Catholica, & eo modo eſt intelligenda,
quo Romana Eccleſia, quæ mater eſt omnium Eccleſia-
rum intelligit, & ſemper intellexit, alioqui fides erit infi-
delium non autem fidelium Chriſti. Huius fidei vnius
mediatoris Dei, & hominum Chriſti Ieſu. Noë eſt hæ-
res inſtitutus qui prænuncianti diluuium credidit, & cen-
tum annis antequam veniret diluuium, arcam fabricauit.
Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, cre- ad Ro. 4.
didit enim multiplicandam fore poſteritatem ſuam ſicut v. 3.
ſtellas cæli. In hoc cæco fides vnius mediatoris commen-
datur, quæ non fuit fides ſterilis quam exaltant hæretici,
ſed plena bonis operibus quam ſacra ſcriptura commen-
dat. Cum enim audiret Ieſum tranſire clamare cæpit,
nec prius deſtitit quam auditum ſe intellexit: irriſiones
quoque paſſiones, inſultus, contumelias pateretur nihil, vt
ſui voti compos fieret. Videntur ne tibi iſta fuiſſe bona
opera præſertim in cæco, qui nihil aliud præſtare pote-
rat? Cum ergo dicitur ei fide iuſtificari hominem, &
non operibus. Audi Auguſtinum diſſerentem ex fide Auguſt.
inquit.

ET CONFESTIM VIDIT, ET SEQVE- M
BATVR EVM MAGNIFICANS DEVM.
Cum Beatiſſimus Apoſtolus Iacobus vellet Eccleſiæ Dei
perſuadere Deum eſſe omnium bonorum fontem, atque
omnium gratiarum largitorem, tunc ſic grauiter eſt exor-
ſus principium ſuæ Epiſtolæ. *Omne datum optimum, & om-*
ne donum perfectum deſurſum eſt, deſcẽdens à patre luminum, Iacob. 1.
apud quem non eſt transmutatio nec viciſſitudinis obumbratio. v. 17.
Ab hoc etiam Exordio Sanctus Dionyſius eſt auſpicatus. Dionyſ.
Omne inquit datum optimum, nempè vires & habitus in-
tellectuales, in quibus reſplendet imago ſanctæ & indiui-
duæ Trinitatis, & omne donum perfectum, ſcilicet omne
donum gratiæ, gloriæ, deſurſum proficiſcitur à Patre lumi
num, patre Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt lumen de

Digitized by Google

Auguſt. lumine ſimul vnum lumen non duo lumina, perinde D. Auguſtinus lumen quod Deus eſt inquit in commutabili vnluntate, veritate, æternitate perſiſtit, & inde nobis eſt initium exiſtendi, ratiu cognoſcendi lex amandi: inde etiã omnibus irrationabilibus animãtibus natura quia viuunt, vigor quo ſentiunt, motus quo appetunt: inde etiam omnibus corporibus menſura, vt ſubſiſtant numerus, vt ornentur pondus, vt ordinentur, itaque eſt Pater luminum in diuinis, quia eſt principium diuinitatis. Filius enim à Patre gignitur. Spititus verò Sanctus à Patre Filioque procedit, tria lumina, & ſimul vnum lumen Pater luminum ideſt Angelorum, qui ſunt lumina illuminata à Deo, & ſpecula munda. Dicuntur autem lumina, quia lumen recipere poſſunt. Eodem quoque modo Beatiſſimi Apoſtoli cæterique electi, & dilecti Dei lumina appellantur. *Vos eſtis* (inquit ipſa veritas) *lux mundi*: omnes enim illuminati ſunt vt viderent, & intelligerent verum lumen, quia nullus hominum illuminantur, niſi ille hominum illuminator lumine veritatis quod Deus eſt. Nec quiſquam putet ab eo ſe illuminari, à quo aliquid audit vt diſcat, etiamſi non dico quẽquam magnũ hominem, ſed etiamſi ipſum Angelum contingat eum habere doctorem. Adhibetur enim ſermo veritatis extrinſecus vocis myſterio corporalis, verumtamen *neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus*. Audit homo docentem hominem vel Angelum, ſed vt ſentiat & cognoſcat verum eſſe quod dicitur, mens eius intus illo lumine aſpergitur, quod in tenebris lucet, quod manet in æternum, quod illuminat Angelos, quod cælo, & ſyderibus præbet lumen, vt illuminet elementa, & ea quæ in elementis conſtant, & in eis continentur, quod illuminat animas hominum, quod præbet oculis corporeis virtutem videndi.

Quid mirum quòd cæcus à Domino qui eſt lumen gloriæ gratiæ, & naturæ viſum & lumen recepit, & quod omnis plebs vr vidit laudem Deo dicens. Illumina Domini tenebras noſtras, illumina lucernam noſtram oculos cordium noſtrorum, intimæ viſionis perſpicua luce, vt videamus lumen, & cognoſcamus quidquid non eſt lumen, tenebras eſſe. Lux enim iſta corporalis loco clauditur, finitur tempore, noctium interruptionis variatur, vomitus pecoribus atque hominibus communis. Dicamus & nos cum hac plate, & cum cæco mendicante Domine, vt videam rogo illam lucem quæ non habet aliquam partem tenebrarum. *O lux beatiſſima reple cordis intima tuorum fidelium*. O lux ineffabilis, & inacceſſibilis, quæ ſolis mundis cordibus innoteſcis, & familiarem ſe præbes. Tu es qui Angelos, & animas in cælis viſione tua illuminas, mundos corde per contemplationem accendis. O lumen æternum & verum, Pater luminum, quem cæcitas non obnubilat, caligo non hebetat, tenebræ non offuſcant, diſtantia non dandi, vmbra non ſeparat. O lux potentiſſima quam videbat Tobias quando oculis clauſis docebat filium vitæ viam. Videbat etiam Iſaac quando caligantibus oculis filijs Ioſeph benedixit. Abſorbe me in tuę charitatis abyſſum, vt videam vndique te in te, & me in te, & cuncta ſub te, in æternitates perpetuas, quod nobis tribuere, dignetur qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Quinquageſimæ.
De Cognitione Sui.

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Lucæ 18. v. 35.
Sapientis oculi in capite eius. Eccleſ. 2. v. 14.

Docet Ariſtoteles quòd anima noſtra ſit quodammodo omnia, hoc competit animę per intellectum, qui omnium eſt capax, omnia quęcunque haber ſibi obuia rimatur, omnium rerum, & vel potiſſimum earum quas ita attingit, vt ab ipſis motus ac excitatus primo ſit, ſpecies, & imagines receptat ac recondit. Competit ętiam per viſum de quo inquit D. Chryſoſtomus: *inter vniuerſam creaturam homo eſt pręſtantiſſimus vt inter membra oculus*. Per oculos ceu per patentẽ portam omnia viſibilia, cælum, terra, elementa, aues, plantæ, qua ad notitiam ingrediuntur in animam; per oculos manifeſtantur ad extra intimi affectus, & abdita paſſiones animæ: nam vt inquit Plato. *In oculis animus inhabitat*, clementia, miſericordia, ira, odium, amor, triſtitia, lætitia, & totus hominis animus in oculis inhabitat. Per oculos cognoſcitur vir vt inquit Sapiẽs. *Ex viſu cognoſcitur vir*, ſitnè prudens vel ſtupidus: ſimplex & rectus, an vafer & malitioſus, per oculos ingreditur lumen in intellectum: per oculos manifeſtatur bona vel mala diſpoſitio corporis & animæ: ideo ſenſum hunc inter omnes alios ſenſus longè excellentiorem (cum & plures rerum differentias nobis commonſtret, & operatio eius cæteris ſenſibus ſpiritualior habeatur) Author naturæ in loco eminentiori, nempè in capite, collocauit, & melius cæteris muniuit: quia oculi id præſtate videntur toti homini, exiſtentes in capite, quod ſol & luna toti præſtant mundo in ſphæris ſuis manentes: colluſtrant ſcilicet obtutu ſuo, & permaneant vniuerſa; nec citius Princeps ſyderum ſol poteſt quippiam ſuis traijcere radijs, quàm Princeps ſenſuum oculus illud ipſum acie ſua perſtringat. Oculi tanquam ſpeculatores altiſſimũ locum obtinent, ex quo plura perſpicientes funguntur ſuo munere inquit Cicero. Sed quoniam vſus, & operatio oculorum poteſt eſſe, aut ſinè diſcurſu, & conſideratione intellectus, eſtque nobis communis cum brutis, quæ materialiter tantùm rerum externarum formas repræſentatrices typoſque percipiunt, vel cum conſideratione, diſcurſu, & prouidentia, atque animo ſubueniendi ijs, quę videntur aliquo auxilio indigere. Propterea Sapiens inquit, quòd *oculi ſapientis ſunt in capite*, quia quod ſapientes vident per oculos, hoc illicò per intellectum qui eſt oculus mentis conſiderant. Reges qui ad viſitandum Iob venerant dicit Sacra Scriptura, quòd *videbant dolorem eius eſſe vehementem*: quia tamẽ nullo remedio afflictionẽ eius lenire ac ſubleuare cogitabant: idcirco affirmare equũ eſt, ꝙ ſic oculi fuerint non in capite. At verò oppoſita ratione de Marathias, & filijs eius dicitur in ſacra ſcriptura, quòd hi videbant mala quæ fiebant in populo Iuda & Hieruſalem: videbant quidem & cæteri, illis tamen ſolis tribuitur, quòd viderint mala; quia nimirũ illi ſoli eruere conciues ſuos ex omni oppreſſione ac calamitate moliebantur, illi ſoli mala gentis ſuæ quę oculis corporeis ſpectabant attenta animi cõſideratione identidẽ cum compaſſione perpendebant; illi pro libertate, patrijſque legibus ſtrenuè dimicarunt, illi iugum hoſtile ſuis, populique ceruicibus excutere minaci dextera non dubitarunt, illi ipſi ſe Tyranno oppoſuerunt: quamobrem illi ſoli in capite oculos gerebant. Plures tamen ſunt qui oculos perlucidos in capite habent, cùm tamẽ cæcutiant & in tenebris ambulent: multi etiam ſunt qui cæci ſunt, & tamen de eis dici poteſt quòd cuncta videant, habeantque oculos in capite. Didymus Alexandrinus vir inter eccleſiaſticos ſcriptores valdè illuſtris, & huic non diſſimilis venerabilis Beda, Homerus quoque Poetarum omnium celeberrimus: hos

Margin: A Ariſtot. — D. Chryſ. hom. 15. in Ioan. — Plato. — Eccl. 19. v. 16. — B — Iob 2. 13. — C — Beda. Hemer.

aiunt

aiunt oculis captos vixiſſe, & quoſdam ab ipſa adhuc pue-
ritia eo naturæ vitio laboraſſe; nihilominus vt conſcripta
ab ipſis doctiſſima opera teſtantur, omnia eos ſibi perſpe-
cta habuiſſe conſtat. Signum ergo eſt quòd illi ſoli oculos
in capite deferant, qui diligenti mentis cogitatione exami
nant ea quæ extra contuentur: qui vt oculis materialibus,
careant, rationis tamen oculo omnia contemplati, notitia
earum rerum quæ homines dignę ſunt, vt plurimum abun
dant: cæteri tametſi pupillam nec vitiatam, nec ijs quorum
ſingula ad videndum neceſſaria ſunt deſtitutam habeant,
cæci attamen ſunt; proinde cum cæco hodierno ad Chri-
D ſtum exclamare debent: *Domine vt videam*. Cum enim
omnium agibilium notitia homini neceſſaria ſit, ne in te-
nebris ambulet, & in errores incidat, tum vel maximè no-
titia ſui ipſius animæ, potentiarum, & proprietatum illius:
hanc notitiam qui non aſſecutus eſt, vere ignorans & cæ-
cus exiſtit, & à Chriſto qua mente, qua voce expoſcere de-
bet: *Domine vt videam*. Philoſophi antiqui Apollinis Del-
phici eſſe dicebant illud præclarum ſanè dictum, & ea quæ
tum de Apollinis ſapientia erat opinione digniſſimum: vi-
delicet *Noſce te ipſum*, de cælo ſententiam allatam, & diui-
nitus in eius animum immiſſam eſſe affirmabant; qua mo
nemur vt in nos ipſos aciem mentis defigamus, in noti-
tiamque non alterius cuiuſpiam rei potiùs quam eam, qua
ſe ipſum quiſque cognoſcat peruenire quàm proximè con-
tendamus, & meritò id profectò. Quid enim prodeſt ho-
mini de vi ac influentijs aſtrorum, de diſpoſitione ſphæra-
rum, de proprietatibus arborum, herbarum, lapidum &c.
minutim ac curiosè diſceptare, ſi ignoret ſeipſum, & præ-
cipuè quantum ad ea quæ ad ſalutem animæ ſpectare vi-
dentur? ignorantia & cæcitas hæc multum pernicioſa eſt,
ex ea enim procedit ſuperbia, arrogantia, leuitas, incon-
ſtantia, & cætera eiuſdem generis monſtra. Quare vt &
ſapientes & habentes oculos in capite cenſeamur, non ſo-
lum in capite in mente, contemplatione & operatione nō
ſolum in capite, ideſt in Chriſto, qui eſt caput noſtrum, ſed
etiam in capite idem in principio formationis noſtræ, de
limo terræ, conſtituemus nobis in hodierna inſtitutione,
quaſi in ſpecula quadã ſpectanda duo genera hominum,
qui ad Chriſtum exclamare debent cum cæco: *Domine vt
videam*. Atque eorum imprimis qui præſunt: deinde eo-
rum qui de profectu in materia ſalutis ſeriò cogitãt: cuius
quidem profectus fundamẽtum eſt noſſe ſeipſum: ſic nem
pè eueniet vt oculos in capite habere ediſcamus: quod vt
facilius aſſequamur ad caput noſtrum Chriſtũ Dominum
oculos diligentius conuertamus, qui propter nos, & ſalu-
tem noſtram, en traditur gentibus ad flagellandum, coro-
nandum, crucifigendum. Certè ſalutare eſt noſſe, & cum
attentione conſiderare, quidnam ſit illud & quantæ digni
tatis, propter quod tanta patitur Chriſtus: nam fiet vt ex ta
li conſideratione, tres ignorantiæ cauſas abſcindamus, &
mentis oculus atq; viſum perfectũ à Chriſto obtineamus.
E Si quiſquam excellere debet in nobiliſſimo ſenſu viſus,
maximè Reges, Iudices, & hi qui in aliqua dignitate, & of
ficio conſtituti ſunt, neque enim, vt hinc ordiar, iuſtum
eſt, vt negotia grauia alijs cum periculo committant, aut
imperitę multitudinis vocem, ſenſumvè erroneum ſequan
tur, verum in perſona propria negotia grauiora diſcernere
hac decernere aſſueſcãt: nec facilè dictis aut lubricę aliorũ
fidei acquieſcant, ſed ipſi tum oculo quãtùm rei neceſſitas
poſtulat, & eorũ authoritas patitur, tum vel maximè men
te ad omnia præſentes excubare curent, cũ ardenti deſide-
rio proximum ijs adhibendi remedium, quos remedij ege-
re animaduertent. In Regno Hiſpaniæ conſuetudo eſt,
quòd qualibet ſexta feria Præſidens Caſtellæ cum Conſi-
liatijs Regijs ante ipſum penè crepuſculum, referunt Re-
gi omnia grauiora negotia Regni, quæ iudicium, & autho
ritatem Regiam requirere æſtimantur: quod quam lauda-
bile ſit, quis non videat? & fortaſſis id ita fieri ſolitum ibi
eſt exemplo ex ſacra ſcriptura decerpto. Prouiderat Moy-
ſes mandato Dei commonitus, ex omni plebe viros ſapien-
tes & timentes Deum, qui in conſiliarios, & coadiutores
regiminis cooptari digni habiti ſunt: quos vbi iam ſuffi-
Deut. 1. cienter inſtruxiſſet, qualiter negotia tractare ſinè vlla per-
v. 17. ſonarum acceptione deberent, tandem adiecit. *Quod ſi diffi-
cile vobis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam*.
Hiſce luculenter docemur, neceſſarium omnino eſſe, vt F
oculi in capite hæreant capita populorum ſunt: Reges, Iu-
dices, & quicũque alij dynaſtæ: hi ergò debent habere ocu
los in capite, quia ipſi per ſe non per internuncios quan-
tum fieri poteſt debent, tum deliberato maturoque conſi-
lio, tum cęteri dum opus eſt ſubſidio grauioribus Reipubli
cæ negotijs præſto adeſſe: præcipuè vero, vt ſubueniant
oppreſſis, & quacunque calamitate demerſis auxiliatricem
porrigant manum: in qua quidem re imitentur veſtram Re-
gem Salomonem qui cùm videret pauperes ſub preſſuris
gementes, & neminem auxiliatorem, intima animi com-
miſeratione tactus iudicauit, melius eſſe quemlibet hoc
modo afflictum mori; vel nunquam natum fuiſſe; quàm
adeò calamitoſam ducere vitam *Vidi* (inquit) *calumnias* Eccleſ. 4.
quæ ſub cælo geruntur & lachrymas innocentium & neminem num. 5.
*conſolatorem, neque poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum
auxilio deſtitutos & laudaui magis mortuos quàm viuentes &
feliciorem vtroque iudicaui, qui nec dum natus eſt*. Imitentur
tandem primum populi Iſraelitici Regem, qui poſtquam
ad ſceptra & coronas à Deo euectus Regio diademate re-
dimitus fuiſſet, id in quod primum oculos ſuos direxit fuit
populi afflictio. *Quid* (inquit) *habet populus quod plorat*. Imi- 1. Reg. 11
tentur denique Meſſiam de quo inquit Pſalmiſta. *Et ado-* v. 5.
rabunt eum omnes Reges terræ quia liberabit pauperem à po- Pſal. 11.
tente, & pauperem cui non erat adiutor: imo ipſum Deum v. 6.
qui de ſua in videndo diligentia ſic ait: *Propter miſeriam
inopum nunc exurgam* &c. pro adhibita diligentia in perſpi
ciendis, & leniendis oppreſſionibus pauperum promiſit
Deus olim per Prophetam Regibus, & Rebuſpublicis
vberrimam benedictionem: *Subuenite oppreſſo, iudicate pu-* Iſai. 1.
pillo, defendite viduam, & venite arguite me dicit Dominus; ſi v. 18.
*fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix dealbabuntur, &
ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana alba erunt*: & ali-
bi *Rex qui iudicat in veritate pauperes thronus eius in æternu̇m* Prou. 26.
firmabitur. Hæc cum ita ſint: aduertere inſuper debent ij, v. 14.
qui alijs præſunt, vt in diſtribuendis officijs, dignitatibus, G
& adminiſtrationibus oculos in capite habere quam dili-
gentiſſimè laborent; attenteque conſiderent quid, cui,
quantum, quale, & quando committant; vt bene perſpe-
ctam diuque probatam eorum perſonarum habeant, cum
eruditionem cum morum vitæque commendationis con-
ditionem, quas ad aliquod dignitatis faſtigium erigere af-
fectant: nec facilè admittant aliorum pro ipſis commen-
dationes, niſi prius ſedula indagine perquiſierint, cohęreat
ne lingua commendantis cum vita, & indole eius qui com
mendatur. Neque id cuiquam durum videatur: iam enim
certò conſtat, quòd ſicut multa bone eueniunt Reip. quan
do rectoribus ac magiſtratibus optimis gubernatur: ita
multis malis obruitur, ſi regatur à peruerſis. *Vidi* (inquit Exod. 3.
Deus) *afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius* v. 1.
*audiui, propter duritiam eorum qui præſunt operibus, & ſciens
dolorem eius deſcendi vt liberem eum*. Non dixit, propter du-
ritiam Pharaonis Regis, ſed propter duritiam eorum qui
præſunt operib. neceſſaria ergo eſt Regibus & Principibus
notitia eorum hominum, quos in partem gubernationis
ſuæ aduocant, alijſque præficere volunt: ſic fiet in eis dele-
ctum facere nullo negotio, & ſciant, & poſſint: quod ſi in
hoc deficiant eum cæco hodierno exclamare debent: *Do-
mine vt videam*.
Cæterum hominibus ad perfectionem totis velis remiſ- H
que contendẽtibus ea notitia neceſſaria eſt, qua ſi careant,
oculis quoque ipſis carere quantumuis eos iactent ac cir-
cumferant, meritò dicantur; hæc notitia eſt qua quiſque
ſeipſum cognoſcat, quandoquidem inter omnes omnium
ætatum ſapientes viros conuenerit, quòd prima hominis
virtus, prima prudẽtis laurea, primus de ignorantia trium-
phus ſit noſſe ſe ipſum: noſſe pericula quibus ſis expoſitus,
noſſe vnde auxilia, & adiutoria opportuna expetenda &
quærenda ſint. Qui ergo ignorantiam à ſe auferri & abdi-
cari deſiderat, qui à cæcitate intellectus ſe vindicare cogi-
tat, is oculos quos in capite geſtat, vel ſatiùs animi ſpiri-
tualem oculum retorqueat neceſſè eſt ac reflectat in ſe ip-
ſum; ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum ſaga-
cem conuertat mentem. Sic enim à parte ſiniſtra ſa-

Digitized by Google

Eccleſ.9. v.10.

queos qui ſibi tenduntur aduerteret, de quibus eum certiorem facit Spiritus Sanctus in Prouerb. *In medio laqueorum habitas*. Venatores ſiquidem peſsimi & nequiſſimi, calidiſſimi, & crudeliſſimi nequit D.Bernardus nihil aliud procurare videtur, niſi vt illaqueare poſſint hominem, debet igitur horum perfectam habere notitiam. Venatores inquit crudeliſſimis & quis vnquam enarrabit immanitatem, & credulitatem teterrimæ beſtiæ infernalis?

I

Iob 4.v.11

Ricardus verbo Tigris.

Audite quæſo quo eam nomine appellet Spiritus Sanctus in libris Iob: *Tigris perijt eo quòd non haberet prædam*. Quando quis ſummam impietatem alicuius vult innuere, vtitur communi prouerbio, Tigridis Hyrcanæ vbera ſuxit. Eſt Tigris beſtia crudeliſſima, manſuetudinis, & lenitatis prorſus incapax: ideò ſignificat in extremo, crudelem, impium & inhumanum quem nihil ad pietatem, & commiſerationem mouere poteſt; & talis eſt animarum inimicus Sathan. Eſt etiam Dæmon venator ſupra quam dici poteſt aſtutus & fallax: nam vbi vulgata legit. Tigris perijt, alia litera dicit myrmecoleo perijt, ſeu formicoleo perijt: myrmex etenim Græcum formicam ſonat: eſt verò myrmecoleo exiguum animalculum formicis infeſtum, quod ſub puluere deliteſcens, inde in formicas grania onuſtas excurrit, eaſque inuadens interficit ac depaſcitur: vnde & nomen obtinuit à formica & leone deductum, quòd formicis quarum vt imbecilliorum prædam agit, leonem ſe exhibeat; cum tamẽ & ipſum reſpectu volucrum à quibus capitur, non aliud quàm formica ſit, per hoc igitur animal incredibiles aſtus fraudeſque Diaboli exprimuntur: qui in diuerſas figuras ſe transformat, diuerſis ſe veſtibus induit, diuerſas perſonas mentitur, pro qualitate & conditione perſonarum quibus inſidias molitur; accommodando ſe ad vniuſcuiuſque inclinationem quam bene nouit: ideò vocatur Dæmon, quod interpretatur vt inquit Abbas Rupertus: ſciens. Scit pro penſionem hominis auari, & transformat ſe in formicam; cuius tota vita eſt alienis frugibus ſuos implere aceruos, ſcit inclinationem hominis ſuperbi, & transformat ſe in leonem animalium omnium ſuperbiſſimum, ſcit inclinationem hominis ficti, & transformat ſe in vulpem, & formicaleo, nam quandoque gerit formam leonis, quandoque formicæ pro aſtutia ſua: atque ita homines in via Domini grana ſalutifera meritorum, ac bonorum operum legentes, eaque in horreo conſcientiæ ſuæ reponere ſatagentes, quibus adueniente mortis hyeme, contra æternam famem muniantur, erumpens è puluere vanarum ſuggeſtionum incautos furtim inuadit, meritis ſpoliat; vanitatibuſque ad quas & ſuaptè natura proclenſi ſunt, & eius funeſtiſſimis perſuaſionibus facilè ducuntur irretitos, perimit, ac tandem faucibus adapertis conſumit ac deuorat. O verſutiam venatoris? ò immanem rabiem prædonis? ita Dæmones ſunt venatores hominum inſtructiſſimi, ſed malitia eorum eſt incomparabiliter maior, nequitia eorum ſuper omnia: propterea D.Bernardus dixit eos eſſe venatores peſſimos, & nequiſſimos. Non ſatis erat dixiſſe, quòd ſint venatores peſſimi, ſed adiecisse oportuerat, & nequiſſimi, vt ſic duplicato vocabulo, aliqualiter innoteſceret magnitudo nequitiæ eorum, & ideo Spiritus Sanctus in libris Iob vocat Dæmonem Behemot, quod ſecundum communem expoſitionem Gloſſæ, idem ſignificat quod *Caput ſiue Princeps inimicitia*. Non ſatis exprimitur malitia Dæmonis, cum dicitur inimicus, aut aduerſarius, ſed Princeps inimicitiæ; ſub eius vexillo conſcripti ſunt omnes inimici hominis, eſt generalis Dux omnium aduerſariorum hominis iuſti: mundus & caro ſub eius ſignis militant, nec minus declarat magnitudinem malitiæ eius, expoſitio D. Hieronymi, & D. Gregorij huius verbis *Behemot* qui dicunt hoc verbum *Behemot*, idem denotare, quod omnes deuorare cupiens. Verè Diabolus eſt illa beſtia, quæ vt ait S.Iob, ſi abſorbeat fluuium non mirabitur, non extinguet ſitim, non ſufficit ad extinguendam ſitim eius vnus fons, aut riuulus, imò nec fluuius. Non ſatiatur dum tot millia in dies abſorbet peccatorum, nec ſufficit tibi, quòd abſorbeat omnes peruerſè agentes, *ſed habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius*. Si Iordanis qui ſignificat omnes ſanctos influeret in os eius, ſi inquam omnes ſanctos abſorberet, omnes choros Angelorum, omnes Apoſtolos, totum exercitum Martyrum, Senatum Confeſſorum, omnem multitudinem Virginum; ita quòd nec vnica guttula ingluuiem eius effugeret, nullus Sanctus euaderet: tunc primum mitigaretur malitia appetitus illius, ſed quia vt hoc aſſequatur non eſt poſſibile: ideo vt expleat inſatiabilem gulæ ſuæ rabiem, in venatorem pernicioſiſſimum ſeſe transfigurat: atque ita plurimos laqueos ponit iuxta iter homini, Auaritia eſt laqueus, Ira eſt laqueus, detractio eſt laqueus, cætera omnia vitia ſunt laquei quibus incircumſpectus illaqueatur homo: vt rectè dicat Eccleſ. *In medio laqueorum habitas*. Inter tot pericula, quanto quæſo opus eſt acumine viſus? quanta cognitione fraudum Diaboli? nouit bene iuratus is hoſtis noſter, quòd nihil magis nocet homini, quam cæcitas, & in circumſpecta hiantium fouearum ignorantia; ideò hoc maximè prætendit, vt inordinatis & malis deſiderijs, ac ſenſualitatibus hominem poſſit excæcare, hic eſt laqueus præcipuus, quo inuoluere ipſum cupit.

D.Bern.

Iob 40.

D.Hier.

D.Greg.

Iob 40. v.19.

Alia litera.

Abb.Rupertus li. 2 de victoria verbi Dei c.1.

k

I

L

Plinius.

Refert Plinius quòd quando aquila cum ceruo pugnat, quia ſentit ſe imparem ceruo viribus, hac ſibi arte victoriam parat: voluendo ac reuoluendo ſe ſuper ſolum arenoſum, implet plumas arenas, ac tandem inſilit ſuper caput cerui, cui tenaciùs inſidens, excutit in oculos eius quicquid pulueris intra pennas receperat; quo facto excæcatur ceruus, ac nouo perterritus euentu vti pauidiſſimus eſt, currit huc atque illuc concitatiſſimo impetu, cumque iam careat viſu quo poſſet dirigi ad eligendam liberam ac tutam viam, currendo in obuios truncos, & aduerſas arbores impingit, ſicque miſerè ſeipſum interficit: ita ſanè accidit in bello animæ cum inuiſibili inimico, quia enim dum anima munita eſt diuinis auxilijs, impares ſunt vires inimici, qui etiam ideo vocatur formicoleo; vires ſiquidem eius, ſunt vires vnius formicæ, ſi ei reſiſtat eo modo, quo debet & poteſt ſuffulta diuinis auxilijs anima. Hoc ille non mediocriter perſpectum habet: quocirca talis ſtratagemate bellator iniquus vtitur, pulueribus terrenarum cogitationum, atque earum quas mundus fouet ac oſtentat illecebrarum obrutum excæcare primò aggreditur hominem; quod tum praſtat dum imaginationem, & intellectum illius replet prurientibus ſenſualitatibus; quaſi voluntas extemplo non reiecerit, ita ſubitò excæcatur miſer homo, vt poſt appetitus, & deſideria excurrat; per varias, variaſque tandem ſcelerum ſalebras raptatus, & ad quæuis vitia temerè alliſus, ſeipſum interimat, & in altas barathri foueas præceps ruat. Nouit benè tam frequenter iſthic nominari indignus aduerſarius omni bono noſtro infeſtiſſimus, turpiſſimam rem eſſe peccatum; adeò vt rectè dixerit Philoſophus: Nemo reſpiciens ad malum operatur: & ideò vel vitia apparenti fictaque cooperit pulchritudine, vel quod potiſſimum nititur excæcat animum ignorantia ne turpitudinem peccati agnoſcat & agnitam abhorreat: ac vt aiunt, cane peius, & angue deteſtetur.

Hic igitur primus laqueus, & præcipuus eſt ignorantia ſui. Debet itaque ſapiens oculos quos habet in capite in ſeipſum dirigere, vt per notitiam ſui ipſius de ignorantia triumphet.

M

Notus eſt omnibus ignorantiæ typus ab Alciato depictus, nimirum Sphinx, monſtrum illud Thebanum, veſtitum plumis, facie muliebri, pedibus leoninis, quod homines cæcos, & notitia ſui ipſius deſtitutos in exitium tali aſtu agebat: Proponebat ænigma difficile & obſcurũ, quod qui ignoraſſet, & diſſoluere non potuiſſet, vnguibus monſtri dilaceratus interibat, ænigma autem propoſitum huiuſmodi erat: quod nam ſit illud animal, quod ſummo mane incedit quadrupes, in meridio bipes, declinante die apparet tripes. Vnus ſolus extitit Oedipus, qui huius ænigmatis ſolutionem præſtitit, & monſtrum in præcipitium dedit, inter plurimos laqueos, quibus Sphinx infernalis Diabolus innectere hominem contendit vnum eſt, propterea id ænigma quod naturam ipſiuſmet hominis continet. Sed ænigma iſtud difficile. Quid enim difficilius quàm cognoſcere tam mirabilem facturam Dei, quæ vt inquit Propheta; ſummam Dei ſapientiam nobis manifeſtat. *Mirabilis* (inquit) *facta eſt ſcientia tua ex me, confortata* Pſal.138. v.6.

eſt

eſt & non potero ad eam confortata eſt & adeò alte eleuata, vt vix ſagaciſſimus mentis oculus ad eam pertingere poſſet neque enim homo eſt ſolum corpus, ſed ſpiritus nobiliſsimus: non eſt etiam totus ſpiritus ſicut eſt Angelus, ſic Deo diſponente, ſed quid compoſitum ex carne & ſpiritu. Cum enim aduerteret Deus Angelorum lapſum, vel ex eo proueniſſe, quia cum eſſent puri ſpiritus in ſublime ferebantur, non habentes pondus aliquod materiale quod eorum nimiam elationem comprimeret ac temperaret; quare in ſuperbiam, & rebellionem contra Deum euecti ſunt: prouidentia ſua diuina factum eſt, vt non eſſet homo purus ſpiritus, ne per elationem facile ſuperbiret: ſed ſecundum partem ſuperiorem quæ eſt anima, eſſet naturæ ſpiritualis, ſicut Angelus, & ſecundum partem inferiorem quæ eſt caro eſſet materialis, & terrenus: vnde eſt animal monſtroſum, compoſitum nempè ex duabus naturis diuerſis & contrarijs, ex parte materiali, & ſpirituali. Non eſt enim ſola caro vt cætera animalia ſed compactum ex carne & ſpiritu, & quomodocumque conſideretur, ſiuè vt eſt pars materialis, ſiuè vt ſpiritus, ſiuè vt compoſitum, eſt tanta difficultas in ſoluendo ænigmate vt omnino nobis ad Oedipodem Chriſtum Dominum recurrendum ſit; qui ænigma ſoluat, monſtrum in præcipitium agat ignorantiæ labem diluat, & viſum reſtituat, ad hunc nobis clamãdum eſt *Domine vt videam* Typus temeritatis ſphinx tres cauſas efficientes eaſque primarias ignorantiæ exprimebat, libidinem animi leuitatem, & arrogantiam. Prima quidem puellari forma depingitur: quæ cum animum occupat, nunquam poteſt obcæcata mens cognitionis, & ſcientiæ bono perfrui. Altera eſt inconſtantia ſeu leuitas per plumas vagabundæ auis deſignata: quæ ſui amatores per omnia diſcedere à ſtabili firmoque ſcientiæ fundamento facit. Tertia vero arrogantia ſuperbiaque leoninis cruribus adumbrata; & hæc complectitur in ſe pernicioſiſſimum rerum meliorum contemptum: quam neceſſariò ſequitur craſſa & exitioſa imperitia ſuique ignorantia Oedipus noſter per oppoſitum Chriſtus Dominus, vt viſum reſtituat, contra ignorantiam, præſentiſſima antidota relinquat, atque ænigma aperiat tres cauſas veræ ſapientiæ & cognitionis ſui ipſius quemlibet noſtrum edocet: monſtrum namque arrogãtiæ funeſtiſsimum humilitate, monſtrum libidinis & inconſtantiæ ſimul propriæ excellentiæ conſideratione profligare ſuadet.

N Certè animæ excellentiam quæ ex naturæ ſuæ conditione, & dono ſupernaturali ei competit conſiderantem aut voluptatis illecebris deliniri, aut leuitate ac inconſtantia vaneſcere impoſsibile videtur. Pars quippe hominis, quæ eſt anima rationalis animo magnanimo nos eſſe iubet, & perſuadet indignum eſſe tam excellentem creaturam Deo & Angelis ſimilem vtiliſsimis libidinum ſordibus inquinari, & leuitatis vento agitari. Eſt ſanè anima ſpiritus paullominus Angelis inferior vt inquit Propheta: *Minuiſti eum paullominus ab Angelis*. Eſt imago viua Dei, & ſimilitudo omnipotentiæ eius: quia cum ſit vna, ſimplex, & ſpiritualis ſubſtantia eſt principium multarum operationum ſimul, ſiquidem per oculos videt, per auditum ſonos, per olfactum odores percipit, per linguam guſtat, & per alias corporis partes tactus officium exercet: in ſtomacho cibum concoquit, in hepate eundem in ſanguinem mirabili artificio conuertit, in corde ſpiritus vitales conficit, in cerebro ſpiritus animales procreat, diſtribuitque quoſdam per arterias, alios per venas. Quidquid videt id totum perfectiſsime in ſe depingit, recordatur præteritorum per memoriam, diſcurrit per intellectum, amat & odit per voluntatem: in ſumma, nulla eſt actio in hac ſtructura corporis, cuius anima non ſit principium & principalis cauſa. Quis poterit enarrare dexteritatem, & promptitudinem eius? quis poterit explicare mentis eius, quam ſit acutæ, & perſpicacis indaginis? volat de vna parte maris ad aliam; penetrat intima terræ, circumuolat mundum mira celeritate; deſcendit ad inferos & conſiderat, quæ in eo ſunt: eleuat ſe ad cælos & perambulat illas amæniſsimas plateas, & intrando etiam in illa ſecretiſsima cæleſtia adita, non quietatur quouſque præſentiſsime accedat ad ipſius Dei ſolium: videt & intuetur res abſentes, ſcrutatur reconditas, anteuertit & facit præſentes res futuras.

Præterea capacitatem potentiarum eius quis percipiet? quas nihil ſatiare poteſt; ita vt nec totus mundus præter ipſum Deum: denique in omnibus eſt ita excellens, vt non propter aliud quidpiam creari debuerit niſi propter ſolum Deum, tanquam propter vltimum finem à quo originem traxit, & de cuius manibus tam perfecta totque exornata excellentijs prodijt, vt Propheta mirabilem Deum in creatione illius prædicauerit: eo quòd maxime eluceat Dei ſapientia & ſcientia ex eius creatione: non ſic ex productione aliarum creaturarum. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me confortata eſt & non potero ad eam*; ac ſi Pſal. 138. v. 6. vellet dicere vt explicat Theodoretus. Quando contemplor & conſidero facultatem, & naturam animæ rationalis, quam mihi dediſti, quando conſidero ſcientias quarum eſt capax, tot artes in mundo quarum eſt inuentrix: quando conſidero tot idiomata & diuerſa vocabula diuerſarum linguarum quæ intelligit, quando perpendo prouidentiam qua gubernat corpus, tribuit oculis vt diſcernant inter colores, palato vt ponat differentias inter ſapores, naribus vt iudicent inter odores, auditus vt percipiat ſonum tactui vt percipiat dolorem & delectationem, linguæ vt ſit interpres conceptuum eius: quando contemplor mirabilem illam vnionem duarum naturarum, quarum vna eſt mortalis, altera mortis expers, hæc omnia conſiderando deuenio ad prædicandam Dei ſapientiam: quia nimirum: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me* &c.

Nec inuenio medium efficacius ad cognoſcendũ Deum quam dum animæ excellentiam contemplor. Quomodo enim quis Deum cognoſcet, qui non cognoſcit ſe ipſum? Quomodo cognoſcet ſpiritus altioris ordinis, ſi non cognoſcit ſpiritum quo gubernatur proprium corpus? Profectò principale ſpeculum in quo videtur Deus eſt anima rationalis videns ſe ipſam, quia ibi videtur imago Dei: ſed hæc excellentia animæ rationalis, cum ſit naturalis, eſt communis omnibus, paganis, iudæis, & chriſtianis: eſt præter hanc alia propria chriſtianis nobilitas & excellentia animæ rationalis, quo ad eſſe ſupernaturale, cuius notitia multum iuuat ad comparandam hanc ſanctam præſumptionem & magnanimitatem: qui enim conſiderat fauores quos anima percipit à Deo, qui conſiderat honorem, quo dignatus eſt eam præuenire, qui contemplatur, quanti eam æſtimet ille, qui propter ipſam de cælo deſcendere, & proprio eam ſanguinem redimere dignatus eſt, qui propter ipſam aſcendit Hieroſolymam vt inquit hodiernum Euangelium. *Ad flagellandum, coronandum, crucifigendum*. Qui tantorum beneficiorum frequentiorem memoriam reficiat, & animam ſuam adeò nobilitatam perſentit ſcit; ille tanti eſt apud ſe, quanti æſtimatur à Deo: ille tanto ſibimet eſt in pretio, quantum eſt pretioſus apud Deum à quo inæſtimabili pretio vitæ illius propriæ, & ſanguinis pretioſiſſimi emptus eſt vt inquit D. Paulus: *Empti enim eſtis pretio magno*, &c. is ſolus propriam dignitatem percipit ſicut monet 1. Cor. 6. v. 20. Leo Papa: Cognoſce (inquit) ò homo dignitatem tuam, quia Deus voluit te eſſe conſortem naturæ ſuæ, is inquam, non ſolùm ab omni vilitate abſtinebit, ſed omnia quæ in mundo ſunt tanquam abiectiſſima, & inferiora ſe reputabit; hic animo generoſo omnia aduerſa conſtanter ſupportabit, & contemnet ſicut aquila, quam cum quædam auicula circumuolans perſequitur, & quodam inſtinctu naturali aliquantulum morſu vellicat; tantum abeſt vt hoc curet, vt diſſimulet etiam ſe eam videre; nec æquum eſſe cenſet, vt vel tantillum obuertat ſeſe caputque retorqueat ad ipſam conſpiciendam: atque ita duas ignorantiæ cauſas nempè libidinem, & inconſtantiam per conſiderationem, & notitiam ſui ſeu dignitatis animæ propriæ facilè quiſquam abſciderit.

O Tertiam demum eiuſdem mali cauſa quæ eſt arrogantia per humilitatem tollitur, quam ex conſideratione vilitatis alterius partis ſcilicet corporis venamur: *Corpus* (inquit Sapiens) *quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*. Et rectè Sap. 9. v. 15. dici poteſt, quod corpus humiliat animam, idque ſiuè quis conſideret principium & finem illius, ſiuè varias infirmitates, & malas propenſiones. De principio & fine eius inquit

quit

Iob 10. v.9.
quit Iob: *Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me & impuluerem reduces me.* Conſidera ex qua materia corpus formatum geras, perpende quod finis illius ſit ſepultura puluis & vermis. Et heu vermes corrodunt miſerum cadauer & forte non aliunde, ſed ex ipſamet carne putrefacta vbertim prognati.

Quanta hinc ſe humiliandi occaſio offertur? en corpus noſtrum ſeminarium vermium eſt. Vtinam hoc perpendant qui diuerſis epulis corpus ſaginant ac diſtendunt, delicatè enutriunt, exquiſitè exornant blandè fouent. Quid aliud quæſo ii faciunt quam eſcam vermibus condiunt? ita vt rectè ac ſinè errore dici poſſit: quòd quilibet homo voluptatibus deditus ſit coquus vermibus cibum præparans. quod ſi infirmitates & malas corporis affectiones conſideres, vberem humiliationis materiam inuenies, ipſe ventriculus cui, cum tanto labore alimenta procurantur, quid aliud eſt quam ſepulchrum fætoris piſcium & aliorum animalium quæ homo manducat, vt verè dixerit Pſalmiſta:

Pſalm. 5. v.11.
Sepulchrum patens eſt, guttur eorum. Iam verò ipſa corporis ſubſtantia eſt adeo miſera vt nullius ſit prorſus vtilitatis,

Gen. 18. v.27.
quod pulchrè innuit Abraham humiliando ſe coram Domino: *Cum ſim puluis & cinis loquar ad Dominum meum.* Non abſque miſterio ſpeciali dicit, quod ſit non tantum terra, ſed etiam terra & cinis ſimul. Terra etenim poteſt eſſe vtilis ad ſeminandum, & benè exculta poteſt afferre fructus, herbas, flores. Quin ſi etiam quantum ad hoc non ſit alicuius frugi; vt ſi contingat eſſe arenoſam: conuenit nihilominus mænibus compaginandis calce admixta: Cinis quoque ſolus non inutilis eſt, quia ex illo ſit lixiuium, vitrum &c. ſed terra cum cinere mixta nulli prorſus inſeruit vſui nec enim valet ad ſeminandum, nec ad ædificandum, nec ad quidpiam aliud. Cum ergo homo ſit terra & cinis, terra non ſolum de futuro ſed de præſenti, quia dicit cum ſim terra & cinis, nempè terra viuificata ab anima: ideò admiratus cæcitatem & ignorantiam hominum ambitioſorum, vt potè qui non cognoſcant ſe ipſos inquit Eccleſia-

Eccl. 10. v.9.
ſtes. *Quid ſuperbis terra & cinis?* Quid te exaltas cum ſis terra inutilis? Terra calcatur ab hominibus: Deus ſiquidem poſuit eam vt ſit ſub pedibus. Si ergo quis poneret illam ſuper caput ſuum nonnè res ſtupenda & admiranda eſſet? Quanto res magis admiratione digna eſt, cum homo vult ſe extollere, conatur calcare alios per ſuperbiam & ambi-

Micheæ 6.v.14.
tionem, cum ſit terra? Rectè illum admonet Propheta. *Et humiliatio tua in medio tui.* Quid enim miſerius corde humano, in medio hominis exiſtente? quod eſt pronum in malum ab adoleſcentia ſua. Neque ſolùm conditio humani corporis nos ad humilitatem incitat, ſed & ex parte cōpoſiti plurima ſunt quæ illam tertiam ignorantiæ cauſam nempè arrogantiam reprimunt. cùm hominem imbecillitatis admonent propter compoſiti partes infimas.

P

Sed vel in primis illud ad deprimendum animorum noſtrorum faſtum medium efficax eſt, ſi perpendamus quod quicquid habet homo à Deo accepit, & omnium rationē largitori ſuo reddere debet: à Deo accepit eſſe & operari, à ſe autem nihil habet: ita vt de eo dici poſſit illud D. Pau-

1. ad Corint.4. v.7.
li: *Quid habes quod non accepiſti? ſi autem acceperes quid gloriaris quaſi non acceperis?* Si quis à me quærat, quid fuit anima vno horæ quadrante antequam Deus eam corpori infuderit? aliter reſpondere non poſſum, niſi quod fuerit nihil. Iam autem conſidera aliquantulum, quid ſit hoc nihil; non eſt aliud niſi priuatio, vel potius negatio eſſe, & omnis boni: & inde intelliges ſimul, quid potuerit anima ī eo ſtatu facere, an ſe ipſam potuerit creare cum fuerit nihil; an meruerit quod ſit creata à Deo, an verò ex mera liberalitate & bonitate Dei acceperit tam nobile eſſe, & adeo excellentes potētias; an poſſit gloriari de aliquo quod non acceperit à Deo, ſiquidem & nunc cum iam habet eſſe, omnia quæ conſequuntur eſſe habet à Deo; & ex ſe hoc ſolùm habet quòd ſit nihil. Sicut namque ſtatua vel imago lignea, eſto quòd ſit deaurata, non deſinit tamen eſſe lignea, ita anima quanta nunc eſt: ex ſe tamen non deſinit eſſe nihil: licet ſit à Deo dotata tam nobili eſſe, & exornata tanta excellentia & capacitate potentiarum. Quod ſi a ſe non habuit eſſe quanto minus cenſenda eſt habuiſſe agere ſeu operari? Huc accedit: quòd poſſet Deus ſeparare vnum ab alio, nimirum eſſe ab operari, & de facto ſeparauerat olim, dum in fornace Babylonica, ignis intenſiſſimè ſuccenſus non modo non combuſſit ſed ne vel minimè aduſſit tres pueros in medias coniectos flammas. Po- Daniel 3.
tuit ergo dare eſſe animæ rationali de nihilo, & denegare operationes, nihilominus pro ſua ineffabili munificentia ſicut dedit animæ eſſe de facto, dedit & facultatem ac idoneitatem ad operandum; ſic tamen vt nihil ſine ipſo poſſit facere: quemadmodum docuit Chriſtus per ſimilitudinem vitis & palmitis. *Ego inquit ſum vitis vos palmites,* Io.15.v.5
& ſinè me nihil poteſtis facere. Nihil poteſt anima agere ſinè Deo, tam meritoriè, quam alias quocunque modo, quia non ſolùm actiones meritorias, ſed nec naturales poteſt elicere independenter a Deo. Quare rectè D. Auguſt. com- S.Aug.
parat Deum ad animam, eo modo quo comparari poteſt anima ad corpus: quia ſicut corpus inanimatum ſeu cadauer nullam habet operationem, ita anima ſinè Deo, nulli actioni idonea eſt. Hinc eſt quod ſacra ſcriptura actiones creaturarum attribuit Deo: Deus ſiquidem eſt cauſa principalis illarum. Certum eſt quod anima viuificat corpus, infirmitates verò illud ipſum mortificant, & tamen ſacra ſcriptura dicit quòd Dominus viuificat & mortificat: per quod innuitur, plures actiones in corpus emanare a Deo, quam ab ipſa anima: vnde nec mirum eſt eam ſinè Dei adminiculo, in nullam vel minimam operationem exire poſſe. Quia ſicut anima non eſſet ſi Deus non eſſet, qui eā conſeruat: ita quādo eſt, nihil agere poteſt, niſi Deus agat ſimul cum illa. Quod ſi actionibus naturalibus anima ſinè Deo fungi non poteſt; quanto magis ad meritorias, Dei ope egebit? Nam iſtarum principium eſt gratia Dei & auxilium, non illud auxilium generale commune omnibus creaturis, ſed ſpeciale propriumque electis ac fidelibus. Benè id nouerat ille qui dicebat: *Deus eſt enim qui operatur* S.Paulus
in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate ſua: ac non Philip. 2.
ſolum velle & perficere ſed omnia bona operatur in no- v.13.
bis vt teſtatur Iſaias: *Omnia enim opera noſtra operatus es* Iſaiæ 26.
in nobis Domine. Si de aliqua anima rationali poſſet dici, v.12.
quòd aliquid operari poſſit per ſe independenter à Deo, maximè id dici deberet de anima Chriſti Domini: quæ nō propriam perſonam fuit perſonata, ſed perſona verbi. Nihilominus tamen omnia opera Chriſtus Dominus referebat in Patrem æternum. Similiter B. Virginis anima fuit benedicta inter omnes, vt dicebat Elizabeth: & tamē Deum magnificabat pro omnibus beneficijs; ſibi autem nihil attribuebat niſi quod eſſet humilis ancilla Dei. Hoc ergo noſſe multum iuuat ad cognitionem ſui ipſius, & cū hoc ad imam depreſſionem elatæ mentis: quia hac ratione coercebit quiſque inſolentem faſtum, quo poſſit inflari facile ex conſideratione innumerabilium donorum, quibus anima aucta eſt. Comperiet enim & certiſſimò comperiet, quod hæc quantacunque illa ſint, non a ſe habeat anima, ſed omnia acceperit à Deo.

Q

Et præcipuè ſi animaduertat quòd horum omnium homo ſtato tempore rationem ſtrictam reddere Deo tenetur: & maximè quòd nobiliſſima data ſit ſibi anima, quā ab omni macula tueri, ac conſeruare debebat; alias rigoroſi iudicij ſententiæ ſubijciendus. Si quiſpiam homo pauper & abiectus acciperet ab aliquo Rege, veſtem pretioſiſſimam & ſplendidam, quam Rex eum exornaret: hic ſi nō ſit mentis inops, bene ſecum ipſe ponderabit, a quo illam obtinuerit; quòd à Rege, perſona plurimum excellente: quòd non propter merita propria, ſed ex mera liberalitate Regis: quòd pretioſiſſimam &c. Et ideo ſollicitè cauebit ne aliqua, vel minima tantum munus macula conſpurcet. Quamobrem hortanti vt aliquid faciat, vnde veſtis illa immunditiem aliquam contrahere poſſet, nequaquam præbebit aurem; neque hoc ex aliqua præſumptione, ſed quia conſiderat à quo, & quid acceperit. Quod ſi ſub diſtincto examine, & pœnis exquiſitis præcepiſſet ei Rex, ne vel tantillum illam veſtem maculari permitteret, quid putas? quanta cum diligentia vitaret omne illud cuius occaſione veſtis maculari poſſet? Ita ſanè homo accepit à Deo creatore ſuo pretioſiſſimam veſtem, animam rationalem; ſed ſub diſtricti iudicii comminatione, ſi eam aliquomodo peccatis maculet.

Reuera

Reuera magna humilitatis occaſio eſt facilitas & prõptitudo ad peccandum,& turpitudo maculæ peccatorum: dum enim anima peccatis inficitur, turpior eſt & miſerabilior putri cadauere. Cum anima corpus relinquit, tunc corpus exangue in olidum & abominabile cadauer degenerat: ſic cum Deus animam deſerit, qui eſt animæ anima; ille enim eſt in quo mouemur, viuimus, & ſumus: tunc anima turpior cadauere efficitur, nigra ſuper carbones, iuxta

Tren. 4. v. 8. illud: *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum*. Efficitur.

Iac. 34. v. 13. *Cubile Draconum*. Inſuper ſi homo pæniteat & Deus peccata remittat: hoc ſolum quòd aliquando peccauerit, quòd aliquando maieſtatem diuinam offenderit, magnæ confuſionis & humilitatis cauſa eſt. Si ergo hæc omnia homo perfectè cognoſcat, de ignorantia triumphabit, ſphingem infernalem in tartara deiiciet, & ad ſummum perfectionis faſtigium perueniet. Sed magno ei auxilio opus eſt: idcirco cum cæco hodierno exclamare debet. *Domine, & videam*. Vt videam animæ excellentiam, vt infirmitates corporis & animæ, mentis acie percipiam, ſupplex maieſtatẽ tuam deprecor, ſic enim & gratiam tuam in præſenti, & gloriam in futuro ſæculo obtinebo. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua.

Dominicæ Quinquageſimæ.

De pænalitatibus Chriſti, quas pro nobis aſſumpſit.

Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur & conſpuetur, &c.

Luc. 18. v. 32. *Speciosa miſericordia Dei in tempore tribulationis, inquit Eccleſiaſtes*.

Eccl. 35. v. 26.

A

QVi ſacram ſcripturam rectè inſpexerit, facilè aduertet prædictam Eccleſiaſtici doctrinam, Chriſtum Dominum obſeruaſſe: qui quotieſcunque maiori tribulatione affectus fuit, toties maiorẽ miſericordiam hominibus præſtitit; Ecce in hodierno Euãgelio, poſtquam futuras tribulationes, quas à Iudæis paſſurus erat enumerauit *Ecce aſcendimus* (inquit) *Hieroſolymam & filius hominis tradetur*. maximam cæco miſericordiam præſtitit, cui lumen oculorum reſtituit, atque ita, ſpecioſa fuit miſericordia in die tribulationi; illud autem eſt ſingulare quod hæc miſericordia in tribulatione eſt ita excellens & ſpecioſa, vt nulla alia miſericordia Dei eam obfuſcare, aut de eius decore diminuere poſſit. Refert Paulus Iouius ſub anno 1530. tres fuiſſe in orbe egregios Im-

Carol. 5. peratores, ſimul eodem tempore inuictiſſimum Regem

Solimanus Rex Hiſpaniarum Carolum Quintum Cæſarem chriſtianum

Turcarũ Bononiæ à Clemente VII. coronatum, Solimanum Regẽ

Franciſcus Rex Turcarum Imperatorem Græcorum, & Franciſcum Regem Franciæ, qui licet non fuerit Imperator, tamen ob ſin-

Franciæ. golares virtutes ſuas, vt inter illos connumeretur, dignum eſſe iudicat prædictus author, quib. etiam rectè poſſemus

Sigiſmũdus 1. adſcribere Sigiſmundus I. Regem Poloniæ, ob heroicas

Rex poloniæ. virtutes illius Principis. Hi principes adeo magni nominis fuerunt ſtupendæque virtutis, vt quilibet illorum, iudicio Pauli Iouii, dignus eſſe cenſeatur, qui inter nouem mundi miracula connumeretur, & reuera ſi iſte herois principes Paganorum fuiſſent, inter Deos ſinè dubio connumeratẽtur, ſic enim Alciatus Carolum Quintum, in Emblemate quod monumento eius appoſuit ſemideum dixit. Nihilominus tamen eo tempore quo vixerunt, non fuit ita celebre nomen ipſorum, vt merita, virtutes, victoriæ, diuitiæ, pompæ, exigere videbantur: quam ob cauſam? quia inquit idem ſimul & eodem tempore vixerunt, hinc eſt quod virtus vnius diminueret de ſplendore virtutis alterius, ſicut communiter accidit in hominibus inferioris conditionis. Si enim in aliqua vrbe reperiatur excellens medicus qui arte, experientia, & gratia, apud homines excellat, poſtea ſuperueniat alius excellentior ipſo, iam prior minoris eſt reputationis: ſic ſi ſint duo ſapientes, aut viri fortes, vel duo artifices famoſi vnus obfuſcat alium nec vterque illorum eſt ita clarus, vt eſſet ſi ipſe ſolus maneret, & ſi beneficia Dei rectè perpendamus, facile aduertere poſſumus in omnibus operibus plures eaſque excellentes miſericordias Dei reperiri, quòd Deus creauerit mundum ex nihilo, cælum, terram, &c. ex mera liberalitate, magna & liberalis eſt miſericordia Dei: quod mundum conditum conſeruet, arboribus, floribus & fructibus exornet, diues, fortis & potens eſt miſericordia Dei: ſed in tribulatione eſt ſpecioſa miſericordia Dei, ita qđ nulla alia miſericordia, diminuit, de excellentia & decore illius miſericordiæ quæ eſt in tribulatione, ideo rectè dixit Salomon, quod *ſpecioſa eſt miſe-* Vide ſu-

ricordia Dei in tribulatione, lucet ſicut ſol inter ſtellas, non pra.

obfuſcant planetæ lumen eius, nec diminuunt de ſplendore eius, ſicut vna perſona excellens, diminuit de ſplendore alterius, imo cæteræ in præſentia eius obſcurari videntur, ſicut ſtellæ in præſentia ſolis, ſed quam ob cauſam potius ſpecioſa in tribulatione? humano modo loquendo, potius in creatione deberet apparere ſpecioſa miſericordia Dei, quia Angelis beatis qui tunc creati fuerant, præſentari debuit, aut in iuſtificatione quando donis cæleſtibus, formoſam efficit animam, aut in conſeruatione totius vniuerſi, quando floribus & lilijs decoros efficit campos. Nam cõmuniter homines pomposi, non ab hominibus, ſed ab hominibus magnæ conditionis, volunt videri ſpecioſi, diuites, &c. oppoſito modo Deus humilibus præſtat videndã miſericordiam ſuam ſpecioſam, tribulatis, afflictis, & in neceſſitatibus poſitis, vt inquit per Iſaiam. *Super quem aſpiciã* Iſai. 66.

niſi ad paruulum & contritum corde. v. 2.

B

Porrò multipliciter dicitur ſpecioſa miſericordia Dei in tribulatione, vt Doctores aduertunt, qui hoc nomen ſpecioſa miſericordia diligentius perpendunt. Sic enim dicitur ſpecioſa, ideſt ſpecialis, vel ſpecioſa, ideſt diuerſarum ſpecierum; quemadmodum dicimus in genere animalium eſſe diuerſas ſpecies, leonem, ceruum, Elephantem, vrſum, &c. vel ſpecioſa ſecundum magis vulgatam acceptionem, ideſt decora: his omnibus prædictis modis, ſpecioſa eſt miſericordia Dei in tribulatione, quia diuerſarum perſonarum formam aſſumere videtur, ſi auxiliatur in bello & perſecutione inimicorũ agit perſonã ducis exercitus, ſumit arma, ſcutum, gladium, & bellum, procedit contra inimicum pugnat, vincit, ſi accipit protectionem innocentis, ſi paſcit ſame pereuntes, agit bonum paſtorem, ſi expellit ex cordib. fidelium tenebras, agit officium ſolis, eſt etiam ſpecioſa ideſt decora, propterea diuerſo ornatu vtitur, diuerſas & varias aſſumit, veſtes. In bello vtitur veſte purpurea, in iuſtificatione impij veſte cerulea, cum ſuccurrit tribulatis in veſte candida, ſplendidiſſima ſine macula procedit, vt iam rectè dici poſſit, quod ſpecioſa eſt miſericordia Dei in tribulatione. Sed non immerito quæret aliquis in qua tribulatione? in tribulatione noſtra an in tribulatione eius? vtrũque rectè dixeris, in tribulatione quidem hominum, quia maxima tribulatio eſt offendere Deum peccatis, de qua te- pſalmo

ſte diuo Hilario inquit Propheta. *Da nobis auxilium de tri-* 59. v. 13.

bulatione, i. libera nos à peccatis, vel da nobis auxilium ne peccemus, & tunc ſpecioſa eſt miſericordia Dei in tempore peccatorum. Magna tribulatio eſt quando Deus ſumit vindictam, ſeu ſupplicium de peccatis, nihilominus & tũc eſt ſpecioſa miſericordia Dei, quia vt inquit Iob. *Eripiet de* Iob 36.

anguſtia pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius, vbi 15.

Diuus Gregorius, aurem in tribulatione reuelare, eſt audi- D. Gre-

tum cordis, verberum plagis aperire, tunc ergo eſt ſpecio- gorius.

ſa miſericordia ex parte Dei, qui auxiliatur tribulato ſi tamen ex parte tribulati hominis eſt ſpecioſa, & ſinè macula: quia tunc Deus auxiliatur tribulatis, quando in tribulatione ſunt patientes, nec ira, rancore, odio, quæ ſunt maculæ animam deturpantes, nec aliis paſſionibus laborant, in tribulatione etiam Dei, vt humano modo loquamur, ſpe-

cioſa

Digitized by Google

cioſa apparet miſericordia Dei. Nam cum homines Deum perſequuntur, & peccatis offendunt quæ eſt tribulatio eius, iuxta illud. *Ad amaritudinem concitauit Deum ſuum*

Oſeæ 14. v. 1.

tunc ſpecialem & ſpecioſam experiuntur miſericordiam Dei, nam cum maximè iraſci hominibus deberet, tunc eis auxiliatur & adiuuat vt non peccent, illuminat, vt ſtatū in quo eos peccatum ponit aduertant. Quando Saul perſe-

Acto. 9.

quebatur Chriſtum in membris eius, eo ipſo tempore ipſum illuminauit, & ad ſeruiendum ſibi pertraxit, ſed præcipuè ſpecioſa apparuit Dei miſericordia, in paſſione Chriſti Domini, quæ erat maxima tribulatio eius, non ſinè cauſa in paſſione Chriſti ſol obſcuratus eſt, quia in præſentia ſpeciei & decoris miſericordia Dei, quæ tunc ſplendidiſſima apparuit, ſpecies ſolis decor & lumen defecit, ſicut deficit lumen ſtellarum, planetarum in conſpectu ſolis, & præſentia illius quæ de die non lucent, ſed quodammodo præ nimio ſolis ſplendore obſcurantur. videamus in hac inſtitutione quam ſpecioſa appareat Dei miſericordia Chriſtus, in flagellatione, coronatione, & paſſione ſua de qua loquitur hodiernum Euangelium, videamus quam decorus appareat, in veſtibus diuerſis noſtræ miſeriæ, aſſumptis nempè in pænalitatibus, de hoc noſtra inſtitutio erit, quas pænalitates aſſumpſit Chriſtus, vt pro noſtris peccatis, ſatisfaceret Deo Patri. Hinc enim intelligemus quam decora fuerit miſericordia in tempore tribulationis eius.

Antequam ad tractandum illud principale, nimirum quales pænalitates & tribulationes pro nobis aſſumpſit Chriſtus accedamus, prius videndum eſt, quod defectus ſeu pęnalitates ſunt diuerſæ, vt colligitur à Magiſtro ſent. & Scoto, ſed præcipuè quædam ſunt culpabiles, ſeu vt inquit Scotus inutiles; quædam vtiles, quibus mereri quis poteſt, culpabiles item, aliæ ſunt propriè culpabiles, vt ſuperbire, furari, quædam deſcendentes à culpa, & ad eandem ordinantes, vt primi motus, rebellio carnis, ignorantia, infirmitates, fames, ſitis, & his ſimilia, quæ propter originalem culpam inflictæ ſunt, pęnalitates ſeu defectus, & tribulationes vtiles, ex Dei voluntate deſcendētes, poſſumus vocare pænalitates legitimas: pænalitates vtiles ex culpa tamen deſcendentes, poſſumus vocare pęnalitates naturales, culpabiles autem pęnalitates, & omnino inutiles, ſunt pęnalitates ſpuriæ. Nam quemadmodum in Republica hoc triplex genus hominum reperitur, ita hoc triplex genus pęnalitatum, tribulationum & defectuum in mortalibus inuenitur. Sunt in primis tribulationes, ſeu pænalitates legitimæ, quæ ex Deo permittente, & voluntate noſtra acceptante naſcuntur, ex Deo tanquam ex Patre, & voluntate vices matris gerēte, tales tribulationes ſunt legitimæ, quia ex legitimo parente Deo & obedientia proficiſcuntur, & ideo habent ius in hæreditatem Dei, tanquam ſobolES legitimæ, quales fuerunt Chriſti Domini de quibus ipſe dixit.

Lucæ 22. v. 42.
2. ad Timot. 2. 5.

Non mea voluntas, ſed tua fiat, de his diuus Paulus. *Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*, vbi non loquitur de certamine materiali armis materialibus, ſed de certamine ſpirituali, quod cōſiſtit in agere, & pati, in bonis operibus, & tollerandis aduerſitatibus, & quemadmodum bellum materiale, poteſt eſſe legitimum, vel iniuſtum, ita quoq; poteſt quis legitime bona agere & mala pati, in quo conſiſtit chriſtianorum militia, vel iniuſtè & hic fruſtra debet ſperare coronam, quia *Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*, ſunt præterea pęnalitates & tribulationes naturales, ex culpa quidem deſcendentes, vtiles tamen, & quibus quis mereri poteſt, ſi patienter tolleret, infirmitates, famem, ſitim, frigus, & cætera his ſimilia, quæ ex culpa originali contrahuntur, ſunt pænalitates naturales, quib. poteſt quis mereri, vel demereri, mereri quidem ſi patienter propter Deum tolerat, demereri autem ſi ex impatientia, in blaſphemias, & offenſam Dei prorumpat. Habent hæ pęnalitates naturales partem in hæreditate Dei, habēt ius in coronam, aliquando minus, quam pęnalitates legitimæ, ſed nec mirum, quia non omnes beati, in æquali beatitudine Deum poſſident, inæquales ſunt beatitudinis gradus. Tales pænalitates & tribulationes vocantur à ſapiente honeſtæ. *Honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius*, certum eſt quod Deus auxiliatur bonis in laboribus, quod diminuit & finem imponit laboribus eorum;

Sap. 10. v. 10.

hoc tamen particulare eſt quod honeſtat labores eorum, eleuando ad tantam perfectionem, vt labores & tribulationes, quæ fuerunt naturales, & inhoneſtæ quia ex culpa, ſint poſtea meritoriæ & honeſtæ. Nam quemadmodum in milite vulnus quod in bello ei inflictum eſt, poteſt ei eſſe in honorē, vel dedecus, & ſic Octauius Imperator militi de vulnere in fronte ſibi inflicto glorianti reſpondit. Heus inquit, vide ne aliquando fugiens retro aſpexeris, per quod innuere voluit, quod idem vulnus potuit illi eſſe in honorem, vel dedecus, ſi enim acriter & fortiter ei pugnando inflictum eſt, eſt illi in honorem, ſi autem fugiendo in dedecus, ita in propoſito eædem pęnalitates, labores, & tribulationes naturales, poſſunt eſſe in honorem, vel contumeliam, quanti enim ſunt qui patiuntur infirmitates famem, ſitim, ſinè vllo merito, & multoties cum demerito, felices illi de quibus dici poteſt, quod honeſtauit illos in laboribus, quorum pęnalitates & labores ſunt honeſti. Sunt denique aliæ pænalitates & tribulationes, quæ dici poſſunt ſpuriæ, quæ vel fiunt in peccatis, vel fiunt propter peccata, vel ſunt ipſa peccata, hæ nullam habent partem in hæreditate Dei, ſunt moneta inutilis, quæ nihil valet in paradiſi gloria, ſunt moneta falſificata, qua nihil emitur in cælo nec à Deo acceptatur.

Hoc triplex genus pænalitatum, exprimunt tres Cruces in monte Caluario, Crux Chriſti pęnalitates legitimas, quia ex obedientia in cruce mortuus eſt, & quicquid paſſus eſt pro ſalute noſtra, omnia ex voluntate Dei & voluntate eius proceſſerunt. Crux boni latronis, ſignificat pęnalitates naturales. Nam quemadmodum bonus latro qui moriebatur propter culpas proprias, honeſtauit tamē mortem eius patientia, & ita mors & dolores illius fuerunt honeſti, ita pęnalitates naturales honeſtantur per patientiā, licet propter culpam ſint inflictæ. Denique crux mali latronis, ſignificat pœnalitates ſpurias, quæ non ſuſcipiūtur propter Deum, nec aliquod meritum, quin potius demeritum habent, hæ ſunt veſtes, quibus conſcientia hominum exornata poteſt apparere deformis vel ſpecioſa. Sed iam, videamus quas ex his veſtibus aſſumpſit Chriſtus, præcipuè in paſſione, in quibus ita decorus apparuit, vt de illo dici poſſit, *ſpecioſa miſericordia Dei in die tribulationis*. Vide ſup.

D

Vbi in primis illud vt certum ſupponendum eſt, quod Chriſtus ſecundum fidem catholicam, aſſumpſit veram carnem humanam, & omnia quæ ipſam conſequuntur, vt docet Scotus. Hinc damnantur Manichæi, & Valentiniani, qui Chriſtum dixerunt non habuiſſe verā carnem humanam, ſed phantaſticam, & Machometus dixit. Chriſtū non verè mortuum ſed phantaſticè & quo ad apparentiā. Hoc tamen Hæreticum dogma condemnat Eccleſia ſancta Catholica. Non aſſumpſit quidem Chriſtus dominus corpus glorioſum (quod tamen fieri potuit per Scotum) quia ſic non potuiſſet pati & mori, nec aſſumpſit naturam humanam vt fuit in ſtatu innocentiæ, ſed aſſumpſit verā carnem paſſibilem, & mortalem, corruptioni obnoxiam, vt docet idem Scotus. Nam licet anima Chriſti à primo inſtanti conceptionis ſuæ fuerit beata, vt declarat idem in tertio ſent. tamen ex determinatione diuinæ voluntatis gloria & beatitudo illa non redundauit in corpus, quia tunc non potuiſſet pati & mori ſecundum eūdem, & hoc inquit Scotus fuit ſpeciale & nouum miraculum, quod gloria animæ non redundauit in corpus, & facto iſto miraculo corpus iſtud habuit neceſſitatem moriendi, quia nec gloria redundauit in illud, nec ſecundum corpus habuit iuſtitiam originalem, præſeruantem corpus à corruptione; Et ita Diuus Auguſtinus expreſsè docet, quod facto illo miraculo, habuit neceſſitatem moriēdi, rationem aſſignat Scotus, quia enim corpus ſibi dimiſſum per priuationem redūdantiæ gloriæ, fuit animale, & ideo non ſub pleno dominio animæ erat ad prohibendam paſſionem in corpore, idcirco fuit in corpore eius corruptio, & reſtauratio per ſumptionem alimenti, ſed non potuit fieri reſtauratio ita perfecta, vt corpus ſemper maneret, niſi anima habuiſſet perfectum dominium ſupra corpus, quo ad hoc ne corpus pateretur, & infert Scotus, quod licet Chriſtus ſciuerit, quantum fuit neceſſarium ſumere, pro reſtauratione deperditi, vt tantum reſtauraretur quantum fuit deperditum, tamē

In 3. d. 1.
Scot. in 3 d. 16. q. 1.
Aug. de Baptiſma paruulorum c. 2.

duo

Digitized by Google

duo erant ex quibus ſequebatur mortalitas ſcilicet potentiæ nutritiuæ debilitatio, in conuertendo, & impuritas alimenti, dicit, nam ſicut etiam Adam ſi habuiſſet alimentũ noſtrum ſenio deſeciſſet: ſic in ſecundo Adam in Chriſto Ieſu alimenti impuritas, fuiſſet cauſa corruptiua, quia nõ fuiſſet ex parte alimenti, ita perfecta reſtauratio ſicut deperditio. Sed poſito quod habuiſſet eſum ligni vitæ, adhuc fuiſſet corpus Chriſti mortale intrinſecè, quia omnis virtus naturalis relicta ſibi, & non præſeruata, per aliquod donum collatum, agendo in aliud naturale repatitur, & debilitatur, quia agens in agendo repatitur, & repatiendo debilitatur ſecundum Ariſtotelem. Exemplum de ciatho pleno vino mero, cui paulatim apponitur aqua, quod tandem debilitabitur in tantum, vt non poſſit ſufficienter agere ad conſeruationem ſui indiuidui: idem patet de virtute nutritiua in nobis, quæ longa actione in alimenta, & ex conuerſione diutina, tandem debilitabitur ita, vt non poſſit plus conuertere. Talis fuit nutritiua Chriſti ſibi relicta, & ideo tandem debilitata eſſet, & non poſſet amplius reſtaurare, patet ergo quod debilitas virtutis, & impuritas alimenti extrinſeca, fuiſſet ſufficiens cauſa ſuæ mortis naturalis.

Conformiter dicendum eſt de aliis paſſionibus, ideo infert Scotus, quod facto illo miraculo partes corporis ſibi derelictæ fluebant per ſudorem, & alias conſumptiones, quia actiuo & paſſiuo debitè approximatis, neceſſario ſequitur conſumptio, ſi alterum habeat dominium in alterum, ſed in corpore Chriſti fuerunt calidum & humidũ, & aliquod dominium vnius ſuper alterum, & virtus nutritiua non ſufficiebat reſtaurare ex alimento deperditum ob mutuam actionem, ideo neceſſarius fuit fluxus partium, & corruptio, & inde eſt quod aſſumpſit pænalitates naturales vtiles, puta famem, ſitim dolorem, in captione flagellationem, coronationem, & mortẽ ſubiji. Nec refert quod
Damaſc. Damaſcenus ait, quod ſemel aſſumpſit Chriſtus, nunquam dimiſit: hoc enim verum eſt de partibus principalibus, vt caput, cor manus & huiuſmodi, non autem minus principalibus.

E

In 3. diſt. 22. q. 1.
Pænalitates ſpinas non aſſumpſit Chriſtus dominus, *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius*, quia non potuit peccare. Ratio ſecundum Scotum, eſt quia in primo inſtanti vnionis eius cum Deo fuit beatus, & beatitudo illa, abſtulit ſibi omnem peccabilitatem, vel poſſibilitatem ad peccandum, quæ poteſt per beatitudinem auferri, plenitudo enim gloriæ, (qua ipſe fuit coniunctus cum Deo, non minus quam alius beatus licet potuit mereri) æquè excludit omnem poteſtatem in eo auertendi ſe à fine, ſicut in aliis beatis: ſed loquendo de natura ipſa aſſumpta,
In 3. d. 12
dicit Scotus in reſponſione ad ſecundum argumentũ, erat de ſe poſſibilis peccare, quia non erat beata ex vi vnionis, & habuit liberum arbitrium, & auertibile ad vtrumlibet, ſed per beatitudinem eſt confirmatum à primo inſtanti, vt ſit impeccabile, ſicut in aliis beatis. Et non habuit potentiam ad peccandum intelligendo propinquam, habuit tamen remotam, ideſt liberum arbitrium vt dictũ eſt.
In 3. diſt. 12. art. 2. q. 2.
Sanctus Bonauentura in reſponſione ad primum argumẽtum dicit, Chriſtum Dominum aſſumpſiſſe naturalem ad peccatum habitudinem, ſicut ſi quis haberet habitudinem ad videndum nec tamen poſſet videre: ſic etiam damnati habent potentiam merendi, ſed tamen mereri non poſſunt, quia impeditur in eis illa ordinatio patientiæ, ſiue exitus in talem actum, ſic in propoſito anima Chriſti exire in actum peccandi, vel peccati, eſt impoſſibile, quamuis illã eandem potentiam habeat, quam peccator habet, & hoc propter perfectionem non ſuſtinentem talem defectum, hæc S. Bonauentura.

Defectus etiam ordinantes ad culpam, non aſſumpſit Chriſtus vt fomitem, primos motus, ignorantias, quia tales defectus conſequuntur materiam corruptam, & vtilitatem peccato originali, Chriſtus autem non habuit peccatum originale, vt probat Scotus. Ratio ſecũdum ipſum ibi-
In 3. d. 3. q. 2.
dem, quia Chriſtus non fuit naturalis filius Adæ, ideo non erat debitor iuſtitiæ originalis, acceperunt enim illi ſoli iuſtitiam hanc in Adam, qui ab eo deſcenderunt per rationem ſeminalem, hoc eſt reſpectu quorum Adam habuit rationem patris naturalis, ſecundum communem propagationem, vnde ſicut illis ſolum potuit ſeruare iuſtitiam, ita illis ſolum perdere, & ideo ſi Chriſtus fuiſſet purus homo, & non Deus, miraculosè tamen natus de virgine, non contraxiſſet peccatum originale, hæc ſententia eſt Anſelmi vbi vult, quod innocentiæ Chriſti poteſt poni duplex ratio, Anſelm. de cõcep. Virgin. cap. 10.
ſcilicet ſanctificatio virginis Matris & miraculoſa formatio corporis Chriſti, & non per communem propagationem: & vtraque per ſe ſufficeret vt Chriſtus innocens naſceretur. hæc Scotus vbi ſupra. Inde etiam ſanctus Bonauẽtura circa illud Ioannis. *Qui autem de cęlo venit ſuper omnes eſt*, dicit quod caro Chriſti dicitur cęleſtis & venire deſurſum, pro quanto aſſimilatur altitudini humanæ naturæ, S. Bonauent. in 3 d. 2. q. 1. Io. 3. v. 13
quæ fuit in Adam ante peccatum per priuationem omnis immunditiæ. Non enim Chriſtus dicitur venire de cælo, quia eius caro deſcendit de cælo, ſed quia miſſus eſt à Patre, caro enim formata eſt ſecundum diuinam operationem, carens omni originali peccato, & omni rebellione. Dicit etiam Sanctus Bonauentura, quia decuit Deum deſcendere ad miſeriam non culpam, nam & ſi miſeria filio Dei In 3. d. 12 par. 2. q. 1
non competat in ſe, tamen vt eſt ordinata ad finem noſtrę redemptionis competit, culpa autem vel ordinatio ad culpam in actu, vel in habitu nullo modo competit ſibi. Idem exponens illud Apoſtoli. Debuit per omnia fratribus aſſimilari dicit: quod intelligitur quantum ad ea, quæ faciebant ad reparationem generis humani, ſicut tentari, pati S. Bonauẽt. in 3. d. 3. q. ad Hebr. 2.
famem, ſitim, non autem in modo conceptionis, quia in nobis habet annexam traductionem originalis peccati: & ita Chriſtus accepit de omni ſtatu ante peccatum innocentiam, de ſtatu poſt peccatum pænam non culpam, de ſtatu compræhenſionis fruitionem & impoſſibilitatem ad peccandum: De ignorantia etiam dicit ſanctus Bonauentura illum non habuiſſe ignorantiam, quia nec ipſum decebat, Diſt. 15. art. 2. q.
nec nobis expediebat: non decebat quia anima Chriſti debet eſſe Dei formis, ac per hoc repleta luce ſapientiæ, & rectitudine iuſtitiæ, ignorantia autem priuatio eſt ſapientię, & poteſt eſſe via in errorem, & obligationem a rectitudine iuſtitiæ; nobis etiam non expediebat, quos venerat redimere, & dirigere, quia ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt: ideo nec enim decebat, nec nobis expediebat aſſumere talem defectum.

F

Pænalitates legitimas quæ non dicunt culpam aſſumpſit Chriſtus Dominus, his enim nobis meruit gratiam, & gloriam, ſibi autem exaltationem nominis, ſed aduertẽdum eſt, quod hæ pænalitates quæ non dicunt culpã ſunt in duplici genere ſecundum Scotum, quædam conſequuntur totam ſpeciem humanam, vt fames, ſitis, calor, mors, In 3. d.
& huiuſmodi aſſumpſit Chriſtus, quia eas acceptauit, & Deus permiſit pro ſalute noſtra Vnde fuerunt in Chriſto non neceſſitate generationis, ſed voluntate diſpenſationis, voluntate diuina præueniente, voluntate creata concomitante & tollerante. Dico autem eas fuiſſe à voluntate diuina, non tanquam affligente de nouo, ſed permittente & acceptante, cum in eius poteſtate & arbitrio fuerit defectus illos excludere, fuerunt proles legitima hæ penalitates, de quibus diuus Paulus. *Chriſtus factus eſt obediens, &c.*

Præter has pænalitates inculpabiles, ſunt etiam aliquæ, quæ conſequuntur particularia indiuidua, aliquas perſonas, vt deformitas corporis, cæcitas, gibboſitas, & aliæ mõſtruoſitates, has nõ aſumpſit Chriſtus rationem aſſignat. In 3. d. 15.
S. Bonauentura, quia miſericordia Domini ſemper oſtenditur ſalua rectitudine iuſtitiæ & ordine ſapientiæ, & ideo licet Chriſtus ex miſericordia aſumpſerit noſtros defectus, vt finis intentus haberetur ideſt redemptio humana, tamen diuina ſapientia & iuſtitia, nec ordir auit nec permiſit, vt aſumeret defectus, qui non eſsent ordinati ad noſtrum perfectum, & expeditionem noſtræ ſalutis: tales. n. magis impediuiſsent, quam iuuiſsent, vt defectus membrorum, ſenſuum vel infirmitatis. Præterea ſicut Chriſtus venit ſaluare totam ſpeciem humanam, & indiuidua aliqua, ſic congruum fuit vt aſumeret defectus conſequentes totam ſpeciem, & non aliqua indiuidua, certè amor infinitus? charitas immenſa? dilectio inaudita Chriſti domini, vt magis expeditus eſset ad ſuſtinuendum pęnas & paſſiones, noluit aſumere illas pænalitates, non expedientes noſtræ ſaluti, puta eſſe cæcum: gibboſum, monſtruoſum in

aliqua

Digitized by Google

aliqua parte corporis,ſed illas tantum , quæ erant conue-
nientes noſtræ redemptioni,& cópetentes ſuæ humanita-
ti. Amor hic ardentiſſimus filij Dei eſt,nonne poterat nos
redimere & non aſſumere tot paſſiones ? verè ſic , ſed ad
quod ergo tot paſſiones famis , frigoris ? Voluit aſſumere
carnem paſſibilem & mortalem,vt nos ſtola immortalita-
tis indueret:voluit ſe humiliare deſcendens de cælo in ter-
ram,vt nos exaltaret de terra ad cælum : voluit aſſumere
paſſionem frigoris,vt igne ſui amoris nos inflammaret:vo
luit aſſumere paſſionem caloris,vt ab æterno igne inferna
li & calore liberaret:voluit aſſumere paſſiones ſitis, & po-
tari felle & aceto,vt introduceret hominē in terram fluen
tem lac & mel : voluit tentari, vt nos à tentatione libera-
ret:voluit detineri,vt nos à carcere infernali liberaret, &
ſolueret:voluit peregrinari triginta tribus annis,vt æternā
requiem nobis inueniret voluit derideri,vt nos liberaret à
deriſionibus Dæmonum;voluit ligari vt nos ſolueret à ne-
xib.maledictionis:voluit expoliari,vt veſte indulgētiæ coo
periret nuditatem primæ præuaricationis:voluit ſpinis co-
ronari,vt tribueret nobis paradiſi flores;voluit in ligno ſu
ſpendi, vt damnaret ingenitam concupiſcentiam : voluit
tandem mori vt nos viuamus . Propter hoc ergo Christus
aſſumere voluit iſtas pænalitates , & non omnes ſed tantū
conuenientes noſtræ ſaluti.

G Ex hoc colligitur ſecundum principale.Quare Chriſtus
voluit aſſumere prædictas pęnalitates & defectus , cuius
In 3. diſ. multiplex ratio aſſignari poteſt.ſecundum S. Bonauentu-
15.q. 1. ram.In primis vt oſtenderet ſe veram humanitatem habe
re,& veram carnem aſſumpſiſſe, non metaphoricam , aut
phantaſticam.Deinde vt daret nobis exemplū , tota enim
In 3.d. 13 vita Chriſti fuit exemplum,& forma virtutis:nam omnis
p. 1.q.13. Chriſti actio fuit noſtra inſtructio, Vnde dicit S. Bonauē-
tura,quod Chriſtus faciebat multa opera nō propter ſuū ,
ſed propter noſtrum incrementum , vnde & nos maximū
commodum reportamus, in aſſumendo enim noſtras pę-
nalitates,dedit maximæ humilitatis exemplum, quia *cum
in forma Dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem
Deo*,vt daret exemplum obedientiæ, deſcendit de cælo *fa-
ctus eſt obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis* , fuit
exemplum maximæ patientiæ,quia tam grauia incommo-
da,patientiſſimè ſuſtinebat. Maximæ pietatis exemplum
reliquit,quia pro inimicis hæc ſuſtinuit , aſſumpſit præte-
rea pęnalitates propter precium noſtræ ſalutis & redem-
ptionis.Propoſuerat enim nos redimere non corruptibili
precio,auro,& argento,ſed pretioſiſſimo ſanguine ſuo,ani
mam ſuam ponere pro animabus noſtris , & de noſtris
In 3.d. 1a excesſibus agere pęnitentiam.Adijcit Sanctus Bonauentu
part. q.2. ra,quod Chriſtus punitus eſt pro nobis,non quidem pęna
diuinæ vltionis,quia peccatum non fecit, vt ſupra dictum
eſt,nec fuit vnquam inimicus Dei,vt dicit Scotus, ſed pæ-
na diuinæ placationis,magis enim Deus placari potuit per
In 3.d.59 pænam innocentis,quam rei , & ideo totaliter punitus eſt
Chriſtus pro peccatis noſtris . Nullius enim alterius pęna
potuit eſſe ſufficiens meritum ſatisfactionis,vt habet Sco-
In 4.d. 2. tus.Ad iſta autem non fuiſſet idoneus, niſi naturam defi-
q.1. cientem,& paſſibilem aſſumpſiſſet,ideo ex immenſa miſe-
ricordia noluit,vt animæ gloria redundaret in corpus,qua
tenus talia poſſet pro nobis pati.Aſſignat etiam alia ratio
nem Scotus,cur Chriſtus in parte ſenſitiua ſecundum eun
dem habuerit dolorem maximum,nempè vt nobis mere-
Scotus in retur , quod etiam probat,quia nec gratiam Dei habuiſſet
3.diſ. 15. homo ſine meritis Chriſti , Chriſtus autem meruit nobis
& 16. gratiam Dei,meruit tanquam totalis cauſa, vt ait Scotus,
In 3.d.19. meruit etiam apertionem ianuæ paradiſi,& nos cum Deo
coniungi , & hoc fuit potiſſimum in merito illo , vt ait
Scotus. Neque enim prima gratia potuit haberi, nec pote-
rat diuiſus & abiectus homo coniungi Deo per ſe, nec po-
terat ianua cęli aperiri,niſi Chriſtus talia pertuliſſet : non
dico quod hoc neceſsè fuerit ſimpliciter , quia talis aliter
redemptio fieri potuiſſet,ſecundum Scotum,ſed quod con In 3.d.20
gruentior modus fuerit iſte,imo oportebat hæc omnia pa-
ti,quæ ipſe paſſus eſt,quod erat impoſſibile, conuenientia
autem huiuſmodi ſatisfactionis aſſignatur à Scoto , quia
Deus diſpoſuerat nunquam remittere offenſam, niſi obla
tum ſibi fuiſſet donum, quod & magis placeret quam of-
fenſa diſplicuerat:tale obſequium non potuit homo offer
re,quia omnes de eadem maſſa perditionis fuerant . obtu-
lit ergo benigniſſimus Ieſus,tunc quando ardētiſſima cha
ritate obtulit vitam Patri,corpus & animam , cor ſangui-
nem ſudorem,ieiunia,perſecutiones & mortem crudeliſſi
mam.Ingratiſſima anima?cor lapideū? crudeliſſima crea-
tura cur hæc non cogitas ? cur obliuiſceris tam infinitæ
charitatis?vide iam quid feciſſes homo,qui non potes pati
puncturam vnam leuiſſimam,& tamen Chriſtus,vt dictū
eſt,tot,tamque inauditas pœnas pro tuo amore ſuſtinuit ,
& plures obtulit Deo Patri,quam neceſſe fuerat pro redē-
ptione noſtra: offerebat enim ardentiſſima charitate pro
omnibus, & non ſolum pro illis qui ſaluantur & ſalui fa-
cti ſunt: credendum eſt enim quod clementiſſimus Salua-
tor,quādo actualiter orabat , ſummo conatu deprecaba- S. Aug.in
tur patrem,dicens cum ſancto Auguſtino . Aſpice mitiſſi- libr. med.
mè conditor,accipe pater ſanctiſſime & benigniſſimè ſacri capit. 8.
ficium illibatum,quod tibi pro ſalute humani generis of-
fero,accipe quæſo,ſudores , ieiunia , & omnes pęnas quas
ipſi ſuſtinere deberent,ego libenter ſuſcipiam , ecce pater
ſanctiſſime ecce omnia inter ſuſtineo, vna hora , mille an-
nis vt tibi placuerit, & hoc crudele patibulum aſcendam ,
vt memetipſum erogare totaliter valeam, animam, cor ,
vitam & ſanguinem,& mortem, & non ſolum mortem v-
nam,ſed infinitas ſi poſſibile foret, paratus ſum ſuſtinere .

Vide ergo ingrata anima , & conſidera tot paſſiones ,
quas paſſus eſt pro te filius Dei viui , vide quanto amore ,
quanta charitate Ieſus benedictus pro ſalute tua,tot pæna
litates aſſumere voluit,& tu pro te non vis pati vnum ver
bum iniurioſum,quin ſtatim vlciſcaris, ſi das vnum obu-
lum pauperi,videtur tibi erui vnus oculus,nil vis pati non
calorem,non frigus.non aliquam infirmitatem, non per-
ſecutionem,non aduerſitatem perferre pro te ipſo potes ,
hæc conſidera,& gratias age Deo tuo,pro tam incredibili
erga te amore,qui non ſimplici morte,ſed cum tot ignomi
nijs & pęnis,coniuncta te redemit,& de peccati horrore ac
turpitudine tantis ſupplicijs , in ſua perſona te liberauit .
Has enim duas ob cauſas,& tanta paſſus Chriſtus eſt , &
ſingulas circumſtantias in hoc Euangelio ſuis diſcipulis
prædixit,quarum vna quæque circumſtantia,magnum ha
bet & doloris pondus,& ignominiæ dedecus,in quib. quā-
to maior pęna Chriſti elucet,tanto nobis clarior eſſe de-
bet,vulnera enim ſponſi , quæ ex amore ſponſæ ſuſcepta
ſunt,quo illum deformiorem,eo amabiliorem reddunt,&
ſpecioſum in tribulatione nobis præſertim peccato-
ribus, qui per flagella,ſpinarum coronationem,
aliaſq; tribulationes gratiam, & cum Deo
coniunctionem obtinemus in præſen
ti,& in futuro gloriam ſempiter
nam obtinendam ſperamus,
ad quam nos perducat,
qui cum patre &
Spiri-
tu
ſancto viuit.& regnat
in ſæcula ſęculo-
rum. Amen,

IN-

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Primæ Quadrageſimæ.

Matth.4. v.1. *Ductus eſt Ieſu à Spiritu in deſertum.*

Prou.16. v.9. *Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius.*

A

DVo potiſſimum habet officia cor in homine; primùm vt ſit Magiſter, & præceptor hominis, dicens, & inſtruens hominem; præcipuè verò ſermonem eius, & os inſtruit, quidnam, & quomodo loqui debeat; deindè, vt ſit rex imperio animæ, decernendo, & diſponendo, quid, & quando; & qualiter agere debeat. Quod ſit magiſter docet Salomon, *Cor* (inquit) *ſapientis erudiet os eius, & labijs eius addet gratiam.* Eſt magiſter, pro quanto mens, & intellectus, qui nomine cordis intelligitur regit os, & linguam, quia non repentè, & ex tempore dicit, ſed poſt diuturnam cogitationem, & præmeditationem res pronuntiabit. In
D.Th.de inſtitutio ne princi pis. lib.5. cap.4. minori (inquit) D. Thomas mundo, ſcilicet homine, id eſt defectus conſiderationis, quod in maiori mundo eſt defectus illuminationis. Tria ſunt in maiori mundo ab illuminatione, ſ. decor, directio, & ſecuritas, deficiente illuminatione, deficit decor, quia nihil videtur, & eſt confuſio, & inordinatio, & nulla ſecuritas; ſic in homine ſi deſit conſideratio abeſt à ſermone omnis decor, & ornatus, cum res & ſententię permiſcentur, & confunduntur, & nulla ſubeſt ſecuritas. Quemadmodum enim mare alternis incremen-
D. Aug. lib. 3. de doctrina chriſtiana. tis (inquit D. Auguſtinus) & decrementis fluit, ac refluit, propter lunam de ſublimi in mare agẽtem; ſic orationis tumor, & depreſſio fit ratione. & mente præſidente, & promouente: Ideò monet Timotheum Apoſtolus: *Formam*
2.ad Timoth. 1. v.13. *habe ſanorum verborum*, id eſt non modò ros, ſed etiam verba bonum in formam conſla, quia ſic non tantum animo continebis ſapientiam, ſed etiam illam effundes. Igitur hac ratione cor eſt magiſter linguæ, quia erudit linguam, & legem imponit ori, eidemque leges præſcribit, ne labatur, aut peccet; nam mens, & ratio tanquam legiſlator lingua inſtruere debet, & in ſummo iure cum ipſa ſemper agere. Eſt præterea cor rex in regno animæ, pro quanto omnia decernit, proponit, & ordinat. Id tamen non ſatis eſt, vt cogitatam rem, & decretam perficiat, quia eſt vmbra imaginis diuinæ: Ideò auxilio Dei ſubſequente opus eſt, vt ad effectum res illa perueniat, gratiam inquam ſubſequentem, cuius eſt impedimenta amouere, & ad executionem idoneum tempus inſtrumenta adiumenta, etſi quid aliud eſt neceſſarium in promptu offerre. Hoc ſibi vult illud: Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed domini eſt parare aut dirigere greſſus eius. Vt autem dirigantur à Deo greſſus eius, vt ſcilicet Deus in promptu ſit ad dirigenda opera eius neceſſe eſt, vt ſe diſponat: nam adeſt Deus qui diſpoſito auxiliatur, qui viam greſſibus regendis non ſolùm aptam, ſed et aim vt Hebræi habent libratam offert, hoc eſt planam, atque perpendiculo exæquatam, ſublatis difficultatum cliuis, & pulſis omnibus impedimentis quæ greſſus retardare poſſunt: hoc enim dixerim gratiæ ſubſequentis eſſe munus, viam planam, & æquabilem bonæ, & honeſtæ operationis exequendæ ſternere rectè diſpoſito.

Inter alias autem diſpoſitiones, non poſtrema eſt illa D.
Cyprian. in oratione de zelo. Cypriani; Diuina, & iuſta ſemper cogitare, ſenſus aut tui diutinus dirigentur, quando ea, quæ Diuina, & iuſta ſunt cogitaueris, ſicut ſcriptum eſt. *Cor viri cogitet iuſta & à Deo dirigentur greſſus eius.* Habes autem multa, quæ cogites; paradiſum cogita, quo Cain non rediit, quia zelo fratrem peremit; cogita cæleſte regnum, ad quod non niſi concordes, & vnanimes dominus admittit; cogita filios Dei illos ſolummodò poſſe vocari qui ſunt pacifici, cogita te ſtare in conſpectu altiſſimi, qui ſingulos actus, ac cogitatus tuos diligenter intuetur, ac dijudicat. Qui ſic ſe diſponit, tametſi nihil de rebus ſuis cogitet; Deus tamen illi omnia fauſta, & fælicia impendit, fortunatè, & fæliciter agere facit omnia, dirigit greſſus eius, quo facilius, & fælicius ad cælum perueniat bonis fruiturus æternis; quia cum cor hominis diſponit vias ſuas tunc ſeipſum habilitat ad recipienda diuina chariſmata, & dominus dirigit greſſus eius per ſubſequentem, & auxiliantem gratiam. Non eſt opus hãc doctrinam multis probare rationibus, hodiernum Euangelium ſat firmam habet huius veritatis argumentum. Quia poſtquam Saluator noſter diſpoſuit ſe per baptiſmum, mox Spiritus Sanctus direxit greſſus eius in deſertum. Ductus enim Ieſus in deſertum à ſpiritu, poſtquam ſe diſpoſuit ieiunio, vigilijs, direxit Deus Angelos, vt miniſtrarent ei, poſtquam vixit diabolum tentãtem, Deus direxit greſſus eius ad prædicandum, & ſalutem humani generis operandum. De hoc in Euangelio agitur. Vbi imprimis propoſitis commodis vitę ciuilis, & diſpoſitione legum; cur Ieſus fuerit à Spirito Sancto directus in decretum proponemus. Deindè qualiter Chriſtum dominum conabatur Diabolus dirigere ad vitium gulæ, vanæ gloriæ, cupiditatis, & idolatriæ, vt indè diſcamus qualiter huic inimico reſiſtere debeamus.

DVCTVS EST IESVS. Inquit Matthæus, Marcus B
verò. *Statim ſpiritus expulit eum in deſertum.* Baptiſmi enim Marc. 1.
aqua perfuſus, & diſpoſitus, tenente Baptiſtæ dextera, & v.12.
patris voce de nube honoratus: reliquum erat, vt dirigeretur à Spiritu Sancto ad pugnandum cum antiquo ſerpente, qui de Primo Adamo triumphauerat, palamque faceret ſe victorem primi hominis viciſſe, noſque victores eiuſdem effeciſſe. Quare autem ductus eſt poſt baptiſma? Ideò vt ſciamus, quod diabolus primordia boni pulſat, tentat rudimẽta virtutum & ſancta deſideria in ipſo ortu feſtinat extinguere Deindè poſt baptimũ tẽtatur Chriſtus, vt inſtrueret regeneratos, inſidijs diaboli obnoxios eſſe; ideò enim acceperunt arma, non vt otio torpeant, ſed vt ſtrenuè pugnent. Grandes enim per baptiſmum conſequimur theſauros; grandem, & incredibilem dignitatem, quam diabolus nobis eripere contendit, ſicut egit cum primo homine, quem vidit gloria, & honore affatim ornatum. Sic inuidẽs Iob fælicitatem, rerumque abundantiam, eum plagis affecit, ſed expugnare non potuit. Chriſtus igitur poſt baptiſmum à Spiritu Sancto ductus eſt in deſertum, & erat cum beſtijs, non enim conuerſabatur cum hominibus. Denique vt innueret prius cor diſponendum eſſe, antequam dirigantur greſſus in viam virtutis à Deo, vt dixit ſupra Sapiens. Sic ergo poſt diſpoſitionem per baptiſma, Ductus eſt Ieſus in deſertum; ductus, ſiuè vt Græci aiunt ἀνήχθη ſeductus eſt, & è medio ablatus: Lucas verò habet ἤγετο agebatur, ducebatur, non enim Spiritus Sanctus oſtendit tantum quid agendum ſit, ſed ad illud nobis cooperatur, vt faciamus: Ideoque non ſolùm dicitur Ieſus ductus à Spiritu
Sancto, verùm etiam actus, & expulſus in deſertum. *Qui-* Ad Ro.8.
cunq; enim Spiritus Dei aguntur, ij ſunt filij Dei; omnia ſi qui- v.14.
dem agebat diuini ſpiritus impulſu. Sic & nobis danda eſt opera, vt diuino Spiritu agamur, ſicut decet ſeruos & electos Dei.

IN DESERTVM. Dubitare aliquis poſſet, quidnam hominibus vtilius ſit an in deſertis locis vita agere, an verò in congregatione, & ciuitatibus manere? Et quidem Ariſtoteles eius ſententię fuit, vt exiſtimaret hominem naturaliter eſſe animal politicum, in congregatione viuens; ideòque à natura dirigitur, vt in communitate viuat ſecun
dum Ariſtotelem, quòd ſi aliquis vitam ſolitariam agat, & Ariſtot.
in ſolitudine viuat, hoc accidit, vel propter magnam, & excellentem perfectionem, qua ita ſuperat cæteros homines, vt ſibi ſoli ſufficere, & nõ indigere auxilio humano videatur: vel etiam ex deprauata natura quales ſunt viri beſtiales, & flagitioſi, qui neſciunt amicabiliter, & pacificè viue-
re: ſicut Homerus de quodam dicit, per contumeliã, quod Homer.
erat ſine tribu, quia non poterat cum alijs concorditer vi-

Digitized by Google

viuere, & meritò ſanè, quia non viuebat ſecundum legē, non ſequebatur iudicium rationis, ſed paſſionem: & ideò erat ſinè domo, & ex conſequenti, vt immanis fera, habens deprauatā naturam, magis ferarum quàm hominum more, extra homines feralem vitam agebāt; & denique id accidit propter inimicam fortunę aleam, vel quia aliquis eſt expulſus à ciuitate, vel quia eſt pauper, & cogitur habitare extra, & excolere agros. Communiter tamen homines in congregatione viuunt, & in ciuitatibus degunt; plurima enim indè bona homines percipiunt, vt mox dicemus.

Verumtamen à principio mundi, non erat vſurpata talis viuendi ratio. Nam primi homines ſparſim habitabant, ſucceſſu autem temporis communitates in vnum congregari cęperunt. Vndè & homines vnius fumi dicebantur, ferarumque imitatione, tuguria conſtruere aggreſſi circa fontes, vndè vrbium vicorum, oppidorumque origo, atque diuerſarum nationum, in vnum imperium per fædera compoſitio. Sic Sicilia ſe ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit, vndè prima omnium id, quod ornamentū imperij eſt, Prouincia eſt appellata, prima docuit maiores noſtros, quàm præclarum eſſet exteris gentibus imperare: Et ſola fuit ea fide, beneuolentiaque erga populum Romanum, vt eius inſulę, quæ ſimul in amicitiam Roman. venerant, nunquàm poſtea defecerint: ſed integra ſemper fidē ſeruata in amicitia perpetuò manſerint. Non ſolum autem natura (vt dicit Ariſt.) diriguntur homines ad manendum in communitate, ita & de illis dici poſſit. Cor hominis diſponit vias ſuas, & natura dirigit greſſus eius: ſed etiam diriguntur commoditatibus quæ indè conſequuntur, vt ſolitariam vitam in ciuilem, & politicam commutent, quare tres ſunt præcipuę; ſufficientia corporalis vitæ; honeſtum, & virtuoſum viuere; & Dei cultus: Scites barbaræ propter primam cauſam ciuiliter viuunt, ſcilicet propter ſufficientiam neceſſariorum vitæ corporalis. Sunt autem ad corporalem vitam neceſſaria: in primis mutua ſeruitia in vitę neceſſarijs: nam homines in eadem ciuitate degentes, vltra hoc, quod iucundè conuerſantur, & conuiuunt, ſibi mutuò deſeruiunt, & obſequuntur ad inuicem in bonis victui neceſſarijs; hic dono; alter mutuo; iſte emptione; ille miſeratione; hic fauore, ille cuſtodia, & obſeruatione: quę vtilitas, vt patet hominum generi non proueniret, ſi ſolitariam vitam duceret: meritò ergo propter mutua obſequia conſtituerunt ciuitates. Huc etiam ſpectat facilior noxiorum propulſatio, nam homo exiſtens natura inermis; habenſque multa ſibi aduerſantia, vt feras, & inimicos homines, ſi ſolitariè, aut cum pauciſſimis viueret, non poſſet ſe defenſare à nocuis, & iniurias ſibi iniquè illatas propulſare nequaquā valeret: vt igitur habeant homines, vndè repugnent aduerſantibus, conſtituunt ciuitatem, in qua omnes ſimul pugnant contra nociua & hoſtilia, atque ſic quod non poteſt fieri per vnum, aut paucos, fit per ciuium multitudinē, vno animo pugnantium. Præterea vſus commutationum, & contractuum, ſinè quibus hominum genus non poteſt habere opportunitatem vitæ, ciuilem vitam maximè reddunt laudabilem: nam pauciſſimi reperiuntur, qui habeant omnia requiſita humanę vitæ, niſi per commutationes tribuat alter alteri, quod habet; & recipiat, quod non habet.

Hac de cauſa facere commutationes per emptionem, & venditionem, eſt de iure gentium, propriumq; humano generi. Talia autē non poſſunt benè & cōmodè fieri, niſi per cōſtructionem ciuitatis; in rure enim, aut caſtro, valdè diminutè, & inſufficienter fierent, vt docet experientia. Denique eſt celebritas connubiorum, nam homines ſimul viuentes indigent bona, & firma amicitia, quę habetur, & firmatur maximè per connubia. Atq. hæc ſunt cōmoda corporis, quibus prouidetur ex ſola parte animæ ſenſualis, in qua parum homo differt à brutis; nam bruta & gaudent ex ſocietate ſibi conſimilium, gregatim ad paſcua prodeunt, gregatim defendunt ſe, & pugnant contra oīa ſibi aduerſantia. Porrò diriguntur greſſus hominum à Politicis, & Philoſophis moralibus propter altiorem, & perfectiorem cauſam, in congregatione viuendi, non ſolùm propter cōmoda corporis, quin potius præſuppoſitis neceſſarijs ad vitam corporis, propter virtutū actiones, & mores laudabiles, ita quòd fundamentum huius cōgregationis ſunt neceſſaria corporis, finis autem eſt virtuosè viuere. Hoc autem non ſpectat ad hominē rationes partis ſenſitiuæ, ſed rationē partis intellectiuæ; vt intellectus dominetur ſenſui, & appetitus, virtutū fræno coerceantur. Hunc viuendi modum excogitauerunt morales Philoſophi; apud Aegyptios, Mercurius Trimegiſtus, apud Græcos, Pithagoras, Salomon, Minos, Lycurgus, Socrates, Plato, Ariſtot. apud Romanos, Numma, Cato, & omnes, quos nunc habemus iuriſcōſultos, qui licet extiterunt antè filium Dei humanatum, tn̄ in omni ciuilitate ſua, non aliud magis cōmentati ſunt, quàm benè, & virtuosè viuere, tàm in ſe, quàm ad alterū; & hinc Politia, leges, concilia, iudicia; hæc.n. omnia neceſſara ſunt ad tēporalē regimē, vt qui virtuosè, & inculpatè viuat, & quoad ſe, & quoad alterum; & hæc dicitur moralis, atque virtuoſa, & politica vita, quæ vſque ad aduentū Moyſis durauit. Tandem Moyſes aliā perfectiorem cōgregationem, & Remp. inſtituit, in qua, & prædicta omnia nempè ſufficientia bonorū temporalium, vita virtuoſa, & politia continebatur, & vltra hoc, adiecit verū Dei cultum. Colebant quidem, & Ethnici Deos, quia tn̄ erroneus, & ſuperſtitioſus illorum cultus fuerat, non habebant veram, & perfectam Remp. quamuis enim inuicē habitauerint, & in humanis negotijs communicauerint, quia tn̄ abſq; vlla cognitione, & debito cultu tàm intrinſeco, quā extrinſeco veri Dei degebāt, potius dicendi ſunt vixiſſe in tenebris, & vmbra mortis, quàm ciuiliter. Quia ergo in ſola cōgregatione, & Rep. Iudæorum erat vnius veri Dei cultus, illa erat perfectiſſima; hoc enim hābito, ex conſequēti continebat omnia, quę ad perfectionē Reip. neceſſaria præſumuntur. Hoc expreſſiſſe videtur David, dicens. *Hieruſalem quæ ædificatur, vt ciuitas; cuius participatio eius in idipſum: illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini domini, quia illic ſederūt ſedes in iudicio. ſedes ſuper domum David; rogate, quæ ad pacem &c. Fiat pax &c.* In his verbis deſcripſit Propheta Remp. Iudæorū, & omnia quæ ad eius perfectionem ſpectant, & imprimis inſtitutionem, cum inquit. *Hieruſalem, quę ædificatur, vt ciuitas.* Reuera.n. ſicut ciuitas materialis ædificatur ex lapidibus, & cæmento; ſic Reip. ædificatur ex principalioribus perſonis, Rege, Magiſtratu, & legibus, atq; inſtitutis: quod innuiſſe videtur David, cum dixit in Pſal. *Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur.* Non dixit quoniā placēt, ſed placuerunt in præterito, quoniam Reſp. Iudæorū à ſuo antiquo inſtituto deſciuerat, ita vt dicere potuiſſe illud Virg.

——— *Fuimus Troes fuit Ilium, & ingens*
Gloria Teucrorum; ——— ———

Iam enim ſunt lapides illi ex quibus Reſp. eorum conſtructa fuit de ſede ſua ruerant, ſed in prima ſui inſtitutione, ex fortiſſimis lapidibus quadratis, ſicut ciuitas firma ædificata fuit. Ideò dixit David. *Ieruſalem, quæ ædificatur, vt ciuitas;* addit vlterius *cuius participatio &c.* ex participatione, & cōmunicatione ad inuicem, ex cōtractibus, emptionibus, venditionibus &c. rerum temporalium ad corporalem vitā neceſſariorum ſufficiētia, & abundantia: ſed quoniā hoc non eſt vltimus finis perfectæ cōmunitatis, & Reip. ſtatim ſubijcit, *Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini, teſtimoniū Iſrael.* Ter in anno aſcendebat Iudæi in Hieruſalem pro die Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, partim ad teſtificandū, quòd eſſent filij Iſrael, veri virtutum amatores, cuſtodientes leges domini, & præcepta, quę erant deſcripta in tabulis teſtimonij, vt dicit Rabi Ximhi; quia in tabulis erant literæ contractus inter Deum, & homines; partim etiam ad confitendū nomini domini, ibi enim erat ſanctuarium; vbi præcipuè venerabantur Deum, quod religionē, & pietatem illius Reip. denotat. Erat ergo ibi rerum omnium ſufficientia, virtus, & religio: Erat perfectiſſima politia. Subdit enim. *Quia illuc ſederunt ſedes in iudicio.* Sedes ſpirituales Moyſis, Sacerdotum, & Leuitarum, ſedes temporalis Regum, & Iudicum conſilia, & omnis ordo, quem politia requirit perfectiſſimus, quia erat Princeps Prouinciarum. In qua tantus erat amor Prophetię, vt omnes hortaretur ad orandum pro eo; vt in antiquo inſtituto, & pace conſeruaretur. *Rogate* (inquit) *quæ ad pacem ſunt Hieruſalem.* Quemadmodum autem Reſpub. Iudæorum, propter illa tria commoda fuit ædificata; ita & aliæ Reſp. potiſſi-

mùm

Cic. lib. 4 in Verre.

C

Pſal. 121. v. 3.

D

Pſal. 101. v. 15.

Digitized by Google

mùm Chriſtiana, quæ eſt longè perfectior, quàm Iudæorum. Nam de illa Reſp. Iudæorum dici potuit, quod habitantes in ea erant hoſpites, & aduenæ, de hac autem quod incolæ eius ſunt ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, quibus tanquam domeſticis, in maiori abundãtia ſuppõditat Deus non ſolùm bona temporalia, ſed etiam ſpiritualia, gratias, auxilia: vnde prouenit, vt quo ad virtutes morales, infuſas, quo ad pietatem, politiam, & religionem, ſit perfectior, vt potè quæ vnum Deum in eſſentia, & trinum in perſonis colit, & veneratur.

Hæ igitur ſunt potiſſimùm cauſæ, propter quas, & natura, & leges dirigunt homines ad vitam ciuilem, Ieſus tamen ducitur, & dirigitur à Spiritu Sancto in deſertum, & ſolitudinem, propter duas rationes, vna eſt, vt exemplo ſuo doceret vitam ſolitariam non eſſe omninò aſpernendam; altera, vt tentaretur a diabolo. Vitam Eremiti eam, & ſoli-
Marul. li. 3. c. 7. tudinem religioſam laudabilẽ eſſe affirmat Antonius Abbas Alexandrinus, quem dicere ſolitum ferunt, non expedire Chriſti ſeruis, eorũ qui ſæculo ſeruiant domos frequentare, ſicuti enim piſces de aqua eductos continuò langueſcere, & emori cernimus: ita monachum extra cænobij ſepta vagantem, ſi aliquantum confabulationi vacauerit externorum ad cordis tepiditatem redigi, & circa ſpiritualia exercenda effici tardiorem certum eſt. Hinc ſanè eſt quod plerique cũ feris beſtijs in ſolitudine viuere ſibi ſatius duxerit, ne in cætu hominum mentem, quam in ſola cęleſtium contemplatione fixam, & locatam habere vellent, ſæcula-
Arſenius tibus negotijs diſtrahere cogerentur. Ob hoc ſanè Arſenius, cur tantopere congreſſum hominum deuitaret, cum interrogaretur: reſpondit, ſe non poſſe ſimul cum Deo, &
Capiton. hominibus conuerſari. Capiton itidem rogatus reſpondit. Vereri ſe ne ex hoc imbecillior, ad ſuſtinẽdos inimici impetus redderetur, quo cum adhuc ſibi ſupereſſe certamen sciret. Alterum ergo contemplandi amor, alterum peccandi
Paulus Eremita. timor ab humano ſubmouerat conſortio. Paulus primus inter Chriſtianos eremi cultor, annos ſeptem, & nonagin-
Onophr. ta, Honuphrius ſeptuaginta, hominibus incogniti fuere. Quia ipſe aliquando vaſtæ ſolitudinis, nunc paradiſi inco-
D. Hier. ad Heliodorum. la Hieronymus, dum Heliodorum ad ſe inuitat, ſic vitam ſolitariam laudibus effecit dicens: ò deſertum Chriſti vernans, ò ſolitudo in qua illi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalipſi ciuitas magni Regis conſtruitur. O Eremus fa-
E miliarius Deo gaudens. Quid agis frater in ſæculo, qui maior es mundo? quamdiù te tectorum vmbræ premunt, quamdiù fumoſarum vrbium carcer includit. Crede mihi, neſcio quid plùs lucis aſpicio. Lubet ſarcina corporis abiecta ad purum ætheris fulgorem. Paupertatem times? Sed beatos pauperes Chriſtus appellat; labores terreis? Nemo athleta ſinè ſudore coronatur; De cibo cogitas? ſed Fides famem non timet; ſupra nudam metuis humum exoſa ieiunijs membra collidere? ſed Dominus tecum iacet, ſqualida capitis horret inculta cæſaries? ſed caput tuum Chriſtus eſt; infinita eremi vaſtitas terret? ſed tu paradiſum mente obambula. Quotieſcunque illuc mente conſcenderis, toties in eremo non eris. Scabra ſinè balneis attrahitur cutis; ſed qui in Chriſto ſemel lotus, non habet neceſſe iterum lauare. Et breuiter ad cuncta audias Apoſtolũ reſpon-
ad Ro. 8. v. 18. dentem. *Non ſunt condigna paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Delicatus es frater, ſi & hic vis gaudere cum ſæculo, & poſtea regnare cum
Lucæ 17. v. 43. Chriſto. *Beatus ſeruus, quem Dominus inuenerit vigilantem*. Ipſe itaque Hierony. in illa, in qua hæc ſcripſit eremo, in illa (inquam, vt ipſe ait) vaſta ſolitudine, quæ ſoli exuſta ardoribus, horridum Monachis præſtabat habitaculum, annos quatuor moratus eſt, ſcorpionum tantum, & ferarum ſocius, ſacco veſtitus, humi cubans, aquam frigidam bibens, & cibis crudis vtens, coctumque comedere luxuriæ deputans, carnis laſciuientis pugnas hebdomadarum interdum inediç ſuperabat. Et tamen inter has tot, & tantas corporis fatigationes, adeò ſpiritu exultabat oppidũ mihi carcer, ſolitudo paradiſus eſt. Poſt hæc cũ ad Bethleem acceſſiſſet, & conſtructo monaſterio cum fratribus ibidẽ moraretur, multis cum lachrimis frequentius profitebatur, ſe iam nõ eſſe eũ qui fuerat. Poſt labores (inquit) & lachrimas, & cęlo inhærentes oculos, nonnunquã mihi videbar agminibus intereſſe Angelorum, & lætus, gaudenſque cantabam, poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus. His vitæ Eremiticę commoditatibus, & encomijs multi permoti ſolitudinis horrorem amplectentes, conuerſationem hominum plurimũ deuitabãt. Alij verò religionis cauſa idipſum præſtiterunt, vt ſupra dicti Eremitę. Alij Philoſophiæ commodius pertractandæ, abij gloriæ mundanę effugiendę gratia.

Verùm enim verò quoniam non omnes ſequi poſſunt Moyſen in montem Synaim; Eliam in montem Carmelũ; Ioannem, & Chriſtum dominum in deſertum, vt ibidẽ in ieiunijs, & abſtinentiæ rigore, tentatione, in Angelorũ miniſterio vitam peragant. Ideò aliud deſertum ſpirituale, & in congregatione viuentibus Chriſtus ordinauit, & exemplo ſuo demonſtrauit, de quo ſic ait Marulus. Ieſus Chriſtus Dei filius inter diù in tẽplo turbas docens, noctu monte Oliueti conſenſo contemplabatur, docens exemplo ſuo, Marul. li. 2. c. 4.
locum, modum, tempuſque ſeruare, vt & proximi vtilitati inſeruiamus, & à Theorica interim nõ diſtrahamur. Illud quoque memorabile, eſt (inquit) Sabellicus: Quod Chriſti Sabel. li. 3. c. 4.
mater, cum præfatione laudis ſemper ab oĩbus nominãda, ab illius acerbiſſimo cruciatu nunquam temerè ab vllo viſa, in priuato egit, aut orationi intenta, aut diuina leges ſanctiſſimi filij tàm pia, quàm ſedula cultrix. In hoc ergo deſertum exemplo Chriſti, & Beatiſſimę Virginis diriguntur, qui orationis, & contẽplationis cauſa à conuerſatione hominum ad tempus ſe ſubtrahunt. Sicut Prophetæ omnes, ex media hominum turba, in ſolitudinem à Spiritu rapti, contemplationibus abſque impedimẽto vacabant, vbi ſpecialiter illuminati, cæleſtia arcana contemplabãtur; ſic Dauid Rex poſtquàm à congreſſu hominum ſe ſubtraxiſſet, in ſpiritu vidit ea, quæ poſt in carne Saluatori noſtro contigerunt. Sed & illi in deſertum à Spiritu Sancto diriguntur qui in communitatibus etiam commorantes, à puluere terrenarum affectionum longè ſeparante, dum ſcilicet iuſtè, piè, & ſanctè cum hominibus conuerſantur, magis cæleſtium contemplationi, & optimarum virtutum exercitio, quàm rerum terrenarum cupiditati inhiantes.

Deſertum ergo ſpirituale eſt deſerere peccata per pœnitentiam, vitia per ſanctam conuerſationem abdicare, affectionum terrenarum ſtudium, per deſiderium cæleſtium exuere. In hoc deſerto vixit illud vas electionis S. Paulus, qui ſupernorum dulcedine ſuperfuſus, aiebat: *Conuerſatio* ad Phil. 3 v. 20.
noſtra in cælis eſt. Dauid etiam vitam ſuam in Deo abſconditam eſſe cum gaudio profeſſus eſt, ſic inquiens. *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis*. Mirùm certè; Rex ille erat po- Pſal. 101. v. 7.
tentiſſimus, inter homines conuerſatus grauiſſimis ſui imperij detinebatur negotijs; & tamen ſe ſimilem pellicano ſolitudinis proteſtatur. Non aliã certè ob cauſam, niſi quia à terrenis affectibus ſe liberauerat, mundumque cum ſuis concupiſcentijs deſeruerat. Vnde iurè meritò concludere poſſumus, multum quidem eſſe laudabile in deſertum fugere, hominũ conſortia deuitare, Angelorum ſocietate lætari, & in vaſtæ ſolitudinis horrore, Diuino recreari allo- F
quio: ſed neque hoc vituperabile dixerim, imò maximis celebratum pręconijs, corpore inter homines cõmorari, mentem autem cæleſtia inhabitare domicilium vrbibus, vitam agere, animo tamen ſicut alter pellicanus horridã pænitentiam ſolitudinem abſque vllo terrenorum affectu peruagare. Patet ergo ex his, quia non ſolùm illi à ſpiritu in deſertum ducuntur, qui in ſolitudine viuunt, ſed etiam ij, qui in communitatibus degentes, animarum ſuarum ſaluti ſedulò inuigilant. Et hæc fuit prima cauſa quare Spiritus Sanctus duxit, & direxit viam Chriſti domini in deſertum, vt ſcilicet commendaret vitam ſolitariam, maximè hanc ſpiritualem, hoc deſertum ſpirituale de quo modò locuti ſumus. Alteram cauſam innuit Euangeliſta cum ſubdit, VT TENTARETVR A DIABOLO.

Tentatus fuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: prætermiſſa ſunt autem illa tentamenta, quę maiora erant (inquit Origenes) quàm, vt literis mandarentur. Origen.
Nam ſicut mundus non poſſet capere libros, ſi ſcripta fuiſſent omnia, quæ fecit, & docuit Ieſus, ſic quadraginta dierum tentationes, quibus tentatus eſt Dominus à Diabolo, mundus ferre nõ poſſet, ſi ſcriptura ſingula exprimere voluiſſet. Sufficit nobis hoc tantùm, quòd quadraginta die-

Digitized by Google

bus tentatus fuerit in deſerto, & nihil comederit illis die-
bus. Suffragatur huic doctrinæ Apoſtolus, dum inquit.
ad Heb.4 *Tentatus per omnia pro ſimilitudine abſque peccato:* vt potens
v.15. ſit, & ijs qui tentantur auxiliari. Per omnia (inquit) quæ
cadunt in hominem, excepto fomite peccati, & ignoran-
tiæ, quæ pęnæ peccati originalis. Quoniam enim Chriſtus
non habuit originale, vt potè conceptus virtute Spiritus
Sancti, ideò etiam in his tentari non potuit. Exceptis ergo
his quæ dixi, nullus vnquam mortalium tot, tantaque per-
tulit tentamenta, atque Chriſtus. Conabatur enim verſi-
pellis, laqueo deſperationis eum capere, hęc vel ſimilia fre-
quentius illi inſuſurrando. Audiui in tua natiuitate An-
gelos natum eſſe mundi Saluatorem prædicantes, ſi ſaluas
mundum quare fugiſti in Ægyptum, vt te ſaluares ab ira
Herodis? deindè rediens ex Ægypto, cum audiuiſſes Ar-
chelaum regnare pro Herode patre ſuo, timuiſti Hieroſo-
lymam petere, & ſeceſſiſti in Nazareth. Præterea audiui
vocem de nube dicentem. *Hic eſt Filius meus.* Si filius Dei
es, quid tibi cum deſerto? quid cum beſtijs? quæ neceſſitas
ieiunij, in Filium enim Dei peccatum non cadit, cōſequen-
ter, nec pęnitentia opus habet. His & ſimilibus verbis co-
nabatur ſerpens antiquus Chriſtum in laqueum inducere;
Ioan. 14. ſed nullo ſuo fructu. *Venit princeps huius mundi, & in me*
v.30. *non habet quidquam.* Venit in deſertum, ſed confuſus receſ-
ſit. Venit cum armis, & fuſtibus in captione, ſed nihil pro-
fecit, imò ſeipſum ſuo laqueo iugulauit; captus enim Chri-
ſtus, & in cruce mortuus gloriosè de ipſo triumphauit. Ve-
nit quandò pendebat in cruce, & nihil ſui iuris in Chriſto
inuenire potuit. Tentatur ergo Chriſtus, & quidem acri-
ter non diaboli, ſed noſtro emolumento, vt ſcilicet eſſet
ad Hebr. promptior ad compatiendum noſtris miſerijs. *Non enim*
4.v.14. (inquit Apoſtolus) *habemus Pontificem, qui non poſſit com-*
pati infirmitatibus noſtris tentatum per omnia. Id eſt omni
genere malorum, quibus vita noſtra obnoxia eſt, pro ſimi-
litudine: nimirum, vt tentantur homines meri; ſed abſque
Ibid.c.5. peccato. Et cap.5. *Cum (inquit) eſſet filius Dei, didicit ex ijs,*
v.8. *quę paſſus eſt obedientiam.* Per quam magna audemus no-
bis promittere, quia & Chriſtus Pontifex ſummus, qui ex
ijs, quę paſſus eſt didicit obedire, & quæ ſit obedientiæ ma-
gnitudo cognouit. Si quidem obedientiæ meritò euectus
Eccleſ.2. eſt ad dexteram patris. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei* (in-
v.1. quit Eccleſ.) *ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam*
Iacob 1. *tuam ad tentationem. Tentat quidem Deus trudiens ad bonum,*
v.13. *quia intentator malorum eſt.* Tentat Diabolus ſemper ad
1. Theſ.3. malum. *Ne fortè tentauerit vos is qui tentat.* 1. Theſſal. Ten-
v.5. tat quidem interius mouendo ſpecies, & habitus in imagi-
natiua conſeruatos: & ſic tranſmittit ad organum ſenſus,
vnde facit noxiorum nos recordari, & oblatiſque imagini-
bus delectari; Tentat exterius verbis, ac ſignis viſibilibus,
Pſ.39.v.2 ad peccatum inducendo, & alliciendo, ſed Deus *eduxit ſuos*
de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, ſtatuitque ſupra petram greſſus
noſtros. Educit de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, cū nos præ-
ſeruat à concupiſcentijs, & peccatis, quibus nos diabolus
immergere conatur. Statuit ſupra petram greſſus noſtros,
cùm eo auxiliante per præcepta, & conſilia immaculatè
tranſimus, alijs in lutum cadentibus; vel ſtatuit ſupra petrā
greſſus noſtros, cum ipſius auxiliante gratia, inter maxi-
mas huius vitæ procellas fluctuando, petræ immobili Chri-
ſto Domino adhæremus, ſicut conchæ fluxibus, & refluxi-
bus maris æſtuantes agitatæ, firmiter rupibus adhærent.

ET CVM IEIVNASSET QVADRAGINTA DIEBVS, ET QVADRAGINTA NOCTIBVS.

Voluit hic Dominus oſtendere ſuam doctrinam, prædica-
tionemque non pugnare cum lege, & Prophetis, ideoque
in monte Thabor Moyſen, & Eliam ſibi adiunxit, qui &
ipſi Quadrageſimam ieiunarunt. Sacratus itaque, & cele-
D.Aug. bris eſt quadragenarius numerus, ſicut docemus ab Augu-
lib. 2. de ſtino in Epiſt. ad Ianuarium, & à D. Hieronymo contra
doctrina Iouinianum. Denarius numerus (inquit) creatoris, atque
Chriſtia- creaturæ ſignificat ſcientiam, nam Trinitas creatoris eſt;
na.c.16. Septenarius verò numerus creaturam indicat propter ani-
mā, & corpus: in anima enim illa tria ſunt, ſicut legimus in
G Euangelio, ex tota anima, ex toto corde, & tota mente Deū
eſſe diligendum. In corpore autem quatuor elementa ma-
nifeſtiſſima apparent, ex quibus ipſum componitur. In hoc

denario, dum temporaliter nobis inſinuatur, caſtè, & conti-
nenter à corporum delectatione viuere, tunc quadraginta
diebus ieiunare monemur. Hoc lex cuius perſona eſt in
Moyſe docet, hoc prophetiæ, cuius perſonam gerit Elias
admonent; Non temerè ergo 40 diebus ieiunauit. Qua- Leuit.12.
draginta enim diebus purificabatur, quæ pepererat ma-
ſculum. Quadraginta diebus dormiuit Ezechiel in viſio- Ezech.4.
ne ſuper latus dextrum. Quadraginta diebus exploratores
duodecim circuierunt terram Chanaan. Quadrageſimalis
quoque ieiunij obſeruantiam ex Apoſtolorum traditione
ortum eſſe S. Hieronymus oſtendit. S. Gregorius ieiunium S. Hiero.
quadrageſimale anni decimas appellat: Ignatius ſcribens ad Mar-
ad Philip. dicit; quadrageſimale ieiunium Chriſti imitatio- cellum.
nem eſſe. Ieiunauit autem Chriſtus poſt triginta annos, an-
tequam prędicationem ſuam inciperet, vt nos doceret cum
aliquid boni faciendum aggredimur, à ieiunio, & oratione
nobis incipiendum eſſe. Cępit enim Ieſus facere hoc ipſum
opere exercendæ, quodcunque verbo docuiſſet.

Porrò ſciendum eſt multum referre quo animo, quavè
intentione quis ieiunet; quia tale eſt ieiunium, qualis ieiu-
nandi intentio. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei con- 1.Pet.2.
ſcientiam ſuſtinet quis triſtitiam. Si propterea quis ieiunat, v.21.
quia (vt inquit Eccleſia) corporale ieiunium vitia compri-
mit, mentem eleuat, virtutes largitur & præmia, bonum ie-
iunium eſt. Si ieiunat, vt pro peccatis penitentiam peragat,
bonum ieiunium eſt; ſi ieiunat, vt gratiam apud Deum ob-
tineat, laudabile eſt ieiunium. Sic ieiunaſſe Boleslaum
tertium Polonorum Ducem poſt cedem Sbigæi fratris ſpu-
rij rebellis, refert Cromerus lib.5. Nam Solennus quadra- Cromer.
ginta dierum ieiunium, in pane tantum, & aqua ſilicio in-
dutus cum exegiſſet, peregrinationis longiſſimas in Vnga-
riam ſuſcepit. Præmislaus Maioris Poloniæ Dux Anno
Chriſti 1257. cum ex multis virtutibus tum ex obſeruantia
ieiunij quadragenarij commendatur. Sic enim ſcribit de il-
lo Cromerus, mitiſſimus ſui tēporis princeps, & ſupra æta-
tem prudens, iuſtitia, & animi moderatione in iudicando
tanta, & eius iudicium victus, atque victor ex æquo proba-
rent, ebrium, atque iratum eum nemo vidit, vſque adeò
addictus fuit religioni, & cultui diuino, vt per tempus qua-
dragenarij ieiunij, cilicina veſte ſuper nudum corpus, &
vino diluto admodùm, aut inſipidiore ceruiſia vteretur, no-
cturnis temporibus cum dormire putabatur prolixæ preca-
tioni vacabat: qua die cœnam Chriſti anniuerſario ritu co- Cromer.
limus, & repræſentamus, duodecim pauperum pedes reue- lib.9.
rentes abluere, extercoſque deoſculari, & pauperes ipſos ve-
ſtire quotannis ſolebat. Quod ſi homines principes tam ri-
gorosè ieiunium quadrageſimale obſeruarunt, quid facere
debent homines priuati? Olim ex veteri inſtituto nouem
hebdomadarum ieiunium in Polonia obſeruabatur. Sed
Innocentio Pont. Max. à Federico Imperatore vehemēter Idem li.8
exagitato, conuocata Vratislauiam Epiſcoporum Sinodo,
decretum, vt quinta pars redituum Eccleſiaſticorum ex to-
ta Polonia per triennium ei decerneretur: quo facto rela-
xauit Polonis partē ieiunij eius, quod eſt ſolemne cunctis
Chriſtianis antè Paſcha. Nam cum id prius totis nouem
hæbdomadis veteri ſummorum pontificum inſtituto vul-
go ſeruaſſent, indulſit, vt eſſet deinceps hæbdomadarū ſex,
& dimidiæ; Nihilominus adeò negligenter hoc exiguum
ieiunij tēpus obſeruamus: non pudet nos, quod Rutheni &
Schiſmatici fidelius ieiunant, & plura ieiunia obſeruant;
de quibus ſic ſcribit Guagninus, Rutheni in ieiunium, pro- Guagui-
ut in cæteris cæremonijs à Romanis diſcrepant: quatuor- nus.
que ieiunia magna, quibus à carnibus abſtinent habent.
Primò in quadrageſima ſeptem integris hebdomadis ab eſu
carnium abſtinent. In prima hebdomada, quam nos vlti-
mam Bacchanaliorum dicimus, lactarijs, & butyraceis cibis
vtuntur, eamque Maſtnis, quaſi butyraceam appellant. Re-
liquimus verò integris ſeptimanis ad Paſcha vſque etiam
piſcibus abſtinent; olerибus, caliculis, raphano, fungiſque
contenti. Quidam etiam deuotiores Dominicis tantum, &
Sabbathinis diebus cibum ſumunt, reliquis diebus fruſtulo
panis in meridie confortati, ab omni cibò abſtinēt: alij die
dominico, feria tertia, quinta, & ſeptima cibis coctis veſcū-
tur; reliquis, bucella panis cum aqua fermentata ſumpta;
totis diebus inediā tolerant. Secundò ieiunant poſt octauā
Pente-

Pentecoſtes, vſque ad ferias Petri & Pauli Apoſtolorum; appellantque hoc ieiunium D. Petri. Tertiò à prima Auguſti vſque ad Aſſumptionem B. V. M. ieiunio ſe macerant. Quartò; Sex ſeptimanis in Aduentu Domini carnem, & butyrum vitant: vocaturq; hoc ieiunium Philippi, inchoatur enim ſub feſtum Philippi, ſecundum Ruthenicum Calendarium. Monachi autem Ruthenorum multò grauioribus ieiunijs præ cæteris mnerantur, ita quod aqua fermentata cum fruſtulo panis, ſemel in die ſumpta contenti eſſe

Guag. in Moſchoviæ deſcriptione.

cogantur, vt idem Guagninus ſcribit. Ecce quanta confuſio noſtra! Schiſmatici tam ſcrupuloſè ſua obſeruant ieiunia! nos autem ita ieiunamus, vt vix aliquando, vel nunquam eſuriamus, quia ad ſufficientiam, & quantumlibet cibum ſumimus. Ecce de Chriſto Domino dicitur in Euangeli POSTEA ESVRIIT.

H

Diuinæ quidem naturæ in eo fuit argumentum, quod ſinè cibo, & potu 40. dierum ſpatio, fuerit ſuſtentatus, humanæ verò quod poſt ſpatium quadraginta dierum eſurierit, quatenus ſic diabolo daretur occaſio tentandi. Non ſunt culpabiles naturales effectus, vt dicunt Stoici. Eſuries enim, ſitis, & ſimilia non vitio nobis vertuntur, ſed modus, quantitas, tempus, neceſſitas. Eſurijt Chriſtus, quia ſciuit tunc maximè ingruere tentationes; cum diabolus aduertit nos eſurire, aut aliquid nos humanum affectare. Attendit ille ad diſpoſitiones ſingulorum, obſeruat tempora, notat affectiones, & nullam occaſionem tentandi prætermittit. Vtinam verò tanta eſſet noſtra diligentia in procuranda ſalute noſtra, vt nullam occaſionem omittamus, qua in virtutibus & gratia Dei non proficiamus. Ecce nunc tempus

D. Aug.

acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, clama Eccleſia, tempus opportunum pœnitendi, & æternitas delicias temporali eſurie promerendi. De hac eſurie D. Auguſtinus inquit Aeterna iuſte eſuries, æternam meretur ſaturitatem. ET ACCEDENS TENTATOR. Spiritus Sanctus direxit Chriſtum per Baptiſma diſpoſitum in deſertum, propter cauſas ſupra dictas. Et diabolus vult dirigere greſſus eius ad gulam, cum inquit DIC VT LAPIDES ISTI, &c. Ad vanam gloriam cum inquit. MITTE TE DEORSVM. Ad cupiditatem, cum inquit. HÆC OMNIA TIBI DABO, &c. ad idolatriam, cum ait SI CADENS. cæterum, in viſibili, & humana forma illum acceſſiſſe veriſimile eſt. Accedere enim eſt motus progreſſiuus. Proindè vniuerſam illam tentationem foris fuiſſe, & non intus contingit, ſicut extitit illa. quæ primos Parentes diuinæ obedientiæ, tranſgreſſores effecit: primis enim parentibus in forma ſerpentis viſus eſt, Chriſto autem in qua forma apparuerit non exprimitur. Forſan in forma deceptoris, cuiuſmodi ſunt hæretici, quorum ſermo ſerpit, ſicut cancer, & per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium. Acceſſit ergo in viſibili, & humana forma, videns Ieſum ex rigore ieiunij macilentum, pallidum, & pane totum exhauſtum, debilem, & contemplatiuum, ideò cum magna, ſed fraudulenta compaſſione.

DIXIT EI. Miris enim cogitationum diſceptationibus torquebatur cupiens ſcire an eſſet filius Dei necne: idcircò ad miracula confugit, quæ ſolum Deum operari poſſe nouerat; & ſi non ſufficiſſet vnum, ex quo illud quod prætendebat colligere poſſet recurrit ad aliud, dicens.

MITTE TE DEORSVM. Primo autem offerendo lapidem ait SI FILIVS DEI ES DIC, VT LAPIDES ISTI PANES FIANT. Eſurienti lapides offert. Hæc eſt humanitas Diaboli. O verſipellis ſuperbe, fallit te promiſſio tua, poteſt famem vertere in ſaturitatem, qui poteſt in panem lapides immutare. Quid ergo illi conſilium tuum prodeſt, cui ſua ſufficit virtus? Eſurienti tenera, & non dura offerre debuiſti. Poteſt vtique ille lapidibus panes facere, qui potuit aquam in vinum commutare, ſed ſigna fidei credenti danda ſunt, tentanti neganda. Qui verè panis eſt, non indiget pane: & qui lapides conuertit in homines, quia potens eſt de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, non opus habet, vt lapides immutet in panes. SI FILIVS DEI ES. Simulatus eſt, & adulatorius ſermo.

Quemadmodum & nos dum expiſcari aliquid volumus, ſic fingimus quaſi ſciamus. Sic & hic quærit, vt ſi forte negauerit conſtituat eum mendacem; aut ſi non ſit quod videtur præ ſe ferre, inferat blaſphemum. Sed duobus contrarijs teneris Diabole (ait Hieronymus.) Si enim ad eius Hierony.

imperium lapides fieri poſſunt panes, ergo fruſtra tentas eum qui tantæ potentiæ eſt. Si autem non poteſt facere, fruſtra Dei filium ſuſpicaris. Deerant in deſerto (ait Ambroſius) amænitas arborum, pomorum ſpecioſa deceptio? Ambroſ.

vndique igitur excluſus petijt in cibum ſaxa mutari. Nouerat enim verſutiſſimus tentator olim de ſaxo potum fluxiſſe, nunc & cibum de ſaxo poſtulat emanare. Execratur enim Diabolus ieiunium, deteſtatur abſtinentiam, ideoque ad cibum, & gulam cohortatur. Condemnat Satanas eos, qui negant tranſubſtantiationem poſſe fieri, credebat enim filium Dei ſolo verbo lapides in pane conuertere poſſe. Si ſenſiſti ò iniquiſſime, Chriſtum poſſe eſurire poſt 40. dies, cur non intellexiſti eum per 40. dies illos non eſuriiſſe? ex eo enim intelligere debebas verum eſſe Deum, ſicut à fama verum cognouiſti hominem. Non ergo eſt neceſſe, vt miraculo tibi prodat ſuam diuinitatem. Labore & miraculo non eſt quærendum, quod via naturæ haberi poteſt. Nunquam enim proferendum eſt miraculum, niſi id poſtulet gloria; vel fraterna charitas, quorum neutrum in hoc opere videri poterat; ac proindè miraculum illud oſtentationem ſui & non gloriam Dei, aut proximi charitatem oſtendiſſet, quod nefas eſt de Chriſto ſentire. Præterea, ſi lapides in panes conuertiſſet, mox cognouiſſet filium Dei verum eſſe, atque ita omnem dediſſet operam, ne per mortem Chriſti humanum genus redimeretur. Ad petitionem igitur curioſi, & tentatoris Dæmonis non erat faciendum miraculum. Cæterum ſicut primum hominem tentauit per inanem gloriam eritis ſicut Dij, ſic ſecundum hominem tentat SI FILIVS DEI ES: ambos ad oſtentationem vanæ gloriæ ſollicitans, ambos ad gulæ vitium prouocans. Et ſicut tunc de æquitate Diuini mandati dimouere conabatur, ita hic ad quandam diffidentiam Diuini oraculi mentem Chriſti pertrahere ſtudebat. Hanc ob cauſam non dixit CVM FILIVS DEI SIS, SED SI FILIVS DEI ES. Adulatur & pugnat, vt id faceret. quod ſuadebat, alioqui rubore ſuffunderetur, ſi ſibi perſuaderetur verum eſſe quod de nube audierat: Hic eſt

I

filius meus dilectus, idque ſolum ſupereſſe vt ab alijs filius Dei crederetur. DIC VT LAPIDES ISTI PANES FIANT. Sciuit tentator virtute naturæ fieri non poſſe vt in inſtanti lapides panes fierent, ſed hoc ſolius Dei eſſe. Nam licet natura poſſit vnam ſubſtantiam conuertere in aliam, opus tamen habet multo tempore & materia benè diſpoſita. Vnde licet Dæmones etiam admiranda plerumque operentur, vnam rem in alteram immutando; non tamen ſua, ſed virtute naturæ id totum eos præſtare certum eſt. Applicant enim actiua paſſiuis, noruntque conſtellationes, ſub quibus facilè, non ſua virtute, ſed ſuccurſu naturæ ſtupenda fieri poſſunt; vt fecerunt Magi Exod. 7.

Pharaonis, conuertendo virga in ſerpentes.

QVI RESPONDENS DIXIT SCRIPTVM EST. NON IN SOLO PANE VIVIT HOMO, SED IN OMNI VERBO, QVOD PROCEDIT DE ORE DEI. Improbum Diaboli inſultum patienter Dominus tolerans, eum teſtimonio Diuinæ Scripturæ confutauit. Scriptura enim eſt galea ſalutis, & gladius ſpiritus quo poſſumus illius ignita iacula extinguere. Vnde expedit in exordio tentationis ſtatim tentatori diuinas Scripturas obijcere. Si tentauerit te ſuperbia, obijce illi viciſſim. Scriptum eſt *Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*. Si de auaritia, dic Scriptum eſt *Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur animæ vero ſuæ detrimentum patiatur*. Si tentat ira dic. *Ira iuſtitiam Dei non operatur*. Sic licebit quibuslibet vitijs occurrere, & ſuggeſtiones malignas extinguere. Porrò teſtimonium Scripturæ deſumptum eſt ex Deuteronomio, vbi Moyſes ſic loquitur *Dedit tibi Dominus Manna, quod ignorabas tu, & Patres tui*, vt oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane homo viuat, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Domini. Senſus eſt non ſolùm panes, & vulgares tibi ſunt quibus homo alitur, ſed quod à Deo deſtinatur,

1. Pet. 5. v. 5.
Matt. 16. v. 26.
Iacob 1. v. 20.
Deut. 8. v. 3.

Digitized by Google

tur, vt homini ſit alimenti loco. Deus voluit, vt panis cor hominis confirmet, non tamen ita vt ſinè pane homo viuere nequeat. Nam quod panis nutriat non aliundè habet, quam ex Dei prouidentia, quæ efficax eſt, & vult hominem mitis modis ſuſtentare. Itaque cum homo non in ſolo pane viuat, ſed in omni eo quod Deus ordinauit, vt humanam vitam ſuſtenatre poſſet, non fuit neceſſe filio Dei, vt pro fame pellenda lapides in panem conuerteret, quia omne verbum Dei, vel quod procedit ex ore Dei paſcere & nutrire hominem poteſt. Item omne id, quo Deus vult & ordinat, vt vita hominis ſuſtentetur. Quomodo Manna, deficiente pane nutriuit Iſraelitas.

TVNC ASSVMPSIT EVM DIABOLVS IN SANCTAM CIVITATEM, ET STATVIT EVM SVPER PINNACVLVM TEMPLI. Cum vidiſſet Satan ſe primo inſultu nihil profeciſſe, ſecunda contra Chriſtum tentatione armatur, ſi quomodo tandem eum decipere poſſet; nunc deſperationẽ, nunc ſecuritatem ingerens. Quemadmodum refert Crometus factũ
Crometus. fuiſſe cum Paulo quodam, vt inferius referam cõtra, quem cum vna tentatione nihil profeciſſet aliam aggreſſus eſt, vt tandẽ victor euaderet. Sic contra Chriſtum armatur. Cum enim vna tentatione nihil effeciſſet, tunc aſſumpſit eũ, &c. Ancipiti enim reſponſo eluſus, ex quo diſcere non potuit an filius Dei eſſet, iterũ Chriſtum aggreditur: & ſicut Scriptura fuit ſuperatus, per Scripturarum abuſus eum vincere conatur, relictaque gulæ ſuggeſtione, apertæ vanæ gloriæ oſtentationem ei ingerit; in loco ſatis apto, in Sancta ciuitate, in pinnaculo tẽpli, vbi poterat à Sacerdotibus, Pontificibus, Principibus, & ab vniuerſo populo videri, & venerari. Sancta ciuitas appellatur, propter ſanctum Dei templum, quod erat in ea. Pinnaculum verò templi eſt faſtigium, ſeu ſummitas ędificij in acumen tendentis, cui addi ſolet pinna, quæ facili motu, venti flatum indicat. Quia verò in illa regione tecta ſunt plana, accipitur hic Pinnaculum templi, pro ſuperiori parte templi. ET DIXIT EI, SI FILIVS DEI ES MITTE TE DEORSVM. Ad vanam gloriam illum dirigit ſi miraculoſe abſque damno ſe mittat deorſum. Vel quia ipſe à ſolio altiſſimo ſua ſe ſuperbia præcipitauit, omnes homines vellet ſibi ſimiles fieri, ac de altiore meritorum gradu cadere. Vnde Chriſtum etiam tanquam hominem probat, nõ aſcenſum illi, ſed ruinã prouidendo: humana enim conditio ad aſcenſum difficilis, facilis inuenitur ad lapſum. Sed erras ſeductor impie, nec tentare noſti. Cadere non poteſt Deus. Conuenientius dixiſſes, aſcende in cęlum, ſi filius Dei es,
Pſal. 113. v. 16. quia *cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* Mitte te deorſum. Sic Dæmon ſuadet ſuis ſectatoribus: ſic ſuos ſemper eleuat familiares, vt de alto præcipitet validiùs in ruinam. Atque ita ſuis ſe ſemper prodit conſilijs, dum lapſus quærit, præcipitiaque ſuadet, & interitum. Cæterumquo facilius Chriſtum ſuos in calles pertrahat, opportunum ad hoc ſcripturæ teſtimonium allegat dicens.

SCRIPTVM EST ENIM QVIA ANGELIS SVIS MANDAVIT DE TE, ET IN MANIBVS TOLLENT TE, NE FORTE OFFENDAS AD LAPIDEM PEDEM TVVM. Scriptura illa, non de Chriſto, ſed de quolibet viro iuſto ſcripta eſt. Ex quo apparet Satanam, & impoſtores ſuos noſſe teſtimonia proferre Scripturarum, ſed ineptè, truncatè, & fraudulenter. Quod ſatis clarè ex hoc etiam loco apparet, in quo truncatam citauit Scripturam, prętermittens id quod illum maximè pungebat, ſcilicet *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Sic hæretici qui Satanę filij ſunt, in promptu quaſdam Scripturas habent deceptorias, quibus ad confirmandam ſuam hæreſim vtuntur, interim ſtudio prætereuntes ea, quæ in eodem contextu præibant, vel ſequebantur. Sed
Prou. 1. v. 11. quid Chriſtus adhæc? *Fruſtra ſcilicet iacitur rete antè oculos pennatorum*, fruſtra ſuadetur illi præcipitium, qui optimè nouerat illos maximè eſſe inſipientes qui voluntariè de alto ſe præcipitant, vbi per ſcalas commodiſſimus haberi poteſt deſcenſus. Vt ergo vidit quod tentator ad vanam gloriam ſuos greſſus dirigat, eodem verbi Dei gladio, quo priùs plagam ſibi intentatam repreſſit inquiens. Rurſus ſcriptum eſt. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* In quo docemur ne temerè nos in periculum præcipitemus, quod facilè vitare poſſumus: vel quod nulla exigit neceſſitas, aut gloria Dei. Sicut non neceſſe fuerat Chriſto ſe præcipitare, cum poterat alia via deſcendere. Nec vllus prętereà erat honor Deo, ſi conſilio ſeductoris acquieuiſſet. *Sentire de Domino in bonitate* (ait Sapiens) *& in ſimplicitate cordis,* Sap. 1. v. 1.
quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. Tentare enim Deum potiſſimum eſt experimentum facere de eius omnipotentia, bonitate, & ſimilibus. Tentant ergo Deum qui ſinè operibus bonis, putant ſe vitam æternam conſecuturos. Tentant etiam qui in neceſſitate poſiti de Dei auxilio, & prouidentia diffidunt. Iſraelitæ in deſerto ſibi inopia laborantes Eſt (dixerunt) Deus in nobis an non? Itidem clarius explicat Pſalmiſta: *Nunquid poterit* Pſal. 11. v. 19.
parare Deus menſam in deſerto? His ergo modis Deum tentare graue peccatum eſt, quia non defertur ei ſic debita reuerentia, ſed potius eius prouidentiæ, & bonitati nullum derogatur.

Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, Pſal. 99. v. 8.
ſecundum diem tentationis in deſerto. Apoſtolus quoque huius rei meminit. *Neque tentemus* (inquit) *Chriſtum, ſicut* 1. Cor. 10. v. 9.
quidam tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Non decet ergo Deum tentare, ſed prius debemus experiri noſtras vires, conatus, labores, & induſtrias. Iam verò poſtquam nefarius hic venator, aduertit Chriſtum vanæ gloriæ laqueis capi non poſſe. ITERVM ASSVMPSIT EVM IN MONTEM EXCELSVM VALDE, vt dirigat greſſus eius ad cupiditatem, & auaritiam. ET OSTENDIT EI OMNIA REGNA MVNDI, ET GLORIAM EORVM. Oſtendit ei partes terrę, in quibus ſunt regna, & ciuitates fundatę, & quaſi digito demonſtrauit. Aliqui dicunt imagines omnium regnorum corporeis Chriſti oculis, à Diabolo fuiſſe præſentatas, nec tamen deceptum, aut deluſum. Cum ſciuiſſet à Diabolo eas fuiſſe confectas. Oſtendit autem in momento. Ex quo intelligi poteſt, quod & mundus & omnia quæ ſunt in mundo, momentanea ſunt, & momento durant. Atque ideò magna plerorumque notatur inſania, qui pro momentaneis æterna bona aſpernantur. ET DIXIT EI HÆC OMNIA TIBI DABO, Regna mundi Diabolus ſibi vſurpat, quia ſinè pompa & faſtu nunquam ferè adminiſtrantur. Et nihil eſt tam impium, & nefarium, quod imperij cauſa non præſumatur aptetiſque. Non adiecit autem in hoc tentatione. Si filius Dei es, quia petebat ea ſibi exhiberi, quæ filio Dei erant exhibenda. Inops profectò & fraudulentus largitor, qui perſuadens iam ſibi Chriſtum eſſe purum hominem, eum ad peccatum apertius ſollicitat, offerendo ea quæ non poteſt dare, largiendo quæ eius non ſunt propria. Inferunt, tormenta, flammæ, pęnæ perpetuę, hæc eius ſunt, remorſus conſcientiæ perpetuus, hæc offert peccatoribus, ſed offerre mundum, & ea quæ eius non ſunt eſt fallere & decipere. Tu tamen ex hoc diſces quanti animam æſtimare debes. Ecce Diabolus tanto eam æſtimat, vt totum mundum offerat pro ſola anima. Totum enim mundum offert, vt per adorationem animam in poſſeſſionem accipiat. Ideò enim ait SI CADENS ADORAVERIS ME. Semper tentatio ad caſum ſolicitat. Si proſtratus (inquit) adoraueris me. quaſi dicat Pro hac liberalitate & munificentia mea, nihil arduum peto, niſi hoc vnum, vt mihi ſupplex fias, & confitearis me Dominum mundi, facta mihi ſubiectione, & reuerentia. TVNC DICIT EI IESVS VADE SATANA, SCRIPTVM EST ENIM DOMINVM DEVM ADORABIS, ET ILLI SOLI SERVIES. Quoniam hic tentabat eum de blaſphemia, Chriſtus minimè ſuſtinuit, ſed cum magna indignatione contra ipſum blaſphemum clamauit. Nobis etiam clamandum eſt, vbi nomen Domini blaſphematur. Nulla enim tentatio nos ſic à Chriſto ſeparata, atque blaſphemia & incredulitas, in qua planè tentatione, Diabolus contemptu & irriſione ſuperatur. Vade Satana, adorabis tu in inferno ſtridens & eiulans Dominum Deum tuum, quem ad tę adorandum modò temerarius deſertor inuitas. Soli Deo

exhiben-

exhibendus eſt cultus latriæ, quia illi curuabitur omne ge-
Eſaiæ 42. v.8. nu. *Gloriam quoque meam* (ait Deus) *alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.*

I TVNC RELIQVIT ILLVM DIABOLVS, ET ECCE ANGELI ACCESSERVNT, ET MINISTRABANT EI. Cum tentator videret ſe à Chriſto illuſum, & contemptui haberi, non potuit perſeuerare amplius, ſed ſuperata omni ſua tentatione confuſus, illuſus, & turpiter ab eo victus ceſſit. Et remanſit Ieſus victor, Angelorum ſtipatus caterua, qui mox lætabundi acceſſerunt ad Chriſtum de Lucifero triumphantem: In Adam enim victo, quaſi rubore quodam ſuffuſi ſunt, at modo debellato tentatore, omnique ruboris & confuſionis materia ſublata Chriſto victori raiiùm in modum congratulantur & miniſtrorum officia perſoluunt. Dicunt hic nonnulli Angelos in humana forma acceſſiſſe, & Regi ſuo cibum, potumque miniſtraſſe. Quicquid ſit manifeſtè hoc Angelorum miniſterio Chriſto exhibito eius probatur Diuinitas, ſicut prius per tentationem Diaboli eiuſdem declarata humanitas. Porrò Non vnus, ſed plures acceſſe-
Lucæ 2. v.13. runt ſimul, ſicut in eius natiuitate, *facta eſt militia cæleſtis exercitus.* Chriſti enim actiones, paſſiones, victoriæ, omnibus communes ſunt, idcircò ab omnibus Angelis & hominibus laudibus extollenda, & celebranda ſunt. Quæſumus piiſſime Ieſu, vt omni tentatione deuicta, liberis ibi mentibus cum ſanctis Angelis miniſtremus. Amen.

INSTITVTIO Moralis

Dominicæ Primæ Quadrageſimæ.

De Virtute Temperantia.

Matth.4. v.2. *Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c.*

Eccl.10. v.17. *Beata terra cuius Rex nobilis eſt, & cuius Principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriandum.*

Greg.lib. 12.Mor. OMnes homines natura ſunt æquales, teſte D. Gregorio; & ſecundùm ipſam nullus deberet eſſe captiuus, aut ſeruus quia omnes ſumus filij eiuſdem patris Adæ. Imò in ſtatu innocen-
A tiæ vnus non fuiſſet maior, aut minor altero: ſed omnes æquè digni, æquè boni, æquè nobiles. At vbi naturæ noſtræ horologium variatum eſt; ne plura ex illa variatione ſequerentur incommoda præueniente diuina prouidentia factum eſt, vt diuerſos ſtatus ordinauerit humana poteſtas.
Aug. in Io.hom.6 Atque ità D. Auguſt. dicit, quod nec iure Diuino, nec naturali, ſed iure regio dominiorum, & poſſeſſionum diſtributio introducta eſt: ſic enim reges tanquam adminiſtratores Dei, & vicariam eius functionem in terra gerentes
D.8.(quo iure. poterant poſſeſſiones partiri, dignitates, & titulos diſtribuere, & varijs priuilegijs confirmare, vt habetur in iure. At dicet aliquis, quomodo id verùm eſſe poteſt? ſiquidem
ad Rom. 13.v.1. D. Paulus ad Romanos ſcribens dicit, *quòd omnis poteſtas eſt à Deo.* Sed id debet intelligi, vt docet D. Auguſt. vel per ſeipſum, & imperatiuè, ſic plurimos duces reges per ſeipſum Deum inſtituiſſe legimus, ſicut inſtituerat Moiſen, Ioſue, Saulem, Dauidem, Ieroboam, Gedeonem, & alios: vel permiſſiuè, committendo principibus, vt ipſi eligant, nominent, & creent nobiles, duces &c. Et ſanè omninò iam neceſſe eſt, vt diuerſi ſtatus in republica inſtituantur. Nam quemadmodum in corpore naturali, quod ipſe Deus qui omnia in pondere, & menſura creauit, proprijs manibus efformauit, diuerſa ſunt membra neceſſaria ad exercendas actiones vitales; caput, brachia, manus pedes &c. ita & in corpore myſtico, quod eſt reſpublica, neceſſarij fuerunt diuerſi ſtatus, & diuerſæ perſonæ: caput quod eſt Rex; vel Princeps qui negotia publica, & quæ ad bonum commune pertinent expediret, & ſupremum haberet officium: brachia Senatores qui conſilijs, & auxilijs principem iuuarent: manus milites, qui defenderent Rempublicam: ciues, mercatores, agricolæ, & alij minoris conditionis homines, tanquam pedes aliaque membra inferiora; corpus porrò ipſum eſt Reſpublica, ad cuius conſeruationem, & caput, & cætera membra attendere debent. Quod non rectè fieret, ſi omnes eſſent æquales, omnes diuites, omnes nobiles, vnus non ſeruiret alteri; omnes ſiquidem vellent officia ſuprema, nec reperiretur, qui vellet humiliora officia obire, ſinè quibus Reſpub. nequaquam eſſe poteſt, atque ita neceſſe fuit, vt alij excubarent ad rem diuinam, alij rei militari inuigilarent, alij mercaturis, alij agriculturæ, ſuum pro cuiuſque ingenio applicarent ſtudium; ſic Deus in lege antiqua tribum Leui ab alijs ſeparauerat, vt illi ſoli ſeruirent: nec determinabat poſſeſſioni eorum certas aliquas terras, ditiones, vineas &c. ſed vt communi fiſco alerentur præceperat; ne vlla alia re quàm Dei miniſterio occuparentur; ſic ipſe in Principes, & Duces belli ore ſuo nominauit, & ſuffecit ex omnibus Tribubus Iſrael 24. Duces ſelectiſſimos, ex qualibet tribu duos; ſic Moyſi in auxiliũ præcepit accipere ex omni populo prudentes & nobiles viros: pro Republica ſic ordinata maximas quodam egit gratias
Deo Dauid. *Benedictus Deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Naturaliter, manus, ac bra- Pſal.143. v.1.
chia defendunt caput, & ictus omnes ſuſtinent, quos caput ipſum recipere debuit periculiſque quibuſuis ſe exponunt, modò caput illæſum conſeruent: ſimiliter totum corpus tuentur, quàm maximè, ita quoque regem & patriam (cuius tanquam corporis ſunt membra) duces, milites, aliæque perſonæ nobiles tueri debent: hæc eſt eorum obligatio, hoc illorum officium.

Præcipuus ſtatus in republica eſt nobilium: maxima rei- B
publicæ ex nobilitate prouenit fœlicitas, & beatitudo; vt, noſter ſapiens ait. *Beata* (inquit) *terra cuius rex nobilis eſt.* Hinc & Chriſtus Dominus omnibus huius mundi ſpretis dignitatibus nobilitatem ſibi reſeruauit; licet paupertate temperatam. Cum enim diſcipulis ſuis parabolam propoſuiſſet de homine nobili, qui cum ire deberet ad accipiendum regnum, ſeruos ſuos admonuit, vt non otiarentur interim, ſed negotiarentur; per hunc hominem nobilem, ſeipſum non obſcurè intelligi volebat. Et quidem vt omnibus reſtatum relinqueret, quanti ille nobilitatem generis fecerit: ex ea matre naſci elegit, quæ è regia ſtirpa Dauid nobiliſſimum ortum duceret. Hanc ob cauſam dixit Sapiens, illam terram eſſe beatam, cuius rex, ſenatores, milites, officiales, nobiles ſunt: ſed vt ſciamus, quod hoc non ſufficiat; ſtatim ſubiecit. Et cuius principes veſcuntur ad reficiendum, nõ ad luxuriandum; ideſt cuius Princeps ſunt probi, ac temperati. Propterea fortaſſis in hominibus ad ordinem equeſtrem recenſendis is ritus perantiquo more ſeruatur; vt cum aliquis in ductum ordinem nomen dare attentat, cumque iam ei honori adſciſcitur, inſignia militiæ publicè accipiat neceſſe eſt. Ac primùm pedibus illius applicantur calcaria deaurata, nõ ſolùm propterea, vt ſe equitem eſſe recordetur: ſed potius, vt ſciat, quòd ſicut calcaribus gubernatur equus, vt non illuc eat, quò velit, ſed quò à ſeſſore dirigitur: ſic vir nobilis ſeipſum gubernare debet; ita vt non ſenſualitas rationem gubernet, ſed ratio ſenſualitatem, & appetitum ſenſitiuum dirigat; aurum quoque charitatem ſignificat. Vnde calcaria deaurata admonent, vt ex mera charitate in Deum pro fide, & religione vitam profundere ſi opus ſit non dubitet.

Præterea gladius ſibi porrigitur, per quem quatuor virtutes Cardinales ſignificantur. Per pomum quod eſt in extrema parte capuli, fortitudo; per ipſum verò capulum, ſeu manubrium prudentia; per acutiem gladij, iuſtitia, per cingulum verò, quo gladius accingitur lateri, ac femori eius, temperantia deſignatur. Siquidem præcepit Chriſtus, vt
lumbos præcingamus. *Sint* (inquit) *lumbi veſtri præcincti,* Luc.12. v.35.
cuius mentem explicans Apoſtolus ſic ait. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrij perfectè ſperate in eam, quæ* 1.Pet.1.
offertur vobis gratiam, in reuelationem Ieſu Chriſti quaſi filij v.13.
obedien-

Digitized by Google

obedientes, non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis; ſed ſecundum eum, qui vocauit vos ſanctum: & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis: quoniam ſcriptum eſt: ſancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Et rectè quia ſacræ literæ temperantiam, & moderationem ſignificant per ſingulum, & zonam, qua fluxæ animi laſciuientis inclinationes coarctantur, ac cohibentur. *Tunc enim* (vt ait D. Gregorius) *lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus*, cumque ſobrietatis, & temperantiæ clipeo contra eam munimur: moderatio quippè omnis bonitatis, & veræ nobilitatis fundamentum eſt quomodo enim aliæ virtutes aderunt quarum ſingulæ in refrænandis, ac temperandis affectionibus prauis conſiſtunt; ſi non adſit ipſa temperantia? quomodo vera nobilitas conſeruabitur, ſi in ſordidiſſimo intemperantiæ cœno volutabimur? ſi ſeruiemus vitijs, & vt mancipia à viliſſima intemperentia captiuabimur? Temperantia itaque ab hac ſeruitute nos liberat; temperantia à tributis perſoluendis abſoluit; temperantia ad veram nobilitatem nos euehit; quæ Cardinalis eſt Virtus. De hac ergo in præſenti inſtitutione agemus: quę exemplo Chriſti Domini nobis vehementer in Euangelio hodierno commendatur, deindè de præcipuis eius partibus, nempè Abſtinentia, & ſobrietate diſſeremus.

S. Greg.

C

Beata terra, cuius Rex nobilis eſt &c. Plures ſunt nobilitatis ſpecies, vt Plato, & Ariſtoteles docent eſt nobilitas ortus, & ſanguinis, quæ deriuatur à maioribus in hæredes, communicata nimirum filijs deſcendentibus à nobilium ſtirpe parentum, propagatione naturali. Alia nobilitas eſt proueniens ex gratia, & priuilegio regis, aut Principis; qui propter aliqua geſta egregia, & ſingulares auſus hanc dignitatem confert alicui: quæ tamen communiter non æſtimatur tanti, ac illa prior, ſed neutra iſtarum ſi ſola ſpectetur poteſt eſſe vera ſtabilis, ac ſolida nobilitas. Propterea Romani pro armis media luna vtebantur inſinuare volentes, ita vt lunam mutabilem eſſe hanc nobilitatem. Alia eſt ergo longè excellentior nobilitas, quę eſt ſecundùm virtutem; vtpotè quæ in morum elegantia, & vitæ probitate fundatur; hæc claritas, & hic ſplendor qui in quolibet bono Chriſtiano inueniri debet, per exercitia ſancta, & virtutes comparatus, multò plus valet, quàm ſplendor ex ſanguine partus: ita quòd datis duobus, qui æquè nobilitate pollerent ſecundùm carnem, is demùm multo nobilior haberi deberet, apud quem virtus plus ſibi loci vendicaret: talis enim vtroque modo eſſe nobilis; videlicet, tam quo ad mundum, quàm quo ad Deum: imò ſi contingat, vt alter nobilis ſit generis tantùm antiquitate, alter virtutum celebritate; ille quem virtutes exornant, in nobilitate eum qui vetuſtas ſolùm parentum imagines iactat, longo poſt ſe interuallo relinquit, idque nedum in æſtimatione ipſius Dei talem nobilitatem magis acceptantis: ſed etiam ex communi omnium hominum iudicio, atque conſenſu. Semper enim homines cuiuſcunque tandem ij gradus, ac ordinis ſint, maiori honore dignos exiſtimarunt eos, quos virtus conſpicuos reddidit; quàm qui ſanguine duntaxat ſunt illuſtres: magis honorat mundus Senecam, qui ex humilibus parentibus natus fuit; quàm Neronem qui Romani imperij habenas ſceleſtiſſimus matricida flexit. Iuuenalis ſępius dicebat, quod magis ei placeret, qui Therſite patre prognatus ſit, dummodò ipſe ſimilis euadat Æcidę, hoc eſt Achilli, qui fuit Aiaci ex Peleo nepos, inſignis robore, & animi magnitudine heros: quàm vice verſa. Erat autem Therſites virorum, quos Græcia habebat fœdiſſimus, & abiectiſſimus; quem Achilles ſibi procaciter conuiciantem, pugni ictu (vt fertur) interfecerat. Equidem quis honor, aut quæ dignitas maior eſſe poteſt, quam dignitas pontificia, dignitas ſuprema, dignitas cœlo proxima, & qua maior nulla in terris excogitari poteſt: ſiquidem, qui ea præminet eſt vicarius Chriſti; & ſecunda inter nos ab ipſo Chriſto perſona: videmus tamen his noſtris temporibus. ad hunc honorem potius aſſumi nobiles virtute, quam nobiles ſanguine. Et in quauis republica bene ordinata idem ſeruari experimus: vt nimirum maior habeatur ratio virtutis, quàm generis. Nec mirùm, quia nobilitas, virtus, & honor, ita ſunt vnita: vt in vnam quaſi rem coaluiſſe videantur: quocirca qui cū vitijs amicitiam inire, prætendit virtuti hoſtis effectus: is nec nobilis dici, nec honore dignus æſtimari meretur. Quomodo enim nobilem cenſeas, qui præclarum genus ſuum infamibus vitijs infame effecit? ſi quis tractaret cum inimico intimi ſui amici, certè iniuriam faceret, non ſolùm amico, ſed etiā ſibi ipſi: quia amicus alter ego. Quis autem maior amicus præclaræ nobilitati quàm præclara virtus: amicus ergo ſceleribus, nobilitati inimicus eſt quod ſi ita eſt: profectò non habet, vnde nobilitatis nomine gaudeat. Honor etiam eſt teſtimonium virtutis, vt inquit Ariſtoteles; & D. Thomas docet, quod eſt præmium virtutis: præmium porrò ſequitur meritum, itaque honor debet ſequi virtutem. Et ſanè nobilitas eſt magnus honor. Hinc Ariſtot. ait quod ſolus honor eſt bonum politicorum, tanquā quid præcipuum inter bona externa; vt igitur ſit vera, & ſtabilis nobilitas, in fundamento virtutis ſituari debet: Toſtatus affirmat peccare principes mortaliter, qui conferunt nomina, & titulos nobilitatis eis, qui virtute carent: quia conferunt præmium ſinè merito.

Ariſtot. 4. Polit. Plat. de Repub.

Plutarch.

Iuuen. Sat. 8.

2. Ethic. 8. & 10. D. Th. 2. 2. q. 103. 1. Polit.

Abulēſis ſup. Mat. to. 3. & 6.

D

Sed quænam illę ſunt virtutes, quæ hanc veram nobilitatem efficiant Zelus in defendenda religione, & cultu diuino promouendo; qui eſt principale fundamentum ſalutis reipublicæ: pro hac, & augmento atque defenſione illius, non tantùm fortiter pugnare, ſed mori quoque impauidè, ſi fuerit neceſſe, conditio nobilitatis eſt: præterea fides erga regem, regnum: & ſuper omnia virtus illa, quæ moderatrix hominum eſt, temperantia vulgò appellata, quæ verè nobilitat hominem: nihil enim magis nobilitati conuenit, quàm libertas, nihil ita contrariatur ſplendori eiuſdem, quàm ſeruitus ſumma nobilitas eſt, ſecundùm hominum exiſtimationem eſſe liberum à tributis, & cenſibus. Et hinc eſt quòd potiùs reges vellent amittere vitam, quàm ſe ſe alicui ſubijcere; vel tributa etiam minima alteri concedere: putant enim, (& rectè putant) eſſe ſignum ſubiectionis minimum quoque teruncium, aut ſi quid minus eo eſt per modum tributi alicui pendere. Quomodo ergo reges, ac alij viri illuſtres, nobiles dici poſſunt; qui tributarij ſunt vnius fœdiſſimæ captiuæ, nempe intemperantiæ? quibus ita tyrannicè dominatur vt plurima eaque intolerabilia tributa ab ipſis exigat: nam quemadmodum inquit Iſidorus. Nullus homini tàm importunus exactor eſt, quàm venter, qui quotidiè requirit tributum comedendi, bibendi, & aliarum recreationum. Quorum enim tot menſæ ſplendidæ? quorſum tot epulæ? quorſum tot vina pretioſa; ad quid tot exquiſitæ recreationes, potius gentilium, quàm chriſtianorum more frequentatæ, ad quid, tot ſumptuoſa ornamenta mulierum? nonne hæc omnia, & alia plura ſunt exceſſiua tributa intemperantiæ? ò nobilitas chriſtiana, dic mihi quæro: ſi quis nobilium ab homine aliquo ditioni ſuæ ſubiecto, exigeret tributum, quo ſoluente tantùm, quantùm ſancita lex cogeret, dominus iterum, atque iterum, aliud, & illud ab eo extorqueret: nonne pro temerario, & importuno haberetur? talia tributa ſpurciſſimæ gulæ pendunt, qui hæreditatem, patrimonia, remque omnem domeſticam abliguriunt, dummodò appetitui inordinato ſatisfaciant, intemperantia ſuadente: cui non ſufficit, vt ſibi ſeruiant illi, quos captiuos detinet, ſed aliorum quoque ſeruili iugo eorumdem ceruices miſerè ſubigit. Ac vt interim taceam, quàm multos illa ad ſqualida teterrimi tartari ergaſtula perpetuis, & inextricabilibus vinculis onerandos paſſim deturbat: ſolam quam in terris temporaneam hominibus parere ſolet ſeruitutem in medium afferam.

E

Carolus VIII.

Quid enim tam frequenter ſubruit regna, & in ſeruitutem redigit, quàm intemperātia, vt exemplis iam antiquis quàm recentioribus facilè comprobari poteſt? Rex Franciæ Carolus VIII. expeditione in Italiam ſuſcepta, adeò fęliciter belli negotio functus eſt; vt regnum Neapolitanum abſque vllo armorum ſtrepitu, & nec educto (vt aiunt) gladio occuparit: quo facto, tantus pauor animos Turcarum inuaſerat; vt mox derelictis maritimis arcibus ac præſidijs, deſperatæ ſaluti, turpi fuga conſulere non dubitarint: & niſi ducta expeditio exceſſibus impedita fuiſſet; facilè iam Carolum vniuerſa Græcia Dominum ſenſiſſet ſed Rex iuuenis victoria elatus, omnibus voluptatibus regionis illius, conuiuijs, commeſſationibus, meretricibus, nec multo ſtre-

nuo

nuo dignis veſtimētis, & alijs huiuſmodi vna cum ſuis ſeſe ita adduxit; vt non ſolùm ille, qui fuit pauor mundi, triumphalem intemperantiæ victricis currum, captiuus ſuo totiuſque regni damno exornarit: verùm etiam, tūc primùm ab inaudita, tùm Regis ipſius, tùm eorum quos ſecum duxerat diſſolutione, originem traxerit illa contagioſa, ac obſcœna infirmitas, quam diſſimulato nomine Laman curimentum appellant. Quæ eadem ibi exorta, per totum orbem breui ſeſe diffudit. Idem accidit in Hiſpania; cū enim illius nationis equites animoſiſſimè contra Mauros Martem agerent; ita vt ipſos ex ciuitate nobiliſſima ferro, & armis expulerint, & inſuper alijs quoque vicinis locis victricia ſigna intulerint; arma tandem relinquerunt, & ad voluptates totos ſe contulerunt; poſt paucos dies tantoperè effæminatos, & ad pugnandum ineptos mollium illecebrarum vis effecit; vt vix aliquis ex omnibus repertretur, qui enſem vibrare, aut armis in hoſtem vti non dedidiciſſet. tantùm languoris fœda voluptas in eis pepererat. Cumque quadam die hoſte importunè inſtante, ad pugnam euocati fuiſſent: ſub arce dicta veles, eductis copijs, fuſi, ſtratique

Rex Alphonſus.

ſunt; vbi etiam filius Regis cæſus occubuit: rex Alphonſus, qui tunc regnauit in Hiſpania accerſitis in arte medica viris vndequaque peritiſſimis interrogabat, vnde nam tanta debilitas animi, & corporis exercitui eius accideret; miratur enim eos qui paulò antè ferociſſimos leones induerāt; poſtmodū turpiter in fugaciſſimos lepores tam citò transformari potuiſſe.

Plin. Natur. Hiſt. li. 24. c. 3.

Reſponderunt id, quod aliquādo Plinius Romanis dixiſſe fertur, nempè cauſam eius cladis fuiſſe ipſos milites qui relicta antiqua militari auſteritate, delitijs, ac recreationibus ſe dediderant; proindè, menſis, poculis, mulierū veſana ſocietate, balneis, ſtratis mollioribus eneruati, vincendo victi ſunt. Quo audito rex, omnes hortos amænos, balnea delicata, & quidquid demùm hominem delectare poſſet, demoliri, ac funditus euertere (poſt ruinā ſapientior) præcepit. Memorabile quoque huius rei exemplum magno ſuo malo regum Portugalenſe poſteritati exhibuit, quod quidem non prius Maurorum armis deuaſtatum fuit, quàm incolarum delitijs flacceſceret.

F

Ex eadem cauſa Romanum imperio frequentato toties excidio collapſum accepimus: nam Scipione Aſiaticum triumphum, Manlioque ſuum ducentibus; voluptates in Italiam irrepſerant, & dulciſſimo ſuo veneno ſenſim diffuſo, omnium medullis, atque viſceribus profundè inſederāt: Tamdiù autem hoc durauit, dum magnanimitas, & fortitudo, graſſante laſciuia, humi iacerent. Quo factum, vt populus Romanus crudeliſſimum æquè, ac libidinoſum Tiberij dominatum, pecuniam Caligulæ vitam, fera & pluſquam ferina Neronis facta, Heliogabali furta, ac rapinas, aliaque eiuſdem farinæ inſolentiſſima portenta, qualia neque Sol aurea aſpexerat vnquam, ſufferre, eorumque turpiſſimum iugum ſinè vllo ægritudinis dolore, tolerare non erubuerit.

Tiberius Caligula Nero. Heliogabalus.

Non ſemel tunc domina vrbium Roma miſerorum ciuium infamanda cæde, Tyrannorum manus purpuraſcere ingemuit; nō ſemel ſuos Quirites vix non ad internecionem vſque deletos miſerata eſt; Priuatorum tunc magis cæca licentia, quam Senatuſconſulti authoritas viguit: Barbarorum tunc Romæ dixeris fuiſſe ſatius tuguria; quā ciuium Romanorum palatia: ita omnia vi, & ferro gerebantur; vbi non ita pridem prudentiæ æquitatis, ac omnis recti conſilij ſedes habebantur. Elanguerant eorum qui id mali diù multumque patebantur vires, dum omnes, ac ſinguli molliori conſuetudine viuendi penitùs diffluerent; fœminarum magis, quàm virorum animos geſtantes. Non fuit omni hominum memoria gens vlla, quæ tyrannorum crudelitatem æquius tulerit, quàm ea tempeſtate imbelles Romani. Vnde colligere licet ipſorum virtutem tunc in theatris, ac curioſis ſpectaculis euanuiſſe, in Luculli viridarijs emarcuiſſe, in Meſſalæ piſcinis calentibuſque thermis diſtinctam, ac remiſſam, & voluptatibus, atque otio planè hebetatam fuiſſe. Neque ſolùm tunc, ſed etiam multo poſt hæc elapſo tempore Roma ab Alarico, & Totila Gothorum regibus; à Genſerico rege Vuandalorum, ab Odoacro rege Herulorum, ab Aſtulpho, Theodorico, alijſque inuaſoribus toties occupata, & quandoque ſolo æquata, direptioni, conflagrationi, omnique effrænatorum Barbarorum crudelitate patuit. Eadem pernicies alias quoque vicinas Italiæ vrbes, ac Prouincias effæminatis ciuibus opem non præſtantibus, peragrauit. Nec mirùm quia exceſſus in guſtu, alijſque corporis illecebris, ſunt diaboli arma, quibus ipſe munitiſſima quæque euertit regna. His armis profligauit populum Iſrael, quandò per os Balaam conſuluit regi Moabitarum, vt ſi vellet vincere Iſraelitas, in locis per quę tranſire deberent, conſtitueret mulieres formoſas, quæ eos exciperent, & in domibus pulchrè ornatis fouerent, conuiuijs oppiparè inſtructis tractarent, inſtrumentis recrearent muſicis, lectis delicatioribus emollirent: ſic enim fore, vt & Deum offenderent, & milites, ac duces exercitus, quibus rigor militaris, ac ſtrepitus armorum poſt guſtatas delitias, in faſtidio futurus eſſet, conuiuijs, numeris muſicis, cæteriſque blandimentis allecti, omne robur corporis, & animi, totumque penitus Martem exuerent: & qui vero Deo ſeruiebant, per intemperantiam eorum ſerui, & captiui fierent.

G

Magna quidem hæc ſunt damna, & exitioſiſſimi hi intemperantiæ fructus: ſed neque minora cenſeri debent plurima alia mala, quæ eodem fonte emanant. Dum enim plerique in luxum effuſi, cæteris hoc vitio eminere præſumunt, & ditioribus, aut æquari, aut præferri contendunt, ſplendido menſarum, veſtium, ſuppellectilis apparatu; cui nec reditus annui ſufficere poſſunt; fit nonnunquam vt Dei, ſuique penitus immemores, rapaces manus in Eccleſiaſtica bona conijciant, alijſque fœdis, ac illicitis modis, alienas opes, copias, dominia, fundos &c. in ſe tranſfundendi paſſim rationes, per fas, nefaſque conquirant. Hinc demùm iurgia, cædes, violentæ oppreſſiones, incurſiones latrocinia, armorum congreſſus, forenſes citationes, aliæque quam plurimæ inter homines ærumnæ prodierunt. Seruitutis itaque regnorum, & vrbium ſubuerſionis, inexplebilis auaritiæ, rapinæ, bonorum Eccleſiaſticorum, aut inuaſionis, aut ſubdolæ vſurpationis, vulnerum, cædis, & totius in terris calamitatitis radix, & quaſi mater intemperantia eſt.

I

Contrà adeò turpe, & peſtiferum vitium, ſtrenuè pugnat Temperantia virtus, quæ etſi contra omnia flagitia ſeſe opponat; prout eſt generalis virtus, in omnibus operationibus, & paſſionibus modum præſcribens, ac decernens, vt etiam ipſum nomen intemperantiæ indicat, quod temperiem, id eſt moderationem denotat, hoc autem extenditur ad quamlibet virtutem moralem, & in ſingulis ſuo modo reperitur; omnis namque virtus in moderantis tàm animæ, quàm corporis motibus, conſiſtit:

Tēperantia virtus generalis.

tamen vt temperantia eſt ſpecialis virtus pugnat præcipuè contra concupiſcentias inordinatas, in appetitu ſenſitiuo, vel concupiſcibili, vel iraſcibili ſedem figentes; refrænando à maximè allicientibus, & dirigendo, aut ad fugam (ſi ita opus eſt) aut ad ordinatum eumque moderatum vſum illorum.

Tēperantia virtus ſpecialis.

Et ſic ipſa moderatur omnes in vniuerſum concupiſcentias, quod eſt eius officium ſecundarium; præcipuè autem verſatur in cohibendo concupiſcentias delectabilium guſtus, & tactus, qui eius actus eſt principalis, & proprius. Ideò temperantia communiter ſic definitur. Eſt moderatio cupiditatum rationis obediēs; eſt moderatio, quia docet qualiter homo nec excedat, nec deficiat, ſed in debito ordine, moderatione, & medio permaneat circa pertinentia ad guſtum, & tactum, vt relinquat exceſſum, & eligat neceſſitatem, vt non ſecundum appetitū, & deſiderium, aut cupiditatem, ſed ſecundum neceſſitatem, pertinentiis ad guſtum, & tactum vtatur.

H

Quare D. Dionyſius de fine bono, & malo dicit, quòd temperantia eſt regula, & inclinatio appetitus ad bonum tactus, vel guſtus ſecundum dictamen rectæ rationis; quem coercet ne effrænatè feratur in delectabilia horum ſenſuum: ideò quod equis eſt frænum, hoc cupiditatibus temperantia.

D. Dionyſius.

Hinc Hieroglyphicum cubiti vna cum fræno manu retento, temperantiam præſefert; vt habet Pierius lib. 56. & 48.

Pierius.

Et quoniam vix aliquid difficilius eſſe poteſt, quàm incontinentiæ curſum inhibere, & de intemperantia victoriam reportare; plerique enim penes quos eſt poteſtas, & facultas hoc vitium reprimendi, voluptatum illecebris primi ineſcantur, illecti verò reuocari ſe non ſinunt: ideò plures commilitones, quos partes integrales, & ſubiecti-

Partes integrales, ſubiectiuæ

ſubiectiuas Theologi,& Politici vocant, Temperantia ſibi aſſociat ad dimicandum contra intemperantiam: nempe Verecundiam, per quam aliquis refugit turpitudinem temperantiæ contrariam, honeſtatem, per quam aliquis amat pulchritudinem temperantiæ annexam; Abſtinentiam à cibo, ſobrietatẽ à potu; caſtitatem,quantùm ad delectationem principalem;pudicitiam quantùm ad circumſtantias delectationis,in oſculis,tactibus,amplexibus &c.

Partes potentiales temperantiæ.

Arma autem quibus, & temperantia,& predictæ virtutes pugnant contra intemperantiam ſunt partes potentiales temperantiæ,nempè continentia,quę refrænat motum voluntatis commota ex impetu paſſionis: ex qua fit,vt licet homo immoderatas concupiſcentias patiatur, voluntas tamen non vincatur. humilitas,quæ refrenat motum ſpei, & audaciæ;manſuetudo,ſiuè clementia, quæ coercet motum iræ tendentis in vindictam;modeſtia,quæ reprimit motus, & actus corporales; bona ordinatio ad quam pertinet diſcernere,quid ſit faciendum, quid dimittedum; & quo ordine quidpiam ſit aggrediendum, ac peragendum; & hoc firmiter inceptis perſiſtendo. Ornatus quo homo obſeruat decentiam in eo quod agit; auſteritas in colloquijs amicorum,vel quibuſcunque alij;parcitas ſecundùm Macrobiũ, vel per ſe ſufficientia,ſecundùm Andronicum; qua ſuperflua non requiruntur moderatio ſecundũ Macrobium,vel ſimplicitas,ſecundùm Andronicum, qua homo non nimis exquiſita requirit. De his ſparſim in ſermonibus ſpeculatiuis egimus.

I Nunc autem de eo ſolùm,quod principaliter ad temperantiam pertinet,nempè de abſtinẽtia,& ſobrietate aliqua dicenda reſtant:ſed illud in primis aduertendum,quòd abſtinentia quandoque ſumitur largè pro moderatione, parcitate ſeu parſimonia, & vniuerſaliter pro continentia à quibuſcunque cupiditatibus, & exceſſiuis ſumptibus: ita, quod hæ tres virtutes nomine abſtinentiæ exprimantur,& vna pro altera ſæpè promiſcuè ponatur, licet aliquomodo inter ſe diſtinctæ ſint. Et hoc modo abſtinentia eſt, ſicut in ſtructura perpendiculũ, quia per eam omnia ad mediocritatis rationem redeunt,euitando ſuperfluum. In abſtinentiæ hoc modo ſumpta multi Principes excelluerunt. Imperium Romanum victorij inſoleſcens,voluptatibuſq; elumbe factum, quidam principes virtute abſtinentiæ, & diligentia ſuſtentarunt,ne à ſuo ſtatu, & potentia dimouerentur. Imperator Auguſtus nimios ſumptus in ædificiorum luxu tollere conatus eſt: publico enim edicto ſumptuariam illam legem per P. Rutilium venuſtiſſima oratione populo proponi iuſſit.

Tiberius

Tiberius impendioſa conuiuia vetuit,ſuo exemplo ad parſimoniam priuatos inuitans: Nam in conuiuijs ſæpè numero relicta fragmenta, aut dimidium apri caput apponi iuſſit addens partibus cum toto communem eſſe naturam. Veſpaſianus vili ſuo veſtitu tenuique victu laudatiſſimum abſtinentiæ exemplum in omnes ſparſit. Filius ipſius Domitianus anaclinteria, veſtium purpuratarum, margaritarum, & ſimilium vſum edicto ſuſtulit à paucis tantum illa permittens;vſque certæ ætatis, conditionis;ſtatiſque diebus. Omnium tamen maximè à ſumptuoſitate receſſerant Aurelianus,& Tacitus imperatores:quorũ is holoſericæ veſtis vſum ab Heliogabalo primò introductum,viris omnibus, imò ſibi quoque ipſi interdixerat. Aurelianus autem ſanxit,ne aureæ lanę veſtibus,ephippijs, lectis,alijſque rebus,ornatus gratia vti liceret, aſſerens inutile eſſe, quicquid in talium conquiſitione operæ, ac pretij collocaretur. Cæterùm veſtem ſerico,textam, quam alijs deferendam non permiſit, in veſtiario ſuo nunquam habuit cumque ab eo vxor ſua quodam die peteret, vt ſaltem vnico pallio purpurei ſerici vti poſſet; renuit ille, & petenti, abſit, inquit, vt auro fila penſentur, libra enim tum ſerici, libra auri veniebat. Ita Principes iſti omni memoria digniſſimi,ſe & ſuos ſubditos, à fæda. & obiecta intemperantiæ ſeruitute ſtrenuè ipſi reſiſtendo vindicarunt: Imperiumque à tineis voluptatum, & ferugine laſciuientis petulantię,per abſtinentiam eliberatunt.

K Sed ſi ſumpta abſtinentia non eſt ſpecialis virtus, ſed generalis:prout ſe extendit ad parſimoniam ſumptuum, & cuiuſcunque luxus moderamen. Abſtinentia enim ſi vis nominis perpendatur,his accomodari poteſt, & apprimè conuenire videtur. Nam abſtinere,vt vel ipſa vocis interpretatio innuit, idem eſt quod ſubtrahere ſe,& auocare à quocunque ſuperfluo. Abſtinentia igitur hoc modo ſumpta eſt à quocunque ſubtractio,etiam licito:atque in hoc ſenſu qui ſe continet à furto, blaſphemia, fornicatione habet Abſtinentiam, quantùm ad id,quo impetitur. Et in hoc eodem ſenſu conſueuit ſcriptura vti nomine Abſtinentiæ,vt Tob. *Abſtinete ab omni peccato*. Eccleſiaſticus. *Abſtinete à lite*. S. Paulus. *Qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet*. Idem *Ab omni ſpecie mali abſtinete vos.*

Tob. 4. v.10. Eccl.c.28 v.10. 1. Cor.9. v.25. 1.Theſ.5. v.22.

Poteſt quoque abſtinentia definiri quantum ad ſignificandum priuationem cibi,ſiuè nutrimenti, ſic. Abſtinentia eſt negatio, ſeu ſubtractio cibi. In ſcriptura ſacra additur etiam vini, & cuiuſcunque quod inebriare poteſt ſubtractio: Vnde de Samſonis matre,inquit Angelus. *Ab omnibus,quæ locutus ſum vxori tuæ abſtineat ſe: & quicquid ex vinea naſcitur non comedat; vinum,& ſiceram non bibat; nullo veſcatur immundo.* Et in Num. dicitur *A vino,& ab omni, quod inebriare poteſt abſtinebunt*. Abſtinentia hoc modo ſumpta eſt virtus ſpecialis,quæ ciborum vſum moderatur, & ſubtrahit cum opus eſt.

Iudic.13. v.13. Num.6. v.17.

Sed ſubtractio cibi apud Theologos multipliciter contingit. Primò propter valetudinem ſolam corporis reparandam ac conſeruandam: & hæc eſt de conſideratione medici:iuxta quem ſenſum dicit Eccleſiaſticus. *Qui abſtinens eſt, adijciet vitam*. Secundò propter indigentiam, & paupertatem:vt famelici, & mendicantes: verùm hæc eſt violenta. Tertiò propter auaritiam; ſicut auarus, qui nec panem ad ſufficientiam vitæ pro tenacitate comedere audet. Quarto propter delectabiliorem in comeſtione ſequenti ſumptionem cibi: vt guloſus, qui famẽ ſuſtinet,non ex tẽperantia,ſed ex ingluuie. Quintò propter hypocriſim: vt qui ieiunant ducti oſtentatione humana:quorum abſtinentiam Saluator reprobat apud Matth. *Vos autem cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ,triſtes.* Sextò propter proximi ſcandalũ vitandum: ſicut S. Paulus ſuadebat Corinthijs abſtenere ab immolatis,propter ſcandalũ proximi. *Si eſca ſcãdalizat fratrem meũ,non manducabo carnem in æternum.* Septimò propter Deum, & animæ, ac corporis ſalutem,vt dicati diuino obſequio abſtinentes à carnibus,alijſque eſcis delicatioribus, inſiſtentesque ieiunijs quò aptiores ſint ad Dei ſeruitium. Sed in hoc ſeptimo ſenſu aliquando eſt diſcreta, aliquandò indiſcreta. Diſcreta quidem eſt moderata ciborum ſuſceptio,recta ratione regulata, cum debitis circumſtantijs; ſcilicet vt oportet, vt congruit inter perſonas cum quibus viuitur, vt decens eſt perſonæ, & proprio ſtatui,vt ſufficit bonæ valetudini,& diuina lex inſtituit; indiſcreta autem eſt,quandò licet natura pluribus ad ſui conſeruationem opus habeat, ſubtrahuntur tamẽ ea,quæ ad hoc ipſum neceſſaria ſunt. Iſta quoque abſtinentia reprehenſione non vacat: Vnde Hieronym. de rapina holocauſtum offert, Hieronymus, qui temporalium bonorum,vel ciborum nimia egeſtate,vel ſomni nimia penuria immoderatè corpus affligit; vel quandò ſubtrahuntur neceſſaria, pro conſeruanda bona valetudine,in ordine ad animam; conſiderata proprietate,complexione, ætate,officio,loco,regione in qua viuitur:vel quando præponitur huiuſmodi abſtinentia maioribus bonis, magiſque neceſſarijs ad ſalutem. Sicut viri prophani ſuadentes ſibi, dummodò ieiunent feria ſexta,licere ſibi viuere vt libet in odio,in blaſphemia,in omni effrænatæ libidinis genere. Hæc damnata abſtinentia eſt. Vnde Hieronymus. *Rationabiliter homo dignitatem ſuam amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias ſenſus integritati præfert.*

Cap.37. v.34. Cap. 6. v.5. 1.Cor.8. Hierony. D. Hier. L.

Ex ſupradictis intelligi datur, quomodo abſtinentia ſit virtus:nam in ſexto,& ſeptimo ſenſu eſt pars temperantiæ, atque laudatiſſima,& meritoria virtus:facit enim abſtinẽtem bonum,& opus ſuum reddit bonum;dummodò ſit rationabilis & diſcreta. Si enim indiſcreta ſit,vel ſiniſtra intentione fiat,& non propter Deum, ac proximi ædificationem:non eſt virtus,nec apud Deum meritoria. In quo ſenſu intelligẽdum eſt dictum Pauli. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus*. Vbi ſic habet Gloſſa. Nec in abſtinendo, nec in manducando eſt iuſtitia, ideſt opus meritorium. Et 1. ad Corinth.8. *Eſca nos non commendat Deo, neque enim ſi nehmar* du-

ad Ro.14. v.17. 1.ad Cor. 8.v.8.

manducauerimus, deficiemus ſcilicet a gratia Dei: neq; ſi manducauerimus, abundabimus; nempè in Dei gratia quaſi dicat. Si Abſtinentia noſtra non ſit rationabilis, & propter Deū, vana eſt. Si autem eſt rationabilis, certè nihil ea nobilius, nihil honeſtius, nihil iucundius, nihil vtilius: nam in ea, & bonum vtile, & bonum honeſtum, & bonum iucundum, concinnè quaſi triplex gemma in vnico annulo includitur. Virtus planè Angelica, quæ mores, vitamque Angelicam imitatur, ac in ſe exprimit; per q̃ mens inde pactum requirat, vnde ſpiritus alitur, tametſi ad tempus corpus extenuetur. Virtus vtiliſſima: tantò enim pinguior mentis, quantò tenuitor corporis paſtus eſt; & cum alter alterum excludat, ingẽs diſpendiū eſſet, ſpiritu ieiunio, rude rudi paſtu corpus obruere. Præterea maior è ſpiritus alimento, quàm & potulentis, vel eſculentis corporis percipitur voluptas: illa.n. corda potiſſima nutrit, & tuetur ſpiritus principatū, Angelico more, dū perenniter vigilare nos facit (quod Chriſtus conſuluit) ne corda turpi crapula vel ebrietate grauentur. Non paſcitur Deo, qui delicijſque paſcitur, vt docet nos Euangelicus ille epulo. Paſci verò Deo, diligentiſſimi moderationis cultores docent nos. Moyſes, Dauid, Ezechias, Anna Phancielis, Daniel, Helias, Centurio, & ferè quotquot Deo magni, quotquot in religigione quapiam primi, quotquot potentis clari. Docemur hoc Iudaicis geſtio, docemur Chriſtianis; vt quiuis ex vtrinſque Teſtamenti monumentis per facile intelligat, quid apud Deum victus moderatio poſſit, quid corpus ieiunijs enectum. Hinc namque Moyſes videt Dei gloriam: indè nec dum aqua ſalutifera tincti Centurionis ieiunia exaudiuntur. In ſumma de ſuauitate paſtus interni, qui ad externi ſubtractionem ſuccedit, illud profectò abſtinentibus euenire videtur: quod ipſi frugalitatis ſpeculo Ieſu Chriſto, poſt quadraginta dierum ieiunium accidiſſe nouimus; acceſſerunt ſcilicet Angeli, & miniſtrabant ei. Sic enim clementiſſimus Deus eos, qui à dapibus terrenis, vt ei amando, & contemplando vacent, haborrent; ſancto conuiuio internæ dulcedinis ſolari conſueuit.

M Ex his colligitur, quàm vtilis ſit virtus abſtinentia, quæ dum menti, Angelico cæleſtis ſuauitatis cibo paſcendæ, anſam præbet; ex hominibus Angelos facit: è conuerſo autem immoderata ventris indulgentia, cum hominem ita infaſcinat, vt hominem ſe eſſe oblitus, belluarum more in pabulo ipſi cum brutis communi cor animumque defigat; in belluam ipſum (ò ignobilem metamorphoſim) tranformat. Vltra alia plurima detrimenta, quæ hominibus affert, hæc ſunt: Nam, & iram Dei multoties prouocat, & corpus varijs morbis conflictari facit, & mente obfuſcat. Omnia morborum genera cogita, & omnia in gula, & crapula reperies. Vnde inquit ſapiens. *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam; in multis enim eſcis erit infirmitas & acciditas appropinquabit vſque ad choleram, propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt adyciet vitam.* Exploratum quoque eſt homines gulæ deditos, in dies magis magiſque hebetari, & rudiores effici contrà verò temperantes, quadam iugi mentis vigilia rebus Diuinis opportuniſſima, vaporibus non obturbata perdurare. Certè qui ſtudijs humanarum ſcientiarum impenſius vacant, capitis obfuſcationem veriti, frugalitatem cū famis ac ſitis patientia colunt; quò magis ad ſublima, & ſubtilia inibi contenta eleuentur, ac tandem peritiores euadant: cur ergo qui cæleſti ſtudent ſapientiæ, quæ ſine temperantia non acquiritur, à gulæ voluptatibus non libenter abſtineant? Homines qui belluarum ritu propriæ carni nimis indulgent, cùm à medicis victus ratio præſcribitur, mirum eſt quàm rigidè pareant, vt parui momenti ſanitatem acquirant vel præſeruent: quare ergo pro cordis ſanitate paranda, vel augenda Ieſu Chriſti imitatores præſcriptam à Sanctis abſtinentiam non teneant vt æterna ſalute lętentur? Maximè cùm clementiſſimus alioqui Deus homines, vim abſtinentiæ inferentes, vehementer odiat ac perſequatur: prout electi populi exemplo ad terrorem vulgatiſſimo, ſatis oſtendit; quando poſt quam pluit ſuper eum ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata, iratus eſt valde: adhuc enim eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos: & occidit pingue eorum, & electos Iſrael impediuit.

Ecl. 37. v. 32.

Profectò Chriſtiani voraces ad Eſau poſteritatem pertinent: qui eſca vna vendidit ſacra primo genita. Adoptauit quippe illos Deus in ſortem Iſrael primogeniti populi ſui, cum è millibus Paganorum elegit eos: ipſi verò tea ſuæ electioni congruas non curant: & pro ingluuie, Dei præſentiam orationem, deuotionem, mentis puritatem, & alia primogenitorum priuilegia vendunt. Saltem ſi ſunt, dicique volunt Chriſtiani, Chriſtum imitari deberent: victus enim tàm Ieſu Chriſti Domini noſtri, quàm Beatiſſimæ Virginis, quãdiu inter mortales vixerunt, quid aliud quàm perennis abſtinentiæ, ac ſobrietatis cultus fuit? Omnia ſanè hoc exemplo complectuntur; nam quòd de Apoſtolis ſpicas præ famæ vellentibus, quòd de multis Eremitis abſtinentiæ laude vſque ad miraculum commendatis, accepimus. Si ad Chriſti eiuſque SS. Matris auſteram victus parſimoniam comparentur, longè inferius iacent. Attamen & eos imitentur homines Chriſtiani, imitentur item viri religioſi & ſeruitio Dei applicati; ſi vegeti, vigiles, prudentes, caſtitatis candore nitidi eſſe volunt: ſicut enim gula obſcænitatis, ita abſtinentia caſtitatis ſeminarium eſt. Hos quoque imitentur principes, reges, ſenatores, quia inde non ſolùm beatitudo, augmentum, & conſeruatio regnorum profluit, vt dixit Sapiens. *Beata terra cuius rex nobilis eſt, & cuius Princip es veſcuntur tempore ſuo ad reficiendum non ad luxuriandum*: Verùm id etiam abſtinentia efficit, vt qui natura, & fortuna ſunt domini, non ſubijciantur miſerimæ ſeruæ gulę; quę varijs ſtratagematibus vtitur, vt eos ſibi ſubijcere poſſit: quærit enim, vt inquit D. Gregorius lauta primùm: ſi ea deſint, ex ijs quæ apponuntur explorat meliora: ſi omnia æquè bona, vel non bona ſint, rem quantitate compenſat: quod ſi quantitas modica ſit, edendi ſeu bibendi mora, vel modo alio qui guſtum pariat, actum illum vitæ neceſſarium viriare contendit. Sed de his fuſius in tractatu de vitiis. Interim poterunt, quoque Principes reuocare ſibi in mentem, exempla regum, & Imperatorum, quos ſupra citaui, quin & aliorum plurium. N

Sigiſmundus. I. Poloniorum Rex ab infantia quidem, vſque ad ſenectutem, patris, auique inſtituto planè abſtemius, & aquæ potor fuit: ingraueſcente verò ætate medicorum ſuaſu vinum bibere didicit: ſed ita tamen, vt nunquā eum quiſquam ebrium viderit. Vladislaus item Iagello Polonorum rex itidem abſtemius fuit in omni vita quemadmodum, & frater ipſius Vitoldus Dux Lituaniæ: & filius eius Vladislaus iunior Vngariæ, & Poloniæ Rex. Ac vel maximè id eos mouere debet, quod in Principe ab omnibus deſideretur, vt corpus ipſius ſit ſanum laudatæ conſtitutionis, erectum, vegetum, lætum: qua de cauſa ijs etiam artibus, quæ non tàm pro conſeruanda valetudine, quàm augenda, & confortanda abhibentur, ipſi ſubueniri ſolet. Optima autem ad ſanitatem ratio eſt temperantia cibi, & potus. Aſſiduæ enim heluationes, & crapulæ vitioſæ, humoribus, & cruditatibus, omnes partes corporis vitiant; quas proximè excipit podraga, chyragra, & (vt paucis omnia cōplectar) vita medica, laborioſa, miſera. Quibus Princeps ſibi ipſe, ne dum alijs tædioſum, moleſtum, & inuiſum onus eſt. Non ſolùm ergo terra illa beata eſt vbi Principes veſcuntur ad reficiendum, & non ad luxuriandum, verùm etiam ipſe Princeps efficitur laudabilis, iucundus omnibus, ſi decore abſtinentiæ ornatus ſit.

Sigiſmūdus I. Polonorum Rex.

Vladiſlaus Iagello.

Vitoldus Dux Lituaniæ. Cromer. lib. 20. & 21.

Sed iam Sobrietas hoc loco ſe nobis offert, de qua pauca dicẽda erunt: eius enim laus cum ſuperiori virtute, magna ex parte commiſta eſſe videtur. Sobrietas communis eſt virtus, omnes enim decet, omneſque eam præſtare poſſunt: non fortuna, non genere, non opibus, non doctrina indiget, ſed ſola diſpoſitio animi eam perficit. Quo circa per ſe ſe minus hominem illuſtrat; addita verò alijs, perfectum numerum, perfectamque harmoniam complet, & eam abſolutam omni ex parte reddit. At vbi defuerit, homo obſcurus, turpis, ac degenes fit: ſingulæque eius virtutes ſplendorem amittunt; vt ſtellæ ſurgente nebula. Ex quo intelligitur, quam ſit neceſſaria ſobrietas, nam qui ea carent, omnes alias virtutes, quas in ſe habent obſcuriores reddunt, & ab omni humanitatis commertio excidiſſe videntur; & cum belluis potius quàm cum hominibus computādi ſunt. Hoc Nonij Marcelli optimi veterum verborum indagato- O

Nonius Marcellus.

ris expoſitio declarat: qui ait, ſobrium ſanæ mentis eſſe dictum, quaſi ſebrium, hoc eſt, ſeparatum ab ebrio. Sic & ſecretum dici putat velut ſeparatum ab his, quæ cernuntur. Elegans ſanè interpretatio, & huic ſermoni noſtro ſatis accommodata: innuit enim tacitè, ebrios inſanæ mentis eſſe,
Anacharſis. & ab omnibus irridendos. Præclarè Anacharſis Scytha dicere ſolebat, *quicunque ſobrius fieri vult: turpes ebriorum motus, ac mores intueatur*. Proindè, vt ebrietatis turpitudinem
Lacedæmonij. fugiendam eſſe oſtenderent Lacedemonij, ruſticos ſeruos multo mero ingurgitatos in iuuenum conuiuia inducebãt vt cernentes adoleſcentes temulentorum inſaniam, deformitatem, præcipitemque furorem; ſobriè, honeſteque viuerent, & ebrietatem tanquam rem turpem, atque abominabilem fugerent. Ebrietatem in maximis, ac clariſſimis
Solon. viris, adeò peroſus legitur Solon Athenienſium legum lator, vt legem in eos hanc ipſam ſtatuerit. Princeps ſi ebrius deprehẽdatur, morte mulctetur. Pittacus Mitylenæus, qui
Mitylenus. vnus è ſeptem Græciæ ſapientibus fuit, ebrios cum peccarent, duplici pœna afficiendos eſſe per legem ſtatuit; vt diligentius homines temulentiam vitarent.

P Nec eo conſilio hoc dico, vt Principes abſtemios fieri velim, ſed vt moderatè vino vtantur commonefacio. Nam, vt inquit ille idem Anacharſis, ex Scytharum genere præſtantiſſimus Philoſophus: vitis tres vuarum ſpecies parturit, primam voluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiam mæroris. Satis ſit igitur vinũ libare & valetudinis tantùm, & quandoque honeſtę voluptatis, ac refocillationis gratia ſumere: turpiſſimum ſit ſemero ingurgitare, & ſtomachum quaſi cloacã vino obruere: quòd quidem nihil aliud eſſe videtur, niſi ſe natum ad perdendum temetum putare,
Philoſ. vt veteres dictabant. Rectè quidam Philoſophus cum
Plin. c. 5. lib. 14. ad ſobrietatem exhortaretur Alexandrum, ſic ad eum ſcripſiſſe fertur. Memento Rex inclyte, cum vinum potas, te terræ ſanguinem bibere: quòd quidem præſentius, atque efficacius virus eſt, quàm peſſima herbarum omnium cicuta. Illud autem, vel maximè peſſimum hoc virus continet, vt quò magis illud aliqui bibant, magis indè ſitiant. Quapropter ſcitè illud in omnes huiuſmodi dici poteſt, quod Scytharum legati in ſolos Parthos dicebant; qui eos quantò magis biberent, tantò magis ſitire affirmabant. Hæc & alia plura ad ſobrietatem, abſtinentiam, temperantiam, & ieiunium nos inuitant. Inuitat Chriſtus Dominus, cuius ieiunium, & abſtinentia in hodierno Euangelio commendatur. Inuitant prærogatiuæ moderationis victus & potus, quas hic retulimus: inuitat virtutum, & præcipuè caſtitatis amor: abſtinentia enim, & ieiunium multiuorantiam, & multibibentiam fautores libidinis enecat, gulæ frænum imponit, ac ſic luxuriam extinguit; quæ ita gulæ coniuncta eſt; vt meritò monſtrum habere debeat luxuria ſinè gula. Inuitat quoque perpetua quædam mentis erectio, morborum fuga, mentis claritas, corporis robur, damnorum, & periculorum euaſio, ac cætera innumerabilia bona, quæ ex his virtutibus profluunt. Inuitat ieiunij laus, per quod, & inſidias conatuſque Diaboli ſuperare poſſumus & vitam æternam adipiſci. Vt plurimum nunc in mũdo nihil aliud auditur, niſi illa heluonum vox. Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.

Nec mirùm, nam ibi is demùm nobilior, qui calicibus inſtructior, ille laudatior qui obſonandi pollucibilior. Sed nos qui in ſortem Chriſti vocati ſumus, qui hic potum, & cibum menti, & ſpiritui noſtro, à Chriſto ingemiſcendo poſtulamque, qui futuram ad menſam Angelorum, ſaturitatem expectamus; reuocemus nobis in memoriam id, quod Chriſtus ieiunantibus, & abſtinentibus promiſit. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt, quoniam ſaturabuntur. Et oppoſitum petulanti illi diſſolutorũ voci inclamemus dicendo; temperatè viuamus, ieiunemus, ſobrij ſimus, ne fortè moriamur, ne fortè in ſeruitutem noſtra captiuæ gulæ deueniamus, in quam deuolui non poſſunt, qui recordantur verborum Sapientis, *Beata terra cuius rex nobilis eſt*; quoniam perennem illam ſtabilemque libertatem, qua beati perfruuntur nullo negotio adipiſci valebunt. Amen.

INSTITVTIO Speculatiua Dominicæ Primæ Quadrageſimæ.

De Prædeſtinatione.

Non tentabis Dominum Deum tuum. Matth. 4. v. 7.
Quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe. Sap. 3. v. 5.

A

Potuiſſet ſinè dubio Deus creaſſe mundum aliter diſpoſitum, quàm nunc eſt, nunc enim plurima reperiuntur in mundo, quæ incitant hominem ad peccandum, quam etiam ob cauſam dicitur mundus malignus, ſicut per oppoſitum dicitur Deus benignus, 1. Io. 5. 19
quia quaſi benè ignit, id eſt igne amoris ſui inuitat hominem ad bonum; ita mundus, & quæ ſunt in mundo malignus malè ignit, quia incitat hominem ad id, quo poſſet offendi Deus: Potuiſſet Deus create talem mũdum, in quo nihil eſſet, quod hominem incitare ad malum, & omnia inuitarent ad bonum, vbi nulla eſſe occaſio peccandi, ſed noluit; vt hominis iuſti glorioſior eſſet victoria: in quo ita videtur procedere Deus, ſicut vnus militiæ dux, qui quantò magis eſt addictus alicui militum, tantò in maiora pericula, & magis periculoſa certamina eum dirigit; vult vt primus in certamen deſcendat, vt in duellum procedat &c. quia glorioſiorem ei victoriam, & honorem exoptat: ita planè videtur Deus nobiſcum agere: voluit nos habere inimicum nequam; de quo inquit Pſalmiſta. *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei*. Plurima nomina pro qualitate Pſal. 103. 2. 6.
malitię habet Satanas, vocatur enim aduerſarius, Dęmon, 1. Pet. 5. 8
Diabolus, &c. Sed præcipuè vocatur tentator quia officium Matth. 4.
eius eſt tentare, eſt enim creatus ad illudendum, id eſt, ad tentandum; ita quòd quemadmodum artifex accipit co- 31.
gnomen ab arte, pictor ab artę pingendi, ita Satan dicitur tentator; quia officium eius eſt tentare: quemadmodum ſcripſit D. Paulus, ad Theſſalonicenſes. *Miſi ad cognoſcendam veſtram fidem, ne vos tentet ille, qui tentat*, id eſt, cuius 1. Theſ. 3. v. 5.
officium eſt tentare, qui eſt formatus ad illudendum: voluit item, vt in mundo ſint plurima, quæ hominem ſolicitarent, & incitarent ad malum; amici, familiares, & ſocij iniquitatis: ex quibus eheu q̃ multi reperiuntur, qui multoties ſunt alijs occaſio peccandi; natura etiã humana ex ſe eſt debilis, & prona in malum. Hæc omnia Deus ſic diſpoſuit, vt glorioſior eſſet victoria, & maior vincentis corona, quod eſt maximum Dei beneficium, ex amore enim Dei, & bonitate erga nos procedit, quòd nos in certamen iubeat deſcendere, quòd nos iubeat vigilare, & in omnibus cautè procedere, vt tandem victoribus æterna tribuat præmia. Hinc eſt quod cùm quis (quod auertat Deus) in tentatione ſuccumbit, nec in diabolum tentãtem, nec in mundum ſolicitantem, nec in naturam propriam minus tentationibus reſiſtentem, nec in familiares, amicos, tentationis ſocios, nec in occaſiones peccandi culpam propriam reijcere debet: ſed in ſe ipſum, quia in tentatione defecit, quia inimico non reſiſtit; & multò minus contra Deum murmurare debet, *quia Deus neminem tentat*, & licet loco ſupra ci- Iac. 1. 13.
tato ex libris Sapientiæ, videatur Sapiens aſſerere, quòd Vid. ſup.
Deus aliquando homines tentat, Deus (inquit) tentauit illos, vt inueniret eos dignos ſe: tentat tamẽ Deus homines, non vt decipiat, quemadmodum tentat Satan, de qua tentatione dicitur in actibus Apoſtolorum. *Quare Satan tentauit cor tuum mentiri te Spiritui Sancto?* nec tentat Deus Act. 5. 3. Dan. 1. 14.
homines, vt ſciat, vel alicuius rei notitiam acquirat, quemadmodum Malaſar Danielem, & ſocios eius decem diebus, tentauit, vt ſciret, an abſtinentia eis obeſſet, an non? Sed tentat Deus probãdo amicorum, & ſeruorum ſuorum virtutes, an animosè reſiſtant aduerſarijs, &c. non quòd

etiam.

Digitized by Google

etiam qualitates virtutum amicorum eius, cum lateāt, nec quòd ex hac tentationum eorum notitiam acquirat; cum ei nota ſint omnia: ſed vt alijs virtus eorum innoteſcat. Quemadmodum ſi quis haber diſcipulum ingenioſum, & ſufficienter doctum, hic in præſentia multorum proponit ei aliquam difficilem quæſtionem tentando ipſum, an eam reſoluere poſſit, non quòd ignoret, & dubitet, de eius habilitate, & doctrina; ſcit enim quod interrogationi, & difficultati ſatisfaciet: ſed vt ijs in quorum præſentia interro-

Gen.22.1 gatur doctrina eius innoteſcat. *Tentauit Deus Abraham* inquit Scriptura, quid alius erat illa tentatio, niſi lectio, quã ſupremus magiſter Deus propoſuit, & legit Abrahamo de virtute obedientiæ, vt eſſet in exemplum hominibus futuri ſæculi. De hac ergo tentatione dicitur in libris Sapientiæ Deus tentauit eos &c. Quin potiùs homines ſæpe ſæpius

Matt.4.7 tentant Deum, ita vt illis dici poſſit. *Non tentabis Dominum Deum tuum*; & illi præcipuè qui cum videant, & ex Sacra Scriptura intelligant, quòd per bona opera, mortificationes, ieiunia, acquirenda ſit ęterna beatitudo, illi relictis bonis operibus, ad Diuinam prædeſtinationem confugiunt dicendo, ſi Deus me prædeſtinauit; ad quid bona opera? Hoc eſt propriè tentare Deum, tentare enim propriè eſt relictis medijs à Deo ordinatis ad aliquid, recurrere ad Deum, volendo experiri, an ſine illis medijs finis acquiri poſſit. Sicut ille tentare propriè dicitur, qui cum poſſit per ſcalas inferius deſcendere, aſcendit per feneſtram dicendo, poteſt Deus me illæſum conſeruare, etiamſi per feneſtram deſcendam, hæc eſt magna temeritas, & præſumptio, vult quòd Deus faciat miracula ſine neceſſitate, & eſt maximũ peccatum irreuerentiæ, quod pugnat contra virtutem religionis, qui enim aliquem tentat verbo, aut opere, de eius virtute, & potentia dubitat, & vult experiri, an poſſit hoc facere, vel non: & in hoc ei maximam irrogat irreuerentiam. Qui ergo relictis bonis operibus vellet experiri, an ſola prædeſtinatio eum ſaluare poſſit tentaret Deum, & maximam ei irreuerentiam irrogaret; ita vt ei dici poſſit. Non tentabis Dominum Deum tuum. Ne igitur Deum tentemus in materia ſalutis noſtræ duæ propoſitiones, in hac inſtitutione declarabuntur; nimirum, Prædeſtinatus poteſt damnari, Præſcitus poteſt ſaluari, poſtquam iam nobis innotuit qualiter Deus tentat iuſtos; & qualiter non.

B

Pro dilucidatione primæ propoſitionis præmittendum eſt, quid ſit prædeſtinatio, & cuius potentiæ opus, an intellectus, vel voluntatis principaliter? & an reſpiciat merita? De fide eſt, tàm homines, quàm Angelos, qui de facto conſequuntur finem vltimum gloriæ, & beatitudinis æternæ, ex æternitate à Deo prædeſtinatos eſſe; Ita determinatum

Concil. Tri. ſeſ. 6 eſt in Concilio Tridentino, & eſt cõmunis conſenſus Sanctorum Patrum, & Eccleſiæ Catholicæ traditio iuxta illud

ad Rom. 8.9. Diui Pauli, *quos præſciuit, hos & prædeſtinauit*. Quia tamen varijs nominibus Sacra Scriptura, & Sancti Patres prædeſtinationem appellant, dicitur enim, ordinatio, electio, dilectio, vocatio, propoſitum efficax diuinæ voluntatis, præſcientia: quia etiam prædeſtinatio ad prouidentiam diuinam pertinet, quæ actus Diuini intellectus à quibuſdam ponitur, eſt enim ratio ordinis mediorum ad finem; ratio autem ordinis ad intellectum videtur pertinere.

Indè oriuntur plures difficultates: nimirũ, quid ſit prædeſtinatio? & ad quam potentiam principaliter pertineat? nùm ad intellectum, an verò ad voluntatem; verior ſen-

Definitio prædeſtinationis. tentia eſt. Quod *prædeſtinatio eſt ordinatio electionis à diuina voluntate, qua eligit naturam intellectualem ad gratiam, & gloriam*; & poteſt addi: ſine vlla dependentia ad merita, vt inferius fusè dicemus examinamus ſingulas particulas huius diffinitionis. Cum dicitur quòd prædeſtinatio eſt ordinatio: non eſt imaginandum, quòd iſta ordinatio ſit principaliter intellectus directio, qua per media, quæ iudicauit fore efficacia ad conſequendam beatitudinem, indicat hominem debere conſequi beatitudinem; ita quòd in hac ordinatione, principaliter conſiſtat prædeſtinatio, & ſecundariò in approbatione voluntatis: ſed talis ordinatio eſt voluntatis electio, ratione cuius prædeſtinatio, ad prouidentiam pertinet. Nam prouidentia non tantũ eſt iudicium illud, quo res proponuntur voluntati ab intellectu, ſed electio, & propoſitum ipſius voluntatis, quo res iudicatæ, & media ab intellectum propoſita acceptãtur ab illa. Hoc ita probari poteſt. Quandò aliquis actus communior, & vniuerſalior eſt actus voluntatis principaliter, & concomitanter intellectus: tunc actus minùs vniuerſalis, eiuſdem rationis debet eſſe actus voluntatis principaliter & concomitanter actus intellectus. Exemplum. Si habeo propoſitum determinatum, omni operãti benè, mercedem dare; iſte autem (puta Petrus) benà operatur, & habeo propoſitum mercedem dandi Petro, debet eſſe eiuſdem potentiæ actus, cuius eſt potentiæ propoſitum illud vniuerſale, quo vniuerſaliter omni benè operanti, mercedem me daturum propono. Cum igitur actus ille diuinus communis,

terminatus ad omnem hominem, quo *omnes homines, Deus vult ſaluos fieri*, vt dicitur; ſit actus voluntatis Diuinæ, & 1. Timot.

communiter dicitur voluntas ſigni, ab alijs verò voluntas antecedens: ſequitur quòd propoſitum Diuinum, quo decreuit hunc, ſcilicet Petrum, & hunc Paulum ſaluandum, ſit actus eiuſdem potẽtiæ volitiuæ; vnde & voluntas beneplaciti à multis, ab alijs voluntas conſequens dicitur. Idem

declarari poteſt ex doctrina Ariſtotelis, qui docet in notitia practica, reſpectu concluſionis practicæ, debere eſſe maiorem vniuerſalem volitam, vndè ſicut maior eſt volita, ita & cõcluſio, eadem enim voluntas vult operari benè, quod eſt quid vniuerſale, & vult dare eleemoſynam, quod eſt quid particulare, eadẽ notitia practica dictat benè operandum, quod eſt quid vniuerſale, & dandam eſſe eleemoſynam, propter regulas diuinas, vel politicas, nempè propter Deum, vel liberalitatem: ita in propoſito, quia propoſitum illud vniuerſale de omni homine ſaluãdo, eſt principaliter ab actu voluntatis, ideo, & propoſitum particulare, de iſto vel iſto ſaluando eſt actus voluntatis, vel ab actu voluntatis: Probatur præterea paulò clariùs, omne futurum contingens eſt determinatum ad vnam partem cõtradictionis à Diuina voluntate, igitur & quęlibet harum Petrus ſaluabitur, Ioannes ſaluabitur &c. eſt ab actu volũtatis diuinæ, ſed prędeſtinare Petrum eſt Petro velle ſalutem, igitur &c. Propter hoc tñ ipſum, quòd voluntas diuina velit ſalutẽ Petro, ac intellectus eãdem volitionem intelligat, dicitur prædeſtinatio eſſe concomitanter in intellectu diuino. Huius ſententiæ veritas videtur eſſe luce meridiana clarior. Dum 1. Ethic.

enim Sanctus Paulus dicit, *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem*, ſumit electionem pro prædeſtinatione, electio Eph. 1.4.

autem eſt actus voluntatis Idem quoque ſic loquitur. Vt Ro. 9.12.

ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori, vbi apertè electionem, & propoſitum vocat prædeſtinationem. Auguſtinus etiam definit prædeſtinationem eſſe propoſitum miſerẽdi: Et reuera, non prædeſtinat Deus, niſi quos proponit voluntate fore ſaluandos; cum hoc tamen additamento, quòd quandocumque (etiam ſecundum Magiſtrum Sent.) ſumitur, ſeu exprimitur prædeſtinatio Aug. to. 1. li. de præ- deſt. c. 10.

nomine ſcientiæ; quomodo, & à Sancto Auguſtino nonnumquam vſurpatur: tunc prædeſtinatio vocatur præſcientia beneficiorum, ratione connotati, & cõcomitantis, quatenus nimirùm Deus, ſcientia approbationis ſcit iſtum ſaluandum. Rurſus cùm prædeſtinatio vocatur præordinatio alicuius ad gloriam, vel præparatio gratiæ in præſenti, & glorię in futuro, iàm pręparatio, quàm præordinatio ſumitur pro actu voluntatis, ordinatis, & præparantis creaturam rationalem ad gloriam. Aug. to. 1. de bono perſeuer.

C

In ſecunda particula definitionis tangitur id quod prædeſtinatur, ibi: Electio naturæ intellectualis, ex quo patet prædeſtinationem eſſe quaſi ſpeciem quandam præſcientiæ: præſcientia enim omnium eſt, prędeſtinatio autem ſolius naturæ intellectualis: dicitur autẽ, natura intellectualis, & non rationalis, nam & Angeli ſunt prædeſtinati ſicut & nos, cum tamen propriè nõ ſint rationales, quia non diſcurrunt in cognitione more hominum, quod eſt opus rationis, proindè tantùm ſunt intellectuales.

In tertia particula definitionis tangitur id ad quod natura intellectualis prædeſtinatur, ſcilicet gratia,

Digitized by Google

ad quod Deus prædeſtinat ptincipaliter, videli-
ria.
ima particula vltimo loco adiecta, communem illam
t Theologorum doctrinam, quòd Deus prædeſtinat
reſpiciendo merita, atque ita prædeſtinatio nullam
et rationem ſui & cauſam; quod ſi ita eſt, quomodo er-
2. Pet. 1. v. 10. dicit Apoſtolus, & hortatur Chriſtianos, *ut per bona
opera, certam propriam electionem, & prædeſtinationem fa-
ciant?* quòd enim Deus prædeſtinet non reſpiciendo me-
rita, ex ipſius voluntatis natura colligitur, quia voluntas
diuina non ideò vult bonum, quia eſt bonum, aliàs moue-
retur à bonitate creata, ſed ideò aliquid eſt bonum, quia
volitum à Deo, itaque aliquis eſt prædeſtinatus, quia Deus
illum prædeſtinauit; non autem quòd meruit prædeſtina-
ri. Hoc etiam ex rectitudine diuinæ voluntatis probat e-
In 1. d. 4. q. vnic. gregiè Scotus, in hunc modum ordinatè volens finem, &
ea quæ ſunt ad finem, prius vult finem, exemplum eſt.
Medicus optat ſanitatem infirmo tanquam finem, & re-
media vt ordinata ad ſanitatem: loquendo igitur de ordi-
nata volitione prius vult ſanitatem infirmo, tanquam fi-
nem; id eſt, prius amat ſanitatem efficaciter, & poſtea me-
dia ordinata ad ſanitatem. Itaque vult illi ſimpliciter ſa-
nitatem, ita vt non amet illius ſanitatem propter medici-
nas, ſed potiùs è contra: ideò amat illi medicinam, quia
prius amauit ſanitatem. Quod cum ita ſit, iam in aliquo
priori actus voluntatis ordinatè volentis terminatur ad ſa-
nitatem, vt bonum infirmo, & tunc in illo priori nullo
modo terminatur ad meditinas. Patet ergo quod ordinatè
volens prius vult finem, quàm ea, quæ ſunt ad finem. Sed
voluntas diuina ordinatè vult beatitudinem, vt finem
proprium Petro, & ordinata ad illam, puta merita, ſiuè
opera merituria, gratiam, & huiuſmodi: quòd autem or-
dinatè velit, patet à Scoto, & omnibus Theologis, volun-
tas namque diuina eſt prima regula ordinatiſſima, imò eſt
tantæ rectitudinis, vt non indigeat regulari, etiam ab in-
tellectu diuino; ita Scotus: Ipſa etenim eſt prima regula,
In prol. & prima rectitudo (vt ſubtiliſſimè ille idem aſſerit) ergò
q. vlt. & & in prædeſtinatione prius vult beatitudinem, ita quòd
in 1. diſt. actus diuinæ voluntatis priùs determinatur ad beatitu-
39. d. 43. dinem, volendo illam prædeſtinato, & poſt iſtius actus
In 4. d. 4. terminatur ad gratiam, tandem ad opera meritoria vo-
6. q. 1. d. lendo illa prædeſtinato, propter beatitudinem acqui-
49. rendam.

Quod ſi quis dicat: ſi Deus in prædeſtinando non reſpi-
ciat merita: ergo non dat beatitudinem propter bona ope-
Matt. 16. 27. ra? cum tamen Scriptura dicat. *Reddet vnicuique ſecundum
opera ſua*. Propter hanc obiectionem dicunt aliqui, quòd
licet merita non ſint cauſa prædeſtinationis, ſunt tamen
conditio ſinè qua non, ex parte prædeſtinati, præcipuè ſi
loquamur de prædeſtinatione, vt eſt propoſitum efficax de
præſenti, ſeu quo ad executionem; non autem ſi ſit ſermo
de prædeſtinatione, vt eſt propoſitum efficax de futuro,
ſeu quo ad intentionem. Et ſic iſti concedunt merita eſſe
conditiones, ſinè quibus non; ex parte prædeſtinati. Sed
meliùs reſpondetur, quòd præmians non indiget aliquibus
operibus præmiati; nihilominùs tamen opera vult exhibe-
ri, propter vtilitatem, & maiorem dignitatem præmiati;
atque ex hoc in præmiante maxima bonitas oſtenditur:
Exemplo res declaratur. Eſto quòd aliquis mittat filium
ad nauandum operam literis, promittens ei hæreditatem,
tunc mittens licet non indigeat talibus literis; quia miſſus
ipſius voluntatis iam factus eſt hæres: tamen vult hoc, vt
glorioſius aſſequatur hæreditatem illi, qui miſſus eſt: Si-
In 2. d. 5. q. 2. militer (dicit Scotus.) Potuiſſet Deus Angelis dare beati-
tudinem in inſtanti creationis, ſed quoniam glorioſius eſt
iam habere ex merito: idcircò diſpoſuit ſic ſua ſapientia.
In 3. d. 7. q. 3. Vndè aſſerit Scotus media cadere ſub prædeſtinationem,
ita quòd prædeſtinatus non ordinatetur ſinè eis ad tantam
gloriam, ad quantam ordinatur cum eis. Quod ipſum ab
eodem ſtabilitur hac confirmatione, ipſa ad perenne re-
gnum prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſi-
ta, vt ad illud electi ex labore perueniant, quatenus poſtu-
lando mereamur accipere, quod eis omnipotens Deus an-
tè ſæcula diſpoſuit donari, vt expreſſe ſonant, verba Gre-
gorij. Verùm difficit hoc ſibi videtur ideò fortaſſis dices.
Cum glorioſius ſit prædeſtinari propter merita, ergo meri-
ta, erunt cauſa prædeſtinationis? reſpondeo dupliciter.
Primò, quòd prædeſtinatio ad gloriam: ſinè meritis eſt
ſignum maximæ liberalitatis; collatio verò eiuſdem cum
meritis, eſt ſignum maximę bonitatis. Secundò ſi præde-
ſtinamur propter opera, quatenus ex illis glorioſiores ſi-
mus, vel in gloria viuamus, hoc non eſt inconueniens. Sic
tamen opera noſtra non habent rationem cauſæ propter
quam præciſè prædeſtinamur, nempè quod Deus nullo
modo prædeſtinat, niſi prius habeat actum ad opera no-
ſtra terminatum; id enim nequaquam dici debet, nam
ideò eſt bonum, quia acceptum. Diuina ſiquidem accepta-
tio dat bonitatem operi; non autem bonitas operis facit,
quod acceptetur prędeſtinatus. Si ergo efficiunt bona ope-
ra aliquid hoc præcipuè, vt prędeſtinatus accipiat gloriam,
& maiorem gloriam. Atque ſic Diuus Petrus explicatur
cum Chriſtianos hortatur, vt certam ſuam electionem fa-
ciant per bona opera. Quod ſi quis iterum inſtet. Si di-
uina voluntas vult finem prius, quàm media, ergo vult ſta-
tim beatum eſſe, & beatificat; patet quia agens efficaciter
ſtatim operatur, & ponit effectum ſi non impeditur. Re-
ſpondeo efficaciter quidem ordinat, & prædeſtinat quem-
libet ad gloriam, eam tamen non confert in illo inſtanti,
ſed in illo pro quo diſpoſuit dare, ſicut ab æterno ordinat
creare animam, tamen non creat, niſi in illo inſtanti pro
quo diſpoſuit creare. Nonnè experientia quotidiana do-
cet, quod is cui naſcitur filius, in ipſa natiuitate diſponat fi-
lium eſſe hæredem non tamen ſtatim ei dat hæreditatem,
ac naſcitur, ſed expectat tempus determinatum. Ceterùm Scotus in
cum dicis, quod agens efficaciter agit ſtatim. Reſpondeo 1. d. 2. q. 1.
id intelligi debere de agente naturali, quod agit de neceſ- d. 8. q. 2.
ſitate naturæ, vt ignis, non verò de agente libero, quod & d. 39.
ratione ſuæ libertatis poteſt expectare, quantum vult; ma- In 3. d. 3.
ximè loquendo de primo agente, quòd poteſt agere in q. 1. in 2.
tempore iuxta doctrinam Scoti, & expectare congruum d. 37.
tempus. Quia ergo propoſitum illud quo Deus aliquem Scotus in
eligit ad gloriam conſequendam determinato tempore, 3. d. 3. q. 2.
eſt de futuro; non eſt neceſſe, vt proponens ſtatim exequa-
tur illud, quod propoſuit. Sic igitur patet quid ſit præde-
ſtinatio, quod nimirùm ſit electio naturæ intellectualis
ad gloriam, & hoc in particulari, quia prædeſtinatio non
eſt quæcunque voluntas dandi gloriam, ſed electio, quæ
reſpicit particularia: nec prædeſtinatio eſt voluntas dandi
gloriam omnibus vniuerſaliter nemine excepto, iuxta
quod communiter dicitur. Quod Deus vult omnes homi-
nes ſaluos fieri, nam voluntas qua Deus hoc modo vult
omnes ſaluos fieri eſt ea, quam inefficacem. & remiſſam
vocant: prædiſtinatio autem eſt voluntas efficax, ſeu ele-
ctio huius, & illius in particulari Petri, & Pauli. Patet er-
go ad quam potentiam pertineat principaliter prædeſti-
natio, nempè ad voluntatem; patet inſuper, quòd non de-
pendeat à meritis, ſed à ſola liberalitate diuinæ volunta-
tis. Quòd ſi Deus vult prædeſtinatum mereri, hoc ex bo-
nitate eius prouenit, vt prædiſtinatus ſit glorioſior; ſicut
ex bonitate pater filio vult doctrinam ad capiendam hæ-
reditatem, licet de iure ſit hæres: vel ſicut Medicus vult
infirmo medicinam, cui tamen abſolutè optat ſanitatem,
vel ſicut donans donat aliquid alicui ex liberalitate, vt
Rex capitaneatum ex liberalitate donat, aliundè autem
prouenit quod vult, vt ad aulam ſeruiens mereatur capi-
taneatum. Et ſic alietas eſt ex parte prædeſtinati, non ex
parte prædeſtinantis.

Ex his iam facilè prima propoſitio, quàm principaliter
declarare intendimus dilucidari poteſt, nempè electum,
& prædeſtinatum ad vitam æternam à diuina voluntate
liberè, & ſinè præuiſione meritorum, poſſit damnari.
Nam nõ eſt ita in gratia confirmatus, quin non poſſit pec- D
care, ac per conſequens reprobari, & in finali impęniten-
tia decedere, atque ſic damnari; & ſic prædeſtinatus poteſt
damnari: talis enim prædeſtinatio non agit voluntatem,
non enim propter illam eſt voluntas confirmata in gratia,
ita vt peccare non poſſit, ac proindè poteſt peccare, & in
peccato ſtare finaliter, & iuſtè damnari, & ſicut poteſt
damna-

Digitized by Google

damnari ita poteſt non prædeſtinari. Quis igitur non videt, quàm cautè etiam hominibus perfectis procedendum ſit in via ſalutis? qui non debent nimis confidere in bonitate, quia hoc eſſet tentare Deum, ſed ſemper in melius proficere.

Exemplo ſequenti id declarari poteſt; Ponamus aliquem hominem eſſe prædeſtinatum ad vitam, & hoc certum eſſe per reuelationem ſanctorum, vel Beatæ Mariæ Virginis, vel Chriſti, hic tamen propterea non debet viuere ſecurus de ſalute, ac bona opera dimittere, vt patet de noſtro Seraphico Patre, qui certificatus de remiſſione peccatorum ſuorum, & per conſequens de ſalute ſua, propter hoc nec minimum quidem dimiſit opus meritorium, imò magis proficiebat in bonis operibus; ita & quilibet alius propter hoc non debet bona opera dimittere, imò magis, ac magis timere, delinquens enim damnari poteſt. Huius rei extant innumera exempla, de magna ſanctitate præditis viris, qui cum multis annis piè, &

Ezec. 18. 29. laudabiliter vixiſſent, poſtea damnati ſunt. *Si iuſtus auerterit ſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ſecundùm omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur; in præuaricatione autem ſua, qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo morietur.* Ponamus etiam per oppoſitum, quòd aliquis ad æternam mortem reprobatus, de damnatione ſua habet certitudinem, per reuelationem Sanctorum, neque tamen propter hoc deſperauerit, neque de bonis operibus quidquam dimiſerit, imò magis, ac magis ſtuduerit non delinquere, certùm eſt eum poſſe ſaluari, hæc omnia confirmat Hieronymus ad Iulianum dicens; & Sancti corruunt ſi fuerint negligentes, & peccatores priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes fletibus lauerint. Hoc ideò dico non vt terreantur deſcendentes, ſed vt prouocentur aſcendentes; numquam exemplum ſumi debet à malis, ſed à parte meliori. Si ſancti plerumque corruunt? & vos viri ſancti, deuoti, amici Dei, timete, ne veſtra quoque præſumptuoſa pietas ruat, omnes Chriſtiani, qui facitis aliquid bonum, ac per hoc maximam fiduciam habetis, imò præſumitis de ſalute veſtra, timete; quia Sancti corruunt, & damnantur; De vobis autem, qui vanitatibus mundi voluptatibuſque irretiti, eſtis, quid erit, ſi Sancti corruunt? Meritò hic Auguſtinus exclamat; Magna ſunt iudicia tua Domine, ſed vera & iuſta nimis: quia iudicas æquitatem, & inſcrutabilia, & profunda inanis: quæ cum conſidero contremiſco, quoniam non eſt ſecurus homo viuens ſuper terram. Paueant igitur, & contremiſcant à facie tua omnes, qui confidunt in ſe, & non habet Deum adiutorem ſuum, cum ignoret homo, vtrum amore dignus ſit, an odio; ſed in futurum omnia reſeruantur incerta, vidimus enim multos ſinè timore aſcendiſſe vſque ad cœlos, & inter ſydera nidum ſuum collocaſſe, poſtmodum autem cecidiſſe vſque ad abyſſos, &

Apoc. 12. v. 4. animam illorum in malis obſtupuiſſe. *Vidimus ſtellas de cœlo cecidiſſe, ab impetu ferientis caudæ Draconis, & eos qui iacebant in terra, à facie ſubleuantis manus diuinæ mirabiliter aſcendiſſe, vidimus viuos morientes, & mortuos à morte reſurgentes*, & eos qui inter filios Dei ambulabant, in medio lapidum ignotum ad nihilum deueniſſe; vidimus lumen tenebris obfuſcari, & de tenebris lumen proceſſiſſe,

Matth. 21. 31. quia ſicut ſcriptum eſt. *Publicani, & peccatores præcedent multos in regnum cælorum, filij autem regni eijcientur in tenebras.* In Apoſtoli ordinati erant, & electi ad vitam æternam labi non poterant, & tamen pro eis tanta ſedulitate filius Dei intercedit, & illos orare inſtanter monet, ac vi-

Matth. 26. 36. gilate, vt non intrent in tentationem: ſaluandi igitur erant, & tamen dum peregrinabantur à Domino poterant mortem promoueri, & ad vitam nulla neceſſitate prædeſtinationis prædeſtinari.

Rom. 8. 35. Gloriatur Apoſtolos, *quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* & tamen caſtigat corpus ſuum,

1. Cor. 9. 27. & in ſeruitutem redigit. In Apocalypſi monentur Ange-

Apoc. 2. li Eccleſiarum pænitentiam agere, & bona opera facere, ne moueatur candelabrum eorum, & cautè tenere locum, ne ex eo alteri cedere cogantur.

E Secunda quoque propoſitio principalis, nimirùm, Præſcitus poteſt ſaluari, clara iam eſt aliqualiter ex dictis, diuerſimodè tamen id exponunt Doctores. Scotus ait, quod præſcitus poteſt ſaluari, & prædeſtinatus poteſt damnari, in ſenſu diuiſo, non in ſenſu compoſito, id eſt quòd ille qui in hoc inſtanti eſt præſcitus, poteſt in alio inſtanti, & è contra, non autem pro eodem inſtanti poteſt quis eſſe prædeſtinatus, & præſcitus, & ſic poteſt præſcitus prædeſtinari, ſicut prædeſtinatus damnari de poſſibili, non tamen de ineſſe, ſeu in effectu, quia ſicut prædeſtinatus non damnabitur, ita præſcitur non ſaluabitur: Verùm in hac materia enaſcuntur plura dubia, nam in primis poſſet quis dicere, ſi prædeſtinatus poteſt damnari, & præſcitus ſaluari, quomodo non mutatur Deus? Reſpondeo. Non mutatur, quem enim prædeſtinauit, non damnabit, licet poſſet eum non prædeſtinare, quia contingenter prædeſtinat, & ita ſemper idem vult, licet poſſet velle oppoſitum, quia contingenter vult. Sed quomodo ſaluabimus illud, quod communiter dicitur, ſi non es prædeſtinatus, fac vt prædeſtineris, & Diuus Ambroſius ait. Nemo diffidat, nec veterum conſcius delictorum, præmia diuina deſperet, nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. Aliter igitur reſpondendum cenſeo, ſinè aſſertione tamen, ſubmittendo me ſcripturæ diuinæ, & pedibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, poſito quod voluntas diuina ab æterno voluit, vt ibi gratia, Ioannem ſaluum fore, adhuc ipſa eodem velle poteſt ipſum velle nunc damnare, non ſolùm de poſſibili, ſed de meſſe, ſeu in effectu, neque tunc erit nouum velle diuinum, ſed tantum erit nouus tranſitus, ſeu noua terminatio, & velle antiquum ſinè vlla mutatione ipſius velle, ſed in obiecto tantum erit mutatio, in Deo autem nulla mutatio. Hæc doctrina videtur, aliqualiter contraria Scoto, qui dicere videtur. Quod ſi aliquid Deus velle de nouo, illud vellet nouo actu, atque mutaretur, iuxta inferius dicenda. Reuera tamen non videtur ſequi, quod debeat neceſſariò velle nouo actu, ſed ſola eſt ibi noua terminatio actus antiqui, & in obiectum tantùm eſt noua mutatio. Pro cuius clariori notitia ſciendum eſt imprimis, quod mutari nihil aliud eſt, niſi aliter ſe habere nunc, quàm prius, ait Ariſtoteles, quod fit vel quando acquiri- 5. Phyſic.
tur aliquod nouum reale pro nunc, quod prius non erat, ſicut quia prius non videbam Fräciſcum, & modo video acquiro nouam viſionem, ideò etiam mutor vel quando deperditur à me aliquod reale, ſic etiam mutor, vt quando prius videbam, nunc non video.

Tunc vlterius doctrina Scoti eſt, in æternitate hæc opimè concordant, verbi gratia Petrus, vel aliquis alius naſciturus eſt, poſt mille annos, tunc ad iſtum terminatur iam diuina voluntas, vel tanquam puniendum ſi impæni- In 4. d. 16.
tens deceſſerit, vel non puniendum ſi verè pęnituerit, vbi q. 2.
pro toto tempore habito vſque ad inſtans mortis, illud velle ſemper eſt conditionatum; ſemper ſic manet, neque mutatur, ſiuè iſte ſit in eſſe exiſtentiæ, & non tantum in eſſe obiectiuo, ſiuè de eſſe obiectiuo deueniat ad eſſe exiſtentiæ, aut tranſeat de peccato ad pęnitentiã, aut remittatur ei culpa, & infundatur gratia, idem ſemper manet actus voluntatis diuinæ, ſicut idem ſemper manet radius ſolaris, ſiuè induretur lutum, ſiuè emolliatur cera, vel ſicut in fluuio ſemper idem manet lignum, nec mutatur licet videatur mutari, aut moueri propter diuerſas partis aqua ſibi ſuccedentis, & ita tota mutatio eſt in aqua, cuius partes ſibi ſuccedunt. Itaq; nulla mutatio eſt in voluntate Dei, nec in actu eius quomodocumque tranſeat, vel reſpiciat obiecta, nam quo ad omnia iſta, quantum eſt ex parte Dei, nulla eſt ſucceſſio, ac per conſequens nulla mutatio, cuius non alia eſt ratio, niſi, quia Deus vnico, & ſimpliciſſimo actu voluntatis ſua, ſuper omnia iſta obiecta reſpicit, & tendit, ſinè vlla penitus mutatione, ſi verò ſequatur mutatio erit in creatura tantũ, in qua poſſunt duo contraria ſibi ſuccedere, ſ. quando de impęnitente fit pęnitens.

Præterea reſpectu voluntatis diuinæ, omnia ſunt præſentia per inſtans æternitatis, ita quòd in ęternitatem nullum cadat præteritum, ſiuè futurum, ſecundum Scotum, quo- In 1. d. 9.
circa de rigore ſermonis, nunquam eſt diuina voluntas & 40.

ad quod Deus prædeſtinat principaliter, videlicet gloria.

...ima particula vltimo loco adiecta, communem illam ...t Theologorum doctrinam, quòd Deus prædeſtinat reſpiciendo merita, atque ita prædeſtinatio nullam ...et rationem ſui & cauſam; quod ſi ita eſt, quomodo et...

2. Pet. 1. v. 10.

...dicit Apoſtolus, & hortatur Chriſtianos, *vt per bona opera, certam propriam electionem, & prædeſtinationem faciant?* quòd enim Deus prædeſtinet non reſpiciendo merita, ex ipſius voluntatis natura colligitur, quia voluntas diuina non ideò vult bonum, quia eſt bonum, aliàs moueretur à bonitate creata, ſed ideò aliquid eſt bonum, quia volitum à Deo, itaque aliquis eſt prædeſtinatus, quia Deus illum prædeſtinauit; non autem quòd meruit prædeſtinari. Hoc etiam ex rectitudine diuinæ voluntatis probat e-

In 1. d. 4. q. vnic.

gregiè Scotus, in hunc modum ordinatè volens finem, & ea quæ ſunt ad finem, prius vult finem, exemplum eſt. Medicus optat ſanitatem infirmo tanquam finem, & remedia vt ordinata ad ſanitatem: loquendo igitur de ordinata volitione prius vult ſanitatem infirmo, tanquam finem; id eſt, prius amat ſanitatem efficaciter, & poſtea media ordinata ad ſanitatem. Itaque vult illi ſimpliciter ſanitatem, ita vt non amet illius ſanitatem propter medicinas, ſed potiùs è contra: ideò amat illi medicinam, quia prius amauit ſanitatem. Quod cum ita ſit, iam in aliquo priori actus voluntatis ordinatè volentis terminatur ad ſanitatem, vt bonum infirmo, & tunc in illo priori nullo modo terminatur ad medicinas. Patet ergo quod ordinatè volens prius vult finem, quàm ea, quæ ſunt ad finem. Sed voluntas diuina ordinatè vult beatitudinem, vt finem proprium Petro, & ordinata ad illam, puta merita, ſiuè opera meritoria, gratiam, & huiuſmodi: quòd autem ordinatè velit, patet à Scoto, & omnibus Theologis, voluntas namque diuina eſt prima regula ordinatiſſima, imò eſt tantæ rectitudinis, vt non indigeat regulari, etiam ab intellectu diuino; ita Scotus: Ipſa etenim eſt prima regula,

In prol. q. vlt. & in 1. diſt. 39. d. 43. In 4. d. 46. q. 1. d. 49.

& prima rectitudo (vt ſubtiliſſimè ille idem aſſerit) ergò & in prædeſtinatione prius vult beatitudinem, ita quòd actus diuinæ voluntatis priùs determinatur ad beatitudinem, volendo illam prædeſtinato, & poſt iſtius actus terminatur ad gratiam, tandem ad opera meritoria volendo illa prædeſtinato, propter beatitudinem acquirendam.

Quod ſi quis dicat: ſi Deus in prædeſtinando non reſpiciat merita: ergo non dat beatitudinem propter bona ope-

Matt. 16. 27.

ra? cum tamen Scriptura dicat. *Reddet vnicuique ſecundum opera ſua.* Propter hanc obiectionem dicunt aliqui, quòd licet merita non ſint cauſa prædeſtinationis, ſunt tamen conditio ſinè qua non, ex parte prædeſtinati, præcipuè ſi loquamur de prædeſtinatione, vt eſt propoſitum efficax de præſenti, ſeu quo ad executionem; non autem ſi ſit ſermo de prædeſtinatione, vt eſt propoſitum efficax de futuro, ſeu quo ad intentionem. Et ſic iſti concedunt merita eſſe conditiones, ſinè quibus non; ex parte prædeſtinati. Sed meliùs reſpondetur, quòd præmians non indiget aliquibus operibus præmiati, nihilominùs tamen opera vult exhiberi, propter vtilitatem, & maiorem dignitatem præmiati; atque ex hoc in præmiante maxima bonitas oſtenditur: Exemplo res declaratur. Eſto quòd aliquis mittat filium ad nauandum operam literis, promittens ei hæreditatem, tunc mittens licet non indigeat talibus literis; quia miſſus ipſius voluntatis iam factus eſt hæres: tamen vult hoc, vt glorioſius aſſequatur hæreditatem illi, qui miſſus eſt: Si-

In 2. d. 5. q. 2.

militer (dicit Scotus.) Potuiſſet Deus Angelis dare beatitudinem in inſtanti creationis, ſed quoniam glorioſius eſt iam habere ex merito: idcircò diſpoſuit ſic ſua ſapientia.

In 3. d. 7. q. 3.

Vndè aſſerit Scotus media cadere ſub prædeſtinationem, ita quòd prædeſtinatus non ordinaretur ſinè eis ad tantam gloriam, ad quantam ordinatur cum eis. Quod ipſum ab eodem ſtabilitur hac confirmatione, ipſa ad perenne regnum prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita, vt ad illud electi ex labore perueniant, quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus antè ſæcula diſpoſuit donari, vt expreſſe ſonant, verba Gregorij. Verùm difficile hoc ſibi videtur ideò fortaſſis dices: Cum glorioſius ſit prædeſtinari propter merita, ergo merita, erunt cauſa prædeſtinationis? reſpondeo dupliciter. Primò, quòd prædeſtinatio ad gloriam: ſinè meritis eſt ſignum maximæ liberalitatis; collatio verò eiuſdem cum meritis, eſt ſignum maximę bonitatis. Secundò ſi prædeſtinamur propter opera, quatenus ex illis glorioſiores ſimus, vel in gloria viuamus, hoc non eſt inconueniens. Sic tamen opera noſtra non habent rationem cauſæ propter quam præcisè prædeſtinamur, nempè quod Deus nullo modo prædeſtinat, niſi prius habeat actum ad opera noſtra terminatum; id enim nequaquam dici debet, nam ideò eſt bonum, quia acceptum. Diuina ſiquidem acceptatio dat bonitatem operi; non autem bonitas operi facit, quod acceptetur prędeſtinatus. Si ergo efficiunt bona opera aliquid hoc præcipuè, vt prędeſtinatus accipiat gloriam, & maiorem gloriam. Atque ſic Diuus Petrus explicatur cum Chriſtianos hortatur, vt certam ſuam electionem faciant per bona opera. Quod ſi quis iterum inſtet. Si diuina voluntas vult finem priùs, quàm media, ergo vult ſtatim beatum eſſe, & beatificat; patet quia agens efficaciter ſtatim operatur, & ponit effectum ſi non impeditur. Reſpondeo efficaciter quidem ordinat, & prædeſtinat quemlibet ad gloriam, eam tamen non confert in illo inſtanti, ſed in illo pro quo diſpoſuit dare, ſicut ab æterno ordinat creare animam, tamen non creat, niſi in illo inſtanti pro quo diſpoſuit creare. Nonnè experientia quotidiana docet, quod is cui naſcitur filius, in ipſa natiuitate diſponat filium eſſe hæredem non tamen ſtatim ei dat hæreditatem, ac naſcitur, ſed expectat tempus determinatum. Ceterùm

Scotus in 1. d. 2. q. 1. d. 8. q. 2. & d. 39. In 3. d. 3. q. 1. in 2. d. 37.

cum dicis, quod agens efficaciter agit ſtatim. Reſpondeo id intelligi debere de agente naturali, quod agit de neceſſitate naturæ, vt ignis, non verò de agente libero, quod ratione ſuæ libertatis poteſt expectare, quantum vult; maximè loquendo de primo agente, quòd poteſt agere in tempore iuxta doctrinam Scoti, & expectare congruum

Scotus in 3. d. 3. q. 2.

tempus. Quia ergo propoſitum illud quo Deus aliquem eligit ad gloriam conſequendam determinato tempore, eſt de futuro; non eſt neceſſe, vt proponens ſtatim exequatur illud, quod propoſuit. Sic igitur patet quid ſit prædeſtinatio, quod nimirùm ſit electio naturæ intellectualis ad gloriam, & hoc in particulari, quia prædeſtinatio non eſt quæcunque voluntas dandi gloriam, ſed electio, quæ reſpicit particularia: nec prædeſtinatio eſt voluntas dandi gloriam omnibus vniuerſaliter nemine excepto, iuxta quod communiter dicitur. Quod Deus vult omnes homines ſaluos fieri, nam voluntas qua Deus hoc modo vult omnes ſaluos fieri eſt ea, quam inefficacem, & remiſſam vocant: prædiſtinatio autem eſt voluntas efficax, ſeu electio huius, & illius in particulari Petri, & Pauli. Patet ergo ad quam potentiam pertineat principaliter prædeſtinatio, nempè ad voluntatem; patet inſuper, quòd non dependeat à meritis, ſed à ſola liberalitate diuinæ voluntatis. Quòd ſi Deus vult prædeſtinatum mereri, hoc ex bonitate eius prouenit, vt prædiſtinatus ſit glorioſior; ſicut ex bonitate pater filio vult doctrinam ad capiendam hæreditatem, licet de iure ſit hæres: vel ſicut Medicus vult infirmo medicinam, cui tamen abſolutè optat ſanitatem, vel ſicut donans donat aliquid alicui ex liberalitate, vt Rex capitaneatum ex liberalitate donat, aliundè autem prouenit quod vult, vt ad aulam ſeruiens mereatur capitaneatum. Et ſic alietas eſt ex parte prædeſtinati, non ex parte prædeſtinantis.

Ex his iàm facilè prima propoſitio, quàm principaliter declarare intendimus dilucidari poteſt, nempè electum, & prædeſtinatum ad vitam æternam à diuina voluntate, liberè, & ſinè præuiſione meritorum, poſſit damnari. Nam nō eſt ita in gratia confirmatus, quin non poſſit peccare, ac per conſequens reprobari, & in finali impęnitentia decedere, atque ſic damnari; & ſic prædeſtinatus poteſt damnari: talis enim prædeſtinatio non agit voluntatem, non enim propter illam eſt voluntas confirmata in gratia, ita vt peccare non poſſit, ac proindè poteſt peccare, & in peccato ſtare finaliter, & iuſtè damnari, & ſicut poteſt

D

damna-

damnari ita poteſt non prædeſtinari. Quis igitur non videt, quàm cautè etiam hominibus perfectis procedendum ſit in viis ſalutis? qui non debent nimis confidere in bonitate, quia hoc eſſet tentare Deum, ſed ſemper in melius proficere.

Exemplo ſequenti id declarari poteſt; Ponamus aliquem hominem eſſe prædeſtinatum ad vitam, & hoc certum eſſe per reuelationem ſanctorum, vel Beatæ Mariæ Virginis, vel Chriſti, hic tamen propterea non debet viuere ſecurus de ſalute, ac bona opera dimittere, vt patet de noſtro Seraphico Patre, qui certificatus de remiſſione peccatorum ſuorum, & per conſequens de ſalute ſua, propter hoc nec minimum quidem dimiſit opus meritorium, imò magis proficiebat in bonis operibus; ita & quilibet alius propter hoc non debet bona opera dimittere, imò magis, ac magis timere, delinquens enim damnari poteſt. Huius rei extant innumera exempla, de magna ſanctitate præditis viris, qui cum multis annis piè, &

Ezec. 18. 29. laudabiliter vixiſſent, poſtea damnati ſunt. *Si iuſtus auerterit ſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ſecundùm omnes abominationes, quas operari ſolet impius, numquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur; in præuaricatione autem ſua, qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo morietur.* Ponamus etiam per oppoſitum, quòd aliquis ad æternam mortem reprobatus, de damnatione ſua habet certitudinem, per reuelationem Sanctorum, neque tamen propter hoc deſperauerit; neque de bonis operibus quidquam dimiſerit, imò magis, ac magis ſtuduerit non delinquere, certùm eſt eum poſſe ſaluari, hæc omnia confirmat Hieronymus ad Iulianum dicens; & Sancti corruunt ſi fuerint negligentes, & peccatores priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes fletibus lauerint. Hoc ideò dico non vt retrea ntur deſcendentes, ſed vt prouocentur aſcendentes; numquam exemplum ſumi debet à malis, ſed à parte meliori. Si ſancti plerumque corruunt; & vos viri ſancti, deuoti, amici Dei, timete, ne veſtra quoque præſumptuoſa pietas ruat, omnes Chriſtiani, qui facitis aliquid bonum, ac per hoc maximam fiduciam habetis, imò præſumitis de ſalute veſtra, timete; quia Sancti corruunt, & damnantur; De vobis autem, qui vanitatibus mundi voluptatibuſque irretiti, eſtis, quid erit, ſi Sancti corruunt? Meritò hic Auguſtinus exclamat; Magna ſunt iudicia tua Domine, ſed vera & iuſta nimis: quia iudicas æquitatem, & inſcrutabilia, & profunda innanis: quæ cum conſidero contremiſco, quoniam non eſt ſecurus homo viuens ſuper terram. Paueant igitur, & contremiſcant à facie tua omnes, qui confidunt in ſe, & non habet Deum adiutorem ſuum, cum ignoret homo, vtrum amore dignus ſit, an odio; ſed in futurum omnia reſeruantur incerta, vidimus enim multos ſinè timore aſcendiſſe vſque ad cœlos, & inter ſydera nidum ſuum collocaſſe, poſtmodum autem cecidiſſe vſque ad abyſſos, &

Apoc. 12. v. 4. animam illorum in malis obſtupuiſſe. *Vidimus ſtellas de cęlo cecidiſſe, ab impetu ferientis caudæ Draconis, & eos qui iacebant in terra, à facie ſubleuantis manus diuinæ mirabiliter aſcendiſſe, vidimus viuos morientes, & mortuos à morte reſurgentes*, & eos qui inter filios Dei ambulabant, in medio lapidum ignotum ad nihilum deueniſſe; vidimus lumen tenebris obfuſcari, & de tenebris lumen proceſſiſſe,

Matth. 21. 31. quia ſicut ſcriptum eſt. *Publicani, & peccatores præcedent multos in regnum cælorum, filij autem regni eijcientur in tenebras.* In Apoſtoli ordinati erant, & electi ad vitam æternam labi non poterant, & tamen pro eis tanta ſedulitate filius Dei intercedit, & illos orare inſtanter monet, ac vi-

Matth. 26. 36. gilate, vt non intrent in tentationem: ſaluandi igitur erant, & tamen dum peregrinabantur à Domino poterant mortem promoueri, & ad vitam nulla neceſſitate præde-

Rom. 8. 35. ſtinationis prædeſtinari. Gloriatur Apoſtolos, *qui nos ſeparabit à charitate Chriſti*? & tamen caſtigat corpus ſuum,

1. Cor. 9. 27. & in ſeruitutem redigit. In Apocalypſi monentur Ange-

Apoc. 2. li Eccleſiarum pænitentiam agere, & bona opera facere, ne moueatur candelabrum eorum, & cautè tenere locum, ne ex eo alteri cedere cogantur.

Secunda quoque propoſitio principalis, nimirùm, Præſcitus poteſt ſaluari, clara iam eſt aliqualiter ex dictis, diuerſimodè tamen id exponunt Doctores. Scotus ait, quòd præſcitus poteſt ſaluari, & prædeſtinatus poteſt damnari, in ſenſu diuiſo, non in ſenſu compoſito, id eſt quòd ille qui in hoc inſtanti eſt præſcitus, poteſt in alio inſtanti; & è contra, non autem pro eodem inſtanti poteſt quis eſſe prædeſtinatus, & præſcitus, & ſic poteſt præſcitus prædeſtinari, ſicut prædeſtinatus damnari de poſſibili, non tamen de ineſſe, ſeu in effectu, quia ſicut prædeſtinatus non damnabitur, ita præſcitur non ſaluabitur: Verùm in hac materia enaſcuntur plura dubia, nam in primis poſſet quis dicere, ſi prædeſtinatus poteſt damnari, & præſcitus ſaluari, quomodo non mutatur Deus? Reſpondeo. Non mutatur, quem enim prædeſtinauit, non damnabit, licet poſſet eum non prædeſtinare, quia contingenter prædeſtinat, & ita ſemper idem vult, licet poſſet velle oppoſitum, quia contingenter vult. Sed quomodo ſaluabimus illud, quod communiter dicitur, ſi non es prædeſtinatus, fac vt prædeſtineris, & Diuus Ambroſius ait. Nemo diffidat, nec veterum conſcius delictorum, præmia diuina deſperet, nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. Alter igitur reſpondendum cenſeo, ſinè aſſertione tamen, ſubmittendo me ſcripturæ diuinæ, & pedibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, poſito quod voluntas diuina ab æterno voluit, verbi gratia, Ioannem ſaluum fore, adhuc ipſa eodem velle poteſt ipſum velle nunc damnare, non ſolùm de poſſibili, ſed de meſſe, ſeu in effectu, neque tunc erit nouum velle diuinum; ſed tantum erit nouus tranſitus, ſeu noua terminatio, & velle antiquum ſinè vlla mutatione ipſius velle, ſed in obiecto tantum erit mutatio, in Deo autem nulla mutatio. Hæc doctrina videtur, aliqualiter contraria Scoto; qui dicere videtur. Quod ſi aliquid Deus velle de nouo, illud vellet nouo actu, atque mutaretur, iuxta inferius dicenda. Reuera tamen non videtur ſequi, quod debeat neceſſariò velle nouo actu, ſed ſola eſt ibi noua terminatio actus antiqui, & in obiectum tantùm eſt noua mutatio. Pro cuius clariori notitia ſciendum eſt imprimis, quod mutari nihil aliud eſt, niſi aliter ſe habere nunc, quàm prius, ait Ariſtoteles, quod fit vel quando acquiritur aliquod nouum reale pro nunc, quod prius non erat, ſicut quia prius non videbam Fräciſcum, & modo video, acquiro nouam viſionem, ideò etiam mutor vel quando deperditur à me aliquod reale, ſic etiam mutor, vt quando prius videbam, nunc non video. 5. Phyſic.

Tunc vlterius doctrina Scoti eſt, in æternitate hæc optimè concordant, verbi gratia Petrus, vel aliquis alius naſciturus eſt, poſt mille annos, tunc ad iſtum terminatur iam diuina voluntas, vel tanquam puniendum ſi impænitens deceſſerit, vel non puniendum ſi verè pęnituerit, vbi pro toto tempore habito vſque ad inſtans mortis, illud velle ſemper eſt conditionatum; ſemper ſic manet, neque mutatur, ſiuè iſte ſit in eſſe exiſtentiæ, & non tantum in eſſe obiectiuo, ſiuè de eſſe obiectiuo deueniat ad eſſe exiſtentiæ, aut tranſeat de peccato ad pęnitentiã, aut remittatur ei culpa, & infundatur gratia, idem ſemper manet actus voluntatis diuinæ, ſicut idem ſemper manet radius ſolaris, ſiuè induretur lutum, ſiuè emolliatur cera, vel ſicut in fluuio ſemper idem manet lignum, nec mutatur licet videatur mutari, aut moueri propter diuerſas partis aqua ſibi ſuccedentis, & ita tota mutatio eſt in aqua, cuius partes ſibi ſuccedunt. Itaq; nulla mutatio eſt in voluntate Dei, nec in actu eius quomodocumque tranſeat, vel reſpiciat obiecta, nam quo ad omnia iſta, quantum eſt ex parte Dei, nulla eſt ſucceſſio, ac per conſequens nulla mutatio, cuius non alia eſt ratio, niſi, quia Deus vnico, & ſimpliciſſimo actu voluntatis ſua, ſuper omnia iſta obiecta reſpicit, & tendit, ſinè vlla penitus mutatione, ſi verò ſequatur mutatio erit in creatura tantú, in qua poſſunt duo contraria ſibi ſuccedere, ſ. quando de impęnitente fit pęnitens. In 4. d. 16. q. 2.

Præterea reſpectu voluntatis diuinæ, omnia ſunt præſentia per inſtans æternitatis, ita quòd in ęternitatem nullum cadat præteritum, ſiuè futurum, ſecundum Scotum, quocirca de rigore ſermonis, nunquam eſt diuina voluntas In 1. d. 9. & 40.

In 1. diſt. 3. q. 4. d. 35. 36. 48. In 2. diſt. 1. q. 1. & vlt. In 1. diſt. 2. in 3. d. 1. q. 1. In 1. diſt. 1. q. 5. In 3. diſt. 32. q. vni.

præterita, ſiuè futura. Adhæc ſicut diuinus intellectus non habet, niſi vnicum actum conſubſtantialem ſibi, quo intelligit eſſentiam, & omnia alia, præſentia, præterita, & futura, primò tamen eſſentiam, vt obiectum primarium, deindè creaturas, vt obiecta ſecundaria, & hoc virtute eſſentia diuina, & proindè perfectio prima diuini intellectus eſt intelligere diuinam eſſentiam; ita planè Diuina voluntas vnico tantum gaudet actu, quo vult eſſentiam ſuam, & omnia alia obiecta, per Scotum, idque tam præſentia quàm futura, quàm præterita; ſicut ergò ſi ego haberem eamdem viſionem numero, quæ eſſet ſemper in oculo meo; tunc eadem viſione, viderem, quando eſt præſens viſibile, præteritum, & futurum: videre autem quando viſio tranſiret in viſibile, cùm autem non tranſiret, tunc non viderem, eadem tamen ſemper maneret viſio; certum igitur eſt, quia tunc nulla mutatio realis caderet in oculum, ſiquidem nullam viſionem nouam oculus acquireret videndo, aut deperderet non videndo. Similiter ſi voluntas ſua habere ſolùm vnicum velle idem ſimpliciter cum voluntate tua, ſinè dubiò eadem ratione velles mille aureos, eademque penitus nolles, ex quo manifeſtum eſſet voluntatem tuam, in tali volitione, & nolitione nequaquam mutari, nihil enim non acquireret aliter, vel deperderet, quinimò ipſa voluntas ſemper haberet vnicum actum, quo vult, & non vult. Conſimili ratione voluntas diuina habet tantum vnicum velle, quo vult eſſentiam diuinam, & omnia alia, quæ creat, conſeruat, prædeſtinat, reprobat, atque ita quandò voluntas diuina ordinat Petrum ad vitam æternam, & nunc ordinat, minimè mutatur. Nam ordinando ad vitam æternam nil noui acquirit, ipſum quoque non ordinando nil reale amittit, quum ſemper eodem velle ipſum ordinet, & non ordinet, ac per conſequens non mutatur propter vnitatem actus: mutaretur autem ſi eſſent plures actus in ea, & varij, ſicut in nobis.

Ad hanc rem melius approbandam adducit Sanctus Vincentius exemplum de eo, qui eſt in naui, & tranſit iuxta rupem, vel murum, vbi licet rupes, vel murus non moueatur videtur tamen ſibi moueri: ita quoque dum incedis per viam inferni, & recedis à Deo, videtur tibi tunc, quaſi Deus recedat à te dimittendo, fallens tamen immobilem, namque Deum tu ipſe dimittis, hanc ſententiam ſuſtinendo, quod non ſolùm præſcitus poteſt ſaluari, & prædeſtinari quo ad poſſe, ſed in effectu ſinè vlla mutatione

F

Dei, facilè multas difficultates diſſoluemus, quæ fortaſſe rationalem creaturam in deſperationem, & in multa inconuenientia inducere poſſent, eſtque opinio pia, & grata miſeris peccatoribus, qui cum ſibi reuocant in mentem illud Diui Ambroſij. Nouit Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum, ad pænitentiam excitantur, & à laqueo deſperationis liberantur, multa ſpecie conſolatione releuantur quando audiunt, quod Deus poteſt mutare ſententiam, ſinè vlla mutatione ſui ipſius. Dicerem ergo ſinè aſſertione tamen. Si voluntas diuina ab æterno ſtatuiſſet, homicidam fore puniendum pæna capitis, nil vetat quin nunc de nouo poſſit ſtatueret oppoſitum, ſicut enim in ſtatuente ab æterno eſt tantùm tranſitio, & terminatio contingens ſuper obiecta ita, & nunc, quando oppoſitum ſtatuit.

Similiter ſicut voluntas Diuina ab æterno, eodem velle voluit me eſſe pro iſto tempore, ita & nunc eodem velle ponit me in eſſe, diuerſificata ſolùm tranſitione, & terminatione in obiectum volitum à prima: ſic in propoſito, ſicut eodem velle voluit Iudam ab æterno fore damnandum, ita, & nunc poteſt velle noua tranſitione, ſiuè nouo reſpectu rationis Iudam eſſe ſaluandum, & ſic de alijs. Hac

In 4. diſt. 46. q. 1.

de re conſule Scotum vbi dicit expreſsè, quòd ſi Petrum ſaluari iuſtum eſſet, ſi rurſus illum damnare iuſtè faceret. Nullum enim inconueniens eſſet in voluntate Diuina, ſi Petrum nunc beatum damnare, ſed tantum noua tranſitio ſuper Petrum damnatum. Si negas hoc, quæro à te, An Deus poſſet velle nunc facere mundum alium præſtantiorem iſto? ſi ſic, ergo eodem velle, ſed noua tranſitione; ſi negas, aſſentiri tibi nequeo, oppoſitum namque, ſeu obſtaculum penitus nullum video, Sed quæres adhuc. Si voluntas diuina voluit ab æterno Petrum ſaluum, & nunc voluntas diuina damnat Petrum, quæro an intellectus diuinus ab æterno cognouit Petrum fore damnandum? Si id dicas hoc non videtur ab æterno non determinauit Petrum fore damnandum, & tamen intellectus diuinus omnia contingentia cognoſcit, poſt determinationem voluntatis diuinæ, ergo neque cognouit ab æterno Petrum fore damnandum, quod eſt etiam inter alia contingentia apud Deum. Reſpondeo, & ſicut prius quæro à te. An Deus poſſit producere nouum mundum, quem prius non determinauit ab æterno? ſi ſic, ergo intellectus diuinus non cognouit ab æterno, cum non fuerit volitum ab æterno, ergo non cognouit omnia futura contingentia. Dico ergo, quod intellectus diuinus quando tranſit ſuper obiecta ſecundaria, non fit perfectior, neque imperfectior, cum talis tranſitio non pertineat ad perfectionem illius, imò ſi per impoſſibile non cognoſcere aliquod obiectum ſecundarium nulla ſimpliciter perfectio ſibi deeſſet, ſed potius ſimpliciter omnis perfectio ſibi adeſſet; vltima ſiquidem perfectio illius eſt intelligere eſſentiam diuinam, vt patet à Subtili Doctore. Si ergo non cognoſcere omnia obiecta etiam neceſſaria, minimè pertinet ad perfectionem illius, nec etiam cognoſcere huiuſmodi obiecta pertinet ad perfectionem illius, quæ tamen relucent in eſſentia diuina non ex natura rei, ſed ex actu intellectus diuini, antè omnem productionem voluntatis ad extra ponentis, talia in tali eſſe intelligibili, vt patet à Doctore Subtili, quantò minus non cognoſcere ab æterno aliqua obiecta ſecundaria contingentia pertinebit ad imperfectionem illius? atque hinc illa tantùm cognoſcit Deus futura contingentia, quæ ſunt determinata à diuina eſſentia, quia cognoſcit antecedens, ſcilicet, illam determinationem, ergo & futurum contingens ſic determinatum, quod dicitur conſequens, vt patet à Doctore Subtili. Eſſet tamen conueniens ſi aliquid determinatum eſſet à voluntate diuina, & cognoſceretur ab intellectu diuino. Si autem non cognoſceret illud, quod non eſt natum cognoſci, niſi prius voluntas diuina determinet, nullum omninò ſequitur inconueniens, ſicut eſt hæc propoſitio. Mundus perfectior eſt producendus, & tamen hoc eſt poſſibile, quamuis non eſt determinatum à diuina voluntate.

In 1. diſt. 2. & in 2. diſt. 2. q. 1

In 1. diſt. 3. q. 4. diſt. 39. & in 2. d. 1. q. 7.

In 1. diſt. 39. & 44.

Quod ſi obijciatur, nonnè intellectus diuinus cognoſcit omnia futura contingentia? dico quoniam ſolummodò eſt illud futurum contingens, quod habet determinationem à Diuina voluntate, vt patere poteſt à Doctore Subtili; idcircò cognoſcit omnia futura contingentia, pro quanto cognoſcit determinationem diuinæ voluntatis, ita quod eſſentia diuina eſt ratio cognoſcendi intellectui diuino, & determinationem diuinæ voluntatis, & determinata per illam, vt patet à Doctore Subtili. Sed ſi poſt voluntas diuina aliter determinaret tunc intellectus diuinus aliter cognoſcere, & cum in huiuſmodi contingentibus ſemper ſequatur determinationem diuinæ voluntatis, nec ſequitur mutatio in intellectu ſic, vel ſic cognoſcente, cum tantùm ibi ſint diuerſæ tranſitiones, vel relationes rationis, quæ nullam faciunt mutationem, vt dixi ſupra de voluntate. Hæc tamen omnia, quæ dixi in iſta materia non aſſero firmiter, tanquam omninò innixus ſententiæ, & opinioni meæ, ſed potius ſi probabilior ſententia viſa fuerit, ſemper paratus ſum illi adhęrere firmiter; credo tamen, & in hac me non decipi, magiſque veritati conſentanea dicere.

Q. vltim. prolog. In 1. diſt. 2. q. 1. d. 8. queſt. vlt. & 39. & quol. q. 14 In 3. diſt. 30.

G

Quapropter non reſtat aliud, niſi vt diſcamus, quanto cum timore viuendum ſit, ac Deo ſeruiendum: ſiquidem probatum eſt prædeſtinatum poſſe damnari, & reprobatum ſaluari. Magna ſanè confuſione digni ſunt illi qui dicunt: volumus facere, quod nobis placuerint. Nam ſaluabimur, ſi etiam damnabimur, quid prodeſt benè facere? ſtultorum ſunt hæc verba qui Deum tentant; cùm tamen Euangelium dicat. *Non tentabis Dominum Deum tuum*; non eſt tentandus Deus, quin potius feruido corde dicendum, quòd Deus omnè euentum, & caſum noſtrum,

infirmi-

infirmatis, vel mortis, vel cuiuſcunque periculi præſciuit, ſicut damnationem ita, & ſalutem nõ eſt tamen negligentia ſalus primæ. Quid eſt, quod in alijs quibuſcunque tantùm decertamus, tamque ſoliciti ſumus in lucro temporali captando? prædeſtinationem autem, vel præſcientiam Dei circa ſalutem, ſeu interitum animæ noſtrę, nihil planè facimus? Quid tantum in terra pro ſtatu tuo ſolicitus eſt dimitte ſolicitudinem, de dignitate, re familiari, Republica, quia prædeſtinatum eſt, vel præſcitum hoc totum à Deo, quid tu nauta nauigij? quid tu pater filiorum, tanta cura torqueris? quid morbos peſtilentiaſque fugis? non oportet arare non ſeminare, non colligere frumenta, quia Deus præſciuit, & prædeſtinauit te opulenter victurum ſinè hoc labore, non eſt neceſſe, vt colas vineam, vt prouideas tibi vinum, quia prædeſtinatum eſt, te abſque vllo conatu poſſe bibere illud, non oportet denique te ſollicitum eſſe de victu, vel quibusvis vtenſibilibus vitæ noſtræ competentibus, prouidebit hæc benignus Deus, O quàm amens talis eſſe qui in omnibus neceſſarijs, curæ ſe ſolùm Diuinæ otioſus ipſe manens committere? quantò amentior tu es Chriſtiane, qui irretitus laqueis Diaboli, dimittis, ac negligis bona opera, propter prædeſtinationem, & præſcientiam: cùm tamen circa terrena corporalia, & temporalia in damnis vitandis, lucriſque captandis, adeò ſolicitus, & prouidus inueniaris? age ergo pænitentiam, & fac bonum, & diuerte à malo, quære pacem animæ tuæ, & inueniens eam, non deſperes, ſi es pręſcitus, vel reprobatus; patet enim tibi ſemper ad cælum via ſi modo ipſe vitam tuam emendare velis, nec adeò pręſumas tu qui es prædeſtinatus, ſed potius per bona opera electionem tuam certiorem facias, vt hic placeas Chriſto, & poſt ac cum illo regnes in æternum. Amen.

A INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Secundæ Quadrageſimæ.

Matth. 17 v. 2. ***Reſplenduit facies eius ſicut Sol.***

Prou. 16. v. 15. ***In hilaritate vultus Regis, vita: Et clementia eius quaſi imber ſerotinus.***

Plutarc. in Politicis. OMnibus quidem ſuadet Plutarchus, mærorem, metum, & alias animi perturbationes & affectiones regendas eſſe: ſed tamen maximè Imperatoribus, ac Regibus: horum enim vbi animus conciderit, metu, mærore, aut quouis alio modo totius Reip. langueſcunt vires, & animi ruunt: principiſque languor hoſtibus animos facit. Ideò Rex quoad fieri poteſt in tota vita ſua, hilaritatem, & lætitiam vultu præſeferre debet, ne hoſtibus in ſuſpitionem veniat timoroſus eſſe, aut deſpondentis animi. Atque hac ratione ipſius regis vita, reſpectu hoſtium pẽdet à ſerenitate, reſpectu autem ſubditorum, pendet ex ſuauitate vultus ipſius. Nam regis illius, qui turbato aſpectu, & irato ſupercilio ſubditos intuetur haud tuta vita eſt. Subditorum quoque vita pendet ex hilaritate vultus regis, quod Salomon duplici ſimilitudine cõplexus eſt, ſolis, & pluuiæ, & reuera comparatio regis cum ſole, egregiè beneficentiam, & merita regum in ſubditos exprimit. Sicut enim Sol radijs ſuis cuncta fouet, & rebus omnibus vitam, & lætitiam inſpirat: ſic etiam beneuolentia, & gratia Principis ſubditos erigit, & iucundam quandam amænitatem, amænamque lætitiam illis affert, quos beneuolè intuetur. Contra, ſeuerus vultus Regis, eſt veluti ſol deficiens; nam ſolis defectus multum in rebus omnibus perturbationem portendit, morbos labores, &c. Luna enim interpoſitione ſua Solis radios refringens, efficit, vt Sole deficiente, pariter omnia deficiant. Non aliter vbi princeps cauſa intercedente, beneuolentiæ ſuæ radios intermiſit atque vultus eius ex beneuolo, in ſeuerum, & immitem commutatus eſt, morbos, languores, & inexpiabiles mortes efficit.

Agagitus Diacon. de offic. Principis ſic habet. Sicut autem Solis partes ſunt, illuſtrare radijs orbem, ita principis eſt egenorum miſereri, qui etiam Sole ipſo clarior eſt, quando pius eſt: Sol namque cedit ſuccedenti nocti, hic autem rapacitati prauorum non concedit quidquã, ſed lumine veritatis, iniquitatis occulta coargnit. Clementia etiam regis quaſi imber ſerotinus, id eſt clementia Regis imitatur pluuiam veris, hæc enim ſerotina dicitur, nam quæ ad ſerendum, autumni tempore terram perfundit, temporanea, quæ autem verè primo defluit ad alendas ſegetes ſerotina appellatur. Ergo ſicut pluuia verè primo tellurem latè irrigans, illam propter magnam hyemis incommoda mærentem prius, ac triſtem, herbis, ac floribus ridere facit, copioſiſſimiſque frutibus fœcundat; ſic etiam Principis clementia ſitæ genti lætitiam, & riſum efficit.

Quòd ſi ab hilaritate vultus regis terreni pendet ſubditorum vita, quantò magis ab hilaritate regis cæleſtis, qui vberius, & liberalius hominibus beneficia ſua pãdit, quàm Sol, & pluuia? De eo ſolo verè dici poſſit, quod in hilaritate vultus eius ſit vita: vel vt Hæbraica litera habet, & Chaldæus textus, in luce vultus Regis, vita: quia ille ſolus eſt vera lux (& ſol increatus) Chriſtus Deus noſter: cui etiam optimè prædicta verba quadrant, pracipuè ſi ad lectionem ſeptuaginta Interpretum, & ſchol attendamus, qui ita legunt prædicta verba. In luce filij Regis vita, & qui accepti ſunt ei, quaſi imber ſerenus. Multæ poſſunt aſſignari cauſæ, quare in luce filij Regis ſit vita ſubditorum. In primis quia Rex vitam ſuam, & mores in filium transferre debet, vt quemadmodum lucerna, vna ab altera lucem capiens, ſimili modo ſplendet, ſic etiam ex parente ſuo filius enitet, parenſque in filio ſuo viuat diutius: deindè quia ſecundæ gentis fortuna, ex bona indole, & moribus, quibus filius, & hæres Regis fuget, omninò pendet, quapropter vna omnes illius ingenium, & mores obſeruant, omnes illius gratiam inire ſtudent, & qui illi accepti ſunt, quaſi imber ſerotinus: id eſt, ſors ipſorum ſimilis eſt imbri ſerotino, qui licet tardius decidat, tamen vberius terram fœcundat: nam poſt longas temporis moras, & diuturnam expectationem, cum tandem aliquando hæres regno potitur, amicos, & familiares ſuos tractat honoribus, & donis dicat plurimis. Sicut enim verè primo vehementiores, & longiores imbres defluere ſolent, ſic etiam Regis beneficentia in primo regni ſui aditu vberior, & copioſior eſſe ſolet. Hæc omnia perfectius quadrant filio Regis æterni Chriſto Domino, ille enim eſt verè lumen de lumine, Philoſ. problem. ſect. 2. qui totam eſſentiam, & vitam beatam Patris perfecti compræhendit, in quo vita erat vita hominum, & omnia quæcunque facta ſunt. Omnis etiam populi Chriſtiani felicitas eſt ex meritis Chriſti Domini, qui quantò tardiùs nos viſitauit oriens ex alto, tantò vberioribus fortunis, & honoribus nos cumulauit. Et amplius honorificabit vita æterna, de qua nos certiores reddidit cum in monte Thabor, vt dicit Euangelium hodiernum ſe transfigurauit, cum facies eius reſplendiut, ſicut Sol ita vt de eo verè dici poſſit, quod in luce filij æterni Chriſto Domino eſt vita, vita æterna, & omnium bonorum poſſeſſio. Ad hanc ergo lucem nos inuitat ille, qui (vt in præcedenti Dominica dictum eſt) ieiunauit 40. diebus &c. nos inſtruendo, quòd tantum ſplendorem, & lucem. per ieiunia, mortificationes, & tribulationes nobis perueniendũ ſit. Sed conſideremus attentius hanc lucem filij regis, quæ nobis in hodierno Euangelio proponitur vt tanto præmio animati, alacrius in incæpto ieiunio procedamus, vbi etiam intelliga-

B mus qualiter in luce ſtultus regis vita eſt, vt dixit Salomon.
Matth. 16 Quoniam dominus dixerat. *Sunt quidam de hic ſtantibus,*
v. 28. *qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis in regno ſuo*; ideò poſtquam ſuſius de morte, & paſſione ſua eius diſſeruit, exhortando eos ad baiulandam crucem poſt ſeipſum, elapſis ſex, vel octo diebus. ASSVMPSIT PETRVM, ET IACOBVM, ET IOANNEM FRATREM EIVS volens implere de ſui regni viſione, quod promiſſerat, vt ita prælibarent aliquantum futuræ beatitudinis gaudia, quando videbimus eum ſicuti eſt, & præmium mortis, & mortificationis intelligerent, quòd in luce filii Regis æterni vita inueniatur.

Lucas dierum meminit octo. Matthæus verò, & Marcus ſex, dies enim medios poſuerunt, Lucas verò duos extremos connumerauit, & illum ſcilicet, quo Chriſtus locutus eſt: & illum quo in monte eſt transfiguratus. Quoniam verò pro fidei confirmatione quibuſdam gloriam ſuam manifeſtare voluit, ideò elegit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, qui gloria ſua conſpectæ, magis idonæ teſtes apud cæteros Apoſtolos eſſent futuri. Tres elegit, vt in ore duorum, vel trium ſtaret omne verbum. Illos autem elegit, quos ſemper inter Apoſtolos primo loco habuit, & qui familiarius ſibi adhærebant. Propterea, & maiore arcanorum Chriſti cognitione donati ſunt, vt certiores eſſent teſtes dominicæ reſurrectionis alioſque confirmarent. Iacobus iſte non fuit ille, qui dictus eſt frater domini, cuius Epiſtola eſt vna ex Canonicis, ſed frater Ioannis ſic enim ſcribit S. Euangeliſta ASSVMPSIT IESVS PETRVM, ET IACOBVM, ET IOANNEM FRATREM EIVS, quibus adhuc in corpore mortali ſe
S. Hier. glorioſum oſtendit ne (vt inquit Sanctus Hieronymus) opprobria timerent crucis. Multum autem hi tres præſtabant cæteris Apoſtolis; quia in Petro ardet zelus fidei, feruidus amore in Chriſtum, & honor prælaturæ enitet; in Iacob autem primatus martyrij inter Apoſtolos, contemplationiſque ſublimitas cum fidei conſtantia coniuncta, maximè effulget. In Ioanne verò virginitatis decus, cuſtodia virginis matris, atque charitatis mirat inſigne.

Hos ergo aſſumpſit, & duxit eos in montem excelſum
S. Hier. dictum Thabor qui (vt inquit Sanctus Hieronymus) ſitus eſt in campis Galileæ, rotundus, atque ſublimis, & ex omni parte finitur æqualiter. Item in libro de locis Hæ-
Ioſephus braicis; Thabor (inquit) terminus eſt Zabulon. Ioſephus teſtatur altitudinem montis eſſe triginta ſtadiorum; in vertice autem viginti ſtadiorum planitiem; ſunt in eo adhuc ruinæ palatiorum; & turrium, quæ hodie leonibus, & beſtijs latibula exhibent, diſtat à Nazareth duobus leucis verſus orientem. Plures porrò cauſæ aſſignari poſſunt, quare non alios niſi iſtos tres aſſumpſit Chriſtus. Nam, & cæteris erant magis virtuoſi, & magis capaces gloriæ, & à Chriſto magis dilecti, & inter priuatos computati.

In quo edocentur Principes, quod non peccant contra iuſtitiam, ſi habeant aliquos priuatos, cum quibus ſæpius conuerſentur, & familiarius tractent, modò tales eligant, qui cæteros prudentia, & virtute ſuperent; qui ſunt magis capaces honorum, quemadmodum hic accidiſſe videmus, vbi tres priuati, ſeu amici particulares maioris virtutis, & meriti electi ſunt, & aſſumpti ſeorſum. Et quanquam magna ſit differentia inter aſſumptionem Domini Sancti Iſrael regis noſtri, & aſſumptionem ad dignitatem regum temporalium, quia Sanctus Iſrael Deus noſter facit dignos amicitia ſua, reges autem terræ præſupponunt, vel ſaltem præſupponere debent, dignos eſſe ſua amicitiæ omnes illos, quos ad ampliſſimas euehunt dignitates: nihilominus tamen, quia difficile eſt iudicare, qui ſint amicitia regum digni, ideò attendant in electionibus, & aſ-
Auguſt. ſumptionibus ſuis ad doctrinam Sancti Auguſtini, ſi errare nolunt. Hic duos diſtinguit amores, vnum, qui ædificat rempub. Dei, alterum, qui ædificat ciuitatem Babylonis, ſeu confuſionis: Babylon enim confuſio interpretatur. Ille eſt amor amicitiæ, nimirùm cum quis diligit Deum, & Rempub. vſque ad contemptum ſui, hic autem quis diligit ſe vſque ad contemptum Dei, & boni communis, vocaturque amor concupiſcentiæ. Ex hac amoris diuiſione intelligent Principes, quales priuati ab eis eligendi ſunt, & priuati eorum quales eſſe debeant. Si enim Reipublicæ, & Principi deſeruiant ex amore amicitiæ ſi omnia in bonum publicum dirigant, ſi ſint diligentes, fideles, boni cenſendi ſunt: ſin autem omnia in ſua commoda conuertant ad ditandos conſanguineos, &c. vituperabiles. Si etiam Principes eo fine eligant priuatos, & aſſumant, vt ſibi ſint in auxilium ad ſuccurrendum neceſſitatibus Reipublicæ, & ſatisfaciendum obligationi ſuæ in expediendis negotijs, quemadmodum hic, finis eſt bonus, & procedit ex amore amicitiæ, ita quoque media eligenda bona erunt. Bonitas.n. mediorum ex bonitate finis C
procedet. Nam impoſſibile eſt aſſequi bonum finem per media mala. Quod ſi eo ſolum animo eos aſſumant, vt voluntati eorum pareant, ad congregandas diuitias, ad augendos luxus, quemadmodum finis malus eſt, procedit enim ex amore concupiſcentiæ, ita & aſſumptio mala eſt. Ex amore amicitiæ proceſſiſſe putandum eſt electionem Ionathæ, vt eſſet amicus Dauid; electionem Danielis in Babilonia; Ioſeph in Ægypto; Naaman apud Aſſyrios; per illum enim dedit dominus ſalutem Syriæ, erat enim vir fortis. Item electio Zabud filij Natham, de quo inquit ſcriptura. *Zabud filius Nathan amicus regis.* Inter tot principes maieſtatis regis Salomonis, ſoli Zabud nomen 3. Reg. 4.
priuati datum eſt. Ex quo vlterius aliquis concludere poterit, non plures, ſed vnum ſolum priuatum, Principes ſibi aſſumere debere, quod etiam & ipſum nomen priuati innuere videtur. Priuatus enim, eſt idem, quod intimus amicus. Huius opinionis videtur fuiſſe apud Romanos v. 5.
Saluſtius Criſpus priuatus Tiberij Imperatoris, nam is Saluſtius
cum fingeret ſe nolle acceptare imperium, affirmans ſe ſolum, non poſſe tantum munus in adminiſtrare, vt animum eorum expiſcaretur: reſpondit Saluſtius, vnum ſolum coadiutorem imperij aſſumendum eſſe, qui ſit tanquam alter Ioſeph, & viceregx: ſi enim ſint plures, paſſionibus, competentia, & inuidia imperium perturbabunt; ſed reiecta eſt opinio illius ab iis, qui vnitatem in Rege laudabilem affirmarunt; in officialibus verò pluralitatem vnitate eſſe laudabiliorem certum eſt. Si enim Moyſes ad gubernandum vnicum populum per modum exercitus ordinatum ſufficere non potuit, niſi ex mandato Dei plures priuatos in auxilium aſſumeret, quid dicemus de imperio quod plures nationes, regna, prouincias continet? Accedit quod ſi plures ſint, æmulatione virtus eorum magis, ac magis eluceſcet, & quilibet cautè aget timens, ne in locum illius alter ſubrogetur. Non obeſt igitur bonæ gubernationi pluralitas priuatorum, quia & Chriſtus plures aſſumpſit ſecum Apoſtolos, modò tales eligantur, & ſic eligantur, vt dictum eſt. Criſpus.

Verùm enim verò non carent myſterio (quod poſt ſex dies) facta prius exhortatione de acerbiſſima paſſione ſua, & promiſſione gloriæ eos aſſumpſiſſet: per hos enim ſex dies ſignificatur hebdomada vitæ humanæ; vnde qui ſex diebus baiulat crucem Chriſti per pænitentiam, ſeptimo transfigurabitur in gloria, vbi die dominicus poſt feriarum, & laborum dies eluceſcet: Sex diebus creabit, & ornauit Deus hoc totum vniuerſum, & ſeptimo ad opere, Gen. 2.
quod patrarat ceſſauit. Sex dierum ſpatio colligebant manna Iudæi, & ſeptimo non pluit illis manna; ſerui Hebræorum ſex annis ſeruiebant ſeptimo libertate donabantur; ſex annis ſeminabant agros Hebræi, & ſeptimo ab Origen.
opere ceſſabant; omnia hæc innuebant, ſex diebus vitæ ho. 13.
noſtræ nobis laborandum eſſe, vt die ſeptimo ab opere Hier. ſup.
quieſcere in gloria valeamus. Niſi fortè velles dicere, ſex Iſai. 6. &
dierum numero ſignificari ſex ſcalas, quibus anima aſcen- Ezec. 40.
dit in montem perfectionis, vt ſoli Deo adhæreat. De Izichus
quibus fusè Sancti Patres, ſunt autem obdormitio lique- Leuit. 5.
ſcens; ſilentium internum; caligo transformans; puritas Greg. ſu-
eleuata; quies in dilecto; Adhæſio fixa: de his vide Ori- per Ezec.
genem ſuper Matthæum, Hieronymus, Gregorius, Glo- Ho. 3. &
ſam &c. Quemadmodum enim dum Princeps aliquis quie- 14. & 30.
te perfrui vult, cuſtodes domus quieſcere iubet, ita dum Mor. 24.
anima in Deo quieſcere exoptat, fores ſenſuum exterio- Glo. ſup.
rum, Exod. 20.

Digitized by Google

rum, & interiorum clauduntur, potentia quieſcunt, & ſic de alijs. Hæ ſunt ſex alæ Seraphini; hi ſunt ſex panes propoſitionis, hi ſunt ſex dies, quibus anima aſcendit in montem Thabot, vt cum Chriſto transfiguretur de quibus conſulas ſupra dictos Patres, ſic enim cum Chriſtu aſcendendum eſt, vt inquit Euangeliſta IN MONTEM EXCELSVM SEORSVM de quo ſcriptum eſt. *Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt, tum brachium cum potentia.* Hermon, qui eſt mons in terra Iordanis exiguus, ſignificat montem Caluariæ, vbi brachium, & potentiam ſuam Deus manifeſtauit, potentiam diaboli infirmitate, & paſſione ſua deſtruens, vbi paſſus eſt in carne humana, & paſſione ſua deuicit portas inferni. Mons itaque Hermon, mons eſt paſſionis; mons autem Thabor, mons gloriæ. In monte Hermon inter latrones crucifixus eſt: in monte Thabor, inter Patres Prophetarum apparuit glorioſus; in monte Hermon facies eius fuit velata, & ſputis deturpata, in monte Thabor reſplenduit, ſicut ſol; in monte Hermon proprijs veſtibus exutus, in monte Thabor veſtiméta eius facta ſunt alba, ſicut nix: in monte Hermon blaſphematus à peruerſis, in monte Thabor voce de nube delapſa à Patre filius Dei declaratus. Mons igitur Hermon eſt mons paſſionis; mons autem Thabor eſt mons gloriæ, vbi transfiguratus eſt. Sed nemo putet (inquit Hieronymus) priſtinam eum formam, ſeu veritatem amiſiſſe corporis, ſed ſicut ſol vbi ſubſtantia non tollitur, ſed gloria commutatur. Sicut inquit Euangeliſta. TRANSFIGVRATVS EST ANTE EOS.

Pſal. 88. v. 13.

Hieron.

Multiplex autem eſt transfiguratio, quędam ficta, quędam vera, alia eſt transfiguratio vana, quæ, & mundana, alia eſt transfiguratio Chriſtiana vera, & perfecta, transfiguratio ficta eſt propriè hypocritarum, quæ in ſola apparentia extrinſeca conſiſtit, ieiunant enim extenuantes facies ſuas, demiſſo vultu incedunt, orant, eleemoſynas largiuntur, & multa bona alia faciunt, non alia certè intentione, niſi, vt appareant hominibus virtuoſi, &c. Vana verò, & mundana transfiguratio eſt, cum aliquis ſe oſtentare volens, eo animo à vicinis mutuat veſtes, ſexigas, pecuniam, famulos, vt ex tali aſſiſtentia appareat magnus, qui ex natura ſua alijs eſt æqualis, iuxta illud Diui Auguſtini *Remota iactantia, quid ſunt omnes homines, quàm homines?* Transfiguratio denique Chriſtiana eſt, quæ à propria erumpit conſcientia, cum per pænitentiam reformatur anima, & corpus; hic per gratiam: in futuro per gloriam: Ideò, & Chriſtus Dominus poſt orationem transfiguratus eſt; nam dum oraret facta eſt ſpecies vultus eius altera (inquit Euangeliſta) & poſt prædicationem pænitentiæ transfiguratus eſt; vtrumque enim habet vim transfigurandi, & oratio, & pænitentia. Oratio quidem, quia in oratione animus diuinis radijs illuſtratur, & mediante calore Spiritus Sanctus transfiguratus, iuxta illud, Aſcendit fumus incenſorum de oratione ſanctorum, quod non ſolùm intelligitur de incenſo, quod offertur, ſed de hominibus incenſis, per feruorem orationis, & contemplationem rerum ſupernarum. Quemadmodum enim mare creſcit, & decreſcit ex cælorum influentia, ita feruor, qui transfigurat hominem creſcit, & decreſcit ex influentia gratiæ Dei. Pænitentia item vim transfigurandi habet: ſi enim peccata habent tantam vim, vt ex hominibus bruta faciant, quomodo pęnitentia non poteſt ex hominibus, quos peccata, & mores vitioſi in bruta conuerterũt efficere Angelos? Refert Pierius in Britania, eſſe quemdam fluuium, in cuius rippa excreſcunt arbores, ex quorum filijs in aqua decidentibus aues generantur. Nam dùm folia arborum vento agitantur, cadunt in aquam, & ſucceſſu temporis creſcunt, & plumis veſtiuntur, ac tandem in aues transmutantur. Et in Polonia aues reperiuntur, quæ ex niue procreantur, vnde, & nomen accipiunt. De hominibus dixit Iob, quod ſunt ſimiles folijs. *Contra folium, quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam.* Si ventus moleſtiarum perſecutionum, hæc folia, ac flores rapiat, & in fluuium lachrymarum deijciat, conuertuntur in candidiſſimas aues, creſcunt eis plumæ, volant, vt Angeli, quia in Angelos transfigurantur. Sed hic aduertendum eſt, nimirum transfigurationem perfectam hominum in Angelos per gloriam, in valle huius mundi expectandam non eſſe, ſed in monte beatitudinis æternæ, ideòque Chriſtus in monte transfiguratus eſt; Præſentis vitæ tempus eſt vallis lachrymarum, non eſt ſpes in hac valle perfectæ retributionis, & gloriæ. *Sufferentiam Iob* (inquit Apoſtolus) *audiſtis, & finem Domini vidiſtis*, non ſatis erat Apoſtolo ad patientiam exhortanti exemplum Iob adduxiſſe, ne quis putet, quod quemadmodum poſt patientiam Iob fuit repletus bonis, & multiplicauit Deus omnia bona ipſius, atque ſingula, quę malitia diaboli amiſerat, multo cum fænore illi poſt reſtituit: ita in hac valle in monte Hermon retributionem expectemus, ſed etiam neceſſe illi fuit adducere in exemplum Chriſtum, qui finem patientiæ habuit mortem, poſt mortem autem gloriam reſurrectionis, & exaltationem ſui nominis. Et ſanè in hac vita non eſt conueniens coronari militem chriſtianum, vt dixit quidam: nam cum tempore Lucij ſeptimi, & Marci Aurelij Imperatorum fuiſſet aſſignatum præmium vniuerſale militibus, vt quilibet eorum acciperet coronam, & in capite geſtaret, quæ dicebatur Laurea Caſtrenſis, quidam miles Chriſtianus, coronam ſibi ab Imperatoribus oblatam in capite geſtare noluit, ſed in manu, dicens, illicitum eſſe homini Chriſtiano in hac vita coronari, & in capite coronam geſtare in præſenti vita, quod eſt proprium beatorum in cæleſti gloria triumphantium, non viatorum. Portio quidem aliqua id eſt prælibatio futuræ gloriæ quædam, obtineri poteſt in hac vita, ſed perfecta retributio non eſt expectanda.

Aug. de ciu. 5. c. 6.

D

Piet. lib. 26.

Iob. c. 13. v. 25.

Iob. 5. v. 11.

Pulchrũ de quędã milite Chriſtiano.

De glorioſo Patre noſtro Sancto Franciſco legitur, quòd cum quadam die præ frigore intentiſſimo planè ſemimortuus videretur, nec ob paupertatem haberet veſtes, quibus contra tantum frigus remedium ſibi afferre poſſet, quidam illudebant ei dicentes: Franciſce quanti venderes vnam guttam ſudoris, quo nunc ſudas? reſpondit ille nullum theſaurum eſſe in mundo, quo ſufficienter vna hæc ſudoris gutta ſolui poſſit; innuere volens, nulla abundantia terrena minimum quid, quod pro Chriſto ſerui eius patiuntur ſolui poſſe; mica, vel particula haberi poteſt remunerationis, tota remuneratio nequaquam, ideò, vt inquit Euangeliſta. RESPLENDVIT FACIES EIVS SICVT SOL. Lucas clarius expreſſit. *Et facta eſt* (inquit) *ſpecies vultus eius altera.* Non dicit faciem ei aliam factam eſſe.

S. Franciſcus.

Lucæ 9. v. 29.

Huius metamorphoſis, ſeu transfigurationis meminit Apoſtolus Petrus: *Non doctas* (inquit) *fabulas ſecuti, notam vobis facimus domini virtutem, & præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis.* Senſus eſt: potentiam Chriſti, & quid poſſit beneficium eius; quidque præſens in hac vita egerit, non docui ex meo ingenio confictis fabulis, ſicut poetæ docuerunt Iouem conuerſum in taurum, & huiuſmodi figmenta mitha, ſed quę vidi, quę coram inſpexi, quę animaduertis, hæc tradidi vobis. Cyprianus dum (inquit) momentaneus fuit ille decor faciei Chriſti imaginem non ſpeciem; ſimilitudinem non ſubſtantiam, partem non plenitudinem transformationis mirificè explicauit. Damaſcenus. Aliter (inquit) facies Chriſti ſplenduit, aliter facies Moyſis: claritas enim faciei in Moyſe aliter aduenit extrinſecus, ex colloquio ſcilicet cum Deo; claritas verò vultus Chriſti, ex innato lumine diuinitatis, vel ex beatitudine animæ Chriſti, quæ ab initio conceptionis ſemper beata extitit, ex diſpoſitione diuina, non diffundens in corpus radios ſuæ beatitudinis: ſed tunc temporis permiſſum eſt, vt in corpus ſuam gloriam diffunderet, ſicut etiam diffundet reſuſcitatis ſanctorum corporibus, cum illis poſtea permãſuram veluti qualitatem naturalem: in Chriſto autem nunc fuit tranſitoria paſſio. Porrò hæc claritas faciei Chriſti, adeò totum corpus lucidum effecit, vt veſtimenta eius viderentur eſſe candida, & fulgentia ſicut nix, vel (vt Græci dicunt) ſicut lumen. Claritas autem Moyſis velamine oppoſito non tranſparebat, ſed in ſola facie relucebat. Fuit ergo claritas faciei in Chriſto, claritas gloriæ, quantùm ad eſſentiam pertinet, non autem quantùm ad eſſendi modũ, quia fuit paſſio tranſiens: dos autem eſt qualitas manens, & quaſi connaturalis; igitur illa claritas, an dos dici poſſit, dubitant nonnulli. Cæterùm gloriæ claritas corporis glorioſi, ex affluentia animæ glorificatæ emanant, quæ corpori Chri-

E

Petr. 2. c. 1. v. 16.

Cyprian. ſerm. de Reſurrectione.

Ioan. Damaſc.

ri Chriſti dempta non fuit,ſed non ſemper vtebatur ea, vt
noſtræ ſalutis opus abſolueret, redimeretque nos ab omni
iniquitate. Quemadmodum enim lucerna clauſa, lumen
abſcondit, & ſpongia aquam continet, ita abſcondita fuit
gloria in anima Chriſti,quod ſi lucerna aperiatur,& ſpon-
gia exprimatur,illa lumen, hæc aquam effundit; ſic gloria
Chriſti erupit. Sed hæc de re audiamus quæſo S. Auguſti-
Aug.li.3. cap.10. de mirabilibus ſacræ Scripturę num. Licet (inquit) in hac oſtenſione Domini facies ſo-
lari ſplendore fulget,non tamen ipſa caro ſplenduit,ſed di-
uinitas latens in corpore, luminis ſui particulam foris vi-
dentibus,quantum fas erat capere conceſſit. Vnde ergo ve-
ſtimenta candorem niuis habuerunt cum neque de carne,
neque de diuinitate erant? Niſi fortè ſicut caro illumina-
ta eſt,per diuinitatem, ſic & caro diuinitate illuminata per
veſtimenta radiauit, hæc ille. Ex quo intelligimus totam
illam faciei claritatem, ab auguſtiſſima diuinitate Chriſto
fuiſſe attributam. De hac vtique transfiguratione comme-
2.Cor.3. v.18. morat Apoſtolus. *Nos* (inquit) *reuelata facie transforma-
mur in eandem imaginem, à claritate in claritatem tanquā à
Domini ſpiritu.* Nos inquam dono gratiæ Dei libertatē con-
ſecuti ſumus, & per fidem gloriam Dei ſpeculamus,ac tan-
quā ſpeculum ſoli expoſitum, in eandem imaginē transfor
mari ſperamus, vt ſimiles inueniamur tranſacta hac vita,
imagini gloriæ Chriſti à claritate in claritatem,quia ex cla-
ritate Dei reſultat claritas in animabus noſtris. Ideò ſicut
Moyſes tractaturus cum hominibus velabat faciem, cum
Deo autem conuerſaturus reuelata facie loquebatur, ſic
nos quandò cum hominibus conuerſamur velare faciem
debemus, ſed cum Deo loquuturi, reuelata facie inuenia-
1.Io.c.3. v.2. mur. *Scimus* (inquit Ioannes) *quia cum apparuerit ſimiles ei
erimus, tanquam à Domini ſpiritu.* Et reuera vltra Solem
refulget anima ſpiritu perpurgata, ac non ſolum intuetur
gloriam Dei, verùm etiam indè recipit ſplendorem quem-
dam non aliter, quàm ſi argentum ad Solis radios expoſi-
tum emittat,& ipſum radios,non ſolùm ſuaptè natura,ve-
rùm,etiam ex ſolis fulgore. Similiter,& anima repurgata,
argento facta lucidior, accipit radium à gloria ſpiritus, &
hunc viciſſim ex ſe emittit. Vel quemadmodum ſpeculum
expoſitum ad ſolem, non ſolùm in ſe recipit lumen ſolis,
ſed etiam ex ſe radios emittere videtur, & hoc totum fit à
Domini ſpiritu,quia hic ſpiritus transformat nos hic non
ſinit nos conformari huic ſæculo, hic eſt opifex huius crea
turæ. Itaque dilectiſſimi reuelemus nos faciem noſtram,
vt reuelata facie ſpeculemur, in eandem imaginem tranſ-
formari. Aſcendamus in montem, Dei verbum deprece-
mur,vt in ſpecie,& pulchritudine ſua appareat nobis, &
nos quoque in veſtimento cādido coram ipſo appareamus,
cuius, vt inquit Euangeliſta VESTIMENTA FACTA
SVNT ALBA, SICVT NIX.

Similitudo eſt,non proprietas, candidiora enim fuerunt
veſtimenta Chriſti,quàm nix,hac tamen comparatione ad
niuem candor exprimitur, quia nihil candidius niue eſſe
videtur. Nam quemadmodùm cum dicitur reſplenduit fa-
cies eius, ſicut Sol; non eſt exiſtimandum, quòd ita lucida
fuerit,ſicut Sol;,imò lucidior,quòd ex eo patet,quia de ſan
Matth.13 v.43. ctis dicitur. *Fulgebunt iuſti,ſicut Sol.* Si ergo ſtellæ erunt
lucidæ, vt ſol, ſol qui eſt fons luminis, quanto lucidor erit?
ſic ſi ſancti erunt lucidi, vt ſol certè Chriſtus erit ſole luci-
dior, ita quoque veſtimenta eius facta ſunt niue candidio-
Pſal.103. v.1. ra,ita vt de illo dici poſſit, *Domino Deus magnificatus es ve-
hementer. Confeſſionem,& decorem induiſti amictus lumine,
ſicut veſtimento*, quod dupliciter interpretari poteſt. Im-
primis per confeſſionem intelligendo orationem: vt peni-
tentis ſic enim Chriſtus poſt orationem, vt ſupra dictum
eſt,& poſt prædicationē penitentiæ transfiguratus eſt. Vel
per confeſſionem diuini ſplendoris,& candoris Chriſti ma
nifeſtationem: Candor eſt enim lucis æternæ Chriſtus, &
ſpeculum ſine macula: hoc prædicandum eſt, & homini-
bus manifeſtandum,& confitendum,atque gratiæ agendę
Chriſto, quòd propter nos hunc diuinitatis candorem in
anima ſua reprimere,& cohibere voluit, vt pænas tormen-
ta, & mortem pro ſalute noſtra ſubiret: reliquit ſummam
gloriam,vt aſſumeret ſummam confuſionem;reliquit cor-
poris glorificationem,vt aſſumeret mortificationem: &
nos quid facere decet,niſi vt relictis voluptatibus, & cre-
bris carnis flagellis, & ieiunijs affligamus corpora no-
ſtra. Meritò autem Chriſtus dicitur candor lucis æternæ:
candidus enim eſt mente, candidus veſte, & imitatorē eius
Chriſtianum populum quid aliud decet, niſi candor con-
ſcientiæ,candor mentis candor in verbis,& operibus; quid
enim prodeſt candor veſtimenti, ſi adſit ſimulatio mentis,
& deceptio in verbis,& in operibus caliditas,& mendaciū.
Sed quoniam maieſtas principis non ſolùm ex veſtiū ſplen
dore dignoſcitur,ſed etiam ex aulicorum, & ſeruorum ag-
mine: ideò inquit Euangeliſta, ET ECCE APPARVE-
RVNT EIS MOYSES, ET HELIAS CVM EO LO-
QVENTES.

Quoniam apud turbas communis ſermo diffamatus fue
rat, & pro perſuaſo habebant Dominum Ieſum Heliam
eſſe,aut Hieremiam,aut vnū ex prioribus Prophetis: Pro-
pterea dominus adduxit Heliam, vt huiuſmodi erroneam
opinionem ex eorum mentibus eximeret. Deindè quia in-
cuſabant eum ſcribæ de tranſgreſſione legis,ideò Moyſen,
& Heliam, huic digniſſimæ transfigurationi voluit inte-
reſſe,vt ſic fidem faceret,ſe nō eſſe violatorem legis, quam
Moyſes,& Helias præcipui prophetarum, ac maximi zela-
tores legis tantoperè colerent; Moyſes enim nō fuiſſet paſ-
ſus ſuam legem conculcari, nec præuaricatorem legis vn-
quam coluiſſet. Helias quoque,qui tantùm pro gloria Dei
zelauit non aſtitiſſet ei, qui dicebat ſe verum Dei filium eſ-
ſe, niſi naturalis, & ingenitus Dei filius fuiſſet. Ad hæc
omnia illud adijci poteſt,vt tàm mortis, quàm vitæ Domi-
nus expreſsè probaretur,qui & Moyſen mortuum, & He-
liam,qui nondum id paſſus eſſet in medium produxit.

Inſuper,vt qui formidabant conſolarentur,ac ſublimius
erigerentur. Non enim tacebant, ſed loquebantur cum
Ieſu de gloria, quam completurus erat in Hieruſalem; de
cruce vtique per quam clarificandus erat filius hominis.
Propterea ideò Moyſes,& Helias adducti ſunt,quia ob eo-
rum inſignia facta miracula à Iudæis maximè honoraban
tur,& ſuſpiciebantur: & in his duobus continebatur verus
teſtamentum, in duobus enim mandatis vniuerſa lex pen-
det,& Prophetæ. Porrò Petrus qui iniquè ferebat mortem
Domini, audiuit hos duos grauiſſimos teſtes loquentes
cum Ieſu, de exceſſu, ſiue morte quam in Ieruſalem ſubi-
turus erat. Confirmandi enim erant Apoſtoli Moyſis, &
Heliæ auctoritate, vt non abhorrerent à paſſione Domi-
ni futura, quam Prophetæ longe antè prædixerant. De-
nique idcircò vocauit Moyſen, & Heliam, non verò alios
(vt ait Chryſoſtomus) vt Petrus qui illic aderat, & futu- Chryſ.
rus erat prælatus, & paſtor Eccleſiæ, acciperet exemplum
in Moyſe,& illum imitaretur, qui adeò bonum commune
dilexit, & populum ſibi commiſſum, vt vellet potius vi-
tam,& populi ſalutem,quam ſalutem ſuam; dicebat enim
Domino *Dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro,quem* Exod.32
ſcripſiſti. Adducitur ergo Moyſes, vbi erat Petrus, ac ſi v.32.
Chriſtus diceret ei. *Inſpice, & fac ſecundum, exemplar,quod* Exod.25.
tibi in monte monſtratum eſt. Sed dubium eſt in quali cor- v.40.
pore Moyſes viſus fuerit. Referam ſententiam Auguſti- Aug. lib.
ni. Vbi aſſerit ex mortuis quoſdam mitti ad viuos; nam de cura
Samuelem Sauli apparuiſſe Scriptura affirmat; Liber quo- agenda
que Eccleaſtici dicit Samuelem mortuum prophetaſſe; Deu pro mor-
teronomium refert Moyſen mortuum eſſe: Euangeliſtæ tuis c. 5.
verò referunt eum cum Helia in mōte apparuiſſe,qui mor Eccl. 26.
tuus non erat. Multos, igitur non ſolùm ipſis hominum G
aſpectibus in ſomnijs, verùm & in vigilia apparuiſſe me-
moriæ proditum eſt. Quomodo autem fiat huiuſmodi ap-
paritio Sanctorum, an in propria ipſorum perſona, an per
Angelorum miniſterium,in eorum perſona iuſſu Dei appa
rentium,non eſt curioſè inquirēdum: quandoquidem rem
altiorem eſſe fatetur. S. Auguſt. quam vt à ſe poſſit intel-
ligi. Itaque apparuerunt Moyſes,& Elias, vt qui in mon-
te Oreb poſtquam ieiunaſſent quadraginta diebus vide-
rent gloriam Dei in monte Thabor viderent faciem Chri-
ſti fulgentem. Feruenti quippè ſtudio,& ſæpius quæſiuit
Moyſes videre faciem Domini, vt refert liber Exodi. He-
lias quoque cum eſſet in ſpelunca, & tranſiret Dominus
antè eum pallio faciem ſuam texit. Quare par erat, vt
deſiderium Moyſis compleretur, & pallium à facie Eliæ
amoueretur &c. Magna ergo Maieſtas huius regis appa-
ruit,

Digitized by Google

uit, vbi & Patres prophetarum, ac veteris teſtamenti capita, & Principes Apoſtolorum apparuerunt: de cælo Sanctiſſima Trinitas innotuit, de terra humanitas glorioſa ei aſſiſtit in veſtitu deaurato. Sed qualis fuit conuerſatio eorum cum Chriſto, & qui ſermones? Sanctus Marcus nihil de eo dicit, ſed S. Lucas, ſic ait *Dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem*. De traditione, flagellatione, coronatione, morte, ſepultura Chriſti loquebantur. Mirabile ſanè, tempore iucunditatis, & gloriæ, de materia triſtitiæ, & doloris plena. Cognoſcas indè, quàm varij, & mixti ſunt omnes huius vitæ honores, & iucunditates, in qua non licet inuenire perfectum, & purum gaudium, ſed omnia infecta ſunt infinitis miſerijs: Quod etiam voluit Dominus hic innuere, vbi cum vellet aliquantum gloriæ corpori impertiri, tam acerbæ paſſionis recordationem non prætermiſit, voluitque contra communem mundi conſuetudinem triſtitia iucundis immiſcere. Scribitur quod quidam in conuiuio accumbebat igni vicinior, ita vt ima veſtis adureretur ei id animaduertens è conuiuis alius, Habeo (inquit) quòd tibi nunciem, tum alter: ſi quid (inquit) triſtius eſt nolo audire, in conuiuio, vbi conuenit feſtiua, lętaque eſſe omnia. Non eſt (inquit) admodum lætum: Mox alter. Poſt conuiuium (inquit) feria, vbi cænatum eſſet hilariter. Nunc (inquit) dicito quicquid voles, tunc oſtendit illi veſtem à tergo enormiter aduſtam. Ibi ſtomachari cępit, quod non admonuiſſet in tempore, volebam (inquit) at tu vetabas, *ὡς ἀκαιρὸς ἀπαρρησία*. Non eſt talis Chriſtus Dominus tempore iucunditatis de paſſione loquitur, & tormentis. Nec mirùm, quia communiter homines de eo ſæpius loquuntur, quòd maximè deſiderant, & quod ſummè æſtimant.

Lucæ 9. v.31.

Eraſmus in Adagijs.

Nihil autem magis Chriſtus deſiderabat, quàm pati pro ſalute hominum, exaltationem ſui nominis, & glorificationes corporis, ideo iucundum erat Chriſto loqui de paſſione ſua, de exceſſu tormentorum, & dolorum, quod ex exceſſiuo planè amore erga nos procedebat, ex exceſſiuo inquam ex parte noſtri, non ex parte illius, quia tantam bonitatem tantus amor decebat: Iucundum quoque erat Moyſi, & Eliæ de hoc exceſſu paſſionis loqui. Quid enim iucundius captiuo eſſe poteſt, quam de liberatione ſua tractare? Quid iucundius exuli, quam de reuocatione in patriam! Moyſes, & Elias, & captiui dæmonis, & exules à patria cæleſti erant, ideò iucunda erat eis hæc cum Chriſto conuerſatio. Hanc ob cauſam Græci ſic legunt. Loquebantur de gloria, quam completurus erat. Quæ enim maior gloria duci exercitus fuit, quàm liberare captiuos? quæ maior gloria iuſtis, quàm mereri præmia? glorioſius eſt enim accipere cælum per merita, quàm ſine meritis. Quia ergo Chriſtus, & captiuos liberaturus erat, & mereri nobis debuit vitam æternam per paſſionem ſuam, ideò cum loquebantur de paſſione, dicit Græca litera, quod loquebantur de gloria. Vtiliſſima ſanè conuerſatio eſt tractare de exceſſibus, qui communiter fiunt in familijs, & regnis, nihil enim magis euertit familias, & Regna ſicut exceſſus, maximè ſi maiores ſint expenſæ, quàm ordinarij reditus, & perceptæ. Hi exceſſus euertunt imperia, familias, & perſonas particulares: Ideò laudatur prudentia, & diligentia Auguſti Cæſaris, qui propria manu conſcripſit librum, in quo diligentiſſimè omnia regna, & Prouinciæ Romano Imperio ſubiectę conſcriptę erant, numerus ciuium, & militum, tributorum, & redituum, munitionum, & exercitum, ne expenſæ excedant, & ſuperent reditus. Hunc imitatus eſt Philippus ſecundus Rex Hiſpaniarum, qui ſimiliter regni ſui reditus, & expenſas ita computarat, vt vnum non excederet alterum: nam quemadmodum, ſi quis habeat mille florenos annui reditus, & vltra illos mille florenos quolibet anno conſumat decem ſuper mille, tandem paucos poſt annos deueniet ad tantam pauperiem, vt vix illi aliquid remaneat quo ſuſtentetur, quia ſumptus excedebat cenſum. Sic de quolibet regno, & Repub. exiſtimandum eſt: & ideò tales exceſſus citò corrigendi ſunt, de hoc in comitijs, ac Senatusconſulto feriò tractandum: loqui enim de correctione horum exceſſuum, eſt loqui de gloria conſeruatione, & ſuſtentatione Regni. Non ſunt imitandi illi Epicurei, & Atheiſtæ, qui in ſimul congregati nihil aliud loquuntur quotidianis conuiuijs ſe excipiendo, niſi illud Atheiſticum, comedamus, & bibamus cras moriemur, & interim negligentia eorum, immoderatoque ſumptuum exceſſu conſumitur regnum.

Auguſt.

H Philip. II. Rex Hiſpaniarū.

Vtinam verò noſtra ſic celebrarentur comitia, ſicut à Chriſto cum ſuis celebrata ſunt, vbi nulla aderant conuiuia, ſed potius optima, & vtiliſſima habita conſilia, non ibi priuata præuidebatur vtilitas, ſed de publico bono, de ſalute totius humani generis tractatum eſt. Vnicus Petrus inuentus, qui priuata prætendebat commoda dicens, *Domine bonum eſt nos hic eſſe*; ſed non eſt acceptatum ipſius conſilium. Non ſolùm enim ipſe Chriſtus, Rex, & caput comitiorum, ſed etiā Moyſes, & Helias, qui munus, & officium legatorum obibant, contrariam Petro ſecuti ſunt ſententiam, ſuadentes Chriſto, ne ſe in illo monte occultaret, ſed potius, vt Hieroſolymam adiens opus ſaluris noſtræ quantotius conſumaret. Audire placet ſingulorum ſententiam. Prior authoritate Moyſes ita orſus eſt domine dominator cæli, & terræ recordare obſecro, quam ob cauſam de ſinu æterni Patris in vterum virginis matris deſcendiſti, natus in ſtabulo, atque inter bouem, & aſinum in præſepio reclinatus, frigus, & extremam pauperiem tuliſti; ab Herode ad necem requiſitus in Ægiptum fugiſti, in monte Deum Patrem oraſti; in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunaſti; Nonnè hæc omnia in meritum ſalutis noſtræ operatus es. Age ergo propoſitum tuum tàm tibi glorioſum, quàm nobis ſalutare quantotius perficito; noſque è ſordidiſſimo, teterrimoque lymbi carcere glorioſus victor extrahito; te expectant, qui illic captiui tenentur ad te anhęlant? teque vnum verum liberatorem expoſtulant. Hæc Moyſes. Quid verò Helias: Domine (inquit) Agnus es, proindè occidi debes; victima es, ideò in altari crucis omninò offerendus es, totus enim orbis ad interitum præcepit, niſi tu ſuccurras, ſanguinemque pro ſalute humani generis penitus effundas. Audiuit hæc Prophetarum conſilia Chriſtus, audiuit, & Petrus, approbat Chriſtus, reprobat Petrus, ideò ſequitur. Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum. DOMINE BONVM EST NOS HIC ESSE. Ego contrariam ſtatuo ſententiam, meaque opinio, & conſilium illud eſt, ne te neci tradas, ſed in hoc monte læti, & ſecuri commorantes tueamur nos, imperiumque inimicorum frangamus. O quàm malè conſiliarij, & procuratoris munus obibat Petrus, priuatum bonum publicę pręponens vtilitati. Sed non eſt mirùm, ſi in comitijs Chriſti vnus Petrus inuentus tàm ſtudioſus boni priuati promotor, & amator, illud certè maximè admirabile, quod in noſtris comitijs, in magna Procerum frequentia vix aliquando vnum, vel alterum Moyſem, aut Heliam reperire eſt, qui bonum publicum habeant præ oculis. Cæteri omnes ſunt Petri, propriæ vtilitatis fautores, & patroni, vnde tanta aliquando ſuboriuntur iurgia, & diſpenſiones, vt noſtra comitia, conuincia potius, quam comitia dicenda ſint: ſed redeamus ad Petrum, cuius affectum, & intentionem conſiderans Diuus Auguſtinus inquit, O Petre, mundus perit, & tu ſecretum quæris; Neſcis Petre quid dicas. Cæterum ſuadet Petrus Chriſto, vt in Thabor monte commoretur, animo ſcilicet retinendi Moyſen, & Heliam ne diſcederent ab eis, ex horrebat enim mortem, quam à Domino cupiebat auertere: quam etiam ob cauſam volebat in eo monte permanere, ne Chriſtus in mortem abire cogeretur. Noui enim ſpectaculi mirificè delectatur viſione, & quaſi ebrius effectus, omnium quę ſunt in mundo oblitus, mira illius viſionis dominicæ afficiebatur voluptate. In quo maxima differentia hominum mundanorum, qui terrena ſapiunt, ab illis hominibus, quorum conuerſatio in cælis eſt, innuitur. Homines enim terreni vbi abundant temporalibus dicunt. *Domine bonum eſt nos hic eſſe*. Homines autem, quibus cæleſtia ſapiunt dicunt cum. D. Petro. *Dominè bonum eſt nos hic eſſe*.

Videmus communiter, quod ſi diuerſarum nationum homines in vnam vrbem conueniunt Galli, Hiſpani, Itali, Poloni, Germani &c. in multis differunt, quo ad habitum, complexionem, mores, geſtus, verba, ac denique ipſo idiomate, licet aliquæ nationis habeant quãdam ſimilitudiné, quoad idioma, ſicut Itali, Hiſpani, Galli, multa enim verba

expe-

reperiuntur ſimilia in ſermone harum nationum; ſimiliter Germani, Sueccorum populi, Angli, ſimilitudinem quandam habent idiomatis inter ſe; ſic Poloni cum Bohemis, & Sclauis aliquantum conueniunt Nihilominùs tamen inter Arabicam linguam, & Polonicam, inter Hiſpanicam, & Turcicam eſt tanta differentia, vt vix aliquod verbum inueniri poſſit ſimile. Ideò inter has gentes magna eſt diuerſitas, vix enim in aliquo conueniunt, & multò maior inter Pigmæos, & homines ſtaturæ celſioris; nihilominùs tamē omnes populi in duobus præcipuè conueniunt, in geſtu, & conceptibus mentis. Omnes enim per lumen intelligunt id, quod illuminat: per veſtem id, quo veſtiuntur: per alimentum, id quod alit hominem, licet enim hæc diuerſis verbis exprimant; conceptus tamen idem eſt apud omnes, vt docet Ariſtoteles. Pręterea conueniunt in guſtu, omnes enim dicunt, quòd ſaccharum eſt dulce, quòd acetum acutum; quòd ſi inuenientur duæ nationes, quæ etiam quo ad hæc duo, nempè conceptum mentis, & guſtum diſcreparent; iſtæ poſſent dici diſſimillimę. Tales ſunt homines terreni, & Spirituales, diſſimiles etiam in cogitationibus, & guſtu, quàm dulcis, & ſuauis eſt homini contemplatiuo, & contemnenti, atcalcanti terrena guſtus cæleſtium? qui in vno deſerto, vel monaſterio incluſus lætiſſimè dicit. *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* Et quidem amara eidem terrena occupatio, & cum mundanis conuerſatio? Per oppoſitum autem homini mundano amara ſunt cæleſtia, & ſola terrena ſapiunt, quos monet D. Paulus. Non in cubilibus, & impudicitijs. non in commeſſationibus, & ebrietatibus, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, hoc eſt, imitamini, non illum primum hominem terrenum, ſed ſm Adam cęleſtem vitam, conuerſationem eius ſequendo. Imitamini D. Petrum, qui poſtquàm guſtauit cæleſtia contēnendo terrena, dicit. *Domine bonum eſt nos hic eſſe*. SI VIS FACIAMVS HIC TRIA TABERNACVLA, TIBI VNVM, MOYSI VNVM, ET ELIÆ VNVM.

I Hoc eſt. Perpetuò hic maneamus non conſtituemus ſedem, nec aliarum perſonarum quęramus contubernium: Lucas. *Non enim* (inquit) *ſciebat quid diceret.* Erat quippè à Diuino aſpectu conſternatus, & indicibili dulcedine perfuſus, cupiebatque ardenter Moyſen, & Heliam retinere, & mortem Chriſti impedire. Inconſideratè loquebatur, quia præ feruore amoris in Chriſtum tacere non poterat, ignorans quid melius loqui poſſet, Ideòque benè dicitur à Luca non intellexiſſe, quid loquebatur. Intentio ergo erat beatiſſimi Apoſtoli Chriſtum à morte crucis auertere, idque occultè ſugerebat ne iterum vocaretur Satanas. Videbat enim locum, propterea, & in eo perpetuò volebat manere, & tabernaculorum mentionem fecit. Bonum igitur nos hic eſſe, vbi Moyſes, & Helias adſunt, quorū alter domuit Aegyptios, alter verò idololatras perdidit; inſuper locus ſecretus eſt nemo ſciret nos hic eſſe, vbi Moyſes, & Helias quoque adſunt, ſi vis ergo faciamus hic tria tabernacula. Non ſolum affectu (inquit Ambroſius) ſed, & factorum deuotione pollicetur obſequium. Quòd enim ignorabat, conditionis fuit, quòd verò promittebat deuotionis. Lucas hic adfert rationem, quare Petrus volebat facere tria tabernacula, quia ſcilicet Moyſes, & Helias viſi ſunt in maieſtate. Conueniens enim erat, vt Chriſtus ſecum oſtenderet prædicatores ſuos, & cum illis videretur, quibus in reuelationibus erat vſus, atque gloriam eis communicaret, à quibus dominus gloriæ eſt nuncupatus. Bonum eſt nos hic eſſe (inquit Tertullianus) vbi Moyſes, & Helias, faciamus hic tria tabernacula. Et hoc euenit ex nouitate viſionis. In ſpiritu enim homo conſtitutus, præſertim cum gloriam Dei conſpicit, vel cum per ipſum loquitur Deus, neceſſe eſt excedat ſenſus, obumbratus ſcilicet virtute diuina Quomodo enim Moyſen, & Heliam cognouiſſent, niſi in ſpiritu. Nec enim imagines eorum, vel ſtatuas, quas lex prohibebat habebant; in ſpiritu ergo cognouerunt eos. Alij dicunt proprijs nominibus eos Dominum compellaſſe, vel ipſoſmet propria nomina Prophetas protuliſſe. Auguſtinus inquit. *Bonum eſt nos hic eſſe.* Hic moremur, te contemplemur, quia nullo alio indigemus. Sufficit nobis Domine te videre, & tanta dulcedine ſatiari. Vnam enim ſtillam dulcedinis ille guſtauit, & omnem aliam faſtidiuit dulcedinem. Quid putas dixiſſet ſi magnam illam dulcedinem diuinitatis tuæ guſtaſſet, quam abſcondiſti timentibus te? *Guſtate, & videte quàm ſuauis eſt Dominus* ideò redarguitur, & ignorantiæ nota ei attribuitur. NESCIENS (INQVIT) QVID DICERET. Neſciebat quod non erat tēpus quietis, & vitæ priuatæ ei qui nōn propter ſe, ſed propter ſalutem aliorum in ſortem Apoſtolatus vocatus fuit, ignorabat quòd (vt inquit D. Auguſt.) CHRISTIANI SVMVS PROPTER NOS: quod prælati propter alios ignorabat, quod multo maior gloria expectabat illum in retributione lucri animarum. Verumtamen non ex toto ignarus dici poteſt, correxit in quo errare poterat, quia voluntati diuinæ omnia reſignauit, conditionaliter exoptauit. Si vis inquit. Tales, & noſtræ ad Deum poſtulationes eſſe debent: nouit enim Deus melius, quòd nobis expediat, maximè in materia dignitatum, & officiorum. Quam multi hodie ſunt ſimiles vermiculis, qui poſtquam cum ſumma ſolicitudine ſetam fecerint, ſtatim moriūtur; ita plurimi ſunt, qui ſumma cum ſolicitudine officia ſua exercent, non parcentes ſanitati corporis, & tandem laboribus conſumuntur, quia propria voluntate gubernantur, & diuinæ voluntati ſe non conformant, nec dicunt, ſi vis, ſi placet tuæ diuinæ voluntati, aliàs non, exemplo D. Petri, ſed ecce ADHVC EO LOQVENTE, ECCE NVBES LVCIDA OBVMBRAVIT EOS.

Diuini ſpiritus (ait Ambroſius) eſt hæc obumbratio, quæ non caligat in affectibus hominum, ſed reuelat occulta. Pater autem de nube loquitur, ſic ferè (inquit) Chryſoſtomus) ſemper Deus videtur. *Nubes enim, & caligo in circuitu eius.* Pſal. 97. v. 2.
Maximè vbi apparet in gloria, vel loquitur de gloria, tunc autem de gloria loquebantur, quam completurus erat iuxta lectionem græcam, & ideò neceſſarium fuit, vt nubes obumbraret eos. Cum in cruce moreretur, tunc tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, quin minus neceſſarium erat aſpicere cælum, tunc eum in cruce pendebat cælum non aſtris, & ſtellis, ſed vulneribus & ſputis ſplendens. Nunc quoque in monte Thabor rex cæleſtis ſplendet in gloria, ideò nubes obumbrat eos (ne aſpicerent cælum) ſed potius regem cæli aſpicerent, & audirent, Ideò etiam, vt inquit Euangeliſta, ET VOX DE NVBE DICENS, HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS, IN QVO MIHI BENE COMPLACVI. K

Remotis Moyſes, & Helia facta eſt vox. Nullo metu Petre mouearis, oportet enim te illius omnipotentiam non ignorare, ac de reſurrectione certiorem eſſe. Si enim omnipotens eſt pater, proculdubio, & filius omnipotens eſt, filius enim eſt, & filius dilectus; nemo perdit eum, quem amat, Græci ponunt articulum, hic eſt ille filius meus dilectus, *dilectus*: hoc loco nomen eſt, non participium Græci dicunt ἀγαπητὸς, quam vocem interpretes, chariſſimus, explicare ſolent, & plus quidā ſignificat, quàm dilectus. Hieronymus in Epiſtolam Pauli ad Philip. dicit ſignificare diligibilem. Nam dilectus eſſe poteſt, qui tamen non ſit diligibilis, id eſt dignus, qui diligatur, veluti cum inimicos ex mandato Chriſti diligimus. Eſt ergo Chriſtus filius dilectus à Patre, & dignus, qui diligatur, quia tota ſubſtantia Patris eſt in filio, propterea ſubdidit. In quo mihi benè complacui. Εὐδοκία, peculiaris eſt in diuinis literis dictio, qua præcipuus quidam affectus ſignificatur. Et reuera, (vt dicunt Scholaſtici) Deus vnico actu eſſentiali, vult ſibi bonum, diligit ſcilicet ſe infinito amore, quia eius eſſentia eſt infinitum pulchrum, & bonum, amor autem eſt circa pulchrum, & bonum: Deindè infinito amore, tùm quantum ad eſſentiam, tùm quantum ad efficaciam, diligit Dominum Ieſum Chriſtum verum, & legitimum ſuum filiū, Deum verum, & hominem verum. Et quidem quantùm ad æternam generationem ſpectat, totam ipſius eſſentiam ei dedit; quantùm verò ad generationem temporalem, immenſam gratiæ plenitudinem ei communicauit. Cum autem Deus diligat ſe propter ſe, & filius eandem numero habeat naturam cum Patre. Ergo eodem amore diuino, infinito, æterno, & ſe diligit, & filium. Quòd verò ad naturam humanam in Chriſto attinet, eam ſuper omnes creaturas dilexit, quia propinquior, quàm vlla alia natura creata diuinæ maieſtati. Non enim ad menſuram dedit illi gratiam,

Luc. 9.

Aug. Soliloquiorum c. 21

gratiam. Itaque vtriuſque naturæ filius eſt, dilectus filius Dei. Deindè voluit Deus hunc dilectum filium ſuum habere fratres,& cohęredes; ideò præordinauit electos, diſpoſuitque media, quibus ad hanc hæreditatem poſſidendam pertingerent. Poſtremò quia dilexit filium, mundum hunc viſibilem creauit: Ex quo colligi poteſt Deum æterno, & infinito amore, ſe, Filium, & Spiritum Sanctum diligere, quia eſt ſummum bonum,& finis omnium; deindè electos ſuos, poſtea dona gratiarum, quibus electi ad ſuam hæreditatem pertingerent: Ergo à primo ad vltimum, quia pater diligit filium, propterea mundum creauit, & electos prædeſtinauit. Præclara ſunt, & noſtræ fidei conſentiunt, quæ in Dominicæ hodiernæ homilia à S. Leone Papa explicantur. Hic eſt filius meus dilectus (inquit) cui ex me, & mecum eſſe ſine tempore eſt, quia nec genitor genito prior, nec genitus eſt genitore poſterior. Hic eſt filius meus dilectus, quē à me non ſeparat deitas, non diuidit poteſtas, non diſcernit æternitas: hic eſt filius meus non adoptiuus, ſed proprius, non aliundè creatus, ſed ex me genitus, nec de alia natura mihi factus cōparabilis, ſed de mea eſſentia mihi genitus æqualis. Hic eſt filius meus per quē omnia facta ſunt,& ſine quo nihil factū eſt, qui omnia, quę ego, ſimiliter facit,& quidquid operor, inſeparabiliter mecū,& indifferenter operatur. Hic eſt filius meus, qui eam, quam mecū habet æqualitatē, non rapina appetijt, ſed vſurpatione præſumpſit: ſed manens in forma gloriæ meæ, vſque ad formam ſeruilem inclinauit incommutabilem deitatem, vt ad reparandum humanum genus commune conſilium exequeretur; hęc ille &c. Ex quibus datur intelligi, quàm meritò ęterno Patri ſuus filius debeat eſſe dilectus, quando quidem ita per omnia eſt illi æqualis; ſed quæret hîc quiſpiam, quę fuerit neceſſitas, quòd Pater cęleſtis audientibus Apoſtolis tam euidens ſuæ dilectionis in filium ſuum dederit teſtimonium? Reſpondeo crediderim ego hanc fuiſſe potiſſimam, vt Apoſtoli hęc audientes certificati de conditione Magiſtri ſui Chriſti, tenacius illi adhęrerent ipſiuſque ſalutaria dogmata adamuſſim obſeruarent, ſcientes ipſum verum eſſe Meſſiam in lege promiſſum. Idcircò etiam teſtimonio ſeriam adiunxit admonitionem dicens.

Deut.18. IPSVM AVDITE. Hunc audite, quem Moyſes prędixerat audiendum, *Anima, quæ non audierit Prophetam illum, peribit de populo.* Hunc audite, in quo mihi benè complaceo per omnia.& cuius prædicatione manifeſtor, cuius humilitate clarificor, quia ipſe eſt veritas,& vita, ipſe virtus mea,
ad Hebr. 11.v.6. atque ſapientia. Introitus namque ad vitam veritas, & fides eſt, quia *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Qui enim ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum, quia*
Ioan.12. v.48. *ex me ipſo locutus non ſum. Et Qui non credit iam iudicatus eſt:*
Io.3.v.18 *quia non credit in nomine filij Dei. Qui vos audit, me audit; &*
Lucæ 10. v.16. *qui vos ſpernit, me ſpernit; & qui ſpernit me, ſpernit eum, qui miſit me.* Adam quia maluit audire vocem vxoris ſuę, quàm vocem Dei, ideò è paradiſo pulſus eſt,& in vallem lachrymarum proiectus.
Gen.3. Mundus ille prior quia vocem Noè audire noluit multarum aquarum alluuione demerſus eſt. Noè autem illæſus euaſit, quia vocem domini audiuit, eiuſque
Gen.7.& 8. mādatis obtemperauit. Rebecca audiens loquentem Iſaac cum Eſau, admonuit Iacob, vt ad gregem pergeret, cumque ille prętexeret moras; tantum (inquit) audi vocē meam.
Gen.27. Audiuit Iacob vocem matris, & illius pręceptis obtemperans dignus inuentus eſt, qui benedictionem conſequeretur, Eſau autem reprobatus cum eiulatu eijceretur &c.

ET AVDIENTES DISCIPVLI EIVS CECIDERVNT IN FACIEM SVAM, ET TIMVERVNT VALDE. Quòd diſcipuli audientes ceciderunt, infirmitatis eſt humanæ, quòd in faciem ſuam probitatis eſt indicium; Vident enim iuſti, quod cadunt,& reſurgunt: iniuſti autem retrorſum cadunt, & neſciunt quomodo corruunt. *Ideò non reſurgunt impij in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum* non, vt ſtent ſcilicet cum iuſtis, ſed vt præcipitentur in infernum cum reprobis.

ET ACCESSIT IESVS, ET TETIGIT EOS, DIXITQVE EIS SVRGITE, ET NOLITE TIMERE. Acceſſit Ieſus tetigit eos manu, & verbis conſolatorijs alloquens erexit. Iuſtus enim ſi ceciderit, non colliditur; quia Dominus ſupponit manum ſuam. Cæterum acceſſit voce, manu, Apoſtolos ſubleuauit de terra. His enim tribus ſuos electos eleuare conſueuit, ſi in vitium fragilitatis ductu ceciderint, acceſſu gratiæ ſuę ad pęnitentiam incitando, voce interiori, & ſpirituali eos admonendo, vt reſipiſcant, denique manu virtutis ſuę eleuando illos à laqueis Diaboli eruit. LEVANTES AVTEM OCVLOS SVOS, NEMINEM VIDERVNT, NISI SOLVM IESVM. Soli Apoſtoli ſolum Ieſum viderunt, Nam ſolus Ieſus Chriſtus permanet Deus, & homo; lex autem, & Prophetę tranſierunt in Ieſum, quia finis legis, & Prophetarum ipſe ſolus eſt. Solus Ieſus eſt verus amicus qui nunquam deſerit: Ieſus eſt cum diſcipulis in monte Thabor, vt eos animaret ad procurandam, & conſequendam gloriam. Ieſus eſt cum Apoſtolis in horto, vt eos confortaret timore perculſos. Ieſus nunquam ſuos deſerit in morte, & in vita; ſed quomodo viderunt ſolum Ieſum? quomodo enim ſolus eſſe poteſt, qui continet omnia, non ſine cauſa dicere ſolebat S. Franciſcus Deus meus, & omnia, Deus meus,& omnia. Solus ergo Ieſus ſufficit animæ noſtræ, etiamſi cętera pereant,& contemnantur: qui enim habet Ieſum habet gratiam,& vitam, quo nihil melius haberi poteſt. ET DESCENDENTIBVS ILLIS DE MONTE, PRÆCEPIT EIS IESVS, DICENS. NEMINI DIXERITIS VISIONEM, DONEC FILIVS HONINIS A MORTVIS RESVRGAT. Viſionem hanc omnibus propalare prohibuit, ne in paſſione eius infirmi ſcandalizarentur, exiſtimare enim plerique poterant beatitudinem, quæ pro præmio laborum nobis promittitur, tam breui tempore duraturam, non intelligentes, non eo animo fuiſſe illam gloriam præſentatam, vt in ea permaneamus, ſed vt pro ea decertemus; qui ſruſtum panis famelico porrigit, maiorem appetitum in eo ad quærendum panem excitat; ſic Chriſtus Apoſtolis micam gloriæ de menſa beatorum ſpirituum porrexit. Siquidem minimus ex beatis habet maiorem gloriam, quàm fuerit illa in monte Thabor, vt per hoc intelligerent, quàm ſuauis ſit Dominus,& quàm magna gloria domus eius. Cum non per micas,& in menſura, ſed tota ſe effundet gloria in beatos, ad quam nos perducere dignetur. Qui viuit in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Secundæ Quadrageſimæ.

De Paupertate, &c.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum. Matt.17. v.1.
Qui calumniatur egentem exprobrat factori ſuo, honorat Prou. 14.
autem eum, qui miſeretur pauperis. v.31.

A

EDocturus veræ ſapientiæ præceptor Ieſus Chriſtus æternæ beatitudinis viam, à Paupertate orſus eſt: Beati (inquit) pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Semper ipſe peculiarem erga pauperes affectum gerebat. Neque enim Reges, neque Principes euexit in Apoſtolicam dignitatem, ſed pauperes: non Reges, aut Principes Vicarij eius conſtituti ſunt, ſed Apoſtoli pauperculi: non Regibus iam Principibus euangelizatum eſt, ſed pauperibus: *Euangelizare pauperibus mi-* Iſaiæ 61.
ſit me. Non Regibus, aut Principibus cōmiſſum eſt Euan- v.1.
gelizandi officium ſed pauperibus: *Pauperes Euangelizan-* Mat.11.
tur. Nec mirum quia & ipſe Chriſtus pauper fuit: *Ecce* v.5.
rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator: ipſe pauper cum pauperi- Zachar.9
bus conuerſabatur, eis miſericordiſſime quæcunque corpori, & v.9.
animæ neceſſaria erant ſubminiſtrando; ita vt iam in illis
impletum ſit illud Prophetæ: *Ad vbera portabimini & ſu-* Eſai.66.
per genua blandientur vobis. Nunc autem beatos prædicat v.12.

beati

beati(inquit) pauperes ſpiritu,quia nulla via cõpendioſior
eſt ad acquirendam beatitudinem viæ, ſeu vitæ præſenti,
quæ in virtutibus conſiſtit,quàm paupertas.Non ſine cau-
ſa de diuitijs ſcripſit quidam Poëta Chriſtianus:

Quin & diuitias comites fugit inclyta virtus.

Quando congregatis Principibus,& potentatibus ſuis
Deus quaſi in comitijs quibuſdam generalibus cæpit lau-
dibus efferre ſeruum ſuum Iob, & virtute eius prædica-
re inquit Sacra Scriptura: quod affuit inter eos etiam Sa-
tan,ad quem Deus quaſi conſideratione virtutum, & ſan-
Iob 1.v.8 ctitatis dilecti ſui Iob gloriabundus inquit: *Nunquid con-
ſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ſimilis ei in vniuerſa
terra,homo iuſtus,rectus,& timoratus,& recedens a malo.* Cui
reſpondit Satan dicens: Quomodo poteſt perfectus eſſe
tot ac tãtis virtutibus præditus, qui non eſt pauper, ac ſi di-
ceret: Diuitias comites fugit inclyta virtus. *Nonne tu val-
laſti eum,ac domum eius vniuerſamque ſubſtantiam eius per
circuitum? operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius
creuit in terra.* Non ſine cauſa Chriſtus Dominus adole-
ſcenti ad perfectionem, & culmen virtutum aſcendere cu-
pienti conſilium præbuit, vt ſi vellet ingredi cælum ſerua-
ret mandata.Si nimirum vellet perfectus eſſe,ac ornamen-
ta animæ, ſcilicet virtutes poſſidere,neceſſarium fuit,vt eſ-
Matt.19. ſet pauper, quia diuitias comites fugit inclytas virtus: *Si
v.21. vis perfectus eſſe vade,& vende omnia, & da pauperibus, &
Anaxag. veni,& ſequere me.* Anaxagoras teſte Laërtio dicere ſole-
bat:Neminem ſimul & diuitias,& virtutẽ poſſidere poſſe.
Præterea nullum aptius medium ad acquirendam beatitu-
dinem futuram in regno cælorum,quàm paupertas,quia
tanquam præmium paupertati promittitur à Chriſto cæ-
lum: Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum
cælorum. Paupertas eſt pretium regni cælorum. Ecce nos,
inquit, reliquimus omnia quid ergo erit nobis? Reſpon-
dit Ieſus: Centuplum accipietis, & vitam æternam poſſi-
debitis. Itaque regnum cælorum ſingulari quodam mo-
do eſt merces paupertatis,& paupertas eſt pretium quo re-
Chryſ. in gnum cælorum comparatur: Virtutis(inquit D.Chryſoſto
ho. de re- mus) Paupertas magiſtra eſt. Philoſophiæ Chriſtianæ pa-
cipiendo ter s,tutum aſylum,tranquillus portus,perpetua ſecuritas,
Seueria- & vita perturbationum neſcia, deliciæ periculorum exper-
no. tes,tra num intemperantiæ,radix modeſtiæ, &c. Ad verba
hæc S.Doctoris dici poteſt, quod ſit pretium fælicitatis æ-
Matth.5. ternæ:quia *Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum
v.3. cælorum.* Hanc ob cauſam fortaſſis cum Chriſtus in mon-
te Thabor in Transfiguratione, quando facies eius appa-
ruit ſicut ſol, & veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix,
futuram gloriam & regni cæleſtis ſplendorem declarauit,
inter alios Apoſtolos aſſumpſit Petrum, qui cum virtute
paupertatis gloriaretur dicebat: Ecce nos reliquimus om-
nia,vt etiam per hoc palàm innueret,quòd tanta gloria,&
tanta maieſtas, tantus decor, & tantus ſplendor iure quo-
dam ſpeciali paupertati in præmium debetur: quia hono-
rat Deus pauperes, & non ſolùm ipſe,ſed vult illos ab alijs
honorari, vt dixit Sapiens: qui deſpicit pauperem expro-
bat factori ſuo,vel irritat, vt legunt Septuaginta: vel exa-
cerbat,vt vertit Paulinus:vel blaſphemat,vt trãsfert Theo-
dotion: vel laceſſit,vt interpretatur Hieronymus. Hono-
rat autem eum, qui miſeretur pauperis: quia pauper Dei
imago eſt,nam ſicut Deus eſt ſibi ſufficiens,ita & pauper:
Prou.12. *Melior eſt pauper ſufficiens ſibi* dixit Salomon: Sicut Deus
v.9. eſt independens, ita pauper ſua ſorte contentus eſt: ſicut
Deus eſt immenſus, ita pauperi totus mundus pro domo
eſt, quia nullum proprium locum habet: qui ergo paupe-
rem præcipuè ſi ſponte ſua pauper eſt honorat, ſicut hodie
pauperes in perſona Chriſti honorauit Deus, illum Deus
honorat. Honorandi ſunt pauperes voluntarij,quia ma-
gna virtus eſt paupertas, quæ includit triplex illud bonum
virtuti proprium,vtile, iucundum, honeſtum. Honoran-
di ſunt quia magna illos expectat gloria, & talis qualis
hodie in Thabor in Chriſto eluxit. De Paupertate ergo
in hac inſtitutione agemus. Et primùm,quòd ſit vera vir-
tus oſtendemus. Deindè quotuplex ſit paupertas decla-
rabimus.

B Quæſtio apud Politicos quodnam regnum, aut quæ Re
ſpub.ſit fælicior,& beatior;illane,quę diuitijs,& theſauris
abundat? an verò illa,quæ inopia laborat? Magiſter Pſeu Machia-
dopoliticorum eius ſentẽtiæ eſt cum ſuis ſequacibus, quòd uel.Theo
illa ſit fælicior quæ inopia laborat. Vrbes (inquit) in ſolo rem.32.
ſterili, & inferaci poſitę ferè concordes,& tranquillę ſunt.
Romani colonias ſuas paupertate in fide continebant:imò
in ipſa vrbe perdiu paupertatis honos fuit. Omnium ta-
men conſenſu illa fælicior Reſpub. cenſetur, quæ opibus
abundat: Principis enim honor magnitudo, & potentia,
multitudine populi ſolidatur, per hanc enim regnum con-
ſeruatur, & amplificatur: populus autem amplitudine di-
uitiarum, & omnium rerum copia ſuſtentatur. Luxum
potiùs damnare,quàm abundantiam,& diuitias tollere de-
buerat Magiſter Pſeudopoliticorum, ſiquidem abundan-
tia virtutis, & ſummis Reipub. muneribus rectè obeundis
auxilio eſt. Tartarorum, & Scytharum Remp. quos ra-
pinis viuere inopia cogit, fæliciorem hic falsò dixiſſet, qui
ſic inopiam extollit. Sed de Repub. Chriſti hæc eadem
difficultas ab aliquo proponi poſſet: nihilominus iſtam
quoque diuitẽ eſſe vult Chriſtus,nec obſtat quòd ipſe pau-
pertatem prædicet, quia ſub paupertatis ſpecie magnæ di-
uitiæ virtutum, & futuræ beatitudinis continentur, quòd
declarabitur fusè, cum an paupertas ſit virtus inueſtigabi-
mus, triplex enim illud bonum virtuti proprium in pau-
pertate contineri declarandum eſt, ſcilicet bonum vtile,iu-
cundum, & honeſtum. Deindè ad diuiſionem pauperta-
tis deſcendendum. An Paupertas ſit virtus aliquis dubi-
tare poſſet quoniam etiam à Sapiente paupertas reprehen
di videtur: *Omnes dies pauperis mali ſecura mens quaſi iuge* Prou.15.
conuiuium: Multoties etiam paupertas eſt impedimentum v.15.
ad virtutem, vt expreſſit Alciatus,qui pro ſymbolo pauper
tatis depinxit quemdam iuuenem, qui vnam manum ere-
ctam, & eleuatam verſus cælum habebat, duabus alis in-
ſtructam,quibus in cælum velle volare videbatur: & alte-
ram verſus terram demiſſam, quaſi pondere preſſam cum
tali inſcriptione:

Ingenio poteram ſuperas volitare per auras Alciatus
Me niſi Paupertas inuida deprimeret Embl.120

Per quod docere nos voluit, quòd paupertas impedimen-
tum eſt excellentibus ingenijs, vt inquit Claudius Minoe
ad doctrinam, & virtutem. Eſt grauitas quæ eos trahit Claudius
deorſum iuxta illud. Nullum pauperie moleſtius eſt onus. Minoë
Eſt impedimentum ad honores, & dignitates iuxta illud Embl.120
Horatij:

Diuitijs parent, quas qui conſtruxerit, ille Hor. Sat.
Clarus erit,fortis,iuſtus,ſapiens,etiam rex. 3.lib.9.

Hoc approbat D.Ambroſius cum inquit, vt nemo niſi di- D.Ambr.
ues honore dignus putetur. His tamen non obſtantibus C
certum eſt paupertatem virtutem eſſe. Magna quippè dif-
ferentia eſt inter inopiam,& paupertatem. Nam ſunt qui-
dam pauperes mundi,qui ſcilicet cum poſſint ſua induſtria
& labore ſe alere, propter inertiam, & inopiam mendicare
non erubeſcunt, qui planè corrigendi ſunt, & laboribus
mancipandi.Sunt alij pauperes Diaboli,nempè auari: *Pau-* Prou.13.
per in multis diuitijs,sẽper enim auarus eget.Et iſti ſunt peſ- v.7.
ſimi ac execrabiles,ſuntque propriè inopes.Symbolum ita-
que ſuperius depictum his pauperibus, vel potiùs inopibus
deſeruit.Sunt alij pauperes Dei, qui dicuntur pauperes ſpi-
ritu quorum paupertas eſt ſimul cum humilitate,& patien
tia coniuncta.Eſto pauper ſpiritu, & eris diues: non enim
in abundantia diuitiarum eſt vita hominis, ſed in virtute,
& fide. Iſtæ diuitiæ te verum diuitem faciunt, vt ſis Deo di-
ues. His vtique Hieroglyphicum illud applicari nõ poteſt,
quia paupertas ſpiritus eſt manuductrix quædam, & via
ducens ad cælum. Vnctio Athletica, exercitatio quædam
magna,& admirabilis,portus tranquillus. Atque ideo ni-
hil opulentius eo, qui paupertatem ſponte eligit, & cum
alacritate eam ſuſcipit.Qui ergo pauperes ſunt malitia,vel
coactione,horum paupertas virtus dici non poteſt; quales
ſunt miſeri,& inopes:ſed eorum tantum,qui pauperes ſunt
electione, qui elegerunt potiùs contemnere bona tempora-
lia,vel tanquam maioris boni impedimenta;ſicut fecerunt
multi Philoſophi, qui per virtutem politicam paupertatis
contemnebant temporalia: vel pro amore Dei ad ſequen-
dum liberiùs Chriſtum per paupertatem Chriſtianam,
quæ ita virtus excellens eſt, vt potiùs inter beatitudines,
quam

quam inter virtutes à Chriſto huius virtutis laudatore collocata ſit.

Virtus ſanè egregia paupertas eſt, quæ moderatur affectum concupiſcentiæ terrenorum, & cupiditatem ex cordibus hominum exſtirpat. Quod etiã vel ex eo clarum, quia præſtantiſſima hæc virtus triplex illud bonum virtuti proprium, nempè bonum commodum, iucundum, & honeſtum perfectè complectitur. Quis enim ſufficienter enumerabit, quanta commoda afferat paupertas? ſingulari quodam iure pauperes ſpiritu in Dei transeunt adoptionem, ſingulari iure in Dei aſſumuntur protectionem: vt ij quos mundus deſpicere videtur, ab eo paternè regnatur, & alantur.

Dionyſi' Rex Siciliæ. Cum quadam die Ariſtippus Philoſophus poſtulaſſet mercedem laboris à Dionyſio Rege Siciliæ talentum auri. Reſpondit Rex (vt refert Diogenes) Quomodo tu cum ſis Philoſophus aurum à me poſtulas? non videris imitari Philoſophos, qui aurum, & diuitias contemnendo prædicant Philoſophis, & Sapientibus nihil deeſſe poſſe.

Ariſtippus. Reſpondit Ariſtippus: Da mihi quod à te peto talentum auri, & tunc obiectioni tuæ ſatisfaciam. Poſtquam ergo aurum accepit dixit: Non mireris, quòd Philoſophi doceant Sapientibus nihil deeſſe poſſe: rationabiliter hoc affirmant, quia ſemper & ſine magna difficultate inuenire poſſunt eos, qui neceſſitati eorum ſubueniant.

Pſal. 33. v. 10. Conuenientius multò id de pauperibus Euangelicis dici poteſt, quàm de Philoſophis. Vnde Pſalmiſta inquit. *Non eſt inopia timentibus eum*. Philoſophi enim cum recurrebant ad Principes huius ſæculi, accidere poterat, vt vel ſubuenire non poſſent eorum neceſſitatibus; vel ſi poſſent, tamen dare nolent etiamſi de eis eſſent optimè meriti.

Pſal. 10. v. 4. Pauperes autem Chriſti quorum neceſſitates de cælo videt Deus vt inquit Pſalmiſta: *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*, & aures habet attentas ad petitiones ipſorum, nihil tale pati poſſunt: quia ſunt pauperes Dei ditiſſimi, liberaliſſimi, & miſericordiſſimi. Impoſſibile eſt ergo quòd eis non ſubueniant atque ita quòd eis aliquid deſit adeò, vt rectè dici poſſit illud Apoſtoli:
2. Cor. 9. v. 8. *Potens eſt autem Dominus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus omnem ſufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum.*
Pſal. 33. v. 16. *Oculi enim Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum.*

Alias Paupertatis vtilitates numerat, & exaggerat Diuus Thomas dicens:
D. Tho. ſup. Eſai. 48. in fin. Paupertas confert peccatorum recognitionem, virtutum conſiderationem, cordis quietem, deſiderij impletionem, ſpiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & cæleſtem hæreditatem.
D Sed qui vlteriores vtilitates paupertatis percipere cupit conſideret quanta damna afferunt diuitiæ hominibus. De diuitijs ſcripſit quidam Poeta Chriſtianus:

Laurea Euag. fol. 182.
Diuitias fugito pondus graue celſa petenti,
Impediunt animum, nec benè velle ſinunt.

Fräc. Philip. Exemplũ fol. 1717. Pondus inquit graue celſa petenti. Ideo potius Emblema Alciati diuitijs, quàm paupertati applicandum eſſet hoc modo:

Ingenio poteram ſuperas volitare per auras
Diuitiæ fluxæ me niſi deprimerent.

Ita enim diuitiæ deprimunt, vt nec aqua, nec terra hominem tali pondere onuſtum ſuſtinere poſſint.

Exod. 12. Exemplum habemus in populo Iſraelitico, qui quoniam ab Ægyptijs acceperat vaſa argentea, & aurea plurima, veſteſque plurimas: tantopere grauius erat, vt etiam fuerit neceſſe miraculo mare diuidere, quia non poterat illos ſuſtinere aqua, quemadmodum ſuſtinebat
Matt. 14. Diuum Petrum, qui omnia reliquerat, ac propterea ambulabat ſuper aquas.
Gen. 36. Dicitur etiam in Scriptura de illis, qui erant diuites valde, quòd non poterat illos ſuſtinere terra, id eſt ſurſum tenere: quia pondus graue celſa petenti ſunt diuitiæ. Propter quod cum Sacra ſcriptura diceret de Abraham, quod erat diues valde in poſſeſſione auri & argenti, Septuaginta interpretes tranſtulerunt, Erat grauis valde. Gen. 13. Nec ſolùm diuitiæ magno pondere hominem trahunt deorſum, ſed etiam impediunt animum, & inquietant.

Ideo laudatur Sigiſmundus Cæſar, cui cum allata ex Hungaria quadraginta millia nummum aureorum fuiſſent, & is nocte iam imminente in quos ea conuerteret vſus ſolicitè cogitaret: per cubicularios ocyus conſiliarios omnes ac militum duces ad ſe acciuit. Cuſpian. & Aeneas Syluius libro 4. Et aperta arca ecce (inquit) crudeliſſimi hi hoſtes ac carnifices (nummos oſtendens) ſomnum mihi eripuerunt. Accipite ac inter vos diuidite, vt mihi tranquillè dormire liceat. Diſtributa itaque pecunia inter eos, cum exirent viri à conſilijs. Receſſit iam (ait) à me tortor ille, qui me flagellauit, ſecuriùs nunc quieſcam.

Et quod maximum eſt nec benè velle ſinunt. *Qui enim* (inquit Diuus Paulus) *diuites in hoc ſæculo fieri volunt,* 1. Tim. 6. v. 9. *incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria nociua*. Si ergo tot damna inferunt diuitiæ, quantam vtilitatem afferre paupertas, quæ nos ab his omnibus liberat? & quod maximum eſt in firma, & immobili ſecuritate conſtituit.

Diues circundatus muro, fluminibus, atque exercitibus, plenus omni mundana gloria, non eſt abſque metu: pauper autem etiam inter quoſcunque inimicos ſecurus eſt: vt ſcripſit Iuuenalis.

Cantabit vacuus coram latrone viator. Iuuenal Satyr. 10.

Iam verò quàm amplè pauperibus communicetur Dei conſolatio, quanta iucunditas ſuccedat pro cupiditatis abdicatione, quis ſufficienter eloqui poteſt? Spiritus quippè Sanctus, qui corda ſolatur, peculiari quodam amore pauperum paracletus eſt: vt qui eſt Dei donum ijs potiſſimum detur qui rerum omnium expulſione, vacua illi corda ipſo tantum explenda præbuerunt, propterea poſt illa verba: Veni Pater pauperum proximè dicitur: Veni dator munerum. Hoc præſenſiſſe, & expreſſiſſe videtur Propheta, cum de epulis, & menſa ad quam reficiuntur pauperes à Deo loquens ait. *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*. Pſal. 67. v. 11.

Quæ maior conſolatio quàm conſiderare, quòd Deus eſt qui pauperum protectorem agit ſuppedit, atque ea omnia, quæ neceſſaria ipſis nouit auxilia, conſolationes, & omnes in vniuerſum præſentis, & futuræ vitæ commoditates? Propterea enim indeterminatè loquitur Propheta: Paraſti in dulcedine. Non dicit, quod hoc vel illud præparauerit Deus, quia vniuerſale remedium miſerijs pauperum præparauit, vniuerſale in neceſſitatibus ſubſidium, vniuerſalem in afflictionibus conſolationem in dulcedine. Quæ enim maior dulcedo, & ſuauitas, quàm perenni Beatitudinis munere lætari, quam indiſſolubiliter vnum iucundum ſequitur. Quid igitur magis hominum animos delectat, & dulcedine afficit quàm cum audiunt quod. Beati pauperes? Sed quomodo pauperes beati dicuntur? Vel enim ideo pauperes dicuntur beati, quia ſunt beati de facto, vel quia beati erunt in vita futura. Quod ſi hoc dicatur, potius Chriſtus dicere debuerat quoniam ipſorum erit regnum cælorum. Nunc autem dicit quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. In hac vita pauperes ſunt miſeri, & afflicti multis moleſtijs vexantur: quamobrem non poteſt dici, quòd præſens vita ſit cælum ipſorum.

De diuitibus fortè dici id poſſet, quia diuites omnibus in præſenti vita affluunt, omnia propter diuites facta eſſe videntur; volucres cæli, piſces maris, & quæcunque terra continet. Diuites, nec frigus nec calorem patiuntur, ab omnibus fælices prædicantur.

De ipſis dici poſſet, quòd præſens vita eſt ipſorum regnum cælorum. Sed pauperes qui à mundo infælices iudicantur, quomodo hic habent regnum cælorum?

beati (inquit) pauperes ſpiritu, quia nulla via cõpendioſior eſt ad acquirendam beatitudinem viæ, ſeu vitæ præſenti, quæ in virtutibus conſiſtit, quàm paupertas. Non ſine cauſa de diuitijs ſcripſit quidam Poëta Chriſtianus:

Quas & diuitias comites fugit inclyta virtus.

Quando congregatis Principibus, & potentatibus ſuis Deus quaſi in comitijs quibuſdam generalibus cæpit laudibus efferre ſeruum ſuum Iob, & virtute eius prædicare inquit Sacra Scriptura: quod affuit inter eos etiam Satan, ad quem Deus quaſi conſideratione virtutum, & ſan-
Iob 1. v. 8 ctitatis dilecti ſui Iob gloriabundus inquit: *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ſimilis ei in vniuerſa terra, homo iuſtus, rectus, & timoratus, & recedens a malo.* Cui reſpondit Satan dicens: Quomodo poteſt perfectus eſſe tot ac tãtis virtutibus præditus, qui non eſt pauper, ac ſi diceret: Diuitias comites fugit inclyta virtus. *Nonne tu vallaſti eum, ac domum eius vniuerſamque ſubſtantiam eius per circuitum? operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra.* Non ſine cauſa Chriſtus Dominus adoleſcenti ad perfectionem, & culmen virtutum aſcendere cupienti conſilium præbuit, vt ſi vellet ingredi cælum ſeruaret mandata. Si nimirum vellet perfectus eſſe, ac ornamenta animæ, ſcilicet virtutes poſſidere, neceſſarium fuit, vt eſ-
Matt. 19. v. 21. ſet pauper, quia diuitias comites fugit inclytas virtus: *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, & da pauperibus, &*
Anaxag. *rem, & ſequere me.* Anaxagoras teſte Laërtio dicere ſolebat: Nemirem ſimul & diuitias, & virtutẽ poſſidere poſſe. Præterea nullum aptius medium ad acquirendam beatitudinem futuram in regno cælorum, quàm paupertas, quia tanquam præmium paupertati promittitur à Chriſto cælum: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Paupertas eſt pretium regni cælorum. Ecce nos, inquit, reliquimus omnia quid ergo erit nobis? Reſpondit Ieſus: Centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis. Itaque regnum cælorum ſingulari quodam modo eſt merces paupertatis, & paupertas eſt pretium quo re-
Chryſ. in ho. de recipiendo Seueriano. gnum cælorum comparatur: Virtutis (inquit D. Chryſoſtomus) Paupertas magiſtra eſt. Philoſophiæ Chriſtianæ parens, tutum aſylum, tranquillus portus, perpetua ſecuritas, & vita perturbationum neſcia, deliciæ periculorum expertes, frænum intemperantiæ, radix modeſtiæ, &c. Ad verba hæc S. Doctoris dici poteſt, quod ſit pretium fælicitatis æ-
Matth. 5. v. 3. ternæ: quia *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Hanc ob cauſam fortaſſis cum Chriſtus in monte Thabor in Transfiguratione, quando facies eius apparuit ſicut ſol, & veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix, futuram gloriam & regni cæleſtis ſplendorem declarauit, inter alios Apoſtolos aſſumpſit Petrum, qui cum virtute paupertatis gloriaretur dicebat: Ecce nos reliquimus omnia, vt etiam per hoc palàm innueret, quòd tanta gloria, & tanta maieſtas, tantus decor, & tantus ſplendor iure quodam ſpeciali paupertati in præmium debetur: quia honorat Deus pauperes, & non ſolùm ipſe, ſed vult illos ab alijs honorari, vt dixit Sapiens: qui deſpicit pauperem exprobat factori ſuo, vel irritat, vt legunt Septuaginta: vel exacerbat, vt vertit Paulinus: vel blaſphemat, vt trãsfert Theodotion: vel laceſſit, vt interpretatur Hieronymus. Honorat autem eum, qui miſeretur pauperis: quia pauper Dei imago eſt, nam ſicut Deus eſt ſibi ſufficiens, ita & pauper:
Prou. 12. v. 9. *Melior eſt pauper ſufficiens ſibi* dixit Salomon: Sicut Deus eſt independens, ita pauper ſua ſorte contentus eſt: ſicut Deus eſt immenſus, ita pauperi totus mundus pro domo eſt, quia nullum proprium locum habet: qui ergo pauperem præcipuè ſi ſponte ſua pauper eſt honorat, ſicut hodie pauperes in perſona Chriſti honorauit Deus, illum Deus honorat. Honorandi ſunt pauperes voluntarij, quia magna virtus eſt paupertas, quæ includit triplex illud bonum virtuti proprium, vtile, iucundum, honeſtum. Honorandi ſunt quia magna illos expectat gloria, & talis qualis hodie in Thabor in Chriſto eluxit. De Paupertate ergo in hac inſtitutione agemus. Et primùm, quòd ſit vera virtus oſtendemus. Deindè quotuplex ſit paupertas declarabimus.

B Quæſtio apud Politicos quodnam regnum, aut quæ Reſpub. ſit fælicior, & beatior; illane, quę diuitijs, & theſauris abundat? an verò illa, quæ inopia laborat? Magiſter Pſeu- Machiauel. Theorem. 32.
dopoliticorum eius ſententiæ eſt cum ſuis ſequacibus, quòd illa ſit fælicior quæ inopia laborat. Vrbes (inquit) in ſolo ſterili, & inferaci poſitę ferè concordes, & tranquillę ſunt. Romani colonias ſuas paupertate in fide continebant: imò in ipſa vrbe perdiu paupertatis honos fuit. Omnium tamen conſenſu illa fælicior Reſpub. cenſetur, quæ opibus abundat: Principis enim honor magnitudo, & potentia, multitudine populi ſolidatur, per hanc enim regnum conſeruatur, & amplificatur: populus autem amplitudine diuitiarum, & omnium rerum copia ſuſtentatur. Luxum potiùs damnare, quàm abundantiam, & diuitias tollere debuerat Magiſter Pſeudopoliticorum, ſiquidem abundantia virtutis, & ſummis Reipub. muneribus rectè obeundis auxilio eſt. Tartarorum, & Scytharum Remp. quos rapinis viuere inopia cogit, fæliciorem hic falsò dixiſſet, qui ſic inopiam extollit. Sed de Repub. Chriſti hæc eadem difficultas ab aliquo proponi poſſet: nihilominus iſtam quoque diuitẽ eſſe vult Chriſtus, nec obſtat quòd ipſe paupertatem prædicet, quia ſub paupertatis ſpecie magnæ diuitiæ virtutum, & futuræ beatitudinis continentur, quòd declarabitur fusè, cum an paupertas ſit virtus inueſtigabimus, triplex enim illud bonum virtuti proprium in paupertate contineri declarandum eſt, ſcilicet bonum vtile, iucundum, & honeſtum. Deindè ad diuiſionem paupertatis deſcendendum. An Paupertas ſit virtus aliquis dubitare poſſet quoniam etiam à Sapiente paupertas reprehen-
di videtur: *Omnes dies pauperis mali ſecura mens quaſi iuge conuiuium*: Multoties etiam paupertas eſt impedimentum Prou. 15. v. 15.
ad virtutem, vt expreſſit Alciatus, qui pro ſymbolo paupertatis depinxit quemdam iuuenem, qui vnam manum erectam, & eleuatam verſus cælum habebat, duabus alis inſtructam, quibus in cælum velle volare videbatur: & alteram verſus terram demiſſam, quaſi pondere preſſam cum tali inſcriptione:

Ingenio poteram ſuperas volitare per auras Alciatus Embl. 120
Me niſi Paupertas inuida deprimeret

Per quod docere nos voluit, quòd paupertas impedimentum eſt excellentibus ingenijs, vt inquit Claudius Minoe
ad doctrinam, & virtutem. Eſt grauitas quæ eos trahit Claudius
deorſum iuxta illud. Nullum pauperie moleſtius eſt onus. Minoë
Eſt impedimentum ad honores, & dignitates iuxta illud Embl. 120
Horatij:

Diuitijs parent, quas qui conſtruxerit, ille Hor. Sat.
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam rex. 3. lib. 9.

Hoc approbat D. Ambroſius cum inquit, vt nemo niſi di- D. Ambr.
ues honore dignus putetur. His tamen non obſtantibus C
certum eſt paupertatem virtutem eſſe. Magna quippè differentia eſt inter inopiam, & paupertatem. Nam ſunt quidam pauperes mundi, qui ſcilicet cum poſſint ſua induſtria & labore ſe alere, propter inertia, & inopiam mendicare non erubeſcunt, qui planè corrigendi ſunt, & laboribus mancipandi. Sunt alij pauperes Diaboli, nempè auari: *Pau-* Prou. 13.
per in multis diuitijs, ſẽper enim auarus eget. Et iſti ſunt peſ- v. 7.
ſimi ac execrabiles, ſuntque propriè inopes. Symbolum itaque ſuperius depictum his pauperibus, vel potiùs inopibus deſeruit. Sunt alij paupers Dei, qui dicuntur pauperes ſpiritu quorum paupertas eſt ſimul cum humilitate, & patientia coniuncta. Eſto pauper ſpiritu, & eris diues: non enim in abundantia diuitiarum eſt vita hominis, ſed in virtute, & fide. Iſtæ diuitiæ te verum diuitem faciunt, vt ſis Deo diues. His vtique Hieroglyphicum illud applicari nõ poteſt, quia paupertas ſpiritus eſt manuductrix quædam, & via ducens ad cælum. Vnctio Athletica, exercitatio quædam magna, & admirabilis, portus tranquillus. Atque ideo nihil opulentius eo, qui paupertatem ſponte eligit, & cum alacritate eam ſuſcipit. Qui ergo pauperes ſunt malitia, vel coactione, horum paupertas virtus dici non poteſt; quales ſunt miſeri, & inopes: ſed eorum tantum, qui pauperes ſunt electione, qui elegerunt potiùs contemnere bona temporalia, vel tanquam maioris boni impedimenta; ſicut fecerunt multi Philoſophi, qui per virtutem politicam paupertatis contemnebant temporalia: vel pro amore Dei ad ſequendum liberiùs Chriſtum per paupertatem Chriſtianam, quæ ita virtus excellens eſt, vt potiùs inter beatitudines,

quam

quam inter virtutes à Chriſto huius virtutis laudatore collocata ſit.

Virtus ſanè egregia paupertas eſt, quæ moderatur affectum concupiſcentiæ terrenorum, & cupiditatem ex cordibus hominum extirpat. Quod etiã vel ex eo clarum, quia præſtantiſſima hæc virtus triplex illud bonum virtuti proprium, nempè bonum commodum, iucundum, & honeſtum perfectè complectitur. Quis enim ſufficienter enumerabit, quanta commoda afferat paupertas? ſingulari quodam iure pauperes ſpiritu in Dei transeunt adoptionem, ſingulari iure in Dei aſſumuntur protectionem: vt ij quos mundus diſpicere videtur, ab eo paternè regantur, & alantur.

Dionyſi° Rex Siciliæ.

Cum quadam die Ariſtippus Philoſophus poſtulaſſet mercedem laboris à Dionyſio Rege Siciliæ talentum auri. Reſpondit Rex (vt refert Diogenes) Quomodo tu cum ſis Philoſophus aurum à me poſtulas? non videris imitari Philoſophos, qui aurum, & diuitias contemnendo prædicant Philoſophis, & Sapientibus nihil deeſſe poſſe.

Ariſtippus.

Reſpondit Ariſtippus: Da mihi quod à te peto talentum auri, & tunc obiectioni tuæ ſatisfaciam. Poſtquam ergo aurum accepit dixit: Non mireris, quòd Philoſophi doceant Sapientibus nihil deeſſe poſſe: rationabiliter hoc affirmant, quia ſemper & ſine magna difficultate inuenire poſſunt eos, qui neceſſitati eorum ſubueniant.

Conuenientius multò id de pauperibus Euangelicis dici poteſt, quàm de Philoſophis. Vnde Pſalmiſta inquit. *Non eſt inopia timentibus eum.* Philoſophi enim cum recurrebant ad Princeps huius ſaeculi, accidere poterat, vt vel ſubuenire non poſſent eorum neceſſitatibus; vel ſi poſſent, tamen dare nolent etiamſi de eis eſſent optimè meriti.

Pſal. 33. v.10.

Pauperes autem Chriſti quorum neceſſitates de cælo videt Deus vt inquit Pſalmiſta: *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*, & aures habet attentas ad petitiones ipſorum, nihil tale pati poſſunt: quia ſunt pauperes Dei ditiſſimi, liberaliſſimi, & miſericordiſſimi. Impoſſibile eſt ergo quòd eis non ſubueniant atque ita quòd eis aliquid deſit adeò, vt rectè dici poſſit illud Apoſtoli: *Potens eſt autem Dominus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus omnem ſufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum. Oculi enim Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum.*

Pſal. 10. v.4.

2. Cor. 9. v.8.

Pſal. 33. v.16.

Alias Paupertatis vtilitates numerat, & exaggerat Diuus Thomas dicens: Paupertas confert peccatorum recognitionem, virtutum conſiderationem, cordis quietem, deſiderij impletionem, ſpiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & cæleſtem hæreditatem. Sed qui vlteriores vtilitates paupertatis percipere cupit conſideret quanta damna afferunt diuitiæ hominibus. De diuitijs ſcripſit quidam Poeta Chriſtianus:

D.Tho. ſup. Eſai. 48. in fin.

D

Diuitias fugito pondus graue celſa petenti,
Impediunt animum, nec benè velle ſinunt.

Laurea Euag. fol. 182.

Pondus inquit graue celſa petenti. Ideo potius Emblema Alciati diuitijs, quàm paupertati applicandum eſſet hoc modo:

Frãc. Philip. Exemplũ fol. 1717.

Ingenio poteram ſuperas volitare per auras
Diuitiæ fluxæ me niſi deprimerent.

Ita enim diuitiæ deprimunt, vt nec aqua, nec terra hominem tali pondere onuſtum ſuſtinere poſſint.

Exod. 12.

Exemplum habemus in populo Iſraelitico, qui quoniam ab Ægyptijs acceperat vaſa argentea, & aurea plurima, veſteſque plurimas: tantopere grauius erat, vt etiam fuerit neceſſe miraculo mare diuidere, quia non poterat illos ſuſtinere aqua, quemadmodum ſuſtinebat Diuum Petrum, qui omnia reliquerat, ac propterea ambulabat ſuper aquas. Dicitur etiam in Scriptura de illis, qui erant diuites valde, quòd non poterat illos ſuſtinere terra, id eſt ſurſum tenere: quia pondus graue celſa petenti ſunt diuitiæ. Propter quod cum Sacra ſcriptura diceret de Abraham, quod erat diues valde in poſſeſſione auri & argenti, Septuaginta interpretes tranſtulerunt, Erat grauis valde. Nec ſolùm diuitiæ magno pondere hominem trahunt deorſum, ſed etiam impediunt animum, & inquietant.

Matt. 14. Gen. 36.

Gen. 13.

Ideo laudatur Sigiſmundus Cæſar, cui cum allata ex Hungaria quadraginta millia nummum aureorum fuiſſent, & is nocte iam imminente in quos ea conuerteret vſus ſolicitè cogitaret: per cubicularios ocyus conſiliarios omnes ac militum duces ad ſe acciuit. Et aperta arca ecce (inquit) crudeliſſimi hi hoſtes ac carnifices (nummos oſtendens) ſomnum mihi eripuerunt. Accipite ac inter vos diuidite, vt mihi tranquillè dormire liceat. Deſtributa itaque pecunia inter eos, cum exirent viri à conſilijs. Receſſit iam (ait) à me tortor ille, qui me flagellauit, ſecurius nunc quieſcam.

Cuſpian. & Aeneas Syluius libro 4.

Et quod maximum eſt nec benè velle ſinunt. *Qui enim* (inquit Diuus Paulus) *diuites in hoc ſaeculo fieri volunt, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria nociua.* Si ergo tot damna inferunt diuitiæ, quantam vtilitatem afferet paupertas, quæ nos ab his omnibus liberat? & quod maximum eſt in firma, & immobili ſecuritate conſtituit.

1. Tim. 6. v.9.

Diues circundatus muro, fluminibus, atque exercitibus, plenus omni mundana gloria, non eſt abſque metu, pauper autem etiam inter quoſcunque inimicos ſecurus eſt: vt ſcripſit Iuuenalis.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Iuuenal Satyr. 10.

Iam verò quàm amplè pauperibus communicetur Dei conſolatio, quanta iucunditas ſuccedat pro cupiditatis abdicatione, quis ſufficienter eloqui poteſt? Spiritus quippè Sanctus, qui corda ſolatur, peculiari quodam amore pauperum paraclетus eſt: vt qui eſt Dei donum ijs potiſſimum detur qui rerum omnium expulſione, vacua illi corda ipſo tantum explenda præbuerunt: propterea poſt illa verba: Veni Pater pauperum proximè dicitur: Veni dator munerum. Hoc præſenſiſſe, & expreſſiſſe videtur Propheta, cum de epulis, & menſa ad quam reficiuntur pauperes à Deo loquens ait. *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.*

Pſal. 67. v.11.

Quæ maior conſolatio quàm conſiderare, quòd Deus eſt qui pauperum protectorem agit ſuppedit, atque ea omnia, quæ neceſſaria ipſis ſunt auxilia, conſolationes, & omnes in vniuerſum præſentis, & futuræ vitæ commoditates? Propterea enim indeterminatè loquitur Propheta: Paraſti in dulcedine. Non dicit, quod hoc vel illud præparauerit Deus, quia vniuerſale remedium miſerijs pauperum præparauit, vniuerſale in neceſſitatibus ſubſidium, vniuerſalem in afflictionibus conſolationem in dulcedine. Quæ enim maior dulcedo, & ſuauitas, quàm perenni Beatitudinis munere lætari, quam indiſſolubiliter vnum iucundum ſequitur. Quid igitur magis hominum animos delectat, & dulcedine afficit quàm cum audiunt quod. Beati pauperes? Sed quomodo pauperes beati dicuntur? Vel enim ideo pauperes dicuntur beati, quia ſunt beati de facto, vel quia beati erunt in vita futura. Quod ſi hoc dicatur, potius Chriſtus dicere debuerat quoniam ipſorum erit regnum cælorum. Nunc autem dicit quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. In hac vita pauperes ſunt miſeri, & afflicti multis moleſtijs vexantur: quamobrem non poteſt dici, quòd præſens vita ſit cælum ipſorum.

De diuitibus fortè dici id poſſet, quia diuites omnibus in præſenti vita affluunt, omnia propter diuites facta eſſe videntur; volucres cæli, piſces maris, & quæcunque terra continet. Diuites, nec frigus nec calorem patiuntur, ab omnibus fælices prædicantur.

De ipſis dici poſſet, quòd præſens vita eſt ipſorum regnum cælorum. Sed pauperes qui à mundo infælices iudicantur, quomodo hic habent regnum cælorum.

Malac.3. v.14. *Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauerimus triſtes coram Domino exercituum?* ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt. Singulari tamen myſterio, & cæleſtia doctrina pauperes à Chriſto beati prædicantur non ſolum propter fælicitatem futuram, ſed etiam propter fęlicitatem pręſentem, in vtroq; modo beati ſunt, & dicuntur.

Non intelligit hoc mundus, nec mirum, eſt enim myſterium, & ſecretum inter Deum, & pauperes, quod ignorat mundus. Perdifficile hoc cernitur, ac aduertitur: quia videre oculis corporeis homines miſeros, & prædicare fælices, videre afflictos egenos, & prædicare omni iucunditate, & dulcedine abundantes, difficile eſt; non tamen impoſſibile: imò ita eſt, quòd pauperes, & in præſenti vita ſunt beati, & in futura eorum beatitudo conſummatur.

F Quando inter aliquos tractantur aliqua ſecreta, quæ nollent ad aliorum notitiam peruenire, communiter vtuntur characteribus ignotis nec vulgatibus, vnde dum literas ſcribunt exarant eas notis, vel literis quibuſdam, quæ aliud ſignificant, ſecundùm vſum, & communem hominum conceptum, & aliud ſecundùm cointelligentiam particularem ſcribentium. Itaque ſi eueniat, vt deferens aliquo caſu, vel aſtu epiſtolam referet, eamque legat, tunc literas quidem videt, ſed quid ſignificent non intelligit: quia exempli cauſa litera A. ſignificat ibi id quod aliàs denotat litera B. atque ſic de alijs. Ita eſt in propoſito. Euangelium, & doctrina Chriſti de paupertate, eſt litera ſcripta cum characteribus, mundus hoc non intelligit, ſed illi ſoli, qui cum Deo habent cointelligentiam. Intelligunt quod litera P. id eſt paupertas, habet vim ſignificandi literam R. id eſt regnum cælorum: litera A. id eſt afflictio, habet vim ſignificandi C. id eſt conſolatio Sancti Spiritus, litera M. ſcilicet miſeria, habet vim ſignificandi D. Dulcedo, & iucunditas. Hæc mundus non intelligit, quia cum abbreuiaturis, & ſecretis characteribus ſcribuntur: ideo pauperes Chriſti rectè dicere poſſunt
1.Cor.4. v.13. cum Diuo Paulo. *Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus.* Et cum Iſaia. *Secretum meum mihi, quod non*
Iſai. 24. v.16. *reuelabitur, niſi in articulo mortis, & in die iudicij.* Tunc ſolùm hæ abbreuiationes ab omnibus dignoſcentur, tunc tantùm hi characteres, ita vt par eſt intelligentur, tunc
Apoc.2. v.17. nomen paupertatis glorioſum apparebit: de quo Diuus Ioannes in Apocalypſi inquit: *Vincenti* (ſupple concupiſcentias, & deſideria terrena) *dabo calculum candidum, in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.*

Cum igitur paupertas ſit præſentis vitæ beatitudo, iucundiſſima lætitia, & ſuauitate, vt hominem afficiat neceſſe eſt. Vocatur etiam paupertas beatitudo: quia eſt via ſecura, & in ſpe certa ad beatitudinem, ſicut Princeps hęres etiamſi nihil habeat, ſed tantùm in ſpe vocatur Dux: ita & pauperes Chriſti, qui ſunt in via, quia ſunt certi de beatitudine vocantur beati. Veluti etiam in Polonia nominati ad Epiſcopatum, dicuntur Domini. Illuſtriſſimi, diuites &c. etiamſi nondum Epiſcopatum habeant, ſed tantum ius certum, & infallibile. Et hæc conſideratio magnam ſuauitatem, & iucunditatem affert: iuuat etiam conſideratio benignitatis Diuinæ ſuper pauperes, quòd paternè regantur, & alantur ab ipſo, tanquam filij excelſi omnes.

G Illud porrò difficilius videtur, quomodo paupertas rationem boni honeſti complectitur. Genus enim cuiuſdam ſeruitutis duræ eſſe videtur, quod ſi ſeruitutem redolet, quomodo honeſtatem continet? Exaggerat id loquens de paupertate in particulari Fratrum Minorum, quidam Pater Doctiſſimus, Religionis Seraphicæ dum ait: Nullum inter ſæculares ſtatum reperiri aliquo iure inſtitutionis ob aliquam cauſam, vel delictum adeò pauperem, quàm ſit ſtatus Fratrum Minorum. Nam homines liberi quorum ſtatus eſt integer habere poſſunt in proprio, & in communi bona mobilia, & immobilia. Alij quoque, ff. de pœnis l. quidam aut.
quorum ſtatus propter pœnam diminuit ſeſt, vt deportati in inſulam, licet ea, quæ iuris ciuilis ſunt perdant, tamen ea, quæ iuris gentium ſunt retinent; & ex his cauſis poſſunt ſibi acquirere, & actiones habere. Qui etiam ff. de alimẽtis leg. ſicuti & l. ſi ſeruus.
ſunt ſerui pœnæ, horum ſtatus in totum perimitur; quia perdunt omnia: tamen qui talis eſt ei pro alimentis poteſt quidpiam legari, & ipſemet poteſt per ſe, vel per alios iudicis officium implorare, vt ſibi ſaluatur. Quidam denique ff. de iis, qui pro non ſcriptis habentur.
ſunt quos ſeruos fecit captiuitas, vel natiuitas: & iſtis etiã ex cauſa alimentorum poteſt legari, & in multis cauſis pro re tẽporali in iudicio ſtare poſſunt. Quod pauperibus Chriſti in particulari non permittitur, ijs nimirùm qui ex voto extremè pauperes propter Deum facti ſunt. Quæ ergo maior ſeruitus imaginari poſſit? Sed bono animo eſſe iubet glorioſus Patre Sanctus Franciſcus Fratres ſuos, & S. Franciſcus.
quoſcunque pauperes Chriſti, qui paupertatem ſanctam, non tanquam ſeruam, ſed tanquam Dominam liberam, & ſponſam electam ſalutare ſolebat, Salue Domina Paupertas.

Virtus duo requirit, vt ſit libera, & quòd ſit Domina, quæ conditiones egregiè competunt paupertati. Libertas conſiſtit in eo, vt quis ſit liber à tributis perſoluendis, à quibus maximè pauperes ſunt liberi: quanta tributa perſoluunt diuites miſeræ captiuæ intemperantiæ, auaritiæ, concupiſcentiæ, ambitioni, deſiderio bonorum temporalium, à quibus liberi ſunt pauperes? Dominium per quod aliquis dicatur verè dominus, non conſiſtit in eo, quòd eſt plus habere, ſed in eo quod eſt minus egere, vt dixit Diuus Auguſtinus: Melius eſt minus egere, Aug. to. 1
quàm plus habere. Pauperes autem electione non neceſſitate minus egent, non egent pluribus veſtibus, pluribus ſeruis, &c. pluribus palatijs: quia *nihil habentes, omnia* 2.Cor.6.
poſſident. Poſſident diuitias, quæ ſunt ſimiles lumini, vel v.10.
homini loquenti.

Lumen enim cum multiplicatur non diminuitur, cùm etiam quis loquitur pronunciatione verba non deficiunt. Sic pauperum diuitiæ nunquam diminuuntur, ideò dixit Salomon: *Melius eſt pauper ſufficiens ſibi.* Diuus Petrus: Act. 3.
argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi v.6.
do. Dedit ſalutem infirmo. Nunquid per hoc quod ſalutem infirmo contulerit aliquid ei de poteſtate diminutum eſt? minime. Et ideò Chriſtus præcepit diuitibus, vt tales diuitias gratis deſtribuerent. *Quod gratis accepiſtis, gra-* Matt. 10.
tis date. Non ſolùm propterea, quia diuitiæ ſpirituales v.8.
nunquam recompenſari poſsunt diuitijs temporalibus, vt quidam explicat: ſed etiam ideo, quia cum hæc bona ſpiritualia communicantur non diminuuntur: cum enim alicui gratia ſpiritualis tribuitur, tribuens nihil amittit.

Ex quo iam intelligitur, quàm diuites ſint pauperes, quia ita diuites exiſtunt, vt minus egeant, quàm diuites mundi; ſunt ita diuitis, quòd diuitiæ eorum nunquam diminui, aut exhauriri poſſint. Non eſt igitur Paupertas genus cuiuſdam ſeruitutis, duræ, ſed libertatis, & dominij, genus excelſum, quod ij qui ſeculo implicantur minime capiunt, quia hoc diuitiarum genus eſt ſæculo altius, ſolidiſſima fide ſubnexum, cui ſæculi contemptores facilè aſſentiuntur.

H Quare maximam honeſtatem includit paupertas: quid enim honeſtius quàm tanta libertate gaudere, vt etiam ab ijs tributis eliberetis, quibus ditiſſimi quique huius ſæculi homines ſubijciuntur? Quod ſi triplex hoc Ambr. li. 5. ſup. Lucã de ſermone Ieſu, & beatitudinibus proborum.
bonum virtuti proprium includit Paupertas, ſine dubio paupertas Chriſtiana virtus eſt. Imò, vt inquit Diuus Ambroſius: parens quædam generatioque virtutum, cuius rationem aſſignat ibidem, quia qui contempſerit temporalia merebitur æterna. Quod etiam Sanctiſſimus noſter Pater Franciſcus in regula expreſſit cum dixit. S. Franc.
Hæc eſt, quæ vos pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Virtus gratiſsima Deo, Angelis, & hominibus. Bern. ſer. in vigilia Natiu.
Gratiſſima Deo, qui vt ſibi eam in ſponſam acciperet, propterea de cælo in terram deſcendit. In cælo paupertati

locus

Digitized by Google

locus non erat, vbi omnium abundantia, & exuperantia dominatur. In terra non defuit paupertas, vel potius egeſtas; ſed pretium, & valorem eius ignorabant omnes: ideò neceſſarium fuit Chriſtum deſcendere de cælo, vt pretium, & æſtimationem huius virtutis exemplo ſuo declararet. Congregent igitur diuitias gentiles, qui de æternis nihil cogitant, procurent diuitias Iudæi, quorum benedictio in temporalibus conſiſtebat. Chriſtiani autem imitentur Chriſtum, tanquam filij patrem. Eſt quoque acceptiſſima Angelis non ſolùm propterea, quia pauper ad inſtar Angeli ſe conformat cum voluntate Diuina, cui multum placet paupertas, ſed etiam quia cum ipſi ſint liberi ab omnibus rebus terrenis, & cupiditate temporalium, ſoli Diuinæ contemplationi abſque vllo impedimento deditι, gaudent quòd etiam in mundo reperiantur homines, qui eos imitantur, & quodammodò ſimiles ipſis fiunt, ſed nec hominibus diſplicuit paupertatis virtus ſi enim Philoſophis acceptiſſima fuit paupertas, vt virtus politica, quantò magis accepta debet eſſe paupertas, vt virtus Chriſtiana Chriſtianis, qui Chriſtum in hac virtute imitari tenentur, licet inæqualiter? Aliqui enim libenter ſupportant penuriam, ſed non propter Chriſtum: quales fuerunt Philoſophi. Aliqui ſupportant penuriam propter Chriſtum liberè ſine vlla obligatione. Alij ſupportant penuriam ex voti obligatione. Præterea aliqui ſolo affectu, & interna temporalium abdicatione Chriſtum imitantur: aliqui verò effectu, & rerum externo contemptu.

D. Bona. opuſc. de proceſſu relig.

Vnde ſumitur multiplex paupertatis diuiſio, quòd fusè pertractat Diuus Bonauentura, cum quatuor genera pauperum enumerat: communior tamen, & magis vſitata eſt illa paupertatis partitio, qua paupertas diuiditur in ſpiritualem, & temporalem: in externam ſcilicet, quæ eſt abdicatio rerum per effectum, & internam, quæ eſt abdicatio tantùm rerum per affectum. Et iſta paupertas omnibus Chriſtianis diuitibus, & pauperibus competere poteſt, qui enim effectu pauper non eſt, vtporè quia nullas habet diuitias, ſi tamen ita ſe habet quo ad affectum, ac ſi nullas haberet non applicando nimirùm animum ad ipſas, ille interna paupertate, & quoad affectum pauper eſt. Diuiſio hæc paupertatis in eo fundatur, quòd paupertas Chriſti ex duobus capitibus componitur, ex abdicatione externa, & interna. Externa conſtat illa reſignatione bonorum, quæ omnibus clauſtra petentibus communis eſt. Interna verò concupiſcentiæ, ſeu cupiditatis extirpatione, quæ non vniuerſis communis eſt. Vtramque Chriſtus indicauit illis verbis: pauperes ſpiritu. Non enim pauperes dixiſſe ſatis erat, quod externa bonorum priuatio præſtat, ſed oportebat addere ſpiritu, hoc eſt voluntatis affectu, qui per abrenunciationem completur internam. Omnes igitur Chriſtiani tenentur eſſe pauperes ſpiritu, id eſt abdicatione interna per affectum, quia ita diſpoſiti eſſe debent, vt ſi opus fuerit contemnant omnem terrenam ſubſtantiam propter Chriſtum, nec magis ad temporalia, quàm cæleſtia animum applicent, vtanturque terrenis tanquam adiumentis ad cæleſtia. Qui autem non ſolùm affectu, ſed etiam re ipſa pauperes ſunt multò perfectius ſunt pauperes ſpiritu, non ſolùm propterea, quia nullum iam amplius affectum ad terrena habent, verum etiam quia nō coactione, ſed electione ſunt pauperes, nempè voluntariè, & liberè pro voluntate, ſiquidem hic Chriſtus hoc nomen ſpiritus accipit, quod Sacræ Scripturæ vſitatum eſt. Sic enim Chriſtus voluntatem nomine ſpiri-
Marc. 14. v.38. tus expreſſit cum dixit: *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma*. Et Apoſtolus: *Cui ſeruio in ſpiritu meo*. Idem
ad Ro. 1. v.9. ad Epheſios. *Solliciti obſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis*. Et ad Corinthios: *Virgo cogitet, quæ Dei ſunt, vt ſit*
Ad Eph. 4. v.3. *ſancta corpore, & ſpiritu*. Sic ergo dicuntur pauperes ſpiritu id eſt voluntate, electione, voto. Verùm tamen illi
1. Cor. 7. v.34. qui ex voti obligatione ſunt pauperes, qui opere, & affectu temporalia abiecerunt, non continuò paupertatis cultores perfecti euadunt, multi enim, qui paupertatem profitentur, grauiter ſeducuntur, dum ſola prima bonorum temporalium renunciatione, & nonnullis actibus internis contenti, ſe opus abſoluiſſe exiſtimant; nec externè ſibi quicquam deeſſe patiūtur. Grauis error eſt. Quale enim genus paupertatis eſt, cui nihil deeſt.

Profectò iuxta Sanctorum doctrinam paupertatis comites ſunt rerum neceſſariarum defectus, calor, frigus, ſitis, fames, nuditas, & multiplex incommoditas, quapropter timendum eſt, ne ij quibus neceſſaria ſemper ſuppetunt Chriſti ſententia pauperes verè non ſint. Propterea, qui ex voto ſunt pauperes, ſi quando tàm benè valentibus quàm ægrotantibus quicquam deſit, gratiam clementiſſimo Deo habere debent, quod experimento paupertatis quam colunt, conſcientiam ipſorum exhilarare velit. Debet enim paupertas vera, quæ eſt virtus, coniuncta eſſe humilitati, & patientiæ. Humilitati ne dum ſe quiſpiam præſentibus expoliat extrinſecè, intus ſuperbiæ tumore oneretur. Ideo illud Chriſti dogma: Beati paupe- D. Aug.
res ſpiritu, Diuus Auguſtinus explicat: Non inflati, non elati vento, & aere ſuperbiæ: vnde etiam illi poſſunt dici pauperes aere, vel vento, qui carent vento ſuperbiæ, & poſtulant à Deo ventum, & aerem gratiæ Sancti ſpiritus. Patientiæ autem, vt qui inediam ſponte elegerunt patienter eandem tolerent. Et licet hæc omnia ardua, & difficilia eſſe videantur: nullum tamen mouere debet ad ſequendam paupertatem illud triplex bonum, de quo ſuperius locuti ſummus. Multum inquam mouere debet ad amplectendam paupertatem, quòd hæc virtus Deum poſſideat. Et quis ditior eſſe poteſt Deo, qui omnia in virtu-
te ſua continet? Euſebius Cæſarienſis (vt refert Eugubi- Euſebius
nus affirmat) quòd Græci in Alexandria imaginem Dei fecerunt de omnibus ſpeciebus ligni, & de omnibus ſpecie-
bus metallorum. Præterea inquit Valerius, quòd in illud Valerius
ſimulachrum ſpecies omnium viuentium exſculptas impoſuerunt, vt intelligere darent Deum omnia comprehendere, cælos, Angelos, omniaque viuentia: qui cum ſit eſſe per eſſentiam, quicquid habet eſſe hoc continet Deus
perfectiori modo quam ſit in ſe: quia *quod factum eſt, in* Ioan. 1.
ipſo vita erat. Ipſe quoque Deus de ſe teſtatur, quòd om- v.4.
nium florum, & agrorum pulchritudinem continet: *Et* Pſal. 49.
pulchritudo agri mecum eſt. Vbi nec ſolis æſtu exſiccantur, v.11.
nec nimio frigore marceſcunt, nec grandinis, aut niuium Eccl. 49.
intemperie tolluntur. *In ipſo quoque eſt omnis gratia viæ,* v.25.
& virtutis inquit Eccleſiaſticus. Hunc igitur, qui ita diues eſt continet paupertas, quod apertè fatebatur paupertatis
feruidus amator Sanctus Franciſcus, dicebat enim: Deus S. Franci
meus, & omnia. Plurimum etiam inuitat ad Paupertatem adamandam, quòd hæc virtus (teſte ipſo Saluatore) cælum poſſideat: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, præmium paupertatis eſt cælum, & diuitiæ perpetuæ in Regno cælorum.

Inuitat denique ſplendor gloriæ, quem hodie
Chriſtus in monte Thabor manifeſtare vo
luit, vt nos ad imitandam arctiſſi-
mam eius paupertatem trahat,
nam qui reſplenduerit hac
virtute in præſenti vi-
ta, reſplendebit
in monte
Tha-
bor æternæ vitæ ſplendore glo-
riæ cum Chriſto. Qui
viuit, & regnat in
ſæcula ſæculo-
rum.
Amen.

INSTITVTIO Speculatiua

Dominicæ Secundæ Quadrageſimæ.

De Pænitentia ſera.

Matt.17. v.1. *Aſſumpſit IESVS Petrum, & Ioannem, & Iacobum fratrem eius.*

Eccl.17. 26. *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confiteve, à mortuo quaſi nihil perit confeſſio, confiteberis viuens viuus, & ſanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus illius.*

Eccl.33. 15. S*Ic intuere in omnia opera altiſſimi, duo contra duo, vnum contra vnum* (inquit) Eccleſiaſt. in quibus verbis valorem, & efficaciam pænitentiæ contra vitia innuit Spiritus Sanctus. Et quidem reperiri in omnibus certam indicat contrarietatem, & oppoſitionem: bonum opponitur malo, iuſtum iniuſto, mors opponitur vitæ, album nigro, calidum frigido, & ſic in omnibus alijs, vſque ad minimam creaturam, quæ etiam non caret ſuo aduerſario. Vbi tamen non ſolùm vnum opponitur vni, ſed vnum opponitur duobus, maior excellentia eſt ex parte illius, quod duobus reſiſtit: vbi autem vnum opponitur multis, ibi maxima eſt excellentia, communiter dicitur. ne Hercules contra duos. Difficilis quippè eſt hæc oppoſitio. Inter tot egregios, & veteranos milites Melitenſes, vix aliquos inuenies, qui contra duos inimicos deſcendant in certamen. Inter virtutes, & vitia eſt inimicitia, contrarietas, & oppoſitio, nam humilitas opponitur ſuperbiæ, manſuetudo opponitur iræ, diligentia acediæ; ſed hæc eſt oppoſitio minima, quia vnum cõtra vnum. Sunt etiam aliquæ virtutes, quæ altiorem habent oppoſitionem, nam liberalitas pugnat contra auaritiam, & prodigalitatem, quæ ſunt duo extrema vitioſa: fortitudo pugnat contra timiditatem, & temeritatem. Hæc contrarietas eſt perfectior, qui vnum contra duo, ſed eſtnè aliqua virtutis, quæ pugnet non ſolùm contra duo, ſed contra multa, & omnia vitia? eſt, ſed ſola pænitentia, quæ in hoc diſtinguitur à virtutibus Charitatis, religionis, & iuſtitiæ &c quòd ſola operatur ad extinctionem peccatorum omnium, quia vt dicit Diuus Ambroſius. Eſt ſicut Samſon, qui ſolus contra exercitum Philiſteorum proceſſit. Videtur in hoc participare quodammodò Dei omnipotentia, de qua dicit
Gen.1.3. Scriptura. *Dixitque Deus fiat lux*, dixit qui per tot ſæcula, nihil ad extra locutus eſt, & licet prius creauerit cælum & terram, quàm lucem; tamen ſcriptura innuit, quòd primum dicere Dei fuit creare lucem, quia non refert Deum aliquid dixiſſe, quando cætera creauit. In hoc Deum vi-
Pſal.31.5. detur imitari pænitentia. *Dixi* (inquit Dauid) *confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Dixi mente & cogitatione, propoſito confitendi, & dicendi ore, determinaui, & facta eſt lux in corde meo, pulſæ ſunt tenebræ peccatorum, omnia peccata remiſſa, & deſtructa ſunt. Ideò D. Paulus ad Epheſios ſcribens inquit. *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Pugnat autem pœnitentia contra peccata duplicibus armis, internis & externis, armis in corde, nempè charitate, & amore in Deum, quem ſe offendiſſe cognoſcit: pugnat elemento ignis; cum igne amoris diuini, conſumit peccata: pugnat elemento aquæ; cum lachrymis abluit peccata. Sic nimirùm exemplum illud ſingulare pænitentiæ Dauid pugnauit contra peccata vt ipſe fatetur. *Laboraui* (inquit) *in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* In quo Pſ.6.v.7.
imitabatur Deum; qui ſicut in initio mundi, diluuio aqua- Gen.7.21
rum peccata deleuit: ita circa finem mundi igne terram à 2.Pet.3.
peccatis purgabit: ſic pænitens gemitu, qui eſt ſtrepitus 12.
quidam ignis ardentis in corde, nam ſicut quando comburuntur folia ſtrepitum faciunt, ſic cum comburuntur peccata igne amoris diuini, ſentitur ſtrepitus cordis, qui eſt gemitus. Debet etiam peccata diluuio lacrymarum, quod tamen debet eſſe perfectius, quam illud vniuerſale totius mundi, illud habebat terminum præfixum, quia de eo dicitur, quòd fuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: hoc autem debet eſſe diluuium totius vitæ, quia ſemper & per totam vita peccata deflenda ſunt, licet non in effectu, ſaltem in affectu, vt dicit Diuus Thomas: In bo- D.Tho.
nis propoſitis, & intentionibus nunquam finis, & terminus præſcribendus eſt: vt ſicut culpa fuit quodammodo infinita, ita & pænitentia ſit infinita, qualis inimicus, talia & arma. His armis pugnat pænitentia contra peccata & vitia; & ideò non eſt mirùm, quòd non verificetur de ea Salomonis Ænygma, vnum contra vnum, & duo contra duo: quia vna virtus pænitentia contra omnia peccata pugnat licet diuerſis armis. Verumtamen, vt facilius vincat vitia, tempus opportunum requirit pœnitentia; ante mortem ſiquidem ſtrenuè pugnat; in articulo mortis debilis eſt, vt inquit Spiritus Sanctus. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere &c. Sed quam ob cauſam in articulo mortis non eſt tantus valor pœnitentiæ, in hac inſtitutione dicemus, vbi tres cauſas aſſignabimus, quare pœnitentia in extremis vix ſit ſufficiens ad vincenda peccata, & conſequenter ad hoc, vt quis poſſit aſcendere in montem illum Thabor gloriæ æternæ, cum Chriſto, & Apoſtolis, de quo hodiernum Euangelium loquitur.

C

Doctrina Theologorum eſt præcipuè Scoti, quòd peccator expectans vſque ad extremum vitæ, & in vltima neceſſitate, vel infirmitate conſtitutus ſi voluerit pœnitere, pœnitentia illa vix eſt ſufficiens ad ſalutem: quòd probari poteſt multis rationibus. Et in primis: quia (vt inquit)
Propheta. *Non eſt in morte, qui memor ſit tui*, & hoc vel Pſ.6.v.6.
quia permittit Deus in pœnam, vt inquit Diuus Augusti- D.Aug.
nus. Iuſto Dei iudicio communiter permittitur, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui viuens obliuiſcebatur Dei, ſi-
cut etiam minabatur Deus per Iſaiam. *Neque cogitaſti in* Iſa.57.11.
corde tuo, quia ego patiens, & quaſi non videns, & oblitus es mei. Quia ego tacui (inquit Deus) tu oblitus es mei. Memor eſſe deberet homo illius adagij. Qui tacet, lapides ad percutiendum colligit, & hoc valde timendum eſt. Accidit aliquando, quòd cum ædificatur paries alicuius domus ex lapidibus, cæmentum ſucceſſu temporis ita obdureſcere, vt in lapidem videatur eſſe conuerſum, & hoc ſaltem in calidioribus regionibus fieri videmus; ita vt vnum quid ex lapidibus & cæmento, quo permiſcentur eſſe videatur. Proijcit Deus in morte lapides collectos in vita hominis negligenter viuentis, lapides inquam denegationis auxiliorum, in pœna peccatorum præteritorum: timendum ea propter eſt, ne cor hominis in morte ita obdureſcat, vt in lapidem conuerſum eſſe videatur. Quando videmus aliquem mori, ita implicatum rebus huius mundi, vt nihil dicere, facere, aut cogitare videatur, niſi de negotijs huius mundi, de diuitijs &c. ac ſi non eſſet ille vltimus punctus, in quo hæc omnia relinquenda ſunt: quid nam eſt in cauſa? certè non aliud niſi pœna peccati, lapides denegationis auxiliorum: quod indè prouenit; vt qui parum curauit in vita de Deo, & propria ſalute in morte etiam parum Deus curet illum, vnde nec habere contritionem de peccatis poteſt, nec de Deo fructuosè cogitare: vel etiam accidit hoc, quod in morte homo pœnitere non poſſit, nec de Deo cogitare ex quadam conſuetudine, de eo enim loquitur, & cogitat in morte, quo ſe continuò occupabat in vita. Mors cõmuniter dicitur ſomnus, iuxta illud Poeta.

Quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago?

ad hoc propoſitũ legimus apud Eutropium de Hijcrate duce Athenienſium, quòd cum vidiſſet quendam militem ad

excu-

Digitized by Google

excubias tenendas iuſſum dormire, lancea eum transfodit; cùm verò alius milites id ægrè ferentes murmurarent, quod nimis rigoroſè ageret; reſpondit: qualem inueni, talem relinquo: innuens, quòd mors eſt ſomnus, non ſolùm ex hoc quòd oculi clauduntur in morte, ſicut in ſomno; ſed etiam inde quòd ſicut ſomniantes communiter loquuntur in ſomno id quod in vigilia cogitarunt: ſic in morte ea quiſpiam loquitur de pecunijs, de diuitijs, quæ in vita cogitabat. Sicut etiam dormiens id ſomniat, de quo de die loquebatur: ita in morte eius rei affectus, & imaginatio occurrit, cuius erat in vita. Propter hoc etiam mors dicitur ſonus, & Echo, quia quod agimus in morte eſt Echo vitæ præteritæ; & malorum, & bonorum mors eſt ſomnus; ſed differenter, quia mors iuſtorum dicitur ſomnus, ideo quia tunc à laboribus ſuis requieſcunt; malorum autem mors eſt ſomnus, quia in morte ſomniát, quod in vita geſſerunt, ſomniant, quod numerant pecuniam, quia in vita ad hoc aſſueti ſunt, ſomniant, quod plenam manum pecunijs habeant, & poſt illam vitam nihil inueniunt in manibus ſuis,
Pſ.75.6. (vt inquit) Pſalmiſta, *Et nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis.* Dicitur etiam mors ſonus, vel Echo vitæ præteritæ, vel quia ſicut cum quis percutit campanam, talis eſt ſonus qualis percuſſio, ita talis eſt mors hominis, qualis erat vita: vel quia in morte licet ceſſent recreationis, mundanæ conuerſationes, manet tamen ſonus, & ita communiter occupat cor, vt nihil meritorium mortes cogitare poſſit.

Alia etiam cauſa aſſignari poteſt, quare aliquis in morte pænitere nõ poſſit nimirum paſſiones, tunc inhærentes,
In 4.d.20 q.1. C scilicet dolor, & timor, quæ ratio etiam affertur à Scoto, Pro cuius rei cognitione ſciendum eſt, quòd ad habendam dignam diſplicentiã de peccatis, & vt ſit valida ad ſatisfactionem, requiritur neceſſariò vſus liberi arbitrij nõ impe-
Et d.14 q.1.& 2. ditus. patet à Scoto ibid. ad pænitentiam enim habendam oportet voluntaté imperare intellectui, vt conſideret peccata tanquã Dei offenſiua, à Deo auerſiua, præmij impeditura, & inductiua ſupplicij, poſtea debet imperare, vt habeat diſplicentiam de peccatis commiſſis, vereaturque in poſterum in peccata eadem reincidere. Si ergo intellectus fuerit à tali conſideratione impeditus, non poterit voluntas ſic pænitere, cum omne volitum, vel nolitum prius ſit neceſſariò cognitum. Huius rei habemus quotidianam experientiam, ſi enim vis aliquod opus facere, quod requirat inſtrumentum niſi illud ſit benè diſpoſitum, non potens operari. Certiſſimum eſt igitur, quod hæ paſſiones dolor, & timor impediunt operationes potentiarum intellectus, & voluntatis. Sed vnde nam prouenit dolor, & à quo cauſa-
In 4.d.14. q.1.& 44. q.2.10.3. d.5.q.vnicæ. tur; Reſpondeo ex Scoto. Dolor vt plurimum in voluntate cauſatur ex diſſenſione reſpectu paſſionis tanquam obiecti ſibi diſconuenientis: quia videlicet nullo modo vult talem paſſionem, & quantò diſſenſio eſt maior, tantò cauſatur maior dolor in parte ſenſitiua. Quod vel ſic declarari poteſt. Appetitus intellectiuus ſic eſt appetitui ſẽſitiuo vnitus, vt naturaliter non poſſit eſſe dolor in parte ſenſitiua, quin voluntas non doleat, & quantò dolor eſt maior, tantò vo-
In 2.d.29 & 14. luntas magis ſibi condolet, vt aſſerit Scotus, ea propter
In 3.d.15 quantò magis illum non vult dolorem in parte ſenſitiua,
In 4.d.49 tantò magis voluntas ipſa triſtatur, & condolet. Peccator autem ſine dubio graui, & periculoſa infirmitate detentus, quantò plus amauit carnem ſuam tempore ſanitatis, ac pro eius conſeruatione ſæpe limites recti exceſſit, ipſam delicate nutriendo tantò magis tempore infirmitatis ſuæ, de ipſa infirmitate triſtatur, imò ſummus diſſentit, ac per hoc patitur maximum dolorem in capite, in omnibus membris, imò ipſa peccatoris voluntas nolendo talem dolorem in parte ſenſitiua tam diu durare, maximum angorem, & cruciatum in ſe elicit, ita Scotus. Hic igitur dolor in carne, & triſtitia in mente tantopere impediunt vſum liberi arbitrij, vt intellectus tunc non poſſit aliud conſiderare, quàm ipſam carnem tam acriter afflictam, & doloribus plenam, patet hoc apertè. Obiectum namque quod magis mouet ſenſum exiſtens in intellectu, magis mouet intellectum, ſe-
1.diſt.8. cundum Scotum, quo circa intellectus ſic occupatus, non poteſt conſiderare pro tunc peccatum, ſub debitis circumſtantijs, ac per conſequens voluntas non poteſt deteſtari,

eum non feratur in incognitum, ſatis luculenter id declarat Scotus, quando docet, quod dolor excellens in parte ſenſitiua, natus ſit impedire vſum rationis, plus ſiquidem In 4.d.15
impedit vſum rationis dolor vehemens, quàm delectatio q.vnicæ ar
patet per Sanctum Auguſtinum dicentem. Paſſiones cau- tic.2.
ſatæ à triſtabilibus, & nemo eſt qui non plus dolorem fu- D. Aug.
gat, quàm appetat voluptatem, quandoquidem videmus in lib. 83.
immaniſſimas etiam beſtias aſperitatibus terreri, dolore, quæſt. q.
& metu. Et Ariſtoteles dicit quòd voluptas furatur intel- 36.
lectum, igitur multò magis dolor vehementer natus eſt de 7. Ethic.
communi lege obruere, furari, ac impedire vſum rationis. c.9.
Quòd verò in martyribus ſuſtinentibus maxima tormenta intellectus habuerit vſum rationis, hoc fuit ex gratia ſpeciali Dei benigniſſimi. Vehemens quoque gaudium impedit vſum rationis, vt patet per Sanctum Auguſtinum in libro ſupracitato. Et Ariſtoteles dicit, quòd delectatio cor- 1.Ethic.
rumpit æſtimationem prudentiæ, magis autem vehemens paſſio eſt triſtabilis, vt dictum eſt, ergò magis impedit vſum potentiarum rationabilium; at quænam maior triſtitia ſub cælo reperiri poteſt? quis maior dolor dolore mortis? cum & Ariſtoteles dicat. Mors eſt vltimum terri- 3.Ethic.
bilium.

Non mirùm igitur ſi peccator inſtante morte, magis de termino vitæ ſuæ, quàm de peccatis in vita commiſſis triſtetur, tunc enim ædificium corporis deſtruitur, tunc harmonia ſenſuum diſſoluitur, & vires debilitantur, tunc & oculus in diiudicandis viſibilibus obiectis deficit, & aures in percipiendo ſono, & alij ſenſus tàm interiores, quàm exteriores conturbantur. Potentia quoque animæ, memoria, intellectus, & voluntas, ab officio ſuo impediuntur. Et in ſumma: moriens videt vitæ propriæ lampadem extingui, videt iam oleum emi non poſſe, & ideo nimis de hoc triſtatur, ſicut illæ virgines fatuæ; ita vt de alijs rebus tunc vix poſſit cogitare. Dicitur de quodam Dapifero Caroli Imperatoris, quod cũ moreretur intimus ſocius, & conſeruus eius ad viſitandum venit, & inſtanter ab eo petijt, vt migrando ex hac vita poſtularet à Deo, vt ſi hoc placeret ipſi ambo eſſent in cælo ſimul, & in eodem loco. Reſpondit infirmus; libenter: verumtamen ne obliuiſcar, liga mihi hunc digitum: quare hoc? quia accedentibus doloribus mortis, vix de aliquo recordatur homo impeditus doloribus mortis, ex his igitur concludo, quoniam in peccatore in extremis agente eſt maximus dolor qui impedit vſum rationis, cùm tamen ſit neceſſarius vſus rationis non impeditus, quatenus pænitentia ſit Deo accepta (vt ſupra dictum eſt) ſequitur quod tunc non poterit pænitere, atque ſic vix auſim aſſerere pænitentiam eius acceptam; niſi miſericordia Dei accedat. Ideò dicit Auguſtinus, & habetur D. Aug.
in decret. de pænit. Nullus expectat quando iam non poſ- in lib. de
ſit peccare, arbitrij quærat libertatem, vt dolere poſſit com- pænit. l.7
miſſa. Qui prius itaque à peccatis relinquitur, quàm ipſe relinquat ea non liberè, ſed quaſi ex neceſſitate condemnatur, & infra. Sed quoniam vix vel rarò eſt tam iuſta conuerſio; timendum eſt de pænitente ſero; quem morbus vrget, & pæna terret, ad veram vix venit ſatisfactionem.

Sed dices: à tali dolore, vel triſtitia non totaliter impediri vſum rationis, concedo; multum tñ doloris impedimenti præſtat, & per conſequens vſus rationis erit ita imperfectus, atque remiſſus, vt vix ſufficiat ad veram diſplicẽtiam, patet: nam quando intellectus eſt occupatus circa plura, tunc circa vnum valde intensè, & circa aliud quaſi nihil operatur. Similiter voluntas non poterit habere actum ſufficientem circa aliquid, ſi circa aliud eſt intensè occupata. Sicut enim cognitio vnius obiecti in intellectu impedit cognitionem alterius; ita nolitio alicuius valde intenſi, in voluntate, vel volitio, impedit pro tunc nolitionem, vel volitionem alterius, de mente Scoti. Cùm ergò intellectus In 2.d.42
peccatoris in extremis cõſtituti valde intensè ſit occupatus q.1.
circa dolorem carnis propter maximam coniunctionem, quam habet cum carne: nõ poterit pro tunc debitũ, & competentem dolorem peccatorum concipere. Id videre licet in potẽtia viſiua, quæ ſi intuetur aliquã figurã intensè, non poterit pro tunc intueri aliud, niſi remiſsè: quantò magis mens obſtinati peccatoris qui malè vixit in hoc ſæculo, qui

habuit, tot diuitias, honores, voluptates, delectationes ſenſuales. Hæc potius caduca in extremis cum dolore conſiderabit, ob eorum amiſſionem anguſtiabitur, quàm ob amiſſionem gratiæ Diuinæ, quàm ob peccata commiſſa, quę inuitam penè conſcientiam remordent, cruciant, torquẽt. Atque ideò loco illius vocis ingemiſcentis ad Deum, heu mihi Domine, heu quia fui tam vanus, pœnitet me adeò pœnitet: vociferabitur potius, heu, heu, quanto capitis dolore diſcrucior, quomodo vires omnes deficiunt, deinde loco illius ſuſpirij, heu mihi Domine, quia tot iniquitates commiſi, oculis, ore, & lingua, maledicendo tibi, & Sanctis tuis, tunc dicet. Heu quam horrendum oculi, nares, lingua, palatum meum ſentiunt dolorem: loco illius miſerabilis eiulatus, heu mihi Domine, quia toto corpore in voluptatibus me volutaui, doleo. E contra clamabit, heu quàm mihi languet corpus, nec amplius vlla obſonia capit. Loco denique intimi doloris de peccatis commiſſis corde, de odio, rancore, & appetitu vindictæ, ingeminabit ſæpius: heu quomodo emoritur cor præ dolore, nihil ſapit, omnia abominatur, omnia odit, odit loqui, cantare, iocari, delicijs frui renuit. Vis ſcire vnde hæc? mens vtique tua, ita & taliter eſt intenſa ac impedita per dolorẽ, vt non poſſit aliquid cogitare, niſi illud malum, quòd inuitus tolerare cogitur. Tanta quippè vis (teſte D. Gregorio) eſt doloris, vt aliquando nequeat ferre vim cogitationis. Magna ſanè cæcitas dum tempus eſt non pœnitere. Nonnè magiſtra experientia didiciſti, quàm tædioſum tibi fuit etiam benè incolumi nonnunquam dicere vnum Pater noſter, vel facere aliquid boni, aut cogitare? Quomodo ergo in tali hora habebis veram pœnitentiam, veram contritionem peccatorum tuorum? quomodo confeſſionem facies peccatorum, quam tot annis omiſiſti? profectò erit difficile;

Eccl. 17. *Viuus igitur & ſanus confiteberis, & laudabis Dominum Deum & gloriaberis in miſerationibus eius*: Suadet id tibi Magi-

In 4. d. 2. ſter Sententiarum, cum ait; difficulter haberi poſſe veram pœnitentiam tunc, quando ſera venit, quando cruciatus membra ligat, quando dolor ſenſus opprimit; vt vix homo cogitare aliquid valeat, non dicit quod ſit impoſſibile; ſed ita difficile, vt rarò tales ſaluentur. Ergo dum tempus habemus operemur bonum, vt inquit Auguſtinus, & habetur in decret. de pœnit. cap. 7. Illi qui cum potuerant nunquam conuerti voluerunt, confitentes cum iam peccare nequeunt, non ſic facilè acquirunt, quod volunt.

Tertia ratio ob quam ſera pœnitentia eſt periculoſa accipitur ex circumſtantiarum priuatione. Nam ſi pœnitentia debet eſſe valida, oportet eam eſſe circumſtantionatam,

In 4. d. 16 quod tamen vix habetur in extrema neceſſitate. Debet autem (ex Scoto) pœnitentia habere duplicem circumſtantiam, principij & finis, nempè vt ſit voluntaria, quoad principium, & propter amorem Dei, quæ eſt circumſtantia finis: Quantùm ad primum, dico in primis quod ad actum

Et in 2. d. 40. moralem requiratur hæc circumſtantia, vt ſit liberè elicitus à voluntate iuxta Scotum vbi ſupra; præſertim verò ad actum diſponentem ad gratiam, quæ merè liberè confertur à voluntate Diuina; nempè ſicut gratia ex liberalitate

In 1. d. 2. & 8. q. vl. & q. 7. diuina contingenter, & nulla neceſſitate confertur, vt dicitur à Scoto, ſic etiam ille actus pœnitentiæ, vt ſi diſpoſitio de congruo ad gratiam, merè liberè debet elici à voluntate, & non aliquo timore pœnæ.

Secundò dico, quòd quando fit aliquid ex ſuppoſitione alicuius inuoluntarij, non eſt ſimpliciter voluntarium, ſicut non omninò quis voluntariè proijcit merces in mare,

In 4. d. 20 dum proijcit ex ſuppoſitione periclitationis, quam nollet, hoc tangit Scotus, & addit, quòd qui vſque ad articulum mortis fuit impœnitens, non videtur extorquere à ſe ipſo diſplicentiam nouam, niſi in timore imminentis pœnæ: præſumitur enim, quòd ſi remotus eſſet à pœna ſicut prius, non extorqueret illam diſplicentiam, ſicut nec prius; tum quia aliquid ſimpliciter inuoluntarium, videtur eſſe cauſa diſplicentiæ illius, ſcilicet expectatio, & timor mortis, quæ eſt inuoluntaria: quòd autem fit ex ſuppoſitione alicuius inuoluntarij, non eſt voluntarium tunc. Vlterius quod non eſt merè voluntarium, non videtur à Deo acceptum alijs, nec propter amorem alicuius factum: oportet enim non ſolùm timere iudicem, ſed diligere: arbitrij namque libertatem quærit, vt delere poſſit commiſſa, non neceſſitatem; charitatem, non timorem. Non igitur timeat pœnam qui pœnitet, ſed mori cupiat pro gloria. His ſuppoſitis conſtat, quòd cùm pœnitentia illa non ſit voluntaria, niſi ex nolitione mortis vel inferni, non eſt ſimpliciter voluntaria, nec per conſequens meritoria.

Hic paulisper perpendamus, quàm multi ac pœnè innumeri ſunt tales, qui non niſi timore mortis conteruntur, dimittunt odium, rancorem, appetitum vindictæ; quàm multi qui timore mortis, & non Dei amore reſtituunt aliena! quæ non reſtituerent ſi ſcirent ſe diutius victuros. Quid tibi prodeſt confeſſio, ſi tantùm timore mortis, & inferni facis? quid tibi prodeſt bona aliena reſtituere in articulo mortis, quæ nunquam in vita reſtituere voluiſti? quid tibi prodeſt remiſſio iniuriarum in hora mortis, quando vindicare non potes? Confitere dum ſanus es, & ſolo amore dimitte odium, eneca appetitum vindictæ, tunc quando vindicare potes, reſtituere aliena dum vita ſuperſtes eſt, Atque ſic omnia iſta erunt tibi meritoria, & Deo multum accepta, quia propter eius amorem cenſebuntur facta.

Quantum attinet ad circumſtantias finis, neceſſe eſt, vt quæuis pœnitentia, ſit propter amorem Dei facta, & reſpiciat Deum pro fine. Nam certum eſt in primis actum moralem, debere eſſe circumſtantionatum per Scotum. In prol.

Inter omnes autem circumſtantias, maximè requiritur circumſtantia finis, idque potiſſimum in actu pœnitentiæ, quæ eſt diſpoſitio ad gratiam delentem culpam, vt dicit Scotus. niſi enim ille actus fuerit factus amore Dei principaliter & non tantum timore ſeruili, nunquam erit diſpoſitio ſufficiens ad gratiam delentem culpam, vt dicit Scotus vbi ſupra. Vnde Auguſtinus. Non itaque in ſolo timore viuet homo, quem ergo pœnitet ſerò, oportet non ſolùm Deum timere iudicem; ſed iuſtum diligere; non tantùm Deum timeat, ſed vt amplectetur pro gloria, oportet. Debet ergo pœnitere amore Dei, & non timore pœnæ. Omne enim principium practicum, ſumitur à fine vt exponit Scotus, quod principium ſiue cogitatio cognitionis practicæ dirigit voluntatem, ipſam ordinando in operibus ſuis, id eſt principaliter dictat voluntati, vt principaliter eliciat ſuam operationem propter vltimum finem, atteſtatur id D. Hieronymus ad Damaſum Papa de filio prodigo, inquiens, qui diligit non ideò imperata cuſtodit, quia aut timore pœnarum, aut præmij auiditate compellitur, ſed quia ipſum quoque quod iubetur à Deo eſt primum. Certum eſt præterea, quod ad hoc vt intellectus intelligat, aliquid requiritur de neceſſitate, vt illud ſit præſens in ſe, quoad cognitionem intuitiuam, vel in ſpecie quo ad cognitionem abſtractiuam: obiectum ſiquidem concurrit, vt cauſa partialis ad intellectionem neceſſariò per Scotum. Pari ratione ad hoc, vt peccatum cognoſcatur tanquam auerſiuum à Deo, vel tanquam offenſiuum Dei, & per conſequens, vt voluntas ſub tali reſpectu ipſum deteſtetur, oportet illud eſſe præſens intellectui ſub tali ratione. Nam quo pacto intellectus intelligit aliquid, eo oſtendit voluntati. Denique & hoc certum eſt, quòd obiectum pręſens magis mouet, quàm abſens, maximè ſi obiectum ſit diſconueniens potentiæ, puta obiectum natum cauſare magnum timorem, vel dolorem.

q. vlt. in 1. dist. 11. & vlt.
In 2. d. 7. q. 40. 41. 45.
In 4. d. 14 & q. 18.
In d. 14. q. 3. & 13. q. vnic.
D. Aug. de pœni. d. 7. c. nullus.
2. Phyſic. Sco. q. vl. prol. & d. 1. primi.
In prol. q. 1.
In 1. d. 3. q. 6. 7. 8. & 11.
In 2. d. 3. q. 8. & 9. & q. 15. quolib.

His ſuppoſitis dico, omnia peccatori in extremis agenti permittente Deo, repræſentabuntur peccata, non vt offenſiua Dei, nec ſub alijs debitis circumſtantijs, ſed inquantum cauſæ ſunt ſuæ damnationis. Accedit huic ineuitabilitas mortis, apertum inferni chaos, teterrima dæmonum monſtra; credisnè tu miſerum peccatorem, qui tempore ſanitatis non timuit offendere Deum omni genere peccatorum, qui contempſit pręcepta, nec ſolum non amauit factorem ſuum, quinimò blaſphemando, peierando dehoneſtauit? credisnè inquam tempore mortis ſic omnia viſurum tormenta, quę propter peccata ſua paſſus eſt, tunc primum ira Dei apparebit, cũ videlicet ſuper caput ſuum enſem vibratum indignationis eius peruiderit, vbi non iam pœnitebit amore Dei, ſed timore ignis, & aliarum pœnarum, quæ ſibi oſtenduntur: Nam ſi pœniteret amore Dei, reuera, tempore ſanitatis hoc faceret. Aliter peccator profectò ſi Deum E

verè

verè diligeres, non ſtetiſſes vſque ad vltimum vitæ tuæ in peccato: nunc autem certum eſt pœnitentiam iſtam eſſe coactam, & per conſequens eſſe inualidam. De hoc Sáctus Bernardus ponit exemplum tale. Si aliquis ſeu rus Regius fugiſſet ad hoſtes Domini ſui, ibiq; permanens longo tempore, multa mala ei intuliſſet, ac ſemper in ipſius odio perſeueraſſet: ſi verò poſtea ſuſpendio adiudicatus, interrogaretur à Domino ſuo, an eum ſuper omnia diligeret, & quidem ſuper omnia temporalia? en an talem mortem libenter ſuſtineat, quia Regem offendit licet verbis, reſponderet quia ſic, tamē ridiculum eſſet credere, tanquam verò. Hinc iam quiſque facilè colligere poteſt, quàm periculoſum ſit differre pœnitentiam vſque ad extremam vitæ horam, non ſolùm propter rationes, & authoritates ſupra dictas, ſed quod Deus multoties permittat, vt qui vſque ad vltimum vitæ differt pœnitentiam, illa vltima hora etiam ſi vellet pœnitere non poſſit, præcipuè ob ademptum liberum vſum rationis. Auguſtinus Serm. Innocen. Iuſtè percutitur (inquit) hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus erat Dei. Meritò ergo à Domino, & Sanctis eius reprehenditur ille, qui pœnitentiam differt & procraſtinat; quando quidem etiam, & inter amicos tenemos non ſolùm concedendū eſt, quod alter petit, ſed mox, vt petierit executioni mandandum. Nec dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare; quia enim amicus es; nō decet, vt in aliud tempus differas, quod ſtatim præſtari poteſt amico. Quid igitur eſt in cauſa, vt Deus petat, & quod poſtulat mox non obtineat, ſed illū tot annos expectantem retineas, nil aliud niſi quod non eſſe amicus Deo? Et quamuis nihil tibi boni accreſceret ratione pœnitentiæ, ex eo tamen quia Deus enixis precibus id à te cōtendit, vt pœniteas, præſtare deberes. Quid enim aliud requirit, qui tot labores in cruce pertulit, niſi vt peccator conuertatur, & viuat? quid petit ille qui ſiti cruciabatur in cruce, niſi animarum ſalutem? nulla re alia maiorem illi afferes voluptatem, quam conuerſione ad illum; Conuertere igitur ſtatim, & ne differas conuerſionem tuam in aliud tempus; eſto fidelis amicus; trade Chriſto Domino cor tuum, quando id potes ſtatim tradere, Tradis amico pecunias, quas petit, quamuis ipſe indigeas: quia amicus eſt: & non trades animam Chriſto, quod in tuam vtilitatem maximè cedit.

Quoniam verò in omni negotio cum de rebus magni ponderis, & momenti agitur, ſemper differre nocuit; non ſolùm propter periculum, quod emergit ſubitò, & rem difficillimam reddit; ſed quia res in ſe magna eſt, qua priuari, vel per breue tempus perniitioſum eſt. quod patet in Heliſeo Propheta, qui cum Gieſi puerum mitteret ad reſuſcitandum viduæ filium, dixit. *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade; ſi occurret homo, non ſalutes eum; & ſi ſalutauerit, & quiſpiam, non reſpondeas illi, & pones baculum meum ſuper faciem pueri.* Prohibet propheta ſalutationes, ne remorentur in via. Quid ergo intereſt, quod prohibita ei fuerit ſalutatio? multum ſanè intereſt, quia res magni momenti fuit ad quam mittebatur, ſcilicet, vt puer qui vita functus erat à mortuis excitaretur. Si ergo corporis vita tanti ſit à Propheta Domini, vt non patiatur curſum ſerui ſui, qui mittebatur ad illud perficiendum per aliquod breuiſſimum tempus retardari; cur pateris tu, vt anima tua tot annos iaceat mortua in maximis ſceleribus? nec curas, vt ad vitam reuocetur? Superat enim, & longè ſuperat vitam corporis, animæ vita. Si Deus tibi mille annos vitæ concederet in hoc mundo, & aliquis vellet detrahere nōgentos, maximam tibi iniuriā ab illo irrogari diceres. Cur autem non reputas adimere te animæ tuæ ſpiritualem vitam, dum in peccatis deliteſcis? feſtinat Heliſæus valde, vt puerum alienum ad vitam reuocet: tu verò, vt animæ tuæ vitam reſtituas, teſtudineo paſſu progrederis? nondum aſſecutus es quanti fieri debeat animæ vita ſpiritualis? pluris habenda eſt quàm omnium corporum vita, quia hæc à gratia, quæ Dei participationem induat proficiſcitur, illa eſt breuis, & multis fucis illita. Cū filij Iſrael captiui ducti fuerunt in Babylonem, tanto erant mœrore oppreſſi, tantam triſtitiam contrahi, vt cum Babylonij dicerent Hymnum Cantate nobis de canticis Sion reſponderent ipſi.

4. Reg. v. 24.

Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? quia quamuis ſperabant fore, vt Dominus illos à dura ſeruiture vindicaret, & in libertatem reaſſumeret: tamen quam diu libertas aberat, in luctu, & mærore verſabantur, (nam ſeruitus licet vnius tantum horæ ſit, dura, & miſera eſt) Sionis dulciſſimæ Patriæ recordabantur, & lugebant dicentes. *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion.* Qui diues erat in Patria, cùm caſu aliquo captiuus ducitur, quanquam ſperet fore, vt in priſtinam libertatem redeat, in mærore, & luctu eſt, donec veniat expectata dies. Sic erat luctus filiorum Iſrael cum captiui ducti ſunt in Babylonem, quia fœliciſſimi temporis ſuæ affluentiæ, & Sionis fœcundiſſimæ recordabantur; ideo nullam conſolationem admittebant. Pſal. 136. v. 1.

Quæ verò ſeruitus durior, quàm animæ, quæ in in vinculis peccatorum eſt? quę gaudij, & lętitię oblectatio in hanc animam obrepere poteſt? Nihil eſt (ait Ambroſius) quod tàm ſummo dolori ſit, quàm ſi quis poſitus ſub captiuitate peccati, recordetur vnde lapſus ſit. Quanquam certus ſis fore, vt antequam diem tuam abeas, peccata pœnitentia deleas; ſubterfugere tamē deberes peccatum, etiam per breuiſſimum temporis ſpatium. Nam à dignitate filij regis, deturbans in miſeram Dęmonis ſeruitutem, omnibus gratiæ bonis ſpoliatus, ſempiternis ſupplicijs addictus, priuatus illo iure, quo ad ſummam fęlicitatem per merita Chriſti peruenitur. Cur ergo moraris, & in peccatorum cœno, ac volutabro iaces? cur potius pœnitentia duce: ex tantis malis emergere, & in toto omniumque malorum expeto loco collocari non deſideras? conſidera, & perpende maximum periculum in quo verſaris, dum in peccati ſordibus iaces: fieri enim poteſt, vt ſubita morte præuētus, priuſquam pœnitendi poteſtas ſibi fiat, ex hac vita decedas, & in profundum inferni præcipiteris. Si obijcias, te proſpera valetudine frui, hæc ſolet in aduerſam ſubitò commutari. Solent etiam homines caſu aliquo inopinato ſubitò occumbere, aut fluminis alluuione, aut tegulę ictu, aut domus ruina oppreſſi, aut haſta tranſuerberati, aut mucronum tranſfoſſi, aut alia ſubitanea, & improuiſa morte correpti, Deo ita res diſponente. Si ergo in hoc periculo verſaris non leuis ſtultitia eſt, nolle ex illo emergere. Dum perìculoſo aliquo morbo corporis corriperis, ſtatim iubes accerſiri medicum, vt medicinas adhibeat; tu verò illis vteris, quamuis magni pretij ſint, & dolorem incutiant, venas ſibi quoque pręcidi pateris, cum etiam eo morbo laboras, quo vniuerſum corpus corrupti ſanguinis maculis aſpergitur, quos cruciatus non ſubis, vt illum expellas? amatas potiones exhauris, pillulas ſi opus eſt deglutis, corpus denique intercidi nō recuſas: huiuſmodi carnificinam non in aliud tempus reijcis, ſed ſtatim in te exerceri vis, quia cum vitæ diſcrimen interueniat, maxima ſtultitia eſt differre. Cur igitur cum animæ ſalus periclitatur in longiſſimum tempus medicinam reijcis? cùm vita corporis periclitatur, moram times, & cū animæ ſalus in diſcrimen vocatur, non times. Ambroſ. F

Obijcis præterea, ſacramenta à Chriſto Domino inſtituta, quocunque tempore ſumantur profutura; fateor: ſed id non remouet periculum in quo tu verſatis: fieri enim poteſt, vt priuſquam illorum particeps fias extinguaris. vnde Auguſtinus ad fratres in eremo inquit. Quid peccator confiteri diſſimulas, & non metuis ne mors repentina ſurripiat diē conuerſionis? nonne homines ſubitò moriuntur? Deus tibi promiſit remiſſionem conuertendo à peccatis, ſecuritatem non promiſit diu viuendi, ſi ſubitò ierit dies extremus, perijt dilatio. & reſtat damnatio, & alibi. Cras (inquit) conuertar, & erit finis iniquitatum mearum, benè gaude; quia craſtino die iniquitatum tuarum erit finis: ſed quid ſi ante craſtinum tuus erit finis? ergò benè quod gaudes, quia conuerſo tibi Deus indulgentiam promiſit, ſed craſtinum diem nemo tibi promiſit. Hæc Auguſtinus: & verè; In re tanti ponderis, ac momenti, nemo ſanæ mentis conuerſionem differre debet, nec per temporis punctum; ſed ſummas Deo gratias agere, eò quod ſemper paratus ſit, vt illū excipiat. Statim amaram potionem, quam tibi medicus decreuit ſumis, quamquam ignoras vſum pro futura ſit, vel damnum allatura. Cùm autem fide teneas animæ medicinam, vt decet adhibitam nunquam nocere, ſed ſemper proficere. Auguſt. ſerm. 71.

Digitized by Google

ficere, quare procraſtinas? O vecors; ò ſtolide! caue tibi: ne id in fine lugeas. Sed eſto: certò habeas; te non ſubita, & inſperata morte correptum iri, ſed in tuo lecto, inter bonos, & familiares, & id à Deo accepiſſe, ne vlla tibi poſſit dubitatio: adhuc ſtultus es, ſi confeſſionem differs, quia ſalutẽ tuam in diſcrimen vocas. Sæpe enim Deus permittit in pœ-
Libr. 1. de pęnit. capite vltimo. nam tantæ rebellionis, ac proteruiæ, vt cum velis, non inuenias modum, & viam. Scribit S. Ambroſius. Qui poſitus in vltima neceſſitate ægritudinis ſuę accepit pœnitentiam, & mox reconciliatus fuerit, & exit de corpore fateor vobis, non illi negamus, quod petit: ſed nô poſſumus dicere, quod benè hinc exijt, non præſumo, non polliceor, non vos fallo, non decipio, pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. Vis te à dubio liberare? vſque in certum locum euadere? age pœnitentiam dum tempus eſt: ſi autẽ tunc agere vis pęnitentiam quando peccare non potes, peccata te dimittunt, non tu illa, ſic Diuus Ambroſius, & idem concludit Auguſtinus ad fratres in eremo. Ne verò vlla poſſit in hac re dubitandi ratio ſuboriri, meminiſſe oportet illius infęliciſſimi caſus Regis Antiochi, cui Dominus propter cordis elationem, & ſuperbiam inauditam, luculẽtum inflixit vulnus, & iam cum ſe male affectũ cerneret, ad Dominum cõuerſus ait. Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Animi ſubmiſſionem ſonant hæc verba, ſed quid amplius? Quatuor commendatione digniſſima obtulit Deo, primùm Iudæos, quos nec ſepultura dignos iudicauerat, æquales Athenienſibus ſe factuum pollicetur: deindè templum ſanctum, quod prius exſpoliauerat optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinentia ad ſacrificia ſumptibus de redditibus ſuis præſtiturum, & ſuper hæc Iudæum ſe futurum, ac deniquè omnem locum terræ perambulaturum, & prędicaturum Dei poteſtatem. Profectò ſi humanis oculis res cerneretur, hæc Antiochi pęnitentia, omnibus numeris abſoluta videretur, & ſi quis ad confeſſionem his adhibitis doloris ſignis accederet, obtineret abſolutionem. Sed nunquid ſcelerum impunitatem aſſecutus eſt? nihil minus. *Orabat* (ait ibidem ſcriptura) *hic ſceleſtus Dominum, à quo non* 2. Mach. 9. 13.
eſſet miſericordiam conſecuturus. Hinc facilè percipi poteſt, quantum periculum habeat ſera hęc pœnitentia. Sunt qui exiſtimant ſufficere mortis tempore peccatum confiteri, & pecunias in pia opera diſtribuere, crucifixi imaginem arripere, pugno pectus tundere, & his, & alijs pietatis operibus vitam in flagitijs, ac ſceleribus conſumptam ſanctificari. Ego verò de illorum ſalute dubito, nec mirũ ſi ego dubitem cum prius Diuus Ambroſius, & Auguſtinus dubitauerint, vt audiſtis.

Cum igitur tantam ſecum dubitationem afferat pœnitẽtia ſera, cur illam in vltimum vſque tempus differre audes? In litibus, vt cauſam obtineas, nullam moram interponis: ea in re in qua vita animę, in damnationem venit, dormitas? Duæ res ſunt (ait Ambroſius) aut ignoſcetur tibi, aut non ignoſcetur, quid horum futurum ſit neſcio, ſed do conſilium, dimitte incertum, & tene certum, ac ſi diceret in re tàm graui, quod tutius eſt eligendum, ſecuriorem viam tene. Et Spiritus Sanctus in Eccleſiaſtico inquit. *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere, à mortuo quaſi* Eccl. 17.
nihil perit Confeſſio, confiteberis viuens viuus, & ſanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus illius. vide ſup. v. 26.
Viuens (inquit) confiteberis non moriens: viuus, & valens: non morbo affectus, & moriens. Hoc pro finali Diuini Spiritus conſilium ſibi ſume, dignus namq; eſt, vt illius verbis fidem adhibeas, & periculum in quo verſaris declines, quo fiet, vt tempore opportuno miſericordiam Domini aſſequaris, quam aſſecutæ ſunt quinque illæ prudentes virgines quæ paratæ erant ad cæleſtis ſponſi nuptias celebrandas, & introierunt cum eo in ſempiternum regnaturæ, quod vtinam nobis cõtingat, per Chriſtum Dominum noſtrum, qui viuit in ſæcula. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Tertiæ Quadrageſimæ.

Luc. 11. v. 28. *Beati qui audiunt verbum Dei.*

Prou. 4. v. 20. *Fili mi auſculta ſermones meos; & ad eloquia mea inclina aurem tuam.*

DVo ſunt, quæ beatos efficiunt beatitudine politica principes, & quoſcunque Prælatos. Vnum eſt cum amantur à populo tanquam Patres à filijs; Aliud quando ſunt prouidi, à longe omnes futuros euentus prouidendo. Et reuera amor populi erga principem eſt murus fortiſſimus, ſecuritas perfectiſſima, & politica felicitas. Si enim amatur à populo proſperè illi cadunt vniuerſa, amor enim ſubditorum facit, vt ei libenter ſeruiant, & ad nutum obediant ſinguli. Ideo politici plura Principibus media tradunt, quibus amorem populi ſibi conciliare poſsint, quale eſt illud Ageſilai Regis Lacedemoniorum, ſi ſuis populis ita imperent, vt Parentes filijs, ſi ſtatus excellentiores tractent pro ſua dignitate, & populum liberalitate, & benignitate beneuolum efficiant. Sed vniuerſale, & efficaciſsimum medium eſt, vt omnes libenter, & benignè Princeps audiat. Eo enim ipſo erga omnes amorem ſuum declarabit, quòd omnibus prodeſſe velit, omnes iuuare, & eorum cauſas tanquam proprias tractare deſideret. Inde eueniet correſpondentia amoris populi erga Principem, in quo vnus ex ſeptem ſapientibus Periander, totam ſecuritatem, & felicitatem Regni collocauit. Prouidentia etiam futurorum Principem beatum efficit. Si enim damna futura tempeſtiuè prouideat facilè remedia adhibere poteſt. Hæc prouidentia Aſuerum à morte liberauit. Inter Romanos. Publicolam conſulem Romanum à coniuratione Tarquinij cum filijs Bruti vindicauit. Inter Græcos Pelleopidam; vt refert Plutarchus. Plutarch
Nihil autem facilius eſt ad comparandam hanc prouidentiam, ſicut facilè audire ſubditos, vt exagerat Plutarchus, exagerando Principum ſupra nominatorum benignitatẽ, & facilitatem in concedendis audientijs. Quapropter de principibus, & Prælatis, qui faciliter, & benignè audiunt ſubditos, poſſet dici id, quod in Euangelio hodierno dixit Chriſtus. Beati qui audiunt verbum. Sed multo magis in materia ſalutis id de omnibus chriſtianis libenter audientibus verbum Dei, dici debet. Beati qui audiũt verbum Dei. Ex audiri enim comparare ſibi poſſunt ſummi Principis amorem, & prouidentiam, atque futurorum periculorum cognitionem, quæ ſalutem eorum impedire poſſent, præcipuè ſi id quod audiunt obſeruent. Non ſine cauſa enim poſtquam Chriſtus dixit, Beati qui audiunt verbum Dei, ſtatim adiecit *Cuſtodiunt illud*. Quod etiam Salomon innuere videtur cum inquit *Fili mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam*; Vbi in prima prouerbii parte ad attentè audiendum inuitat. In ſecunda ad cuſtodiendum, quæ audierat hortatur. Communiter cum de rebus honeſtis ſermo eſt tunc maximè animus auditoris, euagatur, & diſtrahitur. Vnde, vt plurimum attentius homines audiunt nugas, quæ hominem diſtrahunt, quàm res ſerias, vt inquit Auguſtinus; Deus latet, & dedecus patet. Auguſt.
Quod malum eſt, omnes conuocat auditores, quod bonum dicitur vix aliquos inuenit auditores, quaſi honeſta erubeſcenda ſint, & in honeſta glorianda. Ideo Salomon inuitat ad attentè excipienda verba de rebus honeſtis; Sed quia nõ ſufficit excipere verba, ſubdit quod perfectum eſt. Inclina

aurem

autem tuam, autem cordis internam applicando liberi arbitrij in differentiam ad opus, ſimilitudine accepta à ſtatera, quæ immiſſo pondere alteram in partem vergit, vel inclinatur. Et quidem Baſilius eleganter de libero arbitrio ti-

Baſil. in Pſal. 61. B

bi namque (inquit) propria datur libra, quç ſufficiens diſcrimen boni, ac mali demonſtrat. Corporea namque pondera in libræ lancibus libramus, quæ verò ad inſtituendam vitam eligenda veniunt per liberum arbitrium diſcernimus.

Tertul.

At enim Tertulianus forte elegantius liberum arbitrium, non cum libra, ſed cum libripendæ contulit. Erat autem libripens apud Romanos quidam Magiſtratus, quo preſente teſtamenta, & mancipationes, & venditiones celebrabant. Aderat autem libram manutenens: is verò qui emere volebat miſſo in alteram bilācem æris pondere exiguo, vbi primum ſtateram ab çquilibrio dimouerat, rem in ſuam vendicabat poteſtatem, & quidem functio iſthęc, ſeu munus libripendis, prius inuentum fuit ad appendenda rerum pretia, antequam nummorum aut monetarum vſus percrebuiſſet; at poſtquam monetæ vſus percrebuit, conſeruatum fuiſſe creditur, vt ſtatera preſens equilibrio ſuo, iuſtitiam, & çquitatem, in contractibus emancipationum, & venditionum ſeruandam notaret.

Quemadmodum ergo in emancipationibus, & venditionibus euenire ſolet, vt libripende aſtante, atque libram manutenente, res emancipata, vel empta in poteſtatem tranſeat emancipantis, vel ementis. Sic pariter bonū, quod ſolius Dei proprium eſſe videbamur, libero arbitrio intercedente, quod voluntatem noſtram ad inſtar libræ in differentem regit, in poteſtatem, atque proprietatem hominis deuenit. Siue ergo liberum arbitrium libra ſit, (vt docet

Baſilius. Tertul.

Baſilius) ſiue libripens voluntatem indifferente quaſi libram manutenens, (vt tradit Tertulianus) certè vtriuſque illius libræ lances ſunt aures. Nam cum in libero arbitrio duplex ſit indifferentia, ad bonum ſcilicet, & ad malum, quaſi duplex vnius libræ brachium, auris quidem altera vni indifferentiæ, altera alteri inſeruiat opus eſt. Monet ergo Salomon, & Chriſtus Dominus, vt cordis, aut liberæ voluntatis, ſeu liberi arbitrij lanx ſcilicet auris, præceptorum atque conſiliorum pondere id eſt cuſtodia ſic oneretur, vt ſuaptè nutu in probitatem honeſtamque mens, & operatio propendeat. Sic enim quilibet Chriſtianus per auditum, & cuſtodiam præceptorum Dei, ſibi comparabit beatitudinem, & amorem apud ſummum Principem Deum, in quo beatitudo æterna conſiſtit, & prouidentia ſagacitate atque prudentia in præſentis vitæ varietate, pericula animæ à longe proſpiciet remedia adhibebit, & ſic & præſentem, & futuram beatitudinem ex auditu verborum Dei, & cuſtodia illorum ſibi comparabit. Erigamus igitur aures ad audiendum miraculum Chriſti. Nam vt

Auguſt.

inquit D. Auguſt. Habent miracula linguam ſuam. Audiamus opiniones, & ſermones tàm vulgi, quàm Phariſæorū de miraculo Chriſti, inclinemus cor prout nos monet Salomon, ad eloquia, & doctrinam Chriſti in hodierno Euangelio propoſitam. Nam cum ex miraculo eiectionis Dæmonij Phariſæi calumniarentur Chriſtum, ille calumnijs eorum reſpondendo, & rationibus refutando plurimas ſalutiferas doctrinas nobis reliquit, quas in decurſu præſentis inſtitutionis audieris.

ERAT IESVS EIICIENS DÆMONIVM, ET ILLVD ERAT MVTVM. Ad audiendum miraculā Chriſti nos inuitant Euangeliſtæ. Nam Matthæus 12. Marcus 2. Lucas 11. dicunt cæcum, & mutum fuiſſe. Dictio enim κωφὸς quæ eſt apud Matthæum, & Lucam mutum, & cæcum ſignificat. Tria ergo in vno homine perpetrata ſunt miracula, obſeſſus à Dæmone liberatur, cæcus viſum, ſurdus recipit auditum. Chryſoſtomus ex dictione κωφὸς, vult ſurdum fuiſſe. Cæcus erat ne Ieſu aſpiceret, mutus, ne appellaret, ſurdus, ne conſilium ab illo ſalutare reciperet, quo ſuam infirmitatem curaret. Sic olim prædixerat Eſaias.

Iſaiæ 35. v. 5.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum. O peſtiferam Dçmonis aſtutiam! O malignam Satanæ inuentionem? omnes obſtruxerat vias, quibus ille miſer poſſet ſaluus fieri, auditum, viſum, loquendi facultatem, his enim ſenſibus parat quiſque ſibi ſalutem, ſcientiam, & ea quæ ſunt cuiuis propria, nempe agendi poteſtatem vitam conſeruandi, & ſuſtentandi.

C

Miſera ſanè, & omni compaſſione digna fuit huius hominis conditio, qui ita à Dæmone poſſeſſus fuit, vt penè inſenſibilis videretur, & ad omne bonum operandum ineptus, omnes portæ clauſæ, per quas Chriſtus virtus, & bona opera ingrederentur in animam illius; Permiſit autem Deus tantam calamitatem in hunc hominem, vt intelligeremus quanta compaſſione digna ſit illa anima, quam Dæmon per peccatum poſſidet, quantis damnis afficiatur, quæ quia ſpiritualia ſunt, & videri à nobis non poſſunt, minus compatimur, cùm in rei veritate multo maiora ſint quā damna corporalia. Sed quæret hic quiſpiam. Quid in cauſa ſit, quòd licet Saluator mundi liberauerit nos à peccatis paſſione ſua, mala tamen, quæ ex peccato emanarunt auferre noluit, ſed eis homines affici permiſit; multa enim damna patiuntur in honore, in vita, pluribuſque infirmitatibus ſubiecti ſunt: certè non aliam ob cauſam, niſi vt intelligeremus quantis malis ſubijciatur anima per peccatū, per quod prædicta damna contrahuntur, vt ſic magis compateremur animabus damnificatis per peccata, quàm corporibus à Dæmonibus obſeſſis, & vexatis. Multi cum ſic miſere vident tractari omnes à Dæmonibus obſeſſos etiam planctu eis compatiuntur. Sed Chriſtus plangendas magis docuit animas, à peccatis obrutas, cum dixit. *Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete*, &c. Multa com-

Lucæ 23. v. 28.

paſſione, & lachrymis dignus erat Chriſtus, à miniſtris Diaboli doloribus, & tormentis afflictus, ſed maiori compaſſione, & pluribus lachrymis digna erant peccata Iudæorum, propter quæ Chriſtus tot tormenta patiebatur, maior enim eſt dolor animæ, quàm dolor corporis, & maiori compaſſione digna eſt anima, quæ peccatis afficitur, tanquam vulneribus, ac infirmitatibus, & à Dçmone vexatur, quàm corpus. Tali compaſſione dignus erat ille de quo ſcribit Cromerus, qui cum eſſet vir ſplendidus equeſtris ordinis in Polonia, ſed violentus, & rapax, & ſuis iuxta, ac alienis hominibus grauis, cùm grauiter ægrotaret admonitus crebrò à religioſis quibuſdam viris, vt ad Dei clementiam confu-

Cromer. lib. 9.

gies, animæ ſuæ ſaluti conſuleret; negauit ille ſibi veniæ locum relictum eſſe, inquiens ſe iam diuino iudicio traditum ſe eſſe Dçmonum poteſtati, nec mora, audiuntur à circumſtantibus vehementium verberum, & percuſſionum ſtrepitus. Apparent in corpore ægroti fœdi liuores, atque vibices, ita vt omnes obſtupeſcerent. Inter hæc ille infelix nullam vocem, nullumque gemitum edens infelicem animam exhalauit.

Compatiendum etiam hominibus cæcis, ſurdis, mutis, qui viſu corporali, auditu, & ſermone priuantur; ſed multò magis compatiendum eſt hominibus, cçcis, ſurdis, & mutis in anima, peius eſt enim priuari potentijs intellectiuis, quàm ſenſibus, priuari enim intellectu eſt priuari viſu ſpirituali, ne videat periculum ſtatus peccati, ne videat laqueos diaboli, miſeriam propriam præſentem, & futuram. Priuari auditu ſpirituali, eſt priuari voluntate obſequendi inductis Dei, inſpirationibus, admonitionibus &c. priuari lingua, eſt priuari poteſtate confitendi peccata, quo nihil peius accidere poteſt. Nam qui peccata confitetur, remiſſionem conſequetur, qui verò non confitetur, minimè iuxta illud Prophetæ: *Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod*

Hiere. 2. v. 35.

dixeris non peccaui. Hinc de tantis malis lamentabitur Dauid, & ſingulariter, de ſpirituali cæcitate dicens: *dereliquit*

Pſal. 37. v. 11.

me virtus mea, & lumen oculorum meorum non eſt mecum. Certum eſt, quod non de lumine oculorum materiali loquebatur, cum hæc diceret, neque enim erat cæcus, ſed de priuatione luminis ſpiritualis, quo priuatus omni virtute, ſe deſtitutum confitetur. Quia initium iuſtificationis eſt cognitio proprij peccati, & damnorum, quæ ex eo ſequuntur. Qui ergò ſe peccaſſe non cognoſcit, lumine ſpirituali priuatus eſt, qui etiam ad peccata aliorum attendit, & propria nihil curat qui feſtucam in oculis aliorum videt, & trabem in proprijs non percipit, ille cæcus eſt in anima, lumine priuatus, ac per conſequens à tota virtute derelictus eſt. De ſpirituali quoque ſurditate lamentabatur olim Deus, per Iſaiam: *Quis cæcus niſi ſeruus meus? & ſurdus niſi ad quem*

Iſaiæ 42. v. 19.

nuncios meos miſi? quis cæcus niſi qui venundatus eſt? Multi captiui erant venundati, qui tamen non erant ſurdi, neo

eno

D — ceu ſurditate, aut cæcitate materiali, non loquitur, ergo Propheta de illis ſurdis, qui non percipiunt voces hominum, ſed de ſurdis qui non percipiunt voces Dei, qui venundati ſunt in captiuitatem Diabolo per peccata, qui ſunt ſerui, & captiui Dæmonis, qui nullum alium audiunt, niſi Tyrannum illum infernalem, illique ſoli obediunt. De tertio item animæ damno clarè loquitur Diuus Auguſtinus. Qui inquit perdit confeſſionem verè mortuus eſt, imò peccatorum diluuio ſuffocatus, vt quondam dice-

Pſal. 68. v. 16. — bat Dauid. *Non me demergat tempeſtas aquæ, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum*; ita vt nec reſpirare, nec ſuſpirare, nec Dei miſericordiam inuocare, nec propria peccata confiteri

Pſal. 96. v. 6. — me permittat. Quia *confeſſio, & pulchritudo in conſpectu Dei*. Qui ſericis veſtibus, & purpureis induuntur, ſi eas deponãt, nullam ex eis pulchritudinem, & decorem habent, vnde innoteſcit, quod ille decor potius eſt veſtium, quàm eorum qui veſtibus purpureis vtuntur, ſed confeſſio eſt pulchritudo, & decor animæ, multò melius, quàm colores ſunt pul-

Seneca. epiſt. v. 4. — chritudo veſtium. Quod etiam Seneca intellexiſſe videtur, ait enim. Ama confeſſionem ſi affectas decorem; bonum animæ ornamentum confeſſio, quæ peccatorem purgat. Et iuſtum reddit purgatorem, maximè ſi confeſſio non eſt ſolùm hiſtoricus, per modum cuiuſdam narrationis. Quid

Iſidor. — enim prodeſt ſtrepitus laborum, vbi cor mutum eſt? inquit Iſidorus. Sed cum geminis, lachrimis, & dolore cordis. Hæc enim eſt medicina ſalutaris, quæ ſenſu, & dolore percipitur. Qui enim peccata confitetur ſolùm per modum hiſtoriæ peccata narrando, ſolis vnguentis blandientibus, medetur conſcientiæ ſuæ; qui autem adhibet dolorem, & contritionem, eſt ſimilis medico, qui in magna infirmitate, igne, & cauterijs iuuat ægrotum. Magnum itaque damnum animæ eſt, eſſe mutum, nam qui mutus eſt, caret decore, & pulchritudine in conſpectu Dei; caret medicina ſalutari animæ, & denique verè mortuus eſt, quia qui perdit confeſſionem, verè mortuus eſt, vt dixit Diuus Auguſtinus. Non poteſt igitur negari, magnam miſeriam eſſe, priuari ſenſibus corporeis, ſicut fuit priuatus iſte Dæmoniacus, quem Chriſtus liberauit; ſed multò maior eſt priuari lumine ſpiritnali, eſſe ſurdum, & mutum in anima, ſicut ſunt peccatores, & venundati in ſeruos, atque captiuos Diabolo. Sed illud ſub conſideratione dignum eſt, quod dicitur in Euangelio.

Erat Ieſus eijciens Dæmonium; & illud erat mutum. Non dicit quod obſeſſus erat à Dæmone mutus, ſed quod Dæmonium mutum erat; Verum tamen vtrumque rectè dici poteſt, & dæmonium mutum, & obſeſſus à dæmone mutus; non eſt quippè neceſſarium, Diabolum eſſe loquacem, poteſt eſſe mutus habet enim multos loquaces, qui ſufficienter loco illius loquuntur. Quemadmodum Reges, ſi habẽt diligentes, & ſollicitos miniſtros, & officiales, non eſt neceſſe, vt ipſi negotijs attendant, ſed miniſtris, & officialibus remittant; ſic quia Dæmon habet multos miniſtros, murmuratores, infamatores, detractores, non eſt neceſſe, quod ipſe murmuret, aut infamet, poteſt eſſe mutus, ſollicitè illi exercent officium ſuum, & exercent vbique, & in conuiuijs, & in cathedris &c. & in particularibus conuerſationi-

Gregor. 1 Moral. ca. 5. — bus. In conuiuijs quidem. Quia, vt inquit Diuus Gregorius: pone ſemper epulas loquacitas ſequitur, cumque venter reficitur, lingua defrenatur. De illo epulone diuite, mul-

Lucæ. 16. v. 19. — ta refert Sacra ſcriptura, quod *Veſtiebatur purpura, quotidie epulabatur ſplendidè*, nihilominus tñ, cum de pœna horũ exceſſuum loquitur nihil aliud dicit niſi quòd petijt guttam aquæ, vt tormentum linguæ leniretur, de ſolo tormento linguæ mentionem facit. Nec mirum, quia epulas loquacitas ſequitur, & multoties tanta, vt neceſſe ſit ipſum dæmonem detinere, & obmuteſcere facere linguam infamantiũ, & detrahentium. Quod ſanè mirum eſt, ipſa enim natura docuit plus audiendum eſſe, quàm loquendum, nam prouidit homini duas aures, & vnam linguam, ſed epulones, bilingues ſunt, duas habent linguas, imò, & duos intellectus,

Pſal. 51. v. 4. — vnum in animo, alterum in lingua, vt dicebat Dauid. *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua*. Qui enim loquitur quid quid vult, non conſulendo intellectum, & rationem, ille cogitat lingua, intelligit lingua, ſed damnoſa; & ſtulta eſt hęc cogitatio, vt dixit Eccleſ. *Labia inſipientis præcipitabunt eũ,*

initium verborum eius ſtultitia, & nouiſſimum oris illius error peſſimus. — Eccl. 10. v. 12. Idem etiam officium tanquam miniſtri Diaboli, exercent in cathedris. Qui in cathedra ſedet, diſcipulos habet, hi ergo miniſtri iniquitatis, non ſolùm ipſi in murmurando, & detrahendo deſeruiunt Diabolo, ſed, & alios deſeruire docent. Eſt enim murmuratio ſimilis Epidemiæ, vbi vnus infectus alium inficit peſte, peſtilens eſt aer murmurantis, & detrahentis, inficit alios, vt ſimiliter murmurent, & detrahant, habent diſcipulos, ſed diſcipulos derſores, vt habet litera Hebræa in Pſalmo. Nam vbi noſtra

vulgata legit. *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in Cathedra peſtilentiæ non ſedit*. — Pſal. 1. v. 1. Litera hebræa habet. Et in cathedra derſorum, nõ ſedit. Hanc autem cathedram, nõ ſolùm viri, ſed, & mulieres occupant; non aliam enim ob cauſam, Deus ſororẽ Moyſis Mariam percuſſit lepra, morbo contagioſo, dùm murmuraret de Moyſe, niſi vt innoteſceret, quod ſicut lepra eſt morbus contagioſus, ita murmuratio multos inficit, & murmurare docet. Vna rana in luto vociferante, cæteræ eandem imitando ſimiliter vociferantur, maximè ſi aliquis hominum longè diſtet ab eis: nã ſi eis appropinquet quieſcunt. Tales ſunt hæ loquaces ranæ vna murmurante, omnes murmurant, maximè ſi longè abſit iudex, vel prælatus, in pręſentia autem illius obmuteſcunt. Cùm igitur, & viri, & mulieres ſollicitè in hoc Dæmoni deſeruiant, non eſt mirùm, quod Dæmon ſit mutus, vt dicit Euangelium. Erat Ieſus eijciens dæmonium mutum. Poteſt etiam ex alia cauſa dici Dæmonium mutum, nempè ex effectu, quia facit hominem mutum.

Poſtquam enim per murmurationes, & infamationes tã quam per portas ingreditur hominem, duo vel maxime procurat, vel vt in deſperationem inducat, vel vt ſecuritatem perſuadeat, ex vtroque, autem ſequitur, quod homo ſit mutus. Si enim de ſalute propria deſperat, non orat, non cõfitetur; ſi etiam ſecuritatem perſuaſit, hominem negligentem efficit in procuranda ſalute, & mutum: Quemadmodum accidit, cuidam homini nefario in Polonia, nomine Paulo, homini principali, ſed ſcelerato. Nam cum eſſet à Boleſlao Pudico Polonorum Principe captus, ſe magna vi pecuniæ redemit, & tandem vindictæ ſtudio Tartaros, & Lituanos ad diripiẽdam Poloniam ſollicitauit. Hic cum Cracouiæ apud Dominicanos fratres commoraretur, quadam die cælitus increpitus eſſe fertur, huiuſmodi verbis: Væ tibi Paule, melius tecum actum eſſet, ſi natus non fuiſſes, atque hanc vocem à ſeptuaginta hominibus, tunc eum circumſtantibus auditam eſſe. Religioſus etiam quiſpiam — Cromerus. lib. 10 — per quietem vidiſſe dicitur lupum, erectis prioribus pedibus contra eum humana voce exclamantem, væ tibi Paule, quoniam cępiſti, & occidiſti. Hoc quoque cum ille renũciante Monacho accepiſſet expauefactus, fertur ſcelera ſua maiorem in modum deploraſſe. Dum quæ ſolus in cubiculo fletibus indulget, rurſus talibus dictis compellatum eſſe memorant: Ne timeas Paule, age quod lubet, ſeptimo ab hinc anno morieris. Atque cum reſpondiſſet, Optimè ſecũ actum eſſe diuinam miſericordiam, ſi ſibi ſeptem annorum ſpatium ad expianda præterita peccata concederet; has quoque voces ab ijs, qui ad fores cubiculi obſeruabant exauditas eſſe: Credibile eſt autem, Satanæ eas fuiſſe, primùm deſperationem, deindè ſecuritatem illi, & maiorem licentiam ingerentis. Refrænauit tamen ille aliquatenus audaciam ſuam quamdiu vixit Boleſlaus, poſt redijt ad ingenium. Obijt anno 1292. Cùm alijs ſtudijs minimè dignis tanto viro, tam venationi ſic deditus, vt venatorem quod feram imprudens à caſſibus repulerat venabulo tranſfigeret. Ex hac ergo cauſa Diabolus dicitur mutus, quia efficit hominem mutum. Sed Chriſto imperante locutus eſt mutus, vt inquit Euangeliſta.

ET CVM EIECISSET DÆMONIVM. LOCVTVS EST MVTVS. Ex omni quippè parte perfectam ſanitatem reſtituit. Verbo pepulit Dæmonem, & integram ſenſuum poteſtatem contulit; Et certè magna hic Chriſti reſplendet benignitas, nullam in hoc homine ego contritionem, nullum fidei video motum, orationem, & petitionem nullam, & tamen à Domino ſolo verbo, mox ab omnibus quibus premebatur malis liberatur. Quid ergo deſpondere animos debemus, & non potius inſtenſè Dominum

Digitized by Google

minum rogare, vt Satanam à nobis extrudat, qui nobis impedimento eſt, quominus Deo noſtro gratum exhibeamus obſequium. Ecce ſolo verbo eiecit Dęmonium, ille qui in ſummis neceſſitatibus ſuccurit ſalutaribus remedijs, quę autem maior neceſſitas, quàm cum peccatum poſſidet animam, ita vt mutam reddat. Ideo dicebat Dauid. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.*
Pſal. 24. v. 11. Proindè Summa neceſſitas inuocandi miſericordiam Dei, ſi anima a Dæmone poſſeſſa muta reddatur, curandumque quantotius, vt priſtinæ reddita ſanitati loquatur rectè, ſicut iſte mutus locutus eſt, & non ſolum locutus, ſed plura alia ſigna dedit, quod Dęmon ab eo abſceſſerit, & ſanus factus ſit. Neque enim ſufficit, vt quis confiteatur peccata, ſed neceſſe eſt, vt poſt confeſſionem manifeſta ſigna exhibeat ſanitatis, quę, in conuerſatione, in fugiendis occaſionibus peccandi, in bonis exemplis &c. Porrò ex tam inuſitato miraculo ſtupor inuaſit turbas, ideo dicitur.

F ET ADMIRATÆ SVNT TVRBÆ. Ex vno eodemque miraculo tres, vel quatuor effectus conſequuntur; admirantur turbę, ſcribæ, & Phariſęi blaſphemant; & quidam alij ex Scribis, & Phariſæis, vt ex Matthæo habetur, Chriſtum tentant, miraculum de cęlo petentes, ſicut Elias fecit, qui ignem de cęlo deſcendere iuſſit, & Iuſue qui ſolem ſtare præcepit; Mulier de turba extollens vocem, Chriſtum beatum prædicat. Pluuia æqualiter irrigat terram, vniformiter pluit, æqualiter omnibus prodeſt, fructibus, & herbis, quòd autem aliquæ herbæ creſcant venenoſæ, alię vtiles, non eſt ratione pluuiæ. Nam illa omnes bonos effectus intendit, ſed ex diuerſa terræ diſpoſitione. Sic idem miraculum diuerſos produxit effectus, in turba admirationē, in Phariſæis inuidiam, putabant enim ex illo miraculo honorem, & reputationem ſuam apud Plebem imminui, ideo de vno eodemque miraculo diuerſæ emerſerūt opiniones. Vulgus ideo Chriſti doctrinam, & miraculum admirabatur, quia ſibi perſuaſerat Dauid filium eſſe, quem Prophetæ prædixerant, ſui verò, ſeu cognati, vt dicit Marcus, quia de eo nihil ſublime cogitabant, cum audiſſent inſolita ab eo fit arbitrati ſunt illum in furorem verſum eſſe, & à quodam ſpiritu correptum; ideoque eum prohibebant, ne ob res nouas, quæ fiebant ab illo, tota ſimul cognatio, aliquid, diſpendij pateretur. Phariſæi autē inuidia commoti, opus Spiritus ſancti, Spiritui immundo adſcribere non ſunt veriti. Duæ ergo calumniæ Chriſto ſunt irrogatæ, inſania, & familiaritas cum Satana. Furor, & inſania à domeſticis, familiaritas cum Dæmone à Phariſæis. Sed quid in Chriſto viderāt, quamobrem illum in furorem verſum ſibi perſuaderent. Crediderim ergo tanta temeritatis cauſam fuiſſe nimiūm zelum animarum. Tanto enim animi ſtudio, & ardore docendæ turbæ, & curandis ægrotis ſe impendebat, vt vbi videretur oblitus, quia ergo videbant eum, quaſi oblitum diu cibo abſtinere, & magno animi feruore in proximorum tàm animi, quàm corporis ſalutem incumbere, inſanum crediderunt. Tale eſt mundanorum iudicium de ſpiritualibus hominibus, cum enim aliquando Sancti pleni ardenti, & concitato Spiritu, inueniuntur ardenter, & concitate de diuinis loquuntur varijs linguis: quem loquendi ardorem animalis homo, qui non percipit, quę ſunt ſpiritus Dei, non ſpiritui, qui loquitur, ſed ebrietati ſtultitiæ, garru-
Marc. 3. v. 21. litati tribuit: ſic Marcus; ait *Cum audiſſent ſui Chriſtum Ieſum loquentem exierunt tenere eum. dicebant enim quod in fu-*
Ioan. 10. v. 19. *rorem verſus eſt.* Et Ioannes. *Diſſenſio facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos*, Dicebant autem multi ex his, Dęmonium habet, quid eum auditis? alij dicebant non ſunt hæc verba Dæmonium habentis. Paulo diſputante de Diuinis
Act. 26. v. 24. *Feſtus magna voce* (quaſi mirabundus) *dixit, inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam conuertunt*: Inuitus, & nolens magnam ſapientiæ vim fatetur ineſſe Paulò, quod verò ipſe non intelligit, furore, & inſaniæ tribuit: ſicut illi, qui Apoſtolos diuino ſpiritu plenos, magnalia Dei loquentes au-
Act. 2. diebant, muſto madere putabant. Sic Sophar Sapientiſſi-
Iob 11. v. 2. mum Iob multiloquij accuſat. ac proinde poteſt dici veriſimiliter, idcircò furore agi Chriſtum exiſtimaſſe ſuos, quod audierant illum ardenter, & magna contentione de rebus diuinis per longum tempus agere ſolere.

Quæ quidem ratio alijs coniuncta, de cibi neglectu, & ſtudio ardenti quærendæ proximorum ſalutis, non modo non diſplicet, ſed ſatis etiam probatur; dum autem domeſtici mente alienum eſſe putant, turbæ ex miraculi nouitate admirantur, quia cauſam tantæ poteſtatis ignorant: diuinum tamen numen Chriſto adeſſe ſuſpicantes, illum verū eſſe Meſſiam opinantur. Phariſæi autem putantes apud plebem hac turbæ de Chriſto admiratione multùm ſibi de honore, & exiſtimatione detrahi.

QVIDAM EX EIS DIXERVNT. Alij Euangeliſtę Matt. 12.
habent, vt vidit cogitationes eorum, vt etiam habet textus euangelij infra. Quidam ergo verbo, quidā autē mente calumniati ſunt: Idcircò, vt inquit Hieronymus Dominus nō ad dicta, ſed ad cogitata reſpondit, vt vel ſic cōpellerentur credere potentiæ eius, qui cordis videbat occulta. Chryſo- Chryſ. Hom. 24. in Matt.
ſtomus verò, hoc ideo peregiſſe Chriſtum cenſet, vt hoc ſigno mentitis eos eſſe aduerſus ſeipſum confirmaret, cùm non ſit Dæmoniaci, arcana hominum noſſe. Itaque licet quidam verbo calumniam protulerint, Dominus tamen voluit omnibus reſpondere, vt interim oſtenderet, ſe cordis arcana videre, quantum ad eos, qui ſola mente calumniati fuerant. Vel dicere poſſumus cum Chryſoſtomo, hos calu- Hom. 24.
mniatores ſubmiſsè protuliſſe calumniam, ita vt putarent in Matt.
Chriſtum audire non poſſe, propterea Euangeliſtam dixiſſe: Ipſe autem, vt vidit cogitationes eorum, cum verborum ſpecies naturaliter ad aures peruenire non poſſent. Arcana, inquit Chryſoſtomus cordium ipſorum, quæque inter eos, ſecretè agitabantur profert. Denique dicere poſſumus eos qui verbo loquuti fuerant, non omnia quæ mente concēperant protuliſſe, & hæc etiam à Chriſto fuiſſe cognita, & conſutata, quod eſt argumentum Diuinæ virtutis &c. Aliqui ergo mente, aliqui autem, & mente, & verbis ſequentem calumniam protulerunt contra Chriſtum, Dominum blaſphæmantes, & dicentes.

IN BEELZEBVB PRINCIPE DÆMONIORVM G
EIICIT DAEMONIA. Nomen hoc pro varietate prolatorum, nunc Beel nunc Baal nominatur, propriè ſignificat Dominum, ideo Dij gentium hoc nomine ſunt appellati: pro diſtinctione autem multorum idolorum, huic nomini varia appoſita nomina fuiſſe inuenimus, Beelphegor Deus Moabitarum, Beelzebub Deus Accaronitarum. 4. Regum interpretatur idolum muſcæ: nam Zebub muſcā ſignificat. Itaque Iudæi ex ſpurciſſimi idoli vocabulo Principem Dæmoniorum appellabant. Baal Deus Sydoniorū, & Tyriorum. Iezabel quæ fuit filia Regis Sidoniorū Baal colebat. Dicunt ergo Phariſæi in Beelzebub &c. Rectè di-
xit Seneca. Quod inuidi, & ingrati ſunt ſicut mare. Mare Seneca.
enim recipit aquas dulces ex fluuijs, & efficit illas ſalſas, & amaras; Sic homines ingrati, dum beneficia accipiunt totum in venenum conuertunt, exoptantes augmentum bonorum cum detrimento aliorum, vt dixit Chryſoſtomus. Chryſoſt.
Alienas iacturas, ſuos quæſitus exiſtimant, & aliorum feli- Homilia.
citatem, miſeriam ſuam arbitrantur, nec ſolum perſonas 41.
aſpernantur, ſed & actiones odio contumelia proſequun- in Matt.
tur. Nam vt inquit Gregorius. Cum perſona per contrarie- Greg. 9.
tatem diſplicet, nec recta, quæ protulerit, placent. Tales e- Moral.
rant Phariſæi, Chriſtus ex cōpaſſione præſtat beneficium miraculosè, ſed Phariſæi conuertunt beneficium in maleficium, & ignominiam; in Beelzebub inquiūt Principe. &c. In Marco legimus, Beelzebub habet; Et hoc idem eſt, ac Beelzebub familiarem, & amicum habet, & hinc eſt quod in eius virtute Dæmonia eijcit. Illud verò, in Principe Dæmoniorum, proinde eſt, ac vnus Dæmoniorum miſſus eſt à Beelzebub, vel tāquam Diaboli miniſter, nixus eius ope miracula edit, tanquam illi familiaris, & intimus. Quare id quod dicit Marcus Beelzebub habet includitur in eo, quod alij etiam dicunt, in Principe Dæmoniorum, &c. Sed cur Matth. 9.
Principi Dæmoniorum hoc potius adſcripſerunt? Reſpondeo, quia cum Chriſtus multa Dæmonia eijceret, dicunt enim eijcit Dæmonia, idcirco omnium Principi id maluerunt tribuere. Quia licet interdum ex pacto aliquo conueniant Dæmones, vt ad vnius imperium alius recedat, nihilominus etiam qui maioribus Dæmon viribus præditus eſt inferiorem ſe alterum poteſt eijcere: proinde hoc modo putabant multa Chriſtum Dęmonia virtute Principis Dęmoniorū expellere. ET ALII TENTANTES SIGNVM

DE

Digitized by Google

DE COELO QVÆREBANT AB EO. Tentaſſe hi dicuntur, quia non vt crederent, ſed vt ruborem inijcerent, potius hæc petebant, neque enim illum talia poſſe arbitrabantur. Vel certè tentaſſe dicuntur, quia experiri virtutem eius volebant, per eiuſmodi ſigna priuſquam crederent. Obſerua hanc eandem quæſtionem etiam propoſitam fuiſſe Chriſto a Phariſæis, & Saduceis, vt docet Matthæus. Illud verò de cęlo, vel ſignificat de ipſis cæleſtibus orbibus, quaſi peterent ſignū circa Solem, Lunam, Stellas, vt Euthymius exponit, vel per Cęlum intelligi poteſt aer ex Hieronymo, Beda, petebant inquit Hieronymus de cęlo ſigna, ſiue, quia in mortem Eliæ ignem de ſublimi venire cupiebant, vel in ſimilitudinem Samuelis, tempore æſtiuo contra naturam loci mugire tonitrua, corruſcare fulgura, imbres ruere, & cætera. Vtraque expoſitio eſt vera, nā vtrumque in ſcriptura ſignificat cęlum, nec mirum; qui perturbatè inquit, de rebus iudicant, perturbari etiam omnia cupiunt, & ſecum rerum ordinem inuerti, & commutari, vt illi qui aiebant volumus à te ſignum videre, ſignum inquam de cęlo, ita enim perturbationibus animi agitabantur, vt vellent propter ſe non ſolùm terræ, ſed etiam rerum cęleſtium ordinem perturbari. Sic etiam Tyrannidem cum ingenti mentis perturbatione Seneca Tragædus deſcripſit, quod fieri non poteſt vult poſſe, qui nimiùm poteſt, At vanè ita petebant, calumniari enim ea poterat dicentes, etiā magos ſigna de cœlo dediſſe.

Mat. c. 16

Euthym. Beda, & Hieron.

Seneca.

IPSE VT VIDIT COGITATIONES EORVM DIXIT EIS. Phariſæi tum cogitationibus tum verbis, calumniam contra Chriſtum machinabantur, vt dictum eſt ſupra; propterea dicitur Dominus illorum cogitationibus reſpondere, eorumque calumniam, quia blaſphæmia erat in Deum, quattuor rationibus confutare. Prima ratio, & primum argumentum, quo probat Dominus ſe virtute Beelzebub Dæmonia non eijcere eſt huiuſmodi. Nullum (inquit) imperium, nulla ciuitas, nulla familia, quæ inter ſe diſſidēs diu ſtare poteſt. Sed Regnum Satanæ ſtat adhuc, vireſque ſuas ſeruat in mundo, mundi Princeps ſeſe. Non igitur in ſe diuiſum eſt regnum Satanæ, neque Satanas Satanam eijcit, conſequenter neque ego in Principe Dæmoniorum Demonia eijcio, ſi enim alter alterum de poſſeſſione ſua deijcit, & deturbat, pugnent inter ſe neceſſe eſt, atque ita cum diſcordia magna imperia dilabi ſoleant, collaberetur ſtatim eorum regnum. Summa autem Dæmonum cura eſt, vt in communem hominum perniciem ſtabiliant illud, & confirment, non igitur diuiſi ſunt inter ſe, neque ego alterius opera Dæmonis Dæmonem eijcio. Sed dicet aliquis nonnè poteſt vnum Dæmoniorum alterum abigere? quomodo ergo ſtat ratio Chriſti? Reſpondent aliqui poſſe per vnum Dæmonem potentiorem, debiliorem alterum expelli, ſed hoc fieri non poſſe citra aliquam Regni illorum diuiſionem, & demolitionem; ſicut pōt vnum aliquod regnum, interdum aliquo modo eſſe in ſe diuiſum, ſed id non erit ſine aliqua per id tempus deſtructione. Aliter alij, & melius dicunt, non eſſe hic ſermonem de vno, & altero Dęmone expulſo, neq; enim regnum hominum omninò dirueretur, ſi pauci illius homines eſſent in ſe diuiſi; ſed cum magna multitudo, paſſim, & diu, ac ſæpè aduerſus alteram armatur, ita vt ſint factiones, & velut capita diuerſa inter ſe pugnantia. Iam verò Chriſtus non vnum, aut alterum, ſed innumeram multitudinem legionesuè Dęmonum aſſiduè expellebat, & quidem (quod ad rem facit maximè) repugnantium, ac reclamantium, vt paſſim apud Euāgeliſtas legimus, nec illos loco conſiſtere permittebat, ſed in eos pro occaſione diu multumque inuehebatur hominum ſalutis cupidus. At hoc fieri non poterat etiam per Cacodæmonū Principem ſine diuiſione, atque adeò ſine deſtructione, ac
Abulenſ. Matth. 17 quęſt. 6u. ruina regni ipſorum. Præſertim quia ſi poteſtate nocendi hominibus priuarentur Dæmones, vt docet Abulenſis concordiam, & obedientiam minimè tenerent, & ſic rueret regnum eorum, quod totum in Deum, & homines armatur. Sed adhuc aliquis vrgere poterit dicendo, ſimulare Dęmones cogi ſe à Magis, vt corporibus hominum egrediantur, alioquin ſua id potius voluntate facerent; nam quo facilius decipiant homines, vim, & auctoritatem Magorum admirantes, vt ob id illis certam fidem adhibeant, fingunt ſe à magis cogi, & expelli. Nec ergo ob id quòd multi dęmones repugnantes, & reclamantes, & timorem, metumque oſtentantes iuſſu Chriſti eijcerentur, quidquam clarè conficitur, quo colligamus Chriſtum Dei virtute excludere Dæmones, eò quod Satanas Satanam expellere non poſſit, niſi deſtruatur eorum regnum, & vnio.

Hiis inſtantijs facilè reſpondere poteſt, qui rectè vltimā Chriſti rationem conſiderauit, ait enim ibi. Qui non eſt mecum contra me eſt. Commune id eſt ſpiritibus nequam, quod ſeipſos odio proſequuntur, & vnus contra alium maliciosè agit, in eo tamen omnes concordant, vt hominibus noceant, in quo non ſunt cum Chriſto, ſed contra Chriſtū, quia Chriſtus hoc vnum prætendit, vt genus humanum omnibus bonis afficiat, & ſaluet, nec de aliquo alio tractat, niſi de hominum ſalute. Hoc ſuppoſito quomodo virtute Diaboli eijcit Chriſtus, ſi quidem eijcit dæmonem, vt ſaluet, & reſtituat ſanitatem animæ, & corporis, Dæmon autem, vt noceat, & perdat: nulla inter iſtos amicitia eſſe poteſt, nullum pactum, qui ſic inter ſe diſcrepant. Nec putandum cum dæmones Magis obediunt, & ex corporibus humanis cedunt, id eo animo illos facere, vt inde aliquid emolumenti hominibus eueniat, quin potius, vt noceant, quia dum ab vno homine recedunt plures occupant, eos, nimirùm, qui Magis præbent fidem vafritate Dæmonum decepti. Sic igitur Chriſtus Dominus, malitioſam Phariſæorum calumniam redarguendo, familiari, & vſitata vtitur ratione, quæ in omnium ore verſatur, & certo experimento comprobatur, nullum regnum ſcilicet firmum fore factionibus inteſtinis agitatum, & contrarijs animis: ſi autem Satanas Satanam eijcit, id eſt extrudit de corporibus hominum animo iuuandi non nocendi hominibus, quomodo ſtabit regnum eius? Quod tamen ex aliqua parte, vſque ad finem ſæculi permanebit. Quod ſi dixerit quiſpiam, hoc fieri poſſe, vt plures decipiat, & firmius poſſideat, tunc non diceretur eijcere animo beneficiendi hominibus, ſicut eiecit Chriſtus. His ergo verbis oſtendit Dominus ſe non virtute Satanæ, ſed propria, & diuina, Satanam de corporibus hominum expellere, tempuſque aduenitſe, vt fortis armatus, de ſuo atrio eijciatur. Porrò argumentum eſt ex relatiuè oppoſitis ex Chriſto, & Satana, qui officijs oppoſitis ad inuicem diſſentiunt. Et eſt in dari. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, ſed ſi Satanas Satanam eijcit aduerſus ſe diuiſus eſt, ergo Satanæ regnum deſolabitur.
Multa pulchra, & ſcitu digna. S. Cyprianus in ſermone de ieiunio, & tentatione Chriſti, deſcripſit, quæ huic noſtræ inſtitutioni ſeruiunt. S. Cyprianus.

Regnum Satanæ (inquit) non eſt naturæ, ſed maliciæ, perſecutio eſt non defenſio, & tota huius poteſtatis virtus in mortem, damnationemque eorum, qui ſub hoc principe militant. Regnum hoc munitur vitiis, ambitur flagitiis, turres eius ſunt crimina, arma quarumque turpitudinum molimina. Huius Regis telonarij ſunt pauperum oppreſſores, tribuni ſeductores, pręfecti iudiciorum peruerſores, cubicularij ſunt quęſtuum adunatores; Nummularij doctores, conductitij defenſores, linguæ ſubdolæ, & conſilij locatores, venales auxiliarij bilingues cauſidici, concionatores mendacij, fabricatores peccati, veſtiti mollibus, amictidis coloribus. In hoc regno ſunt, qui veritatem Dei commutāt in mendacium, quique quaſi in taberna vitiorum ſunt præcones, venaleſque animas impuriſſimis ſpiritibus corrumpendas exponunt. Hic auaras manus cupidi muneribus cōplicant, hic genuflexo quilibet concupiſcentiæ ſuæ idolum colit, & propriæ libidinis adorat ſimulachrum. Inſaniſſime Satan qua fronte, qua lingua auſus es dicere ſaluatori, vt ante te, qui ſtat immobilis, ac inflexibilis caderet; vt te damnatum ipſe qui damnauerat adoraret? Quis auſus? quā impudēs hæc ſua præſumptio? huius mundi inferioris tua eſt ſcabies, & ſibi ſeruiētes tua ſcabie aſpergis, ſi quid vitij eſt, ſi quid eſt corruptibile, hæc ſcalpis, hæc impurè oblinis, tu contrectas putredines, tu diſtēperas fęces, tu verſas fætores, tu ſpiritus nequam, tu priſtinus ſæculi huius fermentator, tu immundus ſanctitatis corruptor, & ſimplicium perturbator, tu inflammator libidinum, & omnium turpitudinū adinuentor, in his regnas quos inquinas, in his quos polluis dominaris, fornicatores, & adulteri te habent ſuggeſtorē,

te

Digitized by Google

te habent tortorem, te quoque cum illius ſulphurea incendia concremabuntur. Mendax eſt Diabolus, & pater mendacij, & ijs qui ſibi obtemperant multa ſe daturum promittit, ſed fallit ſuperbos, & decipit incautos, qui per omne nefas voluptates emunt, & per omne ſcelus copioſas libidines exquirunt, omnes autem miniſtri Satanæ ſunt venales qui ſeſe Diabolo vendiderunt. Omne ergo regnum in ſe diuiſum deſolabitur, Satanæ autem regnum quoniam ex aliqua parte ſtat, non eſt diuiſum; nec tamen vnitur charitatis, ſed malitiæ glutino, vnione nocendi ijs, qui virtute ſunt prædìti, qui ſunt æmuli iuſtitiæ, qui beatiſſimas ſedes illas ex quibus ipſe ſuperbiſſimus cecidit ſine ſpe redeundi feſtinant conſcendere. Et hęc de prima ratione, ſequitur ſecunda.

SI AVTEM EGO IN BEELZEBVB EIICIO DÆMONIA, FILII VESTRI IN QVO EIICIVNT. Hæc eſt ſecunda ratio Chriſti, vbi aduertendum quod nar-

Ioſephus

rat Ioſephus, Deum dediſſe artem Salomoni contra Dæmones, ad vtilitatem, vnde incantationes inſtituit, quibus ægritudines mitigarentur, modoſque coniurationum, quibus obſtricti Dæmones ne denuò redeant adiurantur. Et hæc cura apud nos hactenus (ait Ioſephus) multum præualere dignoſcitur. Subiungit quoque ſe vidiſſe quendam Eleazarum Iudæum, præſente Veſpaſiano, & eius filijs curantem eos, qui à Dæmonibus vexabantur. Fuerunt ergo Exorciſtæ Iudaicæ gentis, ante Chriſtum ex inſtitutione Salomonis; cuiuſmodi fuerunt ſeptem filij cuiuſdam Sceuæ Principis Sacerdotum, ſicut refert liber Actuum Apoſtolorum. Senſus ergo eſt. Etſi eijcio ego Dæmones in Beelzebub, Exorciſtæ ex inſtitutione Salomonis, qui ſunt filij veſtri, in quo eijciunt? vtrique in Spiritu Dei: hanc enim artem pellendorum Dæmonum à Spiritu ſancto accepit Salomon. Quare ergo illi grati ſunt vobis, & à vobis commendantur, mihi autem calumniam irrogatis, meque iniuria afficitis? cur potius me, quàm filios veſtros dicitis in Beelzebub eijcere Dæmonia, cum vtrique eijciamus. Etſi Dæmonum eiectionem in filijs veſtris non Dæmoni, ſed Deo tribuitis, cur in me idem non facitis? Hanc interpretationem etiam cum alia de Apoſtolis inuenies apud Hyeronimum. Rectè quoque obſeruat Tertullianus

Matt. 12.
Tert. c. 4.

ſignificare hic Chriſtum iſtos Dei etiam virtute eijcere dæmonia. Maxima ergo Phariſæorum, & Scribarum fuit in Chriſtum maleuolentia, qui omnia ipſius rectè facta ductu inuidiæ ſiniſtrè interpretati ſunt, nullum, quippe opus eſt tam bonum, quod improbitas non improbet, ſi enim humilis es, abiectum te reputat, ſi pietatis ſtudioſus hypocritam pronunciat, ſi taces ſtultum, ſi loqueris garrulum, ſi ieiunas auarum, ſi comedis guloſum appellat. Atque ita ſicut in languido ſtomacho cibus omnis quantumcunque pretioſus perit, & in malos conuertitur humores, ita cor inuidum omnia rectè facta conuertit in vitia, & de illis contriſtatur non paſcitur. Pulchrè

Baſilius.

ait Diuus Baſilius: Vt erugo ferrum ſic inuidia quem infecit animum conſumit, vnde, & Iudæi inde perierunt, quia Chriſto maluerunt inuidere quàm credere teſte Cypriano. Optimè ergo hac ſecunda ratione Chriſtus con-

Sermo de Liuor.

futat Phariſæos calumniantes, & ſubiungit fore aliquando tempus, quo ipſi eorum filij tam nefandum blaſphemiæ crimen iudicabunt. Ait enim.

IDEO IPSI IVDICES VESTRI ERVNT, Et condemnabunt vos de calumnia, quam mihi impingitis. De Apoſtolis hæc ſcriptura intelligitur, tum quia nundum miſſi fuerant ad pellendos Dæmones, tum etiam quia ſimilem calumniam fuiſſent paſſuri. *Si patrem familias* (inquit Matthæus) *Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius?*

Matt. 10.
v. 25.

Sola ergo maleuolentia Phariſæorum fuit in cauſa, vt in blaſphæmiam Spiritus ſancti inciderent, dicerentque Dominum in Beelzebub Dæmones extrudere. Nec eſt tamen putandum voluiſſe ſignificare hic Dominum ipſos exorciſtas futuros iudices, quaſi prolaturi ſint contra illos ſententiam; ſed innuit, quòd erunt quaſi cauſa, & ratio, ex qua ſumetur argumentum iuſti iudicij, & damnationis calumniatorum, vt ſit ſenſus, ipſi iudices veſtri erunt, ideſt, quòd agunt illi vos condemnabit, nam approbatis in eis, quod in me calumniantes reprehenditis.

PORRO SI IN DIGITO DEI EIICIO DÆMONIA Spiritus Dei opponitur principi Dæmoniorum, Spiritui vtique malo. Brachium, & manus Dei ſecundum ſenſum myſticum eſt filius Dei. Digitus verò Dei, eſt Spiritus ſanctus, qui eiuſdem eſt naturæ, & potentiæ, cum patre, & filio: quippe qui à Patre Filioque procedit. Itaque ex dictis tacitè concludit, ſe Dei virtute expellere Dæmonia. Infert prætetea quòd eiectio hæc tot Dæmonum, tam multiplex, tam frequens, tam inuſitata antea, ſignum ſit regni Meſſiæ, ideſt eius aduentus, ac proinde deſtructionis mox futuræ regni Diaboli, præſertim verò, quia talia facturum Meſſiam ex Prophetis non ignorabant, dicitur autem aduentus Chriſti regnum Dei, quia eius tempore gratia, iuſtitia, ſanctitas, & aliæ virtutes in Eccleſia futuræ erant, per quas regnat Deus in homine, & ad cęleſte regnum venientibus, per Chriſti ſanguinem aditus patet. Ergo per regnum Dei Chriſti aduentum cum iuſtitia, & ſtatũ Eccleſiæ ab eo inſtituendæ intellige; Quaſi dicat, expulſo Dæmone iam incipit regnare Deus in hominibus. Auguſtinus ſic interpretatur hunc locum; Et ſi ego

Auguſt. libr. 1. cap. 5. q. euan.

in Beelzebub eijcio dæmonia, ſecundum veſtram ſententiam, igitur peruenit in vos regnum Dei, quia regnum Diaboli ſtare non poteſt, quod aduerſum ſe diuiſum eſſe fatemini. Acutè ſatis Auguſtinus, ſed ſupplendum videtur aliud membrum, ſi autem in Spiritu Dei eijcio, multo id fortius verum erit: videtur igitur dilemmata eſſe ex Auguſtino.

PROFECTO PERVENITVR AD VOS REGNVM DEI. Expulſo enim Dæmone de cordibus hominum, Deus in eis regnat, hic quidem per fidem, in futuro autem ſæculo per ſpeciem, & apertam ſui viſionem. Indiuiſum eſt ergo regnum Dei, veluti quoddam corpus indiuiſum. Indiuidui autem nulla poteſt eſſe diuiſio. Et ideo ad formam vnitatis (inquit Ambroſius) & non ad diſtinctio-

Ambroſ.

nem poteſtatis inferenda eſt digiti nuncupatio: cum dextera Dei dicat, ego, & Pater vnum ſumus; ſed licet indiuidua diuinitatis diſtincta perſona eſt, digitus tamẽ cum dicitur. Spiritus operatoria virtus ſignificatur, quod diuinorum operũ ſicut Pater, & Filius, ita, & Spiritus ſanctus operator ſit. *Hæc tamen* (inquit Apoſtolus) *omnia operatur vnus atque idem Spiritus, prout vult*. Et alio loco. Dominus eſt Spi-

1. Cor. 12
v. 11.

ritus, & vbi Spiritus Domini ibi libertas Imperialis. Ergo eſt poteſtas Spiritus ſancti, qua Regem ſuperbię in cordibus hominum longè, latèque dominantem foras eiecit, ſuoque regno pepolit, at regnum ſuum effecit. Sic enim fuerat homo à principio conditus, vt eſſet templum Spiritus ſancti, corpus Chriſti, ac totius Trinitatis contubernium; *Quia ad eum veniemus* (inquit,) *& manſionem apud eum faciemus*. Pater in hoc regno prædeſtinauit, & adoptauit

Ioan. 14.
v. 24.

electos ſuos, filius autem ſuo pretioſo ſanguine redemit, & de poteſtate Diabolica ſimul potenter eripuit: Spiritus verò ſanctus ſuo diuino afflatu ſanctificauit, & organa ſua efficit. Sed ijs tres vnum ſunt. Vnum ergo eſt regnum Dei, & indiuiſum; regnat enim Deus in ſuis electis, quos nemo rapiet de manu Dei. Eſt autem huiuſmodi regnum tum indiuiſum, tum etiam æternum, &

L

incorruptibile, ſic enim decernitur à Daniele. *Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum, quòd non corrumpetur*. *Regnum tuum Domine* (Pſalmiſta inquit) *regnum omnium ſæculorum*. Huius regni Rex tota Trinitas

Daniel 7.
v. 14.
Pſ. 144.
v. 13.

ſanctiſſima eſt, quæ & regnum condidit, nempè Beatos, electos, & dilectos, & locum Regni, ſupremam vtique regni ſphæram, ſiue cęlum Empyreum, & ipſa eſt tota beatitudo regnantium, Et vt dicunt Scolaſtici, obiectiuus finis omnium; formale verò lumen gloriæ, denique materia ipſa anima rationalis, quæ hæc omnia recipit, & beata efficitur. Huius regni leges ſunt miſericordia, & veritas. *Domine in cęlo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes* Pſalmiſta inquit. Item Miſericordiam, & veritatem diligit Deus. Vita regnantium eſt charitas: quia charitas nunquam excidit. In perpetua charitate

Pſal. 35.
v. 6. 83.
1. Cor. 13.

DD dile-

dilexit te. *Deus charitas eſt: qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Modus regni eſt æternitas. Qui 1. Ioan.4. vocati ſunt, æternæ hæreditatis (ait Apoſtolus) repromiſſionem accipient. Daniel quoque ait. *Qui erudiunt multos, fulgebunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates.* Regnum Dan.12. iſtud eſt naturæ, & gratiæ, quia Domini eſt regnum, & per gratiam in ſuis dominabitur; non eſt autem regnum maleuolentiæ, & inuidiæ. Regnum hoc munitur virtutibus, armatur diuinis conſilijs; Turres eius ſunt iuſtorum opera, arma ſunt ſcutum fidei, & galea ſalutis, atque gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Sacerdotes huius regni ſunt æmulatores paupertatis, ſtudioſi veritatis ſunt Doctores, non veſtiti mollibus, nec amicti diſcoloribus. In hoc regno ſunt qui piè, iuſtè, ſobriè viuunt, qui mendacium omne deteſtantur, & veritatem ex corde diligunt, & tuentur: Hij, pacifici, quieti, caſti, mundi, puri, charitatis, & fraternitatis amatores, patientes, humiles, ſobrij, ſimplices, innocentes, pauperum amatores, miſerorum conſolatores, & alij plurimi hi ſunt filij regni, iſtorum eſt regnum cœlorum, iſtis dicetur. Matt.26. v.34. *Venite benedicti Patris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt, ab origine mundi.* O regnum æternum! regnum omnium ſæculorum, vbi lumen eſt indeficiens, & pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, vbi animæ Sanctorum requieſcunt. Quis nollet depoſita corporis Sarcina, ad illorum feliciſſimum contubernium euolare, & cum tanto electorum numero amplexus iungere, & oſcula? Sed fortaſſis ſollicitus es de medijs, & auxilijs quibus hoc regnum conſequaris? Regnum hoc non aliud quærit pretium quàm teipſum. Tantum vales, quantum habes. Tam magna poſſeſſio vili emitur, Duobos minutis vidua illa emit, alius calicè aquæ frigidæ. Zachæus dimidio bonorum ſuorum. Nemo ex hoc regno excluditur niſi à ſeipſo. O vtinam conceſſa mihi eſſet peccatorum venia, mox depoſito hoc carnis indumento, in illa feliciſſima gaudia, requiemque veriſſimam intrarem, vbi Chriſtus cũ Patre, & Spiritu ſancto, & omnibus regnat in ſæculum ſæculi. Sed dicet aliquis, ſi regnum Dei peruenit, ſi virtus Dei eſt contra Dæmonia, quomodo ſtat regnum Satanæ? nam ſi Satanas contra Satanam diuiſus id poteſt efficere, vt concidat regnum Diaboli, quanto magis virtus Dei? Reſpondeo, regnum Dei præſenti tempore non omnino tollit regnum dæmonis, ſed diminuit eius vires collata hominibus virtute vincendi, & gratia reſiſtendi. Nobis enim vtilius eſt talis exercitatio, & conflictio, at ſub finem temporum omnino deſtruetur, ac ruet.

CVM FORTIS ARMATVS CVSTODIT ATRIVM SVVM, IN PACE SVNT EA QVÆ POSSIDET. SI AVTEM FORTIOR EO SVPERVENIENS VICERIT EVM. &c. Tertia ratione fortius vrget Phariſæos, clariuſque eorum calumniam detegit. Q. P. Niſi ſe res ſic habeant quẽadmodum dixi, quod nimirum non in Beelzebub eijciat Dæmonia, ſed in digito Dei, quem Magi Pharaonis cognouerunt, & vos cognoſcere non vultis, quomodo poſſem eijcere Dæmonia, ſi in virtute Dæmonis, & non in virtute Spiritus ſancti id facerem? fortis enim non ab alio niſi à fortiori ſuperatur. Cum autem apertè videatis potentiam, & vim illius me viciſſe, & arma, nempè vitia in quibus confidebat, & homines expugnabat è medio ſuſtuliſſe, eumque ſuis ſpolijs nudaſſe, hominibus ſcilicet quos ille ceu ſpolia à Deo ſurrepta poſſidebat; certum vobis poteſt eſſe argumentum, me illo fortiorem eſſe, quantumuis alioqui potente, & regnum Dei ad vos appropinquaſſe, fracto euerſoque regno Satanæ. Porrò Dæmon dicitur armatus, quia habet arma, & quibus nobis noceat, & quibus ſe tueatur nè vincatur à nobis, ſunt autem hæc arma, ſpecies bonorum huius ſæculi, vel etiam malorum apparentium, creaturæ ipſæ, Sap.14. v.11. *Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.* Prauæ item affectiones noſtræ ex Ro. 6. membra corporis noſtri, denique vitia ac peccata ijs enim peccatis, & affectibus malis, nos eò plus debilitamur, quò plus multiplicantur. Aduertendum autem quare apud Lucam legatur. Atrium ſuum Cùm Matthæus, & Marcus dicant domum, non atrium. Plerique atrium, idem cum domo eſſe putant, alij, & melius diſtinguunt. Nam ſolet eſſe ianua ante primam ianuam, vbi eſt locus apertus, & vacuus ante ædes ipſas vulgo Cortile, vbi ſtatui conſueuerunt cuſtodiæ, ne aditus pateat in domum. Erit a per atrium intelligi poſſunt ignorantiæ, & technæ, quibus totus erat in volutus mundus, Domus verò huius fortis ex Hieronymo, mundus ipſe eſt. Vel ex Irenæo Iren. lib. homines idololatræ, in quibus habitabat Dæmon per pec- 3.cap. 8. catum, & Apoſtaſiam à verò Deo, vtrumque verum.

QVI NON EST MECVM CONTRA ME EST, ET QVI NON COLLIGIT MECVM, DISPERGIT. Quarta ratio breuis, & efficax: Chriſtus ſemper congregat in horreum Eccleſiæ ſuos fideles, Satanas verò in diuerſos ſpargit errores. Spargere autem, & non congregare ſibi conſentiunt; Reliquum eſt ergo, vt Phariſæorum calumnia omni ratione careat. Efficaciſſima eſt hæc ratio, in qua cæteræ fundari videntur. Quaſi enim ita dicat Chriſtus. Qui diſſimilia meis opera facit mihi contrarius eſt, & eiuſmodi Beelzebub eſt. Nam ego cõgrego, ille diſpergit in varios idolorum cultus. Diabolicum enim eſt congregata diſpergere; Colligo ego ad vnitatem fidei, ad charitatem, ad Dei cultum, ille autem amouet inde, & diſpergit, in varios idolorum cultus, & impietates, vt à Deo eiuſque cultu auertat. Non ergo conuenire poſſunt Chriſtus, & Beelzebub. Pulchrè in hunc locum dicit Hieronymus. Non putet quiſquam hic de hæreti- Hieron. Matt.12. cis dictum, & ſchiſmaticis, quanquam, & ita ex ſuperfluo poſſet intelligi, ſed ex conſequentibus textuque ſermonis, ad Diabolum refertur, eo quod non poſſint opera ſaluatoris Beelzebub operibus comparari; ille cupit animas hominum tenere captiuas, Dominus liberare: ille prædicat idola, hic vnius Dei notitiam; ille trahit ad vitia, hic ad virtutes reuocat; quomodo ergo poſſunt inter ſe habere concordiam, quorum opera diuerſa ſunt? Iam verò abſolutis hiſce quatuor rationibus, quibus Saluator noſter declarauit contra Phariſæos ſe non in Beelzebub eijcere Dæmonia amplius adhuc redarguit eorundem calumniam dicens.

CVM IMMVNDVS SPIRITVS EXIERIT DE HOMINE PERAMBVLAT PER LOCA INAQVOSA QVÆRENS REQVIEM. Ex præcedenti miraculo hæc parabola deſumitur, ſiue exẽplum redarguendi Iudæos, ex quo Phariſæi deſumpſerant occaſionem blaſphemandi opera Spiritus ſancti, agebantur enim ſpiritu immundo, ideoq; talem contra Chriſtum compoſuere calumniam. Cum immundus Spiritus, &c. Ab hominibus mutuatur ſimilitudo, vt ſit ſenſus. Quemadmodum homo non inuenit ſibi in locis arentibus, & deſertis requiem, ſed mauult in ornata domo agere, ita Dæmones ex hominibus quærunt locum ſibi competentem, & quoniam omnis habitatio ſqualida, eſt quoque deſerta, in ſqualida habitare appetunt, vt hominem infeſtent, & perdant.

ET NON INVENIENS DICIT. REVERTAR IN DOMVM MEAM, VNDE EXIVI. ET CVM VENERIT INVENIT EAM SCOPIS MVNDATAM, ET ORNATAM. Is Diabolo præparat locum, qui à ſe amouet bona opera, quæ Satanæ obſiſtunt, eumque in fugam vertunt, & anima ipſius eſt domus ornata, & purgata, ornata ad impiè agendum, purgata ne aliquod pietatis opus Satanas in ea inueniat. *Nolite locum dare Diabolo* (ait Apoſtolus) & Iacobus in ſua epiſtola. *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis.* Porrò parabolam hanc de immundo Spiritu Lucas recenſet, ante reſponſum Domini ad eos qui petierunt ſignum, ſicut, & exclamationem mulieris, quæ ſubiungitur; ſed magis quadratę. Videtur, vt verumque ſequatur reprehenſionem, & confutationem aduerſariorum: Rectè enim conuenit in vtroſque Chriſti calumniatores vtrũque horum. Quod, & confirmari poteſt, nam, & Dominus refert hæc non ad quoſuis homines, ſed ad populum Iudæorum., vt patet ex eo quod Matthæus ſubiecit,

sic

Digitized by Google

ſic erit, & generationi peſſimæ, vnde etiam conſtat hunc ſermonẽ parabolam eſſe, vel exemplum. Videtur autẽ Dominus, vſus hoc exẽplo, quia ex facto miraculo liberati Dæmoniaci, Phariſæi anſam arripuerant Chriſtũ calumniãdi, viciſſim ergo Chriſtus ex eodem facto occaſionem ſumpſit, & arguendi Phariſæos, & oſtendendi ipſos potius ſpiritu immundo agi, qui dixerunt eum habere ſpiritum immũdum. Verum Chriſti mens præcipua ea eſt, vt per hoc doceat peiores eſſe Iudæos, quàm ſi nũquam Dei legem, & cognitionem accipiſſent. Cum enim per legem Diabolus quodam modo ab illis eiectus eſſet, quia edocti per legem sũt, Deo vni ac verò, non idolis aut Diabolo ſeruire; contempta Dei gratia digni facti ſunt, vt ſeptem, ideſt plurimi in eos pro vno immundo ſpiritu ſpiritus, ingrederentur ſic Maldon. ſecutus Hilarium Hieron. &c. Hinc videtur Chriſtus tacitè reddere rationem, cur Phariſæi non crederent, ſed blaſphemarent, quod ſeptem, ſcilicet Dæmonibus, ideſt in reprobum ſenſum ob contẽptum Dei gratiã traditi eſſent.

Maldon. Hieron.

TVNC VADIT, ET ASSVMIT SEPTEM ALIOS SPIRITVS NEQVIORES SE, ET INGRESSI HABITANT IBI. Plures accipit ne iterum expellatur, & vt fortiùs infeſtet ac ſecurius dominetur. Septem nequiores, hoc eſt ad maiora, ac grauiora peccata infrigantes: ſic contigit peſſimæ Iudæorum nationi, prioribus ſiquidem temporibus, non ita per omnem modum in deſerto, in terra promiſſionis, ſub Aegyptijs, Chaldæis, Aſſirijs, Antiocho, Romanis, & huiuſmodi, Dæmonibus ſeruiebant, atque poſt Paſſionem Chriſti. Nunc enim ex animo Diabolo inſeruiunt, poſt habita ſuæ gentis pietate, & doctrina; Atque ita eorum nouiſſima facti ſunt peiora prioribus, iuxta doctrinam textus Euangelici vbi dicitur.

ET FIVNT NOVISSIMA HOMINIS ILLIVS PEIORA PRIORIBVS. Peius eſt enim reincidere, quàm incidere, peccato namque iuncta eſt ingratitudo, quam grauis vitio ſequitur, Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro. *Melius fuiſſet non cognoſcere viam, iuſtitiæ, quã poſt agnitionem retrorſum conuerti.* Summopere ergo nobis laborandum eſt, ne à nobis ſemel expulſo Dæmone, iterum ei oſtium aperiamus; pruriunt enim ei pedes ad regrediendum, neque ſui hoſpitij eum capit obliuio. Et ſicut vulpes interdiu foris venantur, ſub occaſum ſolis ad ſua redeũt latibula, ſic Dæmones ſua hoſpitia ſtatim repetunt, vbi viderint in eis lucidiſſimum Diuinæ gratiæ ſolem occidiſſe. Quemadmodum autem ſolet euenire illi, qui ex carcere negligentia cuſtodis euaſit, quia paulò laxius vinciebatur, ſi iterum captus ad eundem carcerem reducatur, proculdubio cuſtos carceris ſuo periculo cautior factus, maiorem circa illum adhibebit cuſtodiam, & quem prius humaniter tractabat, reducem multis onerat catenis, & ſi antea vnica ſera clauſum tenebat, poſtea duplici concludit. Sic Diabolus quaſi è carcere ſuo per Dei indulgentiam elapſo peccatore, ſi ſua negligentia iterum redeat, vbi prius vnam, aut alteram tentationem ſuggerebat, modo ſuggerendo quàm plurimas, omnes ſenſuum aditus diligentiſſimè claudet, ne iterum ſanari, & Deo reconciliari poſſet.

2. Petri. 2. v. 21.

FACTVM EST AVTEM CVM HÆC DICERET, EXTOLLENS VOCEM QVÆDAM MVLIER DE TVRBA DIXIT ILLI. Mulier hæc catolicæ Eccleſiæ typum geſſit, quæ inter tot blaſphæmos, & calumniatores Chriſti, præconia laudis fidenter celebrat. Sapientia immò maleuolentia Phariſæorum calumniabatur Chriſtum, Sancta autem mulieris ſimplicitas confitebatur Domino; Cùm enim eſſet in medio turbæ, virtute Spiritus ſancti agitata intrepida ſurrexit, & animos viriles accipiens, veritatis præconem ſe præſtitit. Extollens vocem, ideſt altè clamãs, nihil timens. *Exalta quaſi tuba vocem tuam.* Iſaiæ 58. Inter Spinas inuenta eſt roſa, quæ odore ſuo totam illam multitudinem recreauit, dum voce alta poſtpoſito timore Phariſæorum, videns miraculum exclamat. Dauid compoſuit integrum Pſalm. vbi omnes creaturas inuitat ad laudandum Deum, propter tot miracula, quibus mundum gubernat etiam venenoſas, & inſenſibiles creaturas; ſolus peccator vocem extollere non poteſt in laudem Dei, ſicut fecit hæc mulier: Nec mirum, quia vt dicit Origenes Peccatum eſt raucedo animæ. Sed quid clamauit.

Iſaiæ 58. v. 1.

Pſ. 148.

BEATVS VENTER QVI TE PORTAVIT, ET VBERA QVÆ SVXISTI. Quaſi dicat Beata illa mater de progenie Dauid, quæ te peperit mundo, quàm felix, quæ te nouem menſibus in caſtiſsimis geſtauit viſceribus, quàm beata vbera, quæ mellifluis tuis labijs hac cæleſte infuderunt, O vos cæcos Phariſæos, plantulam odoriferam paradiſi non cognouiſtis, venter Mariæ arca eſt internè, & externè operta auro, in qua manna cæleſte ſtudioſiſsimè aſſeruatum eſt. O caſtiſsimus, & fæcundiſsimus venter, qui Deum nobis, & hominem protulit. Auguſtinus, non vnius mulieris, ſed multorum, vocem hanc eſſe affirmat, dicit enim; Cum Dominus in turba admirabilis videretur faciens ſigna, & prodigia, & oſtendens quid lateret in carne, admiratæ quædam animæ dixerunt, fęlix venter qui te portauit. Quod intelligendum putat Cardinalis Toletus, non quod plures exclamarint, ſed quod voci mulieris conſenſerint. Eſt autem hic ſynecdoche, qua pars pro toto ponitur. Cum enim matrem Chriſti beatam dicere vellet, præſertim per ventrem, & vbera deſcripſit, quæ generando, alẽdoque Chriſto maximè ſeruierant.

Orig. lib. 6. in libr. Iudic.

Aug. tractatu 10. in Ioan.

Cardinalis Toletus adnotatione. 63.

AT ILLE DIXIT QVINIMMO, BEATI QVI AVDIVNT VERBVM DEI, ET CVSTODIVNT ILLVD. Non negatur quòd dictum eſt, ſed cum affirmatione dicti infertur, quòd certius eſt, quaſi dicat. Verè quidem mater mea beata, quæ me peperit, & vbera quæ mihi alimoniam præbuerunt, ſed me geſtaſſe, & lactaſſe illi non profuiſſet, niſi ſedulam ſe præbuiſſet, circa auditionem, & obſeruantiam verbi Dei. Beati ergo qui ſpiritualiter in corde concipiunt verbum Dei, quod fit audiendo, conceptum eoam pariunt, & pijs operibus velut vberibus alunt verbum Dei, ſcilicet cuſtodiendo, & adimplendo. Sic enim in nobis Chriſtus conceptus, velut in lucem editur, & à nobis quodammodo alitur. Qui audiunt (inquit) & cuſtodiunt. Vtrumque neceſſarium, vt beatitudinem perfectam homo conſequatur. Audiunt, & cuſtodiunt. Quia perſeuerantia in bono opere neceſſaria eſt, Samuel optimè inſtructus eſt ab Heli. *Cum* (inquit) *veneris ad te dicito. Loquere Domine audit ſeruus tuus.* Contra filij Heli, filij Belial, quia vocem Heli audire contempſerunt in bello ceciderunt. Achab Rex Iſrael noluit Michæam prophetam audire, ideoque corruit cum ſuis in bello. Dixit Dominus ad Ezechielem Prophetam, *Domus Iſrael noluit te audire*, quia noluit audire me. Laudatur Magdalena, quia ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum eius. Herodes etiam alioqui malus Ioannem Baptiſtam obſeruabat, & libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat. Verùm non ſatis eſt audire niſi opere compleatur quod auditur, ideo ſubiungitur, & cuſtodiunt illud. Vnde in Apocalypſi quum dixiſſet beatus Ioannes. *Beatus qui audit, & qui legit verba Prophetiæ huius*, protinus adiecit, *& ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt.* Audiant hæc hæretici, & intelligant, qui ſola fide hominem iuſtificari, bona autem opera ad ſalutem non eſſe neceſſaria ſatis impiè dogmatizant. Ecce hoc loco ipſa veritas beatos, id eſt iuſtos, & Deo gratos pronunciant, non qui audiunt tantum, aut audiendo credunt, ſed qui operando cuſtodiunt. Dicitur apud S. Matthæum. *Omnis qui audit verba hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Magna ſanè eſt ruina credentis, & non facientis voluntatem Dei. Auxiliate ergo obſecro pijſsime Ieſu infirmitati noſtræ, & mitte nobis de ſuper adiutricem gratiam, vt ſimus non ſolum curioſi auditores, ſed etiam laborioſi factores verbi tui, quod manet in æternum. Amen.

1. Reg. 3. v. 10.

3. Reg. 22

Lucæ 10.

Matt. 6.

Apoc. 1. v. 3.

Matth. 7. v. 26.

INSTITVTIO Moralis

Dominicæ Tertiæ Quadrageſimæ.

De Charitate Virtute.

Lucæ 11. v.11.
Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum.
Eccleſ.2. v.14.
Delectio Dei honorabilis. Sapientia inquit.

A

QVærunt communiter Theologi quodnam ſit maius malum? malum ne culpæ an malum pœnæ? Et reſpondent, quod malum culpæ eſt maius malum, quàm quæcunque pœna ſiue damni, quæ eſt carentia perpetua diuinæ viſionis, ſiue pœnæ ſenſus. Ratio eſt in promptu, quia homo ſit malus malitia pœnæ, ſed malitia culpæ iuxta illud Diui Dionyſij. Puniri non eſt malum, ſed fieri pœna dignum malum eſt.

D. Dionyſius de Diuinis nominib. c. 4. pat. 4. ante medium.

Si enim eſſet aliquis qui maximas, & quæ imaginari poſſent pœnas ſuſtineat abſque culpa de hoc dici nõ poſſet, quod ſit malus. Si autem eſſet alius, qui nihil pateretur eſſet tamen obnoxius culpæ mortalis, vel venialis ille eſſet malus, vel ſimpliciter ſi mortaliter offenderet Deum, vel aliqualiter, & ſecundum quid ſi venialiter. Peccatum eſt nihil vel ſaltem in imaginatione humana videtur eſſe aliquid leue, quia facilè per Confeſſionem diluitur.

Anſelm.

Nihilominus tamen D. Anſelmus inquit, quod ſi ex vna parte proponerentur horribiles pœnæ infernales ex altera fœditas peccatorum potius vellet tradi flammæ infernali abſque peccato, quàm cum peccatis intrare in cælum, cum certũ ſit quod in inferno nullus cruciatur, niſi peccator, ſicut nec in cælo aliquis beatificatur, niſi qui ſine peccato eſt. Ex quo intelligitur quanta charitas ſit quàm honorabilis ſapientia ex mera dilectione Dei, & charitate in proximum liberare aliquem à peccato. Plura ſunt media quibus quiſpiam charitatem in proximum declarare poteſt. Plurimi fontes ſunt ex quibus charitas hæc pullulat. Ampla eſt virtutis huius poſſeſſio ampliſſimum mandatum eſt charitatis erga proximum.

Ioan. 13. v.34.

Mandatum (inquit) *nouum do vobis*. Mandatum nouum, quia dictum eſt antiquis. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros. Nouum hoc mandatum eſt, quia ad Chriſtianos tantùm pertinet. Et non ſolum eſt mandatum nouum, ſed & mandatum latum, vt dicebat Dauid.

B

Pſal. 118. v.96.

Latum mandatum tuum nimis. Latum quia omnibus hominibus etiã peſſimis iniunctum, ſi enim poſſibile ſit aliquem peiorem eſſe quàm Iudas traditur, & huic præcipit Chriſtus exoptare gratiam Dei, & Beatitudinem in quo præcipuè charitatis, & dilectio, quæ eſt ad proximum conſiſtit. Latum mandatum charitatis, quia latiſſimè extenditur. Extenditur nimirum ad amicos & inimicos, ad bona temporalia & æterna, ad ſalutem animæ, & corporis: hæc namque quatuor inimicis quoque noſtris, ac non tantùm amicis optare debemus. Tam latè extenditur quantum extenditur imperium, & regnum Chriſti.

Plutarcus in vita Ageſil. to. 1. virorum illuſtriũ.

Lacedæmonius quidam rogatus quò tandem ſe extẽderent ſuæ Reip. termini? reſpondit. Quouſque hæc pertinget; oſtenſa lancea. Si de Reſpublica Chriſti aliquis interrogaret quouſque ſe extendunt termini eius? non ſic reſpondendũ eſſet, vt reſpondit Lacedæmonius, ſed oſtenſa charitate dicendum eſt quouſque hæc pertinget. Fines enim, & termini imperij Chriſti ſunt duo præcepta charitatis; dilectionis Dei, & proximi, in iſtis duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.

Charitas eſt murus quo cingitur regnum Chriſti, ſi Chriſtus regnat ſuper Eccleſiam, vbi ſubditi eius ei obediẽtiam præſtant, charitas huius regni murus eſt. Schiſmatici, Hæretici, mali Chriſtiani, qui non ſunt in charitate extra muros ſunt proſcripti, & expulſi ex regno Chriſti etiam ſi fidẽ habeant, & per eam in gremio Eccleſiæ eſſe videantur ſi etiam Chriſtus regnat in cordibus fidelium, murus & terminus iſtius regni eſt charitas. Nec ſolum murus, ſed ſtemma, ſignum, & vexillum ſupra murum eleuatum per quod quilibet intelligere poteſt, an hic vel ille ſit de numero ſubditorum Chriſti, an ſit de numero eorũ, qui faciunt voluntatem eius, eique obediunt. Si videres vnum hominẽ Africanum, alterum Indianum, Hiſpanum, Germanum, Polonum &c. ex ipſo intuitu dijudicares hos homines non eſſe eiuſdem nationis, quia differunt colore, in ſermone, in moribus, quilibet habet ſignum proprium vnde cognoſci poſſit, quod ſit huius, & non illius nationis, huius & non illius Prouinciæ, & Regni. Et nos quomodo, & ex quali ſigno cognoſcemus, quod aliquis ſit natione Chriſtianus? quod ſit de regno Chriſti? *In hoc* (inquit Chriſtus) *cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis ſi dilectionem ad inuicem habueritis.* Ioan. 13. v.35.

Quis ergo nõ videt quàm latum ſit mandatum charitatis? ſi quidem eſt murus regni Chriſti ſine eius, quod in cælo ſiue eius quod in terra. Extenditur charitas ad homines, & Angelos, ad amicos & inimicos. Ignis deſcendens de cælo deuotauit ſacrificia Eliæ omnia conſumpſit Altare, ſacrificiũ, lapides, ligna & aquam, quæ erat in aquæductu lambens.

3. Reg. 18.
ad Hebr. 12.
1. Ioan. 4. v.16.

Sic charitas omnia conſumit. Et ideo *Deus charitas eſt*, quia ignis conſumens eſt, nã inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo. Charitas maledicitur & benedicit, perſecutionẽ patitur & ſuſtinet, omnia ſuffert, omnia conſumit, conuitia, calumnias, perſecutiones, amicos, & inimicos &c. Charitas extenditur ad viuos & mortuos, ad ſalutem animæ, & corporis & maximè quæ ad ſalutem animæ. Quæ. n. maior charitas, quàm liberare animas à miſerabile ſeruitute dæmonum? liberare hominẽ à ſeruitute Turcarum, vel Tartarorum magna charitas eſt. Liberare hominem à poteſtate Diaboli ſicut hodie liberauit Chriſtus eum à quo eiecit Dæmonium mutum magna charitas eſt. Sed liberare animam à miſerabili ſeruitute Dæmonis, à peccatorum vigo, incõparabiliter maior charitas eſt, & vt inquit Eccleſiaſtes honorabilis ſapientia. Hoc enim officium proprium eſt ſapientiæ: propter hoc ſapientia de cælo in terram deſcendit, & cũ humilibus conuerſata eſt. Vt igitur in operibus charitatis perficiamur, & liberandis animabus à poteſtate dæmonum ſeriò inſtruamur in hac inſtitutione tractandum nobis eſt, quod dilectio Dei ſit honorabilis ſapientia, & ſimiliter dilectio proximi. Sed prius de dilectione Dei loquemur, deinde de charitate erga proximum diſſeremus.

C

In quibuſdam nationibus præcipuè in Regno Hiſpaniarum ab antiquis temporibus magna habetur ratio primogenituræ, vbi ea conſuetudo eſt, & is Reip. ordo, vt ſolus maior natu, ſeu primogenitus hæreditet, ita quod ſi Princeps duos, vel tres filios habeat ſolus maior natu hæres conſtituitur cęteris iure Regni nihil de hæreditate participantibus. Quod an rectè fiat non eſt mei propoſiti hoc diſcutere. Illud certum eſt, quod hac ratione præcipuè domus, & familiæ conſeruantur. Certum præterea eſt, quod Chriſtus Dominus eundem in Rep. ſua ordinem eſſe voluerit, vt D. Paulus teſtatur *Fides, Spes, Charitas, maior tamen iſtorum eſt Charitas.* In lege naturæ in maximo honore fuerunt primogenita, nam primogenitus debuit eſſe Sacerdos offerens, & ſacrificans Deo.

1. Cor. 13. v.13.

Hinc eſt quod cum Eſau vendidiſſet primogenita ſua Iacob Patriarchæ *induit eum mater veſtibus Eſau valde bonis, quas domi apud ſe habebat*, illis nimirum quibus vtebatur dum ſacrificandum erat. Ideo ergo, & Chriſtus in honore primogenita haberi voluit etiam inter virtutes inter quas primogenita eſt charitas.

Gen. 37. v.15.

Poſſet quidem de aliquis dicere, quod maior iſtorum eſt pœnitentia, quia eſt prima poſt naufragiũ tabula, ſine qua nec virtutes, nec bona opera placent Deo, nec merentur hæreditatem Dei. Si quis enim in peccato oret, ieiunet, perſecutiones patiatur &c. hæc meritoria non ſunt, ideò inter virtutes maior natu videtur eſſe pœnitentia, & tamen D. Paulus idipſum ſoli tribuit charitati maior (inquit) iſtorum eſt charitas. Fortaſſis eam ob cauſam, quia vera pœnitentia nõ eſt ſine charitate, pœnitẽtia ſiquidẽ eſt dolor pro peccatis, quia peccata ſunt Dei offenſa, quẽ ſuper omnia diligit. Vel pœnitentia eſt maior natu inter virtutes, quæ in tribulatione, & moleſtijs fundatur. Charitas aũt eſt maior natu inter virtutes, quæ in quadam ſeruitate quàm potius delectatione, & quiete cõſiſtunt: qualis eſt fides, & ſpes. Inter has maior

eſt cha-

Digitized by Google

eſt charitas, ſola charitas eſt hæres regni Dei illa ſola cælũ poſſidet, nã fides, & ſpes hic remanent, charitas hic, & in cælo locum habet tanquam maior nata inter virtutes. Niſi forte obijcias illud D. Pauli. *Non prius quod ſpirituale, ſed quod animale.* Prius eſt eſſe hominem quàm eſſe ſanctum, prius fundamenta rudia quàm parietes marmorei erigantur. Quomodo ergo id quod eſt prius nempe charitas eſt alijs excellentius? Fateor ita eſſe ſi comparatio fiat inter ſpiritualia, & corporalia: quia vnum eſt prius altero, nempe corporalia ſpiritualibus prioritate naturæ, ſpiritualia vero corporalibus prioritate dignitatis, & excellentiæ: quia excellentius eſt eſſe ſanctum quàm eſſe hominem. At inter virtutes charitas eſt prior, & natura, & dignitate. Natura: quia antiquior, dignitate: quia excellentior. Sic Neomyſta quiſpiam donum ſui muneris Deo libaret ſacrificiũ, & pro conſuetudine Hiſpaniarum omnes manum eius exoſcularentur, vel ꝑ conſuetudine Poloniæ manus imponeret capiti omnium, accidat autem quod ibi adeſſet pater illius, nom etiam manum filij primo ſacrificantis pater oſculari deberet? Si dicamus quod ſic, in oppoſitum videtur Diuus Paulus. Non prius quod ſpirituale. Potius itaque Sacerdos Patris manum exoſculari deberet. Ita ſane ſi animale eſſet prius dignitate, ſed non eſt ſic, quia ſacerdotalis dignitas omnibus præeminet ſic dignitate charitas omnibus præeminet omnes aliæ virtutes coram illa ſe ſe humiliare, & eam venerari debent tanquam antiquitate propaginis, & dignitatis excellentiſſimam. Nam eſt origine cæleſtis ac prope diuina, quia Deus charitas eſt. Neſcio inquit Diuus Auguſtinus quibus magnificentijs cha-

Auguſt. Homil. 9 in Ioan. cap. 4. Io. 1. c. 4.

ritas à nobis magis commendari poſſit, quàm vt dicatur Deus charitas eſt. Breuis laus, & magna laus, breuis in ſermone, magna in intellectu. Quid nobilius? quid pretioſius? quid luminoſius? quid firmius? quid vtilius? quid ſecurius charitate? cætera haberi dona poſſunt, ſed ſine charitate haberi non poſſunt.

Vide quomodo charitas ſit origine cæleſtis. Charitas namque eſt via Dei ad homines, & eſt via hominum ad Deum. Per charitatem quippe venit Deus ad hominem, & homines eligũt, & diligunt Deum, & ad Deum currunt, & ad Deum peruenium.

E

Educationem habet excellentem: cum Sanctis Angelis condita eſt, & adoleuit. Cibus enim Angelorum eſt amor. Sunt quippe animalia quæ habent alas ſenas quibus perpetuò deſiderant complexum ſummi opificis, & parentis omnium eiuſque charitatem imitari geſtiunt. Non aſpirant niſi boni ſpiritus ad hanc charitatem, malis vero non communicatur. Hæc ſimul educata eſt cum Abel

Gen. 5.

eumque docuit munera offerre, & fratris gladium non reluctando tolerare. Hæc enutrita cum Enoch, & inter

Gen. 7. Gen. 22.

homines eum ſpiritualiter viuere inſtruxit, & ad vitam quandam ſublimem ab hominibus abſtraxit. Hæc in Noe Deum placabilem reddidit, mundumque ſuperſtitem in pio opere exercendo ſeruauit. Hæc fidum Abraham, qui dexteram in mortem filij obediendo extulerat prolis innumeræ gentium Patrem effecit.

Ex his maxima huius virtutis excellentia colligitur. Sed, & ex nomine ipſo facile intelligitur quàm celebris virtus ſit charitas. Multæ quidem Virtutes claris nominibus ſunt appellatæ, ſed nullum ita ſuaue, nullum ita iucundum inſonat auribus, pectora demulcet, afficit animos corda accendit, mitigat iras, rixas diſſoluit, nullum tam ſalubre ſemperque optandum quàm huius virtutis nomen Sapientia quidem delectat, ſed reddit ſuſpenſum quoniam audio quandam eſſe ſapientiam diabolicam animalem, & terrenam. Prudentia plurimum animus oblectatur, ſed non eſt omninò ſecura. Audio enim quod filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Scientiæ plauſibile nomẽ eſt omnes ſiquidem homines natura ſcire deſidetãt. Sed Apoſtolus reddit me dubium, dum inquit ſcientia in-

Pſ. 72. v. 3

flat, charitas vero ædificat. Pax gratiſsimum nomen. Sed audio Dauid dicentem. *Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.* Gaudium optabile nomen, ſed nonnihil habet timendum quia extrema gaudij luctus occupat. At Charitas Chara vnitas omnibus modis eſt optãda, qua nemo male vtitur, & ſine qua nullius rei vſus eſt vtilis ad vitam capeſſendam. Quis igitur ignorat excellentiſsimam eſſe virtutem charitatem? imò virtutum formam, ornamentum, & vitam. Charitas eſt filiorum Dei nota, quæ Hieruſalem à Babylone diſcernit. Eſt virtutum omnium princeps forma Virtutum adeò, vt omnes Virtutes etiam illæ quas Theologicas dicimus rudes, & informes ſint, niſi pulcherrima diuinæ charitatis forma decorentur. Eſt Aquila quæ pullos cæterarum virtutum, & actus earum ad ſolis aſpectum extollit, vt quo per ſe perferri nequiſſent nobiliſsima huius virtutis directione pertingat. Eſt Dei amicitia quæ illa, quæ Dei ſunt, non quæ ſua perquirit. Eſt affectus cordis qui ſine vllo proprij reſpectu boni, quæ Dei ſunt quærit in quo forma, & pulchritudo Virtutum conſiſtit. Eſt anima, & vita Virtutum ſine qua omnes Angelorum linguæ, nec Prophetæ, nec miracula (vt inquit Apoſtolus) nullius pretij ſunt aut meriti quod ad æternitatem ſpectat.

Sed ne in ambiguo verſemus noſſe oportet quod charitas alia eſt Theologica quę Deum reſpicit, & quæ Dei ſunt perquirit; Altera eſt Virtus moralis, & hæc, vel acquiſita, vel infuſa quę multum differunt (vt etiam aliàs dictum eſt) & in principio operandi, & in modo agendi. Nam principium agendi, vt eſt virtus moralis charitati ſunt principia rationis naturalis practica, & ſpeculatiua. Principium autẽ agendi charitati, vt eſt virtus infuſa eſt fides. In modo agendi etiam differunt, quia modus agendi charitatis acquiſitæ eſt à ratione naturali: modus agendi charitatis infuſæ eſt à lege diuina, & fide præſcriptus. Quemadmodum enim poteſt quis eſſe temperatus, vel propterea ne gula noceat valetudini, aut rationis vſum impediat, aut ideo, vt corpus ſuum caſtiget, & in ſeruitutem redigat, quod fides docet Ita poteſt quis diligere proximum ex charitate aut quia ratio naturalis dictat diligendum eſſe proximum ſicut ſeipſum: aut quia Chriſtus præcepit proximum ita diligendum eſſe ita, ſicut Chriſtus dilexit nos. *Hoc eſt* (inquit) *præceptum meum, vt diligatis inuicem* ſicut dilexi vos. Primum eſt à lege naturali, & aliud à lege diuina. Primum à virtute morali acquiſita; & aliud à virtute morali infuſa. Reuera enim lumen naturale dictat omnibus hominibus. Omne quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, & *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Sic cohortabatur Tobias filium ſuum: *Quod ab alio oderis fieri tibi; vide ne aliquando alteri feceris.* Hoc eſt perpendiculum, hęc regula rationis quod author naturæ impreſsit cordibus noſtris. Circa quod charitas, vt eſt virtus moralis acquiſita occupatur. Vnde charitas, vt talis virtus moderatur paſsionẽ odij ſeu auerſionem à malo. Multoties euenit, vt malum non niſi apparenter ſit malum cum tamẽ in re ſit bonum; nihilominus quia appetitui ſenſitiuo inutile, & inſuaue, ideo auertitur ab illo, quę auerſio eſt paſsio odij. Eſt.n. odiũ motus quidam concupiſcibilis diſſonantis malo ſecundum indicium ſenſus. Charitas ergo, vt eſt virtus moralis moderatur hanc paſsionem ne abominetur malum repræſentatum, per imaginationem quod ſibi diſplicuit, atque ita abiectis conditionibus maliciæ per lumen naturale ſignatum ſuper nos appetitum corrigit, & efficit, vt proximus qui nõ eſt amabilis, ſed diſplicet appetitui, rationi placeat. Altiorẽ modum operandi habet charitas, vt eſt virtus moralis infuſa. Verum quoniam charitas, vt eſt virtus Theologica, & amor erga Deum eſt principium charitatis erga proximũ de charitate erga Deum prius loquamur.

distinct. charitatis.

Ioan. 15. v. 12.

I Matt. 7. v. 12.

Tobia 4. v. 16.

Sed vt è materia tam vbere dicendi quidpiam oppoſitũ ſoluamus aduertere debemus quod Philoſophi morales communiter inquirunt. An ſit aliqua virtus quæ inclinat ad ſummum appetibile, ſeu ad ſummum diligibile? & cum non ſit proceſſus in infinitum ſicut in operationibus intellectus, ita & in operationibus voluntatis, ſine dubio perueniendum eſt ad aliquod ſupremum amabile quod perfectè, & vltimatè quietat potentias intellectiuas, & talis eſt Deus ſuper omnia benedictus quod ita eſſe, vel ex eo intelligi poteſt. Nam amor ad duo capita referri poteſt ad perſonam ſcilicet, & ad actus. Pót quippe quis amari ex eo quia ipſe eſt, aut ex eo quia efficit. Euenire videlicet non nunquã ſolet, vt principẽ aliquem qd nobilitate, quod pulchritudine, quod ſapiẽtia præſtet quis videt amare incipiat cum tñ nihil ab eo ꝓpriæ vtilitatis expectet. E cõtrario vero plebeiũ

hominem deformem, ac ſtultum, quod ab eo commodum expectat conſulto amet. Si vero iam in vnum illum Principem commodi etiam expectationem inferamus omnem amoris vim complexi videbimus. Cum ergo ſummus ille mundi Princeps ſit ipſa nobilitas, ipſa ſapientia, ipſa pulchritudo qua mente quis ex ijs præſertim, qui ad æternitatem aſpirant in amorem boni tam immenſi non incumbat? Profectò nobilitas ſola magnam orbis terrarum partem quaſi dementat. Nitantur quippè homines in ſe neſcio quid diui nũ exprimere quod ſe nobilitate ſola adepturos exiſtimant quæ certè ratio ſcriptorum antiquorum mendacio aſſeritur illi enim, vt homines laudarent quandam cum ſuis numinibus conſanguinitatem eis affingebant. At (quod paſſim cernimus) in aulis quiſque ſtudet Principibus nobilitate magis inſignibus, velut contactu ingenuitatem contracturus adhærere. Quanto ergo conſumtius ſit illius Regij Vatis deſiderium *Adhæſit anima mea poſt te.* Inde quippè vera nobilitas ſeu generis claritas contrahitur, ſicut ſcriptũ eſt *Accedite ad eum, & illuminamini,* idest illuſtramini, vel nobilitemini, *& facies veſtra non confundentur* idest non erubeſcetis ob vllam ignobilitatis notam, omnem quippe notam expungit antiquiſſima illa nobilitas, principij expers ille candor puriſſimus, illa celſitudo ſublimiſſima ad cuius aſpectum Spirituũ Beatorũ vertices quaſi humillimę valle vix apparent. Quid de ſapientia dicemus? Modica ſapientiæ laus homines deſiderio ſui accendit patriam pellit, & per longè diſſita maria, vaſtiſſimaſque ſolitudines abducit; Sic ad vnũ Salomonem Oriens totus hiabat, ad Platonem, & Ariſtotelem innumeri viri clariſſimi confluebant. Et ex Eccleſiæ luminibus ipſi patrum primores regna multa ea de cauſa peterrarunt. Cur ergo infinitæ illi ſapientiæ ſociari homo non curet, qui alter ſitim hanc ardentiſſimã explere non valet? Cur non familiaritatem tanti Pręceptoris exquirat, qui vno temporis momento ſapientiæ potum infundet. Non inquam Sapientiæ illius quæ hominem anxia ſpeculatione debilitat, ſed illius dulciſſimæ ſapientię cuius impetus exhilarat ciuitatem Dei cuius dulcore nihil poteſt eſſe in terris optabilius.

At vero quid de pulchritudine ſubdemus? nemo adeo mentis expers eſt qui formæ vim non ſentiat, & admiretur habet enim hoc inſigne pulchritudo, vt vel ſolo nomine delectet eiuſque ſola opinio nobilitatem, & ſapientiam nedũ diuitias aliaque minora bona deſpicere faciat quod, & quotidiana, & crebra nimium experimenta declarant. Habet magnetis vim efficaciſſimam, trahit enim, & voluptate trahit, & ſuauiſſimo quodam imperio cordibus dominatur. Et hoc quidem præſtat ipſa carnis pulchritudo corruptioni obnoxia, & mille deformitatibus admixta. Cur ergo elegantiſſima forma Dei, cuius, vel ſolo nomine videntur ſaxa liqueſcere non capiat cor eius qui abdicato decore ſęculi meliori vacat pulchritudini. Profectò ſolus ille candor; qui ex Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri corpore ſplendet omnem orbis terrarum decorem longiſſimè vincit, quid animæ? quid abſolutiſſima illa, & ad eliquanda corda efficaciſſima diuinitatis pulchritudo? At nos hæc tam magna exiliter deſcribimus, & rei magnitudinem puſilla oratione contrahimus, ſed fides maiora credit in quæ charitas ſublimi volatu ſe proripit.

G

Verùm ſi de ſecundo amoris capite, hoc eſt de ijs quę clementiſſimus Deus erique noſtrum præſtitit, ac præſtiturus eſt vbi diuina bonitas plurimum elucet pro rei dignitate, ita, vt par eſt dicendum eſſet, oporteret Ieſum Chriſtum ipſum, qui linguas infantium facit diſertas ſcriptoris, aut oratoris munus obire. Porrò, vt confertim dicamus nulla feritas adeò ſæua eſt quæ beneficijs non miteſcat, nam, & Leones, & Vrſos beneficijs manſueſcere, ac magiſtris blandiri quotidie videmus. Quam ergo vim cordi hominis tanta dulciſſimi Dei beneficia, quæ fides docet inferre doceat? Num parum eſt hominem qui ſempiterno cruciatu inferni torquendus erat ſuperno beneficio non ſolùm è tartaro ipſo eruı, ſed ſuauiſſimè quoque erui. In quo ita ſe Deus exhibet homini, vt quaſi eius intereſſet illum protegere, ſolari, ad ſtatum ſalutis promouere, ad æternam beatitudinem filiorum iura conferre. Nunquid parum eſt hominem ſæpe in peccata prolapſum, qui diuinæ bonitati proteruè obluctatus eſt cum iam nece ſubitanea ob ingratitudinem corripiendus erat ad excelſum chriſtianæ vitę ſtatum benigniſſimè vocari? Num parum eſt Deum hominem fieri, ac immenſis laboribus, ac ignominijs pro ingratiſſimo peccatore mori, & æterno Patri ſatisfacere? Nunquid parum eſt dulciſſimo paſtu Corporis, & ſanguinis ſui hominem paulò ante belluarum eſtis aſſuetum alere? Quid hic de auxilijs gratis impenſis, de Beatiſſimæ Virginis tutella, Angelorum cuſtodia, Sanctorum precibus, de præſeruatione à grauiſſimis caſibus dicemus? Quid de ſuauiſſimo Dei corde voluntati hominis expoſito, & niſi homo illi deſit nunquã homini de futuro, & hæreditatem cæleſtem fideliſſimè collaturo? Nemo eſt chriſtiani nomine dignus, qui per ſingula momenta liberaliſſimo Deo ob multa beneficia non ſe cognoſcit gratitudinis debitorem, omnia quippè mala, ſeu culpæ, ſeu pęnæ quæ vitat, omnia bona quæ cogitat, loquitur, efficit, ipſa quoque naturalis reſpiratio, beneficia dei ampliſſima ſunt ex ipſo potiſſimum largitoris corde propenſa. Si ergo quocunque ſe homo vertet Diuinorum beneficiorum pondere premarur, & natiuum eſt ei benefactorem redamare, quàm ferus erit, qui poſita huius amoris cura quaſi Deo nihil deberet aberrat? Aut quæ mens Chriſtiani illius erit qui benefactori tãto gratiam quam poſſit, & exhibere, & referre non ſtudioſiſſimè curat?

Dent igitur operam Chriſtiani diuinæ bonitatis amori, vt impenſiſſimo ſtudio ſe totos amantiſſimo Deo deuouentes iam labores, quàm ſolatia filiorum more ſuſcipiant, & quicquid agendum occurrerit culpam quamuis tenuiſſimam accuratiſſimè vitent, nec aliam mercedem quàm Benefactori tanto placere vllo modo requirant. His enim veluti gradibus ad perfectionem charitatis peruenitur quorum primus eſt timor Dei, nam initium Sapientiæ timor Domini. Qui ergo timet Deum non ſolùm à peccatis mortalibus, ſed etiam à leuioribus culpis abſtinet, perſeuerando in propoſito nunquam offendendi Deum etiam minimo peccato etiamſi pro quacunque re huius mundi millies mori debeat. Hunc gradum charitatis ſequitur alius, qui eſt Diuinas inſpirationes non contemnere, nec ſurdum auditorem ſe Deo præbere, ſed omnia in Dei gloriam, & ſalutem animæ ſuæ alacriter exequi. Huic ſuccedit oratio, meditatio, contemplatio, per quæ ad ſupremum charitatis gradũ viri ſancti aſcendunt. Multos enim, & diuerſos gradus habet charitas erga Deum, ſed præcipuè decem, quos enumerat D. Bernardus, & D. Thomas. Labor ac diligentia in inquirendo Deo, & quæ Dei ſunt. Inceſſabiliter benè operari ſine quo Deus non inuenitur ſupportare libenter aduerſa Deum toto corde dilectum deſiderare, & agiliter quærere, &c. vſque ad vltimum gradum, qui eſt ſimilitudinẽ Dei in ſe exhibere non per modum ſpeculi, quæ eſt per oppoſitionem etiam rerum diſtantium ad ſpeculum, ſed per modum ſigilli ad Ceram, quæ eſt per vnionem tranſmutatiuam in Deum. Nam prima ſimilitudo ſpectat ad intellectum, qui eſt tanquam ſpeculum ſplendidiſſimum quod percipit diuinarum perfectionum notitiam. Hæc autem de qua loquimur pertinet ad voluntatem, & affectum quo homo deſiderat nulli placere, niſi ſoli Deo, nec ad aliquod bonum etiam ſibi commodum, ſed ad ſolum Deum attendit, ex quo affectu prorumpit in ſancta deſideria, & bona opera.

Bernardus de diligendo Deo. D. Tho. opuſc. 61. de dilectione Dei, & proximi.

H

De hac in Deum charitate rectè dicitur. Quod dilectio Dei charitas in proximum ſit honorabilis ſapientia, & dilectioni, ſeu charitati erga proximum id competere non eſt dubium. Ex illo enim fonte amoris diuini emanat charitas in proximum. Si enim Dei amor à quo amor proximi genus ducit cordi ſemel hæſerit eſto proximus ſit, & in perſona ſua, & in moribus ſit ineptus inſolens iracundus, importunus rudis, & alijs viciorũ labibus notatus, quæ odium parere ſolent nũquam Dei amatori ad proximi dilectionem ratio efficaciſſima deerit. Dei etenim bonitas, pulchritudo, manſuetudo, ſapientia, & virtutes vniuerſæ quibus proximus fortaſſe caret luculentiſſimè ſplendent, & propter illas proximus diligendus eſt. Quis enim nunquam amauit aliquem, qui ob eius decorem quo trahitur labores tædia, & iniucunda multa non tulerit. Accedit eo, quod licet proximus apperitui quandoq; diſpliceat,

ratio-

Digitized by Google

rationi tamen placere poteſt; eſt quippè (præter rationem illam à Dei decore virtutibuſque petitam) Dei filius, eſt æternæ beatitudinis capax, eſt Ieſu Chriſti ſanguine redemptus, eſt mihi ad exercitium, & meritū vtilis, eſt fortaſſe is à quo ex prædeſtinatione æternæ ſalus mea dependet. Quibus certè rationibus duriſſima quęque corda ſuccumberēt. Qui itaque beatitudinem æternam proximo deſiderat, & quæ ad illam ſpectant ſyncerè exoptat hic charitate proximum proſequitur. Qui aliorum moribus ſe accommodat quantum ſine virtutis damno fieri poteſt, qui nullum odit, nullum lædit, nullum temerè iudicat, de nullo malè ſuſpicatur, nulli detrahit aut malitia lingua nocet, nullum ſcandalizat, omnes ædificat, nullum exceſſiuè diligit, ſed dilectionem proximi amore Dei, qui eſt regula amoris in proximum corrigit, qui ex indiſcreto zelo nullum lædit, qui charitatiuè quos corrigendos putat corrigit, à peccatis, & poteſtate Diaboli liberat, qui in proximo nihil attēdit, niſi quod ſit imago, & ſimilitudo Dei & Chriſti, & vt vno verbo comprehendam, qui ſic diligit proximum ſicut Chriſtus

I dilexit nos, hic verè charitatis, virtute præditus eſt Chriſtus porrò dilexit nos ex mera bonitate ſua, ſine vllis no-

ad Tim.3 v.1. ſtris meritis. *Non ex operibus iuſtitiæ* (inquit D. Paulus) *quæ fecimus nos, ſed ſecūdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit*.

Hier.31. v.3. Et Hieremias. *In charitate perpetua dilexi te ideo attraxi te miſerans tui*. Chriſtus dilexit nos ſine vllo intereſſe, cum enim ſit Deus bonis noſtris non eguit, nec ad aliquod bonum proprium attendere voluit, ſed vt nobis benè faceret. Talis & noſtra erga proximum charitas eſſe debet, vt de ea dici poſſit. Dilectio proximi honorabilis Sapientia eſt.

Hoc expreſſiſſe videntur antiqui per amoris imaginem, pingebant enim amorem oculis captum, digito, labia compeſcentem, crumenam habentem patentem auro plenum, & à zona pendentem. Quid hæc ſignificent conſideranti facile eſt aduertere. Primum cæcum pingebatur, quoniam amor proximi oculos non habet ad videndos proximi defectus. Notiſſimum eſt, quod ait D. Paulus charitas non cogitat malum, non enim temere de fratre iudicat, ſed illud potius quibuſcunque rationibus prodeſt, excuſabat. Depranatæ autem noſtræ naturæ volumus, & lues antiqua eſt, vt ſemper fratrum noſtrorum facta, vel dicta in ſiniſtram partem accipiamus quod præter alia probat Rachelis, & Samſonis exemplum. Nam cum illa patri ſuo Laban idola furata fuiſſet Laban à genero ſuo Iacob ſublat fuiſſe ſuſpicabatur. Et quando Samſon vxore ducta abfuit à domo Soceri, hic putanit abijſſe Samſonem ſponſæ ſuæ tædio ductum, ideoque ab ipſo deſerta, quod adeò ſibi eſſe verum perſuaſit, vt filiam ſuam, ac Samſonis ſponſam alteri locauerit. Conuenit per quam optimè huic propoſito, quod Hieronymus ſcribit de quodam monacho nomine Iſaac, qui cum de alio monacho temerè ſuper quodam graui peccato iudicaſſet, & paulo poſt ille de quo iudicium tulerat obijſſet, animam eius ab Angelo cuſtode ductam ad ſe veniſſe, & his verbis ab Angelo fuiſſe compellatum. Ec-

Iſaac Monachus. ce à Deo venio Iſaac, vt ſententiam feras cœlumne, an infernum mereatur hæc anima, de qua tu prius temerè iudicaſti. Reſpondit Iſaac dolore compunctus. Dauidicum verſiculum: Peccaui Domine miſerere mei, quem ita compunctum, & dolentem Angelus admonuit, vt caueret ne in iudicandis proximis eſſet præceps in poſterum, ſed linguam pariter, & mentem fræno rationis, & iuſtitiæ moderaretur. Nullum igitur eſt damnum ad effugiendum hoc damnum, niſi amor proximi. Charitas enim non cogitat malum, & exiſtens valde perſpicax ad aliorum delicta temerè reprehendenda, & notanda, Lippire quodam modo, & oculis carere videtur. Digitus ori admotus denotabat in amoris imagine eum, qui verè diligit nunquam loqui ad proximi offenſionē. Ideo ſponſa in Canticis ſponſum alloquitur. *Labia tua, ſicut vitta coccinea*. Quæ ſimilitudo labiorum, & vittæ coccineæ minus apta, & conueniens alicui fortaſſe videbitur: quoniam vitta ligandis capillis magis, quàm labijs apta eſſe videatur. Conueniētiſſima tamen eſt metaphora ad iudicandam verborum ſponſæ naturam, ordinem, & mirabilem conuenientiam. Nam ſicut vitta ligamentum erat, quo antiqui circum caput, vel crines, vel ſerta, vel flores, aut aliquid aliud religabant, ſic nexu, aut vinculo charitatis, quæ inſinuatur per vittam coccineam, ſiue purpuream non modo ſponſæ opera, ſed ſermones quoque ita coercentur, vt nullum ab ore eius verbum contra proximum, & fratrem imprudenter, vel inconſideratè egrediatur comprimente labia retinaculo charitatis, quam vt dixi color vittæ coccineus, & igneus oſtendit. Quamobrem cum mihi dicatur, quod prius nō cogitetur, & charitas teſte Paulo non cogitat malum, qui veram charitatem habet non aperiet os ſuum contra proximū ſuum, quod etiam amoris figura ſilentium indicens digiti ad os appoſitione monſtrabat. Marſupium denique à latere pendens pecunia refertum, & patens indicabat tertium effectum amoris, & fraternæ charitatis, quæ neſcit retinere petentibus, ſed iuxta D. Pauli verba. Per omnia omnibus placere ſtudet, qua in re diuinus hic Apoſtolus, ſicut in cæteris excelluit. Notabis vocem illam Pauli, per omnia, q.d. nemo venit ad me qui petitionis repulſam patiatur, dummodo petat, quod ſine Dei offenſione facere queam: petentibus enim ſemper annuo, & præſto ſum. Nec tantum dixit Paulus, per omnia. Sed omnibus placere, ac ſi dicat. Non priuatā huius, vel illius amicitiam ſector, non reſpicio perſonas, ſed legem amplector charitatis, cuius viſcera erga omnes diſcrimine ſine ardeſcunt, neque ijs hoc vel illo modo, vel in hac aut illa re ſolùm, ſed in omnibus ad ſalutem animatū conuenientibus accurit, & auxiliatur. Quod certè Apoſtolus ita faciebat, quoniam nouerat nullam grauiorem eſſe iacturam, vel damnum pernicioſius in vita ſpirituali, quam quod prouenit ex amoris, charitatiſque defe-

ctu. Ideo eam Paulus diligenter conſeruaret, & ſemper K

augeret erga proximos procurabat. Legimus in libris Ma- 2. Mach. 1.v.19. chabæorum. *Sacerdotes populi Dei quando a Perſis captiui duaſi fuerunt cum templum fuiſſet ab hoſtibus occupatum, & omnis ſuppellex eius ſurrepta ſacratum Deum altari ignem accepiſſe, quem abſconderunt in valle vbi erat puteus albus, & ſiccus*. Quo Sacerdotum facto Sanctus Ambroſius dicit, mirabiliter nos doceri charitatem, & eius conſeruationem, quæ per ignem denotatur, idque à nobis ante omnia curandum.

Quamobrem pereat voluptas, pereat lucrum & omnis commoditas, ac tandem quicquid mundus appetit, dum vigeat & ardeat ignis amoris, & fraternæ charitatis. Concludendo igitur rectè dicere poſſumus, quod dilectio Dei eſt honorabilis ſapientia. Et ſimiliter dilectio proximi eſt honorabilis ſapientia. Quæ enim maior ſapientia, quàm benè mori? Nam quid prodeſt de aſtris, & cælis diſputare, de motu ſphærarum cæleſtium diſſerere de rebus diuinis, & humanis ſubtiliter pertractare, ſi quis (quod Deus auertat) mala morte intereat? Certè relictis omnibus hæc ſola ſapientia toto vitæ curriculo addiſcenda eſſet, nimirùm benè, & in gratia Dei mori. De homine autem charitatiuo

inquit D. Auguſtinus, quod impoſſibile eſt eum malè mori, D. Aug.

ideo charitas eſt honorabilis ſapientia. Nunquam recordor (inquit D. Auguſt.) me legiſſe mala morte perijſſe illum, qui libenter in hac vita opera charitatis, vel pietatis voluit exercere. Habet enim multos inter poſſeſſores prius homo, & ille qui opera charitatis exercet hilariter. Quid enim aliud de pijs hominibus dicere poterimus, niſi id quod frequenter legimus opera illorum ſequuntur illos? Quare? multos namque habent interceſſores. Iam autem impoſſibile eſt, vt preces multorum non exaudiantur.

Dilectio igitur proximi eſt honorabilis ſapientia. At
quantò magis dilectio Dei: hic enim omnis ſcien
tiæ, & ſapientię finis eſt, vt Deus ſuper om-
nia dilectione dignus eſt, tanquam
ſummum, & infinitum bonum
cuius conſummata dilectio
nobis promittitur in
cælo ad quam
nos per-
du-
cat, qui in dilectione ſuæ infini-
tæ bonitatis viuit in ſæcu-
la ſæculorum.
Amen.

INSTI-

Digitized by Google

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ III. Quadrageſimæ.
De Præſtigijs mirabilibus Dæmonum.

Luc. 11. v. 21. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum &c.*
Sapien. 2. v. 24. *Inuidia Diaboli mors.*

A Q Værunt communiter Theologi, quodnam ſit
grauius peccatum, occidere hominem, an ve-
rò inducere illum in aliquod peccatum morta-
le, & perſuadere, vt mortaliter peccet. Et te-
ueta. Si quis attendat ad damnum quod ex
peccato ſequitur, grauius peccatum eſſe videtur coram
Deo, inducere in peccatum mortale, quàm occidere homi-
nem, quia maius damnum coram Deo eſt, occidere ani-
mam, quàm corpus, tollere vitam ſpiritualem, quàm tem-
poralem. Nihilominus tamen concludunt, quod maius
peccatum eſt occidere hominem, quàm inducere in pecca-
tum mortale. Cuius ratio eſt quia occidere hominem eſt
malum irremediabile. Si enim quis ſemel auferit vitam,
amplius eam non recuperabit, peccare autem mortaliter
eſt malum remediabile, eſt penitentia Sacramenti, quæ vi-
tam animæ reſtituit, ſi tamen hæc non eſſet, multò gra-
uiùs peccatum eſſet perſuadere peccatum mortale quàm
occidere hominem. Hæc ita ſe habere certiſſimum eſt, ni-
hilominus tamen qui ſufficienter conſiderauerit, perpe-
tuum odium immaniſſimæ Beſtiæ infernalis erga animas
hominum, omninò fateri debebit ex hac circumſtantia,
maiùs malum eſſe inducere in peccatum mortale, quia hoc
eſt tradere animam in poteſtate Diaboli, quod multò ma-
ius malum eſt, quam tradere in poteſtate eius corpus vt
1. Cor. 5. dixit D. Paulus. Quælibet cauſa cum præſens materiæ di-
v. 5. ſpoſitæ producit effectum confirmiter ad naturam ſuam,
producit effectum talem, qualem producere poteſt. Sol
cum eſt præſens noſtro Emiſpherio, radijs, & ſplendoribus
replet mundum, illuminat, & virtute occulta lætificat,
campos rore ſalutifero reficit, mineralia, aurum, & lapides
precioſos in venis terræ producit, & alia multa, & pene
innumerabilia in terra, & mari operatur. Quando Diabo-
lus inhabitat peccatorem, quando tanquam fortis arma-
tus cuſtodit atrium ſuum, quando gubernat hominem tan
quam Dominus ſeruum, gubernator domus propriam do-
mum, tanquam Dux exercitum, tanquam Rex Regnum,
operatur omnia in homine confirmiter ad naturam ſuam.
Diabolus totus horridus, & tenebroſus, Diabolus nihil ha-
bet in ſe ordinatum ibi enim nullus ordo, ſed ſempiternus
horror, Diabolus ſemper obſtinatus, Diabolus ſemper pa-
titur remorſus, pænas, & culpas, ideo quoque hæc omnia
operatur in homine, quem inhabitat. Et quis ſufficienter
enarrabit, in quantis tenebris collocat miſerum homi-
nem, claudit oculos ne videat cælum, licet ſit tantæ magni-
tudinis, obfuſcat voluntatem, ſenſus, & totum hominem,
efficit vt in homine nullus ſit ordo, ſed omnia inordinata,
Deus ſub pedibus, & creatura ſupra caput cum oppoſitum
eſſe deberet, obſtinationes, vbi nec voces prædicantium,
nec libri ſcribentium, nec exempla Sanctorum, nec ipſa
merita Chriſti monent ad pænitendum? quis enumerabit,
remorſus de cõfeſſionibus fictis, de adulationibus alijſque
peccatis grauiſſimis, quis explicabit? vnde maxima pecca-
tori pæna & afflictio, inde innumerabilia peccata, iuramen
ta, detractiones, adulteria &c. Nec mirum, quia ſicut ſol
præſentia ſua producit de terra aurum & gemmas, ita Dia-
bolus præſentia ſua producit carbones peccatorum, & pæ-
narum. Atrium, palatia, domus, arces ædificantur confor-
miter ad qualitatem perſonarum, quæ in illis habitare de-
bent. Diabolus totus eſt fætidus, horribilis, qualis igitur
erit domus quam inhabitat? quale atrium? vis ſcire quale
atrium? conſidera ſenſus hominis peccatoris. Vis ſcire qua-
les ſquallæ? conſidera eius imaginationes, & cogitationes.
Vis ſcire quales flores, & horti? conſidera paſſiones, &
concupiſcentias, & concludes, quod Baſiliſcorum, & Dra-
conum habitatio eſt vnus homo peccator. Quando fortis
Dux exercitus eſt etiam furioſus, crudelis, ita quod fortitu-
dini accedit furor, ira, & crudelitas, quid putas, qualiter hic
aduerſarium ſuum ſi eum comprehenderet tractaret? Dia-
bolus eſt ita potens ac fortis, vt de eo dixerit Iob. *Non eſt ſu-* Iob. 41.
per terram poteſtas, quæ comparetur ei. Et ſi enim demeritò v. 24.
hominibus ſit inferior conditione, tamen natura, & pote-
ſtate eos excedit, vt inquit D. Gregorius. Eſt quoque cru- Greg. in
delis, vt potè qui ſolo humano ſanguine ſitim extinguit, c. princi-
Ira, & furor illius eſt tantus, quantæ ſunt penę, quas pa- pium de
titur, quantum eſt odium, quod habet erga Deum, de quo pæniten-
cum vlciſci non poſſit, de eo vlciſci conatur, qui imaginem tia diſt. 2.
eius portat. Cum igitur his qualitatibus præditus ſit, quo-
modo putas tractãt miſerum peccatorem cum in poteſta-
tem eius deuenit? Exemplo poteſt eſſe Iob. Conſidera cru-
delitates, quas exercuit in bona temporalia, & corpus il-
lius, & conclude, quod omnes has exercet in anima pecca-
toris, ibi furto aufert bona opera ſicut Iob furto abſtulit
Cancellos ibi deſtruit omnia merita, ſicut Iob, & filiorum
eius deſtruxit domos, & ædificia: ibi in captiuitatem acci-
pit, intellectum, voluntatem, ſenſus, imaginationem, ho-
norem, diuitias, ſpoliat gratuitis, lædit in naturalibus, in-
durat cor, venenis inficit conſcientiam, & in ſumma effi-
citur multò miſerabilior homo, quoad animam, quam fue
rit Iob; quoad corpus: ſedet in ſterquilinio, plenus vlceri-
bus, dignus vt ab omnibus defleatur, & propter deformi-
tatem, à nullo inſpiciatur.

Ex his iam facilè concluditur, quid ſit grauiùs, peccare,
an mori morte temporali, deuenire in poteſtatem mortis
per priuationem vitę, an verò deuenire in poteſtatem Dia-
boli, per peccatum, & priuationem gratiæ Dei, quæ eſt
mors animę, de qua in libris ſapientię dictum eſt, quod in-
uidia Diaboli mors. Inuidet Diabolus homini quod ſit ima
go Dei, inuidet gratiam, & gloriam, nihil aliud procurat
niſi mortem animę illius per peccatum: per hoc enim ac-
cipit hominem in poſſeſſionem, tanquam Dominus, ca-
ptiuum, per hoc habitat in homine tanquam in propria at
ce, & cuſtodit atrium ſuum, tanquam fortis, & armatus,
furore ac crudelitate. Sed quęritur an atrium Diaboli ſit pec-
cator, ſeu an poſſit illabi Diabolus corporis peccatoris, &
animę, de quo in pręſenti inſtitutione agemus, & tandē de
prętigijs Dęmonū, an Dęmones poſſint facere miracula?

Tria ſunt ex quibus pendet reſolutio huius difficulta- B
tis, an Dęmon poſſit illabi corporibus humanis. Primò
quod Angelus ſiue bonus ſiue malus poſſit eſſe in loco, nā
ſi aliquid impediret Angelum ne ſit in loco maximè imma
terialitas, cum tamen magis Deus ſit immaterialis, & ta-
men eſt pręſens loco, animę quoque beatę ſunt in cęlo, &
damnatę in inferno. Quomodo autem ſit in loco, an per
eſſentiam, vel operationem, hoc Scholis relinquitur. Non
eſt tamen in aliquo loco materialiter, ita vt pars loci corre-
ſpondeat locato ſed diffinitiuè, id eſt ita hic, quod non alibi,
quia ſolus Deus eſt vbique. Aliud ex quo pendet, hęc dif- In 2. d. 3.
ficultas eſt, quod Angelus non poſſit vniri materię tan- q. 6. in 4.
quam forma informans, (vt docet Scotus) in tantum, vt d. 44. &
neque per potentiam Diuinam, vllo modo informet ma- 45. & q. 9
teriam. Ratio eſt, quod enim eſt in actu completo, & per- præcipuè.
fecto, non poteſt alteri vniri per informationem, aliàs ha- in 2. d. 8
beret rationem partis. Angelus autem eſt perfectus in ſpe- q. vnic.
cie perfecta, immò perfectiore, quam ſit aliqua ſpecies ſub-
ſtantię materialis: ordo namque ſpecierum eſt, vt ordo nu- S. Matt.
meri, nunc autem ſubſtantia materialis eſt ita actu vltimo, c. 10.
vt non ſit per ſe ordinabilis ad aliquem actum vlteriorem
alioquin poſſet eſſe proceſſus in infinitum in ſubſtantijs
materialibus, multò ergo magis id verum erit de ſubſtan-
tijs immaterialibus. Solùm ergo Angelus vnitur corpori
per coexiſtentiam, non per inhęrentiam, vt motor mobili
non verò, vt forma informans, Vnitus ergo corpori, pro

quan-

Digitized by Google

quanto poteſtati eius ſubditur corpus, vt illud mouere poſſit, quocunque voluerit, & prout Deus permiſerit. Tertium ex quo prædictæ difficultatis reſolutio dependet eſt, quod penetrare, ſeu illabi, vt dicunt ſcholaſtici, propriè duo denotat, nempè intimam pręſentiam eius quod illabitur, & cui illabitur, deinde plenum dominium illabentis ſuper illapſum, ex quibus ſi alterum defuerit, propriè illabi non dicitur. Hoc videter licet vel maximè in ferro ignito, in quod ignis per poros illius ingrediens, natura, & operatione ſua in totum ferrum ſe ſe diffundit. Hoc tamen non eſt per informationem, vel aliquam ignis in ferrum, vel è conuerſò traſmutationem, ſed per ſolam intimam coexiſtentiam, qualem etiam hic dicimus eſſe.

Ex his concluditur Dæmonem illabi corpori, & ſubintrare corpus ſubſtantialiter. Si verò contra obijcias. Anima nonne tota eſt in toto, & tota in qualibet parte? Ita ſanè, tunc quæro, vel eſt cum ſpiritu nequam, quod dici non poteſt, quia duo Spiritus creati, non poſſunt eſſe corporis eiuſdem, vel non eſt vbi eſt Angelus malus: & ſic non erit tota in toto, & tota in qualibet parte. Ad hoc reſpondetur ex ſecundo fundamento, nullum planè inconueniens eſſe, adæquatè, ſimul ſecundum locum, per coexiſtentiam, non autem per inhæſionem, plures ſpiritus manere. Nihil enim refert, ſi vnus inhæreat, alter verò coexiſtat. Vt autem ſimul inhæreant, eſt abſurdum, idque non alia de cauſa, quàm quod ſuppoſiti, & formæ inhærentis ſint proprietates diuerſæ naturaliter, ſuppoſitum enim non tendit in aliud ſubiectum, alioqui non eſſet perſona, ſiue ſuppoſitum, ſed Dæmon eſt ſuppoſitum, ſiue perſona, antequam corpus ingrediatur humanum, anima verò rationalis minimè. Igitur duo ſpiritus creati de potentia Dei ordinata non poſſunt per modum formæ inhærentis eidem corpori ſimul ineſſe, benè tamen (vt dixi) vnus per inhęrentiam, ſicut anima, alter per coexiſtentiam, ſicut Dæmon.

An autem Dæmon poſſit eſſe in pluribus partibus cor-
[1.queſt.7] poris ſimul. Reſpondet Scotus in ſecundo, Angelum de facto nō eſſe ſimul in duobus locis, nam ſecundum eum cum Angelus eſt in cælo, non eſt in terra, nec è conuerſò, & hoc de facto. De poſſibilitate quoque eiuſdem naturali, videtur probabile, non poſſe vnum ſimul eſſe in duobus locis, quorum vterque ſibi ſit adæquatus, ſecundum vltimum potentiæ ſuæ, puta ſi ſecundum vltimum potentiæ ſuę poſſet eſſe in loco vnius miliaris, non poſſet virtute propria eſſe in duobus locis talibus: tunc enim iſte locus non videretur ſibi eſſe adæquatus ſecundum virtutem ſuam naturalem. Sed vtrum in duobus locis diſcontinuis poſſit eſſe, quorum nec vnus, nec alius, ſibi ſit adæquatus? dubium eſt, nec videtur ratio neceſſaria pro, & contra. Quod tamen in duobus locis ſibi adæquatis, ſiue inadæquatis poſſit eſſe per potentiam diuinam, certum puto, quia nullam contradictionem includit. Difficilius autem eſt, an plures Dæmones poſſint eſſe in eodem corpore, vel in eadem parte corporis, cum & ipſe Scotus loco citato quæſtione 8. dicat, hac de re non eſſe veritatem ita claram, & ęrtaiti de facto, ſicut eſt in præcedenti quæſtione. Ampliat hanc difficulta-
[Ricard.4. de tri.] tatem Richardus, vbi arguit Dæmones, non habere corpora, per hoc quod legio eorum fuit in corpore vnius obſeſſi, alias nequaquam potuiſſet legio eſſe in aliquo, ſi habuiſſent corpora, ex quo ſecundum iſtum Doctorem, poſſet talis fieri illatio. Si habuiſſent corpora fuiſſent corpora eorum ſimul in eodem loco. Igitur modo quanto non habent corpora, videtur hoc magis verificari, quod ſint ſimul ſi etiam vnus Angelus mouens cælum ſit in meridie, & alius bonus Angelus miſſus de cælo ad terram, debeat tranſire per illum locum, non videtur neceſſitas cur non tranſeat, quaſi per lineam rectam, vel cur Angelus alter
[Damaſc. c.17.& 21] cedat ſibi. Item ſi plures Angeli fuiſſent creati ante creaturam corporalem (ſicut videtur aſſeuerare Diuus Damaſcenus) non eſt facile aſſignare, quomodo tunc non fuiſſent ſimul, & ſi tunc non fuiſſet inconueniens eos eſſe ſimul, nec modo. Quicquid tamen ſit de facto, & de poſſibili reſpectu potentiæ eorum naturalis, de poſſibili verò, reſpectu potentiæ diuinę prouidetur eſſe impoſſibile, quin per ipſam poſſint eſſe ſimul. Hæc de illapſu Dæmonis in corporis dicta ſufficiant.

C

De illapſu autem in animam dicendum eſt Dæmonem ſcilicet non poſſe illabi in eam, ex tertio præſuppoſito nec ei plenè dominari, nec in ea operari quæcunque voluerit: alias enim liberum arbitrium animæ adimeretur, & Dei dominium ab ea excluderetur, quod erroneum eſt. Non ſine labore tamen hoc ſuſtinere poterunt, ij qui docent Angelos eſſe pro operationem in loco. Nam cum Angelis [Lib.1.c.13] ſit, vbi operatur ſecundum Damaſc. quem illi pro ſua ſententia allegant: Angelus (inquit) adeſt vbi operatur. Tunc quia Dæmon circa animam operatur, ſuis ſcilicet tentationibus, agendo, & commouendo, videtur ſecundum hanc ſententiam, illum animæ illabi poſſe. Dicerent tamen iſti Angelum non ſemper eſſe vbi operatur, ſed vbi operatur immediatę. Et ita intelligendam eſſe auctoritatem Damaſc. talis autem operatio Dæmonis in animam eſſe non poteſt. Rurſus illi qui dicunt eſſe in loco Angelum definitiuè per eſſentiam, cuius ſententiæ eſt Scotus (vt dixi in primo præſuppoſita) facilè enuclearent illam difficultatem. Angelus namque habet eſſentiam limitatam, & finitam, ideò licet poſſit Angelus malus ſubſtantialiter ingredi, & egredi corpus humanum non tamen animam, ſed tantùm Deus, qui eſt ſummę ſimplicitatis, & infinitæ potentię animæ humanę illabi poteſt, illi ſoli dumtaxat ad ſubſtantiam animę patet acceſſus, & non Dæmoni, qui per eſſentiam, & eſſentialiter in animam intrare, & illabi non poteſt, ſed tantum per effectum ſuggeſtionis, Deus autē illabitur animæ per virtutem, vbi autem eſt virtus Dei ibi, & eſſentia Dei, & ideò ille ſolus eſt eſſentialiter in anima.

Fateamur igitur, ſoli Deo peruia eſſe clauſtra cordis humani, quippe ita ſpiritui humano dominatur, poſſidet, atque ſuauiter trahit, vt diuinę aſpirationi acquieſcat, conſentiat, obediat liberè, & ſequatur libenter, qui planè ingreſſus Dei, illapſus dici poteſt. Solus quippe Deus illabitur animę humanę, à quo naturam, gratiam, & gloriam recipit, & ſic plenum in animam interius exteriuſque exercet dominium, perfectumque illapſum facere poteſt: quæ cum ſpiritui creato præſto non ſint, quomodo animæ humanæ illabi poterit? ille ſanè proprię animæ rationabili illabitur, qui ſubſtantialiter coexiſtit, eam plenè poſſidet, actuſque eius regulando diſponit. Igitur nullus ſpiritus creatus poteſt illabi alteri ſpiritui, teſtis eſt D. Auguſtinus de fide ad Petrum. *Singulis (inquit) ſpiritibus ineſt terminus, quo ſe inuicem diſtinguuntur, & vnus in alio non eſt.* Sed Dęmon, & anima rationalis ſunt ſpiritus, igitur vnus alteri nō illabitur, ſolius illius eſt hoc proprium, qui eam condidit. Iterum D. Auguſtinus. Dæmones (inquit) per energicam [D. Aug.] operationem nō credimus ſubſtantialiter illabi animę, ſed [Eccleſiaſticis dog-] applicatione, & oppreſſione vniri. Illabi autem illi ſoli poſ- [matibus,] ſibile eſt, qui eam creauit, qui natura ſubſiſtens incorpo- [c.83.] reus, capabilis eſt ſuę facturę. Beda quoque in expoſitione [Beda.] illius ſententiæ. *Cur tentauit Satanas cor tuum?* notandum [Actuū 5.] (inquit) quod mentem hominis ſecundum ſubſtātiam im- [v.37.] plere non poſſit, niſi creatrix Trinitas. Implet autem Satanas cor alicuius, non quidem ingrediens aditum cordis, ſiquidem poteſtas hæc ſolius Dei eſt, ſed callida, & fraudulenta deceptatione animam in affectum malitiæ trahens, per cognitiones, & in centiua vitiorum, quibus plenus eſt. Impleuit ergo Satanas Cor animæ non intrando, ſed malitiæ ſuæ virus inferendo: Spiritus namque immundus, flamma virtutum de cordibus fidelium expulſus, Doctoribus veritatis luctantibus, venenum perſecutionis infundit. Patet ergo Dæmones corda hominum ſubſtantialiter nequaquam ingredi, ſed in malitiæ effectu, de quibus pelluntur, cum nocere eis non permittitur.

Sequitur iam vt aliquid de præſtigijs Dęmonum loquamur. Eſt autem præſtigium, ſecundum Alexandrum de [Alex.par.] Ales. Dæmonis illuſio, cuius cauſa non ex rei, ſed ex co- [2. q. 44.] gnoſcentis mutatione proficiſcitur, ſiue quantum ad orga- [memb. 4.] num, ſiue quantum ad virtutem, & potentiam. Error autē [art. 1.] eſt generaliter iudicium falſum, quod prouenit ex variatione circa obiectum, potentiam, vel medium, quando id quod non eſt, res viſa, vel intellecta, præſeferri videntur, præcipuè verò, quando quis à verò recedens, malo conſentit. Deluſio verò eſt iudicium falſum, quando apparet id quod non eſt: quæ trifariam fieri poteſt nempè per muta-

D

tione aliqua in obiecto oſtendendo, vel occultando, cuius
gratia illuſus, iudicando errat. Solet enim Dæmon diuerſas
effingere formas, & viſui ſeu alteri ſenſui obijcere, eaſdem-
que frequenti mutatione circumuoluere, quas à ſenſu ap-
prehendi neceſſe eſt, & quamuis apprehendendo ſenſus nō
decipitur, quia apprehendit obiectum, ſicut ſibi offertur,
decipitur tamen per accidens, quoniam ex forma obiecti
ſibi oſtenſa perſuaſus, indicat ibi eſſe, quod certè in rei veri
tate ibi non eſt. Quam ob cauſam ſcribit B. Hieronym. Dę-
B. Hiero. monem S. Hilationi illudere cupientem, in diuerſas mulie
res ſe transformaſſe. Similiter in vita B. Hieronymi ſcribi-
tur; Diabolum ſe transformaſſe in perſonam Syluani. Et
Clemens B. Clemens Papa Romanus ſcribit, Niceram, in perſonam
Papa. Simonis Magi ſe transformaſſe. Poteſt etiam rem obiectā
abſcondere totam, vel partem prout libet, aliquid nimirum
in obiecto videntis interponendo, abijciendo, vel addendo,
vt alterius quam propriæ, vel præſeferat imaginem. Quæ
omnia per ſolùm motum localem rerū, aut ſpecierum exe-
quitur pront vult. Sed de iſta tanta ludificatione Dæmo-
D. Aug. num quid dicendum (inquit Auguſtinus) niſi de medio Ba
bylonis eſſe fugiendum? Quod præceptum propheticum ita
ſpiritualiter intelligitur, vt de ſocietate impiorum fidei
paſſibus, quæ per dilectionem operatur, in Deum viuū pro-
ficiendo fugiamus. Quantò verò vidimus in hæc ima po-
teſtatem Dæmonis maiorem, tantò tenatius mediatori eſt
inhærendum, per quem de imis ad ſumma conſcendimus.
Hoc tamen firmiter tenendum, non ſolum animum, ſed
nec corpus quidem, vlla arte Dæmonū mutari poſſe. Phan
taſia igitur hominis mutatur, vt talis ſibi homo eſſe videa-
tur, qualis ſibi videri poſſit in ſomnijs, vt portare onera,
quæ onera ſi vera ſint corpora, portantur à Dæmonibus, vt
illudat hominibus, partim vera onerunt corpora, partim
iumentorū falſa cernentibus. Hoc modo intelligendum eſt
Arcades in lupos ſolere conuerti, & quod carminibus Cir-
ce ſocios mutanit Vlyſſis, & quæ ſunt generis eiuſdem. Si-
militer contingit illuſio circa organum ſenſus, & muta-
tionem ſitus organi, quæ cum ſubſint Dæmonis poteſta-
ti, ſæpius nobis per huiuſcemodi organa illudit, & illu-
ſos deridet.

Inſuper contingit illuſio, per mutationem factam in ſpe
cie intelligibili, vel habitu, qui in ipſa memoria intellecti-
ua cōſeruatur, vbi illis ſpeciebus anima vehementer inten-
ta, imaginem rei pro veritate recipit. Huius rei clarum elu-
cet exemplum in phrænetico, qui ob fumoſitates in cere-
brum aſcendentes, ex leui extrinſeca occaſione, videtur ſibi
videre, quæ nunquam ſunt, ſibique præſto eſſe. Magnam
enim vim habet intenta, & diuturna conuerſio ad phantaſ
ma, & imaginem, qua animus mirum in modum, tum in
turpibus, tum etiam in rebus honeſtis delectatur. Cum er-
go Dæmon poſſit phantaſmata, ſpecies, ſeu habitus moue-
re, eaſdem potentiæ cognitiuæ offerre, & per hoc imagi-
nationem ad eos cōuertere, per varias fumoſitates, ſpiritus
animales immutare, ac diuerſimodè phantaſma variare,
haud dubium, quin nos ſæpius decipiat, & deceptos tradu-
cat, atque oſtētui habeat. Quid faciet animus lubricus ma-
lis moribus aſſuetus contra iſtum fortem armatum? ſpo-
lium illius fiet neceſſe eſt, niſi ex animo ad crucis vexillum
Cap. 28. euolauerit. Narrat D. Auguſt. de ſpiritu & anima quaſdā
mulierculas poſt Satanam conuerſas, multis illuſionibus
patuiſſe, ita vt audirent colloqui ſe noctu cum Diana, ac in-
numero mulierum comitatu equitare, earumque iuſſibus
obtemperare. Ipſe namque Satanas, qui ſe interdum tranſ-
figurat in Angelum lucis, cum mentem cuiuſque mulieris
ſibi ſubegerit, illico diuerſarum perſonarum ſpeciebus mē-
tem illius complet, quibus in ſomnis eam decipit, modo læ-
ta, modo triſtitia, modo cognitas, modo incognitas perſo-
nas obtutibus præfigendo. Inter quas tandem muliercu-
las, fiunt ita quædam fatuæ, vt hæc in corpore non in ſola
anima accidere exiſtiment. Atque equidem ſi hæc poteſt
Dæmon imaginatiua efficere, quæ eſt potentior ſenſu ex-
trinſeco, quantò magis id poterit in ſenſibus exterioribus
Gen. 19. operari, vnde in Geneſ. legimus, Angelos qui venerant ad
comburendos ſodomitas, eos qui volebant Loth oſtia ef-
fringere, cæcitate percuſſiſſe. Poſſunt igitur Angeli immu-
tare ſenſum de potentia ad actum, & de vero ad falſum;
poſſunt enim ſenſibile ſenſui offerre, ad cuius præſentiam E
ſenſus immutetur, & de potentia prodeat ad actum. Poſ-
ſunt inſuper organa ſenſus indebite, & inconcinnè diſpo-
nere, cuius cauſa ſenſus nō paruam ſui deceptionem incur-
rit, etſi non per ſe, per accidens tamen.

Cæterùm pro huius rei clariori notitia habenda, non
ignorare oportet, à ſenſibus particularibus, rerum imagi-
nes materialium, ad ſenſum communem deferri, cuius or-
ganum eſt in anteriori parte cerebri. Hoc quippè orga-
num ſenſus communis, ſitum eſt in prima parte primæ me
dietatis ipſius cerebri, per quoſdam neruos, qui eo loci con-
currunt, veluti ad ſenſuum particularium radicem. Ab orga
no autem ſenſus communis rectà itur ad organum imagi-
natiuæ, quod ſitum habet in poſteriori parte primæ medie
tatis cerebri, vbi ſenſibilium rerum imagines conſeruan-
tur. Ab organo autem imaginatiuæ, via eſt vſque ad ven-
triculum, qui eſt inter primam medietatem, & poſtremam
ipſius cerebri, in qua poſitum eſt organum cogitatiuæ, &
æſtimatiuæ, quæ ſunt duæ virtutes propinquæ, ſed æſtima-
tiua nobilior, habetque ſuum organum aliquanto altiùs,
quàm ſit cogitatiuæ organum, ita tamen ſunt inuicem pro-
pinqua, vt quaſi vnum organum eſſe videatur. Aeſtima-
tiuæ quippe proprium eſt rei ſimilitudinem apprehendere,
quàm ſub alio ſenſu non apprehendit: ſicut quis conſpecto
lupo, quem prius non conſpexit, mox illius inimicitias me-
ditans in fugam conuertitur, cuiuſmodi rerum ſimilitudi-
nes ab Auicenna intentiones appellantur. Ab illo autem
ventriculo via eſt ad ventriculum, qui in poſteriori parte
cerebri ſituatur, vbi reſidet virtus memoratiua, in qua aſ-
ſeruantur rerum ſimilitudines, etiam in abſentia rerum,
quarum ſunt ſimilitudines. In ſenſibus verò particulari-
bus, & in ſenſu communi, ſenſibilium rerum ſimilitudines,
dum abſunt ſenſibilia, valde tenues vigent, idque modico
admodum tempore. In cogitatiua, & æſtimatiua, tàm diu
illæ ſimilitudines manent, quamdiu ipſæ virtutes in ſuo a-
ctu conſiſtunt. In virtute memoratiua rerum ſimilitudi-
nes conſeruantur, etiamſi actu res ipſæ non exiſtant. Porrò
in prædictis organis, & interſticijs, quædam corpora ſubti-
lia, & clara inueniuntur, quaſi quidam ſubtiliſſimi vapo-
res, organis contigui, à quibus influentiæ potentiarum ani-
mæ deferuntur, & ſimilitudines ſenſibilium. Huiuſmodi
corpora (remoto tamen impedimento) multiplicantur,
progrediendo vſque ad organum Aeſtimatiuæ, & regre-
diendo vſque ad ſenſum communem, cui ſenſibilium re-
rum ſimilitudines deferunt. Atque ſic Dæmon poteſt ef-
ficere, vt illud viſibile quod non eſt præſens, præſens appa-
reat, poteſt ſimiliter viſibilium rerum ſimilitudines, quæ
ſunt in organo imaginatiuæ multiplicare, mediantibus il-
lis diaphanis, & ſubtiliſſimis vaporibus vſque ad ſenſum
communem, vbi omnium ſenſuum particularium radix ſi-
ta eſt. Poteſt inſuper ita fortiter mouere ſpiritum ſimilitu-
dine formarum in organo imaginatiuæ, vt animę intentio
in illam fortiter intendens, videatur ſibi à re ſenſata, non
ab imagine illam immutationem fieri. Poteſt etiam in ae-
re talem diſpoſitionem cauſare, vt res quæ ſunt poſt ter-
gum, ante faciem appareant, & res præſens lateat viden-
tem, ſcilicet inter videntem, & rem viſam aliquod impedi-
mentum producendo, ex quo minus res videri poſſit, aut
aliter quàm eſt, eſſe videatur. Ad extremum ſimulachra
vana, & ludibria multa nobis proponit, nec non imagines
ſenſibilium, ex imaginatiua ad ſenſum communem redu-
cendo, tàm inanibus ludibrijs illum exagitat, vt ſenſuum
particularium operationes minimè perpendat. His & alijs
miris modis illudimur, & interdum decipimur, ad terram
deijcimur, ac vincimur à Diabolo, quia Chriſtum, eiuſ-
que Sanctiſſimam Paſſionem ex corde non diligimus,
non aſſidue meditamur, non mere imitamur. Timet e-
nim Diabolus homines, qui dicunt Paulo, *Viuo ego, iam*
non ego, viuit verò in me Chriſtus. Illi autem ſocij Chriſti ad Gal. 2.
ſunt, qui crucifixerunt carnem ſuam cum vitijs concupi- v. 20.
ſcentijs.

Reſtat vt Tertium punctum noſtræ inſtitutionis decla- F
randum aggrediamur. An nimirum Dæmon poſſit face-
re miracula? ad meliorem huius rei euidentiam, à defini-
tione miraculi ſeu deſcriptione exordiendum eſſe putaui,

pra

Digitized by Google

quæ licet variè apud varios Authores reperiantur, in idem tamen recidunt, vt dicant, miraculum eſſe rem arduam ſupra vires naturæ nobis cognitas. Miraculum eſt, (inquit D. Aug.) quid quid arduum aut inſolitum ſupra vires naturę, aut facultatem mirantis apparet. Dicitur autem arduum, quoniam ſolus Deus id præſtare poteſt, vis autem naturæ minimè, vt productio Euæ ex coſta, Incarnationis Dominicæ opus, impij iuſtificatio, reſurrectio generalis, illuminatio cæci, mortui reuocatio ad vitam, & huius generis multa. Item miraculum eſt, quidquid præter naturę vſum euenit, & in admirationes ſui trahit. Miraculum ſiquidem venit à mirari. Mirari autem propriè eſt, re aliqua tanquã noua obſtupefieri. Enimuerò miracula quædam ſolam faciunt admirationem, quædam verò præter id magnam gratiam beneuolentiamque conciliant. Nam ſi quis volantem hominem cernat, cum ea res ſpectatori nihil commodi afferat præter ipſum ſpectaculum, miratur tantummodo. Siquis autem graui, & deſperato morbo affectus, mox vt iuſſum fuerit conualeſcat, præter admirationem ſanitatis ſuæ, ſanantem etiam charitate proſequitur. Talia facta ſunt, eo tempore quo Deus in forma hominis apparuit, & ſic in ſe tunc animas et átes mortalium Diuina commouerit authoritate. Præterea ad miraculi rationem ſpectat, vt fiat per actiuam potentiam ſuperioris agentis: Deinde vt in materia non ſit aliqua diſpoſitio, niſi pura obedientia, ſeu pura potentia ad obedientiam Diuinis mandatis. Hanc ob cauſam quidam nolunt, impij iuſtificationem, inter miracula haberi, quia ex parte iuſtificandi diſpoſitio requiritur: veruntamen Pauli conuerſionem, quæ ſubito facta eſt, non excludunt. Tertiò requiritur ad miraculum, vt ſit ſupra modum conſuetum naturæ; ſi enim ſolita ſunt, miracula non ſunt. Miraculum bifariam contingere poteſt

In 3. d. 14 q. 2.

(inquit Scotus) vel quantum ad rem factam, vel quantum ad modum faciendi. Ad primum attinet, ne cauſa ſecunda naturalis concurrat ad miraculi patrationem, qualis eſt alicuius effectus inſoliti, creatio de nihilo, ſuſcitatio cadaueris, illuminatio cæci nati, partus virginis ſine vlla labe virginitatis, applicatio ſubita actiuorum, & paſſiuorum, vt in virga Aaron, quæ ſubito produxit gemmas, flores, & fructus, ſubita productio ranarum de puluere terræ. Hoc tamen vltimum potius refertur ad modum ſecundum. Pro-

Aug. in li. de admirabili diuinæ Scripturæ.

inde dictum eſt à Beato Auguſtino, quod nihil eorum quæ fecit Deus per Moyſen & Aaron, contra potentiam naturæ factum, ſit vt quando ex aqua factus eſt ſanguis. & ranæ, ciniphes, & locuſtę ex puluere: erat enim illorum materia in potentia ad huiuſmodi formas capeſſendas, vnde pro miraculis haberi non poſſunt, quantum ad factum eſſe, ſed quantum ad modum faciendi. Cum enim horum operatio ſit in inſtanti, tunc à Diuina virtute fiat neceſſe eſt, & tunc rectè miraculum dicitur. Si verè fiat in tempore imperceptibili, vt lumen in aere, mirabile, non autem miraculum à Theologis nominatur. Dicam clarius, illæ conuerſiones, ſiue mutationes in inſtanti dupliciter fieri poſſunt: vno quidem modo, quando huiuſmodi effectus immediatè à Deo, in inſtanti, ſiue ſucceſſiuè, non autem è principijs producuntur naturæ: & tunc verè ſecundum modum faciendi miraculum nominatur. Alio autem modo à principijs naturæ tales effectus produci poſſunt, in tempore imperceptibili, propter inſtantaneam actiuorum cum paſſiuis applicationem, præter ſolitum curſum naturæ: & tunc nominatur mirabile, non autem propriè miraculum.

G

2. Theſſ. c. 2.

His ita prænotatis ad propoſitum accedamus, nempè vtrum competat Dæmonijs aliqua miracula faciendi, ad hoc dubium reſpondet Diuus Apoſtolus. Cuius (inquit) aduentus erit ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, ijs qui pereunt. Miracula ergo Antichriſti ſiue fiant per veram rerum mutationem, ſiue per ſolam apparentiam, & illuſionem, falſa & mendacia ſigna appellantur, eo quod non fauorem, & beneuolentiam Dei concilient, ſed eis adhærentes ad tartara mittant, ac perpetuã

Par. 2. ſer. 2. Dom. 9. poſt Pentecoſten.

damnationem operentur. Qua propter non temerè dictum eſt à Gerſone. Nullum propriè, & verè miraculum à Dæmone fieri poſſe: ſolus enim Deus facit miracula, quia ipſe ſolus ſuper omnem naturalium cauſarum curſum ordinemque dominatur. Alijs autem videntur ſentire, Deũ per malos nonnunquam ſpiritus mirabilia facere, idque in pœnam talia exercentis, & eorum qui ſic ſeduci, & excæcati meruerunt: *mittet illis Deus operationem erroris* (ait Apoſtolus) *vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati*, Et in Euangelio legitur. *Multi dicent mihi in illa die: Domine in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo multa ſigna fecimus, tunc confitebor eis, quia nunquam noui vos.* Ex quo apparet quod poteſtas faciendi miracula, eſt donum gratis datum, cuique fidelium pio ac deuoto conueniens: hic tamen in edendis miraculis ſolum Miniſterium exhibet, ad fidelium vtilitatem, fidei augumentum, & tutellam. Sanè miracula quæ Deus facit, ſunt vera miracula, tùm ex parte naturę, in qua nulla eſt diſpoſitio ad faciendum, vt mortui ſuſcitatio, cæci, nati illuminatio, quia ex priuatione ad habitum non eſt regreſſio naturaliter, Tùm ex parte modi operandi, quod huiuſmodi miracula fiant in inſtanti, tùm ex parte finis: horum enim finis eſt bonum publicum, & Eccleſiæ ædificatio. At miracula ſiue mirabilia, quæ fiunt à Dæmonibus, propriè miracula dicenda non ſunt, proptetea quod neque nouas formas in ſubiectum inducere, neque materiam nõ diſpoſitam ad formarum ſuſceptionem aptitate, atque diſponere poſſint. Ita Scotus, poſſunt tamen aliquo modo miracula nominari, quantum ad modum operandi, quia nimirum repente ea operantur, in congregandis ſeminibus, & ſimul cogendis, ex quibus huiuſmodi effectus inſoliti prodeunt, non quidem contra naturam illarum rerum quarum virtutes nos latent, ſed (vt dixi) quantum ad citiſſimã illam diſponendarum rerum operationem, Dæmones (inquit Auguſtinus) pro ſubtilitate ſui ſenſus, ſiue naturæ, ſemina iſta rerum, nobis occultiora nouerunt, & eas per congruas contemperationes Elementorum latenter ſpargunt, atque ita gignendarum rerum, atque accelerandorum incrementorum præbent occaſiones.

2. Theſ. 2 v. 12.
Matth. 8. v. 22.
In 2. d. 8. q. vnic.
Aug. 3. de Trin. c. 8.

H

Verum ſi creatio etiam Dæmonibus competere à quopiam aſſeratur, conſulat hac in parte Sanctum Auguſtinum, qui creationem tribus modis vſurpat, vno quidem modo communiter, & ſic cuiuſque rei effectus dicitur à Deo creatus veluti à cauſa principali, ſecundo modo propriè, cum opus eſt re ſubiecta, in qua illud creationis opus videatur, vt potè gratia, quæ in mente humana immediatè à Deo creatur & infunditur. Poſtremò proprijſſimè, vt eſt creatio vniuerſi ex nihilo, & creatio animarum hominum, quibus ſubnectit hæc verba ibidem. Aliud eſt (inquit) ex intimo ac ſummo cauſarum cardine condere atque adminiſtrare creaturam, quod qui facit, ſolus creator eſt, aliud autem pro diſtributis ab illo viribus ac facultatibus, aliquam operationem forinſecus admouere, vt tunc, vel tunc, vel ſic exeat, quod creatur De prima etiam eiuſdem creationis acceptione diſertè idem Doctor S. Eccleſiæ locutus eſt ſic: Ita originaliter, & primordialiter, in quadam textura Elementorum, cuncta creata ſunt, ſed acceptis opportunitatibus prodeunt. Nam ſicut Matres grauidæ ſunt fœtibus, ſic ipſe mundus grauidus eſt cauſis naſcentium, quæ in illo non creantur, niſi ab illa ſumma eſſentia, vbi nec oritur, nec moritur aliquid, nec incipit eſſe, nec deſinit. Adhibere autem forinſecus accidentes cauſas, vt ea quæ in ſecreto naturę ſinu abdita continentur erumpant foris, creantur quodam modo, explicando menſuras, & numeros, & pondera, quæ in occulto acceperunt, ab illo, qui omnia in menſura, numero, & pondere diſpoſuit, quod non ſolum mali Angeli, ſed etiam mali homines poſſunt. Sanè multi homines nouerunt, ex quibus herbis, aut carnibus, ſuccis, & humoribus ita poſitis, & ita obrutis, ita & ita contritis, & commixtis, quæ animalia naſci ſoleant, quorum nemo tàm demens eſt, vt audeat ſe dicere creatorem. Quid ergo mirum? ſi quemadmodum poteſt noſſe quilibet nequiſſimus homo, vnde illi, vel iſti vermes, muſcæque naſcantur, ita mali Angeli pro ſubtilitate ſuæ naturæ, in occultioribus Elementorum ſeminibus norunt, vnde ranæ, ſerpenteſque naſcantur, & hæc per certas, & notas temperationem opportunitates occultis motibus faciunt creari? neque tamen proprie creant.

Ex hoc manifeſta coniectura aſſequi poſſumus, Magos

Pha-

Pharaonis, illarum rerum, quos in Ægypto fecerant, creatores dici non poſſe. Verum poſſet adhuc aliquis credere, latitudinem, ſeu latentiam quandam formarum in ſecreto mundi ſinu Auguſtinum poſuiſſe: dixit enim ſecreto mundi loco formas latitare, eaſdemque admoto extrinſeco miniſterio, foras prorumpere, & in lucem prodire. Conformius tamen, & ad mentem tanti Doctoris accomodatius ſentiendum eſt, quod poſuerit latitationem formarum, nõ quidem ſecundum ſe, ſed potiùs ſecundam ſuas cauſas occultas, nobiſque incognitas mundus (air) eſt grauidus cauſis naſcentium, quas quidem dicit eſſe cauſas ſeminales: ſimiliter intelligendum eſt, Deum concreaſſe omnes formas à principio cum materia (vt vulgo aiunt) ſecunda, hinc perſpicuè D. Auguſtinus. Docemur miracula propriè dicta, Deo & non alicui creaturæ eſſe tribuenda, quia creare nouas formas, Deo ſoli competit.

I Sed quid tenendum eſt de carminibus, & incantationibus Dæmonum ſiue Magorum? dico pacta eſſe Diabolorum ad fraudandos homines, & qui talibus vtuntur nequiter viuere, ac peius mori. 2. Cor. 6. v. 15. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? aut qui conſenſus templo Dei cum idolis? nonne in templum Dei conſecratus es in tuo Baptiſmate, quando repudiata Diaboli põpa, te Chriſti militiæ ſubdidiſti? quid igitur tua ſponte ad eum reuerteris, quem per gratiã Chriſti de corde tuo præpuliſti? an nõ ſufficit Chriſtum conſulere in rebus gerendis, atque diſponendis? qui tibi per Spiritum Sanctum, & per diuinas Scripturas quotidie loquitur, exhortatur, & monet. Itaque omnia Magorũ carmina, & incantationes, nullã in ſe vim effectiuam habent, ſed nudi & mortui ſunt characteres, quippe quia ad tales effectus producendos, nullum naturalem ordinem habere videntur, horum autem effectus, & operationes, nec non illuſiones, & deceptiones, ex priuatis contractibus, & pactis, cum ſibi adhærentibus proficiſci à Diuo Auguſtino apertiſſimè declarantur. Scotus 4. diſt. 24. q. vnica. Eiuſdem quoque eſt Scotus Sententiæ. Vt verò clarior veritas fiat, paulò penitiùs dicta Sancti Auguſtini perpendamus. Maligni (inquit) ſpiritus pactiones ſuas ſeruant, non quia veraces ſunt, ſed potius vt alij eis adhæreant: ſi enim nulla pacta ſeruarent, nulli eis inſeruire vellent, cupiuntque ſibi diuinos honores exhiberi, & coli ab alijs, quibus ſua promiſſa ſeruare ſtudent. Deus autem iuſtè, nobis verò occultè permittit talia à tranſgreſſoribus ſpiritibus fieri, vt peccata multorum puniantur. Hac de cauſa magna pactum habens cum Dæmone, efficit, vt talia maleficia Sanctorum orationibus auferri poſſint, aut amonitione ſigni maleficij, ſi ſignum illud ſciri poſſit: Dęmon enim ex pacto non aſſiſtit, niſi quamdiu illud ſignum ſteterit. Licet certè opera Diaboli deſtruere, nec hoc deſtruens illud maleficij ſignum, incurrit infidelitatis notam, nõ enim acquieſcit operibus malignis, quia vult hominem à tali Dæmonis vexatione eximere, quem putat Deo permittente ſub tali ſigno, hominem ſeu mulierum vexare poſſe. Poſſunt quoque hæc maleficia fieri per venenoſas herbas, radices, lapides, & quæ ſunt generis eiuſdem, quorum occultæ proprietates Dæmonibus notæ ſunt. Atque ideò, quando maleficus per quædam ſua opera exteriora exercet maleficia, per huiuſmodi opera illa maleficia immediatè non operatur, ſed per Dæmones: vtpotè ſi malefica mulier intingat ſcopas in aqua, vt fiat grando, profectò illa non deſcendit ex intinctione ſcoparum, ſed ex Dæmone, qui pacto conſtructus, illa ſigna operatur. Neque verò licet Dæmonum miniſterio per alias incantationes curare priores, ſed pijs operibus ſunt auferendæ, aut patienter tolerandæ: quas quidem incantationes, & maleficias artes execrari debent, omnes qui piè viuere volunt in Chriſto, nec oportet moueri (vt ſcribit idem præfatus Doctor) Aug. lib. 83. quęſt. cum Magicis artibus mira fiunt, plerumque ſimilia miraculis, quæ fiunt per ſanctos ſeruos Dei, vt patet in Exodo, cum Magi Pharaonis fecerunt Exod. 7. & infra. nonnulla ſimiliter, ſicut fecit Moyſes, non oportet inquam hoc mirari, quia omnia quæ viſibiliter fiunt, per inferiores poteſtates aeris huius, non abſurdè fieri poſſe creduntur. Hoc tamen intereſt, quod dum ſancti talia faciunt, in nomine Domini Dei, omnium rerum ſublimioribus partibus iubent, inferiori creaturæ obedire: quando autem mali homines, malis actibus operantur, ſimilia in manus eorum dantur, cum exaudiuntur à Dæmonibus digni ſunt enim qui tali exauditione decipiantur, vt pœna illis maior accreſcat, quod ſanè tunc videntur impetrare beneficium, cum eis exhibent quaſi priuatim inferiores poteſtates quædam miracula, vt eos melius habeant ſubiugatos, & pro meritis animarum ſuarum poſtea atrociùs torqueantur, multum ergo decipiuntur, qui talibus illicitis, & à iure Diuino, & humano artibus prohibitis intendunt: etenim dum putant ſe magnum aliquod beneficium fuiſſe conſecutos, magnum ſine dubio animę ſuę naufragium fecerunt, à quo euadere poſt naufragium licet nemini. Pro Colophone. Quiſquis Sententiam pro themate ſermonis huius præfixam ampliùs diſcutere voluerit, profectò reperiet Dæmoniacos corporaliter, non eſſe ſemper deteriori loco, quam qui animatenus Dæmoniaci ſunt. Qui aliter iudicant, ideò ſic iudicant, quia oculos habent in carne, non in corde, quanquam, & oculi carnis docere hoc poſſunt, vt obſeruauit Sanctus Chryſoſtomus. Chryſ. Peccatum (inquit) grauius eſt Dæmone. Nam ille quidem humiles facit, an non videtis Dæmoniacos quando reſipuerint à morbo quàm ſint ſubmiſſi, quomodo intueri non audent: nos contra de iniuſtitia noſtra non erubeſcimus. Hæc ille. Luc. 11. Dæmoniacus quem Chriſtus in hoc Euangelio ſanauit, peſſimæ conditionis fuiſſe videtur, quia mutus, & ſurdus, & cæcus fuit: at plerique hodie peccatores (res dolenda) tales Demoniaci ſunt muti, ſurdi, & cæci, non corpore, ſed animo, quod infinitè deterius, & periculoſius eſt, quo minus videtur, & agnoſcitur periculũ. Dęmoniacos corpore fugiunt, omnes & illius exorciſta quæritur omni cum diligentia: Dæmoniacos animo fugit nemo, & exorciſtas omnes ipſi fugiunt, quia nec videre eos poſſunt, nec audire volunt.

Reſipiſce igitur quiſquis in cæno peccatorum iaces, & hoc Dæmonium nefandi ſceleris, dum tempus eſt acceptabile, dum dies ſunt ſalutis, penitus ex corde tuo per confeſſionem, debitam contritionem, & congruam ſatisfactionẽ eradicare ſtude. Reſipiſce, & tu qui illa queatus præſtigijs, excæcatus maleficijs, Dæmonem ſequens, Dæmonem inuocas, in manibus iam penè Dæmonis verſaris. Reſipiſce antequam ita iuſti iudicis in te ſuperueniat, ne ſi nunc iugum Dæmonis frangere recuſaueris, poſt mortem in ſempiternum te illi cruciandum, idem æquiſſimus iudex committat. Amen.

IN-

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Quartæ Quadrageſimæ.

Io.6.v.1. *Abijt Ieſus trans mare Galilææ, & ſequebatur eum multitudo.*

Prou. 9. v.2. *Sapientia imolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam.*

A

D.Chryſ. epiſt. vlt. ad Cor. ſerm.15. COmmuniter quæritur, an nomẽ regis ſit nomẽ dignitatis, vel nomẽ officij? ſiue an eſſe regem ſit dignitas, vel officiũ? D. Chryſoſt. hanc reſoluẽdo quæſt. dicit, regis nomẽ non ſolùm eſſe nomen dignitatis, ſed etiam officij, quia Imperare (inquit) nõ ſolùm dignitas eſt, imò ars eſt artium oĩum ſumma. Et reuera ita eſſe, vel ex eo intelligitur, quod cõiter dicitur, pro officio confertur beneficium reges aũt multa accipiunt tributa, & beneficia, vt inquit D. Rom. 13. v.6. Paulus. *Ideò, & tributa præſtatis*, &c. Signum ergo eſt, quod eſſe regẽ non ſolùm ſit dignitas, ſed & officium. Imò non vnum, ſed plura; regere quippè multitudinẽ, præeſſe in ſolicitudine, negotiorum molẽ ſupportare cum omni fortitudine, paſcere ſubditos. Officia regum, & ſuperiorũ ſunt omnia difficilia, quid.n. difficilius, quàm regere? inquit D. Th. D.Th. de reg. prin. c.15. Inter oẽs artes viuendi, & regendi, ars amplior, & ſuperior eſt, homines regere, quia inter omnes animãtes (inquit Nazianzenus) homo maximè moribus varius, & voluntate di- Nazian. in Apol. uerſus. Quid difficilius, quàm eſſe Athlantẽ, & eſſe vnum ex illis, de quibus inquit Iob. *Qui portant orbem?* Quid diffi- Iob 9. v.13. cilius, quã non eſſe pictum, ſed viuũ gubernatorem? Quid eſt difficilius, ſicut paſcere, ſicut menſam, & alimenta ſufficientia animę, & corpori prouideret? ſolius profectò ſapientiæ increatæ hoc munus, & onus eſſe videtur. De ſola.n. ſapientia rectè dici põt, quod inquit Salomon. Sapientia propoſuit mẽſam. Scio fuiſſe olim conſuetudinem proponere menſas conditas triplicia ſermonũ, aut ſententiarũ genere, quibus animus paſceretur, præter alimẽta corporis, quibus caro nutritur. Hæc conſuetudo viguit apud Hebræos vbi conuiuia problematũ argutijs, & ænigmaticis, doctiſq; ſermonibus condiebantur. Vnde originẽ ſumpſit illud Eccleſiaſtici dogma, in quo modus traditur, atq; ordo præſcribi- Eccleſ. 32 v.4. tur in his diſceptationibus ſeruãdis. *Loquere maior natu, decet enim te primum verbum diligenti ſcientiã, & non impedias muſicam. Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem, et importunè noli extolli in ſapientia tua. Gemmula carbunculi in ornamento auri, et cõparatio muſicorũ in conuiuio vini. Audi tacẽs, te pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in tua cauſa vix: in multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens, ſimul, & quærens. In medio magnatorum non præſumas, & vbi ſunt ſenes, ne multum loquaris.* Hactenus Ieſus Syrach methodũ diſputandi, & ſermocinandi in conuiuijs, & problematibus condire. Inoleuit ẽt hæc cõſuetudo, tùm apud Græcos, tùm Athæn. apud Latinos, Athęnęus ſic ait. Inſita à natura oĩbus hominibus ſcientię cupiditas efficit, vt ẽt inter epulas aliquid, aut docerent, aut dicerent libenter, aut didiciſſe ſe oſtenderent. Hæc ille, qui maximã lib. 10. partem in conuiuialibus gry- Plutarch. lib ſympoſiacon. phis, aut definiendis, aut declarandis ponit. Accedit Plutarchus, qui in libro Sympoſiacon multis argumentis euincit inter epulas eſſe philoſophandũ. Item Platonis integer dialogus de amore in cõuiuio diſceptatus fingitur, vnde con- Macrob. uiuij nomen tulit. Subijcio verba Macrobij elegantiſſima. Si Philoſophia (inquit) à conuiuijs exulauit, procul indè faceſſent, & alumnæ eius, honeſtatẽ dico, ac modeſtiam, nec minus cum ſobrietate pietatem. Quam harum dixerim minus venerabilem? Ita fit, vt ab eiuſmodi cœtibus relegata matronarũ talium cœtu libertatem conuiuiorũ ſolis concubinis, id eſt vitijs, & criminib. addicat. Cuius conſuetudinis non aliã puto fuiſſe cauſam, niſi vt dum paſcitur corpus cibis materialibus, paſcatur ẽt animus cibis ſpiritualibus, & ſic vtraq; mẽſa ſimul proponatur materialis, & ſpiritualis.

B

Sic paſcere ſubditos ſpecialiter pertinet ad reges, ideò & Chriſtum dominum, vt inquit Euangelium hodiernũ, multitudo, quæ ſequebatur eum volebat facere regẽ, quia officium regum eſt vtraque cibo doctrinæ, & panis alere ſubditos, quod ẽt inſinuaſſe videtur Deus in Exodo, vbi præcepit Moyſi propoſitionis menſam erigere in hunc modum. Exod.25. v.23. *Facies, & menſam de lignis ſetim habentẽ duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & ſemiſſem, & inaurabis eã auro puriſſimo, coronam altam quatuor digitis, & ſuper illam alteram coronam aureolam præparabis, & pones ſuper menſã propoſitionis in conſpectu meo ſemper.* Mẽſa hæc aurea eſt typus altaris in quo ſapientia miſcet vinũ, & immolat, vidimus quibus animã paſcit, panes verò propoſitionis ſignificant Euchariſtię Sacramentũ quo alimur in vitam ęternã. Multa obſeruãda eſſent circa ſtructurã menſæ illius aureæ, ſed illud ſingulare, quod panes proponebantur cũ thure, & ſale, panes non qualeſcunque, ſed ſancti ad differentiã panis laici, hoc iure meritò cõpetit tremendo Euchariſtiæ Sacramẽto, eſt.n. panis, non vt cæteri panes, ſed panis ſanctus Euchariſticus, cæleſtis, alijs abſimilis, Angelorũ eſca, manna abſconditum, dulciſſimũ conuiuium, diuinæ affluentia largitatis, refectio animarum ſanctarũ, ſpiritualis dulcedo, in proprio fonte deguſtata, deindè viaticum in domino morientium. Apponebatur ẽt thus non qualecunque, ſed lucidiſſimum, ita in ſacrificio Euchariſtię oĩum ſanctiſſimo adhibentur orationes feruẽtiſſimæ, & verba ſacræ ſcripturæ, omni ſapientia referta, ſed quod thus illud ſupra panes locabatur, ſignificat quod poſt ſumptã Euchariſtiã, orationi vacare debemus Dei amore ardentes, cæleſtiumque rerum contẽplationi inhærentes, hoc.n. innuit thus in excelſo, id eſt ſupra panes locatum. Adijciatur, & ſal, qui rectè Sapientiam, id eſt ſapidam ſcientiam ſignificat, qua fit vt terrena contemnẽtes, cæleſtia ſemper appetamus. Sed quia lumine fidei fulgere debent, qui ſuperſubſtãtiali, ac diuino hoc pane veſcuntur, ideò veteres illi panes, iuxta cãdelabrum collocabantur. Denique panes propoſitionis dicebãtur panes facierum: nã panim hębraicè idem eſt, quod facierum, non ſolùm propterea, quia coram facie, & conſpectu Dei eſſent ſemper, ſed ẽt propterea, quia vtraque eorũ facies inferior, & ſuperior ſimilis erat, ſignificans per hoc, quod Euchariſtia vtrumq; paſcit hominẽ, paſcit animã, ſuſtentat, & corroborat vires corporis. Hæc eſt victima, quã imolat ſapientia increata Chriſtus, & qua paſcit chriſtianos. Paſcit ẽt hodie Chriſtus turbã cibo corporali, paſcit Apoſtolos cibo ſpirituali imbecillitatẽ eorum in fide per miraculum multiplicationis panis corroborando. Ideò mirùm non eſt, quod cũ voluerint facere regem, quia regum, & ſuperiorũ hoc officiũ eſſe ſupra diximus. Sed tractemus fuſius de his victimis ſapientię. Videamus in explicatione Euangelij, qualiter ſapiẽtia increata Chriſtus, cibo corporali paſcit turbã, quę ſequebatur eũ, & Apoſt. ſpirituali cibo in fide eos inſtruẽdo.

ABIIT IESVS TRANS MARE GALILÆÆ. Poſt curationẽ paralytici, q̃ iuxta natatoriã per 38 annos iacuerat, ſeceſſit indè trans mare Tyberiadis, cognita veſania Iudeorũ, ac Phariſæorum pertinacia, relictis ſuperbis ſimplicioribus ſe miſcuit. Abijt trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis, quòd a flumine Iordane efficitur. Porrò Iordanis fluuio à Libano profluens ex duobus fontibus nẽpè Ior, & Dan ſimul iunctis, nomẽ Iordanis accepit, & non procul ab his fontibus lacum efficit, indè progreſſus ad 120. ſtadia, alium efficit maiorem, qui lacus, mare Thyberiadis nominatur. Hic diuerſis adiacet locis, 40. ſtadia habet latitudinis, longitudinis verò 100. aqua verò illius dulcis, ac potabilis, Mare Tyberiadis à ciuitate Tyberiade, q̃ extruxit Herodes in honorẽ Tyberij Cæſaris nomen hẽt, ſunt circum circa oppida multa, Capharnaũ, Bethſaida, Magdalõ, Naim, Cana, & hmõi multa. Curato ergo languido ad probaticã piſcinã Saluator noſter, magnũ contra ſe gentis Iudęorum concitauit odiũ, vndè quærebant eũ interficere, quia nõ ſolùm ſoluebat ſabbathum, ſed & patrẽ ſuum dicebat Deum, inquiens *Pater meus vſque modo operatur, et ego operor*, pro- Ioan. 5. v.17. pterea cedẽs illorũ furori, (nondum.n. venerat hora ipſius) transfretauit in Galilæam. Locũ date iræ, ait Apoſt. Quam ad Ro.13 doctrinam ſuo ẽt comprobauit exemplo, qñ per murum demiſſus eſt, vt effugeret manus Præpoſiti Damaſci. Occiſo 2.Cor.11 Philiſtæo à Dauide iratus Saul ſæpius ei mortẽ intentauit,

Digitized by Google

1.Reg.21. qui cedēs iræ regis ad Achis regē Geth ſe contulit. Iacob ſi-
Gen.25. militer cedēs iræ Eſau fugit ad Laban. Elias cedens iræ Ieza
belis fugit in deſertum locum. Igni.n.fortiter accenſo non
C ſunt ligna apponenda, ſed ſubtrahenda potius. Itaque Dn̄s
non timore mortis, ſed parcēs inimicis, ne grauiſſima homi
cidij noxa corda ſua pro tunc grauarent, & ſuā mortem in
diē Paſchę differēs, ſeceſſit trans mare Galilæę ne ſuos ini-
micos ſua præſentia magis irritaret, & diſcipuli, qui à prædi
cationis labore redierant, pauliſper requieſcerent. Cæterū
peccata ēt noſtra tr̄s mare à nobis propulſant Chriſtū, ma
gnoq; interuallo non locorū, ſed morū ſeparant, quia lōgè
à peccatoribus ſalus. Porrò mare amarum dī peccatū, quia
nihil amarius peccato, quo anima Dei gratia, ſeu charitate
Ierem.2. priuatur. *Scito, & vide* (inquit Ierem.) *malum, & amarū eſſe*
v.19. *reliquiſſe te Dn̄m tuum, & non eſſe apud te timorem eius.* Ingre
ditur.n.peccatū, vt mel, & in fine mordet, vt ſerpens. Propè
ēſt Dn̄s timētibus ſe, longè verò à peccatoribus ſalus, quos
nō pænitet peccaſſe, nec eſt eis propoſitū reſurgēdi. Non.n.
cōceditur venia, niſi cōfeſſo, & de ſuo peccato contrito. Ma
gna porrò notatur hic Iſrael peruerſitas. Hebræorū popu-
lus olim per mare ductus eſt, hodie coegit ſuū ductorem, &
Deut.32. Deū trans mare pergere. *Haccinè reddit Domino Deo tuo po-*
v.6. *pule ſtulte, & inſipiens.* Caueamus chariſſimi nè Iudæos hac
in parte imitemur, ne malignis operib. ac peruerſis cogita-
tionibus Chriſtū à nobis extrudamus. Hæc ergo fuit cauſa
quare trans mare abijt. Quamuis ēt dicere poſſumus Chri
ſtum trans mare abijſſe, vt orationi cōmodius vacare, & à
turba aliquantulū ſe auelleret, vt ita exemplo ſuo erudiret
nos; quantoperè nobis neceſſariū ſit relicta interdū turba
ad quietē meditationis cōfugere, & cęleſtiū contēplationi
aliquantū vacare, quò melius poſtea reſumpto ſpiritu proxi
morū ſaluti inuigilemus quemadmodū terra maiorē vim
hēt ad producendas fruges, ſi quieſcat interdū, nec ſemper
iacta ſemēte exerceatur? Dici ēt poteſt Chriſtū trans mare
abijſſe, quia nimirū docere voluit, illos ſolos in amęniſſimo
glorię deſerto, cū ſāctis, ac beatis ſpiritibus ſatiari, qui traij-
ciunt mare pænitentię, ideò legimus Chriſtum ad mare in-
Matth.4. terdùm veniſſe tm̄, nec eſſe tn̄ illud ingreſſū Matth. *Ambu*
v.14. *lans Ieſus iuxta mare Galilææ.* Aliquādo ēt ingreſſum fuiſſe,
Lucæ 5. ſed ſtatim inde reuerſum, vt apud Lucā cū nauē Petri ingreſ
ſus, egreſſuſq; dicitur. Aliqn̄ legimus illū ad mare veniſſe,
& non ſolū illud ingreſſum eſſe, ſed prætera trans illud a-
bijſſe. Quibus Dn̄s videtur ſignificaſſe tria hominū genera.
Quoddā eorū, qui audiunt conciones, tēplum adeunt, verū
pænitentiæ mare ingredi nolunt, quia nolunt aliena reſti-
tuere, peccādi occaſiones præcidere negligunt, malorū con
ſortia antiquo more nō deuitāt: quoddā verò eorū, qui in-
grediuntur quidē pęnitētiæ mare, dum dolent, cōmiſſa de-
flent, occaſiones peccādi auferre ſtatuunt, &c. ſed illicò ad
priſtina reuertuntur. Similes hi ſunt ijs, qui ſumptuoſū ædi
ficaturi palatiū, poſitis altè fundamentis parietes erigunt,
ſed pòſtea inopinato mortis aduētu præpediti opus imper-
fectū relinquunt, & ita fit ſępè ſtabulū equorū, quod futu-
rū erat habitaculū magnatū. Ita hi veluti palatiū quoddā
extruere moliuntur, dū ſe pęnitētię tradere ſtatuunt, & ali
quo modo manū operi admouēt, ſed ſtatim ope imperfecto
relicto in peccati foueā ruunt pcipites, & ad priſtina ſcelera
reuertuntur, atq. ita fiunt dęmonū ſtabulū. Tertiū deniq.
eſt illud illuſtre hominū genus, qui à benè cęptis ad mortē
vſq. perſeuerant. Hi cū Chriſto mare traijciunt pænitētiæ,
& cū illo ſatiantur in amæniſſimo gloriæ deſerto, ſicut hæc
multitudo trās mare reficitur, de qua inquit Euang. ET
SEQVEBATVR EVM MVLTITVDO MAGNA.

Multiplex cauſa aſſignari pōt, quare Deum ſequi debe-
mus. Nam cū iter in cęlū ſit ignotum, & difficile, directore
opus habemus. Quam multi ſunt, qui ab hoc itinere deuia-
runt, ēt docti ſſimi, potētiſſimi, nobiliſſimi? vt dixit Abacuc
Habac.3. *Contriti ſunt montes ſeculi, incuruati ſunt colles mundi ab itine*
v.10. *ribus æternitatis eius:* qui per mare mūdi hnius in æternitatē
eundum eſt; ſi quis eat per ciuitatē difficilè errare pōt, quia
D habet plateas, ſi iter faciat per campos, non errat, quia iter
ignotū innoteſcit per vias, ſi aūt niue aſperſum fuerit, per
veſtigia dirguntur hoīs; quod ſi iter faciat inter mōtes, vbi
loca depreſſa niue repleta ſunt, ne cadat in profundū ab iti
nere recedendo, cōiter columnæ iuxta iter eriguntur, qui-
bus inſtruitur, ne decidat ex itinere in profunditatē niuiū.

Quod ſi iter faciat per mare ibi veſtigia eſſe nō poſſunt, nec
columnæ erigi. Quid igitur faciendū? ad cœlū oculi eleuan
di, & dicendū cum rege Ioſaphat. *Cum ignoramus, quid age-* 2.Paral.
re debeamus, hoc ſolum nobis reſtat, vt oculos noſtros ad te diri- 20.v.12.
gamus: itaq; quemadmodū nauigantes, cū aliter gubernare
nauim, & in portū dirigere non poſſunt, niſi per aſtra, ideò
iuxta eorum diſpoſitionē iter peragunt, dum.n.pergunt ad
orientē, ſtellas orientales ſequuntur, dū ad occidentē occi-
dentales; ita hoc cæleſte aſtrū Chriſtus nobis ſequēdus eſt,
quia iter noſtrū in æternitatē ignotum eſt, eſt.n. per mare,
iuxta illud pſalmi. *In mari via tua, et ſemita tua in aquis mul* Pſal.76.
tis. Pręterea iter in ęternitatē eſt difficile, ideò ille ſequēdus, v.20.
qui exēplo ſuo inter illud facilè reddat. Porrò iter in vitia
eſt facilè nimis. Cū quadā die mulier vitioſa, q̄ ſequebatur
multitudo amantiū occurriſſet cuidā Philoſ. quē pauci di-
ſcipuli comitabātur, ait illū. Tandē fateris debes ò Philoſo-
phe, me plures hēre diſcipulos: Reſp. ille, nō mirū, tu ſi q̄dē
pergis deorſū, ego verò ſurſū. Porrò facilius deſcēſus auerni

Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt.

Iter, & aſcenſus ad perfectionē virtutum eſt aſperrimus, &
ideò ſequitur hęc multitudo Chriſtū, & nos illū ſequi debe
mus, q̄a ille huius itineris aſperitatē facilē reddet. Aliàs.n.
magna noſtra notabitur demētia; ſi videntes Deū noſtri iti-
neris factū ducē à recta ſalutis via deflectentes, per deuia vi
tiorū feramur; rectè dicit Sapiens. *In ſemita iuſtitia vita, iter* Prou.12.
aūt deuiū ducit ad mortē. Et certè ſi Deus optimus maximus v.28.
è cælo aſperā virtutis viā, nobis mōſtraret, & diceret. Hæc
eſt via ambulate in ea, ſatis hoc eſſet, vt liberi, & grato aio
illā ingrederemur, quantò magis cū ipſum Chriſtū intue-
mur aſpera, & difficilia calcantē itinera, ac dicentē. *Qui vult* Matth.16
venire poſt me, abneget ſemetipſum, et tollat crucē ſuā, et ſequa- v.24.
tur me. Addunt doctores, & aliā cauſam turbæ Chriſtū ſe-
quentis pp venuſtatē (inquiunt) faciei Chriſti Dn̄i, & ſplen
dorē inde emicantem, quia *ſpecioſus forma præ filijs hominū.* Pſal.44.
Propter doctrinę ēt in eo eminentiā, & eloquentiā. Quis.n. v.3.
non properaret ad videndū Deū incarnatū cuius facies ve-
nuſtiſſimo vernabat aſpectu, cuius os aurū erat, melliflnū,
circumlinitū oī ſapore doctrinæ poteſtatis, & honeſtatis.
Præterea ſequebantur eū pleriq. illius ſermonibus delecta
ti, alij aūt ex inuidia, & aio cōtradicendi, vt erant Scribæ, &
Phariſæi. Cæterū admirāda eſt huius turbæ audacia, quod
nō Ioannis audita morte terretur, quin potius prōptis ani-
mis Chriſtum ſequitur, ſ. ſuo exēplo nos erudit, ne pp hoīes
Deū deſeramus; ſed præpoſterè oīa noſtra fiunt, Cytharæ-
dū ſiquidē libenter audimus, verbū aūt Dei negligimus, q̄d
ſi audimus oſcitanter, & cū quodā tædio illud excipimus,
quippè qui ad ſtomachū vſque repleti, inaniū fabularū al-
lio, & futilis garrulitatis fermēto ſaturati verbi Dei delicias
faſtidimus: cū tn̄ tanto cū ardore à quolibet fidei Chriſtia-
nę profeſſore verbi diuini pdicationes audiēdæ ſint, vt nec
inanis hominū metus deterrere, nec mordacia peruerſorū
ſcōmata aut irriſiones ab illis quempiā auocare debeāt, aut
valeāt. Arbor.n. diuerſis ventorū flatibus impulſa, ſuas ra-
dices fortius figit; & aurū in fornacis incendio rutilat: ſic
catholici perſecutionibus hæreticorū illuſtriores fiunt, qui
ſunt verè catholici. Poſtq̄ Chriſtus abijt trans mare fugiēs
aduerſarios, creſcit turbarū deſideriū, pergunt pedeſtres, &
naui properant ad audiendū verbū Dei: Hoſtium.n. perſe-
cutione creſcit auditorū affectus erga verbū Dei Chryſ. in
exiliū miſſo, mirū in modū creuit deſideriū populi audiēdi
verbū Dei à ſuo erudito Paſtore. Deniq. ſequebatur eū tur
ba miraculorū, claritate allecta, & cupiditate, quia cum in-
firmi eſſent ſanabantur, & hoc eſt, quod dicit Euangeliſta.
QVIA (inquit) VIDEBANT SIGNA, QVÆ FACIE-
BAT SVPER HIS, QVI INFIRMABANTVR.

Sed aliquis hic dicere pōt, ſi ſequebantur eum propter, E
ſigna, igitur ratione proprij intereſſe, non ex deuotione, &
amore in Chriſtum, ſed propter commoda, ac proprias ne-
ceſſitates. Fateor ſanè lōgè diuerſa eſſe ſequi, aut ſeruire ali
cui ex puro amore, & ratione intereſſe, nā ſeruire ratione
ſui intereſſe eſt lucrum quærere, emere, & vendere; ſeruire
antē ex amore eſt ſeruire ex pura inclinatione voluntatis.
Quamdiù Iob abundabat diuitijs, nō ceſſabat dæmon con-
queri de ipſo coram Deo. Nam quia tot, & tātis virtutibus
præditus erat Iob nihil ille obijcere potuit, pter hoc, quod
ſeruiret

ſeruiret Deo ratione proprij intereſſe. Poſtqoàm verò Dei permiſſione ſpoliatus eſſet omnibus bonis, nec tamen deſiſteret ſeruire Deo. Tunc primum Dæmon ſe victũ eſſe confeſſus eſt. Diuerſa ergo ſunt hęc, ſequi Deum, & ſeruire ipſi ex amore, & deuotione, & ratione intereſſe. Verumtamen

Plato. docet Plato. *Neceſſitatem eſſe matrem amoris*. Neceſſitas.n. manifeſtat, an quis rõne ſolius intereſſe, an ex amore Deo ſeruiat, vt patet in Iob, & in hac multitudine id videlicet quã nec neceſſitas alimenti, nec crudelitas Tyranni de collantis S. Baptiſtam à ſequendo Chriſtũ deterruit. Et quemadmodũ neceſſitas manifeſtat turbæ amorẽ in Chriſtum, ita & amorem Chriſti erga genus humanũ declarat. Tria enim potiſſimùm ſunt, pp quæ Chriſtus omnia ſua miracula in curandis hominum corporibus, & miſerijs depellẽdis contulit. Primùm, vt fidẽ perſuaderet: nam cum ea non ex intellectu modo, ſed voluntate ẽt bene affecta pendeat; plurimum ad eam perſuadendã iuuat beneuolos hominũ animos ſibi reddere. Hinc eſt quod id ſępè ſancti, vt animas lucrentur corpora ẽt curant, & humanis beneficijs afficiunt eos quibus cum verſantur. Alterum eſt, vt indicaret finem, propter quem venit ad nos. Adijt.n. nos tanquam medicus morbos depulſurus animarum, & noſtris medicinã vulneribus facturus. Denique, vt ſe de cælo deſcendiſſe oſtẽderet non ex iuſtitia, vel vllis noſtris id repoſcentibus meritis, ſed ſola miſeriarum noſtrarum cõmiſeratione commotum, q̃ idcircò paſſim tot miſericordiæ operibus editis declarat ex ſola neceſſitate extrema generis humani, cui nullus ſubuenire potuit, niſi ipſe Chriſtus; tum verò, vt amorem propriũ erga turbam declararet, & neceſſitati eorum ſubueniret aſcendit in montem, vt dicit Euangelium. SVBIIT ERGO IN MONTEM IESVS.

Sapientia immolat victimas proponit, menſam. In mõte à Domino conuiuium præparatur. Oẽs ergo properemus dominico intereſſe conuiuio, & mẽſę Domini participes fieri. Pręparatur conuiuiũ turbę corporale, Apoſtolis ſpirituale, illa ſaturatur panibus, hi in fide roborãtur. In montẽ aſcendit Chriſtus, nã lapis ille abſciſus de monte creuit in montem. Dicitur aũt Chriſtus mons Iob ſanctiſſimę vitæ excellentiã, miraculorum eminentiã, altitudinẽ diuinitatis, contemplatiõnẽ ſublimitatis denique ob ſummã oĩum virtutũ incõparabilemque pręſtantiam. Aſcendit in montẽ, vt ſeorſum à turbis ſecretiora quædã ſacramenta doceret ſuos; & videns deſurſum turbã illius miſeretur. Aſcendit in montẽ, quia virtus in monte reſidet. Et reuera non aliã ob cauſam

Hæſiod. Heſiodum hos ſcripſiſſe verſus ab oĩbus decãtatos ſcimus, niſi vt iuuentutẽ imprimis ad virtutis faſtigiũ hortaretur

Ad vitium facilis vicinaque ſemita cunctis
Panditur, at virtutis iter poſuere remotum
Cælicolæ, durumque prius, ſed vertice ſummo
Dum fuerit, planum ſe offert quærentibus illis.

Homer. Decem Cephalenſium nudũ ex naufragio ſeruatũ ſcripſit Homerus, quẽ ñ [illegible] ſic, corã hominibus comparere verẽ [illegible] modeſtiã ſolum, ac verecundiã, pro nunc [illegible] veſtis ubi ſufficere poſse. O vere (inquit Homerus) curanda nobis ante omnia eſt virtus, quæ nauſraganti præſto adeſt, & in terra nudum exiſtentẽ honoratiorẽ reddit. Plures ergo cauſæ aſſignantur, quare aſcendit in montẽ, quarum, & illa non eſt poſterior nimirùm, propter ſuæ altitudinem diuinitatis, vt notat Euthym. ac docens à ſe ſolo eleuari eos, qui Dei appropinquare cupiunt. Sed cur dicitur

Euthym.

SEDEBAT CVM DISCIPVLIS SVIS, ideò ſanè, quia Ieſus interdum dicitur circumire, quaſi quærens malè habẽtes, quos ſanet, interdum verò ſedere expectans eos, qui

Chryſoſt. bus cura opus eſt, vt Chryſoſt. habet; illud quidem bonitate facit, hoc verò, vt de infirmorum fide ſumat experimentum. Significat ẽt hic Dominus ſe duplici modo ſolere homines ad ſe adducere, vel ſuæ gratiæ munere ad ſe per ſeipſum trahendo, vel per alios, non ſine ſua tñ ope illos ad ſe

F

Hilar. Canon. 14. in Matth. adducẽdo. Et ita (vt inquit Hilarius) varijs obſeſſi morbis, id eſt infideles à fidelibus Domino ſanãndi adducuntur, & vt eum adorent, & procidant ante eũ inſtruuntur, quibus ſalos redditur, atque ad ſentiendum, contuendum, laudandum, comitandum Deum oĩa, & mentis, & corporis miniſteria reformantur. Itaque Chriſtus ſedebat cum diſcipulis in monte: Et tandem CVM SVBLEVASSET OCVLOS, ET VIDISSET, QVIA MVLTITVDO MAGNA VENIT AD EVM.

Sedebat hucuſque demiſſis oculis; non ſic hodie incedũt filiæ petulantes Euæ, ſed vagis aſpectibus hac, atque illac imò in oẽm partem circumferunt oculos, quod vanam arguit mentẽ, & magna ſecũ trahit pericula. Eua vidit, quod bonum eſſet lignum ad veſcendũ, & pulchrum oculis aſpectuq; delectabile, tulit de fructu illius, & comedit, & mortis initiũ fuit. Itaque oculi noſtri portæ quædã ſunt animę, quæ ad omnia patent oĩum etiam formę, & ſpecies per eas ingrediuntur, quæ animæ tranquillitatem perturbãt. *Mors intrauit per feneſtras noſtras*, (ait Ieremias.) *Qui inclinauerit oculos ſuos* (ait Iob.) *ſaluabitur*. Subleuat porrò Chriſtus oculos, vt oſtendat non eſse deſperandũ de Dei ope, licet maximè adeſset ſatianda multitudo, ſed iactãdam in eum ſpem. Subleuauit ẽt oculos in omnẽ illam multitudinẽ, quia largiri multitudini cibũ decreuerat, docens Prælatos, & quoſcunque ſuperiores in oẽs ſubditos debere ſubleuare oculos, & in neceſſitatibus illorũ ſuccurrere illis. Ac proindè de nullo verius dici poteſt. Omnia videns, ſicut de Deo. *Quis enim ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra*. Nullus quidem ita acutum habet viſum: nihilominus requirit maximè Deus à diuitibus huius ſæculi, vt cõmiſerationis oculos ad egenorum miſeriã ſubleuent illiſque abundè ſubueniant. Quia *beatus, qui intelligit ſuper egenum, et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*. Docet propterea Chriſtus pręlatos de auxilio Dei dubitare non debere, imò ad illũ ſolum ſubleuãdos eſſe oculos, dum multitudinẽ gubernant. Quemadmodũ feciſſe legitur Eſdras, qui cum exiret de Babylonia, & magnã multitudinẽ ſecum educeret ex captiuitate Babylonica, noluit recurrere ob vincenda impedimẽta itineris ad humanos fauores, ſed ad ſolum Deum ſubleuabat oculos dicens. *Erubui petere à rege auxilium, et quietes, qui defenderent nos ab inimico in via, qui dixeramus regi manus Dei noſtri eſt ſuper omnes, qui quærunt eum in bonitate*. Sed quare ſubleuatis Ieſus oculis

Ierem. 9. v. 21. Iob 22. v. 19. Pſal. 112. v. 5. Pſal. 40. v. 2. 3. Eſdr. 8. v. 52.

DICIT AD PHILIPPVM. VNDE EMEMVS PANES, VT MANDVCENT HI?

Ad prouidentia Dei pertinebat, occupatis in audiendo verbo Dei miniſtrare neceſsaria. Duplex aũt ibi occurrit neceſſitas vna corporalis, altera animæ neceſſitas corporalis, qua indiguit multitudo erat neceſſitas alimenti: neceſſitas panis; neceſſitas ex parte animæ: erat neceſſitas fidei, qua indiguerunt Apoſtoli. Et reuera neceſſitas alimenti ad conſeruandã vitam corporalẽ eſt maxima. Nihil.n. eſt ita naturale homini, ſicut dum eſurit appetere cibum. Cum quadã die orta eſset controuerſia inter Aegyptios, & Phrygios, quænã gens eſset antiquior, & cuius idioma, ac ſermo magis cõnaturalis eſset, nec finis liti imponeretur, & experientia fidem controuerſiæ imponere determinauerunt: præcepit ergo rex Phrygiæ, vt ex vtraq; natione electi duo pueri à conuerſatione hominũ ſegregarentur, & in ſyluis educarentur. Poſt multum aũt temporis vterque in cõſilium adductus fuit, & cũ ſtimularentur, vt aliquid dicerent, tandẽ ille, qui ex Phrygia aſsũptus fuerat dixit *Bech*, quod in idiomate, ſeu lingua eorũ ſignificat panem. Itaque decretum à rege latũ eſt idioma Phrygiorũ eſse magis connaturale, quã Ægyptiorũ, quia nihil vr̃ magis connaturale homini, ſicut dum eſurit, petere panẽ. Vox ergo illa, ſeu dictio, qua petijt panẽ, puer in ſyluis educatus, maximè illi cõnaturalis fuit.

Ariſtot. Decretum hoc pugnare videtur cum doctrina Ariſt. qui docet verba ſignificare ad placitum, atque ita ſecundũ doctrinam Ariſtot. dicendum videtur, quod ſi duo pueri educarentur in ſyluis, vterque eorum naturaliter eſſet mutus, verùm quidem eſt, quod non poſſent verborum ſonũ edere, ſed illa verba nihil ſignificatẽt. Si vocem ſyllabarũ proferre poſſunt ſiue ordinata, ſiue non omnia à caſu fieri viderentur, quemadmodũ ignarus muſices, ſi tangat Cytharam, vel lyram tangens chordas poteſt edere ſonũ, ſed improportionatum, ita quod nec ille, nec alij intelligant, quid ſonet. Quod ſi accidat, quod vnus illorum puerorum proferat aliquod verbum ſignificatiuum, nondum certò ex eo colligi põt, quod vox illa ſit connaturales hominibus, quia protulit illam vocem ſignificatiuam caſualiter; nam ſi iterum proferre præcipiatur eandẽ vocem, neſciet illam proferre ideò, & ille puer Phrygius caſum protulerit vocem *Bech*. Vel certè ideò eam protulit, quia hoc ſolùm didicerat

G

à grege agnorũ, qui cùm alimenta poſtulát, clamant, *Bech, Bech.* Veriùs ergo, quia verba ſignificant ad placitum, induſtria.n. humana verba inuenta ſunt, vt ſignificatiua. Hoc tñ non obſtante certiſſimum eſt, ita naturalem eſſe appetitum alimenti, vt ſi natura magiſtra loqueremur primũ verbum, quod nos edoceret eſſe poſtulare panẽ, vt alimentum, quia eſt primus appetitus, & maximè neceſſarius ad conſeruationem indiuidui. Ex quo magnum huius turbæ poſſumus agnoſcere feruorem in audiendis Chriſti prædicationibus, vtpotè quæ neglecta corporis refectione tantoperè neceſſaria, Chriſtum ſequatur, licet magnam patiatur eſuriem. Imò fortè aliqui eorum fameſcebant, quia triduo plus, vel minus abſque cibo erant.

Porrò eſurire, & fameſcere ſunt diuerſa. Nã in ſtatu innocentiæ fuiſſet eſuries, quæ eſt appetitus cibi, & guſtus in manducando, fames aũt nõ fuiſſet ibi, quia fames eſt pęna maxima cui nulla conſolatio remedium afferre põt, cæteræ pęnalitates conſolatione amicorũ temperantur, & minuuntur, fames non minuitur, quid.n. iuuat famelico dare verba conſolatoria ſi eum non cibas, nec alimentũ porrigis ad tollendam famem? Præterea legimus Chriſtum Dominum eſuriſſe, non tñ famẽ habuiſſe. Poteſt ergo eſſe eſuries abſque fame, & è conuerſo fames ſine eſurie. Nã infirmus non eſurit, nec habet appetitum cibi, imò ẽt delicatiſſima cibaria faſtidioſa, & inſuauia videntur illi. Medicus tñ conſuluit, vt manducet ne ſtomachus fame membra, vel ſeipſum vacuum conſumat; duo.n. habet ſtomachus officia in corpore appetere cibũ, & hoc eſt eſuries, & conſumere alimentum, cuius carentia in ſtomacho eſt fames, qua homo tabeſcit, & ſeipſum conſumit, quemadmodum in molendino ſi lapides moueantur, & non adſit frumẽtum, quod à lapidibus conteratur, lapides ſeipſos conterunt. Vel quemadmodum ſi arbor à trunco abſcindatur, ramuſculi eius, & folia marceſcunt, & viriditatẽ amittunt, quia calor naturalis, qui humores attractos à terra per radices conſumebat non habet amplius, quod conſumat, & ideò conſumit ramos, & folia. Non aũt dubium plures fuiſſe in illa turba, qui fame tabeſcebant, nihilominus tñ de cibo, nihil cogitabant, quia maior fames audiendi verbum Dei expellebat famem cibi materialis. Non ſunt tales peccatores, de quibus dici poteſt

D. Aug.

id, quod de ſeipſo dixit D. Aug. Fames mihi erat abs te Domine, ſed illa fames non eſuriebat. Nec mirũm quia (vt inquit

Caſſiod.

Caſſiod.) non poteſt anima beneficio eius pabula habere à quo delictis probatur eſſe diuiſa; appropinquare ergo debent peccatores ad Ieſum, ſicut hæc turba, per confeſſionem peccatorum, vt amiſſa fame ciborum materialiũ, ſentiant famem verbi Dei, cibi ſpiritualis ſantiſſ. Sacramenti, quã ſi nos habere viderit Chriſtus prouidebit hæc alimenta ſpiritualia, & corporalia, quemadmodũ huic turbæ prouidere diſpoſuit corporis alimenta, dum eam fameſcere ex appetitu audiendi verbum Dei aduertit; ideò dicit ad Philippum: vnde ememus panes, vt manducent hi? volens neceſſitati multitudinis corporalis ſubuenire, quæ eſt in eſuriendo, & famem patiendo; ſed qm maiori neceſſitate animę, neceſſitate ſ. fidei tenebantur Apoſtoli: ideò ẽt eorum neceſſitati ſubuenire cogitat: quod.n. ſubueniat neceſſitatibus corporalibus, conditio bonitatis eius efficit. Quod aũt occurrat neceſſitatibus animæ obligatio, & officium; propterea.n. venit in mundum, propterea officium ſaluatoris aſſumpſit. quia ergo videbat diſcipulos eſſe in fidei imperfectos, procedit, ſicut cæleſtis archimedicus; medicus corporalis, vt cognoſcat morbum, & qualitatẽ morbi tangit pulſum infirmi: Chriſtus aũt tangit pulſum ſpiritualem Apoſtolorum, vt ipſi aduerterent quantũ in fide de Chriſto deficiebant propterea ergo ſubdit Euãgeliſta HOC AVTEM DICEBAT TENTANS EVM.

Tentare Deum eſt opus aliquod arduum proponere, vt probet hominẽ, ſi verè colat Deum, eique obediat: ſic tentauit Abraham, vt immolaret Iſaac filium ſuum primogenitum: tentauit Iob vtens Satanæ miniſterio: ſic Tobiam tentauit cæcitate in eum immiſſa. Ita etiam probare voluit animum Philippi, an verè crederet, Chriſtum paucis panibus ſatiare, tam numeroſam poſſe populi multitudinem. Sed non temerè aliquis dubitabit. Cum ipſe

H

ſuſpiciat corda hominũ, quid opus eſt experimento? Experimentum de nobis facit Deus, non vt noui aliquid ipſe diſcat, ſed vt nobis hæc cognita fiant, quamdiu enim tentati non ſumus, ignoramus, an verè Deum diligamus. Abraham poſtquam tentatus obediuit diuinæ voluntati magno ſuo gaudio audire meruit illa verba. *Nunc cognoui, quod timeas Dominum, & non peperciſti vnigenito filio tuo propter me.* Quaſi dicat. Hæc tua inſignis obedientia, qua volebas immolare filium tuum Iſaac, te ipſum tibi, & virtutem tuã

Gen. 22. v. 12.

notam fecit orbi. Nunquam tam illuſtris obediẽtia fuiſſet Abrahæ, patientia Iob, & conſtantia Tobiæ, ſi tentati non fuiſſent; hæc ſi à nobis benè conſiderentur, mirum in modũ conſolantur animum eorum, qui tales tentationes ſuſtinẽt re enim ipſa per multa aduerſa probant, quanti Deum faciunt, quæ amore cæleſtium ferre non recuſant. Nam qui tentatus non eſt, quid ſcit? rudis eſt, ignarus eſt, quippè qui nihil nouit pro Chriſto pati. Iam verò ſi velis myſticè interpretari aſpectum Chriſti, altior, & ſublimior ſenſus eſt: quaſi enim ex alto mõte præſcientiæ ſuæ à Deo omnes, qui feruenti fide illum exquirunt præuidentur. *Quos præſciuit*

ad Ro. 8. v. 29.

(inquit Apoſtolus) *hos, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui,* Subleuatis igitur oculis Chriſtus eos videt, qui viſitari digni ſunt. Nec in viſitatione ſola gratia terminatur, ſed alimenta quoque ab eo ſuppeditãtur. *Non enim occidet Dominus fame animam iuſti* (ait Salomon) Porrò Phi-

Prou. 10. v. 3.

Cyrillus.

lippum Dominus tentauit, quia teſte Cyrillo Alexandrino libenter diſcebat, & quęrebat: non enim erat adeò acutus, vt altiora poſſet intelligere, etſi enim magno tẽpore Ieſum doctorem ſecutus fuiſſet, & varia deitatis ſigna aſpexiſſet, adhuc tamẽ rudis permanens dixit ad Ieſum. *Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis.* Et quoniam abſque malitia

Ioan. 14. v. 9.

interrogabat, probè reſponſum accepit, *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me.* Idcircò tanquam rudiorem ad ſublimiora intelligẽda roborans interrogat. Quod ſignificauit Euangeliſta, cũ tentatum à Domino illũ fuiſſe dixit. IPSE ENIM SCIEBAT (inquit) QVID ESSET FACTVRVS. Ad prouidentiã quippè Dei pertinet, prçuidere à longè oẽs neceſſitates noſtras, vt indè Deũ liberalẽ, & munificũ erga nos intelligamus, & vt verùm omniũ conditorẽ colamus, & amemus. Hinc D. Paulus de Dei prouidentia diſſerens ait. *Nõ ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit*

Act. 14. v. 16.

benefaciens, de cælo dans pluuias, & tempora fructifera, varijs enim anni tẽporibus, varij quoque proferuntur fructus, implent cibo, & lætitia corda noſtra: exhilarantur enim corda, & recreantur cibo; Quibus verbis indicat Apoſtolos ex his naturalibus beneficijs, quibus nos cõtinenter afficit Deus, poſſe hominem peruenire in cognitionẽ ipſius: nam non eſt dubium, quia, ſi quis his adductus naturæ argumẽtis, conſentaneę cognitioni naturali de Deo, quoad licuit, naturalẽ legem ſeruaſſet, ampliorem Deus illi gratiã ad ſe cognoſcendum, vt ſuperat naturæ vires, & ſuper naturalium donorũ auctor, & largitor eſt liberaliter conceſſiſſet. Et quidẽ meritò; fulget enim in creaturis Deus tanquam in ſpeculo, & in eis tanquã in libro legitur: quaſi in cythara ſuauiter reſonat, & tanquam in tabula pulchrè, ſapienterque eſt depictus, vt verè dixit Auguſtinus Cælũ, & terra, & omnia, quę

Aug. lib. 10. Conf. c. 10.

in eis ſunt, ecce vndique mihi dicunt, vt te amem; neceſſant dicere oĩbus, vt ſint inexcuſabiles. Hortatur nos Iſaias, vt hæc Dei opera aſpiciamus, quæ eius potentiã, ſapientiã, liberalitatẽ, pulchritudinẽ produnt; præſertim verò ea, quę in cælis viſuntur. *Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte*

Iſai. 40. v. 26.

quis creauit hæc. Hinc monet Amos. *Prouidendum eſſe Deum*

Amos c. 5 v. 8.

facientẽ Arcturum, & Orionem, & conuertentẽ in mane tenebras, & diem in noctẽ vertentem, qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ. Sed locus ille Dauid Pſalmi maximè mihi videtur idoneus ad Dei prouidentiã illuſtrandã: *Qui operit cælum nubibus: & parat terræ pluuiã: qui producit in*

Pſal. 146. v. 8.

montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominũ; qui dat iumentis eſcam ipſorũ, et pullis coruorũ inuocantibus eum. Quin & illud Petri Apoſtoli dictum, maximè facit ad noſtrum propoſitum. *Omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, quo-*

1. Pet. 5. v. 7.

niam ipſi eſt cura de vobis. Ex quo diſcere nos oportet, non debere quenquam noſtrum nimio ſtudio, & ſollicitudine occupari circa procuranda temporalia. Sed quæramus primùm regnum Dei de æterna poſſeſſione ſeriò cogitemus, & hæc omnia adijcentur nobis prouidentia diuina. Ait.n.

Sap. 6. v. 8

Sapiens, *puſillum, & magna ipſe fecit: & æqualiter cura eſt illi de omnibus.* Patuit hæc in hodierno Euãgelio turbæ enim

fame-

Digitized by Google

famelicæ ſe ſequenti prouidens vitæ neceſſaria: *dixit ad*
Philippum. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Sed videa-
mus iã quid ad quæſitũ magiſtri ſui reſponderit Philippus.
DVCENTORVM DENARIORVM PANES
NON SVFFICIENT EIS, VT QVISQVE MO-
DICVM QVID ACCIPIAT. Rudis erat Philippus,&
omnia præſentia metiebatur ſecundum meras rationes na
turales,& humanas, nihil verè certè parum tribuens opifi
cis omnipotentiæ, trepidus ſiquidem non ad Chriſti virtu-
tem,ſed ſolùm ad pecuniarum ſubſidium refugit, nullo a-
lio modo hanc rem peragi poſſe exiſtimans,niſi cõi, tritoq;
pecuniarum medio. Hoc etiam modo Apoſtolus Petrus,
dum Chriſti virtutem attendit, deſilijt è naui in ſubiectum
pelagus,ac ſuper tremulas maris vndas currit intrepido gra
du. Verùm vbi paululùm deflexit oculos, pelagique verti-
ces inſpexit,cæpit terreri;cæpit,& mergi. Notandum autem
non dixiſſe illum, mille denariorum panes non ſufficiunt,
ſed ducentorum: millenarius enim numerus eſt perfectus,
& celebris in ſcripturis. *Memor fuit in ſæculum teſtamenti*
Pſal.104. v.8. *ſui verbi, quod mandauit in mille generationes.* Pſalm. inquit.
Et regnabunt cum Chriſto mille annis. Apoc. Ducenteſſimus
Apoc.20. v.6. verò numerus imperfectus. Porrò videtur his verbis Phi-
lippus(licet non ex affectu auaritiæ ea protulerit,ſed ad in-
dicandam rei difficultatem)diuitè repræſentare plus æquo
pecuniæ parcentem. Qui interdùm multos à ſe ſtipem Dei
amore,emendicantes videns, ſolet dicere, non ſatis iſtis to-
tus mundus eſſet: nec vniuerſi orbis theſauri his explendis
ſufficerent. Neſcis,heu miſer;neſcis,quod tentat te,Deus,
vt charitatem tuam erga pauperes, & affectum erga ſe vi-
deat,libenter potius impende,quæ habes, & theſaurũ ma-
gnum in cælo lucrabere. Cur autem Philippum potius in-
terrogaret Dominus,potiſſima cauſa illa eſt:quia magis ſo
licitus videbatur de tantæ multitudinis inopia; non conſu-
luit Iudam,quem auarum ſciebat, ſed Philippum,qui ma-
gis de tantã multitudine ſolicitus erat. Docentur hic prin
cipes,quales in ſua curia debeant retinere cõſiliarios; cum
beatam promitteret Remp. Deus per Iſaiam, non ſolùm
promittebat bonos principes,ſed & prudentes, atque ſoli-
Iſaia 1. v.26. citos conſiliarios. *Vocaberis* (inquit) *ciuitas iuſti*;id eſt boni
principis. Vrbs fidelis habens fideles conſiliarios. Hinc di-
Plato. cere ſolebat Plato Fæliciorem eſſe Remp. quę habet bonos
conſiliarios,& malum principem,quàm è conuerſo. Docen
tur etiam conſiliarij, vt non ſint obſtinati in conſilijs ſuis.
Quis iã non erubeſcat obſtinatus eſſe in conſilio ſuo, quan
do conſilium ſuum Sapientia ipſa deſeruit? Iam verò cum
ſubditur. DICIT EI VNVS EX DISCIPVLIS EIVS
ANDREAS FRATER SIMONIS PETRI. Innuitur
Chriſti non ſolùm perijſſe cõſilium à Philippo, ſed ab alijs
et Apoſtolis. Andream autem nomine omnium reſpondiſ-
ſe. EST PVER VNVS HIC, QVI HABET QVIN-
QVE PANES HORDEACEOS. Omnia hęc imbecili-
tatem Apoſtolorum in fide innuere videntur. Porrò puta-
bant nonnulli, ab illo puero panes Apoſtolos emiſſe, vel
puerum illum vnum ex Apoſtolis extitiſſe. Nã apud Euan
Ioan.21. v.5. geliſta Apoſtoli pueri vocantur. *O pueri, nunquid pulmenta-*
rium habetis? Dubium ergo eſſe poteſt,an panes iſti, quos
puer hic habebat fuerint Apoſtolorum, an verò potiùs, vt
Chryſoſt. vénderet puer illos attulerit. Chryſoſt. Leontius,Cyril. Theo
Leõtius, phil. Apoſtolorum fuiſſe crediderunt:nec malè,nam cũ Io-
Cyrillus. ſue, qui fuerat dux belli aduerſus Amalechitas ibidẽ puer
Theoph. appelletur, etiã hic puer dici potuit aliquis Apoſtolorum,
vel potius vnus ex pluribus Chriſti diſcipulis. Nam & Chri
Euthym. ſtus Apoſtolos pueros vocat: Euthymius venales arbitra-
tur,cuius opinio non diſplicet; verùm probabilius videbi-
tur, ſi dicamus hunc puerum, ſiue ætate puer fuerit, ſiue
non,aliquo modo ad Apoſtolos pertinuiſſe,quod forte fue
rit comes ipſorum, vel conſanguineus alicuius Apoſtoli,
quod ad huc probabilius eſt, vel miniſter ferens panes à
mulieribus Chriſto, & eius ſequacibus oblatis. Nam cum
Chriſtus dixiſſet Apoſtolis, vt viderent quot panes habe-
rent,reſponderunt,quinque,& duos piſces:& Andreas pue
ri et portantis mentionem fecit: igitur non venales erant,
ſed ad Apoſtolos aliquomodo pertinebãt. Licet pro Euthy.
reſponderi poſſit,quod quia venales erant illi panes erant-
que in promptu: ideò dixiſſe Apoſtolos quinque ſe habere
panes,& duos piſces. Sed ſiue venales fuerint, ſiue Apoſto-
lorum,ſiue eorum ad quos puer pertinebat:liberaliter dati
fuerunt petente domino, vt afferentur. Erant porrò hor-
deacei, atque adeò vilioris pretij; quam triticei. Cum in
Palæſtina naſcatur ſatis copioſum, & laudatum hordeum; K
Sed inquies,cur Dñs voluit,vt viderẽt,rogauitque quot pa
nes haberẽt Reſp. vt tanto exploratius eſſet miraculũ poſt
exactam diligentiã,qua conſtabat non fuiſſe plures in tota
illa turba panes,quã quinque, & duos piſces,vide ſpiritua-
lem,intelligentiam horum panum,& piſcium apud Aug. Auguſt.
SED HÆC QVID SVNT INTER TANTOS?
Non diffidebãt Chriſtum,tùm diſcipulos,tùm panes auge-
re poſſe, ſed ad moderatam aliquam portionem, non am-
plius. Recordabantur Eliſeum centum viros viginti pani-
bus paſciſſe, ſed quid centum viri ad quinquemillia? Quid
quinque panes ad viginti? Simile aliquid legiſſe poterant
in libro Num. *Domine* (inquit Moyſes) *ſexcenta hominum* Num.11.
hic ſunt millia, & tu promittis te illis carnes daturum? Hiſce v.22.
ergo exemplis nos commoniti, extremum omnium malo-
rum incredulitatem eſſe poteamus. Et cum Deus feciſſe ali-
quid, aut facturus eſſe dicitur ſimplici fide, omnia temera-
ria cura,longè remota, facilè illud Deo eſſe credamus: nec
imbecillitate noſtra diuinas vires metiamur. Nam quem-
admodum oculis non tantùm cernimus, quantùm volu-
mus, ſed quantùm videndi acies ferre poteſt, ſic & mens
humana etiam ſi munda ſit, ad certos tamen intelligentiæ
terminos protenditur: nam nihil ſupernaturalium cer-
tius comprehendere poſſumus, niſi credendo, & non cu-
rioſè quærendo. Moyſes dum vellet aquam educere de
petra, fluctuanti animo non nihil extitit, & ideò pœ-
nam promeruit. *Quia* (inquit) *non credidiſtis mihi, vt* Num.20.
ſanctificaretis me, non introducetis populos iſtos in terram, v.12.
quam promiſi me illis daturum. Hinc videre poteſtis peſſi-
mos eſſe fructus incredulitatis. Si enim Moyſi non parce-
rut,cui tandem parcetur? Simus ergo firmi in fide,in dile-
ctione,in patientia, & imitemur illius pueri Euangelici li-
beralitatem, qui cum quinque tm̃ haberet panes, & duos
piſces,eſſetque in deſerto,vbi fortè,nec ipſi ſoli ſuffeciſſent;
libenter tamen totum alimentum ſuum in vſum aliorum
contulit. Quid hic dicturi ſunt, quibus plurimæ ſunt opes,
arca plena auro,ampliſſimi theſauri,nec tamen quidquam
largiuntur indigentibus? Neſciunt iſti quid dicat Spiritus
Sanctus per Eccl. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas,* Eccl.11.
quia poſt tempora multa inuenies illum D. Hieronimus ſic in- v.1.
terpretatur locum hunc: ſicut qui ſuper irrigua ſeminat,
fructum ſeminis expectat,ita qui largitur egentibus, non
granum ſeminis, ſed ipſum panem ſerit, fœnore quodam
multiplicationem illius præſtolans, & cum dies iudicij ad-
uenerit,multò amplius,quàm dederat recepturus. *Fænera-*
tur enim Domino,qui miſeretur pauperis. Præclarè,vt cætera Prou.19. v.17.
in hunc ſenſum dicit Chryſoſt. Agricolæ ſi frumenta do- Chryſoſt.
mi concluſa tenent, vermibus in eſcam fient amittentque ea, de pænit.
ſi verò diſperſerint in terras,non modò cuſtodiunt,ſed etiã ſerm.7.
augent: ſic opes ſtantes quidem in arca, ac ſub ſera, & vi-
ctæ defoſſę citò transfugiunt, ſi verò in Eleemoſinam di-
ſtributæ fuerint, non ſolùm manent cuſtoditæ, ſed & ma-
iores inde reſurgunt DICIT ERGO IESVS FACITE
HOMINES DISCVMBERE. Cum res eſſent omninò
deſperatæ,& quaſi ad extremum locum deductæ tum ama
tor hominum Ieſus Chriſtus animos addit. Nolite (inquit)
diffidere,omnia bona adeſũt, nihilque deerit eorum, quæ
ad refocillandam multitudinẽ pertinent facite eos diſcum
bere. Pręmiſit prius diſcipulorum tentationem,poſtea pro-
uidit neceſſariam turbæ refectionẽ,vt nos hac ratione vna
cum diſcipulis ſuis edoceret in rebus vitæ noſtræ neceſſa-
rijs,licet humana prorſus deficiant media, non eſſe omni-
nò deſperandum, nec nimia ſollicitudine animum vexan-
dum,ſed de Dei ope,& auxilio benè faciendum,eiuſque be
nignitatem implorandam. Et ideò crediderim iuxta ſupe-
rius dicta peracto cõuiuio,Chriſtum præcepiſſe diſcipulis,
vt colligerent reſidua panis,& piſcium fragmẽta,vt viden
tes tam euidens miraculum,magis confundantur, & dein-
ceps cõfidere addiſcant. Confidentia enim (vt ait quidam)
eſt clauis diuini theſauri, miſerationũ eius diſpenſatrix,&
quæ cæleſtes diuitias ad votum ſolet egentibus impartiri.

Digitized by Google

ERAT AVTEM FÆNVM MVLTVM IN LOCO. Propter aeris temperiem: agebatur enim tunc menſis Aprilis; adumbrat autem nobis fænum illud populum Iſraeliticum, qui virebat, vt fænum, ſed exſiccatum eſt fænum, (Eſaiæ 40. v.7.) *quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo.* Sedet ergo populus nouus ſuper veterem, quia abolita ſunt cæremonialia legis. (ad Philip. 3.v.8.) *Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem*, ait Apoſtolus. Propter Chriſtum, vel ſuper gramen, vel herbam diſcumbit, qui laſciuentis carnis petulantiam frangit quique ſpiritus facta carnis mortificat.

DISCVBVERVNT ERGO VIRI NVMERO, QVASI QVINQVE MILLIA, exceptis mulieribus, & paruulis. Duo genera hominum in veteri lege inuenta ſunt. Primi generis homines iuſtitiam legis ſectabantur, (ad Philip. 3.v.6.) in quorum numero haberi poteſt Paulus Apoſtolus, *qui in lege* (inquit) *Domini conuerſatus ſum ſine querela*. Secundi autem generis homines, qui ad idolorum cultum facilè declinabant *neque* (inquit) *idolis ſeruientes*: ſicut ſcriptum eſt, (1.Cor.10. v.1.) *ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*. Primi generis typum geſſerunt viri iſtius conuiuij, ideoque numerantur. (L) Secundi verò mulieres, & pueri, qui facilè (Num.1.) mouentur, propterea è numero excluduntur. Ideò etiam pueri non recenſebantur in numero filiorum Iſrael. Turbæ denique, & Apoſtolorum prompta obedientia cõmendatur, qui abſque reluctatione iuſſis obediuere Dominicis: illis enim ſine cunctatione eſt obediendum.

ACCEPIT ERGO IESVS PANES, ET CVM GRATIAS EGISSET DISTRIBVIT DISCVMBENTIBVS, SIMILITER, ET EX PISCIBVS QVANTVM VOLEBAT. Cùm diſpoſita eſſet turba ſuper fœnum ad comedẽdum ſecundũ diſtributa conuiuia, primò Dominus ſuſpexit in cælũ, ipſo geſtu demonſtrans vnde ſibi eſſet hæc poteſtas miraculi faciendi; deindè gratias egit Deo patri, (vt dicit Ioannes) pro donis ipſius, humano generi in cibum præſtitis, & ſingulariter pro accepta poteſtate ab eo ad præſens miraculum perpetrandum; poſtea benedixit illis panibus, dicit Lucas. Quæ quidem benedictio (impletio fuit diuinę voluntatis, ac gratiæ) non quidem ſimplex, ſed efficiens panum benedictorum multiplicationem, quemadmodum benedictio panis in vltima cæna operabatur panis tranſubſtantionem in corpus Chriſti; poſtremò fregit panes, ac diſtribuit diſcipulis, vt diſtribuerent turbæ. In qua ſanè fractione, atque diſtributione, facta eſt diuinius panum multiplicatio, ad eum propè modum, (Gen.2.) quo per multiplicationem ex coſta Adæ facta eſt Eua. Et quo hydria farinæ non deficiebat, nec lecythus olei minuebatur (3. Reg.17) in domo viduæ Sareptanæ ad preces Helię. Parum (4.Reg.4.) olei ad preces Eliſei impleuit vaſa multa. Fiunt autem huiuſmodi multiplicationes virtute diuina, per additionẽ materię, vel creando, vel addendo, vel conuertendo. Hoc (Aug. ſup. Ioan.) modo (inquit Auguſtinus) Chriſtus ex quinque panibus ſatiauit quinque millia hominum, quomodo ex paucis granis producit multitudinem ſegetum, quod fit per conuerſionem alimenti. Poteſtas enim erat in manibus Chriſti panes autem illi, quaſi quinque ſemina erant. Additio igitur facta eſt per materiam præexiſtentem.

Denique multiplicatio panum nõ ſolùm facta eſt in manibus Chriſti, verùm ẽt in manibus diſcipulorum eius, atq; diſcumbentium, vt miraculũ certius eſſet, & maius. Cęterũ (Cyrillus.) iuxta myſticam Interpretationem: talis ſenſus horum reddi põt auctore S. Cvrillo in Ioan. Quinque panes hordeacei quinque librorum Moyſi pręferebãt imaginem, tota enim lex, quæ in illis continetur literalem, ac hiſtorialem cibum, ideoq; duriorem, & quaſi hordeaceum affert: Duobus aut piſcibus, piſcatorũ libros, quibus delicatiora hominibus deferuntur, ſignificari arbitror. Duo autem piſces ſunt, quia prædicatio Chriſti, quæ per Apoſtolos effulſit Euangelica, & Apoſtolica ſcriptura ſplendet: ita ſaluator diſciplina legis ſpiritalis, & noui teſtamẽti, mirabili doctrina fidelium animas, ad vitam alit æternam. Et reuera quemadmodum ſua ſpolia diuelli non poſſunt, ſic & populus Iudaicus flagellis cæſus toties, ac varijs calamitatibus afflictus, ſenſum legis literalis non amiſit. Deferebat quinque panes ille populus, ſed non diſtribuebat illos. Chriſtus autem deſcendens de ſinu Patris in mundum panes accepit, benedixit, ac fregit, diſtribuitque diſcumbentibus, quia aperuit nobis ſenſum, vt intelligeremus ſcripturas. Atque ita panes illi hordeacei, triticei facti ſunt. *Nonne cor noſtrum* (inquit) *ardens erat in nobis cum loqueretur in via, & aperiret Scripturas?* (Lucæ 24. v.32.) O ineffabilem Chriſti miſerentis liberalitatem! ò raram turbæ famelicæ ſaturitatem! Non ſolùm enim Iudæos ſatiauit, verùm & gentes repleuit de reliquijs, quæ illi conuiuio ſuperfuerant. Magnæ potentiæ, & miraculi cuiuſdam exiſtimatur fuiſſe, quod Piaſtus (vt inferius referam) ex tenui (Inſtitutione Mor. Crom. libro 2.) ſuo penu, conuentum penuria laborantem augeſcente rerum earum, quæ promebantur copia refecerit. Sed maiori miraculo, & potentia augebatur panis, & piſces in manibus Chriſti. Hæ fuerunt victimæ Sapientiæ, ac cuius menſam tanta multitudo ſedit, & ſaturata eſt. Quod quantę fuerit dignitatis, quis explicabit. (1. Reg.20) Apud Iudęos cõuiuio regum adhiberi, honor maximus erat. Vnde Dauid confecto Goliathe gigante apud Saulem Regem id honoris cõſecutus eſt, vt nouilunij die cum rege accumberet. (2.Reg.9.) Dauid poſtea Miphibozetho Sauli Regis filio eundem honorem conceſſit. Berzelabo Galaaditæ ſimiliter, propter magna eius erga ſe exulem, à filio pulſum beneficia idem concedere voluit. At eo propter ætatẽ recuſante, in filium eius Chamamum tranſtulit. (2.Reg.19) Imò etiam apud Scythas ſemel quotannis ſinguli regionum princeps miſcent vinum crateri; de quo Scythæ omnes hoſtiũ homicidæ bibunt: nemo guſtat, qui nihil præclari operis ediderit, ſed ſine honore ſeorſum ſedet. Quæ res apud eos maximæ ignominiæ eſt. Qui verò complures cædes fecerunt, hi duobus pariter, quos habent calicibus potant. (Herod. lib.4.)

Quod autem ſolùm panem multitudini diſtribuit, Chriſtus id conſuetudinem Eccleſiæ Sanctæ Romanæ commendat, quæ ſub vna ſpecie panis populum communicat. Hunc ritum mutandum non eſſe contra Huſſitas defendit D. Capiſtranus, vt refert Dubranius, Ioannes (inquit) Capiſtranus, à Nicolaò V.P.M. Boemis conuertendis deſtinatus. (Dubra. lib.29.) Cui homini ſumma dicendi facultas, incredibilis memoria, vitæ ſanctitas rara, mirumque ſtudium in vitijs inſectandis, & corrigendis erroribus. Ille prius in Morauiam diuertit, manſitque Olamucij apud ſodales ſuos haud paruo tpe, docens populum tantam celebritatem frequentem, vt illũ, vel capaciſſimum templum non caperet, ſed neceſſe habuerit in foro ſermocinari duob. ſemper aſſiſtẽtibus interpretibus, altero Boëmo, altero Germano, qui ea, quę Latinè diceret, vernacula lingua pronunciarent. (M) Dicebat aũt contra Rokcyczanum communionem vtriuſque ſpeciei, quod ad idiotas attinet, non eſſe ex veritate præcepti Euangelici, nec licere cuiquam ritum ab Eccleſia cum bona ratione introductum auſu temerario mutare: Venceslaus à Boſcouieze inter proceres Morauię magnę auctoritatis Valle Huſſitis dicto ad Romanos cum duobus ſubditorũ millibus reuertit Rokcyczanus Huſſitarũ antiſignanus ad diſputationem eum prouocauit, definitis certis quibuſdam locis, ſibi valde idoneis. Contra Capiſtranus Olomucium illum, aut Brunnam inuitauit, tanquam ad ciuitates vtrique accomodatiſſimas. Itaque iter in Boëmiã tetendit Rokyczanus ad calumnias conuerſus; profeſſionem monachi ei quaſi probrum obiectabat, hypocritam, ſeductoremque populi, & pacis interturbatorem appellabat. Capiſtranus autem in lucro animarum de die in diem proficiebat, donec in Poloniam inuitatus veniret. Itaque quemadmodum hic Chriſtus ſolos panes diſtribuit multitudini, ita idiotæ ſub vna ſpecie communicandi ſunt, vt diuinis benedictionibus adimpleatur, quemadmodum illa multitudo de qua ſubdit Euangeliſta: VT AVTEM IMPLETI SVNT, DIXIT DISCIPVLIS SVIS: COLLIGITE, QVÆ SVPERAVERVNT FRAGMENTA NE PEREANT. COLLEGERVNT ERGO, ET IMPLEVERVNT DVODECIM COPHINOS FRAGMENTORVM EX QVINQVE PANIBVS HORDEACEIS.

Secretiora fuere ſacramenta, quæ ex illo conuiuio per Apoſtolos collecta ſunt. Duodecim ſunt beatiſſimi Apoſtoli, duodecim cophinos repleuerunt, quia duodecim ſunt articuli fidei, quibus mundus repletur, fideles nutriuntur, & Eccleſia ſuſtentatur. Ecce viri fratres lautiſſimum conuiuium habetis paratum in monte hoc id eſt in Eccleſia

Catho-

Digitized by Google

Catholica,ad quod, vt veniretis ſolicitè inuitatur: vos autem veniſſe gaudeo,atq magnifico huic conuiuio intereſſe mirum in modum lætor. Vnuſquiſque ergo è ſuo loco quaſi è ſua ſede ſurgens,ad menſam omni genere refectionis pleniſſimam properet. Si panis hordeaceus alicui durus videbitur,non eſt, quod timeat,quia triticeus effectus eſt; Chriſtus adaperuit omnia,ita vt iam velum templi ſciſſum ſit. Itaque ſi quiſpiam cupit refici myſticis ſenſibus diuinæ ſcripturæ,& profunditatibus Prophetarum arcanis repleri in hac ipſa menſa abundanter inueniet. Quod ſi veſci deſiderat delicationibus,ac ſuauioribus cibis,tranquillo, ac pacato ſit animo neque diffidat, nam diuinis ſcripturis Catholicam, & Apoſtolicam menſam,doctrinæ plenam, & ſuper affluentem in hac eadem menſa reperiet. Si dubitat de miniſtrorum fidelitate, & prudentia, omne procul dubium abigat, quia Apoſtoli ſunt huius conuiuij miniſtri, ideoque de ipſorum miniſterio dubitare nefas eſt. Quod ſi adhuc auidus fuerit,ſciendi ſacroſanctum myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, altiſſimum ſecretum incarnationis Chriſti mundique creationem mortuorum reſurrectionē, piorum, atque impiorum retributionem, ecce duodecim Apoſtoli parati ſſimi ad docēdum aſtant. Accedat,accipiat, his paſcatur in his immoretur, & delectabitur in latitudine anima eius. Si non videtur, hoc vobis lautiſſimum conuiuium eſſe, in quo nihil deeſt, quod ad animæ ſalutem pertinet;properemus ergo ad huiuſmodi conuiuium, vt ſimus cum Chriſto in æternum ILLI ERGO HOMINES; CVM VIDISSENT, QVOD FECERAT IESVS SIGNVM, DICEBANT, QVIA HIC EST PROPHETA. Nempe Meſſias tamdiu expectatus, & promiſſus,ſeu prædictus,venturus. Cum deberet Deum fateri, tantum eum Prophetam acclamat turba. Nec mirùm, quia talem ſibi fingebat carnales homines prophetam illum,& Meſſiam,qui nimirùm eos paſceret, & diuitijs abundare facere. Et hæc videtur ratio potiſſima,quod nunc primum Regem ſibi voluerint illum creare, & quod maximè prophetam clamarunt.

IESVS AVTEM CVM COGNOVISSET. Quamuis dicere poſſimus ſigno aliquo, vel ex eorum verbis id eum cognouiſſe; longe tamen credibilius eſt præueniſſe etiam ipſum cogitationes eorum:ita vt antequam id decreuiſſent,præcognouerit eorum decreta,& cogitationes,quæ futuræ erant,antequam eſſent, ergo non modò præcognouit eos redituros,vt ſe facerent regem, quod ideò affirmo, quia alioquin,id eſt ſi talé quid iam cōceperant,non abijſſent, niſi poſt acclamatum regem. Itaque CVM COGNOVISSET, QVIA VENTVRI ESSENT, id eſt fore, vt decernerent inter ſe, & venirent. VT REGEM FACERENT, ſi expectaret,& ſi eos blandè præſertim acciperet redeuntes aufugit,id eſt ſeceſſit VT RAPERENT etiam inuitum cogerent, & acclamarent, ac declararent regem FVGIT SECESSIT dimiſſa prius turba,etiam velociori greſſu vt doceret nos honores velociter fugere,& ad montem diuinæ contemplationis contendere, ſed ne tumultus etiam aliquis, vel ſeceſſio contra Romanos fieret,& verbi prædicatio impediretur. Dicitur ITERVM. Nam ſubierat,antequam ſatiaret turbam,in montem, vt habet Ioan. vbi ergo deſcendit, & pauit turbas,ac dimiſit,iterum aſcendit; hoc autem feciſſe videtur duas ob cauſas, & orandi ſtudio, & vt ſecedens ſtatim dimiſſa turba, omnem à ſe affectari regni depelleret ſuſpicionem, & calumniam. Vnde dicitur. SOLVS non diſcipulos voluit ſecum habere,ne aliquam regni ſpeciem diſcipulis cinctus præſeferre, atque adeò omnem affectationem eius regiā ſe remoueret,& nullus calumniæ locus relinqueretur. His accedit,quod id ad ſe occultandum magis faciebat. Denique
Marci 6.
propterea etiam puto dimiſiſſe diſcipulos,vt animaduerterent turbæ,atque intelligerent non ibi fore manſurum,atque adeò nec redirent: illud ad mores facit,quod Theophilus notat. Dimiſſis aſcendit in montem,vt oraret ſeorſum, quiete, & tranquillitate opus habent præces. Nos igitur exemplo Chriſti fugiamus cōfuſionem,& vanitatem mundi, vt quiete ad Deum preces effundere, & gratiam eius in hac vita,ac tandem gloriam in futura obtinere valeamus. Amen.

INTSITVTIO Moralis

Dominicæ Quartæ Quadrageſimæ.

De Magnificentia,et Liberalitate.

Colligite,quæ ſuperauerunt fragmenta. Ioan. 6. v. 12.

Multam gloriam fecit Dominus, magnificentia ſua à ſæculo. Eccl. 44. v. 2.

EGregium illud lumen magnificentiæ Salomon de quo inquit ſcriptura, *Magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges terræ,* admonet Principes, vt labe auaritiæ excluſa, magnificentiæ virtututem amplectantur. Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, quaſi arenam,quę eſt in littore maris. Dedit illi Deus cor magnificum,cor magnanimum,extenſum,& dilatatum,ſicut arena in littore maris;ad operandum magna,ad ædificandam domum Dei,ad faciendas expenſas immenſas, ad extruenda palatia ſumptuoſa, ad plantandos hortos, vineas, fontes,& cætera,quæ ad recreandum animum ſpectant,ad ſuſtentandam familiam, ad conſeruanda, & acquirenda regna,ſtatus,prouincias,ad oſtentandam gloriam maieſtatis ſuæ. Sed ecce plus quàm Salomon Chriſtus Dominus: multò maiorem magnificentiam,maiorem gloriam declarauit erga multitudinem,quę eum ſequebatur,apud quam in tantam (per magnificentiam,& liberalitatem) venit exiſtimationem; vt eum voluerint facere regem. Magnum prudentię exemplum habent principes,& homines diuites in hodierno Euangelio; cùm Chriſtus Dominus colligere iuſſit fragmenta, quæ ſuperauerant,ne pereant:non quòd neceſſe haberet ſeruare in craſtinum fragmenta, qui ſicut hodie ſic panes multiplicauit,ſic poſſet, & die craſtina multiplicare,& de lapidibus panes efficere. Sed vt inſtrueret diuites prudentiam, & regimen in diſtribuendis bonis communibus, & proprijs. Alexander Magnus dicere ſolebat, licet fuerit multùm liberalis, & magnificus: non eſt bonum,quòd hortulanus ſic colligat flores, & diſtribuat; vt radices de terra euellat. Non eſt bonum, quòd ſic fructus ex arboribus colligat, vt arborum radices non relinquat. Poſſeſſio regum eſt hortus, in quo diuerſi flores, diuerſæ arbores ſunt plantatæ,diuerſi reditus regij, diuerſi cenſus, qui ſi ſic diſtribuantur, vt omninò theſaurus non euacuetur,ſemper florebunt, & fructum afferent:quod ſi penitùs per prodigalitatem pereant; non erit quod amplius diſtribuatur rectè hoc dictum Alexādri poteſt accommodari ad illud,quod refert ſacta Scriptura de Nabuchodonoſor. Arbor quam vidiſti tu es rex. Arbor plantata in Babylonia erat Nabucodonoſor rex: quæ ita fructu abundabat; vt nō ſolùm pro alendis omnibus hominibus illius regni ſufficeret,ſed etiam pro iumentis, & animalibus. Erat arbor ita alta,vt cacumen eius cęlos tangeret:rami eius ita erant extenſi, vt totam terram cooperiret, & ſub vmbra alarum ſuarum homines, & iumenta protegeret, & defenderet ſufficienter. Sed audita eſt vox de cælo Arborem,& ramos eius ſuccidite. Vnde euenit, vt homines,& animalia,nec paſtum, nec protetionem amplius haberent. Verumtamen radices eius relinquite, vnde ſpes reſtaurandi regnum, & ad primitiuam magnificentiā reducendi remanebat. Idem accidit in diuerſis regnis: vbi ſi reditus, & fructus regni prudenter communicentur,& diſtribuantur, ne radices pereant;etiamſi flores,& fructus ſic diſtribuendo deficiant, non eſt difficilis reſtauratio: quòd ſi penitùs radices euellantur, non eſt remedium aliud, niſi exceſſiuis emunctionibus regnum in nihilum redigere, & ſanguinem pauperum exhaurire.

Docet ergò Chriſtus Dominus in hodierno Euangelio B hanc politicam prudentiam, ne princeps ſit prodigus diſſipator.

Margin: A 3.Reg.10 v.23.

Digitized by Google

pator. Docet præterea ne ſit auarus, ſed liberaliter, magnificè, & abundanter eroget bona ſua, & communicas in bene meritos, & pauperes. Non ſolùm enim iuſſit Chriſtus colligere fragmenta ne perirent: ſed etiam ſatiauit multitudinē abundanter. In eo imitari debent Chriſtum, qui gloriam, & magnificentiam ſuam in conſpectu tantæ multitudinis hodie declarauit. Nec mirùm, quia magnificentia eius à ſæculo. A ſæculo fuit Chriſtus bonum infinitum, quod natura ſua eſt ſui ipſius communicatiuum, & diffuſiuum, & quantò maius bonum, tantò magis communicatiuum: Cęlum, ſol, aſtra, liberalitatem, & magnificentiam ſuam hominibus exhibent, cùm in hæc inferiora influunt; ſed magnificentia Chriſti Domini ſuper cælos. Quis enim vidit ſolem, aut aſtra de cęlis in terram deſcendiſſe, vt liberalitatē, & bonitatem ſuam hominibus teſtatam facerent? Per lumen, & motum multa liberaliter, & magnificè operantur, aliter non. Sed Chriſtus dominus non ſolùm per omnipotentiam mundum creauit, per ſapientiam gubernat, & conſeruat: ſed etiam ipſe de cęlo deſcendit, vt homines iuſtificaret, & ad cęlos reuocaret. Ac non ſolùm bona ſua communicauit hominibus: ſed ſeipſum per vnionem Hypoſtaticā hominem fecit, vt homines Deos faceret. In hoc diuites, & Principes debent imitari Chriſtum, tanquam Deum omnipotentem, magnificum, & liberalem; cuius vices gerunt in terris: vt tantò magis ei aſſimilentur. Vix enim habet nomen Regis, aut Principis, qui nō habet naturalem appetitū impertiēdi diuitias indigentibus, necnon frangendi panē eſurientibus, ſubueniendi exhauſtis. Si autē magnificus, ac liberalis Princeps fuerit, ſi magnos in gloriam Dei ſumptus fecerit, ſi multa propter Deum, & pias cauſas elargiatur: operatione quadam, & magnificentia diuina fiet, vt & ipſe diues efficiatur, diuitiæ eius multiplicentur, & regnum omnibus abundet: ſicut hodie inter Chriſti manus frangentis, panes multiplicati ſunt. De his ergò virtutibus Magnificentia, & liberalitate, in hac inſtitutione nobis agendū eſt. Et in primis, vt intelligamus, quæ nam magnificentia ſit ita quæ eſt à ſæculo, vt inquit Eccleſiaſticus de magnificentia, vt eſt virtus moralis, quod hæc magnificentia ſit virtus, & ſpecialis virtus dicemus. Deinde, quod alia ſit magnificentia propria Principum, alia communis omnibus chriſtianis, qua etiam pauper aliquis magnificus eſſe poteſt, & eandem alia propria Deo, quæ à ſeculo eſt, denique de liberalitate, quæ multam, affert gloriam tractabimus, etenim multam gloriam fecit die hodierna ille, cuius magnificentia à ſæculo.

Non poſtremùm, imò quaſi præcipuum locum inter virtutes morales obtinent magnificentia, & liberalitas. Id ex-
Sap. 18. v, 24. preſsè innuit Spiritus ſanctus in Libris Sapientiæ: *In veſte enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat,* in quo excellentia huius virtutis declaratur. Hac igitur virtute decet Principes temporales, & eccleſiaſticos ornatos eſſe, vt & pietatis & communis boni gratia impenſis minùs parcant, animoſque induant ad templa, cænobia, xenodochia, academias, collegia, erigenda, & amplis reditibus alenda, & ad ea, quæ ad ornamentum, & vſum Reipublicæ pertinent, vt publicorum ædificiorum, viarum, pontium erectioni ſumptus applicent: hoſpites liberaliter ſuſcipiant: legationes, munera publica magnificè expediant: bona Reipub. rectè diſtribuant. Ad hæc omnia rectè peragenda incitat magnificentia, quæ ſine dubio virtus eſt. Nam virtus dicitur per comparationem ad vltimum in quod potentia poteſt, non quidem ad vltimum ex parte defectus, ſed ex parte exceſſus; cuius ratio conſiſtit in magnitudine. Et ideò operari aliquid magnum, ex quo ſumitur nomen magnificentiæ, propriè pertinet ad rationem virtutis. Vnde magnificentia nominat virtutem.

D. Tho. 22. 135. Hac ratione probat D. Thomas magnificentiam eſſe virtutem, cui & alias rationes adiungere poſſumus. Nam ad virtutem pertinet exceſſum, & defectum moderari, & inter extrema rectè conſiſtere: quòd etiam magnificentiæ conuenit, quæ defectum, & exuperantiam moderatur. Defectus, & modicitas eſt extremum magnificentiæ: quod ex eo ſic appellatur; quia licet magnos ſumptus faciat modicus, præ dolore tamen non perficit, & abſoluit. Exuperantia quoque magnificentiam dicitur ſtoliditas; propterea quòd ſumptibus vtatur in rebus paruis, & abiectis, propter imperitiam, & ignorantiam quandam circa decorum. Nō enim decori rationem habet, qui in rebus paruis magnos ſumptus facit. Contra modicitas in rebus magnis paruos ſumptus extendit; & licet incipiat magna agere, mox reſilit à ſuo conatu, ſumptuum quantitate perterrita: Itaque ſtolidus, ſeu potiùs ſordidus eſt, qui vult videri magnificus, in rebus paruis facit magnos ſumptus, ſicut Megarenſes, qui in apparatu ſcenæ, loco pallij purpura vtebantur, contra decorum, & conſuetudinem. Sordidus ergò omnia talia non honeſtatis, ſed oſtentationis diuitiarum cauſa facit, & vt admiratione propter hæc (vt ipſe putat) homines afficiantur: Atque ita vbi multos ſumptus facere oportet paruos facit, vbi verò opus eſt paruis magnos. Puſillus autem, in decoro circa vniuerſa deficit, & maximè factis ſumptibus in paruo perdit decorum, quod accidit cum aggreditur opus magnificum, ſed non perficit ſumptuum magnitudine retardatus: contra Magnificus primò conſiderat opus magnificum, deindè ſumptuum magnitudinem: nihilque eum poteſt remorari, quominus aggrediatur, & exequatur opus ſe dignum.

Præterea magnificentia pręſtat, vt magnificus honeſti cauſa omnia faciat: iam autem commune eſt omnibus virtutibus, vt honeſti cauſa agant. Accedit quòd magnificus impellente magnificentia facit magnos ſumptus cum voluptate. Sanè omnis virtus cum voluptate operatur, quòd non competit magnificentiæ reſpectu modicitatis, quæ in ſuo opere dolorem habet. Facit etiam magnos ſumptus ſine parſimonia modicitas verò cum parſimonia, & computatione, ac exquiſita cura pecuniarum; & ideò magnificentia, vel potiùs magnificus conſiderat magis quo pacto fiat opus decens, quàm quanti conſtet: contrario modo ſe habet modicus. Denique magnificentia agit liberaliter: quæ quidem conditio tàm modico, quàm ſtolido, vel potius ſordido non competit, eò quòd neuter eorum tenet conditiones, quas liberalis obſeruat in agendo. Magnificus eas obſeruat, vt oportet, & quando oportet. Eſt igitur magnificentia virtus ob rationes dictas, eſt etiam ſpecialis virtus, ſiquidem magnificentia eſt magnarum rerum, & excelſarum, D
cum animi magna, & ſplendida proportione cogitatio, atque adminiſtratio, id eſt executio, vt in rhetoricis dicit Cicero. Cicero.

Cæterùm quia magnum opus (vt fert hominum ſententia) abſque magnis ſumptibus fieri non poteſt: ille cenſetur eſſe magnificus, qui in opere aliquo excelſo, & magno magnas pecuniæ expenſas facere conſueuit, quia ergo circa ſpecialem materiam occupatur eſt ſpecialis virtus, quæ ex acie fortitudinis deſumitur, & ad tentorium fortitudinis pertinet. Et licet ad fortitudinem ſpectet, tamen ab illa differt, imò & à liberalitate, à qua minùs differre videtur. ideò eſt ſpecialis virtus. Quia enim in aliquo fortitudinem imitari ſtudet: ideò pars fortitudinis eſt, ſiue ad fortitudinem ſpectare dicitur. Imitatur autem circa ardui adeptionem: nam ſicut fortitudo circa arduum, ita etiam magnificentia circa arduum; Arduum eſt enim homini pecuniam profundere: deficit tamen à perfectione fortitudinis, & ab ea differt: quia fortitudinis arduum eſt mortis periculum. Magnificentia, autem eſt pecuniarum profuſio, differt etiam à liberalitate, videtur (inquit Philoſophus) & ipſa virtus quę- Ethic. 4.
dam circa pecunias eſſe: non tamen ſeſe extendit, vt libera- cap. 2.
litas ad omnes pecuniarios actus, ſed ad ſumptus tantùm, atque in his liberalitatem exuperat, quaſi dicat: licet liberalitas, & magnificentia verſentur circa pecunias; liberalitas tamen ſe extendit ad magnos pecuniarios actus. Magnificentia verò non niſi ad magnos ſumptus, magnaque opera, vnde nomen ſortita eſt ab operum magnitudine: quæ quidem magnitudo eſt ad aliquid, id eſt, ad duo reſpicit, ad id ſcilicet quod agitur, & ad perſonam agentis. Oportet enim magnificum ſeruare decorum; quod profectò fit cum ſumptus perſonæ accommodantur, & operi. Non enim eadem Deo, & hominibus vis eſt ad magnificentiam declarādam: nec eodem impendio templum, & ſepulchrum extruēdum. Non ergo æquales ſumptus ſunt faciendi, ſed operis

atque

atque perſonæ ſemper ratio eſt habenda; præ oculis ſcilicet habendo quis nam ſit, & quam nam habeas facultatẽ agendi, cùm magni ſumptus ad diuitem non ad pauperem ſpectent. Quocirca pauper non erit magnificus: quippè cũ ſibi deſint ea, quibus multos, & egregios ſumptus magnificè exponere queat; alioquin ſi vellet attentare huiuſmodi ſumptus, fatuus eſſet conatur enim volare non habitis alis: qui verò paruis in rebus, aut mediocribus pro dignitate ſumptus facit non dicitur magnificus; ſed tantùm is, qui facit eos in magnis, nam magnificus quidem liberalis eſt: at verò liberalis non continuò magnificus dicitur: ita Philoſophus.

Philoſophus.

E

Ex quibus colligitur differentia magnificentiæ à liberalitate. Verumtamen aduertendum eſt: quòd quia ad magnificentiam pertinet magnum aliquid facere, vt ex ipſo nomine apparet; facere autem poteſt accipi, vel pro operatione extrinſeca, ſicut facere domum, ædificare templũ, extruere cænobium, monaſterium, arcem, turres, &c. vel pro quacunque actione, ſiue interna, ſiue externa, ſiue oris, ſiue operis; de vtraque magnificentia hic nobis agendum eſt: ſed primò de magnificentia propriè ſumpta, & quidem magnificentia ſecundo modo ſumpta eſt communis diuitibus, & pauperibus: ſed ſumpta primo modo eſt virtus peculiaris, quæ ad Principes ſpecialiter ſpectat; quorum munus eſt expendere honorabiles ſumptus in opus excellens in quantitate, pretioſitate, dignitate, maximè quod pertineat ad diuina ſacrificia; circa hoc enim potiſſimùm verſatur magnificus: ideò magnificentia coniungitur ſanctitati: quia eius effectus præcipuè ad religionem, ſiue ad ſanctitatem ordinatur; & ſic ædificare templa, monaſteria, xenodochia, ad magnificum ſpectat, quanquam ſi pro bono inſuper communi quiſque notabiles effundat expenſas, magnificus etiam verè habeatur. Huiuſmodi autem ſunt, qui erigunt munitiones, arces, domos regias, ſepulchra magnifica, hortos, bibliothecas.

Vtriuſque magnificentiæ plurima habemus exempla tã apud Hiſtoricos, quàm in Sacra Scriptura. Conſtantinus Magnus eccleſias duas vnam S. Petri Apoſtoli, alteram S. Pauli ſibi inſtaurandas, & audicodas ſuſcepit: quarum illa erat in Vaticano, quòd ibi Petrus ſub Nerone, actus in crucem eſſet: hæc via Oſtienſi, quòd eo in loco, Paulo caput eodem die amputatum fuiſſet. Singulas verò Baſilicas auratis trabibus, ac multiplici columnarum ordine, vt omnem ſuperarent templorum veterum opulentiam, exornauit; ac patrimoniis toto Occidente diſperſis ad eccleſiarum vſum, ac magnificentiam auxit. Hunc imitatus eſt Caſimirus Magnus Rex Poloniæ, qui omnes ferè ciuitates, & arces in Polonia muro cinxit, plurimaſque arces, & baſilicas condidit. Heduigis Vladislai Iagellonis Polloniæ Regis vxor Pragæ domum peramplam Lituanis, qui honeſtis diſciplinis operam darent, ſiue emit, ſiue condidit; poſſeſſioneſq; peramplas, vnde eis ſumptus ſuppeditarentur adiecit; moriens, quicquid habuit reliquum in ſupellectili; partim egenis dilargiendum, partim ad excitandam Cracouiæ, & conſummandam academiam, quam Caſimirus magnus Caſimiriæ inchoauerat, legauit. Ex illius ergo teſtamento cumulatiore liberalitate regis anno 1401. duæ domus, ſiue collegia excitata alterum Philoſophis, & Theologis, in platea, quæ Iudæorum tunc fuit, nunc verò Diuæ Annæ nomine nuncupatur: alterum Iuriſconſultis, & Medicis, qua ex vrbe ad arcem itur. Acciti tandem Magiſtri, & Doctores omnis generis è Pragenſi academia, rurſuſque his in perpetuum attributi à rege è ſalinis, & telonio certi reditus, & adiuncta omnia ſacerdotia apud D. Floriani ædem; præter præpoſituram, vt vocant. Refert etiam Ioachimus Cureus de quodam conſule Cracouienſi, quòd cum Carolus IIII. nuptias celebraſſet Cracouiæ, cum Eliſabetha nepte Caſimiri Poloniæ Regis) quindecim reges, qui nuptijs interérãt domi ſuæ regio epulo exceperit; Caſimiro primum, Carolo ſecundum diſcubitum dederit: muneribus regijs conuiuas omnes proſecutus, Caſimiro decem myriades aureorum dono obtulerit. Præclarum etiam magnificentiæ exemplũ reliquit Polonis, Sigiſmundus III. Rex Poloniæ: qui, & Baſilicam S. Petri Cracouiæ regio ſumptu magnificè erexit, & exornauit: & arcem Vvarſchouienſem reſtaurauit, auxit, ac maiori ex parte è fundamentis erexit; muro fortiſſimo ex ea parte, qua Iſtula influit, cinxit; præcipuam verò magnificentiam, & pietatem circa expenſas, & ſumptus in honorem S. Caſimiri declarauit.

Sigonius lib. 4. Imperij Occidentalis.

Guagninus in vita eius.

Cromerus lib. 15 & 16.

Ioachimus Cureus in Sileſiæ annalibus.

F

Roma innumera habuit magnificentię exempla. Sixtus V. Pontifex Maximus anno pontificatus ſui primo, nouũ, & antea inſolitum ærarium in caſtro S. Angeli erexit; & in illud confeſtim decies centena millia aureorum intulit; Auxit idem ærarium totidem centenis millibus anno pontificatus ſui tertio: poſterioribus annis eandem ſummam adhuc ter eidem ærario adiecit; legem etiam ſanxit, ne quis denarium vnum ex eo depromeret, niſi certa quædam pericula imminerent, certæque neceſſitates id poſtularent. Ne quis autem ſuorum ſucceſſorum neceſſitates ignoraret, in eadem lege illas his nominibus expreſſit. Primò, ſi generali Principum Chriſtianorũ fœdere decernatur bellum pro recuperatione Terræ ſanctæ, in eo bello tunc ærarium aperiendum, cùm chriſtianorum exercitus mare traiecerit, & hoſtile littus tenuerit. Secundò, ſi tanta annonæ eſſet difficultas, vt extrema populi ruina eſſet metuẽda. Idem etiam de peſte, & lue grauiſſima, periculoſiſſimaque intelligendũ. Tertiò, ſi qua prouincia chriſtiana, vel à Turcarum, vel ab hoſtium Eccleſiæ viribus oppreſſa manifeſtè periclitaretur; vel ſi quod regnum ab hoſtibus S. Romanæ Eccleſiæ occupatum, eſſet recuperandum. Quartò, ſi bellum moueretur ditionibus ad Sedem Romanam pertinentibus: tunc etiam hoſte iam in procinctu exiſtente idem ærarium aperiendum. Hiſce & non alijs caſibus Sixtus voluit ad theſaurum hunc eſſe refugiendum. Idem Pontifex poſt obeliſcos antiquiſſimos incredibilis altitudinis, & admirandi artificij e immodiùs tranſlatos, reſtauratos, & ſumptuoſiſſimè erectos; poſt collegia, Xenodochia, palatia, ædificata, reſtaurata, dotata; circa annum Chriſti. M.D.LXXXIIX. perfecit aquæductum illum, toto orbe celebratum, vrbi vtiliſſimum, in monte Quirinali. Aquam in agro Columnio ſcaturientem à Martio Columna xxv. coronatorum millibus redemit: opus cum fiducia aggreſſus eſt; & ſupra omnium exiſtimationem decimo octauo menſe perfecit; laborabant quotidie hominũ duo millia, ſæpè tria, nonnunquam quatuor; expendit ducenta ſexaginta coronatorum millia. Tandem in palatio Suſannæ, à latere thermarũ Diocletiani, inſigni extructo fonti vbi aquæ iſtæ colligebantur nomen ſuum, quod ante Pontificatum habuerat indidit, fœlicemque vocauit.

G

Debet tamen chriſtianus Princeps multum attendere, ne cum magnificentiam imitari ſtudet, parſimoniæ limites excedat; & in turpiſſimum vitium luxus labatur, de quo cum de vitijs virtutibus oppoſitis agemus, fuſiùs tractabimus. Turcæ ſimplicitatem oſtendunt in ædificijs ſuis; nullam penitùs habentes delectationem in conſtruendis domibus: licet ſint auro, & argento ditiſſimi ſuperfluitatem tamen eſſe iudicant ſi ſumptuoſa palatia ædificantur; raro ex lapidibus, frequenter ex lignis domos conſtruunt. Rident itaque mirum in modum Chriſtianos, cùm ampla vident ab ipſis condi ædificia: quæ ideò putant extructa, quaſi credant perpetuò ſe victuros. Nobiliores autem, æſtatis tempore relinquentes vrbes, in campo ſub papilionibus degũt, venationibuſque vtuntur. Qui verò pecudibus operã dant, nullas penitùs habent domos: ſed cum pecoribus certas pro paſcuis quærunt hyeme calidiora, & inferiora loca, æſtate ſuperiora incolunt. Et quamuis ſint auro ditiſſimi: tugurijs nihilominus exilibus contenti ſunt, oſtendentes ſe mundi peregrinos. Itaque facere magnos ſumptus pro bono publico magnificentiæ opus eſſe, ſupradicta exempla teſtantur; Subuenire quoque pauperibus tempore inopiæ eſt magnificentiæ munus. Refert Cromerus Anno 1362. Fames ingens Poloniam inuaſerat. Erat in Regiis prædijs, atque horreis magna vis frumenti, è ſuperiorum annorum vbertate reliqua. Id frumentum Caſimirus II. Polonorum Rex exteris quidem, ac ditioribus iuſto pretio vẽdi iuſſit: plebs verò egena partim commutatione rerum frumentum accipiebat, partim opere, & laboribus merebatur.

H

Sed ne quis exiſtimet ad ſolos diuites hanc virtutem pertinere, eſt & alia magnificentia, vt ſupra tetigimus tantò ſplendidior, quantò iam ipſa, quàm opera eius minùs corruptioni

Pſal. 28. v.4. ruptioni obnoxia; de hac Dauid: *Vox Domini in magnificentia.* Magnificentia (inquit Baſilius) virtus eſt decenter agendi res magnas. Qui enim res geſſerit magnas, atque illuſtres cum decore, magnificus vocabitur, atque illuſtris. Deffinitio magnificentiæ. Accipit hic D. Baſilius magnificentiam communius, quàm de ea ſupra locuti ſumus: pro quacunque actione magna, ſiue transeat in externam materiam; ſicut ſecare, ædificare: ſiue maneat in ipſo agente; vt ſcire, intelligere, velle. Magnificentia (inquit) virtus eſt agendi res magnas. Hac ratione magnificus eſt qui eſt magnus in eſſentia. In virtute, quia diues virtutibus. In clementia, quia benignus, & munificus. In prudentia, & ſagacitate, quia diuerſis ſcientijs, & rerum agendarum peritia exornatus. In iuſtitia, & ſeueritate, quia omnia iuſtè, quo ad Deum, & homines operatur, ſic dicitur magnificus quilibet magna faciens Et hac ratione magnificus eſt, qui omnia, quæ ad corpus pertinent omninò deſpicit nihili illa præ comparatione bonorum inuiſibiliū æſtimans. Pręterea magnificum calamitas non affliget, nec triſtem reddet. Non homunculorum improborum, ac deſpiciendorum peccata, malaque exempla commouebunt: non carnis impuritas humilem faciet; cùm humilibus affe-
K ctibus, qui locum apud eum ob mentis ſublimitatem non habent, minimè ſit ſubiectus. Hoc modo Deus eſt magnificus: quia magnus in eſſentia, & virtute, iuxta quatuor dimenſiones magnitudinis. Eſt magnus ſecundùm latitudinem, quia omnia continet: ſecundùm altitudinē, quia ſublimius cunctis præeminet: ſeundùm profunditatem, quia nulli alteri creaturæ competit; ſecundùm longitudinem, quia nullus præter ipſum æternus.

De hac ergo magnificentia verba Eccleſiaſtici intelligenda ſunt, magnificentia eius à ſęculo. Huic ſuccedit alia, quæ eluceſcit in gubernatione, & creatione mundi, in iuſtificatione peccatoris, & glorificatione animæ. Quod exprimit Propheta in Pſalmo: *Vox Domini in magnificentia.* Vox Domini ſuper aquas, iuſtificantes peccatores, &c. Propter hanc magnificentiam Deum debemus magnificare; id eſt ipſum exaltando, & laudando, magnum facere, & glorifi-
Pſal. 28. v.32. care, dicendo illud Pſalmi: *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude, & placebit ei ſuper vitulum nouellum, cornua producentem, & vngulas.* Et reuera illud eſt quod ſummè Deo placet; ſcilicet ipſum laudare, & magnificare. Iſtud eſt enim vnum ſolum, quod ſibi offerre poſſumus: vt ſcilicet ipſius virtutes, & magnificētias exaltemus, & vt eius magnalia collaudemus: ſicut faciebat olim Nabu-
Daniel 4. v.31. chodonoſor: *Laudo,* (inquit) *magnifico, & glorifico regem cæli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia: & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.* Hoc modo etiam ſunt virtute magnificentiæ prædити viri ſancti: quia clari, & magni virtutibus, & ſcientijs, charitate in Deum, & homines, benignitate, modeſtia; voluntatis affectu rectiſſimo in contemnēdis rebus terrenis, & excelſo in deſiderio cæleſtium alios excellunt: magni quoad intellectum, & voluntatem. Hi iure meritò ſunt magnificandi, honorandi, & exaltandi: quia iuſti, & boni ad altas, & magnas dignitates vocandi ſunt,
Matth. 5. v.19. vnde Matthæus: *Qui fecerit* (inquit) *& docuerit ſic homines, hic magnus vocabitur in regnum cælorum*: ideſt in Eccleſia Dei. Videmus plerumque, quòd illæ, quæ regimen obtinēt inter apes, ſunt præ alijs multò maiores. Quia verè qui ad regimen, id eſt ad celſitudinem officiorum, & dignitatum promouentur, præ cæteris magni in virtutibus eſſe debent. Quia ſecundum Vegetium: tunc Reſpub. benè agitur, quā-
Vegetius do *non poteſt eſſe maior niſi, qui melior.* Sic Deus magnifica-
2. Pal. 17. v.12. uit Ioſaphat, qui interpretatur præiudicat. *Creuit ergo Ioſaphat, & magnificatus eſt vſque in ſublime.* eleuando mentem ipſius ad contemplandum cæleſtia, voluntatem, & affectū ad amorem, & complacentiam æternorum. Sic quotidie magnificat iuſtos: quia quos vocauit, hos iuſtificauit, illos
1. Reg. 2. v.21. & magnificauit. Sic magnificauit Samuel. *Magnificatus eſt puer Samuel apud Deum*; ideſt ſanctificatus. *Dominus vo-*
Iſai. 42. v.21. *luit, vt ſanctificaret eum. Sic viri Iuda magnificati ſunt valde*
1. Mach. 5 *in conſpectu omnium.* Magnificat etiam Deus iuſtos honore, & gloria paradiſi, quæ eſt ſumma, & vltima magnificentia: quòd ſcilicet homo poſt vitæ decurſum, & poſt agonem militiæ præſentis, aſſumatur ad triumphū gloriæ paradiſi, & ad magnificentiam imperij æterni. Vnde de viro iuſto in cęlis glorificato, & magnificato dicit Eccleſiaſticus: *Simi-*
Ecel. 45. v.2. *lem illum fecit in gloria Sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum.* Tunc propriè magnus vocabitur in regno cęlorum: quia in inuariabili ſtatu, perpetuo, & inceſſabili, præ cæteris maior conſtituetur; qui hic minor videbatur. Sicut ſtella minor eſſe videtur tota terra: ſed veniet tēpus, quando minima ſtella maior apparebit tota terra: quādo viri iuſti, qui in mundo contemnuntur, magnificabuntur in gloria Sanctorum.

Volunt etiam peccatores eſſe magnifici, & magnificari à Deo, & hominibus: ſed abſque fundamento. Hos magnificat mundus, potentia, & eminentia terrena, diuitiæ mundanæ, ſcientia, amicorum multitudo, proſperitas temporalis. *Magnificati ſunt* inquit Propheta, *& ditati impinguati*
Ierem. 5. v.28. *ſunt, & incraſſati præterierunt ſermones meos. Linguam no-*
Pſ. 11. v.5 *ſtram magnificabimus labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter*
Iſ. 9. v.3. *Dominus eſt?* Sed de talibus dicitur apud Iſaiam. *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* De talibus, inquam, qui vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Vana eſt hæc magnificentia. Nobis procurandum eſt, vt ſi à Deo magnificari volumus; ſicut Ioſaphat, Samuel, & viri Iuda olim à Deo magnificati ſunt; ſi, inquam, in præſenti vita Dei gratia, in cęlo honore, & gloria, magnificari optamus: magnificentiam vanam huius mundi, magnificentiam eorum, qui vocant nomina ſua in terris ſuis, contemnere ſtudeamus. Ante omnia autem neceſſe eſt, vt magni ſimus virtutibus. Hęc enim magnificentia eſt perfectiſſima, hæc magnificentia eſt propria ſanctorum, hæc magnificentia eſt maximè coniuncta cum ſanctitate. Hæc eſt magnificentia ſanctorum. Denique ſi à Deo magnificari hic, & in futuro cupimus; Deum magnificemus, laudando, & glorificando maieſtatem ipſius. Quia enim omnia opera eius ſancta ideò laudandum nomen illius cum cantico hic, & in futuro ſæculo, cum Sanctis Angelis eius in perpetuum. Quia multam gloriam fecit Dominus magnificentia eius à ſęculo.

Hæc de magnificentia dicta ſufficiant; ex quibus etiam facilè intelligitur, quid de liberalitatis virtute quæ multam affert liberalibus gloriam, dicendum ſit. Nam in primis certum eſt, quòd liberalitas eſt virtus, quæ circa exteriora bona, ideſt circa diuitias verſatur: & tenet medium in dando, & accipiendo. teſte Philoſopho videtur (inquit) liberalitas,
L Philoſop. mediocritas circa pecunias eſſe. Non enim bellicis in rebus ipſe vir liberalis, nec in quibus laudatur vir temperans, nec etiam in iudicijs; ſed in dandis, capiendiſuè, & magis in dādis pecunijs laudatur, atque pecunias eò dicimus vniuerſa, quorum æſtimatio menſuratur numero; & rectè: nam qui rebus, quibus poſſumus benè, & malè vti, benè vtitur; hic virtute præditus eſt: ſed liberalis ita ſe habet circa pecunias, igitur liberalitas eſt virtus, & ipſe liberalis eſt virtute præditus.

Eſt itaque liberalitas virtus: quia mediat inter extrema, & benè vtitur diuitijs, quibus poſſumus malè vti; quod planè eſt officium virtutis. Nam ſicut diuitiæ ſunt impedimēta improbis, ita probis ſunt adiumenta virtutis: & licet pauca vni ſufficiant, interdum tamen alicui ſuperabundantia conceſſa eſt diuitiarum, vt ex recta, & liberali diſpenſatione earundem, ſibi, & alijs prodeſſe valeat. Nam & Deus non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari: niſi velis eſſe ita perfectus, vt bonis tuis pauperibus impenſis, pauperē Chriſtum ſequaris. Omnis præterea operatio ſecundum virtutem fit vt oportet, & quando oportet, & gratia honeſtatis, & vt recta ratio dictat; & delectat operantem. Sic etiam ſe habet liberalis in dando: agit enim iucundè, & ſecundùm rectam rationem. Si quis verò huiuſmodi conditiones omiſerit in ſuis pecunijs erogandis, liberalis dici non poteſt. Similiter, & qui dando dolet: eo quòd honeſtis actibus gaudere potiùs, quàm triſtari debemus. Nec is qui capit vnde nō oportet: liberalis enim non facilè accipit beneficia. Accipit autem liberalis, vnde oportet, nempè ex ſuis bonis: vt habeat vnde alijs det, & eroget. Neque dat ſua indifferenter omni petenti: vt habeat vnde ijs impartiatur ſua, quibus congruè ſunt impartienda, ſcilicet quibus oportet, & quando oportet.

Attinet etiam ad hominem liberalem, vt in dando adeò exuperet; vt ſibi pauciora relinquat. Liberalis enim non

ſupſum

& ipſum, ſed alium potius reſpicere debet; verumtamen ha-
benda eſt ratio facultatum. Nihil quippè prohibet eum eſ-
ſe liberalem, qui pauciora dat, propterea quòd cur tam ha-
beat ſupellectilem. Liberalis igitur actio non in multitudi-
ne rerum, quę dantur, ſed in habitu dantis conſiſtit; qui pro
facultatum tenuiori, vel ampliori acceſſu, plus vel minus e-
rogat. Eſt quoque virtus ſpecialis ab alijs diſtincta, cùm à
magnificentia à qua minùs diſtingui videtur, iuxta ſupe-
riùs dicta, diſtinguatur ſpecie. Licet enim circa eandem ver-
ſentur materiam: diuerſo tamen modo agunt, atque diuer-
ſa ratione. Nam alia ratio recta actus, & operationes homi-
nis liberalis; alia verò operationes hominis magnifici men-
ſurat, & conſiderat. Liberalitas enim paruis in rebus mo-
dum obſeruat, Magnificentia verò in rebus magnis decorũ
cuſtodit. Inſuper magnificentia opus commune: liberalitas
verò particulare exercet, & hinc ſpecie à magnificentia di-
ſtinguitur. Nec etiam eſt fortitudo, aut temperantia, aut a-
3. Ethic. liqua alia virtus: vt docet Ariſtoteles, neque tamen eſt ſine
alijs virtutibus, & præcipuè ſine benignitate; ſi tamen non
ſit maior benignitas, quàm facultates: vt pro dignitate cui-
Cic. offic. lib. 1. quã tribuatur, ex iuſtitia, aut gratitudine, vt docet Cicero.
Nihil enim eſt (inquit) liberale, quod non idem iuſtũ. Qui
enim liberaliores eſſe volunt, quàm res patitur, primùm in
eo peccant, quòd iniurij ſunt in proximos, in parentes, vxo-
res, liberos, fratres, cognatos; diſtrahunt enim opes, quas æ-
quum eſſet in familia ſua potiùs manere, quàm transferri
in alienos. Deindè ex tali liberalitate ſequitur cupiditas ple-
rumque rapiendi, & auferendi per iniuriam; vt ad largien-
dum ſuppetant copiæ. Videre etiam licet pleroſque non tã
natura liberales, quàm quadam gloria ductos, vt benefici
videantur, facere multa; quæ videntur magis proficiſci ab
oſtentatione, quàm à recta volũtate. Talis aũt ſimulatio va-
nitati eſt coniunctior, quàm aut liberalitati, aut honeſtati.

K Ex his facilè colligi poteſt, quàm excellens ſit virtus libe-
ralitas, & quid agendum ſit, ne in alterutru extremum laba-
tur, ſed ſemper laudabilis permaneat. Liberalitas Principes
facit, Piaſtus Coſſiſconis Frater agricola, Cruſurciæ Polo-
Cromerus lib. 2. & Guaginus in vitis Regum Polonorum niæ oppido viuens; vir iuſtus, & ſimplex, & hoſpitalis erga
pauperes, ex vxore Repicha filium vnicum ſuſceperat; eiq;
viuente adhuc Popielo 2, primam comam gentili ritu ton-
ſurus, & nomen impoſiturus, amicos ad eam cæremoniam,
atque conuiuium porco mactato, & aquæ mulſæ vaſe defu-
ſo inuitarat. Priuſquam ſtatura dies adeſſet: fortè obtule-
runt ei ſeſe duo ignoti homines, habitu peregrino: quos il-
le cum regia excluderentur comiter inuitatos hilarè in do-
mum ſuam introduxit, inſtruxit menſam, appoſuit affatim
ex his, quæ ad futurum conuiuium præparauerat. Ibi res
mira, & ſtupenda accidit. Accreuit porcina, redundauit ex
vaſe mulſa; quam Piaſtus admonitu hoſpitum vaſis con-
quiſitis excepit. Iiſdemque auctoribus non ciues modò, ve-
rùm etiam Principem ipſum cum omni comitatu conuiuio
accepit. Eiſdem igitur hoſpitibus ſub tempus comitiorum
(mortuo iam Popielo) reuertentibus, & iubentibus Piaſtus
ex tenui ſuo penu conuentum illum omnem penuria labo-
rantem, augeſcente rerum earum, quæ promebantur copia
refecit. Quo miraculo animaduerſo, vulgatoque vna voce
omnes Piaſtum non humanis ſuffragiis, ſed Diuino iudi-
cio Principem ſibi dari conclamarunt. Itaque vt erat veſte,
& peronibus ex tiliæ cortice textis indutus, in regiam à pri-
moribus deducitur. Hoſpites illi perfuncto officio ſuo diſpa-
ruerunt. Exiſtimantur autem ij fuiſſe Angeli Dei, beneficẽ-
tiam, & hoſpitalitatem etiam in alienos à vera religione re-
munerantes. Liberalitas quoque amicos conciliat; hæc ea-
dem bonum nomen auget, & multorum bonorum in vita
præſenti, & futura eſt fons, & origo. Nam cum interierit
homo non ſumet ſecum omnia; ſumet tamen aliqua: non
accipiet villas, poſſeſſiones, theſauros, amicos, conſangui-
neos: accipiet tamen ſecum merita liberalitatis, quæ eum
iudici præſentabunt, & vultum eius placabilem efficient.
Sed ne liberalitas in prodigalitatem commutetur, oportet
in dando, & accipiendo mediocritatem obſeruare. Natura-
liter inclinantur homines, & præcipuè Principes, vt largiã-
tur diuitias, & diſpenſent opes. Hoc enim habet quandam
iucunditatem, propter quod dixit D. Paulus. *Melius eſt dare,
quam accipere.*

Vt tamen Principes in hac promptitudine elargiendi nõ Act. nu. 20. v. 35.
deficiant, debent moderatè opes diſtribuere; vt commune
Hiſpanorum adagium admonet. In dando, & accipiendo L
ſenſu opus eſt. Non dico, quòd Principes, aut diuites de-
beant eſſe auari: nihil enim minùs decet Principem, quàm
quòd ſit parcus, & tenax, cui proprium eſt alijs ſubuenire,
& auxilio eſſe opibus, & diuerſis beneficijs. Princeps enim
debet eſſe beneficus, beneuolus, & liberalis. Sed hoc neceſ-
ſarium eſſe exiſtimo Principi, vt ſic ſe gerat, quatenus ha-
beat vnde non ſemel bis, aut ter, ſed ſemper poſitis in neceſ-
ſitate ſubuenire poſſit. Non debet eſſe ſicut ille, ad quem cũ
multoties aliqui mitterent poſtulando pyra, vel poma; ipſe
euulſam arborem cum fructu, vt liber eſſet à moleſtijs mi-
ſit, quem iure meritò quis redarguere poſſet: quia cum plu-
res potuiſſet floribus, & fructu aliorum beneuolentiam cõ-
ciliare, occaſionem benè merendi ſibi ſpõte abſtulit. Arbor,
ſignificat reges, Nam quemadmodum arbor, extenſis ra-
mis, floribus, & fructu, inuitat homines, vt ex ea colligant
fructus, & neceſſitatibus proprijs ſubueniant: ſic princi-
pes quorum poteſtas eſt longè extenſa, habent diuitias, re-
ditus, cenſus, quibus inuitant homines, vt eis ſeruiant,
& ab eis alimenta, & quæcunque neceſſaria ad victum ac-
cipiant. Sicut autem arbor fructificare non poſſet, ſi non
ſolùm flores, & fructus de ea colligerentur, ſed etiam ip-
ſa arbor euelleretur: ita nec Princeps ſubuenire poſſet
quotidianis neceſſitatibus ſubditorum, ſi omnia bona ſua
in perpetuum, vel ad vitalitium donaret. Debet ergò in
primis Princeps aduertere, quòd diuitiæ, ac theſauri eius
non ſunt infiniti, ſoli Deo hoc competit, de quo Inquit
Pſalmiſta: *Qui ponit in theſauris abyſſos.* Solus Deus poteſt Pſal. 32. v. 1.
abundanter ditare; ita tamen, vt nihil de theſauris eius
deficiat Terrenorum Principum theſauri ſunt, ſicut aqua
in ciſterna; quæ ſi multoties hauriatur deficiet. Et prop-
ter hanc cauſam fortaſſis defecerat Nabuchodonoſor
de ſtatu ſuo regio, quia aues cœli, & animalia abun-
danter alere prætendebat. Aduertat ergo Princeps, vt
mediocriter theſauros, quos finibiles habet diſtribuat: nec
tamen nimis parcè; quia ſic, & ſibi, & bono publico no-
ceret, ſi benè meritos iuſta mercede non præmiaret; v. g.
mirũ adminiſtros Reipubl. milites veteranos, officiales
communes, qui tempore pacis, & belli rectè ſeruiunt pa-
triæ. Hoc enim eſt, quod murmur populi excitat, &
Principem in odium ſubditorum trahit, à ſeruitijs Rei-
publ. quemcunque retardat, & plurimorum eſt cauſa
malorum. Nec etiam prodigaliter diſperdat, ſed iuxta
debitas circumſtantias, & conditiones communicet.
Quarum vna eſt, vt potiùs munificus ſit ei cui ex obliga-
tione debet, quàm ei ad quem magis inclinatur. Merita
ſunt perpendenda, & qualitates perſonarum, quas de iu-
ſtitia præmiare tenetur. Ad hanc liberalitatis virtutem
Principes, princeps cœli, & terræ *cuius Principatus ſuper*
humerum eius vt, inquit, Iſaias, exemplo ſuo in hodier- Iſ. 9. v. 1.
no Euangelio inſtruit: qui tot millia hominum liberali-
ter paſcit.

Nec ſolùm Principes Chriſtum in hoc imitari debent,
ſed quicunque in officijs, & dignitatibus conſtituti, & mu-
nere prælationis præditi: vt ſint liberales, & prompti in
ſubueniendo neceſſitatibus ſubditorum corporis, &
animæ, ad quos id pertinet: vt liberaliter di-
ſpenſent ſacramenta, liberaliter paſcant
ſubditos verbo, & exemplo; ſicut ho-
die Chriſtus paſcit multitudi-
nem: ſic enim fiet, vt Deus
quoque liberaliter
cum illis agat,
liberali-
ter
hic gratiam, & in futuro
gloriam eis ſub-
miniſtret.
Amen.

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIO Speculatiua.

Dominicæ Quartæ Quadrageſimæ,

De ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento.

Ioan.6. v.5. *Vnde ememus panes, vt manducent hi?*

Prou.23. v.1. *Quando ſederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam.*

CLaudianus tractans de nobiliſſima aue Phęnice dicta (inquit). Et præmitur natura curis æternam ne perdat auem. De hac enim aue dicitur quod ſit ſola in mundo, an verò ſit æterna? hoc dici nō poteſt, niſi ſimilitudinariè pro quanto cum deficit vna, ex pulueribus eius producitur altera, de quo maximè ſolicita eſt natura, & præcipuè tunc, quando mortua vna, nondum eſt producta altera: tunc enim premitur natura æternam ne perdat auem, commutentur termini, & dicamus, & premitur gratia curis, æternam ne perdat auem. Auis æterna eſt anima rationalis, quæ eſt vna ſola, quia nullus homo habet plures animas, ſed vnam tantùm, hęc melius dicitur æterna, quàm prædicta auis Arabiæ Phænix. Licet enim anima ſit producta à Deo, eſt tamen immortalis nunquam habitura finem, de hac ergo aue multum ſollicita eſt gratia, & præcipuè author gratiæ Chriſtus Deus noſter. Rectè equidem de Deo creante animam rationalem dici poteſt. Et premitur curis Deus æternam, vt producat auem, ſcilicet animam rationalem, ſed quæ eſt iſta cura, & ſolicitudo Dei circa creationem animæ? nonnè maior fuit labor in creatione cœli, & terræ, & in productione aliarum creaturarum, quàm in productione animæ? vt verba Diuini Moyſis inſinuare videntur. Nam quando loquitur de productione cæli, & terræ ſic inquit.

Gen.1. v.1. *In principio creauit Deus cælum, & terram*, non quomodocunque produxit, ſed virtute infinita creauit de non eſſe ad eſſe, quæ eſt diſtantia infinita, produxit; quando item herbas virentes produxit refert

Gen.2. Moyſes, quod ore proprio imperauit terræ dicens. *Germinet terra herbam virentem*. quando autem produxit animā rationalem. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, maior labor eſt loqui, quàm reſpirare, & maximus virtute infinita aliquid producere: quomodo ergo maior fuit Dei cura in producenda anima rationali, quàm in productione aliarum creaturarum? Videmus communiter, quòd quando artifices aliquod opus arte factum commendare volunt, dicunt ſe maximum laborem ſubijſſe, & multum temporis conſumpſiſſe, maxima cura, & ſumptibus opus illud perfeciſſe,

Rabiſius ſic Rabiſius cum templum Dianæ Epheſi extructum, maximis laudibus extollere vellet dicit, quòd omnes Principes Aſiæ viginti ſeptem annos conſumpſerunt in ædificando illo templo ſimiliter Sacra Scriptura, quando magnificentiam templi Salomonis refert, dicit, quòd præter ſeruos

2. Paral. d.17. Regis Tiri, centum quinquaginta tria millia, & ſexcenti homines, in edificando templo laborarunt, nunc autem in edificando templo ſpirituali Dei viui dicit Moyſes, quod ſolùm inſpirauit: quomodo ergo maximam curam, & ſolicitudinem adhibuit Deus in creanda anima? qui nec verbū dixiſſe, nec os aperijſſe, ſicut in productione aliarum creaturarum legitur. Sed nonnè videmus artifices, qui aliquid cū maximo labore perficiunt, fatigatos ſæpius reſpirare, quod maximam eorum diligētiam in opere perficiendo inſinuat. Sic Deus qui fatigari non poteſt, ſed ſolo verbo reſtaurat vniuerſa, cuius reſpiratio potius producit, quàm alicuius nimiæ fatigationis ſignum eſt, voluit producere animam rationalem per inſpirationem, vt tandem intelligeremus Deū maxima premi cura in productione animæ rationalis.

De Chriſto etiam Domino rectè dici poteſt, & premitur curis æternam ne perdat auem, propter hoc enim de cælo in terram deſcendit. Et quis enumerabit quanta pro ſalute animæ rationalis in mundo paſſus eſt? & quod maximum eſt cum aduerteret nullam creaturam ſine alimēto ſibi proportionato viuere poſſe (ſicut enim piſces viuunt, & nutriuntur aqua; ſalamandra igne; de quibuſdam etiam auibus referunt Hiſtorici, quod earum alimentum eſt aer; homines, & iumenta habent cibum naturæ ſuæ proportionatum) voluit prouidere animæ rationali cibum, æternam ne perdat auem. Prouidit igitur ſanctiſſimum Sacramentum cibum Angelorum animæ, quæ in natura Angelo ſimilis eſt, ita vt de ea rectè dici poſſit. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum*. Prou.31. t.4. prouidit Deus animæ rationali menſam, quæ extrinſecè, & quo ad guſtum communis eſſe videtur, ſed intus ad cor Deus loquitur, quod mēſa Angelorum eſt, ita vt rectè dici poſſit illud, fide Deus adeſſe creditur, benedictione percipitur, quemadmodum cæcus fide credit iam ortum eſſe ſolem, ſi id in aliquo fide digno audit, ſed ſi ſe aliquantulum calori eius exponat, experientia percipit, quod ex auditu crediderit. Hęc eſt illa menſa, de qua Salomon. Quando ſederis, vt comedas cum Principe &c. Si habes in poteſtate animam tuā, ſi es homo prudens, vbi ſupr. ſi plus apud te poteſt ratio, quàm appetitus, & paſſio, ſi plus poteſt temperantia quàm gula, ad duo attende ne ingratus appareas, vnum eſt vt ſtatuas cultrū gutturi tuo, vt diligenter conſideres, & intelligas, qualis cibus ſibi apponitur, vide ne offendas lingua, pone frænum linguæ tuæ, vt in hoc appareat modeſtia, deindè cogita, quod oporteat te ſimilia præparare, debes ita viuere, ſicut vixit Chriſtus, & nō ſolùm verba, ſed & actiones tuæ ſint ſimiles actionibus principis, qui tibi menſam præparauit, ſic enim inquit D. Auguſtinus. Quæ eſt menſa potentis, niſi vnde ſumitur corpus, & ſanguis eius, qui animam ſuam poſuit pro nobis? & quid eſt ad eam ſedere niſi humiliter accedere? & quid eſt conſiderare, & intelligere, quæ apponuntur, niſi dignè tantam gratiam cogitare? & quid eſt ſic mittere manum, ſciēs quia te talia oportet præparare, niſi quod iam dixi, quia ſicut pro nobis Chriſtus animam ſuam poſuit, ſic nos debemus animas pro fratribus ponere? Vt igitur hæc melius perficere poſſimus, de reali præſentia corporis Chriſti, ſub ſpeciebus panis, & vini, & alijs ad hoc pertinentibus, in hac inſtitutione agemus.

Non ſine ſpeciali myſterio verba ſapientis ex Prouerb. adducta alij ſic legunt, cum ſederis ad menſam potentis, B nam etſi conuiuium illud Euchariſtię ſit menſa. ſapientis, munifici, locupletis, quæ ſunt epitheta Deo aptiſſima, quia tamen dum ſe Deus communicat hominibus pro cibo, & alimento, ex hoc magis ſuam declarat omnipotētiam, ideò menſa vocatur potentis. Quanquam enim ſumma potētia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, in omnibus operibus eius luculenter manifeſtetur præcipuè in opere incarnationis, iuxta teſtimonium ipſius beatiſſimæ Matris Mariæ. *Fecit potentiam in brachio ſuo*, teneat tamen Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum omnium ora, atque oculos in ſe conuertit, nec iniuria ſanè. Nam ſi Deus in verbi incarnatione humanitatem Chriſti ſine ſuppoſiti humani ſubſidio ſuſtentat, id effecit Diuinum ei præſtans ſuppoſitum: in hoc autem Sacramento accidentia ſuſtentantur ſine aliquo ſuppoſito ſuppoſitante, aut ſubiecto ſuſtentante. Ad hæc quando corpus Chriſti ſubſtantiæ panis, & vini ſuccedit, nō adeſt ibi vllum ſubiectum, ſed ipſam panis, & vini quantitatem, cūi reliqua adhęrent accidentia, ſine aliquo ſubiecto Deus effectiuè ſuſtentat, non minori ſtabilitate, quàm ſi proprio, & naturali ſubiecto inniteretur. Deindè in hoc manifeſtatur magnam potentiam, quod caro nutrit ſpiritum, & ei vitam confert. Magnæ potentiæ Dei effectus eſt, quod Deus in filij ſui incarnatione ſacram eius humanitatem ſtabilem reddit, per hypoſtaticam vnionem humanitatis ad ſuppoſitum Diuinum, ſed nec minor potentia Dei elucet in hoc Sacramento, quòd caro ſuſtentet, & nutriat ſpiritum, & ea quidem quæ ſuaptè natura debilis eſt, tantam

præbeat

Digitized by Google

præbeat fortitudinem aīæ; res hæc eſt cogitatu maior, & pę
nè ineffabilis. Quid enim in ſacris literis magis reprehen-
ditur, quàm caro, & ſanguis? vix enim his nominib. vtitur
Spiritus ſanctus, niſi ad imbecillitatem, ad ignorātiā, ac in-
terdū ad culpā ſignificandam; hinc ēt diſplicuiſſe Deo car-
nē, & ſanguinē cernimus, & non aliam ipſe aſſignauit cau
ſam, niſi malitiam carnis, quare hominem perdere vellet.
Nō permanebit (inquit) *Spiritus meus in homine, quia caro eſt.*
Gen. 6. 3. Iſaias carnem vocauit fęnum. *Omnis caro fęnum eſt.* Ioānes
Iſaiæ. 40. ēt hoc nomine filios Dei à cęteris diſtinxit. *Qui non ex ſan-*
6. *guinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt.* Et Pe-
Io: 1. 13. tro confitenti Chriſtum eſſe filiū Dei, reſpondit ipſe. *Beatus*
Matt. 16 *es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi*, car-
17. nem ēt, & ſanguinem gentiū Apoſtolus Paulus à regno cę
lorum repellit, inquiens. *Caro, & ſanguis regnum Dei poſſide*
re non poſſunt. Dei tamen potentia in hoc Sacramento tanta
2. Cor. 15 eſt, vt per carnem, & ſanguinem præbeat, ſpiritui noſtræ
50. animæ, totam fortitudinē, & vitam, & quemadmodū carni
ab Adam propagatæ, anima infuſa tactu carnis inficitur, &
maculatur, ſic è conuerſo anima noſtra tactu puriſſimæ car
nis Chriſti redditur pura, ſancta, ac æternæ vitæ particeps.
Nam cùm Diuinū verbum (in quo eſt vitæ fons) vt ſcriptū
Pſal. 35. eſt. *Apud te eſt fons vitæ*, ſit Chriſti carni vnitū, virtutē car-
10. ni eius communicat vitam dandi, eā manducantibus, vt Sā
ctus Cyrillus ſuper Io. his verbis teſtatur. Viuificatiuū Dei
verbū vniens ſeipſum propriæ carni, fecit ipſam viuificatā
& c. 24. addit. Si enim mel cum naturaliter dulceſcit, ea dul-
cia facit, quibus immiſcetur, quātò magis viuifica Dei natu
Matth. 9 ra dedit homini, in quo habitat, viuificandi virtutem. Quē
admodum, etiam Deus incarnatus per veſtimentorum ſuo
rū vmbram, vel tactum ſanabat ægrotos, in quo magis ſuā
declarauit potentiā, quàm ſi per ſe abſq; aliquo medio ſana
ret: ſic in hoc Sacramento dū per Chriſti carnē præbet vi-
tam humanæ menti, multò magis ſuam omnipotentiā cō-
mendat. Magnū prætetea Diuinæ potētiæ in hoc Sacramē
to elucet argumentum, ex eo quòd in hoc ſacramento my-
ſterium incarnationis includit. Nam cum Chriſti, & conſe
quenter Dei carnē cōtineat, & caro Dei eſſe non poſſit abſ
que vnione verbi Diuini hypoſtatica, vt innuūt verba Chri
Io. 6. 51. ſti. *Panis, quem ego dabo caro mea eſt*; certum eſt ibi quoque
myſterium incarnationis includi, cū ibi ſit caro verbo vni-
ta. Itē illa panis, ac vini conuerſio, vt loquitur Tridētina ſy
nodus, tranſubſtātiatio eſt, per quā ibi eſſe deſinit panis, &
Chriſti eſſe incipit caro, quæ abſq; verbi perſona eſſe nō po
teſt; aliàs caro Dei non eſſet: propterea quoties ſacerdos cō
ſecrat panem, & vinum, toties per cōſecrationis verba ope
ratur realem præſentiam carnis, verbo Diuino vnitę, ac per
conſequens incarnationis myſterium denuò inſtaurat.
Eſt. n. de rōne, & natura huius Sacramenti, vt ſubſtantia,
quā continet, non alia, niſi Chriſti caro ſit. Itaq; myſteriū
Eucharistiæ continet, arcanū incarnationis, includit pręte
rea tot, tamq; prodigioſa miracula, quib. ſe totius naturæ
abſolutū Dnm, & auctorē Deus oſtendit, dum leges, & pri
uilegia naturę violādo, & cōſueta iura trāſgrediēdo, vnam
in alterā omninò conuertit ſubſtantiā, prębens accidentib.
eſſe inſtar ſubſtantiæ, & Chriſti corpori inſtar Spiritus, dū
totus in toto, & totus in quauis hoſtiæ parte latet, ita mira-
biliter, vt contentū maius ſit cōtinēte, dū conſumptus non
cōſumitur, in altari manere, ad dexterā Dei ſedet, vnus ac
idē, vt vtrobiq; exiſtēs; in locis tādē eſt remotiſſimis, atq; di
uerſis præſens. Meritò igitur dicere poſſum in hoc ſublimi
myſterio Dei omnipotentiā admirabiliùs, quā in myſterio
incarnationis demonſtrari. Quam ob cauſam fidelis, & di-
lectus Chriſti hiſtoricus Ioānes antequam de huius Sacra
menti inſtitutione tractare inciperet, vt id qđ iam diximus
indicaret, ait: *Sciens, quia omnia dedit ei Pater ī manus*, quib.
Io. 13. 3. verbis mirificum opus Diuinæ potentiæ, & inexplicabilis
præſtantia inſinuatur. Sed quoniam hanc omnipotentiam
Dei nō agnoſcūt, & de hoc auguſtiſſimo Sacramēto impiè
ſentiūt obſtinatiſſimi Hæretici, ac perfidi Iudęi: ideò in hac
inſtitutione de reali pręſentia corporis Chriſti, ſub ſpecieb.
panis, & vini iā nobis agēdū eſt: deindè de tranſubſtātiatio-
ne, ſeu cōuerſione panis ī corpus Chriſti, & vini ī ſanguinē.
In 4. d. 10. Qui negant realem præſentiam corporis Chriſti in Eu-
q. 1. chariſtia, eo potiſſimùm fundamento innituntur, vt habet
Scotus, quod impoſſibile putent corpus Chriſti eſſe ſimul
in cęlo, & in altari: prætetea percipere non poſſunt, quo-
modo tam citò deſcendat ſuper altare: neq; enim deſcendit
in inſtanti, quia motus in inſtanti eſſe non pōt, neq; in tē-
pore, cum in inſtanti prolationis verborum ſit ſub ſpecieb.
panis, & vini, non deſerendo cęlum. Item quō corpus Chri
ſti, quod pendebat in cruce, quod ſedet ad dexterā Patris,
poteſt eſſe realiter in tam pauca hoſtia? denique quomodo
non pōt videri? hæc omnia, & ſingula, etſi difficilia videan
tur, Diuinæ tamen virtuti non ſunt impoſſibilia, quocirca
immeritò propter tam futiles rationes, realis præſentia cor-
poris, & ſanguinis Chriſti, ſub ſpeciebus panis, & vini ne-
gatur. Dicēdum, ac firmiter credendum eſt, quòd in Eucha
riſtia ſit, verè ac realiter corpus Chriſti illud, quod eſt de
Virgine natum, paſſum, quod reſurrexit à mortuis, quod a-
ſcendit ad cęlos, quod ſedet ad dexteram Dei Patris omni-
potentis, vnitum verbo inſeparabiliter glorioſum, impaſſi-
bile, incorruptibile. Et licet hæc veritas ſit in ſe infallibilis,
&(vt ait Scotus) à principio adhuc ſic expreſsè tradita, ex Scot. in
quo Euchariſtia fuit inſtituta: quia tamen intellectui no- 4. d. 10.
ſtro eſt valde difficilis, ac inter omnia credibilia apprimè q. 1
ardua, inter articulos quoq; fidei maxima: idcircò pro fide-
lium conſolatione, veritatis declaratione, falſitatiſque de-
ſtructione, intendo hoc benè, & accuratè probare, maximè
authoritatibus, antequam ad rationes dubitandi, in princi-
pio ſermonis poſitas reſpondeam. Verùm quia quandocun
que inter diſceptantes inuenitur aliquod dubium arduum,
ac neceſſarium recurrendum eſt ad teſtimonia eorum, qui
& magis fide digni ſunt, & cum plures ſint, vnanimi tamē quæſt. 2.
conſenſu idem teſtantur, vt habet Scotus, ideò primùm ad proœ.
duco in medium teſtimoniū ſanctæ Matris Eccleſiæ, quod
quidem præcipuum ſibi inter omnia vendicat locū, & fidē
meretur potiſſimam, vtpotè quæ regitur à Spiritu Sancto
infallibili, nec vnquam errare poteſt, iuxta dictum Saluato
ris. *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua*, & Diuus Luc. 22.
Auguſtinus præponit illam Euangelio dicens. Euangelio 32.
non crederem, niſi Eccleſiæ crederem. At denique (vt pau- D. Aug.
cis concludam) tantæ authoritatis eſt, vt ſufficiat dicere,
credo, quod Eccleſia credit: tanti teſtimonij, vt qui in mo-
dico ab ea diſcordat, ſit excommunicatus. Hæc igitur Ec-
cleſia expreſsè, & publicè teſtatur, in Sacramento eſſe ve-
rum corpus Chriſti realiter, primo in cap. firmiter credi-
mus de Sanctiſsima Trinitate, & fide, in capit. cum marte
de celebrat. Miſſæ, in Capitulo quia corpus de conſecr. diſt.
2. quibus in locis ad oculum planè demonſtrat hanc veri-
tatem, ſub excommunicatione Hæreſis, & Schiſmatis pœ-
na, imò quicunque aliter ſentit, credit, docet, hæreticus eſt.
Hoc idem habetur in cap. quid ſit. vt per plura capitula de
Conſecr. diſt. 2. patet. Huc ſpectant teſtimonia Concilio-
rum, potiſsimùm autem omnium Apoſtolorum, qui Litur
giam Iacobi conſtituerunt. Conſtat verò linguarum Li-
turgias ab ipſo Eccleſiæ naſcentis initio, in eo quod ſpectat
ad eſſentiam Liturgiæ conuenire. Hebraicam Æthiopi-
cam, Syriacam, Græcam, Latinam; vel igitur Spiritus ſan-
ctus omnes afflauit, & in eundem ſenſum verba adduxit,
quod eſt omnium mirabiliſsimum, & veritatis Diuinæ eui
dens argumentum, vel ab ipſis Apoſtolis accepere, vt ſcri-
ptores citati tradunt, Antiochia celebrat Sancti Dyoniſij
reſpōſum, ac per illud confutat obiecta Samoſatheni inq̃e
ns, q̃uis effundatur ſanguis, frangatur Euchariſtia, tota tñ
caro, totus Chriſtus nō diuiſus recipitur. Cōcilīū quoq; Ni-
cęnū vniuerſale celebratū ſub anno 325. hiſce verbis decer
nit. Iterum ēt hic in diuina menſa, ne humiliter intenti ſi-
mus, ad propoſitū panē, & calicē, ſed attollentes mētē fide
intelligamus ſitū in ſacra illa mēſa agnū illū Dei, tollentem
peccata mūdi, incruentè à ſacerdotib. immolatū, & pretio-
ſum ipſius corpus, & ſanguinē verè nos ſumentes credere,
hęc eſſe noſtræ reſurrectionis ſymbola, pp hoc. n. neq; mul
tū accipimus; ſed panē, vt ſciamus nō ad ſatietatē, ſed ad ſā
ctificationē ſumi. Epheſinū generale, habitū Anno 431. S.
Cyrilli Alexādrini Epiſtolā approbauit, quę ſic hēt in vnde
cimi Anathematiſmi declaratione. Sanctū, ac viuificum, in
cruentū quod in Eccleſia celebramus ſacrificiū, nō hominis
alicuius nobis ſimilis, & cōis corpus, cōſimiliter, & pretio-
ſū ſanguinē eſſe, quod proponit edentes: ſed magis vti pro-
priū (nota hanc vocem) viuificantis verbi corpus, & ſangui-
nem ſumimus. Eadem ēt Epiſtola à Chalcedonēſi Cōcilio

Digitized by Google

ſexcẽtis,& triginta celebrato Epiſcopis recepta. Anno 452.
et quinta Synodo habita anno 553. compertum habemus,
quæ fuerit mens S. Cyrilli aduerſus Neſtorium. Sic vero lo
quitur aduerſus Theodoretum in eodem Anathematiſmo,
de quo ſupra, in Cõcilio Epheſino. Nam hominis (ait) come
ſtionẽ noſtrũ hoc Sacramentũ pronũtias, & Irreligiosè ad
craſſas cogitationes vrges, eorũ, qui crediderunt mentẽ, &
attentas humanis cogitationib. tractare, quæ ſola pura, &
inexquiſita fide cõcipiuntur. Quoniã enim minimè editur
diuinitatis natura, propter hoc cõmune dixerit, quis ſanctũ
domini corpus? ſcite aũt operæ pretium eſt, quod (ſicut ſu-
pra diximus) propriũ eſt corpus eius verbi, quod oĩa viuifi-
cat. Quoniam aũt corpus eſt vitæ, viuificum eſt, nã per hoc
mortalibus noſtris corporibus largitur vitam, & mortis im
perium euacuat, viuificat aũt nos æquali modo, vt ſanctus
Spiritus Chriſti. Synodus ſexta Generalis ſic habet actione
octaua. Accedimus ad benedictiones arcanas, & ſanctifica-
mur participes effecti, tã ſanctæ carnis, quàm pretioſi ſãgui
nis Chriſti omnium noſtrũ ſaluatoris: neq; vt communem
carnẽ ſumimus, abſit neq; iterũ, vt viri ſanctificati, & copu
lati verbo, p vnitatẽ dignitatis, ſiue vt diuinã habitationẽ
habẽtis, ſed ſicut verè viuificatricẽ, & propriã eiuſdẽ verbi.

D
1. Matth. 26. — Ex his facilè concluditur, non ſolùm infidelitatẽ eſſe, ne
gare præſentiam Chriſti Domini in hoc Sacramento, ſed
3. Luc. 22 19. — execrandam impudentiam, & obſtinatam, ac rudem vecor
diam, præter hanc tantam authoritatẽ eccleſiæ ẽt contra ex
2. Marc. 14. 20. — preſſiſſima verba Chriſti Domini, vbi in cœna ait Chriſtus.
Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, obmuteſcant iam
hic Hæretici, qui perfricta fronte audent exponere, hæc eſ-
Io. 16. 7. — ſe figuratiuè dicta, ſicut illud, quod ait. *Ego ſum vitis vera*, &
1. Cor. 10 — illud. *Petra aũt erat Chriſtus*, iſtud omnino eſt contra inten-
Aug. 83. q. q. 69. — tionẽ Saluatoris, & patet ex Auguſtino, & ſubtiliſſimo Sco
to, qui aſſerunt. Solere circũſtantiam ſcripturarum illumi-
Scot. in 4. d. 10. q. 1. — nare ſententiã. Vniuerſaliter enim intellectus verborũ Chri
ſti, an loquatur figuratiuè, an propriè colligi põt, ex præce-
dentibus vel ſequentibus ibidẽ, vel ex alijs ſcripturæ locis,
vnde cum Chriſtus ait. *Ego ſum vitis vera*, ſubiunxit. *& vos
palmites* Conſtat autem, quòd diſcipuli non erant palmites
Luc. 22. 19. — naturales, ſed tantùm figurales. Cùm autem dixit. *Hoc eſt
corpus meum*, ſubdit. *quod pro vobis tradetur*. Cum ẽt dixiſ-
ſet, *hic eſt calix ſanguinis mei*, ſubdit. *qui pro vobis fundetur*;
Hoc etiam manifeſtè colligitur ex alio loco ſcripturæ, ſcili-
cet Ioan. 6. vbi eſt diffuſa prædicatio de iſto Sacramẽto, &
omnibus pia mẽte legẽtib. plana. Etſi dicas, quod Chriſtus
videns aliquos abijſſe propter prædicationẽ ſuã, de Euchari
ſtia, poſtea expoſuit ſe dicendo. Spiritus eſt, qui viuificat, ca
Io. 6. 63. — ro nõ prodeſt quidquã, verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiri-
Aug. de conſ. diſt. 2. — tus, & vita ſunt. Quod pertractans Auguſtin. ait. Non hoc
corpus quod vidiſtis manducaturi eſtis, nec ſanguinẽ effun
dendum. Sacramentum aliquod vobis commendaui, ſpiri-
tualiter intellectum, quod viuificabit vos. Ergo ex verbis
Chriſti, & Auguſtini colligitũr, figuratiuè ſolùm verba Eu
chariſtica eſſe intelligẽda. Ad hanc auctoritatẽ Magiſter re
ſpondet in litera ſatis prudenter, & benè, nec Chriſtum ſci-
licet nec Auguſtini expoſitionẽ negare veritatem corporis
Chriſti, ſed quod non ſit in Sacramẽto corpus Chriſti ſic
carnaliter, ſicut ipſi intellexerunt, qui abierũt. Nõ eſt quip
pe viſibiliter in forma propria, ſed per oppoſitũ ad iſtũ mo-
Aug. de conſe. d. 2 — dum intelligẽdi, eſt videlicet ibi ſpiritualiter, ac intellectua-
liter. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus à Magiſtro citatus,
1. Cor. 11 — ipſum quidẽ, & non ipſũ corpus; qđ videbatur mãducatur,
ipſum inuiſibiliter, nõ ipſum viſibiliter. Ad eũ fermè modũ
de Euchariſtia copiosè pertractatur à Paulo, veridici deniq;
omnes poſtea Catholici exponẽtes, iſta loca ſcripturarũ, ver
ba hęc profitentur eſſe intelligenda, de reali præſentia cor
poris Chriſti non figuratiuè. Hactenus realẽ pſentiã corpo
ris Chriſti in Euchariſtia, pro confuſione Hæreticorum, &
conſolatione fidelium demonſtrauimus: ſupereſt, vt ad ea,
quę huic negotio difficultatem pariunt breuiter reſpondea
mus, exactiorem eorum dilucidationem Theologis, & præ
cipuè ſcholæ Scoticæ reſeruando.

E
Cùm igitur dr̃ non poſſe corpus Chriſti eſſe ſimul in cęlo
& in altari. Dico id Deo ſimpliciter eſſe poſſibile, vt corpus
idẽ ſit ĩ diuerſis locis localiter, hoc patet ex intellectu termi
norum, eſtq; maxima mihi certiſſima. Omne illud Deo eſt
poſſibile, quod nõ includit euidẽter contradictionem, & ad
quod non ſequitur neceſſariò cõtradictio. Sed ita eſt hic, er
go. &c. & mirũ eſt (inquit Scotus loco citato) quod ſequẽtes
rationẽ tantũ ſequũtur imaginationẽ, quòd qoia imagina-
tio non ſeparat locũ à corpore, nec è conuerſo, nec percipit
vnũ plurificari ſine alio, ideo dicatur ſimpliciter impoſſibile
vnũ ſinè alio plurificari. Sequendo quidẽ imaginationẽ nõ
apparet aliud, excluſa tñ iſta imaginatione, quę ſemper in-
nitens ſenſibus, non aliud apprehendit, & ſeqñdo rationẽ
ex vi terminorũ, nulla eſt neceſſitas plurificato vno plurifi
cari aliud, vel plurificato poſteriori, nõ eſt neceſſe prius plu
rificari. Ipſa aũt vbi ſunt manifeſtè poſteriora, ipſi locato ac
cidentaliter, & cõtingẽter aduentẽtia. In multis ẽt alijs, vbi
maior eſt cõnexio ſecundũ rõnem concedimus, vnum ſine
altero plurificari. Vix enim eſt aliqua alia habitudo accidẽ
talior, ſuo fundamento, quàm ſit vbi, nec aliquis modus eſ-
ſendi In. nec aliquis modus. Ad atq; ſic de alijs multis habi
tudinibus, non ita proteruè aſſeritur, impoſſibilitas plurifi-
cationis habitudinum circa idem fundamentum.

Etſi inſtet, quòd verũ eſt, tunc plures reſpectus fundari in
eodẽ fundamento, qñ vnus eorũ, non adæquat totũ funda-
mentũ, hic autẽ vnum vbi adæquatur totã rõnẽ quanti, in
quantũ locabile eſt. Hoc vr̃ ſine ratione dictũ, nã reſpectus
qui oritur ex natura fundamenti, magis videtur adæquari
fundamẽto, quã ille qui extrinſecus aduenit cęteris parib.
ſed ad duos terminos poſſunt eſſe in eodẽ fundamẽto duo
tales reſpectus orientes ex natura fundamẽti, vt duę æquali
tates ad duo quanta æqualia, ergo ſine rõne fingitur hic v-
num reſpectũ adæquari perfectè. Prętetea ſi idẽ corpus põt
eſſe in diuerſis locis localiter, poterit à fortiori eſſe in pluri
bus locis ſacramentaliter, ſcilicet per conuerſionẽ alicuius
alterius in ipſum, neq; ſanè hoc vllam præbet admirationẽ.
ſiquidẽ in veteri teſtamento legimus, quod Deus acceperit — Num. 11.
de ſpiritu Moyſis, quẽ dedit ſeptuaginta viris, & ſpiritus eſt
indiuiſibilis, qão ergo in tot viris potuit eſſe. Et in libris Re — 4. Reg. 5.
gum legitur. Quod Eliſeus in alio loco exiſtens, fuerit præ
ſens Giezi diſcipulo, qñ munera accepit. Adhærendo quoq;
nouo teſtamento dicite quęſo perduelles Hæretici. Nonne
Spiritus ſanctus vnus &c. & indiuiſibilis? qão ergo in die
Pentecoſtes ſuper diſcipulos duodecim vnus idemq; deſcen — Act. 2.
dit. Deinde nonne vna vox, & vnum verbũ, ad tot aures æ-
qualiter audientiũ peruenit? vna vox eſt, & tota in me eſt,
& tota in quolibet veſtrũ. Quare ergo verbum Dei Patris
æterni, æternum infinitum, non põt eſſe corporaliter in di
uerſis locis? item vna ſcientia à docente, percipitur ab om-
nibus diſcipulis, ſicut, & in ea prædicatio ab omnib. vobis,
anima pariter vna in corpore, ac tota in omnibus partibus,
& tñ tota in toto, & tota in quolibet membro; quomodo in
tot tantiſq; locis ipſa ẽt lux ſolis vna eſt indiuiſibilis, & tñ
tota exiſtẽs in cęlo illuminat mundũ neq; ex hoc plurifica-
tur. Quid dicã de Ambroſio qui perſonaliter, & corporali-
ter exiſtens ante altare, interfuit exequijs Beati Martini ex
pręcepto Chriſti? in cuius facti teſtimoniũ Deo permitten-
te, ibidem reliquit annulũ, quanto igitur magis hæc omnia — F
corpori Chriſti conuenire poſſe tenendum eſt. Quod verò
dicunt non poſſe ita ſubitò de cælo in terrã moueri, nec re-
linquere cęlum, in hoc nulla impoſſibilitas eſt, mutatione
enim inſtantanea, quæ fieri ſolet in inſtanti tantum ſpatiũ
pertranſire, eſt multũ rationabile, & virtuti Diuinę poſſibi
le. Quod aũt moueatur ac deſcendat in terram nõ relinquẽ
do cęlũ, ideo accidit, quia mouetur mutatione acquiſitiua,
non deperditiua. Hinc in veteri teſtamento memoriæ pro
ditũ eſt, Abacuc Prophetam ab Angelo portatũ fuiſſe per — Dan. 14.
verticẽ capillorũ, à Iudęa in Babylonẽ ad lacũ leonũ Et pro
fectò ſi Angelus hoc facere potuit, nempe portare corpus
hominis graue, & non glorioſum, in inſtanti in tanta diſtã-
tia, cur quæſo corpori Dei glorioſo idipſum repugnabit? In — 1. Cor. 15
nouo ẽt teſtamento Paulus teſtatur reſurrectionem mor-
tuorum, quæ fiet miniſterio Angelorum, futuram in inſtã
ti, in momento, in ictu oculi. Idem fatis fuiſsè explicat ex
principijs Ariſtotelis, ac ſacrę Scripturæ deducit ſubtiliſſi- — In. 4. diſt. 43. q. 5.
mè Scotus, ſi ergo tot homines reſurgẽt in inſtanti, & ab o-
riente, & ab occidẽte, è mari, è terra, atq; in valle Ioſaphat
(ſecũdũ probabiliorẽ opinion.) præſentabunt; qũo virtute
Dei in inſtanti non poteſt deſcẽdere corpus Chriſti glorio-
ſum, de ſinu Patris in altare? intueamur lucẽ ſolis, quę pro
culdubio, in inſtanti diffunditur, ſimiliter voluntas noſtra

ac in-

Digitized by Google

ac intellectus noſter in inſtāti operatur, penetrando omnē machinam mundi, & totum cælum, ſtellas tam longè à ſe diſſitas. Et quid iā tu attonitus, & dubius hæres, cum Deus creator omnium, cuius virtus æterna, infinita, incomprehenſibilis in inſtanti operari dicitur?

Quod verò tertio loco aſſeritur corpus Chriſti, tam magnum in Eucharistia eſſe non poſſe, hoc Diuinæ virtuti impoſſibile nō eſt, vt facilè intelligere poteris, nā corpus Chriſti non eſt ibi circumſcriptiuè, vtpotè quia non extenditur, nec commenſuratur ſpeciei, nec loco ſpeciei quantæ, itē corpus Chriſti eſt totum in tota ſpecie, & totū in qualibet parte eius. Nec eſt ibi definitiuè, eſſe enim definitiuè eſt ſic eſſe alicubi, quod non alibi, ſed corpus Chriſti ſic eſt ſub ſpecie, quod etiam eſt alibi, ſcilicet in cęlo, ibi tamen præſentialiter eſt, quia realiter præſens ſpeciebus, ergo. Deinde ſic eſt in Sacramēto corpus Chriſti, quod partes eius ſint extra ſe inuicem, patet, quia impoſſibile eſt eſſe quantitatem, & nō habere partem extra partem, hæc eſt enim ratio quantitatis continuæ, ſed corpus Chriſti eſt ibi cum ſua quantitate. Igitur. Item ſi non habet partem extra partem, ſequeretur quod pars eſſet in parte, & ita oculus eſſet in manu, & è cōuerſo, vnde ſequeretur confuſio maxima. Hoc tamen non obſtante, partes corporis Chriſti, non ſunt in partibus hoſtiæ ſitualiter habentes poſitionem, ſecundo modo per comparationem ad tales partes: patet quia pars habens ſitū, per comparationem ad partem loci, neceſſariò æquatur ſibi. Atqui impoſſibile eſt partes corporis Chriſti ęquari partib. hoſtiæ, ſed neceſſariò ſunt inæquales, ergo. Certo itaque liquet, quòd totum corpus ſit in tota hoſtia, & in qualibet parte quantitatis hoſtię: non eſt aūt in linea, vel puncto, vel ſuperficie propriè: iſta namq; dici nequeunt partes quantitatis hoſtiæ, quæ eſt corporeitas, quia corpus non componitur ex ſuperficiebus nec ſuperficies ex lineis, nec linea ex pūctis, ad extremum dum negant præſentiam corporis Chriſti, quod ibi videri non poſſit id friuolum eſt. Nam vt relinquam viſionem intellectiuam, & pro alia inſtitutione referuem, de viſione ſenſitiua Scotus docet. Deum de potētia abſoluta poſſe cauſare, in oculo glorioſo, vel non glorioſo viſionem iſtius corporis, licet iſtud corpus nuſquam eſſet, niſi in Eucharistia, hoc probatur quia viſio eſt forma abſoluta ex 1. lib. diſt. 3. ergo ſine contradictione poteſt fieri, ſinè reſpectu præſentialitatis ad obiectum, vel quocunq; alio. Dicit ſecūdo, quod nulla viſio etiam ſic cauſata, poſſit eſſe corporis, vt hic primò; aliàs enim ſequeretur corpus, vt hic, vel eſſe cauſam primò viſionis, vel eſſe primum terminū viſionis. Sed corpus vt hic neq; poteſt cauſare primò, neq; terminare primò, quoniam tàm cauſatio quàm terminatio, talis requirit in obiecto primo cauſante, vel terminante diſpoſitionē debitam, idq; ſecundum locum, vtpotè approximationem, & diſtantiam debitam, iſtud aūt, vt hic non poteſt debitè approximari organo, vel diſtare debitè, cum non ſit in loco vt hic. Nec miraculum adhoc iuuat, quia corpus, vt hic abſolutè non eſt viſibile, nec vt terminatiuum: miraculum quoq; non eſt ad illud, quod includit contradictionē. Ex quo infero corpus Chriſti viſione ſenſitiua nullo modo

G

In 4. diſt 10. qu. 9.

poſſe videri, nec ab oculo glorioſo, nec à nō glorioſo, nec per naturam, nec per gloriam, nec per miraculum. Non per naturam, quia ſi corpus Chriſti glorioſum videretur, eſſet coloratum, viſio etiam talis non cauſatur, niſi ab obiecto exiſtente in loco debitè approximato. Nec videtur per gloriam, quia tūc oculus glorioſus, deberet habere ſpeciem ſenſibilem, illius corporis, ſed ſpecies non poteſt abſtrahi, niſi à corpore exiſtente in loco, ac alijs circumſtātijs requiſitis ad viſionem. Nec deniq; per miraculum, quia licet aliquando apparuerit in altari in forma pueri, panis, vel carnis, nō eſt vera repræſentatio corporis, vt ſic, cum neq; dimenſio apparentis, plerumque ſit proportionata ipſi hoſtiæ, quocirca, vt appareat ſub hoſtia corpus magnum, aut corpus verum, omninò non eſt poſſibile, ſecundum mentem Scoti loco citato. Enimverò quamuis corpus Chriſti oculo corporeo videri non poſſit in Eucharistia, eſt tamen ibi verè, & realiter, atque ſic furioſa eſt hæc cōſequentia. Non videtur, ergo non eſt, multa enim credimus, quæ nullo modo videntur nec videri poſſunt. Nonne, & Ariſtoteles dixit quod primus motor moueat cęlum motu æterno, & ſedeat in oriente, & alia multa, cum tamen nemo viderit mouentē, aut ſedentem? nonne idem multa pertractauit, de ſubſtantijs ſeparatis in Metaph. Et quod ſint ſubſtantiæ nobiliſſimæ? & quis vidit eas? nonne multa diſſeruit de primo mobili, cuius motus velociſſimus eſt, trahens motu ſuo omnes alios orbes, & tamen eſt hoc inuiſibile? quàm multa de aſtris, de ſtellis edidit, inquiens maiorem eſſe ſtellam terra habitabili, & quis dimenſus eſt eam? de materia prima etiam multa ſcripſit: & tamen dixit, quod ſit inuiſibilis per ſe, & ſic de alijs. Præterea quis veſtrum non credit animam eſſe in corpore, & tamen nullus eam vidit foris? ſentis virtutem, ſed non vides eſſentiam, poſtremo, vt ait Scotus, aut nulli credis de contingentibus quia non vidiſti, & ſic nec credis Patrem tuum eſſe, nec in mundo locum eſſe vbi non fuiſti, nec hominem, quem non vidiſti, vel omnino credere debes peritis fide dignis.

8. Phyſ.

Met. 6.

In prol. q. 20.

Crede igitur Chriſto, Eccleſiæ, tot Doctoribus, Theologis, tot ſapientibus, cum & ipſi intellectu quamuis multa non videant, tamen credunt, noli plus ſapere tu quàm totus mundus. Vos obſtinati Iudæi dicite quæſo, creditiſne in Dominum Deum patrem veſtrum? certè ſic, & quis vidit eum? *Non videbit me homo, & viuet, quaro iterum creditiſne quod Deus creauit cælum, & terram*: quis autem hoc vidit ſi homo nondum erat creatus. Infideles Hæretici dicite quæſo, creditis vos ſaluandos? certè ſic dicetis; & quis cęlum empyreum vidit, quis ibi fuit, & reuerſus eſt? Auſcultate Paulū. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit quare ergo Chriſto non creditis*, qui expreſsè teſtatur ſe ibi realiter præſentem adeſſe? Iam verò ſecundum, & tertium punctum ſermonis explicandum eſſet, ſed quoniam vltra ſpem, plus ſolito circa primam partem immoratus ſum, in aliud tempus id reſeruo: nunc autem ei qui nobiſcum in ſanctiſſimo Sacramento, vſque ad conſummationem ſæculi præſens dignatur eſſe, ſit perpetua laus, honor, & gloria, in ſæcula. Amen.

Exod. 33. 20.

1. Corint. 2. 9.

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Quintæ Quadrageſimæ.

Ioan. 8. v. 48. ***Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.***

Prou. 14. v. 30. *Vita carnium ſanitas cordis: putredo oſſium inuidia.*

EXploratiſſimum eſt, paſſionum, & affectuū luē, ab animo in corpus tranſire, dum enim interius torquet, & corrodit mentem, corpus etiam exterius atterit, & labefactat. Nā cum ſedes affectuum eſt cor, ſicut afficitur illud, ita etiam immutatur corpus. Si cor liuore, ſeu morbo, aut vlcere interius non afficitur ſanitatē, & valetudinem homini adducit, vegetum, atque validum corpus reddit, ita vt rectè dici poſſit, vita carnium ſanitas cordis, putredo autem oſſium inuidia, quia inuidiæ lues, quæ cor interius arrodit, & conſumit, corpus etiam atterit, & labefactat. Vtrumque expreſſiſſe videtur D. Gregorius his verbis. Cum deuictum cor liuoris putredo corrumpit, ipſa quoque exteriora indicant, quam grauiter animum veſania affligit, color quippè pallore efficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigeſcunt: fit in cogitatione rabies, & in dentibus ſtridor, & quamuis per omne vitium, quod perpetratur, antiqui hoſtis virus diffunditur, in hac tamen nequitia, tota ſua viſcera ſerpens concutit, & imprimendæ mali-

D. Greg.

Digitized by Google

litię peſtem vomit, id eſt, euocat ab imo corde virulentam illam inuidię ſaniem, qua ipſe ab initio conditi hominis laborauit. Nam (vt ait Sapiens.) *Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum*, vt illam homini aſpergat, & ſimili tale conficiat. Idem ait Baſilius.

Sap. 2. v. 24.

Baſilius in Hom. de inuidia.

Nam & ipſo fatentur ore hoc vitium inuidi, aſpectus eſt illis aridus, gena ſubtriſtis, & caua ſupercilium demiſſum. Si ergo huius morbi medicum quærtamus, ille reſpectu corporis materialis eſt cor reſpectu myſtici, Prælatus, ſed vt cor medicum huius morbi agat, ipſum ſanum, & leue neceſſe eſt eſſe. Primum docet Diuus Chryſoſtomus.

D. Chry. Homilia. 21. ī Marthæum.

Quemadmodum igitur, ſi medicum cuius ad aliorum ægritudines depellendas ſanitas neceſſaria eſt, ipſum in ægritudinem mittas, & in deaurato cubiculo, lectuloque argenteo iacere præcipias, nihil proficiet omninò languentibus, ita etiam ſi mentem, & rationem quàm reliquis vitijs mederi oportet, theſauro infirmam feceris aſſidere, totum prorſus hominem læſeris. His verbis Diuus Chryſoſtomus cor medicum auaritiæ conſtituit, mentem, & rationem, quæ ſi infirma tota in diuitijs iacet, appetitus innumeris morbis ſcatet. Idem cor, mentem, & rationem medicum liuoris atque inuidiæ hic Salomon inſtituit, quamuis enim ratio, erga omnis appetitionis noſtræ inordinatos motus medici munus gerat; præcipuè tamen liuoris, & inuidiæ maximè ſi cor, vt legit Chaldus ea eſt leue.

Chald.

Si illud nulla grauat, oneratque alienæ fælicitatis triſtitia, ſi res humanas, & caducas deſpectui ducit, ſi ſupra terrenarum rerum pondus, quaſi leuioribus actuum pennis ſeſe leuat, ſi velut elementum quoddam leuius, omnibus alijs rebus caducis ſuper fertur, atque innatat. Hoc in quam cor quod res humanas, quarum æſtimatione grauari ſolet, nihili æſtimat eſt medicus liuoris, & inuidentiæ, vt inquit Baſilius.

Baſilius.

Quid ergo faciendum, vt hanc animi peſtem inuidiæ ab initio minimè patiamur, aut ab ea liberemur? Primum quidem, vt nihil rerum humanarum magnum, aut ſuper naturam æſtimemus non opes, non gloriam, &c. Quẽ admodum ergo reſpectu corporis materialis, medicus affectionum eſt cor, mens, & ratio; ita reſpectu corporis myſtici eſt Prælatus, Princeps, & quicunque ſuperior, qui rectè nomine cordis intelligitur, vt inquit Hugo.

Hugo.

Vita carnium ſanitas cordis. Cordis nomine Prælatus denotatur, quia ab ipſo Spiritus vitæ in alios, veluti in cognata membra effluit tùm, cùm ſanus, & incolumis eſt.

Quod ſi prælatum nomine cerebri intelligere velis, ex poſteriori parte ſententiæ Salomonis facilè intelliges, qualiter Prælati eſſe debeāt Medici liuoris, & inuidiæ. Nam medicorum teſtimonio ratum eſt, oſſium medullas à cerebro regi, atque rigari, cuius defluxus per ſpinam dorſi delapſus, ad omnia denique oſſa permaneat; quapropter cerebro deficiente, aut exhauſto oſſium etiam medullæ exhauriuntur.

B

Et quidem inde fit vt luna decreſcente, medullis oſſa magna ex parte euacuentur, nam cum luna cerebrum moderetur (hæc enim pars ditioni illius ſubiacet) in augmento quidem lunæ, cerebri humida natura augetur, in decremento autem deficit, & ad oſſa irriganda ſatis humoris non ſuppeditat. Ita in propoſito Princeps, aut Præfectus Reipubl. eſt caput, ac cerebrum. Hoc igitur capite, ac cerebro ex inuidia deficiente, reliqua Reipublicæ oſſa (id eſt ſubditi) medullis vacua facta arent, & infirmantur, & indè putredo oſſium. Cum enim capita (id eſt principes, ac præfecti) inuidia laborant, quod in eis multum vituperabile eſt, vt inquit Seneca.

Seneca in libro de clement.

Principibus quidem inuideri, & inuidere, cognata mala ſunt (nimirùm inuident ipſi potentioribus, & ab his qui minus poſſunt ipſis inuidentur) ſed inuidere maius eſt malum, inuideri enim eſt virtutis, inuidere, infirmitatis, & inſaniæ. Cum quædam Reipubl. capita infirma, ita huic lunæ poteſtati, & imperio ſubiacent, vt ea creſcente valeant, & firma ſint, ea verò decreſcente laborent, & velut cerebro exhauſto ad dementiam, & inſaniam compellantur, ſcilicet ob inuidiam: cum capita Principes, & prælati exhauriuntur reliqua oſſa, & valida Reipublicæ membra, veluti medullis vacua facta deficiunt, quia principum inuidiæ, & his quæ ex inuidentia proficiſcuntur affectionibus inſeruire coguntur. Hinc bella, ſimultates, & alia quæ populos maximè diuexant: & neceſſarium, aut mendaces, aut ſtultos ſe omnibus declarare debent. Si enim omnia ſimulatione regunt, & celant, mendacij, & aſtutiæ notantur; ſi autem indignatione, & contumelijs, ac probris iaciendis produnt; ſtultitiæ arguuntur, & palàm ſe ſtultos eſſe profitentur. Quodnam autem vitium vituperabilius ſit mendacium, vel ſtultitia: non eſt nunc iudicandum, ſufficit quod cum vtrumque ex malo inuidiæ, atque odij principio profluat vituperabile eſſe exploratum eſt. Capita, quæ his infirmitatibus laborant, qui cerebrum inuidia exhauſtum habent, & propterea, vel mendaces eſſe debent, vel ſtultitiæ, notati medici huius infirmitatis eſſe non poſſunt. Iudæi, qui in Euangelio hodierno Chriſtum contumelijs afficiunt, tales medici eſſe non valent: contumelia enim ex inuidia, atque odio profluens eos non ſolùm mendaces, ſed & ſtultos eſſe denotat. Ita vt de illis dictum ſit, quod putredo oſſium inuidia, quæ cùm cor eorum interius conſumebat, corpus etiam exterius in affectiones, & linguam in contumelias excitabat. De Chriſto autem rectè dicitur, quod vita carnium ſanitas cordis, puriſſimum illud cor Chriſti Domini, & ab omni labe alienum; Medicus erat tribuens vitam carni, & oſſibus, debiliores, & teneriores firmando, & roborando; oſſibus autem robuſtioribus, & validioribus, Prælatis, & ſuperioribus tanquam diuinum cerebrum medullas influendo, tanquam caput ſanum, & omnis ſanitatis principium, ſanitatem morum diſtribuendo, tanquam ſol in cuius pennis ſanitas incolumitatem ſubminiſtrat. Cæteri prælati, atque eorum poteſtas cum luna non ineptè componitur; ſed poteſtas Chriſti cum ſolis virtute, & lumine componenda eſt. Itaque cum Chriſtus ſit cor Eccleſiæ, quod vitam omnibus Chriſtianis tribuit, & caput, atque cerebrum, quod medullas oſſibus Eccleſiæ prælatis, atque ſuperioribus influit, hodie tanquam medicus infirmitati Iudæorum ex inuidia, & liuore procedenti mederi voluit. Ideò ſanitatem cordis ſui proponit. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* capitis, & cerebri, ſeu doctrinæ vim communicat, tanquam medullam oſſibus, cum inquit, *qui ex Deo eſt, verba Dei audit*. Sed non iuuat putrida oſſa, & corda Iudæorum tanti medici dexteritas, & diligentia, vt in Euangelij interpretatione videbimus.

QVIS EX VOBIS ARGVET ME DE PECCATO. Diſputationem Chriſti, & Iudæorum continet lectio Dominicæ hodiernæ, cuius ſcopus eſt oſtendere Chriſtum eſſe verum Deum, & verum hominem, huius autem rei gratia Chriſtum lapidibus obruere Iudæi tentauere, quia dicebat ſe Deum eſſe. Deum, & hominem ſe declarauit Chriſtus, ſed hominem innocentem: Nam quamuis Dominus paratus eſſet patri obedire vſque ad mortem crucis, ſuam tamen innocentiam tuetur hodie, ne tanquam reus mortis ab iniuſtis comprobari poſſit, & ne eius aduerſarij ſibi ſapere viderentur, ſed potiùs ad ſeipſos redeuntes malitiæ eos pœniteret. QVIS (inquit) EX VOBIS ARGVET ME? Græcè ἐλέγχει, quod eſt refellere, & argumentis conuincere non ſimpliciter accuſare. Alioquin ſæpius accuſatus eſt à Iudęis, quaſi eſſet potator vini, publicanorum amicus, legis violator, & Dęmonium haberet, & huiuſmodi multa, nunquam tamen conuictus fuit de crimine, quia in Deum culpa non cadit; ideoque nunquam potuerunt eum certis argumentis conuincere, obſtructum eſt enim os loquẽtium iniqua. Ius ergo ſuum hodie Dominus dicit, & cauſam ſuam hodie conatur tueri coram inimicis, & peruerſis iudicibus. Quandoquidem o Iudęi doctrina mea ipſa eſt veritas, & vita mea omni culpa caret, quare non recipitis Euangelium, quod ego vobis annuncio? Si quiſpiam ex vobis eſt qui aut doctrinam meam de aliqua falſitate, aut vitam meam de aliquo peccato conuincere poſſit, vt ob id putet mihi non eſſe credendum in medium prodeat, & nolite in angulis vitam meam corrodere, & clanculum mores meos taxare, & omnem ſupellectilem meam euoluere, ſi aliquid habetis decretum venite, & arguite me. Itaq; duo admodũ in viro docto sũt neceſſaria, vt libẽter audiatur, vitę ſcilicet

inno-

Digitized by Google

innocentia, & veritas doctrinæ, ſi primum ei defuerit audiet ſibi dici, huius vita deſpicitur, reſtat, vt prædicatio eius contemnatur. Si autem ſecundum præſto non fuerit, dicetur ei, diſce, & poſtea doce, quia qui ignorat, ignorabitur. Decet ergo Epiſcopos, & verbi Dei nuntios, & probos eſſe debere, & eruditos. Quod ſi aliquis proclamet ſuã innocen-
Seneca. tiam, & intus peccatis ſordeat, dicetur illi illud Senecæ: *Aliud in titulo, aliud in pixide.* Quemadmodum ſi apud medicum in pixide, vbi repoſitum eſt venenum titulus apponeretur, Medicamentum ſalutare. Nonnè rectè diceretur aliud in titulo, aliud in pixide: ita accidit cum quis ſanctitatem, & innocentiam ſuam extrinſecus oſtentat, & intus peccatis conſcientiam oneratam habet, ficta, & inanis hæc
Prou. 11. v. 21. eſt innocentia, *Manus in manu non erit innocens peccator*, inquit Sapiens homo conſcientiæ peruerſæ, & peccatis obnoxius impoſſibile eſt, quia ſit innocentia perfecta; nam licet extrinſecè appareat innocens verè tamen eſt peccator, quia impoſſibile eſt dimidiatam ſperare innocentiam: bonum enim eſt ex integra cauſa, malum autem ex quocunq. defectus autem internæ innocentiæ, magnus defectus eſt, quo laborant Phariſæi, qui extrinſecè quoad oculos hominum videbantur innocentes, ſed intus pleni erant peccatis; & in primis, quia veritatem odio proſequebantur. SI VERITATEM (inquit) DICO, QVARE NON CREDITIS MIHI? Odioſa eſt veritas ei, cui blanda ſunt vitia, & ſuaue cum aſſentione mendacium. Pungit ſimia ſpeculum, quo ſua ſibi producitur pulchritudo. Propre-
Iſai 59. v. 14. tea (inquit Eſaias) *corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta eſt veritas in obliuione, & captiua detinetur Iuſtitia* atque verendum eſt ne commutetur in mẽdaciũ. Inde fit, vt paucos inuenies, qui paulò durius velint admoneri, ſed fiunt veluti impatientes ægroti, qui, cum iuxtà morbi grauitatem aliquando durius tractantur vbi morbum excuſare nequeunt, mox pharmacum, aut Medicum calumniantur. Ita, & hi cum corripiuntur, & errata ſua excuſare non valent, vertunt ſe ad calumniam, & corripientis doctrinam canino dente lacerant. *Magna eſt terra, &*
3. Eſdr. 4. v. 34. *excelſum eſt cælum* (inquit Eſdras) *& velox curſus ſolis, conuertit gyro cælum in locum ſuum vna die, nonnè magnificus eſt, qui hæc facit; & veritas magna eſt, & fortior præ omnibus, omnis terra veritatem inuocat, & cælum ipſum benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non eſt in ea quidquam iniquum; veritas manet, & inualeſcit in æternum*; benedictus Deus veritatis, ſi hanc veritatem ego vobis dico, quare eam aſpernamini? Sicut enim lux amabilis eſt oculis ſanis, ſi & veritas intellectui non deprauato: Nam quamdiu blanditur iniquitas, & dulcis eſt, amara eſt veritas, vt ergo ſuauis ſit veritas, contemnatur dulcedo iniquitatis: veritas enim dulcis eſt, & amara, quando dulcis eſt aditum cæli parat, quando verò amara, tunc nos ab eo retardat. Quid namque nobis amplius petendum ſit, quàm vt beati ſimus, & quid facit hominem beatum, niſi ipſa immutabilis veritas. Tene ergo veritatem, & beatus eris.

QVI EX DEO EST, VERBA DEI AVDIT. Aliud ſignum malæ conſcientiæ eſt negligentia in audiendo verbo Dei. Porrò verbum Dei verbum veritatis vocat, nam quidquid verum eſt, id à Deo profectum eſt, illis ergo tacentibus perfidiæ cauſam ipſe aperuit inquiens. Diffiditis ſermonibus meis, quod non indè prouenit, quaſi in me aliquid deſideretur, quod boni concionatoris ſit, ſed quia in vobis deſideratur, quod bonorum auditorum eſt, hoc eſt non amatis veritatem, atque hæ res arguit vos non eſſe
D ex Deo: nam quiſquis ex Deo prognatus eſt, is vt germanus filius verba Dei audit libenter, & hoc eſt præcipuum Symbolum, quo agnoſcuntur filij Dei. Audire autem verbum Dei non eſt ſolùm concioni intereſſe: nam Phariſæi arrectis auribus audiebant Chriſtum docentem, quos tamen Chriſtus audiuiſſe negat verbum Dei, audit & nunc ſcortator, auarus, procax etiam audit, audit is, qui de verbo Dei, quod audiuit à concionatore ſubtiliter diſputat. Omnes tamen iſtos negat Chriſtus audire verbum Dei illi ergo dicendi ſunt audire verbum Dei in quorum mentibus loquitur Spiritus Sanctus, totaque animi adhæſione complectuntur verbum Dei, verbum veritatis, quia Deus eſt,
Cyrillus. Deus veritatis. Si rerum naturam attendimus (ait Cyrillus) omnia ex Deo ſunt, quia ab eo ortum habent, & exiſtunt omnia. Si verò ſpiritualem generationem, qua filij Dei gignuntur, & ex Deo naſcuntur ij ſoli filij Dei naſcantur, qui rectè credunt, & verba Dei audiunt auribus corporis, & mentis affectu, nec non operis executione. Nam *non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores.* ad Ro. 2. v. 13. *Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm.* Iacob. 1. v. 22. Quid enim prodeſt cibum corporis ſumere, & vix receptum ſtomacho per vomitum eijcere? verbum Dei cibus eſt animæ, quod ſi mentem ſubierit, & continuò obliuione deleatur, aut opere non compleatur, non affert animę ſalutem, quinimò grauiorem illi, & duriorem parit damnationem quia *ſciens, & non faciens peccatum eſt illi.* Nolite attendere naturam inquit Lucæ 12. S. Aug. Diuus Auguſtinus natura quidem ſunt ex Deo, vitio autem non ſunt ex Deo, quia vitium non eſt à Deo, ſed à Satana, ſicut omnes Iudæi natura ſunt filij Abrahæ, quidam vero prauis operibus ſunt filij Satanæ, qui homicidiũ inuenit.

PROPTEREA VOS NON AVDITIS, QVIA EX DEO NON ESTIS. Præcogniti erant Domino, qui erant credituri ea fide per quam poſſent, à peccatorum obligatione liberari, ſecundum hanc ergo prædeſtinationem locutus eſt Dominus. Qui ex Deo eſt verba Dei audit, non quod aliquem inuenerit ſecundum generationem eſſe, vel non eſſe à Deo. Tale quid apud Ioannem legimus. 1. Ioan. 4. v. 6. *Qui nouit Deum* (inquit) *nouit nos, qui non eſt ex Deo, non audit nos: in hoc cognoſcimus Spiritum veritatis, & Spiritum erroris.* Itaque qui eſt ſpiritu Dei præditus is benignis, & auidis auribus tum corporis, tum animæ audit verbum Dei, & ei obtemperat. RESPONDERVNT ERGO IVDÆI, ET DIXERVNT EI, NONNE BENE DICIMVS NOS, QVIA SAMARITANVS ES TV, ET DÆMONIVM HABES? Conuicti Iudæi de impietate, ad conuitia ſunt conuerſi, & ad maledicta confugerunt, ex quo intelligimus ſæpius illos Domino hęc conuitia obieciſſe, nunc autem hoc ipſum re confirmare velle. Samaritanus à Iudæis ex contemptu eſt appellatus, quem enim Iudæi vehementer execrabãtur Samaritanum appellabant, videlicet quod ceremoniarum legis videretur eſſe tranſgreſſor; Dæmonium autem habere dicebant, tantùm quod in ſana, & nobilitati generis Abrahæ eum contraria loqui iudicabant, cùm illos dicebat ex Patre Diabolo, & non ex Deo eſſe. Se verò ſuamque doctrinam tantoperè commendabat. Nonnè bene (aiunt) imputamus tibi id, quod nunc re declaras, & comprobas noſtram ipſe ſententiam, quòd Samaritanus es, ac Dæmonium habes ſi Dæmonium Chriſtus habet ò Iudæi? cur ergo rugientes Dæmones clamabãt in eum *veniſti ante tempus torquere nos,* Matth. 8. v. 29. Cur rogabant, ne ab eo torquerentur, & vt mitteret eos in porcos, & ne expelleret eos extra regionem, & ne ipſos in abyſſos mitteret, ò natio praua, & peruerſa: Dæmones confitentur Chriſtum, vel inuiti, vos autem dura ceruice, & corde incredulo illi in faciem reſiſtitis, Diabolo patre veſtro duriores effecti, negatis filium Dei, & execranda blaſpemia illum afficitis? Ira quippè, & furore incredibili correpti, reprehenſionem tolerare minimè poterant Phariſæi, vnde multùm commendatur ex principibus Poloniæ Vladislaus II. quem dura Iacobus Archiepiſcopus Gneſnenſis in caſtris tam degentem ſæuè admonuit, caput illius diris deuouit, exercitum execratus abiuit, & curru conſcenſo dum imprudentius auriga eius carpentum conuertit, in columnam qua tentorium Principis ſuſtentabatur extre- Cromer. lib. 2. mo axe impingens, tentorium ſolo proſtrauit. Et licet mali hominis ea res omnibus viſa eſt, tenuit tamen iram, nec acerbius quicquam in Archiepiſcopum, aut fecit, aut dicit, ita vt mirarentur omnes patientiam eius.

RESPONDIT IESVS. EGO DÆMONIVM E NON HABEO. Ad Samaritani conuitium non reſpondit mitiſſimus IESVS, quia ſolùm erat impotentis iræ maledictum, perinde quaſi balbum illum vocaſſent, ſed ad Dæmoniaci vocabulũ reſpondit, non reddens maledictum pro maledicto, ſed manſueta reſponſione inſanum conuitium confutauit, quatenus nos inſtrueret, vt quoties agitur de gloria Dei aduerſus impios defendenda vehementer ſimus, tunc acres, quoties verò nunc ipſi conuitijs affici-

Digitized by Google

mur patientes, & manſueti, ac inſuper quæcunque ad Deũ pertinent omninò vindicare curemus, quæ verò ad nos ſpectant probra manſuetè ferre, atq; deſpicere enitamur. SED HONORIFICO PATREM MEVM, ET VOS INHONORATIS ME. Honorifico Patrem meum verbo, & opere: Dæmon verò verbo, & opere ſemper aduerſatur. Igitur Dæmonium non habeo: hæc enim duo inuicem ſibi aduerſantur, Dæmonium habere, & Deum honorare. Calumniati eſtis doctrinam meam dicentes eam Dæmonio eſſe; inhonoraſtis me tot opprobrijs, conuinijs, blaſphemijs, proſcindentes. Magnam Emphaſim habent hæc duo vos, & me. Vos (inquam) qui ex patre Diabolo eſtis, & opera illius vultis facere, me, qui ſum verus, & æternus Dei filius. Non dixit inhonoraſtis Patrem, ſed me, tacitè innuens Patris, & ſuam gloriam eandem eſſe: Deum honorifico, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, ſed in hoc inhonoraſtis Deum veſtrum, quia inhonoraſtis me, qui gloriam eius quæro. Propterea veſtra conuitia, probra, blaſphemias paruı facio, quia non quæro quatenus ſum gloriam meam, vt vlciſcar de iniurijs mihi illatis, ſed Pater meus, qui vult, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem, ſeuere à vobis exquiret vindictam de iniurijs mihi illatis quando per Romanos euertetur ciuitas veſtra, & venient illa tempora, in quibus dicetis montibus, cadite ſuper nos.

EGO AVTEM NON QVÆRO GLORIAM MEAM, EST QVI QVÆRAT, ET IVDICET. Ego non quæro gloriã meam, Dæmon autem quærit gloriam ſuam, igitur ego Dæmonium non habeo. Qui ergo quærunt gloriam ſuam, & non gloriam Dei, Dæmonium habent, præcipuè hæretici, qui ſunt propriæ laudis mancipia. Theodas quidã, & Iudas Galilæus gloriç popularis cupidi, Meſſiæ ſibi nomen aſſciuerat; Montanus Paraclitũ ſe nominauit; Saturninus Saluatorem; Menander in ſuo

Simon Magus.

nomine Baptiſmum inſtituit; Simon Magus virtutem ſe eſſe aſſeruit, cui à Nerone aurea poſita eſt ſtatuta cum hac inſcriptione. Simoni Sancto Deo; Oſiander ſe nominabat ſecundum Enoch; Manes vocabat ſe Apoſtolum; Donatus exiſtimabat ſe eſſe Deum; Denique Luterus voca-

Luterus.

bat ſe eſſe Euangeliſtam, & tertium Meſſiam. Iſti, & qui ſunt generis eiuſdem ſuam tantum, & non Dei gloriam quæſierunt, ideoq; cum ſuo Patre Diabolo perierunt. At mitiſſimus IESVS nec gloriam ab hominibus quæſiuit, quemadmodum Ioannes dixit *claritatem ab hominibus non accipio*, nec vindictam exegit, ſed pro ſuis crucifixoribus rogauit. Nihil ergo apud Hęreticos fixum, ac ſtabile cernere licet, apud quos altercationes vigent, & fidei dogmata mutantur: cum enim maximè feruent diſputationes, tum potiſſimum frigeſcit charitas. Nam altercando veritas amittitur, quando vnus inflatur pro altero aduerſus alterum. Veritas fidei omnibus rectè credentibus eſt communis, Hæretici vero quia ſunt gloriç humanæ ſerui, ſibi propriam faciunt. O peſtiferum inanis gloriç virus. O execrandam, omnibuſq; modis fugiendam ambitionis ſcabiem? Hæc quippè primum Angelum de cœlo eiecit:

Geneſ. 3. Geneſ. 15 Exod. 3. Num. 16. 1. Reg. 13. 2. Reg. 24. Eſter. 5. Iud. 12. Daniel. 3. 5. 2. Mach. 9.

hæc primos Parentes è Paradiſo deturbauit: ædificantes turrim Babel confudit: Pharaonem nolentem dimittere populum Dei proſtrauit: Chore, Dathan, & Abiron viuos abſorpſit: Saul regno priuauit: hæc Dauidi peſtem aduexit: Abſalom in quercu iugulauit ſaceisq; confodit: Aman ſuſpendit: Holopherni caput amputauit: Nabucodonoſor in bellua conuertit; Balthaſarem eius filium exterminauit Deniq; Antiochum inſanabili plaga percuſſit. Fugienda ergo prorſus eſt peſtis vanæ gloriæ, quæ multorum malorum ſentina, parens, & origo eſt.

AMEN AMEN DICO VOBIS SI QVIS SERMONEM MEVM SERVAVERIT. Cum cerneret Dominus ſermonem ſuum Iudæis eſſe ſuſpectum, & quaſi à Dæmone profectum, quamuis multis blaphemijs ab eis laceſſitus, ſalubria tamen documenta non abſcondit Manſueti enim, & pacientis animi eſt cum læſus fuerit, & laceſſitus iniuria, non reddere malum pro malo, *ſed vincere in bono malum*, vt ſic lædentium animi emolliantur, & ad lenitatem redeant, *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.*

Ad Rom. 12.

MORTEM NON GVSTABIT IN ÆTERNVM. Mortem ſcilicet animæ perpetuam, quæ ſola vera eſt mors, & magnopere formidanda, quia ſeparat à fonte vitæ perenni, iſta eſt mors ſecunda finis, atq; exitus neſcia.

Prou. 15. 12.

DIXERVNT ERGO IVDÆI. NVNC COGNOVIMVS, QVIA DÆMONIVM HABES. Pugnat modeſtia Chriſti cum furore Phariſæorum. modeſtè ſatis Chriſtus reſponderat Iudæis ſupra, ſed illi furore repleti verbis iniurioſis, & blaſphemijs eum afficere non ceſſant. Vituperabile ſanè iræ vitium, quod in blaphemiam excreſcit. Ineffabilis porrò Chriſti manſuetudo in tantum, vt nunquam ſimilis ei reperiatur. Commendatur ex modeſtia, & patientia Vvladislaus Iagello Polonorum Rex,

Vvladiſlaus Iagello

qui à cruciferis inuitatus cum Toruniæ ſitum, munitionem, atq; ædificia vrbis contemplaretur, ſordibus culinæ à muliercula quapiam, ſeu caſu, ſeu data opera perfuſus, mulierculæ ad mortem ob id deſtinatæ impunitatem impetrauit, & ſcelus malignorum, modeſtia Regia proſtrauit, ſed incomparabiliter maior eſt modeſtia Chriſti, qui & blaſphemia afficitur, & mendacij accuſatur cum dicitur ABRAHAM MORTVVS EST, ET PROPHETÆ, ES TV DICIS. SI QVIS SERMONEM MEVM SERVAVERIT NON GVSTABIT MORTEM IN ÆTERNVM. De morte locutus eſt Dominus, qua anima ſeparatur à Deo fonte viuo, non de ſeparatione animæ à corpore. Vnde licet Abraham & Prophetæ ſecundum corpus mortui ſunt; illam tamen animæ mortem non ſenſerunt, ſed ſecundum illam Deo viuunt *Ego* (inquit) *ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.*

Exod. 3. v. 6.

Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium, omnes enim viuũt ei, perperam ergo ſentiebant Iudæi de morte Abrahæ quippe qui mortuus non erat morte, de qua Dominus eſt locutus. videlicet Dominus (inquit Auguſtinus) aliam mortem intellexit, de qua nos liberare venerat, mortem ſecundam, mortem æternam, mortem gehennæ, mortem damnationis, cum Diabolo, & Angelis eius, Ipſa eſt vera mors, iſta autem temporalis obdormitio, & migratio, eſt relictio corporis, ac grauis ſarcinæ depoſitio. Optimũ argumentum aduerſus eos, qui negant immortalitatem animæ humanæ: ſi enim quis ſeruat verbo, & opere Euangelium, quomodo morietur, ſi quidem Chriſtus ait. *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem.* Et Abraham poſt migrationem ex hac vita viuit, quia non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium: Igitur anima poſt migrationem ex hac vita à corpore non moritur. Qui aliter ſentiunt belluæ ſunt, & bellunè viuunt, atq; moriuntur.

NVNQVID TV MAIOR ES PATRE NOSTRO ABRAHAM, QVI MORTVVS EST, ET PROPHETÆ MORTVI SVNT? QVEM TE IPSVM? RESPONDIT IESVS, SI EGO GLORIFICO ME IPSVM GLORIA MEA NIHIL EST, EST PATER MEVS, QVI GLORIFICAT ME. Refert gloriam ad Patrem à quo eſt & procedit Excat nunc aliquis Arianus, & dicat. Pater maior eſt filio, quia glorificat filium: Hæretice Ariane non legiſti apud Ioannem, quia filius glorificat Patrem, & Pater glorificat filiũ,

Ioan. 17.

agnoſce ergo æqualitatem, & depone peruerſitatem. Itaq; ſi ego ex me ipſo, aut ego tanquam homo qualis à vobis ſolum eſſe putor, glorifico me ipſum, gloria mea pro nihilo exiſtimanda eſt, ſed eſt Pater qui glorificat, quæ dixi, & feci QVEM VOS DICITIS, QVIA DEVS VESTER EST, ET NON COGNOVISTIS EVM. EGO AVTEM NOVI EVM. non cognouiſtis eum, quia opera quæ per me facit, deſpicitis: ſi enim cognouiſtis eum, non deſpiceretis filium, quem ad vos miſit. Gloriabantur Iudæi ſe ſolos Dei cultores eſſe, eius tamen leges, & mandata non ſeruabant; Propterea rectè dicuntur Patrem non cognouiſſe, quia verè filius vnius eiuſdemque eſt ſubſtantiæ cum Patre, & vnigenitum Patris verbum reuera ſcit Patrem, ſcientia æterna, quæ vna eſt Patris, & filij ſcientia, quia ſolus filius nouit Patrem, & ſolus Pater nouit filium, cognitione, quę dicitur comprehenſio. Nouit etiam notitia beata, & effectiua, quia quæ placita ſunt ei fecit ſemper ETSI DIXERO, QVIA NON SCIO EVM ERO SIMILIS VOBIS MENDAX. SED SCIO EVM ET SERMONEM EIVS SERVO.

Digitized by Google

SERVO. Hæc conditionalis vera eſt, quæ habet bonam conſequentiam, ſcilicet ero ſimilis vobis mendax, ſed antecedens eſt illud, quod filius noſcat patrem, alioquin negaret filius ſeipſum: ſi enim filius imago eſt Patris, & nemo venit ad Patrem, niſi per filium, & filius non nouit Patrē, ergo Pater erit planè incognitus, atque indè omnis religio peribit. Quare ſicut fieri non poteſt, vt filius nō noſcat Patrem, ita eſſet è contra mendax, ſicut Iudæi erant, qui dicebant ſe noſſe Patrem, & filium eius negabant, *nemo autem nouit Patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Quomodo ergo cognoſcebant Patrem, ſi vnigenitum filium Patris deſpiciebant? quomodo confitebantur verbis ſe noſſe Patrem, quem factis negabant. Mouent Scholaſtici dubium Si Chriſtus potuit mentiri, & conſequenter peccare. Reſpondetur. Chriſtus in quantum homo, quia eius anima cōfirmata erat in gratia, & fruebatur obiecto beatifico, nullo modo poterat mentiri, & peccare. Quoniam autem Iudæi dixerunt Chriſto ſupra. *Numquid tu maior es Patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt?* hanc obiectionem efficaciter refellit dicens.

Mat. 11. v.17.

In 3. Sentent. diſt. 12.

ABRAHAM PATER VESTER EXVLTAVIT, VT VIDERET DIEM MEVM, VIDIT, ET GAVISVS EST. Abraham Hebræus, ex Heber, cuius in domo, vel familia remanſerat primitiua lingua mundi, lingua Hebræa, alijs gentium linguis confuſis in turri Babel, natus eſt, hic vir præclariſſimus anno centeſimo nonageſimo primo à natiuitate Falga, quando terra diuiſa eſt; à diluuio autem 292. à Sem primogenito Noe decima generatione editus. Is cum eſſet ſapientiſſimus in omni ſapientia Chaldæorum, & veri Dei pariter obſeruantiſſimus ignem nolens pro Deo colere, in ipſum ignem coniectus eſt, ſed diuina virtute ereptus patria, cognationeque relicta peregrè profectus eſt, huius rei teſtes ſunt Philo, & Ioſephus lib. 1. cap. 15. necnon Beroſus. Poſt diluuium (inquit) decima generatione apud Chaldæos fuit quidam vir iuſtus, & magnus in cœleſtibus expertus. Nicolaus verò, Damaſcenus in 4. Hiſtoriarum ſic ait, Abraham regnauit in Damaſco veniens aduena cum exercitu de terra, quæ ſuper Babilonem Chaldæorum eſt. Huius viri fides, pietas, obedientia, fortitudo, dilectio nunquam ſatis commendabitur. Huius pietatis teſtimonium eſt relicta patria, perpetua peregrinatio, tribulatio, apud ignotos tentatio, quam Hæroica fide ſuperauit, precatio fortis pro Sodomorum ſalute; Pater denique multarum gentium eſt appellatus, non ſolùm fidei Sacramento, verum & in filiorum propagatione: nā ab Iſaac filio promiſſionis primogeniti ſunt Iudæi, ex Iſmaele verò duodecim duces, multarum gentium, ab alijs autem filijs ſex, quos genuit ex Cæthura, qui diuiſè ſunt ab Iſaac viuente Abraham, occupata eſt Arabia vſque ad maris rubri terminos. Inter eos verò vnus fuiſſe fertur nomine Epher, ſeu Afer, quem Hiſtoriographi dicunt duxiſſe aduerſus Lybiam exercitum, eiuſque poſteros ex nomine Atauı Africam nuncupaſſe. Itaque Pater multarum gentium dicitur magnarum virtutum vir, Deoque acceptiſſimus, vidit diem Chriſti, & gauiſus eſt, diem æternitatis Chriſti, quando *Tres vidit, & vnum adorauit*, Geneſ. 26. vidit diem natiuitatis Chriſti, Geneſ. 24. Vocans enim ad ſe ſeruum ſuum, qui præerat omnibus, quæ habebat. *Pone* (inquit) *manum tuam ſuper femur meum, vt adiurem te per dominum Deum cęli, & terrę, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chanaan*, qua profectò adiuratione ſignificauit Deum cæli, de ſuo femore, ſeu ſemine naſciturum. Vidit etiam diem paſſionis Chriſti Geneſ. 22. quando prohibitus eſt ne immolaret Iſaac, *vidensque arietem illum obtulit in Holocauſtum*. Tres dies, ideſt tria ſacroſancta myſteria vnius Chriſti, vidit, & gauiſus eſt, quia riſit gaudioque perfuſus fide ſenſit Deum per Chriſtum placatum fore generi humano. Itaque tres dies pro vno die deputantur, quia vnius ſunt mediatoris Dei, & hominis IESV CHRISTI, qui eſt dies, quia lux eſt, *& tenebræ in eo non ſunt vllæ, ſtella ſplendida, matutina, radix Dauid.* Dicit ergo Chriſtus. Nō ſum ego Abrahæ contrarius, quem ille tantoperè deſiderauit, & vidit non ſolùm per figuras; verumetiam per animas, quæ iſtinc ad ſinum Abrahæ proficiſcuntur, audiuit. Abraham ergo non eſt mortuus, ſed viuit, & ego antiquior, & maior ſum Abraham, antiquior quidē, quia ego ſum promiſſum primis parentibus ſemen, quod contriturum erat caput ſerpentis, maior autem quia à me omnes ſectatores fidei Abrahæ benedictionem accepturi eſſent, qui autem benedicitur minor eſt illo, qui benedicit. Gauiſus eſt Abraham, quod futurus erat in ſalutem mundi, & ſui voti compos effectus eſt, quia oculis ſpiritualibus vidit per figuras, dum adhuc in viuis ageret, deindè per Angelorum reuelationes, & animas, quę ex hac vita ad eum pergunt modo etiam videt. Nondum enim aperta erat ianua cæleſtis, dum hæc Chriſtus loqueretur. Senſus ergo eſt Abraham Pater veſter exultauit, vt videret diem meum, ideſt. exultauit ſperando, quod videret, non autem exultauit, quia vidit: cum enim Abraham per reuelationem cognoſceret de ſemine ſuo mūdi redemptorem naſciturum exultando geſtiuit, vt videret diem illum, nempe tempus Aduentus Chriſti, qui ab Apoſtolo 13. Rom. dies appellatur. *Nox præceſſit dies autem appropinquauit.* Item 2. Cor. 6. vocat diem ſalutis, & 1. Theſalon. 5. vocat filios lucis, & filios Dei, ipſe quoque Dominus in Euangelio Ioan. 9. vocat ſe diem. *Ambulate* (inquit) *dum dies eſt, quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi.* Rectè quidē dies appellatur, quoniam per Chriſti aduentum nox Adæ, & vmbræ legis defecerunt. Læti ergo, & lætabundi ſuſcipiamus cum Patriarcha Abraham diem Chriſti, nullus hic aſſiſtat Arianus, qui Chriſti æternitatem negat, nullus Eunomianus, nam tales dies iſte non recipit. Ipſe enim dies ſic hodie alloquitur Iudęos, antequam Abraham fieret ego ſum, ſi eſt ante Abraham Deus vtique eſt in æternitate, qui natus eſt in temporis volubilitate Abraham factus eſt, ego autem ſum. Igitur ò Ariane, aut tu mendax es, & prior Iudæis, qui ideò volebant Chriſtum lapidare, quod ſe faceret Deum, aut Chriſtum. Sed in Chriſtum non cadit mendacium, quia eſt prima veritas per eſſentiam, igitur tu es mendax, & omnes qui de Chriſti diuinitate malè ſentiunt. Nos ergo filij chariſſimi, qui non ſumus noctis filij, ſed diei, læti, & gaudio ſpirituali geſtientes, ſuſcipiamus hunc diem ſalutis, & lætitiæ, qui CHRISTVS IESVS, & verus eſt Deus, & verus homo, dies verus, qui illuminat abſcondita tenebrarum, & manifeſtat cordium conſilia.

Gen. 26.

Gen. 24. v.3.

Gen. 22.

H

ad Rom. 13. v. 12.

Ioan. 9. v.5.

DIXERVNT ERGO IVDÆI AD EVM. QVINQVAGINTA ANNOS NONDVM HABES, ET ABRAHAM VIDISTI? Dicendum erat, & Abraham vidit te. Verum, vt obſcuriorem redderent ſermonem Chriſti dixerunt, Abraham vidiſti. Senſus ergo verborum talis eſt. Nondum impleuiſti vnum ſęculum, ideſt annos quinquaginta, quòd ſæculum appellabant, & Abraham vidiſti? DIXIT EIS IESVS. AMEN AMEN DICO VOBIS, ANTEQVAM ABRAHAM FIERET EGO SVM. Apertè ſuam diuinitatem demonſtrauit, *Ego ſum, qui ſum* antequam fieret Abraham. *A ſummo cęlo egreſſio eius* (inquit Regius pſaltes de diuinitate eius loquens) *& occurſus eius vſque ad ſummum eius. Et ante luciferum genui te* Apprehende verba, & agnoſce myſterium. ait D. Auguſtinus. Antequam Abraham fieret, quia creatura erat Abraham, propterea non dixit antequam eſſet ego ſum, qui niſi per me non fieret. Neque dixit antequam Abaham fieret ego factus ſum, ſed ego ſum. Agnoſce ergo verum creatorem, & diſcerne creaturam, ſemen Abrahæ factum erat & vt Abraham fieret, ipſe ante erat. Ego ſum (inquit) ſum quidem præſentis temporis rationem habet, ſui præteriti, ero futuri. Præteritum autem, & futurum diuinitas nō habet, ſed ſemper illi eſſe adeſt. Ideircò (inquit Cyrillus) vt exprimeret ſuam diuinitatem, nō dicit antequam Abraham fieret, ego fui; ſed ego ſum, diuinitas enim ſtabilis eſt, & non deflectit in præteritum, aut in futurū accedit, ideoque non ſuſcipit nouam nominis appellationem, ſed vno nomine pręſentis, ſcilicet ſum, ſemper ergo gaudet, quia ſibi ipſi ſufficiens eſt.

Exod. 3. v.14.

Pſal. 18. v.7.

pſal. 109. v.3.

Cyrillus.

TVLERVNT ERGO LAPIDES, VT IACERENT IN EVM. IESVS AVTEM ABSCONDIT SE, ET EXIVIT DE TEMPLO Cum iam Dominum rationibus non poſſunt conuincere Iudæi, nec ſermonibus eius obſiſtere obſtinatiſſimi effecti, velut amentes, & furore concitati, ad lapides currunt, ipſumque, vt blaſphemum, & Abrahę ſe præferentem lapidare feſtinant, non ſeruato ordine

iudicij,

Luit.14. iudicij, nec habita loci ſacri ratione Liber ſiquidem Leuitici præcipit, vt lapidandus extra caſtra, & ciuitatem lapidaretur.
4.Reg.11 Et Ioiada Pontifex Athaliam per Tyrannidem Regnum occupantem iuſſit duci extra ſepta templi, & interfici Dominus autem videns eos obſtinatos, & incorrigibiles effectos, deſeruit eos, & abſcondit ſe. Commendanda eſt profectò in nobis Domini patientia, non execranda non
1 rebellis potentia. Noluit Dominus obrui lapidibus, ſed mori in ligno, vt qui in ligno vicerat, per lignum quoque vinceretur Quia Dominus regnauit à ligno; abſcondit ſe tanquam homo à Iudæis, à cordibus lapideis. Legunt Iudæi legem, & Prophetas, ſed Chriſtum non inueniunt, quia abſconditus eſt ab eis. Noli bone IESV te abſcondere à nobis, quia pauperes facti ſumus nimis, oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Quintæ Quadrageſimæ.
De Honeſtate, et modeſtia.

Ioan.8. v.49. *Ego Dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem qui in cælis eſt.*

Prou.11. v.21. *Manus in manu non erit innocens Peccator.*

A TAnta eſt connexio innocentiæ, & honeſtatis cum modeſtia, vt iureiurando aſſerat ſapiens impoſſibile eſſe, aliquem innocentem eſſe, id eſt honeſtum in animo, ſi ſit peccator in actionibus extremis, id eſt immodeſtus. Scio virtutem innocentiæ, ſeu honeſtatis, alteram eſſe particularem, alteram vniuerſalem, quemadmodum decor, ac perfectio vniuerſi, altera eſt partium, altera totius vniuerſi. Non eſt enim imaginandum, ſapientiam aſtitiſſe conditori orbis otioſè, ipſa
Prou.8. v.30. enim de ſe teſtatur. *Ego eram cum eo cuncta componens.* Produxit mundum vniuerſum, & hunc decorum, quia fecit Deus per ſapientiam mundi iſtius pulchritudinem; qui eſt decor vniuerſalis. Produxit etiam partes mundi decoras, quia cum faceret Deus lucem, & diem, noctemque diſtingueret, cum conderet cælum, cum terras, & maria ſepararet, cum Solem, & Lunam, & Stellas conſtitueret lucere ſuper terram, probauit ſingula. Illud ergo decorum, quod in ſingulis mundi partibus elucebat, in vniuerſitate reſplenduit, quia ex decore partium, decor totius reſultauit. De quo applaudebat ſibi ſapientia, & lætabatur Deus orbe perfecto. Ego (inquit) eram cum applaudebat, & lætabatur corde perfecto, ſimile quid in fabrica humani corporis cernimus. Grata eſt vniuſcuiuſque membri portio; ſed plus in communi compoſitio membrorum apta delectat, dum cuncta ſibi viciſſim quadrare, & concinnè conuenire videntur. Hoc decor tàm vniuerſalis, quàm particularis, qui ſic in toto vniuerſo, & in fabrica humani corporis cernitur; facile etiam in actionibus humanis obſeruari poteſt; ſi quis enim æquabilitatem vniuerſæ vitæ, & ſingularum actionum modos ſeruet; ordinem quoque, & conſtantiam dictorum, atque operum moderationemque cuſtodiat: in eius vita decorum illud excellit, & quia in quodam ſpeculo elucet, quod honeſtas dicitur, & hæc eſt lu-
Cicer.2. Tuſc. men actionum humanarum, iuxta illud Ciceronis. Sumus natura ſtudioſſimique honeſtatis, cuius ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus, nihil eſt quod, vt eo potiamur, non parati ſimus, & ferre, & perpeti. Semen, & origo omnium
D.Bern. virtutum honeſtas eſt. Nam (vt inquit Diuus Bernardus) Hoc lumen, & virtutum ſemen in intimis cordis, & conſcientiæ ſitum eſt. De honeſto exterior interrogetur conuerſatio, non quod ex ea honeſtum prodeat; ſed per eam. Nam in conſcientia eſt habitatio eius, & origo; ſi quidem claritas eius teſtimonium conſcientiæ, nihil certè hac luce clarius. Ab hac virtute prodeunt cęterę, ſiue quę ſunt decor intrinſecus animi; ſiue illę quę ſunt extrinſecarum actionum ornamentum, tanquam radij à Sole, tanquam fructus ex ſemine: vt vel ſolius modeſtię exemplo declarat D.Bernardus. Cum (inquit) decoris huius claritas abundantius intima cordis repleuerit, prodeat foras neceſſe eſt, tanquam lucerna latens ſub modio, imo lux in tenebris lucens latere neſcia. Porrò effulgentem, & veluti quibuſdam radijs erumpentem, mentis ſimulacrum corpus excipit, & diffundit per membra, & ſenſus, quatenus omnis inde reluceat actio, ſermo, aſpectus, inceſſus, riſus, ſi tamen riſus miſtus grauitate, & plenus honeſti. Hoc decorum, & honeſtum, adeò Diuinæ Sapientiæ placet, vt rectè dici poſſit de ea quod applaudat, & lętetur ex eius hominis perfectione, cuius animus, & opera decorum, & honeſtũ obſeruant. Imo non ad aliud quidpiam ipſa, quam ad hoc ſolùm attendere videtur, vt nimium in omnibus humanis operibus honeſtum eluceat.

Cum quidam interrogaretur quid nam faciat Deus in cælo? Reſpondit. Semper corrigit, & accomodat horologium totius vniuerſi. Importuna, & curioſa interrogatio ſimilis illi de qua alius interrogatus fuit. Quid nempe faciat Deus in cælo? quo occupetur? & reſponſum accepit. Superbos humiliat, & humiles exaltat. Iulianus etiã Iulianus Apoſtata
Apoſtata cum ex quodam Chriſtiano quæſiſſet, quid facit veſter Chriſtus filius fabri lignarum? Propheticum accepit reſponſum; accommodat feretrum pro Iuliano Cæſare. Acuta ſatis, & verifica reſponſio; verum vt ad propoſitum redeamus, reuera hic mundus, orbes cæleſtis, & ſphęræ ſunt ſimiles horologio. Sed quomodo corrigi putanda ſunt, quæ ſemper in eodem ſtatu permanent? ita enim perfectè hoc totius vniuerſi horologium à Deo creatum eſt, vt nunquam errare, aut in aliquo deficere poſſit: omnia in ea ordinatione perſeuerant, quam tenuerunt ex illo ipſo tempore, quo creata ſunt. Quamobrem de alio forraſſis horologio, illud dictum intelligi debet, videlicet de horologio libertate prædito, atque ita de ipſomet homine, cuius ſi conſideraueris potentias, partes, actione, motus animi, horologium rectè dixeris: proportio, & decor huius horologij eſt inæſtimabile: nempè animi, & actionum eius internarum honeſtas, inde, eſt modeſtia. Certũ eſt namq; quod ſi index errauerit, ſignum quoque eſſe horologium à proportione ſua deuiaſſe. Omnino enim neceſſe eſt, vt talis error, ac improportio foras prodeat, exterioribuſque actionibus, vt potè, aſpectu ſermone, inceſſu, riſu, & his ſimilibus indicetur. Hoc ergo horologium accomodat Deus, & ab omni errore tueatur, quatenus honeſtatis candore reſplendeat; atq; ſic demum applaudet, & congratuletur ſibi homine perfecto, qui alias ſiue modeſtia perfectus eſſe nequit. Sub iuramento etenim ſignoque extrinſeco affirmat ſapiens, eum qui eſt peccator, & immodeſtus in actionibus externis non eſſe innocentem, nec perfectam honeſtatem, ſiue vniuerſalem, ſiue particularem hæreditate: *Manus* (inquit) *in manu non eſt innocens peccator*. De hac igitur virtute ſcilicet, de honeſtate, quod ſit virtus, & ſpecialis virtus, in præſenti tractabimus. Poſtmodum de indice eius modeſtia ſitne virtus, ac quotuplex ſit, & quomodo acquirenda ſecundo loco agemus. Modeſtia Chriſti Domini, occaſionẽ præbet de hac virtute nunc loquendi: quæ fuit index Diuinæ illius honeſtatis. Quæ enim maior modeſtia eſſe poteſt? Blaſphemant Iudęi dicentes. Dæmonium habes, nec tamen ipſe ira, vel indignatione commouetur: ſed reſpondit modeſtè. Ego Dęmonium non habeo. Vt ergo Chriſtum præceptorem in his virtutibus imitari ſciamus, idcirco de eis erit præſens inſtitutio.

B Machiauellus. Non agnoſcit Magiſter Pſeudopoliticorum hanc virtutem, qui aſtu, & arte in omnibus actionibus progrediendũ eſſe Principibus ſuadet, de honeſtate minus curandum inſinuat, quandoquidem rapinis animum, auaritia, alijſque vitijs imbuere conatur vtilitatis gratia, honeſtum á finibus Chriſtianorum arcere, ac perpetuo inde exilio damnare pretendit modeſtiam autem, & comitatem, ſic alienã eſſe.

eſſe debere ab animis Principum docet, vt vel per illam ſolam animos excelſos deprimi, indolem omnem debilitati perſuadeat; inſuper eos, qui hanc colunt iniuriæ, ac prædæ cuilibet expoſitos miſerè reddi. Sed quis non videt generoſis animis propriam virtutem eſſe honeſtatem, & modeſtiam? non imbelles ea, ſed excelſos animos reddit. Regia reuera heroicaq; virtus eſt, ac homini ita propria, tamq; eius naturę debita, ac conformis, vt non contenta poſſeſſione voluntatis, vt virtutes cæteræ, nec portione ſuperiori, abſolutam ſeeſſe hominis recti, quo ad mores compoſiti dominam declarare cupiens Regiam ſedem ſuā conſtituerit, & firmauerit in affectione, in lingua, in manu, in quocunque horum ampliſſima ſui relinquens veſtigia. Ex ea nimirùm prouenit vrbanitas in reſponſis, iucunditas in facie, ſerenitas in fronte, pietas in oculis, riſus in ore, gratia in ſilentio, decor in eloquio, elegantia in geſtu, comitas in toto homine. Hæc enim omnia honeſtatis, & prudentię effectus ſunt. Honeſtas nō ſolum eſt virtus, ſed etiam idem virtuti, ita quod virtus, & honeſtas, hæc duo in re ſint idē, licet nominibus differant. Honeſtas enim eſt decor quidā ſpiritualis animæ, à quo oritur decor extrinſecus, qui ad modeſtiam pertinet, & hoc ſi honeſtas rigoroſè ſumatur, nam vulgo etiam ad extrinſecas actiones ſpectat, ſed propriè eſt decor animæ ſpiritualis, vnde inter honeſtum, & ſpiritualē decorem, nullum eſt diſcrimen, inquit D. Thomas. Virtus ſimiliter eſt decor ſpiritualis animæ; ideo ſolo nomine differunt honeſtas, & virtus, vel differunt ſicut decor vniuerſalis, & particularis. Virtutes naturali quodā ductu actiones decoras producunt, ſed iſte eſt decor animę vniuerſalis; decor autem particularis eſt honeſtas, quæ & ipſa virtus eſt, & aliarum virtutum lumen, ac quaſi ſemen quoddam, ſed non eodem modo de ea locuti ſunt, qui de virtutibus tractarunt. Quandoquidem Philoſophi de honeſtate loquentes non conueniunt in ea definienda: Zeno honeſtatem ingenij præſtantiam eſſe exiſtimat, & eam ſolum bonum appellat; cum hæc vna virtutū omnium perfectionem in ſe complectatur: Ariſtoteles quidem illud honeſtum opus eſſe putat, ex quo ſplendor aliquis, atq; illuſtris honor in eos perueniat qui id geſſerint: ſimilis ſententia eorum eſt, qui honeſtum id eſſe affirmant, quod ſit populari fama glorioſum: Platonici autem, & qui eos imitātur, id intelligunt honeſtum eſſe, quod detracta omni vtilitate, ſine vllis præmijs fructibuſue per ſe ipſum poſſit iure laudari.

Zeno.

Ariſtoteles.

Ex quibus omnibus opinionibus, nihil aliud colligendū puto, niſi honeſtum, aut ipſam virtutem eſſe, aut rem geſtam virtute. Pulchritudo corporalis, & vi uidi ſpiritus ex duobus præcipuè procedunt, ac conſtituuntur, videlicet ex debita proportione membrorum, ac humorum, & ex debita coloris claritate, proportionem humorum concomitante. Sic decor, & pulchritudo, quæ ad virtutes pertinet, ex duobus conſiſtit, ex claritate animæ, & proportione potentiarum, necnon humanarum actionum in ordine ad rationem tamquam regulam. Primum videtur pertinere ad honeſtatem, aliud conſequenter ad manſuetudinem, quia ex claritate, & pulchritudine animæ procedit proportio, & & decor in actionibus extrinſecis, & verbis; qui quidem decor excludit omne turpe, & inhoneſtum ab eo in quo ſitus eſt. Ex debito temperamento humorum procedit vt & corpus ſit viuax, atq; decorum, & omnis debilitas atq; deformitas ab eo remoueatur, ita ex interiori animi claritate procedit debita compoſitio extrinſeca, adeò vt quidquid dicit, aut facit ille qui decore hoc interno exornatus eſt, totum honore & laude dignum ſit. Nihil quippè laudabile eſt, niſi virtuoſum, & nihil virtuoſum niſi honeſtum. Multa ſunt bona vtilia, & delectabilia, quæ tamen virtuoſa non ſunt, quia non ſunt honeſta; per oppoſitum autem, quidquid honeſtum eſt, vtile, delectabile, & virtuoſum eſt; Quare virtus, & honeſtas idem ſunt. Præterea virtus eſt tantæ claritatis, & pulchritudinis, vt propter ſolam eius pulchritudinem, nihil virtuti contrarium agendum ſit, etiam occultiſſimè, ita quod etiam per impoſſibile oculos Dei lateat, quemadmodum dicit Tullius; etiamſi Deo, & homines lateat, nihil eſt bono viro turpiter faciendum; ſatis (inquit) nobis ſi modo in Philoſophia aliquid profecimus, perſuaſum eſſe debet, ſi omnes celare poſſumus, nihil tamen auarè, nihil libidinoſè, nihil incōtinenter eſſe faciendum. Ita quoque honeſtas & tam ſplendida; & decora, vt ob hoc ſolùm nullo habito alio reſpectu, nihil turpe agendum ſit.

Tullius.

C

Tullius offic. li. 3.

Hoc tamen ſpeciale eſt honeſtatis virtutis, & refrænet appetitum ab omni eo quod rationi, & ſplendori ſpirituali, ac compoſitioni interiori contrarium eſt. Atque ita eſt ſpecialis virtus ſi propriè ſumatur, & pertinet ad temperantiam, nam ex ſpeciali quadam ratione attribuitur temperantiæ, tanquam pars eius non quidem ſubiectiua, vel ſicut virtus adiuncta, ſed ſicut pars integralis, ſeu quædam conditio eius, quia temperantia eſt refrænatiua voluptatum, honeſtas eſt refrænatiua eius, quod eſt contra decorum, & honeſtum, & quia maximè homines notant, & aduertunt indecorum in voluptatibus, & redarguunt; ideò honeſtas temperantiæ attribuitur.

Huius virtutis officium aliqui exſtimant eſſe non ſolùm intrinſecos animi motus, ſed etiam extrinſecos componere. Et ſic honeſtas diuiditur in Honeſtatem Phariſaicam, ſeu Machiauelliſticam, & Chriſtianopoliticam. Qui Phariſaica, & ficta honeſtate præditi ſunt, ijs accidere ſolet illud, quod accidiſſe cuidam iumento referunt fabulæ. Hoc cum prætenderet apud alia animalia ſibi honorem, & auctoritatem comparare cooperuit ſe pelle Leonis, & cum peculiari aduertentia procedebat, ne aliquod ſignum leuitatis vel incompoſitionis oſtenderet, ſed grauitatem Leoni propriam demonſtraret, vnde in maximo fuit honore apud omnia animalia, tandem caſu quodam accidit, vt obliuiſceretur huius fictæ honeſtatis: mox igitur ab omnibus, animalibus dolus cognitus eſt, proindè iumentum illud aliorum animalium ioco expoſitum fuit; Sic fit cū his, qui Phariſaica, & ficta honeſtate cooperiuntur. Sed Chriſtiani honeſtas longè eſt ab omni fictione, quia ſimulata ſanctitas duplex iniquitas. Hæc porrò vera, & perfecta honeſtas, vel accipitur, prout eſt decor animæ, qui in puritate conſcientiæ, & innocentiæ fundatur: vel prout eſt decor actionum externarum, ſcilicet ſermonis, geſtus &c. Sed decor animæ alter eſt vniuerſalis, qui ex ornatu omnium virtutum procedit alter verò particularis, qui eſt honeſtas ſpecialis virtus. Hæc tamen communiter confunduntur, & honeſtas non ſolùm pro decore interno, ſed etiam pro vtroque (nimirùm interno, & externo) ſumitur. Atque hoc modo ſumpta honeſtas eſt virtus, qua mores hominum intrinſecus, & extrinſecus componuntur, & qua ſub quadam regula diſciplinæ, omni turpitudini reſſecata conſeruantur. Et tenera vulgus nomine honeſtatis videtur hoc apprendere, vt tum demum honeſti dicamur, cum omnia quæcunque in nobis ſunt fiant honeſta, & ſecundum ordinem, vt hortatur. D. Paulus. *Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiêret in vobis.* Hac ratione quidquid eſt in homine Chriſtiano, ſiue interius, ſiue exterius debet eſſe fulgidum, & honeſtum, vt omninò, quæ facimus in corpore quemadmodum perlucida exiſtunt, & luminoſa, quo ad intus, ita etiam intra ſint bona conuerſatione ſemper plena, & in omni ſui parte fulgida atque clara. Quia videlicet, & illud quod eſt extra nos, ſcilicet cogitatio, & affectus, & illud quod eſt extra nos, ſcilicet actus, geſtus, habitus, & affatus debent fulgere limpida claritate, & relucere florida venuſtate, & carere qualibet in honeſta, & ſtolida vilitati. Cum verò ab omnibus hæc virtus quæri, & amari debeat potiſſimùm tamen ſpectat ad Eccleſiaſticos, quia verè in ipſis debent eſſe præ cæteris omnia limpida, & honeſta. Nero Imperator fecit Tēplum fortunę de quibuſdam lapidibus lucentibus adinſtar cryſtalli, & tranſlucidis atque claris, qui in Arabia, & Cappadocia inueniuntur, vt refert Plinius, ita quod intrantibus illud templum cuncta clara, & tranſparentia videbantur. Templum quod ſummus Imperator Chriſtus fecit, ſcilicet Eccleſia, vel ſtatus Eccleſiæ, debet eſſe de lapidibus tranſlucidis, & honeſtis vitiorum caligine non obnubilatis. Templum D. Petri dictum ad vaticanum, à ſummis Pontificibus, maximis ſumptibus magnificè erectum, præcipuè à Sixto V. inchoatum, & nunc à Paulo V. magna ex parte finitum, ſpledidiſſimo marmore, alijſque pretioſiſſimis lapidibus rutilat. Vtinā, & in Eccleſia Dei lapides pretioſi,

1. ad Cor. 14. v. 40.

Plin. li. 36 cap. 21.

tioſi,

Digitized by Google

tioſi, id eſt homines, ſcientia, eloquentia, legum inſtructione rutilantes honeſtatis ſplendore refulgeant.

Quid dicam de Principibus temporalibus? qui ad hoc, vel maximè attendere debent, vt præſtantia huius virtutis decorentur, ac reſplendeant. Debent, & quicunq; homines Chriſtiani attendere ad honeſtatem in cogitationibus, in vigilijs, ſtudendo, contemplando, quia pro certo, ſicut dicit Eccleſiaſtes. (Eccleſ. 31. v. 1.) *Vigilia honeſtatis tabefaciet in laboribus*. Vnde de iuſto inquit ſapiens. (Sap. 10. v. 11.) *Quod honeſtum fecit illum in laboribus, & compleuit labores illius*. Et alibi. (Sap. 8. v. 18.) *In operibus manuum illius honeſtas*. In conuerſatione bona, & exemplari, de quo Eccleſiaſt. (Eccle. 24. v. 23.) *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis*; fructus honeſtatis, quia producunt odorem, & afferunt vtilitatem, in perſeuerantia. vnde ſapiens. Honeſtas ſine defectione, in ſupportando aduerſa, ſcilicet paupertatem, abſtinentiam, & finaliter mortem. Vnde Eccleſiaſticus. (Eccleſ. 11. v. 14.) *Bona, & mala; vita, & mors; paupertas, & honeſtas a Deo ſunt*, & ideo toleranda. Sed honeſtatem propriè ſumptam pro ſolo interno decore ſequitur modeſtia, quæ virtus motuum externorū moderatrix eſt; ſicut enim honeſtas propriè ſumpta eſt ſplendor, & decor internus, ita modeſtia decor actionum extrinſecarum.

Porrò modeſtia dicitur à modo, ideo modeſtus eſt, quaſi modus honeſtus; quare rectè honeſtatem virtutem ſequitur. Ex dictis nunc facilè colligi poteſt, qualis ſit correſpōdentia, & cōnexio modeſtia virtutis ad honeſtatem; ſi quidem ſignum honeſtatis, & compoſitionis interioris eſt modeſtia, nam motus exteriores, ſunt quædam ſigna interioris diſpoſitionis, ſecundum illud Eccleſiaſtici. (Eccleſ. 19. v. 27.) *Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciat de illo*. Et D. Ambroſius dicit, (D. Amb. lib. 1. cap. 18. Tomo. 1.) quod habitus mentis in corporis ſtatu cernitur, & quod vox quædam animi eſt corporis motus. Et reuera ita eſt, nam vt idem ait. Ex motibus exterioribus, homo cordis noſtris abſconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contra grauior, & conſtantior, & purior, & maturior æſtimatur. Per motus etiam exteriores, alij homines de nobis iudicium capiunt, ſecundum illud Eccleſiaſtici. (Eccleſ. 19.) *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus*; & ideo moderatio exteriorum motuum, quodammodo ad alios ordinatur, ſecundum illud quod Auguſtinus dicit in regula. In omnibus motibus veſtris, nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Et licet poſſent aſſignari plures virtutes ad exteriores actiones componendas, nempè moderatio, affabilitas, quæ attēditur in verbis, & factis in ordine ad alios, cum quibus amicabiliter viuitur, præterea veritas, pro quanto homo talem ſe exibet verbis & factis exterius, qualis eſt interius. Verecundia item, & erubeſcentia virtutes, quæ ſunt ornatus adoleſcentum, licet potius ſint paſſiones laudabiles, quàm virtutes, quarum vna eſt timor turpitudinis, quæ exprobrari poſſit, nempè verecundia, & altera ei affinis erubeſcentia, quæ ab illa diſcernitur, quod hæc ceſſet à turpi actu, illa turpem actum celet, tamen hæc omnia attribui poſſunt modeſtiæ, cuius eſt officium componere omnes actiones exteriores in verbis, in ceſſu, & geſtu, alijsq; corporalibus motibus, & actionibus, vt decēter fiant, & abſq; omni turpitudinis nota tàm in his, quæ feriò, quàm in his, quæ ioco fiunt. Vnde facilè colligi poteſt, quod inter alias virtutes, quæ ſunt ornamentum hominis, non poſtrema imò quo ad ſenſum, & iudicium hominum, qui ſola exteriora vident præcipua, & valde neceſſaria eſt modeſtia, quia hæc virtus componit hominem exterius, ita vt ſit ſine reprehenſione in conuerſatione cum hominibus, in iocis, in verbis, in riſu, in geſtu, in motu corporis, in poſitione mēbrorum, capitis, manuū, pedū &c. In occupationibus, & in omnib. actionib. politicis.

(Definitio modeſtiæ.) Eſt enim virtus, quæ imponit medium, & temperamentum actionibus exterioribus, & moderatur paſſiones interiores, pro quanto ab illis procedunt actiones exteriores, vt omnia fiant cum debito moderamine, pro qualitate perſonæ, loci, temporis.

Et ideo duplex communiter aſſignatur definitio modeſtiæ. vna per cauſam, altera per effectum. Per honeſtum tanquam per cauſam deffinit modeſtiam Cicero 2. Rhetoricorum. Eſt virtus per quam timore inhoneſti acquiritur conſtans, & ſtabilis authoritas. S. Thomas deffinit per effectus. (S. Thom.) Eſt virtus, quæ componit partes exteriores corporis, & actiones. Modeſtia in rebus ſerijs, iocis, ludis, & his ſimilibus effectus honeſtatis eſt, qui depreſſos erigit, & Principum familiaritatem facilè comparat, ſicut leuitas odioſos reddit. De Aureliano Imperatore legitur, (Aurelianus Imperator.) quod cum cōgregaſſet Philoſophos, & quibus eligeret præceptorem filio, è reliquis tandem elegit vnum, quem cum Imperator quadam die in theatro, repræſentātibus hiſtrionibus quædam iocoſa, parū modeſtè ſe habere, tunc quidem diſſimulans videret, poſtea tamen eum ab aula expediuit inquiēs. Ingens homini virtuoſo dedecus eſt, ſi in rebus ſerijs, grauitatis obliuiſcatur, & in ludicris, leuitatis notetur. Ecce qualiter non ſolum in viro Chriſtiano, ſed etiam in homine Ethnico, modeſtia laudabilis eſt. Hinc Methaphraſtes refert (Methaphraſtes.) de S. Martyre Luciano, cum fuiſſe tantopere modeſtum, vt etiam ſi nihil loqueretur, ſola compoſitione, & modeſtia exteriori traxiſſet gentiles ad fidem Chriſti. Dicebant enim. Certè impoſſibile eſt quod hic Deus Chriſtianorum nō ſit ſanctiſſimus, digniſſimus, vt ei ſeruiatur, Deus verus, qui ita modeſtos habet ſeruos. Tātum potuit modeſtia. An autem modeſtia extendat ſe etiam ad interiores motus paſſionum, diſputat D. Thomas. (22. Qu. 160. art. 2.) Si enim modeſtia ſumatur vniuerſaliter, ſic etiam ad paſſiones animi interiores extenditur, ſicut honeſtas ad actiones externas: propriè tamen modeſtia circa actiones extrinſecas occupatur, & per hoc à temperantia ad quam pertinet diſtinguitur, quia temperantia refrænat id, quod maximè arduum eſt, paſſiones nimirùm circa delectabilia: modeſtia autem refrænat id, quod minimum eſt, nempè actiones extrinſecas, in quibus modum, & temperamentum ponit. Per hoc etiam differt ab honeſtate, quia ſolum ponit modum minimis. Et licet circa infima occupetur, eſt tamen multùm neceſſaria. Quid enim prodeſt magna viciſſe, ſi quis in paruis ſuccumbat, deficiat? ſi compoſitio extrinſeca infima dicenda eſt; reuera enim ſine compoſitione extrinſeca, perfecta ſanctitas haberi non poteſt. Manus in manu nō erit innocens peccator, inquit ſapientes cum iureiurādo, quod ſigno extrinſeco, appoſitionis manus ad manum cōfirmat, & aſſerit, quod innocens non poterit eſſe peccator. Quod non ſic eſt accipiendum, vt idem ſimul, & ſemel debeat eſſe innocens, & peccator. Sed præter alias expoſitiones huius loci datur hic intelligi, quod ille, qui eſt innocens, & honeſtus, ſecundum actiones interiores, & peccator ſecundum actiones exteriores, vtpotè immodeſtus in actionibus ſuis, non eſt verè, ac perfectè bonus, ac innocens, quia perfecta bonitas vtrumq; requirit, nempè, & bonitatem internam, & externam. (E) Et hoc fortè dixit D. Paulus. (Ad Rom. 14.) *Non eſt enim Regnum Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudiū in Spiritu Sancto, qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo, & probatus eſt hominibus*, quaſi vellet dicere. Non in ſola rectitudine actionum externarum conſiſtit Regnum Dei, nec in ſola bonitate actionum internarum, ſed in vtroque præcipuū, quoad exiſtimationem, & iudicium hominum.

Magnæ Sanctitatis imò ipſa ſanctitas fuit Chriſtus Dominus; multò inferior Chriſto Domino fuit D. Ioannes, & tamen in oculis hominum tantus fuit D. Ioannes, vt Meſſias, & Chriſtus ab hominibus exiſtimaretur, propter apparentem rigorem, ieiunia, ſolitudines, pœnitentiam, qua ita Chriſtus obſeruare non debuit, qui verbo, & exemplo nō modo robuſtis, ſed & infirmis prælucere debebat vt inquit Apoſtolus (1. Petri 2. v. 21) *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*. Cum autem mundus & homines mundani carneos habeant oculos, de his rectè iudicant, quæ recta foris apparent, ex quo colligitur, quàm neceſſaria ſit virtus modeſtiæ. Hominem modeſtum omnes diligunt, etiam contrarij ſcilicet homines impij, & ſuperbi. Ideo dicitur. (Coloſ. 3. v. 12.) *Induite vos ſicut electi Dei Sancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donantes*. Omnes compatiuntur homini modeſto. Libentius enim quis cōpatitur in neceſſitate homini modeſto, quàm proteruo. Exemplo modeſti viri pro cuius iniuſta morte Rex quidā legitur feciſſe. Recordatus (inquit Scriptura) in libris Machabeo-

Digitized by Google

2.Mac.4. chabæorum, defuncti modeſtiam, & ſobrietatem, ita quod occiſorem in eodem loco vbi eum occiderat fecit occidi. Omnes conuerſationem hominis modeſti approbant, & actiones commẽdant, vt inquit D. Paulus ad Timotheum. Admone illos non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, & manſuetos ad omnes homines. Itaque modeſtia decet quemlibet hominem Christianum, & virum iuſtum, vt monet Apo-
1.Petr.3. v.8. ſtolus. *Vnanimes in oratione miſericordes, modeſti, humiles eſtote*, ſed præcipuè virum Eccleſiaſticum, vt in ſuperioribus determinatum eſt. Vnde Apoſtolus, ad Timotheum *Chri-*
1.Tim.3. *ſtianum* (inquit) *oportet eſſe prudentem ſobrium* &c. & ſequitur, non percuſſorem, ſed modeſtum. Quid itaque ſit modeſtia, & quàm neceſſaria ſatis dictum eſt.

Portò modeſtia ſi propriè ſumatur prout exteriores actiones hominis, & mores moderatur multiplex eſt, ſed præcipuè quadruplex. Modeſtia, quæ moderatur partes corporis, & motus eius extrinſecos. Modeſtia, quæ moderatur vſum oculorum, & linguæ. Modeſtia, quæ moderatur ludos, iocos, & licitas recreationes. Et denique modeſtia in ornatu, ſeu apparatu exteriori. In moderatione partium corporis hoc vniuerſaliter documentum obſeruandum eſt, vt Christiani ea obſeruent, quæ ad comitatem pertinent, & quæ prudentes præſtare ſolent. Et curandum ne modeſtia in ruſticitatem degeneret, ſed in omnibus vrbanitatẽ obſeruet. Atque hinc ſollicitè vitanda ſunt hæc vitia: clamor ſeu nimia vocis elatio; è contrario nimia vocis demiſſio, vel muſſitatio, cum ex neceſſitate oſcitandum nimia oris apertio, vel ſonus inſuauis; excreatio frequens, vel violenta, vel ſtrepitu iniucunda: concitata, vel nimis lenta motio cum ambulandum: humerorum impactio: brachiorum colliſio, manuum factio, aut exagitatio nimia, cum quid dicendum: deſpectioni, vel improbationis ſigna, cum ab alijs quidpiam agitur, vel dicitur; contradictio verborum vel actionum importunitas: intruſio in aliorum officia, vel ad res ſibi non demandatas, & alia huiuſmodi. Quapropter obſeruanda ſunt mirificè, quæ modeſtiam perficiunt, qualia ſunt. Intuitus hilaris, & ſimplex, ſermo ſuauis, & parcus, vox tono temperata, & clara, reſponſa lenia, beneuoli animi oſtenſio, & ea non affectata: facilitas ad conſentiendum alijs: laus aliorum moderata: fuga propriæ laudis: perſonarum, rerum & temporum expenſio: rerum dicendarũ, & modi præmeditatio, & alia huc ſpectantia, quæ certo numero definiri non poſſunt, qualia multa humiles, ac mites animi non obſcurè dignoſcent. Sed ad illa duo præcipuè attendit modeſtiæ virtus, Vnum eſt quod ad oculorum modeſtiam, alterum quod ad linguæ moderationem pertinet. Inter omnes modeſtiæ partes, illa quæ ad oculos regendos attinet, ſingulari quodam iure generale modeſtiæ nomen ſibi vendicauit; quod in eis quaſi cordis indicibus, ea virtus præ ſeterum eluceat. Quapropter Sanctorum Patrum, qui diſciplinæ noſtræ fontes ſuere conſilijs acquieſcentes, de oculorum cuſtodia impenſius cogitare, ac ſcribere conſtituimus. Quàm ſit autem honeſta intuitus moderatio: adeò ipſis quoque modeſtię ignaris hominibus notum eſt, vt aſſertore non egeat. Habent enim oculi vim profectò magnam ad hominem totum honeſtandum, & turpitudinem, quamuis decoris ſeu pallio contegendam, quod multis, & quotidianis experimentis exploratum eſt. Cuius certè veritatis argumentum producit ipſa naturalis oculorum pulchritudo, quæ faciem alioquin deformem ſola condecorat: ſic enim oculorũ modeſtia, quæ ſpiritualis quædam venuſtas eſt, vi tanta pollet, vt hominem quoque moribus deformatum Angelico more, ac decore commendet. Contra verò viros etiam bonis moribus inſignes, oculorum incuria ſic deformat, vt penè incredibile videatur, cum ea cernendi licentia, veram virtutem, ac diuinæ præſentiæ ſtudiũ poſſe conſiſtere: quod & ſæculares viri (ſpontanei proximorum cenſores) identidem obijciunt. Et hoc vltra plurima damna, quæ oculorum diuagatio affert. Nam à rebus diuinis diſtrahit animum, moleſtiſſimis, & noxijs imaginibus torquet. Quemadmodum enim oppilatis oſtijs, forinſecus à tumultu, & raptorum irruptione quieſcimus, ſic dum animæ feneſtræ, hoc eſt oculi obſtruuntur, nec ſæculi ſtrepitus irrumpunt, nec intrat mors per feneſtras, ſed ea ſolùm negotia mentem occuparet, quæ gerere homini plurimum intereſt. Modeſtia quoque linguæ eſt adeò homini Christiano neceſſaria, vt D. Iacobus Apoſtolus videatur aſſerere, quod quantumuis aliquis alias virtutes colat, hoc excepto, vt linguam moderetur, hanc quaſi veræ fidei, ſeu religionis exortem eſſe, vanum, & nullius frugi hominem. *Si quis putat ſe religioſum*, hoc eſt Dei cultorem *eſſe, non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio*, ſiue latria. Iacob.1. v.26.

F

Et reuera licet excellentiores ſint actus aliarum virtutũ, puta humilitatis, manſuetudinis, & cæterarum, quia tamẽ in oppoſitum occaſiones rarius ſe ſe offerunt, & linguæ lapſus frequentiſſimus eſt, rebus collatis, ac penſitatis, probabile videtur modeſtiam hanc, quod ad merita comparãda ſpectat, cuilibet è virtutis nobilioribus, & fortaſſe pluribus ſimul eſſe parem. Difficilimum eſt enim moderare linguam. *Omnis ſiquidem natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentum, & cęterarum domantur, & domita ſunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt*. Ecce quantus ignis, quam magnam ſiluam incendit, & lingua ignis eſt vniuerſitas iniquitatis. Ad quam rem ſeruit, & illud Eccleſiaſtæ. *Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gẽtem* &c. vſq; interierunt per linguam ſuã. Iacob.3. v.4. Eccl.28. v.16. Vnde enim procedunt mendacia, blaſphemiæ, murmurationes; detractiones, falſa teſtimonia, maledictiones, calũniæ, iuramenta, niſi ex immodeſtia linguæ; vnde eſt quod videmus magnam orientis partem; in profundiſſimum infidelitatis delapſam, niſi lingua maledicta Arij, Manichæi, Mahumeti, & aliorum Sectariorum, vnde eſt quod in Regno Galliæ tot prouincias videamus igne Hęreſeos cõſumptas, niſi lingua maledicti Caluini? Quid in cauſa eſt, quòd tot egregias Ciuitates videamus in Germania à vera Christi fide deſciuiſſe, niſi lingua perfidi Lutheri, & aliorum? Vnde eſt, quòd in Christianitate tot in moribus, & in religione damna cernimus, niſi ex immodeſtia linguæ? ideò ſi quis modeſtiam linguæ ſibi ſcomparare vult, ad quinque attendat neceſſe eſt. Nimirùm quid loquitur, cui loquitur, qualiter loquitur, quando, & vbi loquitur. Quorùm omnium fuſior diſcuſſio in aliud tempus remittenda eſt.

De modeſtia in iocis, ludis & recreationibus, hic fuſius agere breuitas conſueta non permittit. Exemplo ſit omnibus Aurelius Imperator ſupra citatus, Eccleſiaſtes item, qui ad tempus flendi, & ridendi attendendum eſſe docet. Attendant igitur viri Christiani, quod animi ſolatia vtilia ſunt, dummodò Eutrapeliæ virtute moderentur, quæ quidem voce Græca Latinis vrbanitatem, ſeu eruditum quendam leporem ſignificat. De quo alius erit tractandi locus. Aurelij Imper. Eccl.3. Modeſtia in ornatu, & apparatu propria eſt Christianorũ, quanquam, & Ethnicis olim Principibus multum in amoribus fuerit. laudatur Auguſtus, qui noctu vrbem ingreſſus erat, ne obuiam ire parantibus moleſtiam pareret. Eadem propè de Veſpaſiano Tito Germanico incorum geſtis habentur. Fuit hoc etiam in Auguſto cuius mentio nuper facta, magnum, quod ſtatuam ſibi erigi vetuerit: quod ad Domini nomen erubuerit. Auguſt⁹. Æmulus Auguſti quantum ad modeſtiam Antoninus, Regium, & Domini nomen repulit. Quod ipſum etiam in Hiſpania fecit Africanus, is namque parta victoria contentus, oblatum diadema in præmium, & ſignũ victoriæ, maiori animo repulit, quàm gratulandi Ciues obtulerãt, ac ne faſtus exemplo alijs præiret, ne ad Reipublicæ libertatem infringendam, per ambitionĩs titulum aliquam, vel minimam occaſionem præberet, maluit Romanus, quàm Rex audire. African⁹. O vtinam Christiani Principes ſtudeant imitari modeſtiam iſtorum, in verbis, vultu, moribus, ornatu, apparatu, veſtibus, menſa. Vtinam ex Christianis reperiatur, quem modeſtia in magna fortuna admiratio, ad imitandum prouocare queat. Sed iam reſtat breuiter declarandum, qualiter tam ſingularis virtus comparari poſſit.

A

Plura ad comparandam modeſtiam traduntur media; nimirùm, vt qui virtute modeſtiæ excellere exoptat, virtutes, vel in primis illas, ex quibus ipſa oritur ſedulò procuret. Præcipuè caſtitatem, humilitatem, manſuetudinem, patiẽtiam, honeſtatem, & internam bonorum affectum ſerient, ex his enim modeſtia originẽ ducere videtur. Deindè præſentiam Dei, vbique & in omnibus conſideret, ille quippè

G

animi

Digitized by Google

animi intuitus in cçlum intentus, terræ intuitum prohi-
bet. Illa diuinæ præſentiæ conſideratio, ita actiones huma
nas diriget, & componet, quin ipſum hominem decore di
uino ita afficiet, vt homo cum ſit, in Angelum transforma
tus eſſe videatur, prout non obſcurè innuit Apoſtolus, cum
S. Paul. ob eam cauſam nos ad modeſtiam hortatur. *Spectaculum*
(inquit) *facti ſumus, mundo, & Angelis, & hominibus*. Sed
præcipuè iuuat ad comparandam modeſtiam, conuerſatio
cum hominibus modeſtis, & eorum imitatio. Præcipuè ve-
rò ipſius Chriſti Domini, cuius vita, verba, actiones, viuum
modeſtiæ exemplar ſunt hominibus. Quis enim plura ho-
neſtatis, & modeſtiæ argumenta, ad noſtram eruditionem
exhibuit, ſicut Chriſtus Dominus? Hanc ob cauſam Euan
geliſtæ modeſtiam Chriſti, ſcriptis inter clariſſima opera
connumerandam cenſuerunt. Hoc enim ſibi volunt illæ di
cendi formulæ. Eleuatis oculis in cælum. Eleuatis oculis in
diſcipulos nimirùm, licet ſine damno potuiſſet, non omnia
tamen inſpectabat. Hoc etiam illa modeſtiſſima in hodier
no Euangelio expreſſa reſponſio innuit. *Ego* (inquit) *Dæmo
nium non habeo, ſed honorifico Patrem, qui in cælis eſt*. Hunc
igitur Chriſtiani præcipuè imitentur, niſi ſolo nomine chri
ſtiani eſſe velint, memores ſemper illius D. Pauli admoni-
ad Phil. 4 v. 5. tionis. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*. Non ſuf-
ficit habere modeſtiam internam, quæ eſt honeſtas, innocẽ
tia, & animi modeſtia, quam intuetur Deus, ſed requiritur
modeſtia externa, qua prælucere debemus hominibus, ſi-
quidem, inquit ſapiens, quod innocens non erit peccator.
Quòd ille, qui caret modeſtia externa, etiamſi modeſtiam
internam habeat, non eſt perfectè modeſtus, quia ſpecta-
culum facti ſumus, non ſolùm Deo, & Angelis, ſed & ho-
minibus. Quamuis verò accidat, quod ille qui habet animũ
compoſitum, & benè ordinatum, aliquam inordinationẽ,
& incompoſitionem in extrinſecis actionibus demonſtret.
Sicut enim naturaliter timorem ſequitur trepidatio mem-
brorum, palpitatio cordis, iram ſequitur vultus immutatio,
linguæ impedimentum, ita animum compoſitum ſequitur
externa compoſitio. Hanc ergo, vel in primis deſiderare, &
eis viribus conquirere debemus, vt tandem extrinſecum,
qui ex ipſa ſequitur in actionibus noſtris decorem conſe-
qui, ac demùm gratiam Dei in præſenti, & gloriam in futu
ro poſſidere valeamus. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua.
Dominicæ Quintæ Quadrageſimæ.

De blaſphemia.

Io. 8. v. 48 *Samaritanus es tu, & Dæmonium habes.*

Prou. 30. v. 11. *Generatio, quæ patri ſuo maledicit, et quæ matri ſuæ non be
neditit; generatio, quæ ſibi munda videtur, & non eſt lo-
ta à ſordibus ſuis; generatio, cuius excelſi ſunt oculi, &
palpebræ eius in alta ſurrectæ; generatio, quæ pro denti-
bus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, vt co-
medat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.*

REctè dixit Ariſtoteles, quòd furor, & ira ſunt ar
ma irati; ſi quis quærat, quiſnam miles, vel exer
citus eſt animoſior, an ille, qui expectat in cam
A po inimicum, an verò ille, qui non expectando
aggreditur aduerſarium? reſpondet Ariſtoteles, quòd ille
eſt animoſior, qui expectat inimicum, & ſi vincat eius eſt
glorioſior victoria, cuius ratio eſt, quia exercitus, qui aggre
ditur alterum, duplicia habet arma interna, & externa, in-
terna furorem, & iram, quia in motu ira augetur, & ſic,
qui aggreditur furore premitur, & ira excandeſcit, qui au-
tem expectat ſola arma externa habet, nam ira in quiete
diminuitur, tunc enim frigeſcit cor, deficit ira, quæ ex ac-
cenſione ſanguinis circa cor procedit; apud Romanos
conſuetudo erat, quod lictores portabant flagella ſemper
tanquam inſtrumenta iuſtitiæ, vnde forte conſuetudo eſt
in Hiſpania, & alijs nationibus, quòd omnes iudices, & of-
ficiales portabant virgas in manu, in alijs nationibus hoc
non eſt in vſu, non permittitur eis, quòd ſemper habeant
præſentia inſtrumenta iuſtitiæ, ne ſtatim commotio iræ, iu-
ſtitiam rigoroſius, quàm decet exequantur, ſed per dilatio-
nem executionis temperent iram, ne duplicibus armis con
tra reum pugnent, internis, & externis, ſed tunc ſolùm iu-
ſtitiam exequantur, quando non iraſcuntur. Propter quã
etiam cauſam conſuetudo eſt apud aliquas nationes, quòd
ſententia prolata à iudice ſtante eſt nulla, & Chriſtus di-
xit ad Apoſtolos. *Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim*, quia
ſeſſio ſignificat quandam quietem animi, & vacuitatem
iræ iuxta illud Ariſtotelis, anima ſedendo, & quieſcendo
fit prudens, liberior à furore, & ira, rectè igitur dixit Phi-
loſophus, quòd furor, & ira ſunt arma irati. Non ineptè
etiam ait Poeta, quòd furor arma miniſtrat, deſiderium
vindictæ, doli, traditiones, detractiones, maledictiones,
blaſphemiæ, hae ſunt arma, quæ miniſtrat furor, arma
inquam linguæ, vbi his armis, & gladio linguæ pugnat a-
liquis contra aduerſarium, ibi communiter eſt bellum iniu
ſtum. Nam quid eſt, quòd præcipuè iuſtificat bellum? vi-
ctoria, & pax; hoc eſt ſignum belli iuſti, ſi in illo præten-
datur victoria, & pax. In tali bello quod eſt per detractio-
nes, maledictiones, blaſphemias, vix aliquando contingit
victoria, & obtinetur pax: ideo ſemper eſt malum, & in-
iuſtum pugnare, contra aduerſariũ his armis, quæ furor mi
niſtrat; vltra hoc pugna talis eſt cõmuniter hominum ef-
feminatorum, qui ſunt puſillanimes, viles, & timidi, qui
alijs armis pugnare non audent, niſi ijs quibus à longè pu-
gnatur. Hanc ob cauſam fortaſſis Menon egregius Dux, vt
ſcribit Plutarchus, audiens quendam ex ſuis militibus, con Plutarch.
uitijs, & maledictis laceſſentem Alexandrum, contra quẽ
Menon bellum gerebat, haſta illum militem percutiens di-
xit. Ego (inquit) te alo, vt contra Alexandrum pugnes, non
vt illi maledicas, ac ſi vellet dicere, non ſunt hæc arma ſtre
nui militis, ſed vilis, & abiecti hominis verbis iniurioſis, &
maledictionibus afficere aduerſarium. Etiam ipſe furor his
armis quandoque non contentatur, ſubminiſtrat alia ar-
ma, quærit in templo quoque alia arma contra aduerſariũ.
Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum; non ſatis erat
dicere Samaritanus es tu, & Dæmonium habes, non ſatis
erat eum percutere armis linguæ, quæ ſubminiſtrat furor,
ecce ſubminiſtrat alia arma. Sed benigniſſimus Chriſtus
omnia hæc inermis ſuperauit, memor illius ſententiæ Iob. Iob. 13.
Contra folium, quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam. De patiẽ
Nec armis internis, nec externis reſiſtit, quia indignum pu na Chri-
tat Deum armis agere, contra folium, quod vento rapitur. ſti. Vega.
In duello communiter ſolet fieri magna inquiſitio, an ſint 1. fol. 183
æquales armis; ſed Deus abijcit à ſe arma, iuxta illud Pro- Tota ei-
phetæ. *Ecce ego ad te eiiciam gladium meum de vagina ſua*: us cogita
vt intelligat homo, quòd ſi Deus inermis, & patiens, ſic de tio erat
facili vincit hominem, quid faciet armatus? Si Chriſtus Do de noſtra
minus ſic patiens nec ira, nec armis contra Phariſæos pu- ſalute i-
gnans, ſic eos deuicit, qui in ſe lapides iacere cogitabant, deo non
quid non faceret iratus? ſed ne quis putaret leue peccatũ andiuit
eſſe pugnare contra Deum iuramentis, maledictionibus, blaſphe-
blaſphemijs, ſicut pugnabant Phariſæi contra Chriſtum. mias.
de hoc in præſenti inſtitutione agemus. Blaſphemi enim Ezech.
inter peſſimas gentes, & generationes hominum connume 31. 3.
rantur, vt dicit Salomõ. Inter hypocritas, qui ſibi videntur
mundi, & nõ ſunt. Eſt (inquit) *generatio, quæ ſibi videtur mũ* vide ſup.
da &c. quales fuerunt Iudæi, qui de propria ſanctitate
multum præſumebant. Inter Hæreticos, qui infernali ſuper
bia elati imitando patrem ſuum diabolum contra Deum, Pſal. 56.
& Eccleſiam ſanctam inſurgunt. *Eſt generatio* (inquit) *cuius
excelſi ſunt oculi, &c.* Inter malos, & crudeles chriſtianos,
qui dentibus rodunt, & comminuunt honorem, famam,
proximi ſui. *Eſt generatio* (inquit) *quæ pro dentibus gladios ha
bet*, id eſt quorum dentes ſunt arma, & ſagittæ, & lingua
eorum gladius acutus. Inter Turcas, & Paganos, qui Patrẽ
cçleſtem Chriſtum dominum noſtrum, & Matrem Eccle-
ſiam ſanctam maledicunt. Inter hos blaſphemi connume-
rantur.

Digitized by Google

tacetur. Vt igitur hoc vitium ex cordibus hominum Chri-
ſtianorum penitus eradicetur, quod peccatum grauiſſimũ
ſit blaſphemia, vtpotè peccatum in Spiritum Sanctum in
hac inſtitutione dicemus.

Blaſphemia, eſt alicuius excellentis bonitatis derogatio,
& præcipuè diuinæ, quemadmodum.n. multipliciter, quiſ
S.Th.2.2. pôt derogare bonitati, ita multiplex eſt blaſphemia. Quæ-
q.1.art.1. dam eſt propriè dicta, quæ immediatè fit in Deum, eſtque
Alex. in contumelia, vel aliud conuitiũ inferens iniuriam creatori.
3.par. Quædam verò impropriè dicta, quæ nimirùm fit in San-
ctos, vel in quampiam creaturam habentem excellentem
bonitatem, & de iſta loquitur Gloſſa ſuper illud ad Epheſ.
Epheſ.4. *Blaſphemia tollatur à vobis*, id eſt, quæ fit in Deum, vel in
v.31. Sanctos. Hæc vtique iniuria tripliciter in Deum fit ſm
Aug.1.de Aug. & Ambroſium. Primò quando attribuitur Deo, quod
Trin.c.1. ei non conuenit, & vocatur affirmatiua: Deo enim non
Ambr. li. conueniunt, niſi benedictiones, gratiarum actiones: quan-
de Sacra. do ergo tu maledicta lingua attribuis aliquid maledictio-
nis, tunc Deum affirmatiuè blaſphemas. Deindè negatiuè,
quando remouetur à Deo quod ei conuenit. Deo conuenit
potentia, ideo quando dicis, quod non poſſit hoc, vel illud
facere blaſphemas, Deo conuenit ſumma Sapientia, quan-
do promittis te facturum aliquid ita ſecretè, vt nec Deus
ſciat, tunc blaſphemas auferendo ſapientiam, ſumma bo-
nitas Deo competit, ideò qui propter multa peccata diffi-
dunt miſericordiæ Dei, hoc modo eum blaſphemant, Sum
ma iuſtitia etiã ineſt Deo, qua propter multi videntes qui-
buſdã malè agentibus proſperè cuncta cedere, murmurant
contra Deum, dicentes Deum eſſe acceptatorem perſona-
rum, quia benè facit malefacientibus, & è contra ſi deue-
niant ad aliquam calamitatem, puta paupertatem, infirmi-
tatem impatientiſſimè dicunt. Deus quid feci tibi? nunquid
crucifixi te? & blaſphemant diem, atque horã, in qua nati
ſunt, inuocant mortem, & his ſimilibus verbis. Maledicta
mors, quid facis? cur meam non aufers vitam? omnes hi
Deum blaſphemant, Similiter, qui auferunt ab eo ſummã
virtutem, & prouidentiam hac decepti opinione, quod om
nia caſu, & fortuna regantur, hi quoque Deum blaſphe-
mant, quandoquidẽ ab eo ſuas perfectiones auferunt. Præ-
terea in Deum iniuria fit vſurpatiuè, quando ſcilicet id at-
tribuitur creaturæ, quod conuenit creatori. Hoc modo In-
Iudith.6. dæi blaſphemabant Chriſtum, & Holofernes. *Non eſt* (in-
quit) *Deus niſi Nabuchodonoſor*. Ita auari, guloſi, quorum
Deus venter eſt blaſphemant Chriſtũ. Mulieres vanæ quæ
ſuis vanitatibus corda hominum deprædantur, tantopere,
vt amorem, & reuerentiam, quam Deo exhibere deberent,
exhibeant creaturæ. Sic ſuperbi, ambitioſi, & cupientes ho
norem nimium, blaſphemant Deum vſurpatiuè, perſimi-
les illis ſunt, & iſti, qui faciunt vel credunt ſuperſtitioni-
bus, incantationibus, cuiuſmodi ſunt, præcipuè augures, ſi-
gnis auium, volatui, & garritui credentis, talis blaſphemia
ex genere ſuo eſt peccatum mortale, niſi quis aliquando ex
ſubreptione in verba blaſphemiæ prorumpat; ita vt ſi hoc
aduerteret nullo modo diceret: tunc enim propriè non ha-
beret rationem blaſphemiæ. Quando autem fit malitioſè,
vel ex conſuetudine ſemper eſt mortale; neq; excuſat ſi ſit
habituatus. Nam habitus aggrauat peccatum, & non alle-
uiat, immò tantò ſunt grauiora peccata, quantò diutiùs ani-
mam infelicẽ detinent alligatam. Sola ergo inaduertentia
excuſat blaſphemiam à peccato mortali, ex ſe tñ eſt pecca-
tum mortale. Nam eſt contra legẽ naturæ ſtrictiſſimè ſum-
ptam: quia eſt contra præceptum primæ tabulæ, quæ præce
In 3.d.37. pta ſunt indiſpenſabilia, per Scotum. Deindè eſt contra di-
q.1. ctamen intellectus, illuſtrati lumine fidei, ꝑterea tale opus
nullo modo eſt in genere bonorum, & ideò eſt impoſſibile
ipſum excuſare, quia ſemper neceſſariò eſt peſſimum, vt di-
In 1.d.17 citur à Scoto. Itẽ immediatè eſt in offenſam Dei, & imme-
In 2.d.14 diatè auertit à Deo, qui infinitæ eſt bonitatis, & nulla in eo
In 1.d.1. eſt ratio mali, nec vllius defectus boni, per Scotum.
& 2. Præſuppoſito ergo, quòd blaſphemia ſit peccatũ morta-
In 2.d.43 le, quæro an ſit grauiſſimum? Partem affirmatiuam proba
C biliſſimam reddit illud, quod communi ſententia peccatum
in Spiritum Sanctum, grauius ſit incomparabiliter, quàm
peccatum in Patrem, & Filium, quæ quidem grauitas pen-
det ex duobus: Primò peccatũ in Patrem, & Filium eſt ex
infirmitate, ac ignorantia, quę videntur alleuiare culpã pec
cantis, quoniam ex infirmitate, & fragilitate delinquens,
trahitur paſſione puta concupiſcentiæ, ad quã naturalem
habemus inclinationem; & qui ex ignorantia peccat, ex
inaduertentia peccat. Peccatum aũt in Spiritum Sanctum
eſt ex malitia, quę culpã aggrauat: quoniam, peccare ex ma
litia eſt, qñ peccans ſcit, & poteſt malo reſiſtere, ac ab ipſo
abſtinere, & tñ illud ex propoſito eligit, inquiens poſſũ ab-
ſtinere, ſed nolo: quia ergo deliberatè, & voluntariè peccat,
grauiſſimè peccat, quia ſic peccatũ in Spiritum Sanctũ eſt
purè volũtarium, ſed in Patrẽ, & Filiũ, eſt quaſi voluntariũ
mixtum: ſecundò differunt per remiſſibile, & irremiſſibile.
Nã Saluator inquit, *Quicunque dixerit verbũ contra filium ho* Matth.12.
minis, id eſt, qui peccauerit in filiũ hominis, *remittetur ei, qui* 32.
autem dixerit verbũ contra Spiritum Sanctum, non remittetur
ei, neque in præſenti, neq; in futuro ſæculo. Item ait. *Qui au* Lucæ c.14
tem blaſphemauerit in Spiritum Sanctum non remittetur ei. v.10.

Vt autem ſcias quõ, & in quo ſenſu differunt per remiſ-
ſibile, & irremiſſibile aduerte, quod dupliciter conſiderari
poſſint, ſ. quo ad pœnam, & quo ad culpã. Quantum ad pœ-
nam, cõſtat in minorẽ pœnam mereri peccantem ex fragili
tate, & ignorantia, q̃ ex malitia: qm̃ minus voluntariè pec-
cat v.g. in propoſito, cum Saluatorẽ Iudęi blaſphemabant.
Certum eſt quod cũ dicerent ipſum voratorẽ, potatorem Matt.11.
vini, publicanorũ amicum, peccabant, & blaſphemabãt fi-
lium, ſed aliqualẽ videbantur habere excuſationem, ꝓ-
pter infirmitatẽ carnis; quam in ipſo aſpiciebãt, & vt ſic vi-
debãtur mereri pœnam minorẽ ac remiſſibilem, verùm cũ
dicebant curationes infirmitatũ, Dæmoniorum expulſio-
nem, cæcorum illuminationẽ &c. per ipſum fieri in principe
Dæmoniorum Beelzebub, blaſphemabant Diuinitatem: cũ
hæc fieri nõ poterant, niſi in virtute diuinitatis, & Spiritus
Sancti: ideò ex malitia & deprauato iudicio peccabãt, nec
iam allegare hic poterant in cauſa fuiſſe fragilitatem, ex
conſequenti merebantur pœnam irremiſſibilem, nec de fa-
cto eis fuit remiſſa in præſenti ſæculo, nec in futuro, qm̃ vt
iam cõpertum habemus, Iudæi fuerunt per Romanos du-
riſſimè puniti, fame, & gladio perempti, alij venundati, &
in ſeruitutem deducti; in futuro aũtẽ ſæculo perpetuò dam
nati, & æterno igni in perpetuum cruciandi traditi, in vin-
dictam horrendi peccati blaſphemiæ.

Sic igitur differt peccatum blaſphemiæ ab alijs peccatis
quoad pœnã, quãtum ad culpam manifeſtum eſt, ex eadem
cauſa peccatum in Patrem & Filium eſſe remiſſibile, ſiqui-
dem non omnino voluntarium eſt, vt docuimus; peccatum au
tem in Spiritum Sanctum magis eſt irremiſſibile, qm̃ aſſi-
milatur morbo corporis incurabili, qui continet ea per quę
impediuntur regulariter remedia curatiua, quando ſ. homi
ni faſtidiũ inducit, qñ retinendi medicinam facultatem tol
lit, poſſibile tñ eſt, quòd Deus gratia, & miraculo, morbum
humana facultate incurabilem, curare queat, & curat, ſed
rarò. Sic in propoſito hic morbus animæ, qui eſt peccatum
in Spiritum Sanctum, dicitur ſecundùm ſuam naturã mor-
bus animę incurabilis: & irremiſſibilis, qm̃ excludit ea, per
quæ diuina ordinatione dimittuntur peccata, tanquam per
ſalutifera remedia, & inducit oppoſita impedimenta, quæ
non ſolùm morbum animæ augent, ſed et impediunt ne ſa
lutaribus medicinis, ad priſtinam ſanitatem reſtituatur.

Pro cuius euidentia, ſedulò nota hunc terminũ irremiſſi D
bile tripliciter poſſe ſumi, ſm Scotum, ſ. negatiuè, priuati-
uè, cõtrariè. Irremiſſibile negatiuè eſt peccatum, quod nul
lo modo pôt remitti; & eſt qñ per ipſum vel poſt ipſum pec
catũ ſit conſtitutus homo extra ſtatũ pœnitendi, tale eſt pec
catũ Luciferi, & defunctorũ damnatorum, qm̃ ſunt in ter-
mino, & nõ in via, & pœnitẽtia non datur apud inferos, nec
remiſſio; vnde Eccl. *Quodcunq; poteſt manus tua* (ſcilicet dum Eccleſ.9.
viuis) *inſtanter operare*, cũ nec ratio, nec opus, nec ſapiẽtia,
nec ſcientia, aut merendi, aut pœnitendi erũt apud inferos,
quò tu properas. Hoc modo peccatũ in Spiritum Sanctum
cõmiſſum in præſenti vita, quoad vſque homo viuit nõ eſt
irremiſſibile; qm̃ quam diu viuit homo, conuerti, & pœni-
tere, ac indulgentiã conſequi poteſt; addit hac in parte no-
bis animũ ipſe Dominus. *Conuertimini, & agite pœnitentiam* Ezech.18
ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam 30.
iniquitas, proijcite à vobis oẽs iniquitates veſtras in quibus præ-

Digitized by Google

uaricati eſtis,& facite vobis cor nouũ,& Spiritum nouum: & quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortẽ morientis, dicit dominus Deus,reuertimini,& viuite. Sic igitur peccatũ tũc ſolũ dicitur irremiſſibile negatiuè, quando homo eſt extra terminum vitæ præſentis. Irremiſſibile priuatiuè tunc eſt peccatum,quod ex ſe congruentiã non habet, propter quã remitti debeat:licet ſtet congruentia,& poteſtas ex parte diuinæ bonitatis,vt remitti poſſit, & in hoc ſenſu omne peccatum mortale eſt irremiſſibile, quoniam conſiderata offenſa infiniti boni, à quo recipit peccator quicquid habet boni,nõ eſt ex parte ſui dignus venia,ſed non ſic miſeratione maxima Dei liberatur. Vnde Cain poſtquam occidit fratrem Abel conſiderans in ſe nihil habere,ratione cuius congruè ſibi præſtaretur à Deo venia,dixit ad Dominum. Maior eſt iniquitas mea,qua ſcilicet offendi te infinitum bonũ quàm vt veniam merear. Hinc exclamat Ieremias in Threnis.

Gen. 4. 13
Thren. 3. 22.

Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti,quia non defecerunt miſerationes eius, quaſi dicat. Quamuis ex nobis merebamur conſumi, ſed ſola Dei miſericordia non ſumus conſumpti; & aduerte, quod propter peccatum mortale, quo omnis caro corruperat viam ſuam, vt dicitur in Gen.

Gen. 6.

Statuerat Deus hominem delere à facie terræ ſaluo ſolo Noè cum generatione ſua, quatenus declararet peccatorẽ contra bonum infinitum delinquentem, non eſſe ex ſe dignum venia,nec peccatum ſuum ex ſe aptum, & congruũ, vt remittatur,ac ideò omne peccatum mortale, meritò dicitur irremiſſibile priuatiuè. Irremiſſibile contrariè eſt peccatum,quòd in ſe includit diſpoſitionem contrariam remiſſionis,& hoc propriè eſt peccatum in Spiritum ſanctum.

Vt verò clarius eluceſcat, quomodo includat diſpoſitionem contrariam gratiæ,irremiſſibile peccatum, ſcito quod peccatum in Spiritum ſanctum includit ſex impedimenta remiſſionis,ſcilicet deſperationem, præſumptionem, obſtinationem,finalem impenitentiã, impugnationem cognitæ veritatis,inuidentiam gratiæ fraternæ. Quomodo autẽ iſta ſex quæ non ſeparantur à peccato in Spiritum ſanctum,faciant peccatum irremiſſibile contrariè, non aliunde procedit,quàm quod ad remiſſionem tria concurrant, ſcilicet remittẽs,ille cui remittitur,& diſpoſitio in eo cui remittitur. In remittente tandẽ qui eſt Deus duo requiruntur, ſcilicet miſericordia, & iuſtitia. Contra primum peccatur per deſperationem,contra ſecundum per præſumptionem. Nam ex Dei miſericordia conſurgere debet in peccante ſpes veniæ,qui verò in Spiritum ſanctum peccat,à ſe abijcit hanc ſpem,& deſperationem de Dei miſericordia incurrit, ſicut Iudas proditor; item ex Dei iuſtitia enaſci debet in peccante timor,vt retrahatur à peccato:qui autem in Spiritum ſãctum peccat, à ſe timorem hunc expellit per contemptũ, & præſumptionem aſſumit, qua audet beatitudinem ſine meritis ſperare. In eo cui remittitur, vt ſe dignum reddat duo requiruntur,ſcilicet dolor de commiſſis, & propoſitũ abſtinendi,contra primum peccatur per obſtinationem,cõtra ſecundum per finalem impenitentiam: peccans enim in Spiritum ſanctum ex propoſito,& malitia, ſicut ſtatuit peccare,ſic ſtatuit nolle dolere,pœnitere,neq; abſtinere,ac tandem in peccato mori. Tales erant Iudæi,quibus inquit Saluator,

Io. 8. 21.

in peccato veſtro moriemini. Diſpoſitio etiã in eo cui remittitur,ſiue cõgruitas remittendi eſt duplex,alia cognitio veritatis per veram fidẽ, ob quã debet homo ſe à peccato ſubtrahere;alia eſt amor ſummi,ac veri boni cõmunicati proximo,vt ſimul Deo ſeruiat,& ſe mutuo adiuuent:cõtra primum peccatur per impugnationem cognitæ veritatis,contra ſecundum per inuidentiam fraternæ gratiæ, & doni ſibi à Deo collati:& qui peccat ex malitia per vtrumque peccant: nolunt enim veritati acquieſcere, vt Hæreſia, neque placent eis bona, & gratiæ proximi.

Cùm igitur peccatum cenſetur remiſſibile, hoc accidit ex miſericordia,& iuſtitia Dei,ob contritionem,& pœnitentiam,ob cognitionem veritatis, & complacentiam fraternæ gratiæ: è contra peccatum in Spiritum ſanctum, quod prædicta ſex remouet,& ſex numerata oppoſita inducit,meritò cenſetur irremiſſibile contrarie: tu tamen vide quod etiam ſi ſit irremiſſibile contrariè, modo quo expoſuimus, non excludit q; tamen omninò via ſalutis, & remiſſionis, ſecundum Dei omnipotentiam,& miſericordiam,qua licet raro,& quaſi miraculoſe ſanat,vt Saulum, de nullo enim (vt ſæpius diximus) quamdiu viuit deſperandum eſt,quantum ſit ex parte Dei, quantum verò ex parte peccantium, conſideratis conditionibus peccati, quas ſupra docuimus, aliqui poſſent reputari,& dici filij diffidentiæ,de quibus inquit Paulus,

E
Ad Eph. 5.

venit ira Dei in filios diffidentiæ. Præter ſupra dicta poteſt grauitas huius peccati blaſphemiæ pluribus rationibus comprobari, ac in primis ex eo,quia continet plures deformitates,pro quo mandanda eſt memoriæ hæc propoſito. Sicut bonum quantò habet plures gradus bonitatis,tantò eſt melius, & perfectius, ita de malo per oppoſitum. Ad elucidandam tamen, tàm enormitatem, quàm etiam grauitatem huius peccati blaſphemiæ, reuoca tibi in mentem,quæ diximus aliàs,continentiam reperiri triplicẽ. Formalem, virtualem, eminentialem; primam videre licet in homine, qui continet formaliter animam, quia anima eſt forma corporis: ſecunda virtualis, eſt quando continens habet in virtute ſua,poſſe talem effectum producere, nec tamen illum habet in ſe formaliter; tertia eſt eminentialis cum habet quis tantas perfectiones,quantas habet alius, & ſuperminet,dum habet vnum plus. Hoc modo continet Deus omnem creaturam,per Scotum. Ad propoſitum dico,quòd vnũ peccatum poteſt continere maiorem deformitatem formaliter,qoàm aliquod aliud. Odium enim cõtinet maiorẽ deformitatẽ,quàm ira,aduerſatur namq; maiori bono,imò habet in ſe priuationẽ illius boni,quæ priuatio dicitur deformitas, per Scotũ.

In 1. d. 2. 6.8. q. vlt.

Aliquando vnũ peccatũ continet virtualiter, vel quaſi virtualiter aliud, ideſt quando vnum peccatum eſt multoties cauſa aliorum,ſicut inordinatus amor ſui, & appetitus propriæ excellentiæ eſt occaſio multorum peccatorum,per Scotum.

In 2. d. 34.
in 4. d. 43.

Aliquando vnum peccatum continet aliud eminenter, nempè quod eſt in ſe tantæ deformitatis, vt æquiualeat multis peccatis,ac inſuper excedat alia. Hinc infero,& dico,quod blaſphemia ſimpliciter,& abſolutè contineat non tantum formaliter maiorem deformitatem, quàm aliud peccatum, quodcunque ſit illud,quia eſt priuatio honoris Deo debiti,& ſibimet ipſi vſurpatio: verùm etiam eminenter includit multa peccata; grauitas ſiquidem peccati attenditur penes maiorem auerſionem,& immediatiorem à Deo per Scotum.

In 2. d. 6. q. 2.

Quòd, vt melius percipiatur,ſequenti exemplo demonſtrabo.

In 2. d. 34.

Accipiamus tria maxima peccata, & primo dic mihi,nonnè videtur ſibi maximum malum eſſe, infidelem,puta Saracenum,Turcam,Ethnicum? certè ſic. Nam tales ſecundum fidem catholicam iudicantur pro damnatis. *Qui non credit, iam iudicatus eſt. Et, qui non crediderit, condemnabitur, quicunque eſt contra fidem, ſcilicet qui non eſt de Eccleſia catholica, iam condemnatus eſt.* Præterea, eſtne magnum peccatum hæreſis? certè ſic. Vnde Sanctus Thomas, & Richardus aſſerunt, aliquo reſpectu Hęreſim eſſe maius peccatum; quàm infidelitatem Paganorum; quia vt quotidiana conſtat experientia,non ſolùm excommunicantur omnes Hæretici, verum etiam eorum fautores. Poſtremo nonne magnum fuit peccatum Iudæorũ,qui crucifixerunt Chriſtum? certè ſic; Ipſi enim,qui olim populus Dei electus,fęlices,& beati nuncupabantur,nunc iam ob id ſcelus commiſſum facti ſunt viliſſimi,& abiectiſſimi.

Ioã. 3. 18.
Marci 16.
S. Tho. 2. 2. q. 10.
Richard. in 4. d. 13. q. 3. art. 5. cap. ad abolendã. & cap. ex communicamus.

Ex his quæſitis deducam primò, quòd blaſphemus peior ſit infideli, nam Sanctus Thomas dicit,blaſphemiam oppoſiti confeſſioni fidei, & conſequenter præſupponit infidelitatem: addit etiam deteſtationem voluntatis, & affectus, quod ẽt aggrauat: maius eſt enim delinquere contra charitatẽ,quàm contra fidem,ſecundum Guilbertum, quamuis infidelitas ſit periculoſior, propter defectum auxiliorum.

2. 2. q. 13. art. 2. & 3.
Guilbert. libr. 4. q. vlt.

Infero ſecundò,quod blaſphemus peior ſit Hæreticis, ſiquidem Hæreticus dicit de Deo,quæ vera eſſe credit, quãuis in fide erret: blaſphemus autem dicit, quæ omninò ſcit non eſſe vera,& conſequenter magis peccat, quia magis deordinatur,ac voluntariè id agit.

Infero tertiò,quod blaſphemus ſit peior Iudæis,qui Chriſtum crucifixerunt, iudæis, namque hoc in more fuit poſitum,vt audita blaſphemia aures ſibi obſtruerent, vt patet de Stephano. *Item ſcindebant veſtimenta ſua Caiphas*, hoc fecit contra Chriſtum: blaſphemi verò peius, quid perpetrant, dum ex ore ſuo multa nefanda euomunt, quæ

Actor. 7.
Matt. 26.

hono-

Digitized by Google

honorem, & cultum Deo debitum lacerant, atque ſcindũt,
D.Aug. vnde Auguſtinus. Non minus peccant, qui blaſphemat
Chriſtum negantem in cęlis, quàm qui eum crucifixerunt
ambulantem in terris; atteſtatur id Alexander de Ales.
Blaſphemi (inquit) Deo palã contumelias irrogantes, quaſi
ſputum in faciem proijciunt Chriſti. Præterea malitia augetur
ratione maioris ſtatus; ſtatus enim regnantis in cęlo
eſt nobilior: vnde Iudæi aliquam excuſationem merentur,
iuxta illud. *Si cognouiſſent nunquam Dominum gloriæ*
1. Corin. 2.8. *crucifixiſſent*, quod Nicolaus Lyranus explicans dicit, quod
Lyranus. periti Iudæorum cognouerunt quidem Dominum Chriſtum
eſſe Meſſiam in lege promiſſum, quia videbant Prophetias
iam impletas, quantum ad tempus, & locum, ſed
poſteaquam incępit prædicari contra eorum vitia, & peccata,
cognitio illa per odium contra Chriſtum inſurgentẽ
in illis obſcurata eſt, cęperuntque Prophetias aliter interpretari,
ideo dicit Apoſtolus. Si cognouiſſent: nam tempore
crucifixionis non cognouerunt.

Cęterùm Iudęi non promiſerunt fidem Chriſto, ſed be-
Eſa. 1. 4. nè Chriſtianus, ideo peior omnibus. Væ genti peccatrici populo
graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, dereliquerunt
Dominum, blaſphemauerunt Sanctum Iſrael.
Poſſet etiam grauitas blaſphemiæ declarari ex circumſtantia
finis, & intentionis, nam ſicut inquit Ariſtoteles. Om-
Ariſt. 2. de anima nia iuſtè denominantur à fine, finis autem cuiuſque operis
eſt intentio, peccatum ergò tanto erit grauius, quantò cum
peiori intentione fiet: hinc eſt quod opera humana mala
intentione facta, praua reddantur, etiamſi de natura ſui
ſint bona, vt ieiunium eleemoſyna. *Si oculus tuus ſimplex fue-*
Matth. 6. *rit*. vbi oculus pro intentione accipitur Nullum autem peccatum
committitur tam peruerſa intentione, ſicut blaſphemia,
quo circa & qui furatur, fornicatur, peccat quidẽ; non
Apoc. 12. tamen intendit offendere Deum ita directè, ſicut blaſphemus.
Vidit Ioannes ſedentem mulierem ſuper beſtiam coccineam
plenam nominibus blaſphemiæ. Huic beſtię inſidet
omnis blaſphemus, qui laxat linguam ſuam ad blaſphemiã
contra Deum, & ſanctos eius. Tales duntaxat præ cæteris
redarguit Hugo. Sceleratiſſimum (ait) genus peccati eſt, qñ
Hugo de S.Vict. quis in Dei vituperio delectat; quid enim aliud eſt ſpiritus
blaſphemię, niſi deſiderium vituperationis diuinę maieſtatis.

Tertiò probari poteſt grauitas blaſphemiæ ex circumſtãtia
delectationis, nam ſecundum regulam deſumptam ex iure,
ſciendum, quantò minus incitamentum & motiuum ha-
De pęn. d. 2. cap. ſciẽdum. bet quis ad committendum aliquod peccatum, tantò grauius
peccat: diſcurre per peccata, & videbis omnia in ſe habere
aliquid, quo homines incitentur ad committenda illa;
& tu impie blaſphemator, quam motiuam conſolationem,
vel delectationem inductiuam ad blaſphemandum habes?
reuera nullã. Rectè Lyranus ſuper illo verbo, *Ne fortè pec-*
Lyran. *cauerint*, id eſt maledixerint inquit: & tantus eſt horror bla-
Iob 15. ſphemiæ, vt ſacra Scriptura illam ſæpe execretur per verbũ
oppoſitum, ſ. benedictionis, ſicut vxor Iob dicebat. *Benedic*
Deo, & morere. & tu fili Satanæ delectaris blaſphemia Dei.
Iob. 2. 9. Quartò probatur ex immediatione obiecti, ad quod terminatur
blaſphemia: quantò enim quis immediatiùs offendit
aliquem, tantò grauius eſſe offenſum reputat ille, qui
patitur. Deus autem ſecundum Theologos ſolet à malis varijs
modis offendi, in primis in creatura illius, ſic qui furatur,
qui offendit proximum, qui occidit, Deum offendit in
ſuis creaturis, & omnia ex ſuo genere ſunt mortalia, magis
offendit, qui peccat in ſuam ſpecialem familiam, & ſic qui
Martyres, & alios ſanctos occiderunt grauius peccarunt,
quia per gratiam ſpiritualem familiares eius interfecerunt.
Magis qui peccat in ipſum creatorem, O ſcelerate blaſphemator;
eſtne magnum peccatum furari, occidere? certè ſic,
& niſi fiat ſatisfactio, nunquam hæc peccata remittũtur, an
ignotas igitur, quòd grauius ſit blaſphemare, quia blaſphemia
eſt offenſio creatoris, illa verò creaturæ?

Enormis peccator is apud Catholicos cenſendus eſt, qui
proiectã hoſtiam conſecratã pedibus conculcaret, verùm, &
hoc peccatũ blaſphemia excedit, cùm plus teneamur reuereri
diuinitatẽ, quàm humanitati: blaſphemia autem eſt cõtemptus
Diuinitatis Iure vniuerſaliter, & abſolutè auſim
dicere, quod homicidio ipſe blaſphemię peccatũ ſit maius:
ratio eſt, homicidium enim eſt contra præceptũ ſecundæ
tabolæ, quæ ſunt diſpenſabilia, cum in aliquo caſu liceat occidere,
vt patet in actu iuſtitiæ: blaſphemia autem eſt cõtra
præceptum primę tabulæ; & illa ſunt indiſpenſabilia, quia
ſunt de iure naturę ſtrictè ſumpto, per Scotum: ac proindè In 3. diſt.
nullo tempore, nullo caſu ſunt licita. Nec obſtat ſi dicas. Ho- 37.
micidium priuat vita corporali, nõ ſic blaſphemia. Nã quęro
à te maledicte blaſphemator, & quid eſt lingua quando
blaſphemas Deũ? certè nil aliud, quàm gladius, quo percutis
pectus Dei, & ſanctorum? arcus, quo verſus cęlum ſagittas
emittis? & quamuis Deus ſit immortalis, tu tamen conſurgis
lingua tua impia in eum, vt moriatur, homo perfide,
imprudens, rabide canis, filij æternę damnationis, qui libẽter
oculos crucifixi, vel manib. tuis ſceleratiſſimis, vel dentibus
lacerares, ſed ideo nõ facis, quia non potes, volũtas aũt
profacto reputatur ſecundũ Theologos. Quid tibi IESVS
fecit, & glorioſus Deus, quia vulneras, & laceras faciẽ eius? In 2. d. 4.
nonnè ipſe pro te ſanguinẽ ſuum fudit in cruce? quare improperia
in eũ depromis? Quid ſibi fecit ſanctiſſima eius
mater? quæ corã diuina maieſtate flectit, & orat pro nobis,
& niſi eſſet illud ſacratiſſimũ pectus, aut dulciſſima vbera,
quæ oſtẽdit filio ſuo, propter peccata noſtra, quaſi Sodoma
fuiſſemus, & quaſi Gomorrha iã dudũ perijſſemus liquidò
conſtat, quòd tu infęlix blaſpheme ſis filius gehennæ, nam
vnde ſit homo cognoſcitur per ſuam loquellam. Sunt aũtẽ
tres Patrię principales, ſcilicet cęleſtis, cuius loquela eſt laudare,
& benedicere Deũ, *Beati, qui habitãt in domo tua Domi-* Pſ. 83. 5.
ne in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Ideo qui dicunt ſemper:
Laudetur Deus benedictus, ſit nomen Domini benedictũ
ſunt de cæleſti patria. Secundã patria eſt terreſtris, & habet
idioma ſuum, *qui enim de terra eſt, de terra loquitur*, loquuntur, Ioa. 3. 31.
de lucris de mercimonijs, &c. Tertia eſt infernalis, & idioma
habet maledicere atq; blaſphemare, huius patrię, ac
domicilij ſunt inhabitatores, qui maledicunt diuinæ maieſtati,
patri, matri, diei deniq; natiuitatis ſuæ. Igitur qui blaſphemat
Deũ, iã effectus eſt incola infernalis, neq; negare
id potes; nã loquela tua te manifeſtũ facit: verè tu ex illis
es, verè ex progenitore Diabolo oriundus, quem blaſphemi
ſæpè ingeminant, quaſi concines illius effecti. Horrendum
ſanè blaſphemiæ peccatum, ſummèq; Deo, & Angelis eius
abominabile, imò, & hominibus ipſis adeò damnoſum; ſiquidem
non ſolùm ſunt culpabiles ij, qui illud committũt,
verùm ẽt audientes, qui contradicere poſſent, & tamen renuũt,
quin potius illorum plerumq; dictis adhærere, quàm
Dei mandatis obtemperare malum. Sanctus Hieronymus S. Hier.
ait, nihil horribilius blaſphemia, quæ ponit in excelſum os
ſuum. Ad quod ſignificandum adducit Iſaias affine exem- Iſai. 3.
plum. *Cum audiſſet* (ait) *Rex Ezechias blaſphemias Rabſaas
ſcidit veſtimenta ſua*. Paulus quoque, & Barnabas deferentibus
ſibi Dei cultum Lycaonibus, *ſciderunt veſtimenta ſua, eò
quòd abhorrebant audire Dei blaſphemiam*. Itaque ſubdit I- Actor. 14.
ſaias in eodem capite. *Ponam circulum, ſiuè hamum in naribus
tuis, vt blaſphemantia ora conſtringam, & nequaquam talia
loqui audeat, frænumq; iniciam labij tuis, quod tuam ferociam
domes, & reducam te in Aſſyrios*. Blaſphema ergo ora,
hamo perforanda ſunt, quæ audent Deo cęli derogare, exprobrare,
ac eius diuinitatem iniuria afficere. In hamo (inquit)
ac fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant
ad te, imò qui ponunt in cælum os ſuum, & lingua eorum
tranſiuit in terram. Ne iam pluribus immorer, æquũ
eſt, vt hanc peſtiferam labem blaſphemiæ, remis, veliſque
ſemper fugiamus, ſi & hic placabilem Dei vultum habere,
& poſt hanc vallem miſeriarum facie ad faciem illum in
domicilijs cęleſtibus contemplari deſideramus. G

Sed quoniam grauitas blaſphemiæ, ex eo præcipuè declarata
eſt in præcedentibus, quòd ſit peccatum in Spiritũ ſanctum,
& nõdum conſtat, an & qđ peccatũ ſit in Spiritũ ſanctum?
& an poſſit quis peccare in vnam perſonam non pec- Scot. in 2
cando in aliam? Hoc iam nobis dilucidandum eſt, Scotus diſt. 48.
docet quòd poteſt aliquis peccare in vnam perſonam Diuinam, q. 1.
non peccando contra aliam, peccare ſcilicet in Spiritũ
ſanctũ peccato v.g. blaſphemiæ, non peccando contra Pa- Scot. in 1.
trẽ, vel filium. Hæc quæſtio dependet ab illa alia, quam ha- d. 2. q. 2.
bet in primo poſſit quis videre vnam perſonam, non videndo
aliam, aut frui vna perſona, non fruendo alia? quòd
ſanè quibuſdam videtur eſſe difficile: nam cum eſſentia ſit

Digitized by Google

de conceptu perſonæ, totali, & completo: perſona enim cõſtituitur ex eſſentia, & relatione per Scotum, relatio autẽ nequit eſſe obiectum fruibile ex eo, quod neque perfectionem, neq; imperfectionem aliquam dicat. Non eſt tamen inconueniens, ſi voluntas fruatur eſſentia, non fruendo perſona; intellectus enim poteſt concipere eſſentiam, non concipiendo perſonam, cũ eſſentia ſit formaliter diſtincta à formali cõſtitutiuo perſonæ: ſiquidem eſſentia dicit entitatem abſolutã, formale verò conſtitutiuũ perſonę dicit entitatẽ relatiuã, perſona deniq; ipſa vtrãq; entitatẽ, abſolutã pro fundamẽto, & relatiuã pro formali, ergo. Hoc quippè eſt, q dicit D. Auguſtinus, ſi eſſentia relatiuè dicitur, non eſt eſſentia, quaſi diceret. Si eſſentia non habet alium conceptum à conceptu perſonæ, & relationis, nõ eſt eſſentia: quia omnis eſſentia eſt aliquid excepto relatiuo, ideſt ens abſolutum, eſtque diſtincta, ſicut à relatione fundamentum. Vnde inquit idem, quod ſi Pater non ſit aliquid ad ſe, non erit ad aliquid: ſi nimirum Pater non dicit entitatem abſolutam, quæ eſt fundamentum relationis, non erit pater, ſcilicet non habebit paternitatem. Præterea nil vetat, quin voluntas fruatur vna perſona Diuina, non fruendo alia. Nam poteſt intellectus concipere vnam perſonã, non concipiendo alteram, dato etiam quod non poſſit concipi vna perſona ſine alia, cum nequeat vnum correlatiuum, concipi ſine alio, vt creatura ſine creatore, dominus ſine ſeruo; tamen ſicut poteſt quis amare creaturam non amando creatorem, diligere Dominum non diligendo ſeruum ita etiam poteſt frui vna perſona, non fruendo alia. Porrò hæc omnia intelligenda ſunt de fruitione actuali, nam ſi ſit ſermo de fruitione habituali, tunc eſt impoſſibile viatorem frui eſſentia, non fruendo perſona, aut vna perſona, & nõ alia, idq; fruitione ordinata, quando enim fruitur ordinatè eſſentia, nõ debet eſſe in diſpoſitione contraria, ad fruitionem perſonæ; ſed in diſpoſitione proxima, & immediata, quod eſt habitualiter frui eſſentia, & perſona.

Ex his ſequitur, quod poſſit eſſe aliquod peccatum præciſè in Spiritum ſanctum, illudque communiter dicitur blaſphemiæ, ſicut enim poteſt eſſe actualis conuerſio ad vnam perſonam per fruitionẽ, & non ad aliam: ita põt eſſe actualis auerſio ab vna, & nõ ab alia. Præterea peccatum eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam: inquantũ igitur peccatum formaliter, vel virtualiter auertit à Deo, vel in quantum cedit in irreuerentiam alicuius perſonæ, ſic non poteſt auertere ab vna perſona, quin auertat ab alia virtualiter, nec vt ſic poteſt quis peccare in vnam perſonam, quin peccet in aliam: actualis tamen auerſio poteſt eſſe ab vna perſona, & non ab alia. Nam cum ſint tres articuli reſpicientes diſtinctè tres perſonas poſſibile eſt aliquem errare, in vno articulo, & non in alio, ac per conſequens peccabit actualiter, in vnam perſonam, & non in aliã; præterea habita quis actuali conſideratione de vna, non oportet, quod habeat de alia. In qualibet autem perſona inuenitur ratio vltimi finis, quia ratio omnis boni, igitur illi, vt ſic poteſt fieri reuerentia, vel irreuerentia, non habita conſideratione de alijs perſonis. Id nobis ipſa Eccleſia manifeſtè innuere videtur in collectis, in quibus ſub finem additur. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, vbi primò præmittitur Pater ad quem oratio communiter dirigitur, & in fine ſubnectitur mediator, in cuius nomine petit, & orat Eccleſia. Vnde ſi quis orando per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, intenderet petere in nomine Trinitatis nihil peteret, quia petitur in nomine mediatoris, qui Chriſtus eſt videtur ergo Eccleſia in grando orare vnam perſonam, & non aliam actualiter. Hoc itidẽ patet in illo Hymno. *Veni creator ſpiritus*, vbi multa ponuntur, quæ non conueniunt, niſi Spiritui ſancto, quod ſit ſcilicet, donum, & alia. Vt tamen veritas manifeſtior appareat, Scotus loco citato idẽ ſic probat. Magis diſtinguitur perſona à perſona, quàm eſſentia à perſona, nam inter perſonas eſt oppoſitio relatiua, non ſic autẽ inter eſſentiam, & perſonam: ſed poſſibile eſt aliquem ſtare in actuali conſideratione eſſentiæ Diuinæ, nihil cogitando de perſona, vt patet de Philoſophis, & tamen conſiderando eſſentiam ſine perſona, inueniet in ea rationem finis, & omnis boni, ac per conſequens eſſentiæ, vt eſſentia eſt poteſt facere reuerentiam, vel irreuerentiam non faciendo alicui perſonę, ergo pari ratione poterit debitum honorem præſtare vni perſonæ, non præſtando alteri. Quod ſi quis dicat, Non eſt ſimile de perſonis, & de perſona, atque eſſentia, quia perſonæ ſunt correlatiuæ, intellectus verò non poteſt habere actum circa vnum correlatiuum, quin habeat circa aliud, ergo etiam non poteſt fieri irreuerentia vni perſonæ, quin fiat omnibus. Satisfacit huic obiectioni Scotus, inquiens, Licet voluntas non ſit magis abſtractiua, quàm intellectus abſtractione immaterialitatis, qua abſtrahitur vniuerſali à ſingularibus: eſt tamen magis abſtractiua abſtractione libertatis, ſecundùm quam voluntas poteſt velle, & non velle, id quod ſibi oſtenditur ab intellectu, ac proindè poteſt abſtrahere volũtas Epiſcopatum à Sacerdotio, quia poteſt quis velle Epiſcopatum, & non velle ſacerdotium; intellectus verò non poteſt oſtendere Epiſcopatum ſine Sacerdotio. Præterea Pater ſub ratione Patris non dicitur correlatiuè ad Spiritum ſanctum, igitur patri poteſt fieri reuerentia actualiter, quamuis actualiter non fiat Spiritui ſancto, atque ſic poſſibile eſt aliquem committere peccatum in vnã perſonam, non peccando in aliam actualiter. Verũ tamen (vt ſuperius inſinuaui) virtualiter neceſſe eſt ipſum cogitare de omni, ita, vt cum facit reuerentiam, vel irreuerentiam vni, virtualiter quoque faciat idem omni; & ſi eliciat aliquam opinionem erroneam circa vnam perſonam, virtualiter elicit circa omnes, earum namque eſt vna bonitas, & vna ſapientia: ſed non eſt neceſſe ſi actualiter peccet in vnam, quod peccet actualiter in aliam.

In 1. diſt. 1. q. 2.

Concluditur ergò poſſe aliquem peccare in Spiritum ſanctum, non peccando in Patrem, vel filium, idque actualiter peccando, contra aliquod appropriatum Spiritui ſancto, & quia bonitatem eſſe appropriatam Spiritui ſancto dicimus, ideò peccatum ex mera malitia, dicitur eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, ſicut patri appropriatur potentia, ideo peccatum ex infirmitate dicitur appropriatè contra Patrẽ, ſapiẽtia quoque appropriatur Filio, ideò peccatum ex ignorantia dicitur eſſe contra filium. Quodnam verò ſit illud peccatum, quod pugnat ſpecialiter contra Spiritum ſanctum, non concordant Sancti Doctores. Nam D. Athanaſius, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, & Chryſoſtomus dicunt eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, quando ad literam aliquid blaſphemum exprimitur contra Spiritum ſanctum, ſiue Spiritus ſanctus accipiatur, vt nomen eſſentiale commune toti Trinitati, ſiue prout eſt nomen perſonale vnius perſona: & ſecundum hoc diſtinguunt blaſphemiam in Spiritum ſanctum, contra blaſphemiam in filium hominis. Auguſtinus autem blaſphemiam, ſiue peccatum in Spiritum ſanctum dicit eſſe finalem impœnitentiam, quando ſcilicet quis in peccato mortali perſeuerat vſque ad mortẽ: tale enim peccatum eſt contra Spiritum ſanctum appropriatè. Alij verò aliter accipiunt peccatum, vel blaſphemiã in Spiritum ſanctum, aſſerentes illud eſſe, quando quis directè peccat contra bonitatem appropriatam Spiritui ſancto. Quemadmodum enim (ſecundum ſupra dicta) peccatum dicitur in Patrem, quando peccatur ex infirmitate, & peccatum in filium quando peccatur ex ignorantia: ſic peccatum in Spiritum ſanctum, quando peccatur ex certa, ac mera malitia, id eſt ex ipſa electione mali. Eſt tamen aduertendum, dupliciter euenire peccatum ex certa malitia; aut enim ex inclinatione habitus vitioſi, qui dicitur malitia, & hoc modo peccatum ex malitia non eſt idem, quod peccatum in Spiritum ſanctum, neque nominat diſtinctum genus peccati, aut accidit ex eo, quando per contemptum abijcitur, & remouetur id, quod electionem peccati poterat impedire: ſicut ſpes abijcitur per deſperationem, & timor per præſumptionem: atque ſic peccare ex malitia eſt peccare in Spiritum ſanctum, quia videlicet illa, quæ peccati electionem impediunt, ſunt effectus Spiritus ſancti in nobis per appropriationem.

H

Athanaſ. Hilarius. Ambroſ. Hieron. Chryſoſt.

Matth. 12. Aug. in li. de verbis Domini.

Expedit pro clariori prædictorum elucidatione adducere id, quod ſcripſit Magiſter ſententiarum de hac materia. Quoniam (inquit) Auguſtinus dicit, impœnitentiam eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, cum ſic obſtinatus eſt aliquis, vt non pœniteat, diſcuti oportet, an aliud obſtinatio, aliud impœnitentia ſit peccatum? an idem ſub diuerſis modis commiſſum? Blaſphemia alio nomine vocatur

Magiſter ſentent. li. 2. diſt. 48.

Io.1.c.5. ad mortem à Ioanne. Pro eo (inquit) *non roget quis, pecca-*
v.16. *tum autem ad mortē eſt, agnitionem gratiæ Dei, & fraternam*
charitatem oppugnare, ipſamque gratiam, qua Deo reconcilia-
tus eſt contemnere. Quod non remittitur in hoc ſeculo, vel
in futuro: non quia non ſit ignoſcendum peccandi ſi pœni-
teat: ſed quia, tanta eſt labes peccati iſtius, vt deprecandi hu-
militatem ſubire non poſſit; etiamſi peccatum ſuum mala
conſcientia agnoſcere enunciare cogatur, vt Iudas, cum di-
xit, peccaui: facilius deſperans, conuertit ſe ad laqueum,
quam humilitate veniam peteret. Pro conſolatione tamen
peccatorum dico, quod peccatum ad mortem, vel in Spiri-
tum Sanctum, tunc maximè eſt, ſi quis in ſceleratæ mentis
ſuę cęcitate vitam finiens, vbi nec preces vllę ampliùs pro-
derunt: dum tamen in hac vita eſt nec peccatum illius iudi
care, nec de illo deſperare, ſed pro illo orare debemus.

Inſuper ex cōtextu Euangelij patet, quid ſit blaſphemia
Luc.12.10 in Spiritum Sanctum. *Qui dicit Verbum* (inquit) *in filium ho-*
minis remittetur ei, quaſi diceret ſi quis corporis ſpecie hu-
mani deceptus, remiſſius aliquid ſentit de carne Chriſti,
quam dignum eſt, habet quidem culpam, non eſt tamen
excluſus à venia, ſi quis vero S. Spiritus dignitatem, maie-
ſtatem, & poteſtatem abneget ſempiternam, & putet non
in Spiritu Dei eijci Dæmonia, ſed in Beelzebub non eſt ex-
pectanda venia, vbi ſacrilegij plenitudo eſt. Qui ergò poſt
cognitionem veritatis, Sancti Spiritus veritatem negat,
eiuſque opera dicit eſſe Beelzebub. poteſtati, bonitati, &
gratiæ Spiritus Sancti, inuidere, at detrahere cēſendus eſt.
Iuxta vulgatem autem opinionem, & ab Eccleſia receptā;
I peccata in Spiritum Sanctum ſunt hæc. Præſumptio de
miſericordia Dei, vel de impunitione peccati. Deſperatio.
Ignitæ veritatis impugnatio. Fraternæ charitatis inuiden-
tia. Obſtinatio, & Impœnitentia. De Dei miſericordia (in-
Cap.3. li. quit Gregorius) ordinatè confidit, qui hoc quod peccando
1.Reg. deliquit, pœnitendo corrigit, & flendo tergit; peccare ergo,
& de Dei miſericordia præſumere, pelago iuſtitiæ eius ex-
Eccl.5.8. poni eſt. *Non tardes* (inquit Eccleſ.) *conuerti ad Dominum, &*
Auguſt. *ne differas de die in diem, ſubitò enim veniet ira illius, & in tē-*
Matt.24. *pore vindictæ diſperdet te.* Eorum (inquit) Auguſtinus nulla
v.13. eſt ſalus, quorum perſeuerat iniquitas. *Qui autem perſeuera-*
uerit vſque in finem hic ſaluus erit. Salutem vtique Dominus
promiſit perſeuerantibus in charitate, non in iniquitate
Iſid.lib.2. certè eſt dictum, & ab Iſidoro. A malo (inquit) in deterius
cap.3. de vadit, qui tempus ſibi ad pœnitentiam indultum, ad liber-
ſōmo bo- tatem praui operis vertit. Præſumptioni de indulgentia
no. Dei opponitur deſperatio, quæ omnem ſpem abijcit impe-
trandę à Deo veniæ, vel ſalutis æternæ conſequendæ. Hoc
Gen.4.13 modo peccauit cum inquiens. *Maior eſt iniquitas mea, quam*
Act.1. *vt veniam merear*: peccauit, & Iudas, qui laqueo ſe ſuſpen-
ad Eph.4 dit. Qui diſperantes (ait Apoſtolus) ſemetipſos tradiderunt
2 Reg.2. impudicitiæ. An ignoras (inquit Abner ad Ioab) quòd pe-
Ier.c.3. riculoſa ſit deſperatio? *Si dimiſerit* (dicit Ieremias) *vir vxo-*
v.1. *rem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum; nunquid*
reuertetur ad eum vltra? nunquid non polluta, & contaminata
erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis,
tamē reuertere ad me dicit Dominus. Venite ad me, vocat do-
Iſai.1. minus per Iſaiam Prophetam. *Si fuerint peccata veſtra, vt*
v.18. *coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi ver*
miculus, velut lana alba erunt; ſed prius lauamini mūdi eſto
te, quieſcite peruersè agere, diſcite benè facere. Si alicui pes
Aug. de frangatur (ait Auguſtinus) aut manus cum labore ſolet ad
temp.ſer- priſtinum officium reuocari: ſi verò ſecundò, & tertiò, &
mone 48. adhuc frequentius in eodem loco membra ipſa frangan-
tur, cum quantis doloribus vulnera ipſa curanda ſunt, vt
ad ſuum officium reuertantur? ſimilis ratio in animarum
fracturis, ſeu vulneribus eſſe credenda eſt, quando diui-
tius aliquis perſeuerat in peccatis, & ad pœnitentiæ medi-
camenta non ſe conuertit. Nullus tamen de Dei miſeri-
cordia deſperet, modo ſine vlla mora Deum ſibi repropi-
tiari feſtinet: ne fortè ſi conſuetudinem peccandi fecerit,
De ſūmo etiamſi velit de Diaboli laqueis liberari non poſſit. Sic
bono lib. enim Iſidorus. Nullus deſperare debet veniam, etiamſi cir-
2.c.14. ca finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur, vnumquem-
Ezech.18. que enim Deus de ſuo fine; non de vita præterita iudicat.
v.21. *Si impius egerit pœnitentiā* (inqu. Ezechiel) *ab omnibus pec-*
catis ſuis, vita viuet, & non morietur. Veritatis autem im-

pugnatio in hoc ſita eſt, quando aliquis non ex ignoran-
tia, ſed ex malitia fidei veritatem oppugnat. De quorum
numero erant Phariſæi, qui doctrinam Euangelij, & do-
ctrinam Apoſtolorum ſcienter ſupprimere voluerunt; ſed Act.4.16
non potuerunt. Vnde Lucas refert eorum verba. *Quid fa-*
ciemus (inquiunt) *hominibus iſtis? quoniam quidem notum ſi-*
gnum factum eſt per eos omnibus habitantibus Hieruſalem: ma-
nifeſtum eſt, & non poſſumus negare, ſed ne amplius diuulge-
tur in populum, comminemur eis. Hæreticum hominem (ait ad Tit.3.
Apoſtolus) *poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita, ſciens* v.10.
quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm proprio
ſit iudicio condemnatus. Ruſus inquit *quemadmodum enim* ad Tim.3
Ioannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi ita, & hi reſiſtunt ve- 10.
ritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Et infra di-
cit, *huiuſmodi impugnatores veritatis cauteriatam habere con-*
ſcientiam. Ac meritò quidem candenti enim ferro nota-
bantur olim malefici, ſtigmatibus impreſſis cuti: at iſti non
corpus, ſed animum habent ſtigmaticum, ſiue cauterio
inuſtum ob vitæ dedecora, quorum ipſi conſcij ſunt, ideo
Leo magnus affatur huiuſmodi homines. Magiſtri ſunt
erroris, quia veritatis diſcipuli non fuere, in hanc autem
inſipientiam cadunt, qui cum ad cognoſcendam veritatem
alio impediuntur obſcuro, non ad Propheticas voces, non
ad Apoſtolicas literas, nec ad Euangelicas authoritates,
ſed ad ſemetipſos recurrunt. Hæretici (inquit Auguſti- Aug.li.7.
nus) non ob aliud ſunt Hæretici, niſi quia non legunt Scri- c.9. de Ge
pturas Catholicas, vel eas rectè non intelligentes, ſuas fal- neſi ad li-
ſas opiniones contra earum veritatem pertinaciter aſſe- teram.
runt, neque enim natæ ſunt hæreſes niſi dum Scripturæ bo
næ intelligunmr non benè, & quod in eis non benè intelli-
gitur, etiam temere, & audacter aſſeritur. Damaſus apud Dam.cau
gratiarum Violatores ait, Canonum voluntarij grauiter à ſa.26.q.1.
Sanctis Patribus iudicantur, & à Sancto Spiritu, cuius in- c.Violato
ſtinctu, ac dono dictati ſunt damnatur. Quoniam blaſphe- res.
mare in Spiritum Sanctum, non incongruè videntur, qui
contra eoſdem ſacros Canones, non neceſſitate compulſi,
ſed libenter aliquid, aut proteruè agunt, aut loqui præſu-
munt. Talis enim præſumptio manifeſtè eſt vnum genus
blaſphemantium in Spiritum Sanctum; hæc ille. Inui- K
dētia fraternæ gratiæ peccatum eſt in Spiritum Sanctum,
quando ſcilicet aliquis grauiter dolet de virtutum ſplen-
dore, ac donorum Dei augmento, quibus frater ſuus illu-
ſtratur; & perſpicuus redditur. *Videntes* (inquit Lucas) Act.13.
Iudei turbas, quæ conuenerant, vt audirent verbum Dei repleti v.14.
ſunt zelo, & contradicebant his, quæ a Paulo dicebantur bla-
ſphemantes. Hæc inuidentia fraternæ gratiæ fuit in Caim,
in Eſau fratre Iacob. Auguſtinus, peccatum fratris ad mor Geneſ.4.
tem, vt dicit Ioannes 1. cap.5. puto eſſe (inquit) poſt agni- & 27.
tionem Dei, per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quan- Aug. lib.
do quis oppugnat fraternitatem, & aduerſus ipſam gra- Retract.1
tiam, qua recōciliatus eſt Deo, inuidentiæ facibus agitatur. c.19. & li.
Et eſt peccatum ad mortem, ſi in hac, tam ſcelerata peruer 1. de ſerm.
ſitate finierit hanc vitam. Domini ī

Obſtinatio quoque facit peccatū in Spiritum Sanctum, monte ca-
eſt autem obſtinatio animi aduerſus monentem, cuius per- pite 45.
ſuaſionibus induci non poteſt, vt ab inſtituto ſuo damna-
bili reſiliat. Huius autem exemplar perſpicuè cernitur in
Pharaone, qui nullis Moyſis monitis, nulliſque terroribus Exod.7.
à ſuo malo inſtituto reſipiſcere voluit. Tales fuerunt, &
Iudæi contra quos inuehitur Sanctus Stephanus, *Dura cer-*
uice (inquit) *vos ſemper reſiſtitis Spiritui Sancto. Secundùm*
duritiam tuam, & impœnitens cor tuum (inquit Apoſtolus) Act.7.51.
theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. ad Ro.2.5
Percuſiſti eos (ait Ierem.) *& non doluerunt, & attriuiſti eos,* Ier.5.3.
& renuerunt accipere diſciplinam indurauerunt facies ſuas ſu-
pra petram, & noluerūt reuerti. Simile quid ait Iſaias. *Quia du-* Iſai.48.4.
rus es, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Et nolue-
runt attendere (ait Zacharias) *& auerterunt ſcapulam receden* Zach.7.11
tem & aures ſuas aggrauauerūt, ne audirent. Et cor ſuum poſue
runt, vt adamantem, ne audirent legem Domini. Quàm graue
autem ſit peccatum obſtinationis Sanctus Auguſtinus cla- Aug. in
riſſimè oſtendit. Qui (ait) in Eccleſia remitti peccata non Enchir.c.
credens, contemnit tantam muneris largitatem, & in hac 83.
obſtinatione diem claudet extremum, reus eſt illo irremiſ-
ſibili peccato in Spiritum Sanctum, in quo Chriſtus peccata

Digitized by Google

[Greg. 33. Moral. c. 11.] dimittit. Gregorius. Pharaonis cor Dominus obduraſſe deſcribitur, non quòd ipſe duritiam intulit, ſed quòd exigentibus eius meritis, nulla illud deſuper infuſi timoris ſenſibilitate molliuit. [Aug. ſer. 88. de Tẽpore.] Auguſtinus. Quoties Deus plaga percuſſit Pharaonem, pœnituit, at vbi ei remiſſio Diuina indulgentiam dedit, iterum ſe in ſuperbiam elatus erexit, hoc ergo innuit. Ego indurabo cor Pharaonis, id eſt ſuſpendam plagas meas, & flagella, vnde eum per indulgẽtiam meam contra me obdurari permitto. Pharao enim pro ingenti cumulo peccatorum, non tanquam filius ad emendationem voluit corrigi; ſed tanquam hoſtis permiſſus eſt obdurari, [Pſal. 72. 5.] *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur* canit Pſalmiſta, *ideo tenuit eos ſuperbia, & operti ſunt iniquitate.* Impœnitentia finalis peccatum in Spiritum Sanctum poſtremo loco nominatur. Eſt autem impœnitentia finalis, firmum peruerſæ mentis propoſitum, ſemper peccandi, & nunquam ſe emendandi. Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum Iſaias ait, loquens [Iſai. 28. 15] in perſona illorum. [Pſal. 94. 8] *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* Et Apoſtolus: [ad Heb. 3] *Non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Cor enim durum habebit malè in nouiſſimo.* [Eccleſ. 3.] *Et qui amat periculum in eo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & prauus corde in illis ſcandalizabitur, cor nequam grauabitur in doloribus.* Contra hoc donum gratuitum (remiſſionem ſcilicet peccatorum inquit Auguſtinus) contra iſtam Dei gratiam, loquitur cor impœnitens. [Auguſt.] Ipſa ergo impœnitentia eſt Spiritus blaſphemiæ, quæ non remittetur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Contra Spiritum enim Sanctum quo baptizantur, quorum peccata omnia dimittuntur, & quem accepit Eccleſia, vt cui dimiſerit peccata, dimittũtur ei, valde malum dicit, & nimis impium, qui huiuſmodi gratiæ detrahit, & ingratus eſt. Impœnitentia itaque eſt duritia cordis vſque ad finẽ, ſic enim, docemur ab eodem Auguſtino. Aliquod (inquit) certum, & [Aug. epi. 50. ad Bonifacium Comitẽ.] proprium intelligi voluit peccatum, hoc autẽ duritia cordis eſt vſque ad finem huius vitæ. Et lib. de correp. & gratia. cap. 12. Eſt peccatum ad mortem, de quo quoniam non [1. Ioan. 5.] expreſſum eſt, poſſunt multa, & diuerſa ſentiri: ego autem dico id eſſe peccatum, fidem, quæ per dilectionem operatur, deſerere vſque ad mortem. Quod ergo blaſphemia ſit peccatum in Spiritum Sanctum, quamque multiplex ſit, ſatis declaratum æſtimo. Reliquum eſt, vt hoc tam enorme peccatum vitemus, ſi gratiam in præſenti, & gloriam in futuro mereri volumus, per Chriſtum. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Palmarum.

[Matth. 21. v. 5.] *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*

[Prou. 16. v. 14.] *Indignatio Regis nuntij mortis, & vir ſapiens placabit eam.*

[A] TErret, & conturbat, quod de Regibus temporalibus dicit Salomon. Indignatio Regis &c. Lætificat autem, quod de Rege noſtro Chriſto Domino dicit Euangeliũ *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Non eſt mirum quod indignatio Regum mortẽ inferendam nuntiet, & præſagiat. Nam Regis ira mirum in modum ſæuit, quæ licet exigua modo, velut ſcintilla videtur, breui tamen in magnum incendium euadit: quia quo ſublimiores ſe eſſe agnoſcunt Reges, eo grauius ſuam maieſtatẽ leuioribus etiam ibus lædi, ac violari exiſtimant: atque ob id eorum indignatio immanius æſtuat: Tum etiam, quia poteſtas ipſa, & facultas vlciſcendi indignationem acuit ad vindictam, prout illa declarat ſententia Euripidis in Medea, quam Clem. Alexan. conſcripſit. [Cle. Alex. li. 2. Stromat.]

Graue Tyrannorum ſuperbia, & quodammodo.
A minimo incipientes multa poſſidentes.
Aegrè iras mutant.

[Seneca Trag. 7.] Et Seneca ſic addit.

Grauis ira Regum ſemper.

Accedit etiam, quod quidam Principes Maieſtatem imperij ſeueritate, atque indignationem metiuntur Iamblicus [Iãblicus in epiſt. ad Agap.] ſic ait. Multi Regum, ac Principum ſine mente imperitos ſtatuarios immitãtur, qui tunc Coloſſos putant magnos videre ſi multum diuaricatos diportos, & hiantes effixerint. Sic & aliquid Principes grauitate vocis, aſpectu aſperitate, difficultate morum, indignatione, & conuerſandi aſpernatione, magnitudinem, & ſeueritatem imperij exprimere ſe putant. Licet autem viri ſapientis præſtantia his remediũ adhibere poſſit, qui iram in ſe, vel in alios conceptam facilè lenire, atque ſedare poteſt, plerumque enim Principum ingenium eſt, ita generoſum, ac nobile, vt ſapientes conſiliarios, & Doctores ſpirituales Magiſtros obſeruent, & eorum conſilijs, atque rationibus leniantur Ideò à D. Thoma elephanti comparantur. [D. Th. in libello, & Regimine Princ.] Quemadmodum (inquit) elephas iracundia multa ſæuiens viſo magiſtro miteſcit, ſic etiam Principis animus iratus, aut quolibet alio modo vehementius affectus Præceptoris ſui præſentia ſedatur, & documentis conquieſcit. Licet (inquam) iram Regum Sapientes placare valeant, longè tamẽ melior eſt benignitas, & manſuetudo, vt in Rege noſtro Chriſto Domino, de quo rectè dici poteſt per oppoſitum. Manſuetudo Regis nuntij vitæ. Et reuera manſuetudo eſt nuntius vitæ, quia de manſuetis dixit Salomon. *Lingua placabilis lignum vitæ.* [Prou. 15. v. 4.] Sed ea differentia eſt manſuetudinis aliorum hominũ à manſuetudine Chriſti, quòd alij homines manſueti ſunt arbores vitæ, & virentes, homo enim mitis, atque placidus arbor eſt in ſemetipſa virens, ac vernans, cuius aſpectus gratus eſt, cuius fructus prædulces ſunt, cuius vmbra æſtuantes recreat, ac refrigerat. Audiendus eſt Beatus Antiochus Pandectis, [Antioch.] vbi hominis iracundi, & manſueti hanc diſſimilitudinem affert. Ramus (inquit) cum viret, ac lentus eſt difficilè frangitur, quia cedit manui, qui autem aridus eſt, facilè confringitur, quia non cedit, ſic item mitis ſanè vir difficilè conuellitur, quia cedit, & leniter flectitur; at iracundus flecti neſcius, vno tantummodo verbo frangitur. [B] Chriſti autem manſuetudo non ſolùm eſt arbor viua, & virens, ſed etiam eſt nuntius vitæ, & arbor illa, quæ in Paradiſo erat. Arbor enim vitæ in Paradiſo inſita fixa erat ad reficiendas, reparandaſque vires hominis, ne ſenio, ætate, aut morbo vnquam deficeret. Præterea, vt vi ſua quatuor qualitatum, quibus homo conſtat, diſſidia componeret, eaſque actione, & reactione diſcordãtes ad eam temperiẽ, & æqualitatem adduceret, quam natura humani corporis requirit. Ad eundem modum Chriſtus Dominus in mundum venit, vt homines *vitam habeant, & abundantius habeant*, propterea de cælo in terram deſcendit, vt animos diſcordes cõciliaret, iram Dei placaret, & inter Deum, atque homines concordiam faceret. Propterea hodie Hieroſolymam aſcendit, vt tanquam arbor vitæ in monte Caluariæ plantata, arboris vitæ fructus nobis adferat, concordiam inter Angelos, & homines, inter Deum, & peccatores faciat; vt habet D. Chryſoſtomus dum inquit. [D. Chryſ.] Sicut Chriſtus Deus, & omnium Dominus in carne Diuinæ nobis apparens Sanctos Angelos cum hominibus concordes effecit, qui quaſi bello quodam à nobis diſſidebant, ita & manſuetus homo, fratres, & cognatos, qui inter ſe diſcordes ſunt obiectis inimicitijs in gratiam mutuam redire facit. Et ideò quæcunque hominibus manſuetis attribuuntur; hæc excellentiori modo Chriſto competunt.

Manſueti dicuntur arbor vitæ ſol Reipub. teſte Chryſoſtomo.

Chryſoſt. in ſermone de māſuetudine.

ſoſtomo. Quemadmodum enim ſolis iubar, vt primum apparet fugat tenebras: ita manſuetus, & benignus ſua præſentia res turbulentas componit, quietas atque tranquillas reddit. Māſueti propterea ſunt nerui Reipublicæ, vt inquit idem. Porrò quod in corporibus noſtris nerui, hoc eſt manſuetus homo in domo, & in Eccleſia. Paulus enim noſtræ ſuo fratres vocat corpus, & membra inuicem: vnde vetus eſt ſermo ille, quod vis lenis eandem virtutem habet in Eccleſia, domo, & Ciuitate, quam habent in corporibus neruì, diſperſa, & ſeparata coniungentes, & contrahentes: quæ virtus, tunc alicui data eſt, cum manſuetè viuere incipit.

Demoſthenes apud Eboroenſem.

Præterea manſueti ſunt Ciuitatis coagulum, vt inquit Demoſthenes, ſicut enim lac prius ſolutum, & liquidum coagulo aſtringitur, & ſpiſſatur: ſic etiam animos ciuium ſolutos, & diſſociatos manſueti hominis oratio conciliat, ac deuincit. Denique manſueti ſunt ſimiles amænæ ſolitudini,

D. Chryſoſtom.

vt inquit Chryſoſtomus. Gratus, & amabilis eſt videntibus manſuetus, gratus item his, quibus nomine ſolùm notus eſt, neque facilè vllum inuenias, qui audiens laudari hominem manſuetum, illum videre, & oſculari non deſideret, & non habeat in aliqua ſui lucri parte, eius amicitia poſſe frui. Hæc igitur omnia perfectius competunt Chriſto, & ideo mirù m non eſt, quod adeò gratus, & amabilis fuerit multis ex Republica Iudæorum, vt refert Euangelium hodiernum, quia manſuetus, vitæ, concordiæ, vnitatis, & pacis auctor, tanquam omnibus gratus, & amabilis excipitur, quod in explicatione Euangelij videbimus.

C

CVM APROPINQVASSET IESVS HIEROSOLIMIS, ET VENISET BETHPHAGE AD MONTEM OLIVETI: TVNC MISIT DVOS DISCIPVLOS BETHAGE. Bethphage erat villula in monte Oliueti, quæ Sabbati itinere aberat à Hieruſalem, hoc eſt diſtabat mille paſſus. Hæc autem villa erat Sacerdotum, & interpretabatur domus maxillarum. Cum ergo adhunc locum veniſſet Dominus, ex quo Sacerdotes, Paſchales victimas, & alias deducere in Hieruſalem ſoliti erāt, miſit duos diſcipulos Petrum, & Philippum: vel Petrum, & Ioannē, quos poſtea miſit ad parandum agnum paſchalem. Sic miſerat diſcipulos ſuos binos ante faciem ſuam. Miſit autem duos; vt intelligerent ſe ad vtrumque populum mittendos fore, quatenus ad obſequium fidei vtrumque populum adducerent. Miſit duos, vt innueret, quod de duobus populis triumphaturus erat, & iam triūphat hodie. Triumphat etiam de morte, & Diabolo. Sed quid eſt? quod ante pugnā triumphat Chriſtus. Nullus homo reperitur in mundo, qui ante victoriam, vel pugnam triūphare poſſit, ſoli Deo id competit. Quam primum homo naſcitur in pugnā procedit, ſed non coronatur, niſi poſt mortem; ſicut initiū pugnæ eſt dies natiuitatis, ita dies triumphi eſt dies mortis, tempus autem intermedium, eſt tempus pugnæ, & quoniam nullus homo eſt certus de victoria dum pugnat, niſi ſolus Deus, ideo ſolus Deus ante victoriam triumphare poteſt. Triumphat hodie Chriſtus. Permittit, vt cedantur rami de arboribus, & ſternantur in via; permittit, vt turba ſternat veſtimēta ſua; permittit acclamationes fieri; Hoſanna filio Dauid ille qui ſummoperè fugiebat honores, vt

Ioan. 6. v. 15.

dicit D. Ioannes. *Sciens Ieſus, quod venturi eſſent, vt facerent eum Regem, fugit iterum in montem*; Triumphat etiam antequam pugnet cum inimico; non ſolùm antequam vincat, quod ſanè ſi purus homo eſſet temerarium videretur, ſed quia ſimul, & homo, & Deus, eſt quicquid futurum ſit nouit in rebus contingentibus, qui ſemper habet victoriá certam, cuius velle eſt operari, cuius voluntati nihil eſt contingens; ille triumphare poteſt, non ſolùm ante victoriam, ſicut triumphat hodie de morte, & mortis authore, de populo gentili, & Hebræo triumphat autem perfectiſſimè, quia in animis, & cordibus eorum, ſed etiam triumphare poteſt talis ante pugnam. Cum Claudianus laudibus efferret ducem exercitus nomine Eſtilium inter alia id in eo commendat, quod cum plures victorias obtinuiſſet, quàm Cæſares, nunquam cum tanta pompa triumphauit, ſicut alli, triumphauit tamen in animis, & cordibus gentis ſuæ, vtpotè quem omnibus ſummo amore proſecuti ſunt.

Lucæ 14. v. 31.

Nunquam animis hominum pompa meliore triumphat.

Sic triumphat hodie Chriſtus in cordibus vtriuſque populi, quia tanquam Deus, nouerat quanto amore eum proſecuturi erant, quàm grati Redemptionis, & ſaluationis futuræ. Binos igitur diſcipulos mittit, quia de inimicis morte, & Diabolo, & animis vtriuſque populi ante victoriam, quam prouidit triumphat: Cæterùm nullus homo ante pugnam, aut victoriam triumphare poteſt, niſi velit eſſe temerarius. Quod ſi prudens haberi velit, hæc illi ſunt facienda. In primis computet ſumptos, imitetur prudenter Regem, de quo Chriſtus inquit. *Aut quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium Regem, non ſedens prius cogitat ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens, rogat ea, quæ pacis ſunt:* Committendum nobis eſt bellum cum morte, prius ergo computandum eſt, an contra eam pugnare valeamus, inducias cum ea facere impoſſibile eſt, ſtultitiæ enim arguuntur illi, qui dicebant, *fecimus pactum cum morte*; omninò pugnandum eſt; congregandi ergo ſunt exercitus bonorum operum, probanda ſunt arma. Dauid antequam egrederetur contra Saul in campum, voluit probare arma Saulis, an ſic intendere ac pugnare valeret, & nos antequam cum morte ad certamen veniamus, quotidie mori debemus. Morte morali, probando an de vera morte triumphare valeamus. Moritur autem moraliter, qui moritur mundo, & ſuis paſſionibus. Sic veri Philoſophi mori ſtudebant, vt inquit Plato, & benè, quia iacula prius præuiſa minus feriunt, inquit Gregorius, ſic moriebatur Simon Philoſophus, qui ſupra ſepulchrum proprium, hæc verba inſcribere iuſſit. Hic iacet Simon mortuus cum viuis, & viuus cum mortuis, quaſi vellet dicere, ideo viuo cum mortuis, & de morte triumpho, quia moriebar cum viuis. Et Iob cum dicebat: *Spiritus meus attenuabitur dies mei breuiabuntur, & ſolùm mihi ſupereſt ſepulchrum*. Septuaginta interpretes legunt; *oro ſepulchrum, vt contingat mihi*, oro, vt ad ſingulare certamen deſcendam cum morte. Litera Hebræa habet *oro ſepulchra* in plurali. Et ad quid tot ſepulchra? pro ſepeliendis affectibus meis. Volo prius ſepelire concupiſcentiam oculorum, volo prius ſepelire concupiſcentiam carnis, volo prius ſepelire ſuperbiam vitæ, auaritiam, ambitionem, cæteraque vitia, oro & tandem oro ſepulchrum, vt ſepeliat ego, oro, vt prius moriatur oculus nè videat, quæ videnda non ſunt, moriatur prius auditus, & obſurdeſcat ad ea, quæ audienda non ſunt, & cæteri ſenſus, & tādem moriat ego, quia ſine dubio ſic diſpoſitus de morte triumphabo. Et iure merito hac inſcriptione ſepulchrū meum donari poterit. Hic iacet mortuus cum viuis, & viuus cū mortuis. Pugnandum eſt etiam contra Dæmonem maximè in hora mortis; in hoc enim nos admonet Apoſtolus. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus poteſtatem tenebrarum*. Spes enim victoriæ in ſolo Dei auxilio conſiſtit. At Chriſtus propria virtute Diabolum deuicit, & mortem ſuperauit. Veruntamen etiam ipſo Triumphi die, humilitatis, & paupertatis ſanctum memoris non facit ſumptus magnificos, & tanto Rege dignos, ſed vt inquit Euāngeliſta mittit duos diſcipulos dicens.

D

Plato.

D. Greg.

Simon Philoſophus.

Iob 17. v. 1.

Septuaginta.

Hebræus

Epheſ. 6. v. 12.

ITE IN CASTELLVM; ET STATIM INVENIETIS ASINAM ALLIGATAM, ET PVLLVM, CVM EA SOLVITE, ET ADDVCITE MIHI. Voluit Dominus hoc breue itineris ſpatium inſidens iumētibus conficere, habens aliquod ſpecimen regia dignitatis, vt impleretur ſcriptura Zachariæ Prophetæ. *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator ipſe pauper, & aſcendens ſuper Aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ*. Septuaginta habent, māſuetus; Hieronymus vero pauper. Dictio Hebraica (ani) ſi per *Iod* ſcribatur ſignificat pauperem, ſi per *Vau* manſuetum. Vide Domini manſuetudinem, aſinæ, & pullo inſidēs regiam dignitatem eſt auſpicatus, aliquid myſticum prætēdens fidelibus ſuis. Eſt enim animal iſtud miræ ſtupiditatis, oneribus dorſo rectantibus accomodum, cuiuſmodi cōditionis erant homines ante Chriſti aduentum, ſtupidi, ſtulti, ſimulachrorum cultores, ad quæ veneranda ducebantur more animalium rationis expertium, & eorum ſarcinas ferebant. Attritum erat collum iſtius aſinæ ſub onere legis Iudaicæ, ſeu Moyſis, ſicut princeps Apoſtolorum Beatus Petrus clariſſimè explicat. *Quid* (inquit) *tentatis imponere iugum ſuper ceruices veſtras, quod neque nos, neque patres noſtri*

Zacha. 9. v. 9.

Septuaginta.

Hieron.

Hebręus

Actor. 15. v. 10.

portare

Digitized by Google

portare potuerunt. Hæc autem aſinā mater eſt gentiū, quia *de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem*, & ſalus ex Iudæis. Non ſedet in curru aureo pretioſa purpura fulgens, neque aſcendit ſuper equum feruidum, amatorem diſcordiæ, & litis, qui iactantiæ gloria pectus habet repletum, qui de longinquo odoratur bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & ad aſpectum ſanguinolentæ pugnæ hinnire non deſinit, ſed aſcendit ſuper aſellum tranquillitatis, & pacis amicum, oneris patientiſſimum, & laboris. Deſignatur autem per pullum aſinæ populus gentium, nullo prioris legis onere preſſus, ſed ſine freno iuſtitiæ, & habenis rationis, quocunque voluptas eum propellebat concitè perge-

Marc. 11. Luc. 19. re non verebatur. Marcus, & Lucas dicunt ſuper quem nemo hominum ſedit, Gentiles ſiquidem legem Domini non acceperant, nec Prophetarum oracula, quibus ad ſubmittē dum colla ſua dominico iugo inducerentur. Sanè populus gentilis alligatus vinculis perfidię, iniquo addictus Domino, errore excæcatus, dominatum ſibi vendicare non poterat, quem reum fecerat non natura, ſed culpa. Et ideò Marcus addidit: LIGATVM ANTE IANVAM, extra Chriſtum enim quiſquis eſt, foris eſt. Prætereà dixit INTRANSITV, vbi nullius certa poſſeſſio, non præſepe, non alimēta, non ſtabulum. Miſera ſeruitus cui vagum ius eſt; plures enim Dominos habent, qui vnum non habent. Apoſtoli autem ſoluunt pullum non ſuo ſermone, ſed Dei verbo; nec proprio, ſed Chriſti nomine fidem populis infuderunt, nomine illius, cuius imperio omnia ſubijciuntur animæ, & corporis, & fortunæ bona: cui ad nutum omnia obediunt, vt etiam ſequentia Chriſti verba innuunt. ET SI QVIS VOBIS ALIQVID DIXERIT; DICITE QVIA DOMINVS HIS OPVS HABET, ET CONFESTIM DIMITTET EOS. Non Dominus noſter, ſed Dominus his opus habet: Per quod ſignificauit duos ipſos populos ad fidei ſuæ obſequium adducendos, quatenus hęreditatem, quam ante mundi conſtitutionem diſpoſuit eis Dominus, poſtea adipiſci poſſent. Opus habet creator creatura, vt ei bona ſua communicet, & oſtendat diuitias bonitatis ſuæ, & impleat conſilium voluntatis ſuæ æternæ, qua ſic electos adducere voluit, ad laudem gloriæ, & gratiæ ſuę.

D. Aug. Pullum aſinæ (inquit Auguſtinus) intelligimus populum gentium, qui legem Domini non acceperat: aſinam verò (quia vtrumque iumentum domino adductum eſt) plebem eius, quę veniebat ex populo Iſrael: non indomitam planè, ſed quæ præſepe Domini agnouit. HOC AVTEM FACTVM EST, VT ADIMPLERETVR, QVOD DICTVM EST PER PROPHETAM DICENTEM DICITE FILIÆ SION. ECCE REX TVVS VENIT TIBI MANSVETVS, ET SEDENS SVPER ASINAM, ET PVLLVM FILIÆ SVBIVGALIS.

Cromerus lib. 5. Boleslaus III. Polonorum Rex, de quo refert Cromerus multum liberalis fuit, quod patet inde, cum Feliſlaus ducis pariter, atque militis officio functus contra Morauos dexteram amiſit, eum Boleslaus collaudatū, pro meritis, & virtute, aurea manu donauit.

I

Sed Chriſtus Dominus incōparabiliter liberaliſſimus Rex, & clementiſſimus fuit, maiori clementia prædilus, quā Boleslaus, Miecislaus, & Enricus Boleslai 3. Polonorum Principis filij, à fratre Vvladislao bello petiti, qui & vitam, & principatus, eorum infeſtè perſequebatur, cum eum ad Poſnaniam victum in Germaniā fugere compuliſſent, Cracouia capta, liberos, & vxorem Vvladislai Chriſtianam, mulierem ſuperbam, & crudelē, & quæ origo malorum illorum fuerat, ab omni iniuria defenderunt: & cum omni ſupellectili in Germaniam dimiſerūt. Sed manſuetior Chriſtus vnde nō immerito ex ſola modeſtia tanquam ex præcipua virtute commendatur hic, de

Pſ. 44. v. 5 hac enim virtute ſcriptum eſt. *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua*. Nihilominus tamen, tam manſueto, & modeſto Principi ad nutum obediunt Apoſtoli, vt inquit Euangeliſta.

EVNTES AVTEM DISCIPVLI FECERVNT, SICVT PRAECEPIT ILLIS IESVS. ET ADDVXERVNT ASINAM, ET PVLLVM, ET IMPOSVERVNT SVPER EOS VESTIMENTA SVA, ET EVM DESVPER SEDERE FECERVNT. Primò Dominus ſedit ſuper aſinam, deindè ſuper pullum eius, vt ſignificaret primùm quidem ſynagogām Iudæorū, deinde verò gentilium Eccleſiam Dei ſedem futuram. *Ligabis* (inquit Patriarcha Iacob) *ad vineam pullum ſuum, & ad vitem ò fili mi aſinam ſuam*. Sanè vterque populus liga- Gen. 49. v. 11.

tur ad vitem Chriſti, vnde premitur vinum, quod germinat virgines. Porrò in ſcripturis diuinis plerumque veſtimenta virtutes ſunt, quæ gentium duritiem propria ui in tantum immutarunt, vt verum Regem adhuc in cunis iacentem ſedulis affectibus inquirerent. Non enim mundi Dominus in forenſi ſpecie aduenientis geſtari dorſo aſinę ſolùm voluit, verùm etiam latente myſterio penetralia noſtræ mentis inſternere, & in ſecretis animorum, interiore conſenſu, velut myſticus rector inſidere, quaſi quodam corpore diuinitatis infuſus, regens mentis veſtigia, laſciuiam carnis coercens, vt ductu pietatis, aſſuetum populi gentilis edomaret affectum, felices illi, qui talem interis præconijs recepere rectorem. Felices ſanè illos, quorū ora ne multiloquio ſoluerentur, verbi cęleſtis habęna reſtrinxit. *Vt detur mihi ſermo* (inquit Apoſtolus) *in apertione oris mei*. Ra- Ephes. 6. v. 19.

rior enim eſt virtus tacendi, quàm loquendi. Diſce ergo geſtare Chriſtum, quoniam ille prius te geſtabat cum paſtor errantem reduceret ouem. Diſce eſſe ſubiectus Chriſto, vt poſſis eſſe ſupra mundum, ſi deſideras Chriſtum victorem habere, & ſicut dicit Apoſtolus, *Chriſtum inhabitantem, in corde tuo*, ne abijcias. Veſtimenta Apoſtolorum, caue ne luculentis pedibus incedens ea inficere velis, caue ne tranſuerſis greſſibus ſtrata prophetarum itinera derelinquas. Chariſſimi, *non ſumus aduenæ, & peregrini, ſed ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & prophetarum*; idcircò nullus tutior poteſt nobis eſſe ad Deum inceſſus rectè peragendi, quàm doctrina Apoſtolica, & Catholica Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt mater omnium Eccleſiarum, qui hanc non habet nec firmiter retinet, non habet Chriſtum victorem, ſed Diabolum; qui Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius, ſed eſt Antichriſti. Proindè verendum eſt illis noſtri temporis ſectatoribus, qui à via veritatis aberrantes, non ſe deducis in viā veram, & ad Sanctam Eccleſiam Catholicam patiuntur, ſed ipſi inter ſe mutuo diſſidentes ſeſe vicissim lacerant, & torquent, de quibus eximius Hiſtoricus hęc refert. Inter Dubrauius li. 6.

Huſſitas Pragenſes, & Vdaboritas perpetua contentio de G

ritibus Eccleſiaſticis eſt. Nam Thaborithæ nihil horum ferre poterant, vt ſe quiſquam, qui populum doceret, artiū Magiſtrum, aut ciuilis canonicique iuris Doctorem appellaret, quòd eiuſmodi vocabula, doctrinam à lege Diuina prorſus alienam præſeferrent. Deindè, vt ne quis Sanctorum Patrum ſcripta, tanquam authentica citaret, aut vllū aliud, quàm veteris, & noui teſtamenti verbum in ore haberet: nec alias veſtes Miſſam celebraturus, quàm ſuas: nō verticem raſum, non manus Chriſmate vnitas, non calices argenteos, aureoſque, ſed obuios quoſque ſiue luteos, ſiue ligneos, (ad quem videlicet modum Apoſtoli vſurpaſſent, qui eodem habitu Miſſam, quo cęnam quotidianam adminiſtraſſent, eandemque ſine vllis ceremonijs, quemadmodum, & baptiſmum, ſine ſale, & oleo confeciſſent, nullas imagines, nulla organa, muſica, nullas aquæ aſperſiones, nullas auriculares confeſſiones, nullum Euchariſtiæ, aut mortuorum hominum cultum nouerant). Ad hanc regulam Pragenſium quoque Sacerdotes traducendos eſſe clamabant. Contra illi ritum Eccleſiæ veterem ſtrenuè defendebant, ac pro ſolo calice obtinendo ſollicitè erant, paſſimque illum in parietibus vexillis templis pingebant, vt non inſcitè de illis quidam ſcripſerit. Tot pingit calices Boemorum terra per vrbes, vt credas Bacchi numina ſola coli. In his, & in illis error vituperabilis eſt, ſed in illis maximè, qui ritus Eccleſiaſticos tollere audent. Ecce Apoſtoli veſtes imponunt ſuper aſinum, & pullum quibus inſidet Chriſtus. Ecce pietas turbæ, quæ veſtimenta ſua ſtrauit in via, & tu miſſā celebraturus, veſtes ſacerdotales denegas? Turba ramos de arboribus cedit vt, (inquit Euangeliſta) & tu ritus Eccleſiaſticos, & decorem Dei contemnis, & condemnas.

PLVRIMA (inquit Euangeliſta) TVRBA STRAVERVNT VESTIMENTA SVA IN VIA. ALII AVTEM CAEDEBANT RAMOS DE ARBORIBVS,

ET

ET STERNEBANT IN VIA. Inſignem præſeferebant turbę pietatis, & honoris reuerentiam, cum ſuas veſtes aſinæ, pullique pedibus conculcandas proſternerent. Alij cum ramis adſunt eos, vel ſternentes, vel manibus ferentes, obuiam veniunt triumphatori mortis, victoriæ ſignum geſtantes, quàm Dominus de Diabolo, & de morte erat reportaturus. Palma victori olim dabatur. *Et palmæ* (inquit) *in manibus eorum*. Palma talis eſt naturæ, vt oneri impoſito non cedat, ſed potius aduerſus pondus aſſurgat, & renitatur. Talis extitit Dominus Ieſus, qui nulli perſecutioni, quantumlibet graui aliquando ſuccubuit, nulliſque tribulationum procellis cedere nouit. Machabęus deuictis, debellatiſque hoſtibus triumphum agens, templum ingreſſus eſt cum laudibus, ſecutuſque eſt eum populus cum ramis palmarum. Sic Dauid cum palmis interfecto Golia
Pſal. 91. v. 13. Hieroſolymis excipitur. Acceperunt ergo ſibi ramos palmarum, quia *Iuſtus, vt palma florebit*. Et ideò aduentante Chriſto erigebantur ſupra humeros hominum, vexilla iuſtitiæ, & inſignia triumphorum. Quid miratur turba, quod operatur myſterium? Et ſi neſciat quid miretur, miratur tamen quod in illo pullo ſapientia ſedeat, *Plurima autem turba veſtimenta ſternebat*, veſtimenta ſiquidem Iſraelitici populi mandata ſunt Moſaicæ legis, ſicut veſtimenta pulli mandata Apoſtolica. Rami verò, ſeu frondes arborũ ſunt
H ſpecies pietatis, ſeu iuſtitiæ legis. Quoniam verò omnis gloriatio legis, & Iudaicæ iuſtitiæ religio in præſentia Chriſti erat caſura, propterea ſub pedibus pulli ideſt populi gentilis, cui publicè inſidet Chriſtus ſubijcitur conculcanda. Iã diffidit populus Iudaicus, qui fidei Chriſti ſacramentis eſt initiatus ſe poſſe per iuſtitiam Ieſu Chriſti ſaluari. Quem-
Philip. 2. admodum docemur ab Apoſtolo. *Non habens meam iuſti-*
Philip. 3. v. 8. *tiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti: omnia enim detrimentum feci, & arbitror, vt ſtercora propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti.* Quaſi diceret. Veſtimenta id eſt iuſtitiam, & mandata legis Moyſi, & omnia folia legis, nempe typos dignitatibus, & gloriæ, nec non inuolucra legis, figuras, & ęnigmata ſubſterne pullo Chriſtum geſtanti Euangelio ſcilicet Chriſti. *Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.* Ad hanc iuſtitiam futurum per Chriſtum aſpiciens à longe Iſaias. *Omnes iuſtitiæ* (inquit) *ideſt* iuſtitiæ legis Moſaicæ, *quaſi pannus menſtruatæ apparebunt*, Si cum iuſtitia legis nouæ conferantur ſubijciebat ergo Iſaias, ſicut, & Apoſtolus ſua veſtimenta pullo, à quo Chriſtus vehebatur ad regales triumphos. Si quis autem per ramos arborũ oracula intellexerit Prophetarum, quæ de Chriſto loquuntur non erit error. Nam futurum hunc Chriſti regum triumphum Prophetæ prædixerunt, nouique populi exortum cecinerunt. Etenim nouus populus olim immundus per pullum ſignificatur: qui poſtquam in eo Chriſtus quieuit, ab omni ſorde liberatus, mundusq; effectus eſt, nec prohiberi potuit, quin manu Apoſtolica ab idololatriæ ſeruitute ſolueretur. &c.

TVRBAE AVTEM QVAE PRAECEDEBANT, ET QVAE SEQVEBANTVR CLAMABANT DICENTES HOSANNA FILIO DAVID. Reges poſt partæ victoriæ coronam, ſolemni pompa, & ingenti vndique concurrentis plebis applauſu excipiuntur, ardent ciuitates, & oppida, tecta, ac compita gaudio geſtiunt; adſunt millia gratulantium, & clamantium; adſunt applaudentiũ regmina; tubarum voces non deſunt, & bombardarum ſonitrua; operiuntur domus frondibus; ſerica extenduntur; ſuſpenduntur imagines; ſternuntur plateæ herbarum floribus; concinunt lætanter chori, & dulciſona cantica miſcentur, omnis via, omniſque ſemita non paruo hominum cętu feruet. Præſto ſunt voces gratulatoriæ, *Viuat Rex, viuat Imperator.* Honorifica inſignia, & nomina ſemper conferebãtur ſtrenuis victoribus; quemadmodum Ladiſlaus Vng. & Boemiæ Rex Io. Coruinum Comitem declaratum Viennæ in D. Stephani baſilica ex alto ſuggeſto, & regali præſidés
Bonfinius libr. 7. Deca 3. apparatu in ſumma nobilium, principumque frequentia, traditæ dignitatis inſignibus decorauit; gentilitia, corui cõfirmauit inſignia, & quum tuentem Vngariæ coronam fortitudine ſua ſuſtinuerit, ardui leonis diadema regium ſubeuntis inſignibus donauit. Similiter anno Domini 1403. Magnum Sfortiam iampridem eximium virtutis opinione per celebrem Robertus Imperator illuſtrem fecit. Deſcenderat is in Italiam Florentinorum pecunia euocatus, ad bellum, vt Galeacius Mediolano pelleretur. Sed demùm duobus tumultuariis prælijs ad Brixiam pulſus, repreſſuſque, cum Patauium ad reparandas copias diuertiſſet, obuiam honoris, & præſidij cauſas Sfortiam habuit, qui tum ſtatiuis in caſtris ad Montagnanam, Patauino Principi, Venetorum oppreſſo armis, opem tulerat, præpoſitus Florentinorum auxilijs, quæ ſocio, amicoque Principi inter fœderum mittebantur. Excepit Cæſarem perornato, compoſitoque more militiæ, toto equitatu, circunductis, & in dupli-
Ionius in vita Sfortiæ.
I ces alas digeſtis ordinibus, ita vt Cæſar ea ſpecie cataphractorum equitum, qui criſtati omnes procurrerant, mirùm in modum oblectaretur, erigeretque animum ad renouandum bellum, ſi ijs maximè copijs, & Sfortia duce tuaretur. Viſebatur in ſfortiæ vexillis citonium pomum vetus Attendulæ gentis in ſigne, ductum, ſcilicet ab oppidi nomine, vti principem familiam decuit. Ad id aſpiciens Cæſar, & ad Sfortiam ſe conuertens. Dignum (inquit) virtute tua leonem dabo, qui citonium læua ſuſtineat, & minaci dextera tueatur, ne quis imbelli manu attrectet, atque corripiat. Atque ita tabulis lata membrana confectis leonem fuluum erecta ceruice, alteri pedi innixum dono dedit, conceſſitque, vt Attenduli omnes eò argumento vterentur, eſſentque in clientela Bauariæ principum, quorum eſſet à priſca origine gentilitium inſigne. Nam Robertus ipſe Norici Regulus à Boicariæ familia ſuffragijs Germaniæ procerum de more ad imperium acceſſerat. Item Stephanus columna Romæ per quinque annos continuo magiſtratu ſenatoriæ dignitatis faſtigium obtinuit. Ab eo Henricus VII. & mox Ludouicus Bauarus Cæſares in Capitolium recepti, & ad Vaticanum Imperatorio diademate coronati Ionius in Com. columnæ.
ſunt. Ad huius ſtudij officijque, memoriam, Ludouicus coronam auream dono dedit, vt in gentilitijs inſignibus ſupra columnam, & ſtaretur.

Hæc tamen nullam comparationem habent, cum eo honore, quo Chriſtus hodie affectus eſt, vbi palmæ à turbis obuiam procedentibus offeruntur, & veſtimenta ante pedes ſternuntur, cum cantu pſallentium. *Hoſanna filio Dauid.* Hebræis erat familiaris, & frequens, Hoſanna hæc acclamatio, quæ in feſtis tabernaculorum quotannis canebatur à geſtantibus ramos, & frondes, & continentibus, ſicut in litanijs noſtri facere conſueuerunt. Primùm quidem nominum Dei ingens recitabatur aceruus, & ad ſingula nomina ſuccinebatur Hoſanna. Deinde recenſebantur attributa Dei, vt propter veritatem tuam Hoſanna, propter teſtamentum tuum hoſanna, & huiuſmodi multa. ſignificat autem (teſte Hieronymo) ſaluifica, ſeu ſaluum fac. precabantur enim turbæ Deum, vt nouum ſuum Regem Chriſtum Ieſum, qui cum applauſu recipiebatur, & inaugurabatur ſaluum faceret, & fęlicem, quatenus ſub illius dominatione, gens Iſraelitica quietam, & tranquillam vitam agere poſſet. Vocat autem filium Dauid cum articulo. *Hic eſt*, vt ipſum demonſtrent eſſe ipſum, quem expectabant Meſſiam de ſtirpe Dauid prognatam. Quod verò, & præcedentes, & ſequentes turbæ Ieſu nouo Regi cecinerint hoſanna, & paribus vocibus eum celebrauerint, non vacat myſterio. Præceſſit (inquit Gregorius) Iudaicus populus, D. Greg.
ſecutus eſt gentilis. Et quia omnes docti, ſiue qui in Iudæa eſſe potuerunt, ſiue qui nunc in Eccleſia Dei exiſtunt, in mediatorem Dei, & hominum crediderunt, & credunt, qui præeunt, & qui ſequuntur hoſanna clamant ſalutando. Diuerſas olim apud diuerſas nationes ſalutandi mos fuit. De Lucianus
Græcis refert Lucianus, quòd in ſalutando, & dies bonos, exoptando vtebantur hac voce, *gaude*. Hoc etiam in conſuetudine eſſe videtur hodie apud Italos, qui communiter vtuntur hoc verbo *Allegramente*, id eſt, *Lætare*. Plato docendo modum ſalutandi, noluit vti hac voce *Lætare*, fortè quia æſtimauit inutilem, & vanam eſſe lætitiam, quę non fundatur in virtutibus, & bonis operibus, ideo docuit ſalutandos homines his verbis *Benè agere*, ac ſi vellet dicere; benè omnia agas, benè cedant negotia, feliciter ſuccedant omnia, ſicut etiam dicimus latinigantes hodie. *Bonus dies*, id eſt ſit, vel ſuccedat tibi. A fundamento verę lętitię, quam Plato.
exoptabant Gręci incepit Plato, ſcilicet à virtute, & fortu-

natis

natis operibus. Horatius vtroque modo ſalutandi vtebatur exoptando lætitiam, opera bona, & fortunam, ita enim incipit Epiſtolam ad Celſum.

Celſo gaudere, & benè rem agere Albinouano.
Muſa rogata refert.

ac ſi vellet dicere. Hæc duo offerat Muſa amico celſo. Horum vnus modus ſalutandi erat antiquorum Græcorum, Architas. alter verò recentiorum. Diuerſo ab his modo vſus eſt Architas Græcus, & ante eum Pythagoras dicendo, *ſalutem*, Et hoc modo ſalutandi Hebræi, & Romani vtuntur; de Beatiſſima Virgine Maria dicit S. Lucas, quòd ſic ſalutarit Elizabeth. Tullius Cic. qui Romanus erat ita ſuas inchoat Epiſtolas *M. T. C. Salutem plurimâ dicit*. Hunc modum ſalutationis recepit Eccleſia. Sic enim communiter incipiunt literæ Apoſtolicæ. *Salutem, & Apoſtolicam benedictionem*. Addit *benedictionem*, quia exoptat non modò corporis, ſed etiam animæ ſalutem, & hic præſentem in terris, & futurá in cęlis: vel quia benedictiones pręcipuè à Papa dantur per ſignum crucis, vt innuatur initium vtriuſque ſalutis fuiſſe crucem. Pueri autem Hebræorum dicunt *Hoſanna* Chriſto, quia vox iſta ſalutationem, & acclamationem intendit.

BENEDICTVS, QVI VENIT IN NOMINE DOMINI. Præcabantur turbæ, vt magna cum felicitate regnum hoc Chriſtus auſpicaretur, optabant illi proſperum ſucceſſum, vt ipſius regimini Deus aſpirarent, vt eſſet benedictus, & vniuerſa ſibi proſperè ſuccederent.

HOSANNA IN ALTISSIMIS. Hoc eſt o Domine ſalua Regem noſtrum, & per illum nos, non ſolùm in terris, ſed etiam in altiſſimis ſedibus tuis redemptoré domus Dauid, expectatum ſecundum carnem. Dauid filium veniſſe D. Ambr. declarant (ait Ambroſius) turbæ illæ, poſt exiguum crucifixuræ momentum. Verè memorabile diuinæ operationis inſigne, vt aduerſum ſe teſtimonium extorqueatur ab inuitis: cum Deum negant affectibus, quem vocibus confitétur, & reuera ſi hi tacuerint, lapides clamabunt; nam obmuteſcentibus Iudæis poſt Domini Paſſionem, viui lapides erant clamaturi. Ergo repugnantibus licet affectibus ſuis Deum tamen ad templum ſuum turba cum laude deducit. Mens turbæ planè Spiritu ſancto agitata laudes debitas Chriſto concinebat dicens: *Benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Iſrael*; In nomine Patris eum in hunc mundú proteſtabatur veniſſe: & id quidé maximè animos turbę erigebat, quod nó veneri Deo contrarius, aut repugnátis, ſed ſecundum beneplacitum voluntatis eius, & promiſſiones à Deo factas hominibus per prophetas. Domini Regem Iſrael eundem appellant, non quidem ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum humano more: ſed qui mentes hominum ſuis ſanctiſſimis legibus, & optimis inſtitutis regat, & ad regnum cęlorum perducat, ipſe enim verè eſt conſtitutus à Deo ſuper Sion montem ſanctú eius, prædicans præceptum eius. Huic omnes acclamemus dicétes. Benedictus qui veniſti in nomine Patris tui, vt nos ab æternæ mortis vinculis liberares. Tibi laus, & honor, & imperium, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Palmarum.
De Manſuetudine.

A Matt. 21. v. 5. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*

Eccl. 10. v. 31. *Fili in manſuetudine conſerua animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum.*

D. Tho. EST tanta, & tàm excellens virtus Manſuetudo, vt D. Thomas non dubitauerit quærere. Vtrum manſuetudo ſit potiſſima virtutum? certum eſt alias virtutes abſolutè loquendo, ſuperare manſuetudinem, quæritur tamen, vtrum ſit potiſſima virtutum? quia ſecundum particulares conditiones, & reſpectus excellit alijs virtutibus. Et ita concludit D. Thomas, quod nihil prohibet manſuetudinem habere quandam inter alias virtutes excellentiam. Sed quæ nam eſt hæc excellentia? Illa in primis, quòd diſponit ad alias virtutes, vt inquit Eccleſiaſticus. *Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas.* Eccleſ. 5. v. 13. Audire in ſacra Scriptura non ſolùm ſignificat auribus percipere, ſed etiam rectè operari, ſecundum Doctores, vt probat Laurétius. Itaque qui eſt manſuetus, & audit, & intelligit excellentiam Hieron. Laurentius in Sylua allegori. verbo audio. virtutum, & recipit, atque operatur ſecundum illas, manſuetudo eſt principalis porta, per quam ingrediuntur virtutes in animam, eſt perfectiſſimus bolus Armeniæ, quo mediante auditum recipitur, & anima virtutibus decoratur. Vltra hanc excellentiam, tangit Eccleſiaſticus aliam cum inquit. Fili in manſuetudine conſerua animam tuam; Non ſolùm enim diſponit ad recipiendas virtutes, ſed etiam eas, quæ iam ſunt receptæ in anima conſeruat, vt innuit Eccleſiaſticus. Fili in manſuetudine conſerua animam tuam: & affert honorem. Et da illi honorem ſecundum meritum ſuum. Affert manſuetudo honorem æternum, & immarceſcibilem, nam doctrina Chriſti Domini eſt. Quòd Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram; Quam terram? niſi illam, de qua Propheta *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Pſal. 26. v. 13. Quis maior honor, quàm ſalutis æternæ poſſeſſio? Et exaltabit (inquit Propheta) manſuetos in ſaluté. Quis maiori honore dignus, quàm qui eſt dominus affectuum, paſſionum, & concupiſcentiarum ſuarum? qui poſſidet terram de qua D. Bernardus. Bernard. Hanc ego terram corpus noſtrum intelligo, quod ſi poſſidere vult anima, neceſſe eſt, vt ſit ipſa mitis. Quis autem huius terræ dominus, niſi mitis? Beati (inquit) mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram; deindé quis maiorem Dei protectionem experitur, quàm homines manſueti? *De cęlo* (inquit) *auditum feciſti iudicium, terra tremuit, & quieuit, dum exurgeret in iudicium Deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.* Pſal. 75. v. 9. Quis facilius captat hominum beneuolentiam, & amorem, ſicut manſueti? manſuetudo tribuit poſſeſſionem cordis humani, & diuini; gubernare, regere, hominibus imperare maximé ad manſuetos ſpectat, quia ipſi poſſidebunt terram, id eſt homines, & animos illorum, non ſolùm terram, hoc eſt mundum, magnas prouincias, ſceptra, coronas, diuitias, & dignitates, quæ ſunt patrimonia manſuetorum, decreto Chriſti Domini, ideo cum dicit Propheta. Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. nullius alius proprietatis meminit Regiæ, niſi manſuetudinis, & clementiæ. Venit tibi manſuetus. In his ergo virtutibus Chriſtiani Principes Chriſtum Regem imitari debent, ſi & præſentis terreni regni, & futuri poſſeſſores eſſe cupiunt, & non ſolùm hi, ſed omnes in vniuerſum Chriſtiani, in manſuetudine, & clementia Chriſtum imitari ſtudeant; ideo de hac virtute in hac inſtitutione agemus, quàm neceſſaria ſit ad gubernandum, quid ſit, & quomodo acquiratur.

Magiſter Pſeudopoliticorum, qui in ferarum naturas rationalem creaturam degenerare peroptat, virtutem hanc B Macian. libr. 3. de Policia. Theoremate. 20. & Theore. 22. nociuam Principibus, nugaciſſimis ſuis ratiunculis perſuadere conatur. Princeps (inquit) qui velut coactus manſuetudine, & lenitate vtitur, perniciem ſibi accelerat; Et inferius fides, clementia, modeſtia, virtutes ſunt damnoſę Principi, opus eſt tamen, vt earum ſpeciem aliquam præſeferat. Sed antequam ineptam hanc, & à mente omnium Philoſophorum, atque Chriſtianorum alienam, falſam, erroneam, impiam doctrinam confutemus, qualiter manſuetudo ſit virtus, & ad quam virtutem Cardinalem pertineat prius nobis declarandum eſt. Velim dicat mihi Magiſter Pſeudopoliticorum, qua arte melius conſeruantur Regna, & ſtatus, q̃ manſuetudine. Non ſine cauſa cú poſtularet Dauid Regni ſui augmentum, & in futuro ſuo hærede conſeruationem, ſolius manſuetudinis meminit dicens. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*: Pſal. 131. v. 1. cui reſpondit Deus. Cum completi fuerint dies tui ſuſcitabo ſemen tuum 2. Reg. 7. v. 12. poſt te, & firmabo Regnum tuum. Sed quid de hoc ſenſerint ſeptem ſapientes Gręciæ, quos miris laudibus celebrat S. Augu. de Ciuit. Dei c. 19. D. Auguſtinus audiamus. Inter alia monimenta, quæ poſteritati reliquerunt, ad ſedandos motus, & mores componen-

Digitized by Google

nendos maximè neceſſaria, præcipuè ſunt illa ſeptem do-
cumenta, quæ, & ſymbolis externis deſignabant, & verbis
Cleobul. miſterioſis exprimebant. Nam Cleobulus depinxit ſtaterã,
Chilon. & ſuper illam hæc verba ſcripſit, optimus modus. Chilon
Pittacus. ſpeculum, & ſuper illud *noſce te ipſum*. Pitthacus ramum
herbæ à Latinis dictæ, *ruth*, & de ſuper ſcriptum. *Mediocri
tatem ſerua*: quia hæc herba eſt eius conditionis, quòd ſi par
cè ſumatur prodeſt ſanitati, ſi verò in magna copia, obeſt.
Solon erexit lapidem diuidentem fines, ſeu terminos, & ſu
per eum in ſcriptis *expecta finem*, vt ſignificaret nullum lau
Bias. dandum ante finem, & terminum vitæ. Bias depinxit homi
nem natione Sardinium, ſuper iumentum ſedentem, & ſu-
per eum ſcriptum erat. *Multitudo*: quia illius gentis homi-
Thales nes ſunt ſtolidis, & mores deprauatos habent. Thales Mi-
Mileſius. leſius doctrinæ ſuæ ſymbolum voluit habere retia cum aui
cula ab aucupe comprehenſã, & deſuper ſcriptũ erat. *Spon-
Periãder. ſionem non facito*. Periander, qui ad noſtrum propoſitum
optimè locutus eſt depinxit frenum in manu, & ſuper il-
lud ſcriptum erat. *Iram cohibe*. Certè hic ſapiens non erraſ
ſet, imo ſatis eruditè id quod breui ſententia exprimere vo-
lebat vnico verbo expreſſiſſet, ſi ſuper illud frænum ſcripſiſ
ſet. *Manſuetudo*, quia manſuetudo cohibet iram. Lite, &
amicitia totum vniuerſum continetur, vt dixit Empedo-
cles. Vix itaque aliqua virtus ita neceſſaria videtur, ad
comparandam amicitiam, & actiones humanas rectè in-
ſtruendas, quemadmodum manſuetudo moderatiua, & re-
frænatiua iræ tendentis in vindictam. Lenitas igitur mode
rata, & clementia maximè Principes, & eos qui alijs impe-
rant decet. Hoc enim decet illorum excellentiam, & magni
tudinem, vt potius benignè, ac clementer agant, quàm ſe-
uerè, & crudeliter.

Quærunt communiter Politici, an potius manſuetudi-
ne, & clementia, homines, & Reſpublicæ gubernãdæ ſint?
an verò immanitate, & crudelitate? Nos homines, & Reſ-
publicas gubernandas eſſe modeſtia, & clementia decerni-
mus, exemplo excellentiſſimorum Politicorum, quos in
manſuetudine imitari dignum eſt. Manſuetudo enim effi-
ciat animos generoſos, & alienos ab ira, & vindicta. Com-
muniter animalia parui animi, & exigui cordis ſunt magis
immanſueta, & iracunda, & magis vleiſcuntur iniurias.
Hinc prouerbium eſt apud Latinos, *canes timidi vehemen-
tius latrant*, & paſtores communiter ex eo colligunt lupum
non procul adeſſet, quando canes maximè latrant. Mulie-
res ſunt magis vindicatiuæ, & iracundæ, quàm viri, quia
ſunt minoris, & debilioris animi. Propter eandem cauſam
homines ſunt magis vindicatiui, & biliosi, quando ſunt in-
firmi, quàm quando ſunt ſani, quia tunc ſunt debiliores.
Senes etiam communiter ſunt magis vindicatiui, quia na-
tura per choleram ſupplere vult, quod viribus deeſt. Hanc
ob cauſam pueri ſunt maximè iracundi, qui communiter
plorant, non tàm propter dolorem quem ſentiunt, ſed po-
tius ex ira, quàm moderari non poſſunt. Et aniculæ cum
C capiuntur tum maximè mordere volunt. Ignis eſt tantæ a-
ctiuitatis, vt per ſolum contactum, magnum dolorem effi-
ciat domos, ciuitates comburat. Et vnde eſt hoc? ex infir-
mitate dicunt Philoſophi, quia eſt ita debilis, vt vnum va-
ſculum aquæ ipſum deſtruat, & extinguat. Ita in ſimili
quantò minor animus, tantò maior ira, & deſiderium vlci
ſcendi, faciliorque iniuriarũ condonatio, vt ſacræ, & profa
Adrian. næ hiſtoriæ teſtantur. De Adriano Imperatore legimus,
Imperat. quòd antequam fuiſſet Imperator creatus, habuit inimi-
citias cum quodam duce exercitus. Accidit quod hic inimi-
cus occurreret illi, cum facilius Imperator in triumphalib.
curru procederet: cui nimium timenti dixit Imperator. E-
uaſiſti, Imperator enim factus ſum: Gratias age Dijs, quia
ad tantam dignitatem euectus ſum, quia hæc me obligat,
vt tibi parcam. Ita animos generoſos, & homines magna-
nimos obligat excellens dignitas, vt non ſciant de proprijs
iniurijs vindictam ſumere. Ab Adriano id didiciſſe vide-
tur Henricus Dux Orlẽs Ciuitatis nobiliſſimæ Regni Frã
ciæ, cui magnæ intercеſſerant ſimultates, cum quodam vi-
cino ſibi Principe. Cum ergo poſtmodum hic Dux Orlens
ſucceſſiſſet in Regnum Franciæ, quidam ex ſeruis eius di-
xerunt, nunc ſecurè poteris vlciſci inimicum tuum. Reſpon
dit Dux, iam Rex creatus, & in dignitate Regia colloca-
tus ſum non eſt iuſtum, & æquum, quod Rex Franciæ vlci
ſcatur iniurias Ducis Orlens. Ac ſi vellet dicere. Dignitas
hæc admonet me magnanimitatis, & manſuetudinis, vt nõ Henricus
vlciſcar, cum vlciſci poſſim, & iram quæ me ad vlciſcendũ Dux Or-
mouet cohibeam. De Dauid Rege Iſrael dicit Scriptura. lens.
*Erat rufus, & pulcher aſpectu, facieque decora, induſtrius, &
manſuetus, ipſo aſpectu corda filiorum Iſrael alliciens*. Et præ- 1. Reg. 16
cipuè quando Ioab fraudulenter occidit ducem exercitus v. 12.
Abner, maximum in initio, ſui Regni declarauit manſuetu
dinem, & clementiam; nam cum inſtigarent aliqui, vt ho-
micidium illud vlciſceretur, cum maximo dolore manſue-
tiſſimè reſpondit. *Ego autem adhuc delicatus ſum, & vnctus* 2. Reg. 3.
Rex, ac ſi vellet dicere, viſens negotia coronæ, & Regni v. 39.
mei delicata, & non ita ſtabilita, ac firma, vt vellem, non
poſſim adminiſtrare iuſtitiam, nunc ne fortè exercitus ſe
opponat pro Ioab. Et reuera ita factum fuiſſet, quia Ioab
erat tunc in armis, commouiſſetque exercitum, & Regnũ
turbaſſet. Veruntamen dixit. *Tribuat Dominus facienti ma* 2. Reg. 16
lum iuxta malitiam ſuam: Neque tamen impunitum reli-
quit, ſed benè conſtituto Regno rigoroſè puniuit, eodem
modo proceſſit cum Semei, cuius verba iniurioſa pruden-
ter diſsimulauit, & Abiſai reprehendit, quòd ſtatim de eo
voluiſſet vindictam ſumere. De Moyſe etiam Duce, & gu-
bernatore populi Domini, dicit Scriptura. *Erat Moyſes vir* Num. 12
mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra, qui v. 3.
*prudentiſſimè diſſimulabat moleſtias, & detractiones populi,
Deum continuò exorando ne eis iraſceretur*, & vt inquit D. Am-
broſius, & Philo. Moyſes erga Deum erat tanquam leo,
reſiſtendo iræ, & vindictæ Diuinæ, qua voluit caſtigare po- Ambr. li.
pulum, ſed erga multitudinem erat tanquam agnus man- 2. officio-
ſuetus. De Iacob Patriarcha etiam inquit ſcriptura. Erat rum. c. 7.
homo lenis, benignæ conuerſationis, natura manſuetus, &
propterea factum fuit, vt benedictionem à Patre obtine-
ret, & fratris primitias præriperet. Hos igitur imitari debe-
mus. Sed quid opus eſt exempla quærere alia, præter ea, quę
præbuit ipſe manſuetiſsimus Deus, & verbum caro factum D
Chriſtus, afferre dignatus eſt.

Hunc ſupremum Principem Deum, qui de ſe ipſo teſta-
tur per Oſeam Prophetam; & de Diuina ſua manſuetudi-
ne gloriatur, imitemur. *Non faciam* (inquit) *furorem iræ* Oſeæ. 11.
meæ, non conuertar, vt diſſipem Ephraim, quoniam Deus ego, v. 9.
& non homo. Fortè aliquis exiſtimare offenſas commiſſas in
Deum, eo ipſo quòd ſunt contra Deum, non eſſe de facili
remittendas, ſicut remittuntur offenſæ in hominem, ſed
non ſic de ſe loquitur Deus, imo eo ipſo, quòd eſt Deus, &
non homo, eſt magis manſuetus, quàm homo, non eſt ita
vindicatiuus, facilius remittit offenſas. Suetonius dicit, quòd Sueton.
homines puſillanimes, & abiecti animi ſunt ſerui in ſimpli
ces, in audaces timidi, qui non parcunt ſubiectis, ſunt timi-
di, & puſillanimes cum quis eis reſiſtit. Non eſt talis Deus
noſter, qui vt inquit Iſaias. *Expectat Dominus, vt miſereatur,* Iſaiæ. 30.
& exaltabitur parcens vobis. Ideo Eccleſia in Miſſa id reco-
gnoſcendo canit. Gratias agimus tibi propter magnam glo
riam tuam, quid eſt hoc: poſſet aliquis dicere. Licet enim
communiter gratitudo declaretur ore, vel calamo, ſi manu
non poteſt, verbis, & gratiarum actione ſi operibus non
poteſt, tamen nullus agit gratias, propterea quod quis in a-
liqua dignitate, aut gloria poſitus eſt, ſed propter beneficia
ſibi collata. Si quis diceret alicui euecto ad dignitatem Epi
ſcopalem, aut ad Palatinatum. Gratias tibi ago, quòd fa-
ctus ſis Epiſcopus, hoc nihil eſſet ad rem, potius enim debe
ret dicere, gratulor tibi hanc dignitatem, Deus te conſer-
uet, quia gratias agimus pro eo quòd recipimus, non pro
eo, quòd aliquis alius recipit, niſi fortè ex illa dignitate,
quam aliquis recipit redundet in nos aliquod bonum. Et
ita eſt in propoſito, ſic enim ex manſuetudine, & magna
gloria Dei prouenit, & nobis peccatorum, & iniuriarum
quas Deo intulimus remiſsio, vt nobis non iraſcatur: quia
illa manſuetudo, illud dominium, illa gloria videtur obli-
gare Deum, vt non iraſcatur, & exequatur pœnam pro pec-
catis in miſeros, quàm alius inferioris gloriæ, & animi exe-
querentur. In hoc ergo Principes Deum imitari debent, &
Chriſtum Saluatorem mundi, cuius quanta modeſtia, &
clementia fuerit, D. Paulus ſcribens ad Corinthios expri-
mit. Cum enim ab eis ea, quæ ad ædificationem ſpiritualẽ;
& bo-

Digitized by Google

& bonum animæ pertinent, obtinere vellet, non aliter, niſi per manſuetudinem, & modeſtiam Chriſti eos obſe- 2. Ad Corinth. 10. v. 1. crat. *Ipſe ego Paulus obſecro vos* (inquit) *per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti.* Beatiſſimæ quoque virginis manſuetudo ita ſplendida eſt, vt ad imitationem ſui, etiam natura iracundos inuitet, nunquam enim oues genuere lupos: nec quiſpiam tale mōſtrum vnquam vidit. Genuit ſanè agnum illa, nec eius filij niſi agni manſueti eſſe poſſunt. Quomodo enim chriſtiani homines, quos virgo inter omnes mitis in filios adoptauit non miteſcent. Reuera magna virtus eſt, manſuetudo, digna homine Chriſtiano, quæ ſolis animi excelſi hominibus propria eſt, quin ipſi quoque Deo præpo- D. Chryſ. tenti, & ſanctis eius. Manſuetus inquit D. Chryſoſtomus, qui cum prouocatus fuerit, nec malum cogitat facere, nec facit. Magna planè virtus ſi non lædas à quo læſus es, magna eſt fortitudo ſi etiam læſus dimittas, magna eſt gloria, ſicut potuiſti nocere, parcas. Mites ſunt, qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt in malo, ſed vincunt in bono, malum.

Hinc efficitur, vt aliquid homine altius vir mitis habere videatur qui euentibus ijs, quibus cor humanum acrius extimulatur, tangi non poſſit, quaſi cęleſtem ſtatum fuerit aſſecutus, ſicut enim aere, nebulis, nubibus turbinibus, tonitruis, fulminibus agitato, ſuperior cęli ſerenitas intacta perſiſtit: ita mitis animus, vltra omnem mundi perturbationem elatus, nullis terræ motibus ſiue rerum humanarum agitationibus, vllam tranquillitatis iacturam patitur. Et dum alij rationis metas prætergreſſi in ferarum naturam degenerant, decorem irrumetus ſeruat, & quodā immortalitatis genere, inter ipſa vulnera intemeratus perdurat, nec vulnera ſolùm libenter admittit, ſed nouis damnis expoſitus, nihil ſe repugnaturum oſtendit, donec virtutis ſuæ ineffabili ſuauitate, alienæ iracundiæ furorem extinguat. Hinc oritur pax, & tuta cordis ſerenitas inſtar quieſcentis aquæ, cęleſtia ſimulachra Dei ſe iucundiſſimè quaſi ſpectantis repræſentans; dum hominem inter virtutes omnes, virtutis compotem inſigniter efficit: vnde gaudia cumulata ſuccreſcunt. Quemadmodum è contra iracundum cor, multis motibus perturbatum influxus cęleſtis intercidit, & repellit, vt rectè dicere poſsimus, mitem animū, quaſi cœli ſpeculum gerere, ac rerum cęleſtium notitia ſe E Manſuetudo virtus. oblectari. Hæc virtus inter partes temperantiæ recenſetur: at quoniam moderatur iram, ideo in iraſcibili ſedem habet, ac ferè paſsionis illius ardorem extinguit, vnde laudem pro ſectò ſummam promeretur.

Videtur autem humilitati omninò ſocianda manſuetudo, cum à Chriſto ſimul commendata fuerit, vbi dixit. *Di-* Matth. 11. v. 29. *ſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Omnium conſenſu manſuetudo eſt fructus Spiritus ſancti, fructus eximiæ charitatis, quæ Spiritus ſancti fructuum propria eſt. Eſt quoque beatitudo ob altiſſimā perfectionem, quę beatitudinibus à Chriſto laudatis congauit. Eſt præterea ſublimis virtus moralis: in quantum virtus, habitum, in quantum verò beatitudo, actum denotat. Beatitudines enim ſūt quidam actus virtutum. In quantum verò manſuetudinis actus ſpirituali nos delectatione afficiunt, in tantum manſuetudo, inter fructus ſpiritus ſancti numeratur.

Manſuetudo itaque eſt virtus moralis, annexa temperantiæ, quæ à Philoſopho dicitur moderatiua iræ, ſecundum rectam rationem, vtitur enim ira quando oportet, & quo- 4. Ethic. modo oportet. Porrò ratio virtutis moralis in hoc ſita eſt, vt appetitus interior obtemperet rationi, idque efficit manſuetudo, vt dictum eſt, idcircò abſque dubio manſuetudo 1. Ethic. eſt virtus moralis, quemadmodum etiam clementia; Nam vtraque hæc virtus manſuetudo, & clementia ſunt partes temperantiæ, quia imitantur illam in materijs ſecundis, quantum ad modum: quia ſicut temperantia eſt refrenatiua in materia principali concupiſcentiarum vehementiſſimarum, delectationum tactus: ita manſuetudo, & clementia ſunt refrenatiuæ; altera impetus iræ, ſcilicet manſuetudo, altera punitionis exterioris, ſcilicet clementia. Habitus ſecundùm Philoſophum, qui medium tenet in ira eſt innominabilis, ideòque à diminutione iræ virtus nominatur, quæ nomine manſuetudinis deſignatur: propterea quia diminutioni magis, quàm exceſſui virtus ſit propinquior. Cum autem clementia ſit diminutiua pœnarum, & manſuetudo diminutiua iræ, merito ſunt partes temperantiæ, cuius eſt cōcupiſcentias vehementiſſimas, & delectationum actus cōpeſcere. Eſt etiam manſuetudo virtus ſpecialis ab alijs diſtincta, imo, & ab ipſa clementia, à qua minus differre videtur. Nam cū virtus moralis ſita ſit circa paſsiones, & actiones, paſsiones verò ſint extrinſecarum principia actionum, aut impedimenta, inde fit vt virtutes, quæ huiuſmodi paſſiones moderantur, in eundem videantur concurrere effectum cum virtutibus, quæ extrinſecarum actionum moderatrices eſſe cenſentur. Nam quia iuſtitiæ proprium eſt cohibere hominem à furto, ad quod inclinatur per inordinatum pecuniarum amorem, quem temperat, & frænat liberalitas, ideo liberalitas in hoc effectu producendo, iuſtitia cooperatur: ſic etiam in iræ cohibitione, ne grauior pœna inferatur, clementia cooperatur. Manſuetudo verò frænat iræ impetum, ſicque ad eiuſdem effectus productionem cōcurrit cum clementia: in ſe tamen differunt, quia vna eſt cohibitiua iræ, altera vindictæ. An verò hæ duæ virtutes ſint cæteris excellentiores? fateor quòd non omninò ſunt perfectiſsimæ, inter virtutes morales modeſtia, & manſuetudo, quoniam perfectius eſt conſequi bonum, quàm cauere à malo: & clementia, ac manſuetudo, non ſimpliciter conſequuntur bonum, ſed impediunt malum, idcircò non dicitur ſimpliciter potiſsima: nihil tamen prohibet ſuper cęteras virtutes, habere quandam excellentiam, vt potè ſuper eas, quæ prauis affectionibus reſiſtunt, eaſque fræno rationis regere ſtudent. Itaque inter cæteras virtutes malis humanis reſiſtentes, quandam excellentiam obtinent, non tamen inter virtutes ſimpliciter, quia illæ virtutes, quæ Diuinum, vel humanū bonum directè reſpiciunt, ijs ſunt multo potiores, atque excellentiores.

De hac virtute Ariſtoteles prudenter diſſeruit. Manſuetudo (inquit) eſt quædam mediocritas circa iram, At tunc 4. Ethic. c. 5. medium ipſam manſuetudinem adducimus, cum ei quod eſt ponitur, & nomine propior ſit quàm nimio, quod iracundia quædam dici poteſt, hæc ille, quaſi diceret. Manſuetudo eſt mediocritas circa iram, tanquam circa materiam ſuam, & cum non habeat proprium nomen, tributum eſt ei nomen quod declinat ad defectum. Exceſſus quoque, & defectus circa eandem materiam verſantur: ſed exceſſus dicitur iracundia, quæ eſt habitus quidam excedens circa talem effectum. Sic enim iraſci, quibus oportet, & vt oportet, cū alijs quoque circumſtantijs, quæ comitantur rectam rationem, manſuetudinis eſt officium, & talis non immeritò, manſuetus poteſt appellari. Si verò fuerit vacuitas iræ, ſiue aliquid aliud, cum ſit extremum, vituperatur, & qui huiuſmodi eſt, ſtolidus, & inſenſatus eſſe videtur, quia nulla cauſa mouetur, & ſic declinans à medio, vituperabilior potius, quàm inde laudabilior efficitur. Itaque manſuetudini ira aduerſatur per exceſſum, quæ citra rationis ordinem vindictam appetit. Vitium oppoſitum, ſiue defectus manſuetudinis eſt, non iraſci quando oportet, & eſt vitium ſecundum defectum, vocaturque inıraſcibilitas. De quo D. Au- Lib. 5. de Ciui. Dei cap. 10. guſtinus. Qui cum cauſa non iraſcitur peccat. Plurimi enim ſunt, qui ob defectum iræ multis ſunt occaſio peccandi, qui etiamſi cauſam iuſtam iraſcendi habeant non iraſcuntur, & in hoc multum deficiunt à manſuetudinis virtute. Neſcio an iuſtam cauſam non iraſcendi habuerit Caſimius Sędomirienſium Dux, qui poſtea à Polonis Rex creatus eſt. Cromer. lib. 6. de rebus Polonicis. Hic cum quodam tempore cum aulico ſuo equite Ioanne conatio luderet animi oblectandi gratia: accidit, vt incenſus vterque vincendi ſtudio, in profundam noctem ludum produxiſſet. Pertęſi deinde ludi, & vigiliarum, vno iactu totam ſummam quæ reſidua erat pecuniæ victori lucrandā mutuo conſenſu inter ſe pacti ſunt. Cum ergo viciſſet Caſimirus tollere, quod lucratus erat argentum non modicum parabat, at verò mox cum palma manus in faciem ab equite ictum eſſe, eumque noctis beneficio elapſum, poſtridie ad Caſimirum adductum ferunt, clamantibus autem omnibus eum capitis pœnam commeruiſſe, qui Principis maieſtatem minuiſſet: minimè gentium inquit Caſimirus eum occidi oportere, qui dolore grandis iacturæ, non deliberatè deliquiſſet, & cum fortunam à qua damno affectus erat vlciſci non poſſet, in ſe fortunæ alumnum commotus eſſet.

Se

Se magis in culpa eſſe, qui conditionis ſuæ, & dignitatis oblitus eum ad ludendum prouocaſſet: non modo illum ſe abſoluere, verum etiam gratias ipſi agere, quod ſe ictu illo admonuiſſet nè quid indignum Principe in ſe admitteret, neuè ſe ludo, aut alicui rei leui, & inhoneſtæ deinceps daret.

Sed iam ad diuiſionem manſuetudinis virtutis accedamus. Poſſunt enim aſſignari tres ſpecies manſuetudinis, quemadmodum etiam tres ſunt ſpecies exceſſus iræ, quos moderatur manſuetudo. Excandeſcentia, amaritudo, & acerbitas. Et primi quidem ſunt iracundi, qui celeriter mouentur ad iram, quibus acuta, & ſubtilis cholera dominatur, ideoque celeres ſunt ad vindictam. Hi verò quos nullo modo iraſci compertum eſt, frigidi ſunt atque humidi, qui flaua bili carere videntur. Iracundi citò mouentur, & mox deſiſtunt: ſi autem habeant habitum iracundiæ, vitio eis vertitur, & vitioſi appellantur. Amari partim de flaua cholera habent, ſicut iracundi, partim verò de nigra, ideoque difficilè ab ira dimouentur: talis enim humor vitioſus eſt, & non citò poteſt reſolui, & digeri. Cum autem omnis digeſtio ſit motus paulatim factus, multo tempore indiget, nam amari homines in decoquenda cholera hac viſcoſa, & nigra dulciſsimè commorantur. Tertia ſpectat ad melancholicos, quibus dominatur atra bilis frigida, & ſicca, cuius materia eſt groſſa, quæ magna cum difficultate reſſoluitur. Hinc datur intelligi, quòd ira oritur ex ebullitione ſanguinis circa cor, quæ triplex eſſe videtur, ſubtilis ſcilicet, groſſa, & media, Cum ergo homines diuerſa naturali conſtitutione affectos eſſe clarum ſit; ita vt aliqui ad excandeſcentiam ſint velociſſimi, quos propriæ excellentiæ ſenſus celerrimus, & ſubtiliſſimus torquet: alij minus, quos parum mouet: hinc eſt quod virtutis huius cultura ibi potiſſimum laude digna ſit, vbi contrarius affectus valde repugnat. Nam qualis generoſitas eſt eam virtutem colere, pro qua nullum prælium committendum eſt? Et quoniam non omnes, huic virtuti contrarius affectus, æqualiter impugnat, nec omnes ei æqualiter reſiſtunt, hinc etiam eſt, quod non eſt eiuſdem gradus manſuetudo, ſed diuerſi aſſignari poſſunt, & hi præcipuè quinque. Primus eſt eum, qui læditur commoueri, ſed iræ impetum cum mæſtitia reprimere. Secundus commoueri quidem, & ſine mærore impetum compeſcere. Tertius ob anteactas iræ victorias, non commoueri. Quartus ob ſpirituale ſuum bonum lætari. Quintus cum obliuione ſui ex proximi lædentis damno dolorem compaſſionemque concipere. Hinc ergo quiſque de ſe iudicium ferre poterit, quos in hac virtute progreſſus fecerit. Sed illud omnibus manſuetis commune eſſe debet, vt non ſolùm proximo lædenti non iraſcatur, aut irritanti compatiatur, aut ob ſpirituale bonum lætetur, ſic, vt mærorem, aut iram ad tempus differre, aut conſeruare videatur: ſed opus eſt omninò, vt extinctam eſſe demonſtet ſignis exterioribus. Quapropter ita vultus, & totius corporis geſtus, quem læſor intuetur temperandus eſt, vt ille ſibi perſuadeat nihil amaritudinis latere. Hinc reſponſio mollis quæ frangit iram: hinc riſus modeſtus, & placidus: hinc deprecatio culpæ: hinc emendationis promiſſio, hinc, cùm proximo diſplicet ſermo, inceſſus, ceſsio, & eiuſmodi alia earum actionum correctio, aliaque per multa quæ pro varijs proximorum ingenijs omittenda, vel admittenda ſunt. Modeſtia quoque in veſtitu laudabilis eſt, & imitanda in Leſco II. Polonorum Rege qui adeo in veſtitu cultuque corporis ſingulari parſimonia fuit, vt rudibus, & craſsis pannis aulæorum loco vteretur, niſi quando in publico dare aliquid ſplē-
Cromer. lib. 2. doti atque maieſtati principatus, maximè propter extremos homines cogebatur. Quin ibi quoque craſſos pannos, quib. ante adeptum principatum vſus erat ob oculos poni ſibi iubebat, quibus admoneretur aſsiduo fortunæ priſtinę, & vnde ad tantum honoris faſtigium euectus eſſet. Ad acquirendam igitur hanc virtutem talem qualis deſcripta eſt, animosè properemus, moueat nos lucrum quod ex hac virtute reportemus, nempè ius in hæreditatem, quia vt in exordio ſermonis dictum eſt, proprium eſt manſuetus hęreditare terram, non ſolum illam beatitudinis æternæ, cuius hæredes à Chriſto manſueti inſtituti ſunt; non ſolum terram concupiſcentiarum ſuarum, non ſolum terram ſtant Regnorum, & Prouinciarum quæ manſuetis ſubijciſſit, ſed etiam terram cordis humanis. Quis enim dubitet animos mites alijs grariſsimos, & iucundiſsimos eſſe? vt potè qui alios tantum abeſt, vt lædere velint, vt læſiones potius ſine reſiſtentia excipientes, ipſis læſionibus vultum hilarem pro vulneribus reddant.

Moueant nos ad id ſacra, & prophana exempla, quibus ſupra innotuit manſuetudinem non ſolum gubernationi ciuili aptam, ſed vna cum dignitate Regia, & Imperatoria prodire ſolere. G
Moueat nos exemplum verbi incarnati. B. V. Mariæ, ipſius Dei præpotentis, qui de hac virtute ſpecialiter gloriatur. Moueat nos pax quę manſuetis propria eſt. *Beati* (inquit Chriſtus) *mites*. Et Pſalmiſta. *ipſi hæreditabunt* Matth. 5.
terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Omnia pacem v. 4.
amant, nec vlla tam immanis terra eſt, quæ pace non delectetur, Pſal. 36.
leones quippe, tygres, vrſi, nunquam pugnas ſuſciperent, niſi tranquillo prędæ captæ paſtu (quæ ſua pax eſt) traherentur. Homines verò qui feris peiores eſſe ſolent puta, piratæ ac homicidæ, ipſis irruptionibus, & hominum cædibus, ſpoliorum tranquillam affectionem affectant. Quin etiam Dæmones ipſi dum homines inuadunt, & in tartarum detrudunt; id rabidè cupiunt; ut ijs prædis ſi fieri poſſet ſaturentur: quæ pax eis optatiſsima eſt. Cum ergo hęc pacem auidiſsimè inſequantur, qualis erit dementia eorũ, qui filij Dei ſunt, & pacifici propterea eſſe debent, vt cum ſine contentionis prælio, & ſine vindictæ præda, pace manſuetudinis frui poſsint; eam non ſtudioſiſsimè perquirant? Moueat nos denique ad huius ſuauiſsimæ virtutis cultum, modeſtia eorum qui ad terrenos honores aſpirāt. Nihil in orbe frequentius quam alterna conuiuia: nihil in aulis vbi ſenſus ſubtilior eſt, crebrius accidit, quam iniuriarum per nutus, verba, & actus interrogatio, & tamen quo quis nobilior eſt, & honoris ac lucri expectationis maioris eò patientius aduerſa ferre diſcit: ne cum dedecore negotijs gerendis, vbi mille moleſtiæ perferuntur ineptus videatur, vel loco excidat: quare ergo domeſtici Dei, qui ad lucra, & honores æternos aſpirant iram exprimere, pacatum cor præferre, ac proximis mites eſſe non curent? procuremus ſtrenuè hanc virtutem ne ignauia torpeſcamus, non ſolum, vt eſt virtus moralis, ſed etiam, vt eſt fructus Spiritus ſancti, & beatitudo: & videbimus quod funiculus triplex difficile rumpitur, quod duriora ferro corda beneficio manſuetudinis perrumpuntur, quod inimicos ea interueniente deuincere facilè erit, quod principes manſueti non perniciem, vt falſo perſuadere nititur magiſter pſeudopoliticorum, ſed ſalutem, conſeruationem, augmentum reipublicæ, & ſibi ipſis afferent. *Funiculus enim hic tri-* Eccleſ. 4.
plex difficile rumpitur. An non videt impius homo quod to- v. 12.
rum orbem pauci ſimplices, rudes, & idiotæ homines manſuetudine armati, non reſiſtendo, ſed perferendo domuerunt, & chriſtiana lenitate imperium ferreum hoc eſt Romanum, quod alia regna minus dura continuerat, ſubiugarunt. Qua certè mira victoria homines mites corde, velut inter lupos agni, ſtupente mundo claruerunt, & magni præceptoris ſui, qui domuit orbem non ferro, ſed ligno ſenſum euulgarunt. Hæc eſt laus filiorum Dei, quæ dulciſsimo corde pectora dura pulſantes, & iram feruere ac deferueſcere ſinentes eos ſpotiſsimum capiunt quos acriores hoſtes ad tempus ferunt. Orandus eſt igitur manſuetiſsimus Chriſtus, vt ſi quis pungatur importunè, infeſtetur, tentetur, dono eius læſoribus ignoſcat, vt ob nullum damnum contra proximos excandeſcat, vt ſi quando vexatus à proximo fuerit obliuiſcatur ſui, & compatiatur illi propter Deum, & ſi etiam ab inferiore quouis irritetur, amoris ſigna exhibeat, & irritantibus arrideat. Sic enim manſuetiſsimum agnum Chriſtum Dominum imitabitur, vt tandem hic gratiam ab illo, & in futuro gloriam obtineat.

Amen.

Digitized by Google

INSTITVTIO Speculatiua.

Dominicæ Palmarum.

De Regali dignitate Chriſti Domini.

Matt. 21. 5. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*

Prou. 14. v. 28. *In manſuetudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis Principis ignominia.*

A MVltum commendatur Cato ex patientia, & manſuetudine, quod cum Aelius Spartianus attracta pingui ſaliua Catoni in os expulſet; non iraſcor (inquit Cato) dubito tamen, an iraſci debeam Maiori laude digni ſunt aliqui viri perfecti, qui ad tantam perfectionem patientiæ, & manſuetudinis peruenerunt, vt nec iraſcantur, nec an ſit iraſcendum dubitent, nec foris aliquod ſignum impatientiæ verbis, vel operibus demonſtrant, nec intus aliqualiter iniuria illata commouentur, vel alterantur: de quibus rectè dici

Ad Phil. 3. 20. poteſt illud Diui Pauli. *Noſtra conuerſatio in cęlis eſt:* Tantæ patientiæ, & manſuetudinis cauſa, hæc eſt præcipua, quod potius ſunt in cœlis mente, quàm in mundo corpore. De Ariſtotele dixit Diuus Hieronymus, vbi non eſt laudatur, ſcilicet in mundo, vbi eſt, ſcilicet in inferno, cruciatur, oppoſitum hic dicere poſſumus, quod iuſti, & ſancti homines, vbi non ſunt vituperantur, vbi ſunt laudantur, quia cum ab hominibus maledicuntur à Deo benedicuntur, non ſunt in terra vbi maledicuntur, quia conuerſatio eorum in cælis eſt, in cęlo manent, quia in Deo viuunt, & Deus in ipſis. Non ſunt in mundo, quia cum ſunt præſentes viſibiliter, illud quod præcipuum eſt in homine, nempè mens abeſt, quia in cęlo eſt. Ariſtophanes cuidam ad propoſitum ſibi non rectè reſpondenti dixit. Mens tua præſens abeſt, id melius de ſeruis Dei manſuetiſſimis dici poteſt, quod mens eorum præſens abeſt; ideo mirum non eſt, quòd nec in verba im-

Terent. patientiæ prorumpunt, nec ſunt tales, ſicut ille, qui dixit. Si mihi pergit, quæ vult dicere, quæ non vult audiet, nec tales, qualis ille alius, qui dicebat. Contumeliá ſi dices audies, ſed ſunt mites, & tanquam muti, nihil reſpondent, imò quòd maius eſt, nec intus in corde alterantur, & quod maximum eſt, ſunt quaſi ſurdi non audientes, quod eis dicitur. Si quis ad hippocauſtum alicuius hominis pulſaret, ſi ille in hippocauſto non eſſet etiam ſi neſcio qualiter pulſaret, & vociferetur, nemine in hypocauſto, exiſtente nullum reſponſum accipit, ſi ſerui Dei, etiã ſi vociferentur, & maledicant eis aduerſarij eorum, non reſpondent, quia non audiunt; non audiunt, quia non ſunt; mens enim eorum præſens abeſt: ſunt, ſicut luna, quæ quantò eſt clarior, tantò magis canes contra ipſam latrare ſolent, quod tamen luna nihil curat, ſed curſum proſequitur ſuum, cauſam aſſignat Alciatus, quia canis videt in luna, tanquam in ſpeculo ſimilitudinem ſui, & pu-

Alciatus. tat ibi eſſe alium canem.

Lunarem noctu, vt ſpeculum canis inſpicit orbem,
Seque videns, alium credit ineſſe canem
Et latrat fruſtraque agitur vox irrita ventis
Et peragit curſus, ſurda Diana ſuos.

Difficilè eſſe videtur, ſi canis videt ſimilitudinem in luna ſui tanquam in ſpeculo, quare etiam homo in luna non videat ſimilitudinem ſui? ſiquidem ſpeculum æquè omnia repræſentat; nec videtur poſsibile, quòd canis in tanta diſtantia ſitus videat expreſſam ſimilitudinem ſui; & quod ex hoc ad latratum moueatur, potius iſtud referendum videtur in quandam occultam influentiam lunæ, ſed quidquid ſit de hoc inſiſtendum pro tunc rationi Alciati, egregium quoad hoc hominum manſuetorum ſymbolum eſt luna, quam Alciatus dicit eſſe ſurdam, nec curare, nec audire latratus canis. Communiter qualis quiſque eſt talem indicat eſſe alium, indicat ſibi eſſe ſimilem. *Homines* Eccl. 50. v. 6.
iuſti ſunt quaſi luna plena, quæ in diebus ſuis lucet, homines mali putant ſe videre in eis ſimilitudinem ſui putant tales eſſe, quales ipſi ſunt, & ideo latrant, ſed illi ſunt, ſurdi, muti, & manſueti, Talis fuit Rex Dauid, cuius manſuetudo præſentatur Deo, tanquam excellentiſsimum ornamen- Pſal. 131. v. 1.
tum Regiæ dignitatis. *Memento* (inquit Dauid) *& omnis manſuetudinis eius*, & ipſe de ſe teſtatur, quòd inimici eius inquirebant ei mala, loquebantur vanitates, & dolos tota die meditabantur ille ſicut ſurdus non audiebat, & ſicut mutus non loquebatur, quia conuerſatio eius in cœlis erat. Talis etiam eſſe debuit Rex noſter Chriſtus, vt de eo dicatur. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus*. Certè magna Vbi ſup.
dignitas Regis in manſuetudine, & ignominia in crudelitate, & ira, ſed non minor dignitas Regis eſt, in multitudine populi: his enim maxime duobus Regia dignitas ſplẽdet, Religione, & Potentia, Religione quo ad ſibi ſubditos: potentia verò quo ad externos, qui cum propter multitudinem populi, & potentiam, reuereri tenentur, & coguntur. Auget quoque hanc Regiam dignitatem, Sapientia, & Iuſtitia, ideo de iſtis tribus Regiæ dignitatis qualitatibus in hac inſtitutione agemus, vt oſtendamus qualiter in multitudine populi ſit dignitas Regis.

Quoniam rex eſt anima Regni, ſol mundi politici, viua imago omnipotentis Dei, cuius vices agit in terra, qui vitã, B
& lumen Reipub. confert: ideo debet excellere virtutibus, & ſplendore virtutũ ſubditos ſuperare, ſicut ſol ſuperat ſtellas lumine. Quemadmodum enim reprehenſibilius eſt magiſtrum carere ſcientia, quàm diſcipulum, eò quòd Magiſtri officium ſit ſcientiam tradere diſcipulo, & non è conuerſo, ſic reprehenſibilius eſt principem carere virtutibus, quam ſubditos, ad benè, & virtuosè viuendum, & non è conuerſo. Vt igitur verus princeps illas habeat virtutes, quibus rectè, & infallibiliter deducat ſubditos in bonum, oportet, vt ſeipſum oſtendat longè magis amatorem boni publici, quàm priuati oportet igitur illum eſſe magnanimum: quoniam bonum publicum arduum eſt ad conſeruandum, & maximo dignũ honore; oportet eſſe magnificum: ſi quidem opus magnificũ principaliter ſit propter maximè honorabilia, qualia ſunt bonum publicũ, & res diuinæ; oportet eſſe fortem, nam cum bonum commune ſit optimum, pro eo ſeruando extremos debet ſuſtinere labores etiã propriæ vitæ non parcendo: vt Mathatias cum filiis ſuis feciſſe legitur in lib. Machab. oportet eſſe temperatum: voluptates enim inordinatæ diſtrahunt animum à bono regimine, & excęcant mentem. Debet quoque habere, & alias plures virtutes liberalitatem clementiam, &c. De quibus iam in præcedentibus ſermonibus fusè pertractaui. Verũ quatuor ſunt pręcipuę proprietates, & conditiones regis. Prima eſt potentia, cum Principatus ſit quępiam ciuilis poteſtas *In* Prou. 14. v. 28.
multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis Principis ignominia. Item. *Scientia, Sapientia, & Prudentia, vt bono communi quaſi nauicula procellis ſemper expoſita prouidere ſciat.* Iuſtitia quoq; non debet exulare à Principe, quoniam Reipub. bonum per iuſtitiam ſeruatur, manſuetudo, vt inter tyranorum, & verum Principem ſit differentia. Has verò proprietates, & virtutes Regi Regum Chriſto Domino conuenire certiſsimum eſt, & nunc fuſius nobis declarandum. Sed ſciendũ eſt in primis, vt intelligamus qualis eſt eius potẽtia, multiplicem eſſe potentiã. Quędam enim eſt potentia purè actiua, ſeu productiua, ab omni imperfectione ſeparata. Quædam purè paſsiua, quomodo Philoſophi materiam primam vocant puram potentiam, id eſt nihil de ſe actiuitatis habentem. Quædam defectiua, ſicut potentia peccandi. Quędã verò partim actiua, partim defectiua, vt potẽtia pęnas ſuſtinẽdi. Quędam partim paſsiua partim defectiua, vt potentia moriendi. Nam teſte Auicenna, alia di- Auicena.
cunt potentiam, quoad denominationem, ex parte tamen rei impotentia eſt, vt potentia moriendi. Alia dicunt perfectionem ſimpliciter, vt potẽtia intelligẽdi, & diligendi, alia habent perfectionẽ, tñ cũ imperfectione, vt poſse loqui. Iã quęnã iſtarũ potentiarũ cõpetat Chriſto Domino, videamus. Et in primis illud certum eſt, ꝙ potẽtia productiua, & effectiua de ſe nullam dicat, vel includat imperfectionem,

per

Digitized by Google

In 1.d.10. per Scotum omnino ponenda in Deo, quæ quidem eſt in-
& 2. finita, & omnipotentia nuncupatur, aliter tamen hoc in-
telligunt Philoſophi, & aliter Theologi, nam Philoſophi
(vt dicit Scotus) ſentiunt, quod omnipotentia reſpiciat omne
paſſibile mediatè, i. quòd poſſit in omnẽ effectũ cuiuſcũq;
cauſæ ſecundę, ipſa tamẽ cauſa ſecunda concurrente, ac pro
Scot. in 1. inde Deus non poteſt ſe ſolo facere, quòd cum cauſis ſecun
d.42. & 1. dis facit ratione aſſignant, quia cùm ſecundũ eos cauſa pri
q. quodl. ma naturaliter, & merè neceſſario agat, ſi ſe ſola cauſaret,
ſemper effectũ æqualẽ produceret, quando aũt cum aliqua
cauſa agit, tunc eſt perfectio in cauſato ex parte cauſæ pri-
mæ, imperfectio ex parte cauſæ ſecundę. Et hoc modo intel
ligendo omni potentiã naturali ratione probari põt, eſſe a-
liquod primũ effectiuũ, ſicut probat Scotus, naturali quoq;
ratione poteſt probari ipſum eſſe omnipotentẽ: loquẽdo de
omnipotentia ſecũdum philoſophorum vſurpationẽ Theo
In 1.d. 2. logi verò dicũt, quòd primum effectiuum poſſit immedia
q.1. tè producere omnẽ effectum, quem producit mediantibus
cauſis ſecundis, nulla earũ concurrente; patet, quia agit ad
extra cõtingenter, atque hinc omnipotentia non reſpicit de
ſe aliquod ex ſe eſſe, cùm illud nullo modo ſit cauſabile, om
In 1.d.8. ne enim cauſabile eſt merè potentiale ſecundum Scotũ, nõ
& in 2.d. reſpicit ẽt id quod includit in ſe contradictionẽ, nefas enim
1.q.2. eſt falſificari primũ principiũ, quod relucet in regulis æter-
nis. v.g. Deus non põt facere, quod lapis eſſet, & non eſſet,
aliàs namq; implicaret contradictionẽ, & falſificaretur pri
mũ principium, ſ. de quolibet dicitur eſſe, vel nõ eſſe, & de
nullo amborũ ſimul. Hæc aũt omnipotentia, quã Theologi
Deo tribuunt, eſt tantùm credita, nec põt ratione naturali
In 1.d.42 demonſtrari, ita Scotus, vbi hanc propoſitionẽ diſcutiẽdo.
& 1. qu. Quidquid põt cauſa prima efficere cũ cauſa ſecunda, poteſt
quotlibet per ſe immediatè, inquit illã non eſſe notã, ſiue ex terminis,
ſiue rõne naturali; ſed tantùm creditã, ex hoc. n. ipſa poten-
tia à qua dependet, eſſet nota ratione naturali. Præterea fa-
cilè eſſet probare ipſis Philoſophis multas veritates, ac pro-
poſitiones, quas ipſi negant. Ac deniq; facili negotio poſſẽt
demonſtrari multa, quæ ipſi negãt, & nos ex fide tenemus,
hæc Scotus. Nec eſt mirũ, quòd Philoſophi hac in parte à
Theologis diſcrepent, nã quia ſi Philoſophi per rationẽ na-
turalem non potuerunt concludere, Deum poſſe contingẽ
ter cauſare, quo quæſo aſſererent illum poſſe immediatè in
quemcunq; effectum, vel in quodcunq; quod põt produce-
re mediantibus alijs cauſis ſecundis? Præterea ſi ipſi habue
runt, quaſi pro primo principio illud Axioma. De nihilo ni
hil fit, ſaltem in iſtis generabilibus, & corruptibilibus, quo-
modo dicerent, Deum ſic eſſe omnipotentem, vt poſſit ali-
quem effectũ totaliter producere ſine omni aliæ cauſa con-
cauſante? Deindè ſi Philoſophi poſuerunt Deũ eſſe agẽs ne
ceſſariũ (ſicut videntur multi eorum ſenſiſſe) tunc conceſſo
hoc, quòd ſit omnipotẽs, ac poſſit omnẽ effectum immedia
tè cauſare negandũ eſt eis aliquam aliã cauſalitatẽ, cuiuſcũ
que cauſæ ſecundæ dari, quod manifeſtè militat contra il-
los. Nã cauſa neceſſario cauſans, in quocunq; inſtanti cõpa
retur ad effectũ, neceſſariò in eodẽ inſtanti cauſat, & agit.
Ergo cũ prius cõparetur cauſa ſuperior ad effectũ, quã cau-
ſa inferior, & cauſa prima eſt neceſſario omnipotẽs, in pri-
mo inſtãti producit effectũ totũ, ac per conſequens in ſecũ-
do inſtãti, in quo cõparatur cauſa ſecunda ad illũ effectũ, ni
hil intelligitur ampliùs cauſandũ, quia totũ iam cauſatum
eſt à cauſa prima, atq; ſic cauſa ſecunda nihil poterit cauſa-
re. Dũ verò ſe explicant cauſas ſecundas cõcurrere propter
imperfectionẽ effectus, falſum eſt, prima. n. cauſa non natu
raliter (vt ſuſpicãtur) ſed liberè agit, imò quantũ vult produ
cit effectũ, aut perfectũ, aut imperfectũ iuxta ſuæ volũtatis
arbitrium. Et quod cauſa prima merè, liberè, ac contingẽter
cauſet, nõ aũt neceſſariò, contra Philoſoph. opin. pargum.
In 1. d. 8. ſubtiliſſima probat Scotus. Quod ẽt Deus operetur mediã-
q. vlt. tib. cauſis ſecundis, nõ alia ratio eſt, quàm quòd bonum ſit ſui
ipſius communicatiuum, ac diffuſiuũ, ſecundũ S. Dionyſiũ.
Idcircò bonitas illa infinita, quę omnib. rebus creat cõicat
bonitatem, & perfectionem ſuam, voluit creaturis perfe-
ctionem cauſãdi ...us communicare, quatenus etiam creatu
ræ haberent hanc perfectionem, nempè poſſe cauſare.
Quòd igitur potentia infinita ſit in Deo pluribus rationi-
C bus probat Scotus; ſed inter aliàs poſſet quiſpiã ſic arguere
per conſequẽtiã Ariſtotelis. Deus mouet motu infinito, er-
gò habet potentiam infinitam, nã mouet motu æterno, hoc
nondum conuincit, quia antecedens fundatum in æternita
te motus eſt falſum, & cõtra fidẽ, cum motus non ſit æter- Henric.
nus, ſed roborat hoc argumentũ Henricus, deducendo per
viam poſſibilitatis ſic. Quod poteſt mouere motu infinito,
habet potentiam infinitam. Deus eſt huiuſmodi ergo. Nõ
placet tamẽ hoc noſtro Doctori Scoto, pręſertim quod præ
ſuponat Henricus, mundũ potuiſſe produci ab æterno, cũ
ſit dubiũ, vel fortè falſum, de quo aliàs, prærea propter maio
rem durationem non habetur infinita perfectio, ſecundum
viam Philoſophi, non eſt ſiquidem maioris perfectionis al
bedo, quæ durat per decem dies, quàm quæ durat per vnã Ex 1. E-
diem. Atque ita mouere per infinitum tempus non infert thicor.
infinitatẽ in Deo, niſi ſecundum durationem, & extenſiuè,
non autem intenſiue. Sed melius roboratur, & corrigitur
prædicta ratio à Scoto loco citato, quem vide ſi placet, &
hæc dicta ſufficiant de potentia actiua.

Quantùm attinet ad potentiam purè paſſiuam, iſta nul-
lo modo eſt in Deo (vt aſſerit Scotus) & multo minus potẽ-
tia defectiua: potentia etiam partim actiua, partim paſſiua, Scot. in 1.
vt ambulare, ſedere &c. nõ datur in Deo; nam Deus eſt vbi
que, potentia item partim actiua, partim defectiua, vt ſuſti-
nere pęnam non inuenitur in Deo: potentia, quæ eſt perfe-
ctio ſimpliciter, vt intelligere, & velle cõpetit Deo, hoc pro
bat Scotus. Quia Deus eſt intelligẽs, & volens. Potẽtia quæ In 1.d. 2.
dicit perfectionem cũ imperfectione, vt loqui attribuitur & alibi.
Deo, remota imperfectione. Cætera ad quæ diuina potẽtia
non ſe extendit, vel implicant cõtradictionem, vel ſunt im-
poſſibilia. Sed ſcire debes, quod aliquid põt nuncupari tri-
pliciter impoſſibile; Impoſſibile per naturæ limitationẽ, vt
de trunco facere bouẽ. Impoſſibile ratione noſtræ imagina
tionis, vt quod vnum corpus ſit ſimul, & ſemel in diuerſis
locis, hoc Deus facere poteſt, & de facto facit in Sacramen
to altaris, licet id noſtrã intelligentiã excedat, vt ait Richar
dus. Plura Deus poteſt facere, quàm intellectus noſter cape
re, & intelligere. Deniq; aliquid dicitur impoſſibile ratione Richard.
cõtradictionis, vt oppoſita ſimul eſſe, & cætera ſimilia. Hoc de S. Vic.
igitur nõ poteſt facere Deus, cũ nequeat falſificare primũ
principiũ, ſcilicet de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe, quod
quidem in regulis æternis eſt primum, vel de primis, eſtque
tantæ veritatis, vt ſecundũ Philoſophũ, (cui ẽt fauet Auicẽ
na) negantes primum principiũ tam diù ſint verberãdi, quo
vſque fateantur non eſſe idem verberari, & non verberari.
Deus etiam nequit facere præteritum nõ fuiſſe, niſi eo mo
do quo explicat Scotus, nam hoc ſolo priuatus Deus ingeni In 2.d. 1.
ta facere, quæ facta ſunt, vide Scotum. Sed de nihilo aliquid q. 3.
facere per creationem, de aliquo nihil per annihilationem, In 4.d. 1.
de aliquo nihil per tranſubſtantiationẽ, & ſubitaneã muta- q.6.
tionẽ, vt ex aqua vinũ. De Deo poſſibile eſt, & cętera his ſi-
milia. Cũ igitur ita ſit potens Rex noſter Chriſtus, rectè de
eo dicitur Rex Regũ, & Dominus dominantiũ: eſt. n. infini
te virtutis, ac omnia poteſt, præter id, quod fieri nõ poteſt.

Præterea ſi ita potens eſt, meritò illũ timere, & amare dè
bemus, & ſi pleruntq; Regem temporalem metuimus, ac
reueremur, eo quod inuadere depopulari, & occidere poſ-
ſit: quanto magis id Deo opt. Maximo præſtandum eſt, *qui* Matt. 10.
& corpus necare, & animam in gehennã mittere poteſt? Hunc
ergò ſolũ timeamus, qui poteſt annihilare: timeamus hũc,
qui poteſt deturbare in barathrum, obtenebrare ſolem, in-
ficere aerem. Vnde Lactantius. Debemus hunc amare (in-
quit) quia pater eſt, reuereri quia Dominus, honorare, quia Lact. de
beatificus, & metuere quia Rex potentiſſimus eſt, vt ait D. ira. c. vlt.
Bernardus. Fugit (inquit) ouis tremebunda veniente lupo, D. Bern.
abſcondit ſe columba tremens accipitre viſo; tu autem vi- ſuper Cã-
dens furem currebas cum eo, cum adulteris portionem tuã tica.
ponebas, exi de Babylone popule meus, & non ſis particeps
delictorum eius, de plagis eorum non accipias, quoniã per-
uenerunt peccata illius vſque ad cęlum, & recordatus eſt
Dominus iniquitatum eius. Hæc ſumma potentia Saluato
ris noſtri Ieſu Chriſti, in omnibus operibus eius luculenter
manifeſtatur, vt in opere incarnationis, iuxta teſtimonium
ipſius Beatiſſimæ Matris Mariæ. *Fecit potentiam in bra-* Luc. 1. v.
chio ſuo. In venerabili Euchariſtiæ Sacramento, vbi om- 51.
nium ora atque oculos in ſe conuertit. Nec iniuria ſanè.
Nam ſi Deus in verbi incarnatione humanitatem Chri-
ſti, ſine ſuppoſiti humani ſubſidio, ſuſtentat, id efficit,

Diuinum ei præſtans ſuppoſitum. In hoc autem Sacramen
to accidentia ſuſtentantur, ſine aliquo ſuppoſito ſuppoſitã
te, aut ſubiecto ſuſtentante. Adhæc quando corpus Chriſti
ſubſtantiæ panis, & vini ſuccedit, non adeſt ibi vllum ſubie
ctum, ſed ipſam panis, & vini quantitatẽ, cui reliqua adhæ-
rent accidentia, ſine aliquo ſubiecto Deus effectiuè ſuſten-
tat, non minori ſtabilitate, quã ſi proprio, & naturali ſubie-
cto niteretur. Itẽ manifeſtauit ſuam potentiã Diuinã, in mi
raculis, cum ægros ſubitò ſolo verbo ſanauit; mortuos ſuſci
tauit; & alia Diuina opera, quæ ſolus Deus, & potentia Dei
efficere poteſt, operatus eſt.

Secunda Regis conditio eſt, ſcientia, & ſapientia, vbi li-
In 1.d.2. cet multa poſſent declarari de ſcientia Dei, quomodo intel
lectus diuinus intelligit infinita, p Scotũ. Quomodo eſſẽtia
diuina ſit obiectũ primariũ, virtute cuius oĩa ſubiecta ſecũ
In 1.d. 2. daria cognoſcũtur. p Scotũ. Obiecta ãt ſũt ſecũdaria oẽs cre
q. 2. & d, aturæ, relationes diuinæ, ſiue cões, ſiue hipoſtaticæ. Quõ itẽ
39. & 9. intellectus diuinus actu ſuo producat omne ens in eſſe ſe-
penult, cundũ quid, ſiue in eſſe cognito, per Scotũ; neq; tñ illud eſſe
prolog. cognitũ metè ſit ſola relatio rationis. Hęc oĩa breuitatis cau
In 1. diſt. ſa ſubticeo, & lectorem beneuolũ ad cõmentaria noſtra ſu
3. q. 4. & per Scotũ in primũ remitto. Illud dũtaxat vnicũ adijcio, q
6, ita eſt oĩa ſciẽs Deus, vt oĩa nuda, & aperta ſint oculis eius,
Ad Heb, ita vt ſcrutator quoq; cogitationũ, ac intentionum ſit no-
4. ſtrarũ; nec id profectò mirũ: cũ id ipſum planè indicet Ioã-
Apoc. 5. 6 nes. *Vidi agnum ſtantem tanquã occiſum, habentẽ cornua ſeptẽ,
& oculos ſeptẽ*, vbi iuxta ſeptenariũ numerũ, innuitur ſtatus
hominum Deum offendentium quos ipſe videt. Et Scotus
In 3. d. 14 dicet de Chriſto Domino, quòd põt videre omnia ĩ verbo,
q. 1. quę videt verbum quod inſuper anima Chriſti nouerit oĩa
ĩ genere proprio. Tu ergo ò miſer homo, qui detrahis, mur
muras, infamas proximum tuum, qui tenes aliena bona, &
non reſtituis, qui accipis vſuras, quomodo non times, nec re
uerẽs Regem Chriſtũ, cuius oculos nihil latere põt? homo
laſciue, fornicarie, adulter, concubinarie, qui occultè tot exe
crabilia, tot nefanda committis, quare non trepidas in con
ſpectu Dei oĩa intuentis. Sed dicet aliquis, quõ dicitur Rex
iſte ſapiẽs, qui de Regio ſtatu deſcẽderat in ſtatũ ſerui, & in
puluerẽ, cũ ſtatus Regis ſapientis debeat eſſe nobiliſſimus,
& altus. Præterea q̃a Rex ſapiens non diſtribuit faſces ſuos
Regios, nec diminuit, nec diſpergit, ſed potius auget, ſi ait
iſte. *Poſſidete* (inquit) *paratum vobis Regnũ*. Deniq; dices vir
Matt. 25. ſapiẽs vbi facilius mediũ inuenerit, per quod poſſit optatũ
34. finẽ attingere, nõ quærit difficilius, iſte aũt Rex Chriſtus
potuiſſet ſolo verbo redemptionẽ humani generis exequi,
quare ergo difficilius mediũ quæſiuit, ſcilicet incarnari, &
tanta mala pati? vr̃ non ſapienter egiſſe. Ad hoc reſpõdetur
primò. Nõ ideo Rex iſte mutatus eſt, quia carnẽ aſſumpſit,
ſicut enim ſolidũ coniungitur. Lunæ licet videatur obſcura-
ri, & ecclypſari, tamen in rei veritate non mutatur, ſed ſo-
lum impeditur, nè eius lumen ad nos veniat, aut nè videa-
tur. Sic quando Dei filius mortali naturæ coniunctus eſt,
& mortalis, factus, in rei veritate non eſt mortalis, ſed
Mal. 3, 6. ſemper manſit, quod erat. Ego (inquit) Dominus, & nõ mu
tor. Ideo ſi ab eo quæſierimus amice quomodo huc intra-
ſti? Reſpõdebit, quod ſine ſuę maieſtatis diminutione. Quẽ
admodum imago intrat ſpeculũ, & efficitur viſibilis, nõ tñ
in ſe mutatur, vel minuitur, ſic filius Dei incarnatiõnẽ, &
mundũ intrauit, factus viſibilis per carnis aſſumptionem,
nec propter hoc celſitudo ſuæ diuinitatis diminuta eſt, vel
in aliquo commutata. Intrauit Rex, vt videret diſcũbentes,
propter quem introitũ non deſijt eſſe Rex, quia intrauit
Rex. Neq; etiã Rex Niniue cum ſurrexit de ſolio, & ſacco
Matt. 22. Indutus eſt, deſijt eſſe Rex; pari ratione Chriſtus nihil prorſus amiſit, dum ſacco humanitatis veſtitus eſt. Rex enim ſa
piens de ſingulis ſuorum ſubditorum malis aliquid experi
tur, vt ſciat compati, ſingulorũ conditiones inſpicit, vt cor-
rigere, & remedium adhibere ſciat. Ideo Chriſtus Rex ſa-
piens de quolibet ſtatu aliquid aſſumpſit, De ſtatu naturæ
integræ, immunitates. De ſtatu naturæ lapſæ, corporis mor
talitatẽ. De ſtatu naturæ reparatæ, plenitudinẽ gratiæ. De
ſtatu naturæ glorificatæ, fruitionẽ. Et quia Regis ad exem-
plum totus componitur orbis, nè ſuus populus ad ſuper-
biam declinaret, exinaniuit ſe, & paruus factus eſt.

Totus ferè mundus extra menſuram erat in honoribus
diuitijs, & delicijs excedens; Deus ergo qui ſine menſura
erat, ſe poſuit ad paruam menſurã corporis, vt nos ad debi-
tam menſuram reduceret, propter ambitioſos, qui pedes ha
bent leporinos, nam ſicut facilè aſcendit lepus ad montem,
ſed ad vallem difficulter deſcendit, quia pedes eius anterio-
res ſunt poſterioribus breuiores: ſic ambitioſi ſemper volũt
ad dignitates aſcendere tanquam ad montes, rarò verò, vel
nunquam ad humilitatis valles deſcendere, ideſt ad opera
laborioſa, meritoria, & oneroſa. Et licet habeant pedes affe
ctionũ ante, & retro, ſcilicet ad bona paradiſi, ad quæ nos
oportet tendere, & ad bona mundi, quibus nos oportet ſu-
ſtentari, & viuere: pedes tamen poſteriores ſcilicet ad tem-
poralia, longiores ſunt, quàm ad ſpiritualia, quia plus dili-
gunt ſęculi huius vanitatem. Propter hos in quam, & ad re
primendam eorum contumaciam, ille qui ſupra omnes eſt,
factus eſt viliſſimus omniũ, & propter multos alios varijs
vitijs irretitos, vt eos exemplo ſuo ad meliorẽ frugẽ reuoca
ret ex magno paruus factus eſt, & ſerui formam aſſumpſit.

Quòd verò ſecundo dictum eſt Reges ſapientes debere
augere ſtatum, & regnũ ſuum. Reſpondetur, quòd Rex ſa
piens non ſemper ad augendo regnum ſuum, ſapiẽter agit:
etenim quãto regna maiora ſunt, tantò periculoſiora, & mi
nus permanentia. De hoc exemplificat Ariſtoteles de Theo Ariſt. in
pompo, qui ab vxore redargutus, quòd regnũ ſuſceptum à 6. polit.
progenitoribus ſuis grandè abrenunciaſſet, reſpondit ſe re-
ctè feciſſe, quia, ſ. regnum minus erat ſtabilius. Iſte tamen
Rex Chriſtus ſic ſapienter regnum ſuum oĩbus communi-
cat, vt nullã inde diminutionẽ, vel iacturã patiatur ſtatus eius

Certum quoq; eſt, quod tertio loco dictum erat, non ſem
per eligendam eſſe viam faciliorem, ſed commodiorem. Po
tuiſſet vtiq; Dominus ſi voluiſſet filios Iſrael introducere in
terram promiſſionis, non faciendo prodigia in terra Aegy-
pti, terribilia in mari rubro, mirabilia in terra Cam: ve-
runtamẽ ſi non fuiſſet demonſtrata eius ſapientia, potẽtia,
& bonitas, filij Iſrael facilè obliti eſſent Dei. Sic Dominus
redemptionem noſtram ſolo verbo potuiſſet operari, ſed in
hoc potentiam, ſapientiam, & bonitatem non demonſtraſ-
ſet, nec cor humanum ad ſui notitiam, vel amorem attraxiſ
ſet. Quia ergò ſapientia ſua *attingit a fine vſque ad finẽ forti* Sap. 8.
ter, ideſt à principio incarnationis. vſq; ad finem paſſionis,
ſeù à fine, & termino vitiorum, vſque ad intentum finẽ vir
tutum, ideo diſpoſuit omnia ſuauiter, vt ẽt guſtaret homo
facilè, quàm ſuauis eſt Dominus, & quòd miſericordię eius
ſuper omnia opera eius. Hinc facilè apparet, quanta in hoc
opere apparuit eius ſapientia, vt ẽt Angeli deſiderarent ma
nifeſtari ſibi viam illam prudentiæ de incarnationis mo-
do, quo proſtraturus erat Satanam ſuperbum.

Tertia Regis cõditio eſt iuſtitia, hæc in Deo eſt Infinita, E
quæ in vniuerſo nullum malum dimittit impunitum. Iuſti
tiã eſſe in Deo probat Scotus, vbi ſecundũ Anſelmũ ponit Scotus in
hanc definitionẽ. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter, 4. diſt. 46.
ſe ſeruata. Et hæc ratio ſpecificatur per iuſtitiam, ſecundũ q. 1.
quod de ea tractat Ariſtoteles, qui addit vltra hanc defini- Anſelm.
tionem, hoc quod eſt eſſe ad alterum. Atq; equidem vtroq; de veri.
modo accipiendo iuſtitiam, patet quod Deo competat. De cap. 12.
primo enim modo habet rectitudinẽ voluntatis, imo volũ- Ariſt. 5.
tatẽ inobliquabilẽ, q̃a prima regula eſt, & ſeruata propter Ethic.
ſe, nõ prout ſeruata dicit aliquam ſuſceptionẽ, vel paſſionẽ
reſpectu alicuius ſeruãtis, ſed ſeruata propter ſe, ideſt ſpon
taneè propter ſe ſemper habita. Secũdo modo ẽt clarũ eſt,
quòd habeat rectitudinem ad alterũ, nam in omni actione
ſua ad alterum eſt rectitudo. Iure igitur optimo, inter alias
Regi proprias conditiones iuſtitia Deo ſummo Regi Regũ
attribuitur, quia reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua; Et ſicut Ierem. 23
Ieremias exclamat. *Faciet iudiciũ, & iuſtitiã in terra*. Sed di
ces cum paruulus ſit Rex noſter, quõ faciet iudiciũ, & iuſti
tiam, hoc. n. non eſt officium puerorum? dr̃ quod paruulus
nutrice indiget, quæ alat eũ, & quę doceat ambulare, ſic q̃a
paruus eſt Dominus, prouidet ſibi Pater de nutrice optima, Pſal. 148.
ſcilicet iuſtitia, quæ dirigat greſſus eius, iuxta illud, *Iuſtitia* 14.
ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos, eſt enim iuſti Sap. 7. 11.
tia nutrix Regni, de qua Sapiens. *Venerunt mihi omnia bona*
pariter cũ illa; eius aũt ablatio eſt regnorũ perditio. Et quã-
uis Deus ſit iuſtus Iudex ad iudicãdũ, fortis ad exequendũ,
patiens ad diſſimulandũ, nõ tñ diu patitur eos, qui per iniu
ſtitiam pauperes moleſtant. Nullum quippè violentum (vt
vult Ariſtoteles) perpetuò durat. Propterea ait Dominus.

Auſero

Matt. 21. 43. *Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius*, ſicut ſi auferatur ſol à terra auferentur omnia bona, ſic
ablata iuſtitia nihil boni durat in terra. de qua Malachias.
Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Præterea
Malach. 4.2. quoniā iuſtitia eſt regni protectrix, tunc, etſi ſēper ſit ſtabile regnū Chriſti, ad magis tñ ſtabiliendum, & hāc ibi repetes: ſedet. n. Rex inhoneſte in throno ſine tapetib. iuſtitiæ.
Pſal. 88. *Iuſtitia, & iudiciū præparatio ſedis tuæ*, & ſi non fecerit iuſtitiā, timeat ſibi Rex. Et
Cyprian. Cyprianus de duodecim abuſibus ſæculi inquit. Sciat Rex, quod ſicut primus in trono conſtitutus eſt, ſic & in pœnis ſi iuſtitiam nō fecerit primatū habiturus eſt. Omnes enim peccatores, quos ſub ſe in præſenti habet, ſupra ſe modo plagati in pœna futura habebit. Sed ſi iuſtitiam fecerit, euadet iuſtitia eum protegente aduerſariorum manus. In hoc duntaxat confidebat Dauid, dicens: Feci iudicium, & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me. Atqui vellet aliquis fortaſſis noſtrum ſcire differentiā inter iudicium, & iuſtitiam, cum frequentiſſimè in Scriptura ſacra illa duo ſimul inueniātur coniuncta. Ego ſanè nō aliam reperio, niſi quia iudicium importat diſcuſſionem, & ſententiam: iuſtitia deſignat executionem. Quidam enim ſunt, qui nullum facere volunt iudicium, impediti rancore, odio, vel amicitia, qui pro amicis, quia ſibi propinqui ſunt iudicant: de his quos odio habent, male ſentiunt, quoſdam verò nec iudicare volunt corrupti pecunia. Virga piſcatoris, quamuis recta ſit, ſi tamen paruum piſcem accipiat modicum inclinatur: ſi verò magnum, ita inclinatur à rectitudine, vt aliquando frangatur. Sic virga iuſtitiæ (quæ in Pſal
Pſal. 44. mo dicitur) *Virga directionis, virga Regni tui*, pro modico munere ad patiem offerentem inclinatur, pro magno frangitur.

Apud Romanos quidam pictor depingere voluit iuſtitiā, in forma mulieris nullos oculos, & manus, habentis: dū autem diſcipulus pictoris incepiſſet depingere manus, & oculos illius imaginis, ſuperueniens Magiſter, redarguit eū dicē. Si oculos, & manus haberet iuſtitia, non eſſet latro maior in mundo ſicut iuſtitia. Itaq. ſicut ſagittarius collimans ad ſignum, vt ipſum directè tangat, vnum claudit oculum, & alium ſemi claudit, ſic qui rectitudinē ſigni iuſtitiæ vult attingere, oculos claudat ad pecuniam neceſſe eſt. Et vtinā omnes iudices cæci eſſent oculis, ad hoc, ne viderent pecuniam, & munera. Sunt autem, & alij, qui etſi faciunt iudicium, non tamen iuſtitiam, id eſt iuſtitiæ executionem, quia vel non faciunt, vel eam malè exequuntur, vel penitus non audent facere. Sicut enim literæ Regiæ ſine ſigillo, & charta in qua ſigillum apponitur non proſunt, ſic nec iudicium ſine iuſtitia, ſeu executione iuſtitiæ. Non erat talis Chriſtus Dominus, qui de facto fecit iudicium, & iuſtitiam in terra in ſuo aduentu. Et licet videatur in primo aduentu totaliter miſericordiam egiſſe, iuxta illud gloſſæ ſuper illud Pſal-
Lucæ 12. mo *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*: dicit miſericordiam in primo aduentu, & iuſtitiam in ſecundo. Præ
Ioan 8. terea quando petebatur ab eo, vt diuideret hæreditatem reſpondit. Quis me conſtituit iudicem inter vos? Adhæc dixit,
Diſt. 46. ergo non iudico quenquam. Deniq; abſoluit mulierē meretricem, quando debebat eam condemnare. Reuera tamen
4. Sent. in omnipotente Dei eſt miſericordia, & iuſtitia. *Iuſtus Domi-*
Pſ. 144. 17. *nus in omnibus vijs ſuis & ſanctus in omnibus operibus ſuis*. Et
Pſal. 95. paulò ante dixit. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, ſed
F ſcire oportet miſericordiam, & iuſtitiam in Deo dupliciter accipi poſſe, vno modo pro condecentia Diuinæ bonitatis, vt dicatur Deus iuſtè agere, quando facit, quod ad eum ſpectat, iuxta illud Pſalmi. *Honor Regis iudicium diligit*, res ſi fiant, ſicut decet. Atq; ſic in omni opere, quod creauit Deus, quia creaturam fecit, miſericorditer fecit. item quia eam decenter fecit, ideo ſemper diligit. Item capitur iuſtitia pro liberalitate in retributione præmiorum, & miſericordia pro pietate in effuſione donorum; atq; ſic in omni retributione eſt iuſtitia, in quantum Deus dat ſolummodò bona, aliquo modo merentibus ea, vel propter aliquos, qui aliàs meruerunt. eſt etiam in miſericordia, vel pietas, quia dat pluſquā meruerunt. Ruſus iuſtitia ſumitur pro ſeueritate pœnarum, & miſericordia pro ſubleuatione malorum, hoc pacto etiam in omnibus eſt iuſtitia in puniendo, & miſericordia in minus puniendo.

Itaq; in primo aduentu fecit ſummū opus iuſtitiæ, quia vt Richard.
dicit Ricardus quicquid homo Deo debuit, ipſe reddidit, & 3. Sent.
plus quam homo reddere potuit, idem. n. incarnatus, & paſ Pſal. 137
ſus, quod egit pro nobis reddidit. *Dominus retribuet pro me, et, quia* hoc non erat ſine miſericordia, ideo ſubdit. *Domine miſericordia tua in ſæculum*. Homo ēt erat debitor ſeruitutis, nam præextitit contemptor libertatis, quādo ſe ſubiecit aduerſario ſuo ſpontaneè conſentiendo. Sed pro nobis Dominus omnimodam obedientiam reddidit, cum ipſe nullā a-
liam deberet. Sic ēt homo debet implere omnē iuſtitiā, ſc. Matth. 3.
humiliando ſuo Domino, vnde Apoſtolus. *Cum venit pleni-* Ad Gal. 4
tudo temporis miſit Deus filium ſuum: ecce miſericordiam magnam, ſed quod ſubditur. *factum ſub lege*, opus maximæ iuſtitiæ oſtenditur, quia legem quam fecit ipſe impleuit.

Hoc tamen non obſtante, quod in primo Aduentu fecit iudicium, & iuſtitiā, magis apparuerunt miſericordiæ ſigna in hoc primo aduentu. quàm iuſtitiæ, ſed è contra erit in ſecundo. Sicut enim in primo ſoluit debitum pro homine, qđ ſoluere non potuit purus homo, ſic in ſecundo exiget ab homine peccatore, quod ſoluere nō poterit in æternū. Ideo di-
citur: *Dies illa, dies iræ*: non miſericordiæ, & Pſalmi. *Tunc lo-* Pſal. 2. 5.
quetur ad eos in ira ſua. In præſenti quidem vita diſcernit credentes à non credentib. Ego in iudicium veni, vt qui non vi-
dent videant, & qui vident cæci fiant. de quo Pſalm. *Iudica* Pſ. 42. 1.
me Deus, & diſcerne, cauſam meam de gente, &c. Quapropter in primo aduentu ſæpe iudicauit Dominus, vt patet in illis, quos ſeparauit, & eiecit de tēplo, & de peccatrice, quam ſuo iudicio iuſtificauit, & de Publicano, quem Phariſæo præpoſuit, & ſic exercuit iudiciū diſcretionis. Aliud verò iudiciū condemnationis, quod ēt habuit in primo aduentu, tantū-
modo ore pronuntiando, & pronuntiando, *de ore eius exibat* Apo. 1.
gladius ex vtraque parte acutus, ſcilicet damnationis. Simili- Ioan 8.
ter. *In peccatis veſtris moriemini*, ſed non tunc exequutus eſt, quia illud extremo reſeruauit iudicio. Sed quæret aliquis. Vigebat ne ante tempus aduentus Chriſti iuſtitia in terra, cum hoc pro magno mirabili reputetur eſſe faciēdū in aduentu Chriſti, an dimiſerit Dominus per tot tempora mundum ſine iuſtitia? Reſpondetur, quòd duplex poſſit intelligi iuſtitia, vna hominis ad hominem, & illa vigebat in terris, vt potè tempore bonorum Regum. Alia in ordine ad Dæmonem, iniuſtè detinentem hominem, ante aduentum Chriſti: ſicut enim vſurarius, quando debitor non eſt de ſoluendo, accipit filios, & filias, & redigit in ſeruitutem, iuxta illud mulieris clamātis ad Eliſeū. Ecce venit creditor, vt tol-
lat duos filios meos. Mutuauerat aūt peccator Adam, & nō 4. Reg. 4.
habebat vnde ſolueret, ideo Diabolus totam eius poſteritatem occupauit, ac proinde eo vſq; eam detinuit, quouſq; verus Eliſeus Dominus IESVS venit in hunc mundum, qui per oleum miſericordiæ, & ex meritis ſuis partim ſatisfecit, partim ēt vitam nobis reſtaurauit, ſicut dictum eſt mulieri ibidem. Redde creditori tuo, tu aūt, & filij tui viuite de reliquo. Sed dices. Iam præſcripta erat detentio illa à Diabolo? minimè: quia per Moyſem legiferum ſuum publicauerat Deus, & ſuſtulerat præſcriptionem dicens Pharaoni, qui
Diabolum repræſentabat. *Dimitte populum meum, vt ſacrifi-* Exod. 5. 1
cet mihi in deſerto. Præterea, quia non poterat præſcribere, qui dolo cœperat poſſidere, fraude enim per ſua mendacia
hominem deceperat. Inde clamabat genus humanum. *Ap-* Pſ. 34. 2.
prehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi: concluде: aduerſus eos, qui perſequuntur me, id eſt, exclude eos, & dic animæ meæ ſalus tua ego ſum. Multi enim dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius, qui ſcilicet ſunt de parte malorum, nēpè Dæmones. Præterea dic animæ meæ ſalus tua ego ſum. Et ego debitas Regi meo Chriſto gratias agam pro tanta eius miſericordia. Dignitatem Regis mei, quæ conſiſtit in tanta potentia, ſapientia, potentiam, iuſtitiam, & iudicium ſedula mente recogitabo, de peccatis commiſſis dolebo, & ſacris virtutibus inſiſtam, vt miſericordiam in illo die extremo ab eo mihi obtinere valeam. Fateor dignitatem Regis noſtri Chriſti, non ſolùm conſiſtere in multitudine populi, non ſolùm in manſuetudine, ſed in potentia, ſapientia, iuſtitia, qua iudicauit genus humanum à poteſtate Diaboli liberandum, & æterno paradiſo reſtituendum, ad quod nos illa æterna Sapientia virtute omnipotentiæ ſuæ perducat. Amen.

Digitized by Google

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Reſurrectionis.

Matt.28. Ioan.20. v.28.

Surrexit Dominus.

Expectatio iuſtorum lætitia, ſpes autem impiorum peribit.

Seneca.

NOn eſt dubium, quòd lætitia, & beatitudo æterna expectet iuſtos in cælo, quemadmodum Seneca docuit plurimum intereſſe inter illos, qui magiſtratum aliquem expectant, & eos quos magiſtratus ipſe dignitaſque præſtolatur: illi enim ſperant magiſtratum, qui magiſtratu honeſtandi ſunt: illos verò magiſtratus ipſe expectat, quia ipſimet magiſtratui decorem, & gloriam allaturi ſunt. Lætitia, & beatitudo expectat iuſtum, quia à iuſto poſſeſſa decoratur, & honeſtatur. Nam ſicut quædam (verbi cauſa) honoris inſignia, vel ſtemmata, non modo ſplendida ſunt, quia ingentes prouentus adiunctos habent, ſed etiam quia nobilibus tantùm impenduntur; ſicut vellus aureum, ſolis Regibus, & Principibus impenditur: ſic etiam Beatitudo non modo ſplendorem habet, quia ipſa per ſe magna, & bonis omnibus locuples eſt, ſed etiam ex eo mirum in modum ipſa amplificatur, & decoratur, quòd non niſi iuſtis tantùm conferatur, à quibus nimirum ſplendorem, atque decorem ſibi accerſit, iuxta illud

Pſal. 67.

Pſalmiſtæ. *Rex virtutum dilecti dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia*; ſpecies, & decor domos Dei, ſunt ſpolia erepta infernali Tyranno. Quemadmodum Petrus Vega refert de quodam Duce Gallo, cuius pietas, & obſeruantia in Apoſtolicam ſedem ex eo vehementer commendatur, quòd cum quidam latrunculi deſpoliaſſent Romam, & totam deprædati eſſent, in redeuntes cum ſpoliis ille repente irruit, vicit, & ſpolia abſtulit, inter alia autem ſpolia, remiſit Romam tapetia ex auro, & ſera miro modo contexta, quæ in capella Papæ ſub Gregorio XIII. retinebantur, cum epitaphio aureo referente, tantum pietatem illius Galli in ſedē Apoſtolicam. Quemadmodum ergo illa tapetia erant ſpolia, & ornamenta capellæ Pontificiæ, ſic ſancti ſunt ſpolia, & ornamenta domus Dei. Non eſt ergo dubium, quòd cęleſtis Beatitudo expectat iuſtos, quia ex illis decorem ſibi accerſit. Iuſti quoque expectant beatitudinem, & illa expectatio eſt illorum lætitia, quòd ſanè mirum eſt, nam cùm ſpes dilata animum angere, & cruciare ſoleat, tamen hæc expectatio lætitia eſt, id eſt non cruciat, ſed oblectat, deliniteq; animum: vnde Paulus ad Romanos: *Spe* (inquit) *gaudentes*.

Petrus Vega.

Paulus ad Rom. 12.

Tanta autem eſt huius ſpei lætitia, & ſolatium, vt ad magnas tribulationes, & ingentes labores iucundè ferendos, robur præbeat; ſubdit enim Paulus, *in tribulationibus patiētes*. Sed audiendus pſeudo Auguſtinus in Sermone ad fratres in Eremo. O ſpes tu omnia portare facis dulciter, & ſuauiter, per te Apoſtoli ad mortem gaudentes perrexerūt. Sed cur (inquies) cùm ſpes aliæ animum angere, & affligere ſoleant, hæc contra lætitia eundem erigit, & alacritate perfundit? Rationem obtulit D. Ioannes Chryſoſtomus in ſermone de fide, ſpe, & charitate. Certitudo (inquit) in cauſa eſt, quia ſpes, quòd ſperat iam quodammodo cernit. *Videmus nunc* (inquit Apoſtolus) *per ſpeculum in ænigmate, tūc autem facie ad faciem &c.* Aliarum enim rerum expectatio, ideo affligit, & cruciat, quia anceps eſt, atq; dubia, hæc verò iuſti ſpes, ideo delectat, quia certa, & conſtans eſt: adeò vt hac in re locum habeat vulgare illud apud iuriſperitos. Spes certa, & indubitata adeundæ hæreditatis æquiualet poſſeſſioni, aut retentioni. Expectatio ergo indubitatæ gloriæ, ita lætificat iuſtos, ac ſi iam comprehendiſſent, quia non fruſtra eſt, quia certo certius illa lætitia, quam expectant eos excipiet, ideo & dum expectatur lætificat, & tantò magis, quantò multiplicem expectat lætitiam, ex glorificatione corporum de qua nos hodiernum Euangelium certificat.

Pſeudo Aug. in ſerm. 20. ad fratres in Eremo

D.Chryſ. in ſermo. qui ſubijcitur cōment. Epiſt.1.ad Corinth.

1.Cor.13 v.12.

SVRREXIT NON EST HIC. Si enim Chriſtus reſurrexit in corpore glorioſo, & nos reſurgemus. *Expectamus enim Dominum Ieſum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* De vtraque lætitia prophetauerat. Iſaias. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum gaudium, & exultationem obtinebunt.* Neque imaginandum eſt talem hanc lætitiam futuram, qualis fuit ex fabula poetarum Tantali, ſuper cuius caput fingebant maximā fuiſſe diuerſorum fructuum abundantiam, ipſe tamen præ fame moriebatur, nec ſe mouere poterat ad capiendum fructum: non eſt inquam imaginandum talem hanc futuram iuſtorum lætitiam, licet dicat Propheta, quòd *lætitia ſuper capita eorum*, ſubdit enim, *gaudium, & exultationem obtinebunt*, id eſt comprehendent lætitiam, quæ erit eis pro corona in capite; Et quoniam cor eſt ſedes lætitiæ, & triſtitiæ, ideo ſubdit, quòd obtinebunt, id eſt corde comprehendent; non erit talis lætitia qualem fingebant fuiſſe Poetæ Tantali, erit lætitia in anima, & corpore, obtinebunt enim lætitiam in anima, & in capite, id eſt in toto corpore, accipit enim Propheta partem principalem pro toto. Maximè autem ſpem iuſtorum lætitia excipiet, cùm id, quod diu expectarunt voti compotes accipient, quod in hoc mundo minimè eueniet, hoc enim errore ſeducti filij Iſrael quondam lamentabantur, videntes mortuorum ſuorum corpora perire, & in puluerem redigi: Sed errorem eorum redarguit Deus per Agæum Prophetam dicens. *Nunquid iam ſemen in germine eſt, & adhuc vinea, & ficus. & malumgranatum, & lignum oliuæ non floruit ex die iſto benedicam*: Præſens vitæ tempus eſt hyems frigidiſſima, quomodo ergo poteſt eſſe germen in ſemine, quomodo vinea, ficus, malumgranatum, lignum oliuæ florere poteſt? quando veniet ver illud lætiſſimum, ex die illo (inquit Deus) benedicam. Dei benedicere eſt benefacere, ſicut noſtrum benedicere eſt gratias agere, ex die igitur illo benedicit Deus iuſtis, quoad animā, quando ex corporibus migrabunt, ex die illo vniuerſalis corporum reſurrectionis, benedicet Deus iuſtis quoad corpora, quia corpora eorum glorificabit. Tunc igitur expectatio iuſtorum erit lætitia, quando eius, quod expectabāt compotes fierit, Spes autem impiorum peribit, quia, vt inquit idem Salomon, *Domus impiorum peribit*, Corpora damnatorum, quæ ſunt animæ domus igni tradentur, marceſcent, & denigrabuntur, vt carbo; tabernacula autem iuſtorum, corpora Sanctorum, quæ ſunt animæ tabernacula florebunt, quia ex illo die benedicet Deus iuſtis, ſicut hodie benedixit Chriſto, vti dicit Euangelium, ad cuius interpretationem accedamus. Vbi expectationem Reſurrectionis D. diligentiam, & lætitiam Sanctarum mulierum, ex viſione Angelorum, & reſurrectione Domini conſidera.

Iſaiæ. 35. v.10.

Tantalus

Agæi. 2. v.20.

MARIA MAGDALENE, ET MARIA IACOBI, ET SALOME EMERVNT AROMATA, VT VENIENTES VNGERENT IESVM. In primis hic obſeruandum eſt, nullam eſſe inter Ioannem, & Lucam, diuerſitatem, quòd vnus dicat ſolam Mariam Magdalenam ad ſepulchrum veniſſe, & ſublatum corpus Domini. Petro tantùm, & Ioanni intimaſſe, alter verò plures mulieres indicat veniſſe, & ſolum Petrum ad monumentum cucurriſſe: ſicut enim non ſola venit Magdalena ad Apoſtolos, quanquam hanc ſolam Ioannes nominet, quod inter alias eſſet præcipua, ita quoque non ſolùm ad duos venit Apoſtolos, licet ſolùm duos exprimat Euangeliſta, quòd his præcipuè Magdalena locuta ſit, propterea quòd ſingulari affectu Dominum proſequeretur & verba Magdalenę diligentius audierunt. Id autem ex verbis ipſius Magdalenæ colligere poſſumus. *Tulerunt* (inquit) *Dominum meum, et neſcimus vbi poſuerunt eum.* Dum enim non dixit. Neſcio, ſed neſcimus; ſignificat ſatis ſe cum alijs mulieribus Dominum quæſiuiſſe. Verùm ſcrupulus oritur, quòd Magdalena dicat. *Tulerunt Dominum meum*. Lucas verò narrat mulieres dixiſſe Apoſtolis, quæ viderant, ac audierant, & dixerant ſe

vidiſſe

vidiſſe Angelos,qui aſſerebant eũ viuere. Quomodo Mag-
dalena dixit. Tulerunt dominum de monumento, & neſci
mus vbi poſuerunt eum. Sed facilè ſcrupulus tollitur, ſi at-
tendamus ad infirmam fidem mulierum,quæ non credebãt
vera eſſe ea,quæ ab Angelis audierant, ſed putabant ab eis
ſublatum corpus Domini fuiſſe: quanquam narrarent ea,
quæ audierant,ſeu viderant. Itaque quoniam de prima ap-
paritione Angelorum, in tribus Euangeliſtis diligenter an
Mos Euã- notata nihil commemorauit Ioannes, ea tantùm explicat,
geliſtarũ quæ verba Magdalenæ indicant,mos quippè Euangeliſta-
rum eſt,cum aliquid omittunt,ab alijs fuiſſe narratum ſup
ponunt,continuátque narrationem,acſi nihil fuiſſet omiſ
ſum. Obſeruandum præterea, quòd quamuis Lucas dicat
ſolùm Petrum ad monumentum pertexiſſe,alibi tamen a-
pertè dicit plures acceſſiſſe. *Et abierunt* (inquit) *quidam ex
noſtris, & ſic inuenerunt, ſicut mulieres dixerant, ipſum verò*
Luc. 24. *non inuenerunt*. Ex Luca ergo ſatis conſtat, non ſolùm Pe-
v. 24. trum adijſſe ſepulchrum. Annotat S. Auguſtinus, magnã
infidelitatem conditionis humanæ; Magna (inquit) infide-
S. Auguſ. litas conditionis humanæ. Quando locuta eſt Eua, quod
Serm. 144 dixerat ſerpens,audita eſt, citòque mulieri creditum eſt,
C ſœminis autem vera dicentibus, quòd Chriſtus viueret,
minus creditum eſt. Quia ergo per ſœmineum ſexum ceci-
dit homo, per ſœmineum ſexum reparatus eſt homo. Sur-
rexerat Ieſus,& lapide, & ſignis impoſitis ſuper ſepulchrũ
(cum hoc manifeſtari opporteat in reſurrectione) aperuit,
ſiue amouit per Angelum lapidem illum,quo illa claudeba
tur domuncula, intra quam erat ſepulchrum Domini. Ita
res credita eſt,hoc & Magdalenam mouit,maximè namq;
Magiſtrum diligebat, ideoq; poſtquam Sabbatum præte-
rijt,quieſcere non potuit, ſed valde mane quærens aliquã
conſolationem eo ſe contulit, vbi conſolatorem ſuum inti-
mum ſepulrum eſſe ſciebat, & cum videret lapidem reuolu
tum,neque intrauit,neque introſpexit, ſed ad diſcipulos cu
currit ex nimio deſiderio. Id enim volebat,vt quam citiſſi-
mè, quid de corpore factum eſſet intelligeret,quòd & cur-
ſus,& verba ſignificant. Non expectabant hæ mulieres re-
ſurrectionem Chriſti otioſè, ſed ex pietatis affectu aroma-
ta emunt,ad ſepulchrum properant,diligenter inquirunt,
& ideo meruerunt videre illum.& de illis illud Salomo-
nis verificatum eſt. *Expectatio iuſtorum lætitia*. Sicut è con-
tra de otioſis verificantur aliæ ſententiæ Salomonis parti-
culares nempè. *Spes impiorum peribit*. Eſt plura ergo in
Magdalena, & his mulieribus ſanctis, expectantibus reſur
rectionem Chriſti notatu, & imitatione digna cernimus,
pietatem,diligentiam,amorem feruẽtem, fidelitatem, &c.
Pietas innuitur cum dicitur.

EMERVNT AROMATA, VT VNGERENT
IESVM. In diſputationem aliqui vocant, an omnia bona
temporalia ſint poſtponenda ſaluti corporis? vt ſi (verbi
gratia) aliquis infirmaretur, nec morti aliter obuiare poſ-
ſet, niſi millionem auri expenderet in medicinam, quæ eſ-
ſet tota eius poſſeſſio, an id bona conſcientia facere poſſet,
vel potius debeat mori,quàm mortem euadere, in tam in-
genti rei familiaris diſpendio; & aliqui dicunt,quòd ſic,a-
lij autem affirmant, quòd bona conſcientia omnem ſuam
ſubſtantiam, & poſſeſſiones licet et expendere pro ſalute
corporis,præcipuè ſi ſit perſona publica; Sed quicquid ſit
de ſalute vitæ corporalis, certè pro ſalute animæ, & gratia
Dei acquirenda, & conſeruanda omnia temporalia licitè
poſſe expendi non eſt, qui dubitet,vt docuit Chriſtus cum
Matt. 16. dixit. *Quid enim homini prodeſt, ſi vniuerſum mundum lucre-*
v. 24. *tur, anima verò ſua detrimentum patiatur*? imo non ſolùm bo
na temporalia, ſed & ſalus corporis,atque membrorum in
tegritas eſt poſtponẽda ſaluti animæ,vt idem Chriſtus præ
Marci 9. cepit faciendum, cum ait. *Si oculus tuus ſcandalizat te*, De
v. 47. honore Dei, & gloria Chriſti non eſt etiam dubium,quod
quæcunque temporalia ſint poſtponenda honori ipſius, &
ex pietate in honorem eius conferenda. Non ita ſicut do-
Lycurg. cuit Lycurgus,qui in ſuis legibus præcipit, Dijs minuta, &
vilia offerenda,vt ſæpius offerre poſſis. Nec ſicut docuit So
crates ſimiliter minuta,& vilia Dijs offerenda eſſe,quia (in
quit) deuotionem non donum Dij ſpectant. Magis enim
honorat Deum,qui propter ipſum omnia bona temporalia
relinquit,eaque Deo ſacrificat,& ſeipſum Deo offert, ſicut
faciunt Religioſi per profeſſionem,quàm qui ex bonis ſuis
minutas, & viles eleemoſynas faciunt. Et licet Deus deuo
tionem in oblationibus ſpectet, reſpicit tamen, & ad mu-
nera offerentis,*reſpexit enim ad Abel, &c.* id eſt ad deuo-
tionem ipſis,tamen,& munus,acceptauit, vnde, & in exo-
do præcepit. *Omnis voluntarius, & prompto animo offerat eas* Exodi 35
Domino, aurum, argentum, & æs, coccumque bis tinctũ, & byſ v. 5.
ſum, piloſque caprarum. Si enim ſolam deuotionem ſpecta-
ret,cur aurum, & argentum offerre præciperet? pauperes
ergo vilia, & minuta offerre debent, diuites autem pretio-
ſa, ita tamen, vt pauperes deuotione compenſent ſi pretio-
ſa offerre non poſſint, hæ mulieres ſanctæ emerunt aroma
ta,ex pietate erga Chriſtum,in honorem eius,pro ſalute a-
nimarum ſuarum non vilia,& mutua, ſed precioſa, omnia
temporalia honori Chriſti poſtponentes. In hac pietate er
ga mortuos,imitantur has ſanctas mulieres illi, qui bono-
rum Principum mortem lugent,quemadmodum Boleſlai, Cromer.
primi Polonorum Regis mortem vniuerſa Polonia opti- lib. 3.
mo,& benemerito Rege orbata,annum totũ in luctu fuit,
ita vt neque conuiuia vlla, neque choreæ celebrarentur,ne
que cultioribus veſtibus quiſque nobilium virorum, aut fœ
minarum ſe ſe veſtiret. Item qui Eccleſiæ ſanctæ in neceſſi-
ta ſubueniunt, vt de Polonis ſcribit Cromerus. Nam In Cromer.
nocentio Pontifice maximo à Frederico Imperatore vehe- lib. 8.
menter exagitato conuocato Vratiſlauiam Epiſcoporũ Sy-
nodo decretum eſt, vt quinta pars redituum Eccleſiaſtico-
rum ex tota Polonia,in triennium ei decerneretur in ſubſi
dium. Prædictæ ergo mulieres omnium impenſarum, labo
ris,& periculorum oblitæ,ſolius in Chriſtum pietatis me-
mores,ferentes aromata vadunt ad monumentum, non a-
lia intentione,niſi,vt textus Euangelij dicit.

VT VNGERENT IESVM, vt ſic victor, & trium- D
phator eſſet non ſolùm mortis,ſed etiam præcipuè effectus
illius, qui eſt corporis putrefactio. Propterea enim volue-
runt vngere Ieſum ne putreſceret, vt adimpleretur, quod
de eo ſcriptum erat, *nec dabis ſanctum tuum videre corru-
ptionem*. Multò fidelius, & ſincerius hæ mulieres ſan-
ctæ exoptabant hanc victoriam Chriſto, quàm ille, de quo
ſcribit Plutarchus, quòd cum ex victoria Auguſtus aduer- Plutarc.
ſus Antonium reuerteretur, ille inter congratulantes oc-
currit Auguſto habens coruum in manu,qui edoctus voces
referebat. *Salue victor Cæſar Auguſte*. Iuſſus deinde vt a-
lium coruum,quem domi habebat produceret,allatus pro-
tinus intonuit. *Salue victor Antoni*. Vnde aſtutia,& infi-
delitas eius innotuit. Nihil tale in his mulieribus Sanctis
notari poteſt, fideliſſimè enim Chriſto deſeruiunt, emunt
aromata,victoriam contra corruptionem exoptant. Pro-
pterea etiam valde manè veniunt ad monumentum, vt in-
quit Euangelium.

ET VALDE MANE VNA SABBATORVM
VENIVNT AD MONVMENTVM. In hoc, nota-
tur deſiderium, diligentiaque harum ſanctarum mulierũ
inueniendi Chriſtum,vt nec tenebræ noctis,nec magnitu-
do lapidis,nec Angelorum viſio eas auocet, vel deterreat.
Qui perpenderit ſufficienter,quàm pauper, & miſera ſit a-
nima ſine Deo,non mirabitur, quòd veniant mane ad mo-
numentum,quòd vigilent, & diligenter quærant Chriſtũ.
De hac re dixit Dauid. *Anima mea, ſicut terra ſine aqua ti-
bi*, id eſt, ſicut terra ſine his,quæ vim nutriendi habent, ſi-
ne calore,ſine ſole,ſine luna,ſine aqua; ſic anima ſine Deo
Aquæ enim,& ſol nutriendi vim habent, eorumque benefi
cio res aluntur,& gliſcunt,inquit Heſiodus. Terra ſine ſo- Heſiodus
le,& luna eſt,ſicut pupilli abſque patre,& matre: Sol enim
eſt,ſicut Pater. Quando Patriarchæ Iacob retulit Ioſeph Gen. 37.
ſomnium, in quo ſol luna, & ſtellæ adorabant eum, intu- v. 10.
lit Patriarcha, *Ergo pater, & mater tua, & fratres tui adora-* Sol & Lu
bunt te ſuper terram? Sol enim tanquam pater omnia calore na.
ſuo viuificat,vnde dixit Ariſtoteles,ſol, & homo generant
hominem; Luna verò tanquam mater omnia humectat, &
humiditate ſua ſuſtentat. Idcircò nihil infelicius, nihil miſe
rabilius terra ſine his planetis, vnde & in ſcriptura dicitur,
quòd antequam Deus creaſſet luminaria magna ſolem, &
lunam, *terra erat inanis, & vacua*. Nõ eſt ergo mirum,quod
tanto deſiderio,tanta diligentia valde mane quærebant hę
mulieres Dominum Ieſum,quia ille erat ſol,& pater omniũ

fide-

Pſal. 129. v. 1. Trâſlatio Fælicis.

fidelium, ſuperabant diligentia etiam ipſam ſepulchri cuſtodiam, vnde & dicere poterant, *à cuſtodia matutina vſque ad noctem, &c. ſperauit anima mea in domino*, vel vt tráſtulit Fælix ex Hæbræo. Anima mea ad Dominum ſupra obſeruantes mane, id eſt diligentius quærit Dominum, quàm diligentiſſimi quique ſpeculatores, & Cuſtodes Caſtelli; quorum diligentia illa repetitione (obſeruātes mane) exprimitur; vel diligentius quærit Dominum, quàm vigiles, qui pro diuerſis temporibus, & horis ſibi ſuccedunt, & omnes ſummoperè auroram expectant, vt quieſcere poſſint, vt inquit Campenſis. Anima inquit ardentius expectat dominum, quàm vigiles nocturni ſomno grauati tempus matutinum, tempus quo dormire liceat ipſis. Cæterùm hæ mulieres mane quærentes dominum ſignificant Eccleſiam, quæ à cuſtodia matutina, id eſt à cuſtodia ſepulchri Chriſti domini, à principio reſurrectionis eius, ſperat in domino, in Chriſto reſurgente, quòd quia ſi ipſe reſurrexit, & nos reſurgemus. Non enim in ſolo Chriſto patiente, ſed vel maximè in Chriſto reſurgente ſpes noſtra ſita ſit oportet. Non hoc à vigilia matutina cœpit ſperare Eccleſia de Domino, quòd præceſſit in domino, non vitam præſentē, ſed æternam, non pœnam, ſed gloriam. Poteſt etiam quis per mane intelligere æternitatem, vt inquit Gregor. quid eſt mane niſi ſequentis diei initium, quæ autem dies, niſi illa, de qua dictum eſt. *Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia.* In hac quippè vita diem non habemus; diei mane eſt futura reſurrectio, in illo autem mane, auditam faciet dominus miſericordiam ſuam, cum ſegregatis ad dexteram agnis dicet: *venite benedicti*. Fælix mane, in quo non in ſepulchro, ſed in Maieſtate inuenitur Chriſtus; nō quæritur, ſed in poſſeſſionem accipitur æterna beatitudo. Vtinam hac mane audiamus miſericordiam cum Dauid dicente. *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam.* Iam verò, illas mulieres de corpore Chriſti multùm ſollicitas ſequi, & earum confabulationes auſcultare libet, videreque quid loquantur adinuicem.

Campenſis. — Pſal. 88. v. 11. — Pſal. 142. v. 8.

E

QVIS REVOLVET NOBIS LAPIDEM AB OSTIO MONVMENTI? Ex amore in Chriſtum vehementi, affectu viſendi corpus domini incitatæ, de lapidis impedimento nihil antea cogitauerant: hæc eſt enim vis amoris, vt quæ amas ita deſideres, vt nihil ſe tibi opponere poſſe perſuadeas, *quia fortis, vt mors dilectio lampades eius, lampades ignis*, qui cum ſemel fuerit accenſus, non ſtatim extinguitur. Sanè qui rectè Deum quærit, & perſeuerantes deſiderat, ſuo deſiderio non fraudatur: nam vbi deſunt propriæ vires, adeſt Diuina virtus, ideò dicitur.

Cant. 8. v. 6.

ET RESPICIENTES VIDERVNT REVOLVTVM LAPIDEM. ERAT QVIPPE MAGNVS VALDE. Et ſic verificatum eſt illud Salomonis. *Expectatio iuſtorum lætitia.* Hæ mulieres Sanctæ cum ſumma pietate, & feruore in Chriſtum, expectabant videre Ieſum, vt dictum eſt, & ecce expectatio iuſtorum lætitia viderunt reuolutum lapidem. Quod Mariæ valde mane euntes ad monumentum, & ſollicitæ de reuolutione lapidis, inuenerunt illum reuolutum; figura erat futuræ Eccleſiæ Catholicæ. Quemadmodum enim in ſepulchro repoſitus erat precioſiſſimus noſtræ ſalutis theſaurus Chriſtus dominus, ita futurum erat, vt in Eccleſia Catholica ſint theſauri infiniti meritorum Chriſti; Sacramentorum Eccleſiæ, quæ ex opere operantis potius, quàm ex opere operato nobis conferunt gratiam: non tàm labore, & inſtrumentis reuoluitur hic lapis, quàm beneficio Chriſti domini, non induſtria humana inueniuntur hi theſauri, ſed ipſi ſe manifeſtant. Idem hæc eſt differētia inter Eccleſiam Catholicam, & Synagogam Hebræorum, non ſolùm quia (vt inquit D. Thomas) lex vetus dictat faciendum, noua vires ſubminiſtrat ad opus; ſed etiam, quia hic gratia Chriſti ex opere operato beneficia accipimus, ita quod ſicut lex noua vocatur lex gratiæ, ita lex vetus lex laboris dici poterat. Refert Plutarchus, quòd cùm Duci exercitus Romani Valerio, Senatus Romanus in præmium meritorum eius ædificare mandaſſet ſumptibus Reipublicę, & cōmuni fiſco palatium ſplendidum, ita ordinatum fuit, vt fores palatij non ex palatio interius, ſed ex foro ab extra aperirentur: per quod innuere voluerunt, tanti meriti illum virum fuiſſe in Republica Romana, vt non ſolùm hoc beneficio dignus eſſe cenſeretur, ſed pluribus alijs, quibus ſucceſſu temporis gratitudinis ergo, à Republica decorari promeruit. Fores ergo ab extra aperiendæ, ſignificabant plura beneficia in domum illius inferenda ex gratia Reipub. Eſt tanti meriti apud Deum Patrem Chriſtus, vt nō ſolùm in gratiam illius tam amplum palatium Eccleſiam Catholicā ędificauerit Deus, ſed plurima beneficia ex merito eius, ex opere operato, vt dicunt Theologi quotidie conferat. Hoc ergo ſignificat lapis reuolutus ab oſtio monumenti. ET INTROEVNTES IN MONVMENTVM, id eſt in domum illam rotundam, quæ in petra erat exciſſa. VIDERVNT IVVENEM SEDENTEM IN DEXTRIS, quæ maior lætitia in hac vita cogitari poteſt, ſicut Angelorum viſione conſolari? viderunt autem Angelum ſedentem ad meridianam plagam loci illius, vbi poſitū fuerat corpus Ieſu; hoc enim erat in dextris, quia corpus ſupinum iacens, caput habebat ad occaſum, dextram ad auſtrum. ET OBSTVPVERVNT: præ gaudio, & lætitia. Intus ergo hoc eſt in primo ſacello ſepulchri erat lapis magnus, quem reuolutū mulieres inuenerunt, & obſtupuerunt, quia fragilitas humana confunditur, vbi diuina virtus manifeſtatur. Non eſt certè dubium, quòd non ſolùm obſtupuerint nouitate rei perculſæ, ſed etiam lætitia fuerint perfuſæ ex viſione Angeli, qui, & in perſona, & in veſtibus lætitiam, & conſolationem præſeferebat: Non quieſcunt tamen, viſio Angelorum non tollit deſiderium videndi Deum, omnia, vt mortales timemus, omnia vt immortales concupiſcimus, vt inquit Seneca, ſed nihil ita deſideramus, ſicut videre Deum, nihil cor noſtrum quietat niſi Deus, quem cum poſſidemus nihil eſt, quòd amplius concupiſcamus, quia cum ipſo omne bonum poſſidemus. Vnde, & glorioſus noſter Patriarcha Franciſcus ſæpius dicere ſolebat. Deus meus, & omnia. Verum enim verò ne de Chriſti reſurrectione, quem tantoperè Mariæ videre deſiderabant, aliquis remaneret dubitandi locus, vt omnis penitus ambiguitas tolleretur, quòd Ieſus Chriſtus ſit filius Dei, quòd ſit mortuus, crucifixus, ſepultus, & quòd ex ſepulchro reſurrexit, vt etiam timorem de cordibus eorum expelleret, & in quærendo Chriſto animaret dixit eis Angelus NOLITE EXPAVESCERE. Videbat enim anxietatem illarum, quæ procedebat ex pugna paſſionum contrariarum, nempè amoris, & timoris, triſtitiæ & lætitiæ. Timorem incutiebat horror ſepulchri, tenebræ noctis, cuſtodia militum, amorem autem Chriſtus, qui in cordibus earum viuus erat, licet mortuus fuerit in cruce, excitabat, triſtitiam mors Chriſti, lætitiam viſio Angelorum. Inter ignem, & gelu maxima eſt pugna; inter calorem, & frigus, dum vna qualitas aliam ſuperare prætendit, ex qua pugna mirabiles eueniunt effectus, ſicut in cœlo tonitrua &c. Cum enim exhalatio calida, & ſicca à nube frigida circumſtante clauditur, ſi caliditas frigiditatem ſuperat, rumpit nubem, & inde fulgur, & tonitru, & nubes rupta in aquam reſoluitur. Quia ergo in corde mulierum illarum Sanctarum, ignis amoris erga Chriſtum fuerat ardentiſſimus, è contra verò timor, & oſsium tremor frigidiſſimus, conſequens fuit, vt in corde earum tanta oriretur pugna, quanta contingit in nubibus cœli, dum caliditas frigiditatem ſuperat. Ne ergo corda earum quodammodo rumperentur diuinitus ordinatus eſt Angelus, qui eas conſolaretur, & conſortaret, dicendo nolite expaueſcere.

Sacramenta Eccleſiæ. — Plutarc. — Eccleſia Catholica. — Seneca. — Ariſt. in Meth.

F

IESVM QVÆRITIS NAZARENVM CRVCIFIXVM. Primus omnium eis animum addidit. Nolite (inquit) expaueſcere. Si enim Ieſum quæritis non eſt, quòd timeatis, quia potens eſt vos defendere. Deinde illorum obſequium commemorat, quia Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, qui crucis aſperitatem non reformidauit, ſed pertulit, gloriam eius non abſcondit, ſed exaltauit, vos per eam redemit, & ſemetipſum glorificauit. Paueant illi, qui non amant aduentum ſupernorum ciuium; pertimeſcant, qui carnalibus deſiderijs preſſi, ad eorum ſocietatem pertingere ſe poſſe deſperant. Vos autem, cur pertimeſcitis, qui veſtros conciues videtis? Qui ergo crucifixum Chriſtum quærit, non pertimeſcat mundi huius principatum, non paupertatem; non laborem, & dolorem, non denique fraudulentas machinationes, quas aduerſarius inceſſanter

ſtruit,

ſtruit, & moliri nõn deſinit: affatim diues eſt, qui cũ Chriſto pauper eſt, nè, quæras in hac vita Chriſtum regnantẽ, ſed patientem. *Ego* (inquit Apoſtolus) *non ſum arbitratus me* [1. Cor. 2. v. 2.] *ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixũ*, nec in aliquo alio gloriari volebat aut nouerat, *niſi in cruce* [Ad Gal. 6.] *Domini Ieſu*. Qui ſic quærit Ieſum Chriſtum Nazarenum crucifixum, non timet crucem, ſed libenter eam amplectitur, & in eius cruciatibus gloriatur. *Iſte eſt Deus meus* (dicebat [Iſ. 12. v. 2] Iſaias) *fiducialiter agam, & non timebo*: Et Dauid, *Dominus* [Pſ. 117.] *mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo*. In hac ergo vita Chriſtum potius patientem, quàm regnantem quærere debemus, vel ſi regnantẽ quærimus paſſionis eius memores eſſe debemus; ideo enim non dixit Angelus, Ieſum quæritis mortis victorem, & triumphatorem, licet in rei veritate fuerit victor, & triumphator mortis, & inferni iuxta illud. *Ero mors tua ò mors, & morſus tuus inferne*. Sed di [Oſeæ 13. v. 14.] cit Ieſum quæritis crucifixũ quia memoria paſſionis Chriſti ita neceſſaria eſt, vt nec in cęlo eius ſit obliuio, teſte D. [D. Ioa. in Apóc. c. 5 v. 6.] Ioanne in Apocalypſi, *vidi* (inquit) *in medio throni agnũ ſtantem, tanquam occiſum*. Quid igitur mirum, quòd mortis, & paſſionis Chriſti domini Angelus mentionem faciat, in lætiſſima Dominicæ Reſurrectionis ſolennitate, cùm toties repetitur *Alleluia*, Si in throno, & maieſtate, atque gloria, in cęlo ſedente Chriſto, mortis eius fit mentio, & proponitur ſimilitudo; quid enim habet maieſtas cum morte, quid gloria cum occiſione agni. Omnia hæc eo animo commemorantur, vt iugis, ac perpetua in cordibus noſtris, maneat dominicæ paſſionis memoria. Nam, qui ſic quærunt Ieſum Crucifixum, inueniunt Diuina ſua potentia reſuſcitatum, qui quærunt agnum inueniunt leonem, qui quærunt patiẽtem inueniunt omnibus timendum, & glorioſè reſurgentem, quia expectatio iuſtorum lætitia, ideo ſubdit Angelus.

SVRREXIT, NON EST HIC: Quanta lætitia exultabant cum hæc audirent. Omnis ambiguitas penitus tollitur, quòd Ieſus Chriſtus ſit filius Dei, quod ſit mortuus ſepultus, & quòd ex ſepulchro reſurrexit, Angelus hoc proteſtatur, Euangeliſtæ hoc ſcripſerunt; ſi Angelo, & Euangeliſtis fidem non adhibemus, hominibus vtique adhibebimus, qui prophetizant de cordibus ſuis? Abſit. Eſt enim Deus verax, iſti autem ſunt viri mendaces. Et hinc nobis [Eccleſ. 1. v. 2.] maxima oritur lætitia, ita vt iam dicere poſſimus. *Melior eſt dies mortis, die natiuitatis*, Sed quomodo melior eſt mors, q̃ vita, cùm mors ſit priuatio boni, priuatio vitæ, priuatio autem in ſe nihil eſt, at vita tantum bonum, quo nullum maius. Melior eſt mors, quàm vita propterea, quia ſi Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus; deinde quia per mortem acquirit homo, quod expectat, nempè vitam æternam, & licet expectet, etiam poſt mortem glorificationem corporis, iam tamen poſt mortem pars expectationis impletur, partim, quia per mortem, à malis huius vitæ eripitur, partim, quia à corpore mortis huius liberatur, à corpore mortali, obnoxio multis miſerijs, & infirmitatibus, & tandem vlte- [ad Phil. 3. v. 20.] rius corpus glorioſum expectanir, iuxta illud Apoſtoli. *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtrę, configuratum corpori* [G] *claritatis ſuę*: Multa opera Dei mira, & ſtupenda, hanc corporum noſtrorum reſurrectionem promittunt; videmus in quolibet ſeminis grano, verum futuræ reſurrectionis [D. Greg. Hom. 26. in Euãg.] ſymbolum reperiri, vt inquit D. Gregorius, contrectatum ſeminis granum non eſt validum; vnde ergo proceſſit ligni durities; vnde aſperitas corticis erupit? non eſt ſaporoſum, vnde ſapor in fructibus? olfactum non redolet; vnde odor in fructibus fragrat? nihil in ſe viride oſtendit; vnde foliorum viriditas exiuit? Hæc ergo prudenter perpendendo cõ [D. Aug. tractatu. 24. in Io.] cludimus cum D. Auguſtino ſic. Quid igitur mirum, ſi oſſa, neruos, carnem, capilloſque reducat ex puluere, qui lignũ, fructus, in magna mole arboris ex paruo quotidie ſemine reſtaurat. Non attendimus ad id, quod dicit ſenſus, non curamus iudicium viſus, cui id videtur impoſſibile, non attendimus ad id, quod docet intellectus, qui id viribus naturæ aſſequi non valet, quia videmus, quòd hæc doctrina non ſit ſenſus, vel intellectus, ſed fidei, & ſacrę ſcripturæ, quamuis, & à ſenſu aliqualiter non ſit aliena cum multa ſymbola futuræ reſurrectionis etiam ſenſus percipiat; ſed præcipuè videmus Chriſtum glorioſiſſimè reſuſcitatum, & in corpore glorioſo multis apparentem diſcipulis, ſanctis mulieribus. Audimus Angelum dicentem. Surrexit non eſt hic, & cõcludimus ſi Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus, quia ille eſt caput noſtrum, ille eſt cor noſtrũ, nos membra eius; ſi ergo cor viuit, quod eſt primum viuens, & nos membra eius viuemus, Magnam ergo lætitiam nobis prædicta verba Angeli. *Surrexit non eſt hic*. afferunt, cuius lætitiæ participem eſſe iubet D. Petrum, ſic enim ait.

SED ITE DICITE DISCIPVLIS EIVS ET PETRO. Qui ſcilicet expectant reſurrectionem Chriſti, expectant autem in lachrymis, & triſtitia, vt lætitiæ veſtræ ſint participes, quia expectatio iuſtorum lætitia, ſceleris arguemini, ſi in Eccleſia Chriſti, quæ eſt veri Regis aula, tam inſigne myſterium celaueritis. Benigni ſunt Angeli ſine inuidia, ſine æmulatione, ſe enim, ac ſua libenter alijs communicant, ac Chriſti gloriam magno amoris. Zelo proſequuntur. Quid ſtatis hic aſpicientes? quid quæritis viuentẽ hic cum mortuis? Ite in vniuerſum mundum, & annunciate, quæ audiſtis, & vidiſtis. Recordamini qualiter locutus [Matt. 20. v. 18.] eſt vobis, quia *oportebat filium hominis tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & tertia die reſurgere*. Ite itaque dicite Petro, veluti Apoſtolorum principi, & capiti collegij Apoſtolici: Dicite Petro cuius lachrymæ Chriſto gratæ fuerunt, & pęnitentia accepta, ita vt ſuæ negationis non ſit memor amplius. Enimuerò ſi hunc Angelus nominatim non exprimeret, qui Magiſtrum negauerat venire inter diſcipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine nè deſperaret ex negatione. Diuina namque prouidentia diſpoſuit, vt is qui futurus erat paſtor Eccleſiæ in ſua culpa diſceret, qualiter aliorum miſereri deberet. Item quia ſicut Petrus præ cæteris grauius peccauit, ita vehementius doluit, & amarius fleuit, conſolatione quoque opus habebat ſingulari, *vbi enim abundauit delictum, ibi ſuperabundauit, & gratia*. [Ad Ro. 5] Compaſſio, & commiſeratio ſuper miſerabiles perſonas ad omnes quidem Chriſtianos pertinere videtur, maximè tamen ad Prælatos, vt ſint ſicut inquit D. Paulus. *Cupio Anathema eſſe pro fratribus meis*. [Ad Rom. 9. v. 4.] Et ad Apoſtolos, ſingulariter autem ad caput Apoſtolorum. Cui olim dixerat Chriſtus. *Et* [Lucæ 22, v. 32.] *tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*; ideoque primũ compatitur ploranti, tanquam paſtori Eccleſiæ, patri communi omnium, vt etiam ille ſciat compati his, qui ignorãt, & errant, memor quod, & ipſe fuerit circumdatus infirmitate. Neque verò ſolùm compati, ſed & tueri dignitatem ſubditorum maximè Eccleſiaſticorum, officium & pietas ſuperioris eſt. Hinc multum commẽdatur Alexander Rex [Cromer.] Polonorum, Anno enim à Chriſto nato 1496. Lublini certatum, ac diſceptatum eſt inter Proceres Polonos profani ordinis, & Epiſcopos, de ordine, & ratione ſedendi in Senatu Regio, ac de expeditionibus bellicis. Contendebant proceres, vt Epiſcopi alterum latus Regis ſibi concederent, alterum, vel dextrum ſanè ipſi tenerent: deindè vt bona eccleſijs addicta, perinde ac ea, quæ nobilitatis eſſent publica belli onera ſuſtinerent. Tuebantur Epiſcopi prærogatiuas ſuas, quòd vtrique Regio lateri aſſidendi ius ipſi, & militiæ vacationem Eccleſiaſtica bona antiquitus haberent. Poſt longam altercationem Rex tandem Alexander controuerſiam ita diremit, vt Epiſcopis, & Eccleſijs prærogatiuæ ſuæ ſaluæ manerent. Iam verò Angelus, & reſurrectionem nũciat, & promiſſionem factam diſcipulis per Chriſtum in memoriam reuocat dicens.

[H] QVIA PRÆCEDET VOS IN GALILAEAM, IBI EVM VIDEBITIS, SICVT DIXIT VOBIS. Locum in quo expectare debuerunt Chriſti reſurrectionem, & lætitiã perfundi innuit, quem prius Chriſtus prædixerat Apoſtolis, nam niſi audiuiſſent Apoſtoli Chriſtum aliquando à ſe videndum, vanam exiſtimare potuiſſent reſurrectionis annunciationem, cum verò idem audiunt ſibi promitti ab Angelo, quod olim promiſſum fuerat à Chriſto, (Poſtquam reſurrexero præcedam vos in Galilæam) lætius, & ſecuriùs fidem reſurrectionis amplectuntur. In Galilæa autem ſe videndum diſcipulis promiſit, quamuis antea ab eis videndus eſſet in Iudæa, quòd ibi diſcipuli liberi eſſent à metu Iudæorum præſignans futuram fidem gentium, & obſtinatam cæcitatem Iudæorum. *Terra Zabulon, & terra Nephtalim Galilææ gentium*. Ad has gentes tranſmigrauit.

grauit Dominus, ab eis videndus, & recipiendus, à Iudæis negligendus, & abijciendus. In hanc regionem Dominus ſeceſſit poſtquam traditus eſt Ioannes in carcerem, & ibidem ſeminauit verbum Dei. Poſtea quam verò à paſſione ad reſurrectionem, à morte ad vitam, à pœna ad gloriã, à corruptione ad incorruptionem tranſmigrauit: in Galilæa à diſcipulis videtur, quia & nos reſurrectionis gloriam poſt læti videbimus, ſi modo à vitijs ad virtutum celſitudinem tranſmigrauerimus. Læti etiam ad ſolemnitatem æternam tranſmigrabimus, ſi vigiliam vitæ præſentis rectè

D.Bern. obſeruauerimus. Eſt enim (inquit D.Bernardus) vniuerſum præſentis pœnitentiæ tempus, vigilia quædam ſolemnitatis magni, & æterni Sabbati, quod præſtolamur: nec cauſaberis vigiliam longiorem, ſi æternitatem feſtiuitatis

Vigilia. attendas. Communiter in vigilia homines patientiſſimè ferunt inedias, mortificationes, ieiunia, & non ſolùm patienter, ſed & libenter, quia expectatio illos ſolatur; ita in præſenti vita homines iuſti, & ſerui Dei ſupportant cum maxima lætitia tribulationes, iniurias, dolores, perſecutiones, aſperitates, paupertatem, nuditatem, infirmitates, tormenta, carceres, ſcientes, quòd hæc præſentis vitæ breuis vigilia, citò præteribit, & illud lætiſſimum Paſcha, quod præſtolantur ſuccedet, illa ſolemnitas glorioſiſſimæ Reſurrectionis. Si enim caput noſtrum, & cor noſtrum Chriſtus reſurrexit, & viuit, & nos cum illo reſurgemus, & viuemus, in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Reſurrectionis.

De Pietate Virtute.

Marc. 16. v. 1. *Emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.*

Prou. 7. v. 1. *Filij honora Dominum, & valebis, præter eum verò ne timueris alienum.*

A HOnorat Deum, qui libenter eleemoſynas pro Dei amore erogat, quibus Deo non parum honoris tribuitur iuxta illud Sapient. *Honora*

Prou. 3. v. 9. *Deum de tua ſubſtantia.* Ideo homini liberali, & benefico, non ſolùm vbertas, & affluentia rerum omnium promittitur, verùm etiam incolumitas, & valetudo firma. Ita enim decet, vt qui vitam aliorum ſuis facultatibus tuetur, qui infirmos, ac debiles alit, ipſe quoque valeat, & ab omni infirmitate, & morbo immunis ſit. Propterea Iob inter alia, quæ Deo obijcit plagis, & tabe confectus, præ cæteris rebus enumerat eleemoſynas, & miſerationem in pauperes, ac debiles, ab initio vitæ ſecum adoleſcentem; vt eo argumento valetudinem, & ſanitatem, ſuo ſibi iure poſtularet, vel certè vt infirmitatem, morbumque ex meritis, minimè ſibi eueniſſe comprobaret. Contra magno Dei conſilio ita accidere ſolet, vt ſordidus homo, & parcus, qui morbo oppreſſis ſuccurrere antea noluit, in morbum ipſe poſt incidat, atque in medicos, medicamentaque inſumat, quæcunque auidius conquiſiuit, & parcè, ſordideque ſeruauit. Honorat etiam Dominum, qui Deum Opt. Max. veneratur, ſacrificijs, decimis, frugum primitijs. Honora (inquit) Deum; & valebis, id eſt cole Deum vnum, & verum, atque illum religioſo cultu proſequere, & valebis tùm animo, tùm corpore. Nec immeritò bonam valetudinem, & robuſtas vires promittit illi Salomon, qui Deum vnum coluerit, nam verè cultus Dei eo ſpectat, vt Deo vitæ, mortiſque dominium deferamus. Hic eſt ſacrificiorum ſcopus, quæ religionis præcipuam partem continent, vtque eundem illarum rerum auctorem, cauſamque eſſe profiteamur, quibus vita noſtra alitur, & conſeruatur. Ad id pertinent decimæ, atque primitiæ frugum, vt docet D. Thomas. S. Thom. Æquum ergo eſt, vt ille, qui in perſoluendis ſacrificijs, decimis, primitijs, alijſque ad religionem attinentibus, fidelis, & liberalis exiſtit, vitam longam, & valetudinem firmam à Deo exoret, quem vitæ, & ſalutis, atque eorum quæ vitam tuentur, auctorem, & cauſam vnicam ſuis ſacrificijs, & oblationibus profitetur. Honorat etiã Deum, qui aliquod ſingulare obſequium præſtat Deo, & filio eius Saluatori noſtro Ieſu Chriſto, & qui ſic honorat, *Præter eum ne timeat alium*; ſiue alium referatur ad hominem, ſiue ad Deum. Ad hominem nimirùm præter ipſum Deum, ne timeas alium quem hominem, iuxta illud Euangeliſtæ. *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus &c. ſed timete eum, qui poteſt & animam, & corpus occidere, & in gehennam mittere.* Luc. 12. v. 4. Et D. Petrus. *Timorem eorum ne timueritis*: id eſt cum 1. Petr. 3. v. 14. vobis homines timorem incutiunt, ne pauor diſſoluat animum. Ad Deum, præter eum ſcilicet Deum vnicum, & verum, quem tibi colendum præſcripſi, nè timeas alium, id eſt nullum alium Deum colas, nulli deferas honorem. Itaque ab idolatris deterret, vel nè timeas alienum, vt alij legunt, Deum alienum appellat Idolum, vel quia alienum, hoc eſt veri Dei, honorem vſurpat, at ſibi vendicat, vel quia ab alienigenis colebatur. Impleuiſſe hoc præceptum videntur iſtæ ſanctæ mulieres, de quibus in hodierno Euangelio dicit Euangeliſta, quod Maria Magdalenæ, & Maria Iacob, & Salome *Emerunt aromata*. Quod enim honorauerint Deum, pietas teſtimoniũ eſt, quæ maximè eluxit, in procuranda pompa funerali, & ſepultura Chriſti. Siquidem non pepercerunt expenſis, ſumptibus, nihil pendebant inuidiam publicam, tribulationes, vigilias, etiam cum periculo vitæ, & detrimento diuitiarum. Parant ſumptuoſiſſima vnguenta, tota nocte vigilant, currũt ad ſepulchrum, valde mane per ciuitatem ſanguinolentam, vt vngerent corpus Ieſu, planctu, & lacrymis implerent ſepulchrum.

Ex his ergo circumſtantijs earum pietas intelligitur. *Emerunt aromata.* Magna pietas, magnus honor erga Deum, qui tantum valuit coram Deo, tantum promeruit apud ipſum, vt eis mitteret Angelum reſplendentem, vt eſſent dignæ quibus Chriſtus poſt Reſurrectione appareret, ob hanc cauſam S. Ambroſius vocat illas mulieres, quæ S. Ambr. ſic honorauerunt Deum aquilas congregatas. Iuxta illud Euangelij. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur, & aquilæ.* Matt. 24. v. 28. Beda dicit mulieres Sanctas. Rudolphus, mulieres ſeruiças, Damaſcenus. Mulieres pias, de quibus idem ſic ait. Beda. Mulieres piæ cum vnguentis, poſt te Chriſte excurrunt, Rudol. quia currunt ad ſepulchrum, quem autem vt mortalem Damaſc. cum lachrymis quærebant, eundem viuentem lætus animis adorarunt, quæ viuenti ſeruierunt, & ſubſtantia ſua miniſtrauerunt, ſic eum mortuum omni obſequio colere non deſinunt. Magnum pietatis exemplum Chriſtianis relinquunt, pietatis erga Deum, cum Chriſto tanquam Dei filio deſeruiunt, pietatis erga parentes, cum Chriſtum tanquam Patrem, ac Magiſtrum obſequio colere non deſinunt, pietatis erga Patriam, cum Chriſto Meſſiæ, & Redemptori mundi famulantur. De hac ergo triplici pietate in hac inſtitutione agemus; de Pietate erga Deum, Parentes, & Patriam. Qui enim ſic honorat Deum valebit coram Deo, & hominibus, ita vt nullo modo timere poſſit alienum.

Columna immobilis, quæ ſuſtentat regna, promouet, & B conſeruat eſt virtus Pietatis, Axis in quo Reipub. vehiculum ſuſtentatur, eſt virtus pietatis. Hinc communiter dicitur, quod leges ciuiles, quæ ad regimen Reipub. & canonicæ, quæ ad cultum Dei, quod pietatis officium eſt, ſpectant ſunt duo axes, quibus fælicitas Reipub vertitur. Solon in Solon. duabus tabulis leges ſuas deſcripſiſſe fertur, in quarum vna, quæ ad religionem Deorum ſpectabant, in altera verò, quæ ad ciuilem adminiſtrationem pertinebant, continebantur, vt oſtenderet his legibus tanquam duobus axibus totam Reipub. ſalutem, pacem, & tranquillum ſtatum inniti. In quo imitatus eſt Deum, qui in duabus tabulis Legis præcepta populo ſuo deſcripſerat, in vna, præcepta amoris, & Religionis erga Deum, in altera, præcepta dilectionis erga proximum, quia in his duobus tanquam axibus, totius virtutis, & honeſtatis ſumma conſiſtit. Eſt ergo Religio, & pietas axis Reipub. nec mirum quia Religio, &

pietas

pietas eſt omnis virtutis principium; Et hoc triplici ratione iuxta triplicem acceptionem nominis principij. Principiũ enim idem eſt, quod fons, & origo. Principium etiam idem eſt, quod Principatus, ſeu principalis pars, & caput. Principium etiam aliquando accipitur pro primitijs. Religionem, ac pietatem eſſe principium, & originem omnium virtutum docet Auguſtinus. Primum inquit de Religione decretum, vt optimum, & cum ratione magis conformem eligas: nam religio cætera moderatur. Itaque quicunque vult honeſtam vitam agere, à religione, ac pietate ordiri debet, quia origo totius honeſtatis, & probitatis eſt veram religionem amplecti, & ex pluribus ſectis optimam ſectari. Eſt quoque religio principium, tanquam Princeps inter alias honeſtatis partes cæteris rebus præferenda; loquor autem de Religione, ac pietate in vniuerſum, quatenus omnem Dei complectitur cultum. De hac S. Ambroſius, Præferenda eſt (inquit) religio neceſſitudini, pietas propinquitati. Ea enim demùm vera eſt religio, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus. Rurſus Cyrillus Alexandrinus. Ex omnibus virtutibus moralibus corpus myſticum componit, & ex membris huius corporis, caput religioni attribuit. Caput (inquit) Sapientiæ timor Domini Religio, & pietas ex capite. Et quidem ſicut vitales ſpiritus in reliqua membra redundant, qui vitam, motumque illis afferunt. Sic aliæ virtutes à religione quodammodò vim, & motum accipiunt. Demùm ſi nomine principij primitias intelligamus, hoc modo optimè etiam primitiarum nomẽ in religionem, cultumque Dei quadrabit. Nam cùm ſæpè vir probus arbori, & bona illius opera fructibus decoctis, atque maturis comparari ſoleant, iuxta illud. *Omnis arbor bona fructus bonos facit, erit tanquam lignum &c. Et fructus ſuum dabit in tempore opportuno*, cumque ex fructibus de legis præſcripto, primitiæ Deo offerri debeant, certè religio & cultus Dei, benè primitiarum obtinet rationem. Ex omnibus enim fructibus (id eſt) actionibus, quos vir probus ad inſtar arboris fertaciſſimæ profert, vna eſt religio, quæ Deo redditur, tota namque ſpectat ad Deum, & quæ Dei ſunt. Cum enim per cæteras virtutes homo ſibi, conſulat, vel proximis proſpiciat, per religionem ſolij vacat obſequiturque Deo nobiliſſima ergo virtus, & cæterarum virtutum fons, & origo eſt pietas, de qua iam fuſius nobis diſſerendum eſt.

Aug. lib. de vera Relig.

D. Ambr. ſuper Leuiticum.

Cyrillus Alex. li. 2. de recta in Deum fide.

Matth. 7. v. 11.

Pſa. 1. v. 3.

Num. 3.

C

Et imprimis quomodo à virtutibus Symbolizantibus, & quandam ſimilitudinem cum ea habentibus, præcipuè à miſericordia, & Religione differat, & deindè quam ſit vtilis, & quotuplex ſit. Nam nomen pietatis, more vulgi in operibus miſericordiæ frequentatur teſte D. Auguſtino; & pietas pro miſericordia ſumitur, quod ideò arbitror eueniſſe, inquit D. Thomas, quia hæc præcipuè fieri mãdat Deus. eaque ſibi præ Sacrificijs placere teſtatur. Ex qua conſuetudine factum eſt, vt & Deus ipſe prius dicatur. Sic D. Paulus ſumit pietatem pro miſericordia vel clementia, cum inquit *Promittentes pietatem* (videlicet per externa opera) *virtutem autem eius abnegantes*. Multoties etiam pietas accipitur, pro manſuetudine, & clementia; reuera tamen ab his omnibus diſcreta eſt. Miſericordia enim naturam reſpicit, & ex merà liberalitate procedit, cùm quis miſeriæ alienæ compatitur, & quaſi in corde geſtat miſeriam alienam, propter hoc enim dicitur miſericordia, quaſi aliena in corde miſeria. Pietas autem obligationem, & debitum inuoluit, quia pietas eſt iuſtitiæ vniuerſalis particula: ad iuſtitiam autem pertinet reddere vnicuique quod ſuum eſt, atque ita pietas reddere debet cultum Deo, Patriæ, & parentibus. Hinc eſt quod propriè loquendo, Deus ſolummodò dicitur pius, vt pietas pro benignitate, & miſericordia ſumitur, aliàs non, quia Deus nulli debet cultum. Et ſic Hebrei pietatem Dei erga nos miſericordiæ, benignitatis, beneficentiæ, & eiuſmodi nominibus, noſtram verò erga Deum, reuerẽtiæ, timoris, honoris cultus nomine deſignat, erga parentes tandem conſanguineos, patriam, affines, amicos, charitatis appellatione exprimunt, Porrò virtus cum qua maximè pietas conuenire videtur, eſt Religio, quia vtraque præſtat Deo cultum, vtraque præſtat honorem Deo, vtraque ad illam iuſtitiam, quàm Religioſam vocant ſpectat, & ideo multoties pro eadem virtute accipiuntur, licet propriè loquendo, pietas, & Religio ſint duæ virtutes, & pietas eſt ſpecialis virtus à Religione diſtincta, quia Religio Deum colit, & veneratur cultu interiori, & exterioribus cæremonijs, iuxta Ciceronis doctrinam, qui Religionem dicit eſſe virtutem ſecundum quam colimus, & cæremonijs veneramus, ſupremam naturam quam dicimus Diuinam. Nec eſt idem Deum honorare, & cæremonijs venerari, quia poteſt quis Deum honorare, honore interiori, corde, & animo recognoſcendo, quod Deus ſit natura excellentiſſima digna omni obſeruantia, & honore, & ſubijciendo ſe ipſum tantæ excellentiæ, adorando eam tanquam Deum, & Dominum vniuerſorum. Cæremonia autem eſt veneratio exterior, qua profitemur, venerationem interiorem cordis, ſiuè illa veneratio exterior ſit per verba, ſiuè per genuflexionem, ſiuè per capitis ſubmiſſionem, ſiuè per quodcunque ſignum extrinſecum. Sic venerabantur illi viginti quatuor ſenes, qui vt dicitur in Apocalypſi procidebant ante Deum &c. *Et mittebant coronas ſuas ante tronum*. Itaque Religio, & cultu interiori, & cæremonijs: veneratur Deum, corpore, & animo, & iure merito, quia & animam, & corpus accepimus à Domino Deo: iuſtum igitur eſt, vt Deum, & animo & corpore honoremus, tali honore quali dignus eſt. Pietas autem Deum colit, tribus illis virtutibus Theologicis &c. Fide, Spe, Charitate.

1. Tim. 3. v. 5.

Cicero.

Apoc. 4. v. 10.

D

Vnde propriè pietas eſt Theoſebia, id eſt cultus Dei interior, qui propriè pertinet ad virtutes Theologicas. Religio verò eſt latria quæ pertinet ad ſeruitutem diuinã exteriorem, vt inquit D. Auguſtinus. Et D. Bernardus ait, quod pietas eſt Dei cultus; hic autem in tribus conſiſtit, ſcilicet, in Fide, Spe, & Charitate, quæ ſunt inuiſibilia, hiſce tribus carent impij, qui Deum non colunt, & quorum conſilium eſt, viſibilia inuiſibilibus, terrena cæleſtibus præponere. Hoc pacto fortaſſis dixit Scotus obligari hominem Chriſtianum ſemel in ſeptimana ſaltim mente, ſi aliter fieri non poteſt, ad exhibendam Deo reuerentiam, recognoſcendo Deum tanquam ſupremum rerum omnium Dominum, tanquam ſummam bonitatem, dignam vt ſuper omnia viſibilia, & inuiſibilia ametur & honoretur.

D. Aug. lib. 10. de ciuit. Dei c. 4.

D. Bern.

Præterea in hoc differunt, quia Religio, exhibet Deo cultum vt creatori. Pietas autem vt Patri, prout infra dicetur. Nunc tamen pro eodem indifferenter ſumendo Religionem, & Pietatẽ, certo affirmare poſſumus, quod apud ſolos Chriſtianos vera pietas, & Religio (cuius anteambulo fuit lex Moſaica) reperitur. Et hæc ab alijs cultuum generibus, ac Religionis ſpeciebus, quæ in Iudæo, Ethnico, Turca, eſſe poſſunt, ſicut vmbra à ſubſtantia rei, lux à tenebris, veritas à mendacio, exemplar à phantaſmate differt. Imò ſola deuotio Chriſtiana nomen Pietatis meretur, cæteri Religionum cultus, qui & nunc apud Ethnicos, & quoſcunque alios, eiuſdem farinæ reperiuntur, potius ſuperſtitiones ſunt, quàm cultus Dei: & deuotio illorum potius ad impietatem, & ad iniuſtitiam releganda eſt, quàm Pietas dicenda. Quia ſicut virtus, non eſt virtus niſi ſit honeſta; quia omne opus virtuoſum, pro fundamento habet honeſtum, ſic Religio & pietas non eſt Religio per ſe, niſi quia vera, & ſancta.

Si deuotionem Ethnicorum conſiderare voluerimus, mirabimur ſanè, quanta eorum fuerit propenſionis idola, quæ tot ſuperſtitionibus venerabantur, ſed non erat illa vera Religio & pietas. Venerabantur Deos, quia exploratum habebant, nullam Rempublicam, ſine Religione, & pietate conſiſtere poſſe; ſiquidem religio eſt axis, currus, ſeu vehiculum, in quo rectè vehitur Reſpublica, vt ſupra dictum eſt, ſed hæc veneratio vitioſa, & multis erroribus infecta erat, deficiebat ſiquidem, & ex parte exceſſus, & ex parte defectus. Ex parte exceſſus, quia plures Deos eoſque falſos, & ſuperſtitioſè venerabantur, vt ex domeſticis exemplis, præter Romanorum aliarumque nationum, exempla, facilè intelligi poteſt. Nam Poloni ante Miezislaum Regem, Solem, Lunam, Aerem, qui POGVVIZD, ab ipſis appellabatur, cultu Diuino honorabant. Præterea Iouem quem illi IOSSAM. Plutonem quem LADIM, ſiue LADONEM. Cererem quam NIAM, cuius templum Gneſnæ celeberrimum erat. Venerem, quam MARZANAM, & Dianam, quã LIEVONIAM, gentili lingua

Poloni.

appel-

appellabant. LELVM quoque, & POLELVM. Romanis Caſtorem & Pollucem appellatos, pro Dijs colebant. Et adhuc incompotationibus eadem gens nomine eorum vtitur. Lelum Polelum vociferantes. Solebant diebus feſtis ad luſus, & choreas pariter conuenire maximè 25. die Maij, & 25. Iunij, quam congregationẽ populi STADO, id eſt agmen appellabant, quod adhuc apud Ruthenos, ſeu Ruſſos, & Lituanos paſſim in villis obſeruari videtur noſtris temporibus. Poſt Dominicam enim conductus Paſchæ. ad feſtum vſque D. Ioannis Baptiſtæ, mulieres, & virgines diebus feſtis ad choreas turmatim conuenire ſolent. Ladonemque canentes, & LADO, LADO, frequentiùs ingeminantes, manibus complaudentes in gyrum choreas ducunt.

Guagninus in vitis Regũ Polonorum.

Præterea Lituani olim ignem, Fulmen, Lucos, arbores proceras, viperas item, & ſerpentes colebant, vt Cromerus, & Guagninus ſcribunt. Lituania, & Samogitia gens olim multorum Deorum ſuperſtitioni dedita fuit, in primiſque ignem, quem ſuâ lingua ZNICZ, vt rem ſacram appellabant, cultu Diuino proſequebantur, eumque in celebrioribus locis, & oppidis perpetuum ſeruabant, & Sacerdotes cum Miniſtris ad hoc munus obeundem adhibebant: quod ſi incuria Miniſtrorum ignis extingueretur, capite plectebantur. Huiuſmodi ignis Vilnæ Metropoli Lituaniæ, in arcis medio, vbi nunc Baſilica D. Stanislao dicata erecta eſt, perpetuo aſſeruabatur. Fulmen quoque quod PERCVNVM. Slauonica lingua, & nunc Polonica PIORVM appellabant, pro Deo colebant. Lucos præterea, & eximias proceraſque arbores, in ſyluis ſingulis Sacroſanctas habebant, violare eas ferro iniuriatè aliqua nefas erat, quod ſi Lituanus aliquam arborem, vel ignem quolibet modo dehoſtenaſset, ſtatim, vel dæmonum ſæuitia interibat, vel membro aliquo correptus priuabatur. Solem fortè nubibus obſcuratum credebant ſibi ſucceſſere: ideò ſe ſe illi quo placaretur deuouebant. Viperas item ſerpentes Deos eſſe credebant, & ſinguli patres familias ſingulos ſerpentes domi aſſeruare ſolebant, quos pro Dijs penatibus adorabant, lacque, & gallos gallinaceos eis immolabant, etatque inauſpicatum, & exitiale toti familiæ quempiam ex eis violaſſe, aut domi non fouiſſe. Tales enim vel bonis omnibus priuabantur, vel crudeliter lacerati interibant. Dæmonum ex Dei permiſſione ſubita ob iniuriam vindictam. Guagninus refert de Samogitis, quod & hodie ſint inter eos complures, qui ſerpentes quoſdam, quatuor breuibus, lacertarum inſtar pedibus, nigro obeſoque corpore GIVVOITAS. patria lingua dictos, tanquam Deos Penates domi nutriunt, eoſque domo luſtrata certis diebus, ad oppoſitum cibum, pro repentes cum tota familia, quoad ſaturati in locum ſuum reuertantur, timore quodam circunſtantes venerantur. Quod ſi quid aduerſi illis acciderit, ſerpentem Deum domeſticum malè acceptum ac ſaturatum eſſe credunt. Tot & tanti defectus per exceſſum fuerunt in his nationibus, quo ad cultum Deorum, & quid in alijs? Quid in Machometana ſecta impia? quanti errores in inſtitutione illius? quanti in cultu quo Mahometum, & Diuos colunt Turcæ, quantæ ſuperſtitiones & exceſſus idolatriæ?

Cromer. lib. 5. & Guagninus in deſcriptione Lituaniæ.

Guagninus in deſcriptione Lituaniæ.

E Porrò ex parte defectus vnde impietatis nomen oritur, ſicut ab exceſſu ſuperſtitionis, ita deficiebat illa vana Deorum veneratio, vt vix dici poſſit, quot ea tempeſtate extiterint homines erga Deum impij, contemptores veri numinis, qui minus honorabant Deum quam homines, à quo omnia, blaſphemabant, deridebãt, atque Deos fictos, Deo verò, vni, & trino, præponebant. Hæc omnia moderatur Pietas, & Religio virtus ideo iuxta D. Thomam eſt virtus perfectior, quàm aliqua alia ex moralibus puta; quam prudentia, iuſtitia, fortitudo & quæ eis ſubordinantur. Et rectè quia ſine illa Religio Chriſtiana, eſt virtus quæ liberat ab hoc exceſſu ſuperſtitionis, & defectu impietatis, & ad medium quam proximè accedit, tribuens Deo id quod debet ex Religionis præſcripto. Religionis autem præſcriptum illud rectum eſt, quod rectæ rationi diuinitus illuſtratæ conſentit, & legibus Diuinis, & poſitiuis conſentaneum eſt. Moderatur Religionis exceſſum ex parte obiecti, oſtendens cui religioſus cultus exhibẽdus ſit. Idololatræ exhibebant cultu, ſed non et cui oppottebat.

D. Tho. lect. 22. q. 81. ar. 6.

Moderatur et exceſſum ex parte moderationis: docens, nõ eſſe exhibendum cultum pluſquã oportet, id eſt per ſuperſtitiones illicitas, moderari autem exceſſum qui eſt circa cultum Dei, perfectius eſt quam moderari exceſſum circa mores, & actiones humanas; ideo pietas & Religio rectè præfertur virtutibus moralibus, loquendo de pietate vt eſt virtus Chriſtiana. Præterea, ſine Religione, & pietate, fides inutilis, mortua, & otioſa eſſet. Nam fides quatenus in opus progreditur, Deum purè & ſincerè colit, erga proximum officioſa eſt, & pietas nuncupatur. Corrigit etiam pietas Pſeudopoliticos, qui ex eo impietatis arguũtur, quod cum Deum verum agnoſcant, eum ficta & ſola externa ſpecie pietatis colunt, quod impijſſimum eſt. Quid enim aliud eſt Deum fictè colere, niſi Deum illudere? Aduertendum igitur nobis eſt, quantum huic virtuti deferre debeamus, quæ corrigit in genere humano tot errores, & nos in iuſtitia erga Deum inſtruit. Inde etiam patet quantum debeamus veræ Religionis inuentoribus; ſi tamen inuentores dici poſſunt, quia ſolus Deus eſt veræ Religionis inuentor, promulgatores, & legislatores potiùs dicendi ſont, qui primi hanc per reuelationem adeptam, communicauerunt alijs, & hi non magis inuentores quàm Doctores dici videntur. Vera Dei religio non aliunde manauit quam ab ipſo Deo. Etenim Deus teſte Lactantio. Religionis cauſa nos fecit, vt nos poſtquam geniti ſumus, iuſtos & debitos ei honores exhibeamus, ipſum ſolũ veneremur, ipſum ſequamur, in ipſo denique acquieſcamus, vti habetur in Deuteronomio. Moſes legis ſcriptæ auctor, ſeù potiùs Dei Opt. Max. interpres, vt qui lapideas tabulas Dei digito exaratas: ex monte Sina detulit: quas tamen cum ita commotus fregiſſet terræ illiſas: ipſe poſtea ſimiles confecit: lapideas indem vt legis duritiem, & auſteritatem, vel ipſa materia indicaret. Conſule titulum Prophetarum, Ieſus Chriſtus Dei filius, ipſemet Patris λόγος, atque veritas è cælo deſcendit, non lapide ſed pretioſo ſuo ſanguine benignã Euangelij gratiæque legem deſcripſit, & confirmauit, id denique effecit, quod myſticè virga ſua Moyſes ſignificauit, quando ex ſcopulo duriſſimo, aquæ limpidiſſimæ fontem produxit. Sic enim Chriſtus Optimus Maximus, ex ſterili Moſaicæ Legis & infœcundo lapide flumina, in æternam vitam ſcaturientia erumpere fecit. Et in eius rei ſignum etiam ſenſibilia Sacramenta ſua inſtituit, alterum aquæ, alterum panis atque vini, vt cum duplex Moſaici illius fontis vtilitas fuerit, lauare & ſitim eſtinguere; pariter nos Sacroſancto baptiſmatis lauacro regenerati ſitientes animas noſtras, pretioſiſſimo corporis, & ſanguinis eius pabulo, diuinitus reficeremus.

Lactant. in lib. de Ira Dei.

Quantum igitur debemus Chriſto, qui Religionis noſtræ Chriſtianæ verus inuentor, tanquam Deus; & promulgator tanquam homo fuit. Sed & propagatoribus atque conſeruatoribus Religionis maximæ gratiæ agendæ ſunt, qui cultum Dei zeloſiſſimè promouebant, à varijs ſuperſtitionibus veras hominum Religiones expurgando. In ea re primum locum obtinere videtur, præter illos Iudaicæ Religionis egregios zelatores Ezechiam, & Ioſaphat, quorum vnus ſcilicet Ezechias, precones miſit per omnes Iſraelitarum tribus, qui populum ad pænitentiam vocarent. Alter verò anno Regni ſui tertio miſit proceres ſuos cum Sacerdotibus Leuitis, qui per vniuerſam Iudæam, populum, libros legis docerent. Præter iſtos inquam primum locum obtinuit Conſtantinus Magnus, cuius incredibili ſtudium fuit, in reſtauranda religione Catholica, dies noctéſque ſudauit in abolendo, ex animis & oculis hominum errores Idololatricos. Itaque & ſummam Chriſtianæ pietatis omnibus, omnium gentium Prouincialibus miſit, & veris rationibus ſubditos admonuit, vt ſummum Deum cognoſcerent, ipſumque Chriſtum ſeruatorem palam nuncupatẽr, & amplectarentur. Idem potentiſſimus æquè ac pijſſimus Imperator, Idolorum cultus ſpreuit, Senatum Romanum poſt deuictum Maxentium, ad veri Dei cultum amplectendum induxit, qui per eum ad pietatem cõuerſus, Chriſtum cuius nomen & ſignum arma triumphantia oſtendebant, adorauit, vbi vt Prudentius ſcribit.

2. Paral. c. 30.

Tum primum ſerio docilis tua ſecula Roma
Aſtribuit, pudet exacti iam temporis, odit.

Prudent. lib. 1 contra Symmachum

Præte-

Priſlenti fadis cum Religionibus annos

Porro in noſtro Poloniæ Regno egregius Religionis, & Pietatis reſtaurator fuit Iagelo Magnus Lituaniæ Dux, qui primum idololatra, poſtea verò mortuo Ludouico. Hungarorum, & Poloniæ Rege, Hediugin Ludouici filiã in vxorem ducens, baptiſmate ablutus, id enim cum Polonis antequam Regnum ſuſciperet pactus erat Vladislaus dictus eſt anno Domini 1386. Inito Regno in Lituaniam cum Regina profectus, de religione ſuſcipienda Chriſtiana populariter egit; non ſolum hortando, & orando, & præmijs inuitando, ſed etiam docendo, cum Poloni Sacerdotes linguæ imperiti eſſent, ipſe autem Ruſſicam callens, Polonos loquentes intelligeret, ægrè gens barbara maiorum ſuorum Religiones relinquebat. Sed cum iuſſu Regis ſacer ignis extinctus, templum araque eius diruta, & aditum vnde oracula à Sacerdote edebantur, euerſum Vilnæ eſſet, necatique ſerpentes, & ſuccili luci nulla cuiuſquam læſione (quod præter opinionē Barbarorum acciderat) tum verò Barbari alacriores ad Principum ſuorum Religionem facti, & aliquot diebus Symbolum, & orationem dominicam pio. Rege nullum laborem ſubterfugiente edocti Chriſtianis myſterijs de more initiati ſunt.

Cromet. lib. 15.

Iam verò quantas gratias debent Poloni Mieczislao Duci, qui Patre mortuo inauguratus, vxores ſeptem barbarico more duxit, ijſque & libidini ſuæ liberius indulgens, nullos ſuſcipiebat liberos. Suaſit deinde quorundam Religionis Chriſtianę veritatem, caſtitatemque prędicantium, & tam poſteritatem quam fælicitatem Principi, ſi eam Religionem amplecteretur, pollicentium, priores vxores dimiſit, & Dambrouſcam Chriſtianam Boleslai primi Boëmorum ducis filiam Virginem de conſilij ſententia, nouo matrimonio ſibi vinxit. Anno Domini DCCCLXV. cuius ope conuerſus Baſilicas nouem diuerſis locis ædificauit, & locupletauit. Hæc de neceſſitate atque vtilitate huius virtutis dicta ſufficiant.

Cromet. lib. 2. c. 5.

Ad diuiſionem Pietatis properantibus illud ſupponendum eſt. Pietatem alteram Ethicam, ſeu moralem, alteram Theologicam, ſeu Chriſtianam eſſe. Cum enim homo debitor ſit Deo, Patriæ, & parentibus, honorem debitum tribuere docet pietas Chriſtiana, quæ reſpectu illuminationis, qua homo inſtruitur de rectè colendo Deo, eſt non ſolum virtus, ſed donum Spiritus Sancti. Patriæ autem ſubuenire, & Parentibus debitum honorem exhibere docet ea pietatis virtus, quæ reſpectu iuſtitiæ humanæ, & Chriſtianæ virtus Ethica nuncupatur. Et quoniam homo accepit à Deo animam, corpus, & bona temporalia, pro his omnibus debitor eſt, Debet ergo Deo exhibere honorem corde & animo, debet exhibere honorem Deo, pro Dei honore, vitam corporalem, omnibus periculis, & morti exponendo, quem tamen honorem etiam genuflexionibus, alijſque corporalibus cæremonij oſtendat neceſſe eſt. Debet honorem exhibere Deo; omnia temporalia pro Dei, honore expendendo, & poſtponendo, Atque ita vbi periclitaretur honor Dei, deſpiciantur opes, deſerantur parentes, repudietur vxor, abijciantur liberi, perferantur ſupplicia, vita iſta præſens effundatur, nihil denique vel non agendum, vel non offerendum, vel non expendendum, vel non ſuſtinendum, puterur, propter honorem Dei; quod ab homine agi ſuſtinerique poſſit, dummodo ſoli Deo pareatur, ſoli ſemper deſeruiatur, De his ergo pietatis ſpeciebus, nobis agendum eſt, ſed ne in ambiguo verſemur, prius aſſignanda nobis eſt differẽtia inter pietatem erga Deum, & Diuos, inter Deum & Sanctos.

Quemadmodum enim multiplex eſt cultus, & reuerentia; ita quoque multiplex poteſt eſſe pietas erga Deum. Et in primis exprimitur nomen Latriæ, ſolus enim Deus colendus eſt latria, quia hic honor ſoli Deo competit, & Chriſto Saluatori noſtro. De ligno vitæ difficultas eſſe poſſet, qualis reuerentia exhiberi illi debeat, & conueniunt Theologi, quod crux Sancta adoranda eſt adoratione latriæ, ſed quomodo id eſſe poteſt? nonne maiori honore digna eſt Beatiſſima Virgo MARIA, & tamen non adoratur adoratione latriæ ſed hyperduliæ. Nam certum eſt quod Crux ſancta adoratur propter contactum ſanctiſſimi corporis Chriſti, vt docet D. Ambroſius Qui cum de iuuene reſuſcitato in porta ciuitatis Naim loquitur, ſic ait. Spem reſurgendi habebat, quia ferebatur in ligno, quod & ſi nobis antea non prodeerat; tamen poſtquam Ieſus id tetigit, proficere cœpit ad vitam, quaſi vellet dicere, quod mortuus reuixit, quia Chriſtus lignum in quo ferebatur tetigit: & deinde lignum tactum tetigit mortuum, lignum quidem per ſe non profuit; ſed poſtquã illud tetigit Chriſtus, vitam mortuo reſtituit. Sic Crux Sancta, quia in ipſa mortuus eſt Chriſtus ex tali contactu habet vim conferendi vitam animæ, & corporis.

Crux Sancta. D. Ambr. lib. ſuper Lucam.

Nec mirum, ſi enim piſcis dictus Torpedo venenum in piſcatoris hamum euomendo, per eum & arundinẽ vſq; ad manum piſcatoris tranſmittere & tremulam atq; torpentẽ manũ reddere poteſt, donec piſcator calamũ dimittat, quare hanc virtutẽ Sanctiſſimo Sanguini Chriſti quo aſperſa fuit Crux, & cruci ipſi, aſperſæ denegare debemus. Habet Crux Sancta vim cõferendi vitam, habet vim conſeruandi bona opera; vt grata, florida, odorifera, & immarcida ſint in conſpectu Dei, multo perfectius quam arundo, de qua inquit Ioannes de S. Gemminiano, quod ſi roſa antequam folia expandat ab arbuſto reſeccetur, & inciſæ arundini inſeratur, conſeruatur etiam in hyeme, quantum ad colorem, odorem, & immarceſcibilitatem; quia humiditate arundinis ſic vegetatur, vt nunquam marceſcat.

Sic bona opera in certa Cruci conſeruantur & nunquã marceſcunt, ſed totum hoc habet Crux Sancta ex contactu, & propterea adoratur adoratione latriæ. Quod ſi ita eſt, cum ex Beatiſſima Virgine Chriſtus aſumpſerit carnẽ, certè eadem adoratione adorãda videretur. Hoc tamen non permittunt Theologi, ob eam cauſam, quia in Beatiſſima Virgine duplex dignitas reperitur, vna propria, quam habet ex propria Sanctitate, & qua omnes beatos ſuperat, puritate ac virtutibus donis, & gratija ſibi a Deo collatis. Altera relatiua per reſpectum ad Deum, qui ex ea carnem aſumpſit, quod non habet lignum vitæ, neque enim aliam dignitatem habet lignum vitæ, niſi eam, quam habet ex contactu ad corpus Chriſti, quemadmodum lapides prætioſi ut Adamas, Smaragdus & alij duplex habent lumen, proprium, & communicatum à ſole, quando enim exponuntur ad radios maiori refulgent claritate, nec in præſentia ſolis obfuſcantur, aut lumen eorum diminuuntur, ſed augetur, aſtra autem vt luna, non habent aliud lumen niſi communicatum à Sole, & ideo in præſentia ſolis obfuſcantur. Sic Beatiſſima Virgo eſt ſicut Adamas; habet proprium lumen, propriam dignitatem, & ideo etiam propriam reuerentiam, quæ hyperdulia dicitur, vt ſit differentia inter honorem, quem exibemus Deo, & inter honorem quem exibemus Beatiſſimæ Virgini Mariæ. Lignum autem vitæ cum totum habeat ex contactu ad corpus Chriſti, eodem honore colitur quo Chriſtus, nempè Latria, quia reuerentia quæ exibetur ligno vitæ, exibetur Chriſto, & adoratione qua adoratur Crux, adoratur Chriſtus. Sic igitur Pietas erga Deum eſt Latria, qua adoratur vnus Deus in eſſentia, & trinus in perſonis. Et quẽadmodum eſt vnus Deus, & tres perſonæ, quæ diuerſa habent attributa; nempè. Pater omnipotentiæ. Filius Sapiẽtiæ. Spiritus S. Bonitatis, ita vna eſt Latria. Sicut autem poſſit quis venerari vnam perſonam & adorare Patris, verbi gratia, omnipotentiam, vel filij ſapientiam, ita poſſet reſpectu perſonarum diſtincta aſſignari Latria, nulli tamen creaturæ hæc adoratio cõmunicatur, iuxta illud quod in perſona propria dixit Deus. Gloriam meam nulli dabo.

B. V. Maria.

Pietas erga Beatiſſimam Virginem eſt Hyperdulia vt iam determinatum eſt, quia ſicut Beatiſſima virgo, cæteris Sanctis eſt propinquior Deo, & Sanctitate eos ſuperat, nam vbi Sanctitas aliorum deſinit. ibi Beatiſſimæ Virginis Sanctitas incipit: ita excellentiori reuerentia præ cæteris Sanctis veneranda eſt.

Pietas erga Sanctos eſt Dulia, id eſt cultus & reuerentia Sanctorum. Hanc pietatis ſpeciem expreſſiſſe videtur, Diuus Ioannes in Apocalypſi vbi dicit ſe vidiſſe Deum in Maieſtate ſplendidiſſima, *& iris in circuitu ſedis eius ſimilis viſioni Smaragdinæ*. Maieſtas altiſſimi eſt illa ſedes, quæ per Eccleſiaſticum de ſe dicit. Qui

Apocal. 4. v. 3.

Eccleſ. 24. v. 12.

creauit me requieuit in tabernaculo meo. Thronus iſte ſplendidiſſimus gemmis exornatur quæ ſuo ſplendore etiam lucidiſſimum ſolem hunc materialem obfuſcare poſſent. Iris in circuitu eſt ſplendor Sanctorum. Palatia Regum diuerſis tapetijs ex auro & gemmis contextis exornantur, ſed Palatium Regis Regum lumine exornatur ſimili viſioni Smaragdinæ. Sunt igitur Sancti decor domus Dei diuerſorum colorum, ſicut Iris. Nam Martyres colorem ſibi vendicant purpureum. Confeſſores viridem, cæteri Sancti flauum, candidum &c. Sancti ſunt ornamentum domus Dei ſimile viſioni Smaragdinæ, quia per

Plinius.

hoc ad tantam peruenerunt dignitatem, quod ſpurcitias carnis immaculato calle tranſierunt, cauendo ab omni eo quod in honeſtatem redolet; quam etiam teſte Plinio ſic abominatur hic lapis, qui vt citarius frangitur, quam aliquid inhoneſti oleret. Adoramus ergo ſedentem in throno, adoratione latriæ, quæ eſt pietas erga Deum. Adoramus maieſtatem & ſedem Dei, tabernaculum altiſſimi, adoratione Hyperduliæ, quæ eſt Pietas erga Beatiſſimam Virginem. Adoramus etiam itidem thronum circumſtantem, quæ eſt pietas erga Sanctos. Adorandus autē eſt Deus adoratione latriæ, ex inſtinctu pietatis virtutis, vt ſupra tactum eſt mente; quia homo animam accepit a Deo vitaſ quia a Deo accepit corpus; bonorum temporalium liberali pro honore Dei effuſione, quia hæc omnia a Deo accepit, & pro omnibus debitor eſt ei. Deum itaque toto corde, tota anima, totis viribus, iubemur diligere. Quod vtique fit, vt ſola erga eum dilectio, omnes alias ſuperet dilectiones. Super omnia enim amandus eſt author ipſe omnium atque conſeruator, Nulla res vnquam cordi noſtro ita inhærere debet, vt eius cauſa, ille qui eſt cauſarum cauſa, minus honoretur, minus colatur. Sed quoniam Deus eſt vnus & trinus, ſicut appropriantur quædam vni perſonæ, licet de facto omnibus ſint communia; quemadmodū potentia appropriatur Patri, Sapientia Filio. Bonitas ſpiritui Sancto; ita licet honor Diuinus, qui eſt honor latriæ vni Deo exibendus ſit, ſpeciali tamen ratione Deo Patri honor exiberi poteſt, per timorem, ratione omnipotentiæ, ſimiliter Filio ratione Sapientiæ per honorem, honor enim Sapientiæ debetur, & ſpiritui S. per amorem, qui bonitati eius correſpondet, ſic ergo Deus honoratur corde, virtutibus interioribus, & qualibet perſona timore, honore, & amore, ratione obligationis & debiti ex parte animæ.

Ratione vero obligationis ex parte corporis, illi honorant Deum, qui perſecutiones, moleſtias, ac denique mortem pro Deo libenter tolerant. Quales fuerunt martyres, & plurimi ſerui Dei, qui diſputandi, ſcribendo, prædicando pietatem ſuam erga Deum proteſtati ſunt.

Denique ratione obligationis pro bonis temporibus à Deo acceptis illi honorant Deum, qui in fundandis, ac cōſeruandis & ampliandis, pro qua Dei honore, Eccleſijs,

Boleſla° Pudicus.

Monaſterijs, facultatibus & poſſeſſionibus ſuis non parcunt, ſed libere eas effundunt, vel effundere parati ſunt. Exemplo Boleſlai Pudici Polonorum Regis, qui Cracouienſem Epiſcopum & Eccleſiam eorumque ad ſcriptitios, omni prorſus onere ſeruituris atque penſionis Duci debitæ etiam telonij liberauit, & ab omni ſuorum iudicum atque magiſtratum, ſuaque ipſius iuriſdictione exemit. Epiſcopum ducali iure in bonis ſuis eſſe iuſſit, modo vt ſemel quotannis Principem hoſpitio acciperet, ſubuectioneſque ipſi vt præberet, quando ei vſu veniret per Epi-

Cromer. lib. 9.

ſcopalia prædia iter facere. Adhæc fecit poteſtatem ſingulis Prælatis vt vocant, & Canonicis Baſilicæ Cracouienſis, ſenos ex nobilitate, aut duodenos ex plebe quos vellent,

Cromer. lib. 3. de reb. Polo.

ab expeditione bellica eximendi miniſterij ſui cauſa, inferiorum vero eccleſiarum collegijs dimidium eius numeri. Idem Boleſlaus Rex Poloniæ hominibus Eccleſiaſticis omnium onerum, laborum, & penſionum Regi & Reipublicæ præſtandarum, immunitatem ſempiterno iure conceſſit.

Hæc pietas quantum placeat Deo, pluribus miraculis id

Bonfinus lib. 3. &

declarare voluit. Vladiſlaus & Geyſa fratres, victoria è Salomone Vngarorum Rege obtenta, cum Baſilicam D. Virgini ædificare deliberarunt, in loco victoriæ, vbi D. Petri ſacellum eſt. Ecce ceruus expanſis cornibus inſignis, quem ardentiſſimę faces circumſederant, apparuit, Syluam petijt, ibique tantum veſtigia fixit, vbi ędes deinde ędificata eſt, quem cum milites ſagittis peterent, in Danubium ſe proiecit, nec vſquam poſtea viſus eſt. Quare Angelum fuiſſe exiſtimantes ibi D. Petro ædiculam dicarunt, mox delubrum Virgini Matri ſtatuerunt. Illud

Luſpiniā i Auſtria.

quoque mirabile eſt, quod accidit in Auſtria. Nam Agnes Leopoldi Auſtriæ Marchionis coniunx marito ſuadebat, vt locum aliquem deſignaret pro monaſterio condendo, in quo laudes Chriſto dicerentur, & D. eius Genitrici Mariæ. Ecce autem ex arce in monte Celio ſita danubium proſpectantibus, leni Zephyro flameum è capite Agnetis abreptum in proximum nemus delatum fuit. Quod vbi poſt annos ibi Leopoldus inter venandum reperiſſet illæſum, eo loci monaſterium extruxit. Ne

Prouerb. 7.

autem exiſtiment homines, pietatem erga Deum carere præmijs, audiant quomodo Salomon eos exortatur. *Honora Deum & valebis, & ne timueris alienum*. Gens quæ honorat Deum valet animo & corpore, non eſt quod timeat, bellum, ignis, incendia, peſtes, inundationes cæteraque aduerſa. Imo vero ſingulare remedium eſt, contra mala quæ nos in hac vita premunt, pietas erga Deum, pietas eſt remedium contra ignis incendia, vt Egnatius refert.

Primis inquit Venetæ vrbis conditores, (quos Patauinos fuiſſe aiunt) cum caſas quaſdam extruxiſſent, nec ad-

Egnatius lib. 6. c. 5.

huc templum alicui memini dicaſſent, repente ignis ex architecti domo noctu erumpens continuato incendio, quatuor & viginti domos abſumpſit, vento & materia paſſim diſiecta, flammas alentibus. Verſa in preces multitudo ædem D. Iacobo vouit, quod vbi factum eſt, ignis eodem momento deſedit, & ædes ex voto erecta. Præſules qui eam dedicarunt. Seuerianus Patauinus, Hilarius Altinas. Iucundus Taruiſinus & Epodium Opitergnius traduntur. Atque adeo diligens vetuſtas in hoc vno facto memoriæ mandando fuit, vt diem quoque natalitium vrbis prodiderit octauum. Videlicet Calend. Aprilis Nunc autem tantum venetorum excreuit Pietas, vt ſexaginta & duo Diuorum templa inſignia quas Plebanias nominant, vir-

lib. 1. c. 1.

ginum Veſtalium ſeptem & viginti cœnobia, fratrum plurima teſte eodem Egnatio erexerint. Pietas item eſt remedium contra peſtilentiam vt ſacra ſcriptura inſinuat. Mirabile ſanè eſt, quod cum Deus permiſiſſet peſtem in populum Iſraelitium; cum tandem commiſeratione motus peſtem cohibere decreuiſſet, dixit ad Angelum iræ

2. Reg. v. 16.

Dei executorem. *Sufficit nunc contine manum tuam*. Neque tamen peſtis ceſſauit, imo in tantum extendebatur, vt pauciſſimi in viuis remanſuri putarentur, quouſque Pro-

k

pheta Gath admonuit Dauidem, vt de remedio cogitaret, neque aliud efficatius eſſe cogitabat, quam Pietatem erga Deum. *Aſcende inquit & conſtitue altare domino, vt offeras ſacrificia pro populo*. Et ſubdit Sacra Scriptura. Ædificauit Altare Domino & obtulit holocauſta &c. & cohibita eſt plaga ab Iſrael. Mirum ſanè videri poteſt quod iubente Deo & dicente. Sufficit, contine manum tuam, plaga non ceſſauerit, ædificante autem Dauid altare & offerente Sacrificia plaga ceſſauit, quid eſt hoc? forte deeſt in cælo obedientia? vel omnipotentiæ Dei aliquis

2. Reg. 24. v. 18.

2. Reg. vltimo.

reſiſtere poteſt? Minime. Sed præpotens Deus ita eſſe voluit, vt voluntas eius mediante pietate hominum erga Deum finem ſuum ſortiretur. Iam vero contra alias in-

Ladiſla° Vngariæ Rex.

firmitates *quod medium efficatius*, quam pietas? Non fruſtra enim ſapiens dixit. Honora Deum & valebis, contra aquarum inundationes, famen, aliaſque iniurias cæli, quid efficatius pietate. Ladiſlaus Vngariæ Rex cum per Getarum ſolitudines Beſſos inſequeretur, qui ingentem pecorum hominumque prædam ex vngaria abegerant, & fame nimia laboraret exercitus, exorato Chriſto Opt. Max. in tantum mox bubalorum Ceruorumque gregem incidit, vt eſurientem militem abunde paueret.

Bonfini° li. 4. Dec. 2.

Præterea quid facilius fugat hoſtes quam pietas? Anno 1581. Magnus Moſcouiæ Dux Liuonienſium caſtrum Netthaus in prouincia Derptuenſi, acerrime oppugnabat cum 300000. armatorum, præfectus arcis no-

cte

ſic veneris diem antecedente in ſomnis ante aram orabat, vt Deus in tam deplorato ſtatu ſibi ſuiſque adeſſet. Mane facto exiſſet è propugnaculis in medium exercitum Moſcouit: cum iaculatus, ſagitta magni Ducis cor fauente numine tranſfixit. Liuones ex arce ſe ſe proripientes, hoſtes fugitiuos proſecuti, partem eorum ad internecionem vſque deleuerunt, partem in captiuitatem abduxerunt, reliqui Moſcouitæ quorum ad paludinosa loca fugere compulſi, ſubmerſione vitam finierunt, in cuius tam miraculoſæ victoriæ perpetuam memoriam, & in gratiarum actionem eius auctori Deo, arcum deauratum in Baſilica arcis, ad altare in animis victoriæ appenderunt. Et inde poſtea magna hominum frequentia æquè ac reuerentia, templum illud celebrabatur. Honoremus ergo Deum, Sanctos, & res ſanctas, vt tandem ab omnibus malis liberatur ab ipſo honoremur in cælo, qui dicit quod omnes tales, honorificabit pater illius qui in cælis eſt.

De pietate Ethica prout ad parentum honorem ſpectat, ſufficit nunc intelligere, quod pietas erga parentes, cum pietate erga Deum ſummopere conueniunt, vt inquit Hugo. Vtrobique paternitas proponitur vtrobique principij dignitas honoratur, honora patrem cæleſtem quia tibi dedit eſſe, debes quoque honorare patrem terreſtrem, quia tibi dedit in mundo eſſe & viuere, ſi tibi aliquis præſtiterit decem aureos, recognoſcis te debitorem eſſe, quod in neceſſitate tibi ſuccurrerit, ſi etiam lucraretur pro te decem aureos eoſque tibi donaret, recognoſcis item quod ei debes, vtrique debes pro beneficio decem aureorum, licet diuerſimodè, ſibi comparantur. Vtrique debes, & Deo & parenti honorem pro vita. Ideo cum Deus decem præcepta Moyſi ad inſtruendum populum dediſſet, non ſine ſpeciali myſterio primæ Tabulæ primum præceptum voluit eſſe de honorando Deo., & ſecundæ Tabulæ primum præceptum voluit eſſe de honorandis parentibus. Communiter videmus, quòd cum in duabus chartis pargameneis, aliqua memoria digna deſcribuntur, prima litera vtriuſque chartæ formoſiſſimè deſcribitur, auro & coloribus varijs exornatur. Vtriuſque tabulæ primæ & ſecundæ, prima litera eſt honor, & pietas. In prima tabula honor erga Deum, in ſecunda honor erga parentes. Hinc illud communiter dictum. Dijs, parentibus, ac magiſtris parem gratiam referre non poſſumus. Non eſt dubium, quòd Deum magis debet, honorare homo quam ſeipſum: Sed de parentibus quoque dixit Ariſtoteles quòd Patrem videtur homo magis honorare quam ſeipſum, quod tamen thales Philoſophus ſic moderandum eſſe ſuaſit, filium in dignitate conſtitutum, patri anteponendum eſſe in publicis negotijs, officij adminiſtrationem concernentibus; ſed in priuatis è contra. Hinc illud inter filium magiſtratum, & patrem priuatum, honores publicos ceſſare; naturales autem ſeruari æquum eſt. Nihilominus boni & pij filij, exemplum illius Veneti imitari deberent, qui cum in Ducem Venetorum creatus eſſet, & ab omnibus adoraretur; cum ſciret quod eundem honorem ex more pater illius ei exhibiturus eſſet, nè aliquid de honore debito Patri demeretur, pro ſua erga parentem pietate, crucem cum reliquijs ſanctorum, collo appendit, vt honor ſanctorum potius reliquijs, & cruci deferri videretur, quam ſibi.

Ariſtot.

Tales Philoſophor.

Idem legitur de pijſſimo Principe Boleſlao tertio Polonorum Rege, qui mortem Patris ſui Vladislai multis lacrymis proſecutus, geſtabat de collo ſuſpenſam laminam, in qua nomen & imago Patris inſculpta erat, vt quidquid vel faceret, vel loqueretur, ſic ageret quaſi inſpiciente, & exaudiente Patre. Nec mirum, ſciebant enim hij Principes quod quondam dixit Valerius Maximus. Iuſtiſſimè quidem pari vindicta parentum, ac Deorum violatio expianda eſt ſciebant, quod quondam dixit Solon. Si quis parentes indigentes non alat, inglorius ſit. Ideo pietatem virtutum amplexi valebant, & animo & corpore, ita vt nunquam timuerint alienum. Denique amor erga Patriam, ad hanc virtutem ſpectat omnium iudicio, qui egregiè à Cicerone commendatur. Sole inquit pietatem, quæ cum magna ſit, in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt, qualis fuit Ariſtidis Atheníenſis qui cum iret exulatum, ſublatis in cælum manibus Deos comprecatus eſt, ſic proſperarent res Athenienſium, vt illis Ariſtides nunquam veniret in mentem. In rebus enim afflictis ſolet populus ad egregios viros confugere, id quod euenit. Siquidem tertio poſt anno, cum Xerxes Atticam adoriri ſtatuiſſet, Ariſtides ab exilio reuocatus eſt. Conſiſtit autem pietas erga patriam; in exoptando omnia fauſta, & proſpera Reipubl. exemplo præfati Ariſtidis. In promouenda Religione chriſtiana, exemplo pientiſſimorum Regum Poloniæ, quos ſupra citauimus. In promouenda morum grauitate, honeſtate, & virtute, exemplo illius Illuſtris Galli, qui cum videret Regnum Franciæ, in maximis turbationibus ſub interregno; in foribus domus ſuæ literis aureis ſcribere iuſſit hæc verba. Fidem fati virtute ſequere. Non eſt timendum quod illa reſpublica periclitetur, in qua regnat virtus & honeſtas, hæc enim maximè conſeruant Reſpubl.

Cromer. lib. 5.

Valerius Maxim.

M.T.Ciceron. in ſomnio Scipion.

Plutarch. in eius vita.

Exoptare etiam bonum vtile Patriæ pietas eſt, qualis pietas fuit Tenczynij, & Buczacij Polonorum. Nam Vladislaus Iagielo Polonorum Rex. Suidrigeloni fratri ſuo Podolia ceſſurus eſſet, ægerrimè id ferentes duo nobiles iuuenes Andreas Tenczynius & Nicolaus Dreuiſius ducti amore Patriæ, ſcripſere Michaeli Buczacio, qui Cameneciam obtinebat, Regem extrema neceſſitate adactum Podolia Suidrigelloni cedere, ſed ſi ipſe communi Patriæ, ſimul & honori ſuo conſultum vellet, non modo, non pareret mandatis Regijs, verum Faclicam, pariter, & Babam legatos comprehenderet. Has literas quoniam palam ferri nequibant. Suidrigellone omnes qui eo iter facerent excutiente, conuolutas ceraque contectas, vt ſpeciem cerei præſeferrent. Zaclicæ puero omnium inſcio, paucula pecunia, præ manu ei data dedere: vt is cum primum Cameneciam veniſſet, cereum illum Buczacio præfecto redderet, atque hæc verba adderet, vt ſi etrate ille nollet, ex eo cereo vna cum magiſtratu Vrbano lumen quæreret, cum autem puer bona fide omnia feciſſet miratus Buczacius, quid ſibi cereus ille, & ambigua mandata vellent, non de nihilo tamen omnia illa eſſe ſuſpicatus refracta cera literas inuenit. Zaclicam, & Babam in cuſtodia habuit. Porrò hic amor, & pietas ad omnes pertinet. Maximè tamen ad viros perfectos, & eminentes in Repubi. ſpectat, vt omnes ſint tales qualis erat Pedaretus, cuius inſignis, prudens, probus, qui cum videret magiſtratum ſuæ Reipubl. diuerſa officia diſtribuere, in trecentas perſonas, & illi nullum collatum fuiſſet, ex Senatu gaudens, & exultans abijt dicendo, Multum gaudeo, & meæ Reipubl. gratulor, quod trecentos ciues habeat, qui ſint meliores, & maioris meriti, quam ego. Gaudere enim de bono communi, ſicut triſtari de malo, magnæ pietatis opus eſt. Vtinam omnes fuit tantæ pietatis, quantæ fuit ille qui dicebat. *Cupio anathema eſſe pro fratribus meis.* Omnia fauſta & proſpera & Reipubl. & illis ipſis ſine dubio euenirent, & promiſſam à ſapiente benedictionem obtinerent; nimirum quod honorando patriam, animo, & corpore, ita valerent, vt non eſſet neceſſe, timere alienum.

Cromer. lib. 20.

Ad Rom. 9.v.3.

Maximè ſi pietati erga Patriam, adiungeretur
pietas erga Deum, ſi cultum Dei promo-
uerent, vt iuſtum eſt; tunc nihilo cer-
tius, quod omni fœlicitate, ta-
lis Reſpubl. ditabatur in
præſenti per gra-
tiam, &
in
futuro per gloriam, ad quam nos
perducat. Qui viuit & re-
gnat in Sæcula ſæ-
culorum.
Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua.
Dominicæ Reſurrectionis.
De Veritate Reſurrectionis.

Marc. 16. v. 6. *Surrexit non eſt hic.*

Prou. 14. v. 11. *Domus impiorum delebitur, tabernacula verò iuſtorum germinabunt.*

A

RECtè & Spiritu Sancto inſpirante dixit Iob, conſiderando quid futurum ſit de illo poſt mortem. *Scio quia morti trades me, veruntamen non ad conſumptionem.* Duo ſunt de quibus nos
Iob. 30. v. 23. certos reddit Iob in verbis prædictis, nempè de morte, & reſurrectione. Et reuera de morte minùs neceſſaria fuiſſe videtur aſſecuratio. Quis enim ignorat quod quilibet mortalium morti tradendus eſt? quotidiana experientia, cum tot homines mori videmus, hiſtoriæ id certificant, nec puto aliquem hominem eſſe, qui exiſtimet ſe nunquam moriturum, aut hoc cogitare poſſit. Iure meritò
Hieron. miratur quoſdam qui ſe æternos putant: Sanctus Hieronymus in Epiſtola ad Heliodorum, quotidie inquit morimur, quotidie commutamur, & tamen nos æternos eſſe putamus.

Hoc tamen dictum eſt, non quod aliquis homo inueniatur, qui hanc cogitationem admittat, quod ſit æternus, ſed quia communiter ita homines viuunt, ita incautè, nihil de termino mortis cogitantes, ac ſi immortales, & æterni eſſent. Quemadmodum legimus de quo-
Phil. ſ. dam Philoſopho, qui cum quæſiuiſſet ab Alexandro crederet nè ſe eſſe mortalem an non reſpondit Alexander, credo, & ſcio, quod mortalis ſim, inſtat Philoſophus, non dubito te mortalem eſſe, neque de hoc interrogo, ſed ante mortalem eſſe intelligas? ſcio, quod in rei veritate morieris, ſed an cogitas te moriturum, an talis ſis in tua cogitatione, qualis in rei veritate ſis futurus? hoc eſt quod interrogo, opera enim tua oſtendunt, quod te æternum putes. Et reuera plures ſunt qui ſe magis putant æternos quam mortales, & non ſolùm putant ſe eſſe æternos, ſed hoc defendũt. Cum aliquis audit talem hominem mortuum eſſe, miratur, & tandem dicit, quod erat ſenex, de alio quid erat infirmius, de alio item, quod moleſtiis ſit cõſumptus, ideò non mirum quod ſit mortuus, ac ſi nollet dicere, hæc mala me non afficient, nec mortis tormentum me tangit. Tales memores eſſe deberent illorum verborum, quæ ſcribit D.
1. Cor. 15. v. 31. Paulus, *quotidie morior per gloriã veſtram fratres:* ita nos quotidie morimur, ita quod ſi quis interrogaret legentẽ, aut laborantem, aut loquentem, aut conuiuãtem, quid modo facis? melius reſpondere non poſſet, quã ſi diceret, morior, quod cũ ita ſit mirũ eſt quod nos ęternos putamus. Rectè inquit
Seneca. Seneca de talibus hominibus. De partibus vitæ omnes deliberant, de tota nemo deliberat, omnes inquit, quia omnibus commune eſt, vix naſcitur homo, vix octo vel nouem eſt annorum, & ecce de partibus vitæ illius ſit deliberatio. quid faciendum ſit cum illo, an litteris ſit imbuendus an militiæ applicandus, an ſeruitio Reipub. tradendus, an potius ad Regiam curiam mittendus, ſit conſultatio qualiter prouidendum ſit, vt in iuuentute rectè viuat, in virili ætate omnibus abundet, in ſenectute nihil illi deſit; & nemo deliberat, nemo cogitat, de termino totius vitæ, de partibus vitæ omnes deliberant, de tota nemo quia putant, ſe & alios eſſe æternos, & longiſſimo tempore victuras, & decipiuntur.

Sed vnde prouenit hæc deceptio, vt in tam falſam cogitationem mortales veniant? non aliunde, niſi quia in mundo quædam ſunt, quæ nos decipiunt, promittendo vitam longam, quædam etiam, quæ nos ab hac deceptione liberant, innuendo breuitatem, & vanitatem vitæ præſentis. Si igitur proponeretur alicui electio, in præſentia aliorũ prudentium ex duobus bonis, quorum vnum ſit ex ſe valde bonum, & infallibile, ſed non multum placet eligenti, aliud autem eſt minus, & fallax bonum, ſed magis placet, tunc eligens, quia in præſentia aliorum eligit, non poteſt eligere niſi maiùs bonum, & infallibile, licet illud non multum placeat ſibi in cogitatione tamen quæ occulta eſt, & non videtur ab alijs, eligit, non illud quod eſt melius, & verius, ſed quod magis ſibi placet, licet decipiatur. Hic duo ſunt bona, vnum in rei veritate certiùs, & meliùs, nempè mors, quæ tamen minus homini placet, aliud vita longa, & quaſi æterna, hanc non poteſt eligere apertè, nam omnes dicerent eum non rectè iudicare, & quia omnibus palam eſt, quod vita noſtra non eſt æterna, quod non eſt longa, ſed momentanea, quia tamen homini multum placet vita longa, ideò ſaltem in imaginatione talem ſibi depingit, qualem deſiderat, longam, proſperam, ſecuram, ac interminabilem, & inde oritur deceptio, quod æternos nos eſſe putamus. Deus inuocandus, vt ab hac deceptione nos liberet, vt lumine cæleſti illuminet hominem exterius, tunc enim homo ita loquetur, ſicut ſentit, & ſicut loquitur, & ſentit, ita & cogitabit, ſentit quod vita hominis eſt momentanea, ſic loquitur & nõ imaginatur, nec cogitat eſſe æternam, ſed momentaneã, ſic à Spiritu Sancto inſtructus dicebat Iob. *Scio quia morti trades me.* Hoc ſentiebat,
Iob. 30. v. 23. nõ aliud cogitabat. Verumtamen non ad cõſumptionem, quia domus impiorum delebitur tabernacula iuſtorum florebunt. Non eſt ita ferox Leo ſicut dipingitur. In ſcala ad Thronum Salomonis erant poſiti Leones aurei, qui à longe aſpicientes terrebant, quia Leones, ſed trono appropinquantes lætificabant, quia aurei; multum terret hominem mors ſi à longe aſpiciatur; videtur enim, quod homo pereat, quod anima deſinat eſſe, & corpus in puluerem reuertatur. Sed ſi diligentius diſcuſſerit verba Sancti Iob, quod nõ ad conſumptionem traditur homo cum moritur, fateri debebit, quod homo in morte melioratur, quoad animam, quoad corpus, & quoad totum compoſitum. Magna eſt differentia inter alias creaturas, & hominem, cæteræ creaturæ pereunt, quoad conſumptionem, ſed homo habet quidem terminum, ſicut & cæteræ creaturæ vitæ ſuæ, non tamen perit quoad conſumationem.

Magna eſt differentia inter iuſtos & impios, quia domus impiorum peribit, tabernaculum germinabit, non ſolùm quoad animam, ſed etiam quoad corpus iuſtorum. Pergit iuſtus illuc vbi eſt conſtituta domus omnium viuentium. Eſt ſicut Sol, qui cum oritur, pergit per ſigna Zodiaci vſque ad occaſum, Quis diceret interire tunc Solem vſque ad conſumptionem? eſt ſicut riuulus, qui ingreditur flumen, & tandem cum flumine in mare, quis diceret tunc riuulum perire? certè non, ſed ingreditur Oceanum. Sic anima ingreditur cælum. Oceanum illud beatitudinis æternæ, Sol poſt occaſum manet nobiſcum, quoad effectus, ſic homo manet poſt mortem, quoad virtutes, & bona opera, quoad corpus etiam non perit quoad conſummationem: eſt ſicut manipulus florum.
Homo ſicut fænum dies eius, & tanquam flos agri ſic efflorebit. Pſal. 102. v. 15.
Quia tabernacula iuſtorum germinabunt, & florebunt. Quemadmodum die hodierna Chriſtus per reſurrectionem effloruit, & glorioſus Apoſtolis, ac alijs diſcipulis apparuit. Hæc vnica fuit Iob afflicti, & tribulationibus atque moleſtijs contriti conſolatio. Hæc quoque debet eſſe vnica ſpes, & conſolatio noſtra, quod Chriſtus ſurrexit ſua poteſtate, & virtute, de quo in hac inſtitutione agemus, Primus tamen de reſurrectione in communi, an ſit poſſibilis virtute naturæ, diſputabimus.

Sicut lilium Veg. lib. 3. fol. 32. col. 4. circa finem.

Inter cæteras noſtræ fidei veritates, Chriſti Domini reſurrectio, gentibus difficillima ſemper fuit ad credendum, Iudæis verò fabula, & figmentũ viſa eſt. Vnde B. Hieronymus dicit; quamuis Pythagoras, Socrates, & Plato, animæ immortalitatem cognouerunt, corporum tñ. reſurrectionẽ minimè ſibi perſuadere potuerunt, imò ſtultitiam exiſtimabant, vt conſtat ex actis Apoſtolorum. Cũ enim Paulus

B

[illegible]

[illegible]

apud

apud Agrippam Regem, & Proconſulem Feſtum de hoc
ageret, reſponſum accepit: *Inſanis Paule, multa te litera*
Act. 16. *ad inſania conuertunt.* Et Actorum 17. Cum Athenis de re-
v. 24. ſurrectionis myſterio ſermonem haberet: *Seminator* (dixe-
Act. 17. runt) *verborum, annunciator nouorum Dæmoniorum.* Tam
v. 18. à veritate alienam corporum reſurrectionem arbitraban-
tur, vt illius auctorem, ſolum Dæmonem extitiſſe conſtan-
ter aſſeuerarent. Immò cum Sanctæ illæ fœminæ nunciaſ-
Luc. 24. ſent Apoſtolis, reſurrexiſſe Chriſtum, putabant (ait Lucas)
eſſe deliramenta, quę dicebantur: quia irrefragabile Axio-
ma illud credebant, à priuatione ad habitum non eſt regreſ
ſus. Cum ergo mors priuatio ſit vitæ, impoſſibile autuma-
bant poſſe reſurrectione ad vitam defuncta hominum ca-
dauera reuocari. Nos verò Catholici, innixi fundamento
fidei, Axioma hoc ita interpretati debemus, quod ſolùm in
cauſis naturalibus locum habeat, ſi tamen diuinam omni-
potentiam inſpiciamus, vtile eſt & confutatione dignum:
omnia enim Deus ſua omnipotentia, & placito metitur.
In hunc eundem errorem lapſi ſunt Sadducæi, qui inter
Hæbreos, vt inter Chriſtianos Hæretici extiterunt: hos re-
darguit Chriſtus in Euangelio, falſamque eorum ſenten-
Matt. 22. tiam eſſe comprobauit, dicens. *De Reſurrectione autem mor-*
v. 31. *tuorum non legiſtis? quia dictum eſt à Deo dicente vobis. Ego ſum*
Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, non eſt Deus mor-
tuorum, ſed viuorum. Quo teſtimonio vſus eſt Dominus,
non quia efficatiùs eſſet cæteris, multa enim alia clariora
proferre potuiſſet, vt illud Iob. *Credo Redemptor meus vi-*
Iob. 19. *uit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum ego ipſe, & non*
v. 25. *alius, & rurſum circumdabor pelle mea.* Et illud Dauidicum.
Pſal. 40. *Nunquid qui dormit non adijcet ut reſurgat?* & iterum: *tu co-*
v. 9. *gnouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.* Sed quia
Pſal. 138. Sadducæi libris Moyſis plenam adhibeant fidem, ideò ar-
v. 25. gumentum ex irrefragabilis ſcripturæ teſtimonium ſumi-
tur, nè daretur negationi locus. Fuerunt, & alijs circa hunc
articulum errores quos referremus præmiſſa definitione
reſurrectionis, poſtea tandem, in tribus vel quatuor funda
mẽtis, hanc principalem fidei noſtræ columnam erigemus.
Reſurrectio nihil aliud eſt, vt dicit Scotus, niſi eius quod
cecidit, & diſſolutum eſt, ſecunda ſurrectio.

C Hinc fuit opinio quarundam, quod reſurrectio ſit poſſi-
Scot. in 4. bilis per naturam, atque ex hoc natura poſſit eſſe cauſa acti
d. 43. q. 3. ua reſurrectionis. Tales (vt refert D. Auguſtinus) fuerunt
Aug. 12. quidam Philoſophi, qui exiſtimabant corpora per circui-
de ciuit. tum temporum eadem reditura aliquando, videlicet poſt
c. 13. magnum annum Empedoclis, qui computabatur 36. mil-
libus annis. Ratio eorum eſt, quia redeunte cauſa eadem,
redibit idem effectus, tunc autem omnia corpora cæleſtia
redibunt ad eundem ſitum; ideò omnes effectus eorum re-
dibunt.

Probant minorem ex fundamentis Ptolomæi, qui in
Almageſto aſſerit, cælum ſtellatum moueri in centum
annis, vno gradu contra motum diurnum, cum ſint in eo
treceriti vndecim gradus: idque colligitur ex Zodiaco, in
quò ſunt duodecim ſigna, quorum quodlibet habet trigin
ta gradus in longitudine, & duodecim in latitudine: atque
hinc infert, quod complebitur motus ille in triginta ſex
Plato. millibus annis. Quem Plato ſecutus, dicit ſe ipſum tunc
Ad Rom. iterum fore eundem numero, & lecturum in eiſdem
6. v. 9. ſcholis, eiſdemque ſcholaribus, quibus ipſe pro tunc lege-
bat. Verùm illam opinionem improbat Auguſtinus per
1. Theſ. 5. auctoritatem Scripturæ. *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam*
17. *non moritur.* Secundo per illud. *Semper cum Domino eri-*
mus. Item per illud Pſalmiſtæ. *Tu autem Domine ſeruabis*
Pſal. 15. *nos, & cuſtodies à generatione hac in æternum.* Vbi de ſic
v. 8. opinantibus. Bene inquit ſubdit Pſalmiſta. *In circuitu*
Pſal. eod. *impij ambulant*, id eſt, aſſerunt reuolutiones circulares cæ-
v. 9. lorum.

Idem error facile refellitur per rationem de beatitudi-
ne. Nam ſecundum iſtum circulum, nulla eſſet vera bea-
titudo, ex eo quod anima beata reditura eſſet ad miſerias,
quas prius habuit: Et quæro dum beata eſt, an credit ſe
nunquam redituram, & ſic falſa opinione beata eſt, aut
credit redituram, & timet, ac per conſequens non eſt bea-
Eccleſ. 1. ta. Neque eſt allegandum illud. *Nihil ſub Sole nouum*,
abſit enim, vt his Salomonis verbis illos circuitos ſignifi-
catos eſſe credamus, cum erronea hæc planè ſit opinio, &
ab omnibus fide Orthodoxa initiatis condemnata: quin
potiùs plerique ſic mentem ſapientis, interpretantur tan-
quam in prædeſtinatione Dei iam facta fuiſſe omnia vo-
luiſſet intelligi, atque ideò nihil nouum, & recens ſub ſo-
le reperiri. Præterea manifeſta inconuenientia ſequuntur,
ad præallegatam poſitionem in ſpecie humana.

Sequitur enim primo quod addiſcere non ſit niſi remi-
niſci, de quo tangit Philoſophus, cum inconueniens ſit (vt Ariſtot. 1.
probat in fine ſecundi poſteriorum) nobiliſſimos habitus Poſter.
eſſe in nobis, & latere nos. Aliud eſt dum actus liberi arbi-
trij non ſubſint neceſſariò cauſalitati cæli, per conſequens
non neceſſariò redibunt ijdem, neque etiam aliqui actus
neceſſario dependentes ex eis. Arguit & D. Auguſtinus
maximè contra Platonem vbi prius, ſicut (inquit) in hoc ſæ-
culo Plato, in ſchola quæ Academia dicta eſt, diſcipulos do-
cuit, ita poſt innumerabilia retro ſæcula, & idem Plato, &
eadem ciuitas, & eadem ſchola ijdemque diſcipuli repet-
ti, tandem ſubdit, abſit vt iſta credamus, & ſtatim citat im-
probationes ſcripturarũ ſuperiùs adductas. Illud verò om-
nium eſt maximum inconueniens, quod Chriſtus Domi-
nus deberet iterum naſci, flagellari, crucifigi, mori, quod
fidei Catholicæ repugnat. Oppoſitus error fuit Peripateti- Aug. lib.
corum, & Porphirij, vt habet Diuus Auguſtinus. Peripate- de ciuit.
tici aſſeuerabant fælicitatem corporis humani pro futuro Dei.
ſæculo nullam eſſe: nam & Ariſtoteles Peripateticorum Ariſtot. 2.
Princeps tenet pro impoſſibili vt idem numero bis gene- de Gen.
retur, vel vt res corrupta eadem numero reparetur, vel vt tex. 70.
ſemel corruptum reproducatur, quod deducit ſic. Genera-
tio ſubſtantialis præſupponit alterationem, alteratio au-
tem interrupta, non poteſt eſſe eadem alteratio numero,
quoniam ad vnitatem numeralem requiritur motus, &
tempus non interruptum, motum menſurans, vbi ergo eſt
duplex generatio, eſt duplex alteratio, ac perconſequens Ariſt. 5.
non poteſt eſſe terminus vnus numero Cum ergo compo- & li. phy-
ſitum ſit terminus generationis, ſi bis generatur, vel ſi cor- ſicor.
ruptum reparatur, duplex erit generatio, & duo compoſita
generabuntur, non autem vnum numero. Hæc fuit Ari-
ſtotelis ratio, quã ſequaces ſui reſpectu cuiuſcunque agen-
tis verificari arbitrantur: cum tamen non niſi agenti natu-
rali, per motum, & generationem phyſicam omnia produ-
centi, deſeruiat.

Vnde ſi detur agens ſiue efficiens, quod ſine tranſmuta-
tione, & motu phyſico producat res in eſſe, vel corruptum
reparet, cuius actio ſit ſubſtantia ſua, illud agens poterit
idem numero bis producere, & corruptum reparare, &
talis eſt Deus glorioſus. Quaptopter hæc conſequentia
nulla eſt. Agens naturale (de quo intendit Ariſtoteles
vbi ſupra) non poteſt corruptum idem numerum repro-
ducere, ergo nec Deus: quæ enim comparatio potentiæ fi-
nitæ, & limitatæ ad omnipotentiam? Tenendum eſt po-
tius id, quod non poteſt natura poſſe authorem naturæ:
ſic docet nos D. Auguſtinus, vbi inquit abſit quod ad reſu-
ſcitanda, vitęque reddenda, non poſſit omnipotentia crea
toris omnia reuocare, quæuis beſtiæ, vel ignis abſumpſit,
vel quod in puluerem cineremq; collapſum, vel in humo-
rem ſolutum, vel quod in auras exallatum eſt, abſit vt ſinus
ſecretumque naturæ, ita recipiat aliquid ſubtractum ſenſi-
bus noſtris, vt omnium creatoris, aut cognitionem lateat,
aut refugiat poteſtatem.

Porphyrius autem Platonis ſectator & cõmentator, qui
poſt mundi reparationem claruit, & creditur ille, qui Iſa-
gogen, & Cathegorias Ariſtotelis compoſuit, peſſimus ta-
men Hæreticus, contra quem ſuper inuehitur D. Auguſti- Aug. in
nus, negat aliquam fælicitatem tribuendam corpori huma li. de ciu.
no, eo quod ſit poſitus impedimentum animæ noſtræ, quã Dei.
organum vtile ad ſpeculandum diuina. Vnde Libro ſuo E
quem edidit de regreſſu animæ ad corpus docet, vt anima
beata ſit, omne corpus fugiendum eſſe. Reſurrectio ergo
ſecundum ipſum, potiùs animam impediret in conſequen-
da fælicitate, quam iuuaret, ac proinde vanum eſt ſecun-
dum Porphyrium inueſtigare, quę in futura vita humano
corpori fælicitas tribuenda ſit. Verum nuditas, & terrena
apprehenſio Porphyrium in hoc errare captiuauit. Arbi-
tratus eſt enim, quod ſi anima ad corpus reuerteretur, non

in alio foret ſtatu, quam nunc: & cum pro præſenti vita videamus corpus hoc noſtrum eſſe corruptibile, ac in multis grauare animam, propterea putauit Porphyrius, oportere animam omne corpus dimittere, vt ſit beata. Sed imagi-
Ad Cor. c. 15. natio ſua vana & falſa eſt, quā euacuat Paulus. Vbi oſtendit corpus reſurgendum, non quale nunc eſt, ſcilicet corruptibile, terrenum, infirmum, ſed incorruptibile, & immortale, quod non erit animæ impedimentum, ſed aptiſſimum & glorioſum organum. Nam ſi futurum eſſet corruptibile vt nunc, reſurrectio non ad maiorem beatitudinem, ſed
Ad Ro. 1. v. 29. in pœnam foret animæ. Præterea ſi Paulus lamentatur de grauamine mortalis corporis, ſic & poſt Reſurrectionem lamentaretur dicens. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Non ergo in mortali, & oneroſo, ſed immortali, & glorioſo corpore Sancti reſurgent. Hoc eodem errore obcæcati fuerunt Sadducæi, quos Chriſtus re-
Matt. 22. prehendit, vt ſupra dixi. *Erratis neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei de reſurrectione mortuorum legiſtis, quod dictum eſt vobis a Deo dicente, nimirum ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.*

Exod. 3. Sed dicet aliquis quādo in Exod. c. 3. & Chriſtus Matth. cap. 22. retulit hæc verba, non viuebant corpore, ſed tantum anima. Ergo ex hoc non probatur reſurrectio. Reſpōdetur anima Abraham, non eſt Abraham, ſed pars eius ſic & anima Iſaac & Iacob, quocirca dum ſola anima viuit, non eſt verùm dicere: Abraham & Iſaac eſſe viuentes, ſed requiritur vita totius coniuncti, quæ quamuis non eſſet actu, reſpectu noſtri, quando hæc verba proferebantur, erat tamen reſpectu Dei, quoniam omne futurum eſt ſibi præſens. Vnde Chriſtus per illa verba ſufficienter probauit reſurrectionem ex antiqua lege, & diuina authoritate, atque ſic ſilentium impoſuit Sadducæis, qui recipiebant quidem Sacram Scripturam, ſed in reprobum ſenſum euertebantur.

Succeſſu temporis eundem errorem excitarunt Hæreti-
Scot. in 4. d. 43. q. 1. C ci, contra quos arguit Scotus loco citato, præcipuum argumentum accipiendo à Diuo Paulo dicentes. *Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus*, quod taliter deducit Philoſophus ait. Præſtantiſſimum in vno quoque genere cauſa eſt cæterorum, quæ ſub illo continentur. Sicut inter luminoſa corpora Sol, tanquam excellentiſſimum mundi lumen cauſa lucis eſt in diaphanis, ignis, qui inter calida calidiſſimus, cauſa eſt caloris ab vnoquoque participati. Hinc eſt quod ſicut inter omnes ad immortalem vitam reſurgentes, Chriſtus obtinet principatum, eo quod propria virtute ſe ipſum à mortuis excitauerit, ipſe etiam cauſa erit reſurrectionis noſtræ, non meritoria tantum, & efficiens, (vt teſtatur ip-
Ioan. 6. v. 40. ſe) *ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*, ſed & exemplaris Apoſtolo id teſtificante. *Reformabit corpus humilitatis noſtræ,*
Ad Phil. 3. v. 21. *configuratum corpori claritatis ſuæ. Et ſicut portauimus imaginem terreſtris, ſic & portabimus imaginem cæleſtis.* Vbi fi-
1. Cor. 15. v. 49. guræ & imaginis vox, qua D. Apoſtolus vtitur, aptè explicat Chriſti Domini Reſurrectionem, noſtræ reſurrectionis exemplarem cauſam extitiſſe, ideoque dixit Ambroſius, prior ſurrexit, vt fieret exemplo credentibus ſibi.

Sed poſſit quis dicere, Deum in ſuis operibus perfectè exercendis, nullo indigere exemplari, ac proinde reſurrectionem Chriſti exemplarem cauſam non eſſe. Reſpon-
D. Tho. det egregie D. Thomas his verbis. Exemplar neceſſarium non eſt ex parte reſuſcitantis, qui non indiget exemplari, ſed ex parte reſuſcitatorum, quos oportet illi reſurrectioni conformari. Itaque ex Chriſti reſurrectione, reſurrectio noſtra deducitur, vt recta ſit illatio illa Apoſtoli. *Si Chriſtus Reſurrexit, & nos reſurgamus.* Hoc tantum intercedit diſcrimen inter Chriſti Reſurrectionem, & noſtram, quod
Pſal. 35. v. 10. fons vitæ qui in Chriſto eſt (*apud te eſt fons vitæ*) immediate ſacratæ eius humanitati communicatur, indeque ad nos
S. Thom. deriuatur. Idem innuit etiam S. Thomas dicens habet hoc naturalis ordo, vt quælibet cauſa operetur in id quod eſt ſibi propinquiùs, deinde mediante illo in remotius: vt videre eſt in igne, calorem ſuum in partes proximas inducente, & his medijs in remotus: immo Deus ipſe (vt docet Dio-
D. Dion. nyſius) immediate ſupremum Seraphim illuminat, eoque medio proportionaliter reliquis Hierarchias. Sic diuinum verbum, quod eſt vita ipſa per eſſentiam, Chriſti humanitati ſibi proximè, vtpote hypoſtatice vnitæ, vitam communicat, eaque mediante omnibus, quos ad æternam gloriam deſtinauit. Hoc voluit Apoſtolus illis verbis. *Si Spiritus* Roman. c. 8. D.
eius, qui ſuſcitauit à mortuis Ieſum, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit, & mortalia corpora veſtra. Ex his Pauli verbis clarè infertur, quia cum ſuſcitatus Chriſtus cauſa ſit exemplaris reſurrectionis noſtræ, & Deus qui ipſum ſuſcitauit, nos etiam ſuſcitaturus ſit, proculdubio Chriſti reſurrectio, præcipuum erit fundamentum, cui ſpes noſtræ reſurrectionis, ad ſuæ reſurrectionis imaginem innititur.

Verum non deſunt Hæretici, qui id quoque negare auſi F
ſunt, Chriſtum ſcilicet, verè reſurrexiſse: inter quos apud
Epiph. Cherintus aſſeruit, Chriſtum paſſum eſse, & crucifi- Epiphan. Hæreſi 25.
xum, nondum verò reſurrexiſſe, reſurrecturum tamen poſtea in generali Reſurrectione. Aliter refert errorem Cherinti Iræneus, vbi dicit. Cherintum diſtinxiſse Chriſtum à Iren. lib. 3. contra hæreſes. c. 25.
Ieſu, ita vt paſſionis tempore Chriſtus à Ieſu receſſerit, neque mortem obierit, neque etiam reſurrexiſſe viſus ſit: Ieſus verò mortuus eſt, & Reſurrexit Auguſtinus expreſſe dicit, Cherintum negaſse Ieſum reſurrexiſſe. Et ſcribit Aug. lib. de Hæreſi 8.
quoſdam aſſeruiſſe, adhuc eſſe animam Chriſti in cælo, ſine carne, quos reſurrectionem negaſse neceſſe eſt ac præterea addit, alios dixiſſe, exiſtere carnem Chriſti in cælo va- Aug. li. 3. de carne Chriſti c. 24.
cuam ſenſu. Hos errores attribuit Philaſtrius Paſſioniſtis, Seleucianis, & Hermianis, qui dixerunt ſolam Chriſti animam aſcendiſſe in cælos, reliquiſſe verò carnem ſuam manere in Sole, iuxta illud: *in Sole poſuit tabernaculum ſuum.* Pſal. 18. v. 5.
Poteſt præterea annecti error Apollonij, qui (vt Philaſtrius refert) affirmabat Chriſtum reſurrexiſse, non tamen in ſua ac vera carne. Hic etiam quamuis verbis fateri videatur &c. tamen ipſa reſurrectionem negat. Vnde Auguſtinus Aug. Hæreſ. 2. 3.
abſolutè refert iſtum dixiſse: Chriſtum ſine carne reſurgentem in cælum aſcendiſſe. Vt igitur hic error eijciatur, & verè ac propriè Chriſtum à mortuis reſurrexiſse probetur, Tria fundamenta præmittenda ſunt, tanquam certa, & ab omnibus Theologis recepta. Primum quod anima Chriſti inuiolata manſerit in triduo res eſt certa, quia anima eſt immortalis, vt probat Scotus. Scot. in 4.

Secundum fundamentum præmittendum eſt, quod corpus Chriſti in triduo non fuit putrefactum. An verò fuiſſet putrefactum, ſi diutiùs manſiſſet in ſepulchro, refert Scotus, aliquos ex Theologis huius ſententiæ fuiſſe, quod cor- Scot. in 3. d. 21. q. 1.
pus Chriſti non fuiſset putrefactum, etiamſi non eſset accelerata eius Reſurrectio, idque ex vnionis, qua illud corpus Chriſti fuit vnitum verbo indiſſolubiliter, vt dicit Diuus Damaſcenus; ſi verò hanc putrefactionem euenire poſſe Dam. lib. 3. c. 3.
propter cauſas naturales quiſpiam aſſerat, & hoc friuolum eſt, cum neque cauſæ hæ, tanquam inferiores, prohibente ſuperiori, in illud corpus glorioſum functiones ſuas exercere vllo modo poſset. Ac ideò ſimpliciter illud dicendum eſt, eſse futurum quod eſt futurum ſecundum cauſam ſuperiorem, non autem quia eſset futurum ſecundum cauſas inferiores, ſi ſuæ cauſalitati relinquerentur. Exemplum habetur euidens de Ezechia, cui Iſaias nunciauit mortem, & Iſai. 38.
mortuus fuiſset naturaliter ſecundum cauſas inferiores, ſed quia Deus ab æterno vidit orationem ſuam, & lachrymas, ideò prohibuit cauſalitatem cauſarum inferiorum, & vltra terminum naturalem addidit ſibi, quindecim vitæ annos, vt patet ibi. Haud abſimili ratione in propoſito, corpus Chriſti in morte fuiſset putrefactum, quantum eſt ex parte cauſarum inferiorum naturalium, ſi non fuiſsent prohibitæ, habuit namque cauſam intrinſecam, ſicut alia corpora, nempe qualitates corrumpentes, quarum cauſalitatem prohibuit Deus, & prohibuiſset, ſi corpus illud non fuiſset viuificatum vſque ad generalem Reſurrectionem. Quoniam autem illud dicendum eſt ſimpliciter futurum, quod futurum eſt ſecundum cauſas ſuperiores, vincentes cauſalitatem inferiorum cauſarum, quantum in eis eſset, ideò etiam irretractabiliter tenendum, eſt quod corpus Chriſti, nunquam fuiſset putrefactum idque ſecundum quoſdam Theologos accidiſset antiquo miraculo.

Ex ſupradictis quædam concedit Scotus, quædam verò Scotus.
negat: concedit, hoc quod corpus Chriſti ſibi dimiſſum ne-

qua-

quaquam putredine conſumendũ fuiſſet. Et profectò ſi rē penitus diſcutere voluerimus putrefactio nihil eſt aliud, ſecundum Scotum & ſequaces illius, niſi proportionis elementorum in mixto corruptio, per exhalationem circumſtantis: ordo autem huius rei ita ſe habet primo calidum corporis circumſtantis, educit humidum corporis, quod putreſcit in ſuperficie, tunc ſequitur putrefactio, & demum incineratio: corpora enim mortuorum primum humectantur, deinde putreſcunt, poſtremo incinerantur. Itaque Chriſtus cum non aſumpſerit aliquem defectum, qui ad humani generis redemptionem nihil prodeſſet, & putrefactio corporis huic operi ſingulari non parum potuiſſet obeſſe, idcircò in triduo corpus ſuum ad vitam reuocauit, & ſi diutiùs permanſiſſet, adhuc tamen nullam putrefactionis (diuina ſe protegente virtute) ſubijſſet iniuriam. Ad quod comprobandum multum conducit. Exemplum de Ezechia Rege. Item non incongruè aſſerit Doctor Subtilis, quod corpus Chriſti ſi diutiùs manſiſſet in ſepulchro, habuiſſet quidem intrinſecam reſolutionis cauſam, ſicut & alia corpora, calorem ſcilicet & humorem, & huiuſmodi multa, non tamen putrefieret, idque haud dubio nouo miraculo, antiquo enim miraculo, quo verbum diuinum viuit ſibi corpus, non impediebatur, quò minus corpus illud pateretur clauorum fixuras, apertionem lateris, flagellorum ictus, & quæ ſunt generis eiuſdem. Et reuera actiuũ naturaliter approximatum paſſiuo, & non impeditum, ſi non agit ſecundum naturæ ſuæ proprietatem, ex nouo miraculo hoc proficiſci, nulli dubium eſſe poteſt: ſed tale quid erat corpus Chriſti mortuum, habuit namque actiuũ approximatum: ſi ergo non fuiſſet obnoxium corruptioni, nouo miraculo occidiſſet, quia ſcilicet diuina virtus præſeruaſſet. Nec illa vnguenta myrrha, & aloes huiuſmodi reſolutionem potuiſſent perpetuò abigere, quin tandem temporis longinquitate fuiſſet in cineres reſolutum, ſi Deus huiuſmodi reſolutionem fieri non prohibuiſſet.

G Et quamuis fortaſſe obijcies illud Ariſtotelicum, natura non incipit aliquem motum, quem terminare non valet, ſed in Chriſto incepit motus, qui eſt ad putrefactionē, anima enim ipſius fuit verè ſeparata à corpore, cuius planè ſeparatio eſt corruptionis principium; ergo corpus Chriſti eſt putrefactum, egrediente quippe anima è corpore (ait Philoſophus) corpus marceſſit, & expirat. Reſpondetur tamen, quod naturæ conditio eſt, non incipere motum, quem nequeat abſoluere, ſi modo à ſuperiore agente non ſit prohibita, aut vires ad agendum ei non ſuppeditauerit. Sed iterum dices, Chriſtus aſſumpſit conditiones naturæ viuentis. Igitur aſſumpſit conditiones naturæ mortuæ, in quarum numero haberi poteſt corporis putrefactio. Præterea quia aſſumens naturam ſpecificam, aſumpſit etiam illius naturæ proprietates, ſed proprietas corporis mixti ſeu naturalis, eſt putrefactio, ergo aſumpſit corpus putrefactioni obnoxium. Soluitur Chriſtus aſumpſit conditiones quæ humanæ ſaluti redimendæ adiumento eſſent, & non impedimento, putrefactio autem fuiſſet impedimento, vt Canit Propheta. *Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit mane miſericordiam tuam?* ex quo patet ad aliud reſponſio. Duplex eſt naturæ proprietas, ſeparabilis vna, inſeparabilis altera; de inſeparabili verùm quidem eſt, eam à Chriſto fuiſſe aſumptam de ſeparabili minimè verò, niſi in quantum redemptionis humanæ opus promoueret, quod certè de putrefactione Dominici corporis dicere non poſſumus.

Ariſt. 3. Met.

Ariſtot. 1. de anim.

Pſal. 29. v. 10.

Dam. lib. 3. c. 28. Damaſcenus de diſſolutione ac corruptione egregiè diſputauit diſſolutionis nomen (inquit) duo deſignat. Nam ſignificat huiuſmodi humanas paſſiones, famem, ſitim, laborem, clauorum confixionem, mortem, id eſt animę à corpore ſeparationem, & id genus multa: ſecundum quod ſignificatũ corpus Domini diſſolutioni obnoxium dicimus, omnia enim hæc voluntariè ſuſcepit. Significat etiam diſſolutio perfecta corporis, in ea ex quibus compoſitum fuerat elementa diſſipationem, interitum, & diſparentiam, quę quidem corruptio nominatur, cuius experientiam Dominicum corpus minimè nouit. Igitur indiſſolubile Domini corpus dicere iuxta primum diſſolutionis ſignificatum ante reſurrectionem, impium eſt, nam ſi indiſſolubile, non conſubſtantiale nobis, & opinionē & non veritate facta ſunt, quæ facta eſſe teſtatur Euangelium, famem, ſitim, clauorum fixuras, lateris apertionem, & mortem ſi autem opinione facta ſunt, fraus igitur & deceptio eſt diſpenſationis myſterium, & opinione, non verò veritate factus eſt homo, & opinione igitur, & nō veritate ſaluati ſumus. Sed hæc faceſſant, & qui talia dicunt, ſalutis expertes fiant, nos veram ſalutem adipiſcamur, ac conſequamur. Secundo autem diſſolutionis ſignificato indiſſolubile, id eſt incorruptibile confitemur Domini corpus, quemadmodum nobis Deiferi Patres tradiderunt. At tamen poſt reſurrectionem ex mortuis ſecundùm primum ſignificatum, indiſſolubile dominicum corpus aſſeueramus: namque & noſtro corpori reſurrectionem, & poſtea indiſſolutionem, Dominus per proprium enodauit corpus, ipſe primitiæ, & reſurrectionis, & indiſſolutionis, incorruptionisque, & immortalitatis nobis factus. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem*, inquit diuinus Apoſtolus. Hæc Damaſcenus. 1. Cor. 15. v. 53.

Suffragatur huic propoſito Sanctus Auguſtinus. Omnia (inquit) huius ſæculi mala, dolores, laboreſque hominum, de peccati originalis meritis venerunt. Vnde facta eſt ipſa vita vinculo mortis obſtricta. Proſunt autem iſta mala, quę fideles piè perferunt, vel ad emēdanda peccata, vel ad exercendam probandamque iuſtitiam, vel ad demonſtrandam vitæ huius miſeriam, vt illa vbi erit beatitudo vera atque perpetua, & deſideretur ardentius, & inſtantius requiratur, ſed Chriſtus ſinè peccato originali conceptus ab huiuſmodi defectibus non premerebatur, niſi ab his tantùm, quos ſolùm voluntariè aſſumpſit, vt opus noſtræ redemptionis abſolueret. Illos ergo humanæ naturæ defectus labores, doloreſque, aſumere voluit, qui prodeſſent noſtræ ſaluti, non qui obeſſent, aut ſuæ derogarent dignitati. Aug. lib. de Trin. 13. c. 16.

Scimus dictum fuiſſe primo parenti. *Puluis es & in puluerem ibis.* Quod ſi de morte dicitur, generalis eſt ſententia, ſi de reſolutione in puluerem, hanc conditionem caro Chriſti euaſit, quæ corruptionem non ſuſtinuit: *quoniam non derelinquens animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, de quo planè ſcribitur, *quod naſcetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei.* Verè Sanctum, & Sanctum Sanctorum. Vnde hæc ſancta ſanctorum dicuntur, quæ illa ferebant, quibus ille figurabatur, qui veraciter Sanctus Sanctorum dicitur. Hic enim Sanctus corruptionem non vidit, qui tertia die cum triumpho rediens, ab inferis reſurrexit. De hoc Sancto loquitur Daniel. *Impleatur viſio* (inquit) *& Prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum*, caro enim eius & ſi mortua eſt ex infirmitate, reuixit tamen ex Dei virtute, quando enim voluit mortuus eſt, & quando voluit ſurrexit. Putredo vtique & vermis opprobrium ſunt humanæ conditionis, à quo opprobrio caro Chriſti fuit aliena, & libera *quia peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius.* Illud Sacratiſſimum Chriſti corpus, in quo verbum caro factum eſt, erat ne vermibus futurum in eſcam? ſentire non valeo, dicere pertimeſco. Sanè quid poſt putredinem? vermis poſt vermem? abiectiſſimus puluis, quod de Chriſti corpore ſentire non poſſum, nec debeo. Quomodo illud Sanctiſſimum tabernaculum, in quo habitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter corrumpi potuit? quomodo poterat videre vermem, à quo omnis prorſus vermis peccati aufugit, & euanuit? quomodo habitaculum illud, in quo omnium plenitudo fuit gratiarum poterat diſſolui? Geneſ. 3. v. 19. Pſal. 15. v. 10. Lucæ 2. v. 35. Daniel. 9. v. 24.

Tertium fundamentum præmittendum eſt, quod anima, & corpus Chriſti, manſerit vnita, in illo triduo ad ſuppoſitum verbi per Scotum. Et habet Diuus Auguſtinus. Potentia Deitatis (inquit) anima diuiſa eſt à carne, ſed neutrum à verbo Dei. Verbum ſiquidem ex quo ſuſtentat hominem, & animam, & carnem, nunquam depoſuit animā, vt eſſet anima à verbo ſeparata, ſed caro poſuit animam, & ad tempus animam à carne ſeparauit, ſed neutrum à verbo Dei: contra Felicianum in expoſitione fidei catholicæ. Chriſtus in ſepulchro (inquit) carnem ſuam moriendo non deſeruit, ſicut carnem ſuam in vtero Virginis naſcendo formauit. Præterea ad veram mortis rationem, ſufficit ſeparatio animæ à carne, à Deitate verò non fuit neceſſaria, vt verè mortuus diceretur. Item ſi vnio beatifica de lege ordinata H Scot. in 3. d. 22. q. 1. Aug. ho. 41. in Io.

eſt

eſt indiſſolubilis, aliquin beati non eſſent ſecuri de ſua bea
titudine, quod maxime ſpectat ad perfectæ beatitudinis in-
tegritatem: vnio autem. Hypoſtatica (teſte ſancto Bernar-
do) maxima, & præcipua eſt, poſt vnionem Trinitatis: igi-
tur illa nullam vnquam ſuſtinuit ſuæ coniunctionis diſpen
dium. Inſuper filium Dei deſcendiſſe ad inferos conſtat ſa-
tis, non quidem corpore, quod in ſepulchro remāſerat, nec
etiam ſola diuinitate, quæ vbique eſt, ſed anima quæ erat
verbo coniuncta. Subſcribit huic propoſito Damaſcenus.
Damaſc. lib. 3. cap. 27. Quanquam (inquit) Chriſtus mortuus eſt vt homo, & ſan-
cta eius anima ab incontaminato ſeparata ſit à corpore, nō
tamen diuinitas ab vtroque ſeparata remanſit, ab anima
(inquam) & corpore, & neque ſic vna hypoſtaſis, in duas
diſſecta eſt hypoſtaſes: nam & tunc corpus & anima ſecun
dum idem à principio in verbi hypoſtaſi habebant exiſten-
tiam, atque ex ipſis in morte ſeparatis, vnumquodque eo-
rum manſit; vnam verbi habens hypoſtaſim: nunquā enim
neque anima neque corpus propriam habuit hypoſtaſin,
præter eam quæ verbi eſt hypoſtaſis: quo fit vt etſi locali-
ter anima à corpore ſeparabatur, hypoſtatice tamen per
verbum vniebatur. Cum ergo tum anima, tum etiam cor-
pus non habuerint propriam hypoſtaſim ſeparata ab inui-
cem, hypoſtaticè ergo ſemper erant cum verbo coniuncta.
Cuius planè vnionis vnicus fuit terminus, perſona ſcilicet
filij Dei. Nam ſi non fuit niſi vnica aſſumptio, qua verbum
totam naturam humanam aſſumpſit, ergo non fuit niſi v-
nica vnio, & non plures. Hæc autem vnio animæ, & corpo
ris cum Deitate, facta eſt in inſtanti incarnationis, eadem
enim aſſumptione aſſumpſit Deus totam humanitatem,
In 3. diſt. 2. q. 3. per Scotum. Iſta quoq; aſſumptio fuit vnitio, ſiue vnio paſ
ſiua, qua tota humanitas vnita eſt verbo Dei, quia anima,
& caro vnam humanitatem confecerunt, quæ vt vna, &
non vt diſtincta aſſumpta eſt à verbo. Vna ergo humani-
tas (vt ita dicam) vni, & eidem perſonæ Filij, per vnicam
aſſumptionem vnita eſt, ſemperque cum eadem perſona
perſeuerauit, ante mortem, in morte, & poſt mortem, ſcili-
cet caro & anima cum verbo, non autem manſit anima cū
carne in illo triduo, ideoque non erat propriè humanitas,
quæ ex vtriuſque vnione conſurgit, ad veritatem namque
vnionis paſſiuæ, non ſufficit vnitas termini, nempe perſo-
næ Filij, ſed adhuc neceſſaria eſt vnitas extremorum adin-
uicem, ſcilicet vt corpori anima ſit vnita.

Quod ſi quis dicat, ſicut in Chriſti conceptione anima
vnita eſt corpori, ita nuoque Diuinitas vtrique, ſed in mor-
te anima ſeparata eſt à corpore, ergo Deitas ſeparata eſt
tunc hypoſtaticè ab vtroque. Præterea ſi eo tempore ani-
ma manſiſſet vnita verbo, tunc verbum manſiſſet cum ani
ma. Conſequens eſt falſum, conſequentia probatur ratio-
ne communicationis idiomatum: ſicut enim ab humanita-
te prius dicebatur homo, ita planè in illo triduo poterat di
ci anima, eo, quod animæ eſſet vnitum. Dico tamen non
fuiſſe neceſſe, vt diuinitas in morte à corpore, & anima ſe-
pararetur, ſed ſufficiens erat ſeparatio animæ à corpore, vt
vera eius mors comprobaretur, anima præterea Chriſti nō
habebat aliam hypoſtaſim, quam hypoſtaſim verbi, ſimili
ter & corpus, cum erant ab inuicem ſeparata. Quomodo
ergo illa duo potuiſſent manere in illo triduo ſine hypo-
ſtaſi? cum verò dicitur vlterius quod diceretur anima: hoc
non ſequitur, cum anima non ſit perſona, nec poteſt dici
caro, ſi caro accipiatur pro materia: verbum enim eſt hy-
poſtaſis vtriuſque, vt ſæpius dixi. Communicatio præterea
idiomatum nō ſe extendit ad nomina naturæ, eſt enim hu-
manitas vnita verbo, non tamen verbum eſt humanitas:
ſimiliter in triduo anima erat vnita verbo, non tamen ver-
bum erat anima, ſed habens animam ſibi hypoſtaticè vni-
tam. Communicatio ergo idiomatum, ſuppoſitorum nomi
nibus competit, anima autem non eſt nomen ſuppoſiti, ſed
naturę; Ideo verbum non dicitur anima. Magiſter ſenten-
tiarum inducit Sāctum Ambroſium diſputantem de Chri-
Lib. 3. d. 21. ſti derelictione in cruce. *Deus (inquit) vt quid dereliquiſti me?*
clamat homo ſeparatione diuinitatis moriturus. Nam cum
Diuinitas mortis liberatrix ſit, vtique mors ibi eſſe non po
terat, niſi vita diſcederet, quia diuinitas eſt. ſed illa ſepara-
tio intelligenda eſt ſicut derelictum, non enim receſſerat.
Deus ab homine, ita quod diſſoluta ſit vnio Dei & homi-
nis, alioqui fuit quoddam tempus, quando Chriſtus adhuc
viuus homo erat, & non Deus, quia adhuc viuus derelictū
ſe clamabat, non derelinquendum. Si ergo illa derelictio
vnionis intelligatur ſolutio, antefacta eſt ſolutio Dei & ho
minis, quam Chriſtus mortuus eſſet, quod eſt erroneum.
Itaque non fuit derelictus per vnionis ſolutionem, ſed mo
raliter, quia tradidit illum voluntati iudæorum, & per ſub
tractionem protectionis.

Fateamur ergo Deum quodammodo illum hominem in
morte deſeruiſſe, quia poteſtati perſequentium eum expo-
ſuit ad tempus, & noluit pro illo tempore adeſſe ad defen-
ſionem. Separauit ergo ſe Diuinitas, quia ſubtraxit prote-
ctionem, ſed non ſoluit vnionem, ſeparauit ſe foris, vt non
adeſſet ad defenſionem, ſed non intus defuit ad vnionem.
Hoc dogma eſt commune omnium Theologorum. Non libr. 6. ad Theophilum. to. 4
deeſt huic negotio Athanaſij auctoritas, qui de Beatitudi-
ne filij Dei diſſerens maledictus (inquit) qui totum homi-
nem, quem aſſumpſit Dei filius denuò aſſumptum tertia
die à mortuis non reſurrexiſſe confitetur. Si igitur denuo
aſſumptus eſt homo, quem aſſumpſerat in incarnatione,
in morte depoſitus fuit, atque ita in morte ſeparata ſunt, di
uinitas ab humanitate, non autem ab anima vel à corpo-
re. Vbi potiò aduertendum eſt quod Athanaſius locutus
eſt, contra illorum perfidiam, qui reſurrectionem Chriſti
negabant, putātes morte detineri eum, qui ſolus inter mor
tuos eſt liber. Ideò illi maledicit, qui non confitetur totum
hominem denuò aſſumptum reſurrexiſſe, id eſt, Chriſtum
animam denuo corpori coniunxiſſe, & illis duobus denuo
coniunctis in reſurrectione, vere ſecundum hominem vi-
xiſſe, ſicut ante mortem: nam in morte ſeparata eſt anima
à carne, vnde vere dicitur Chriſtus mortuus, ſed neutrum
ſeparatum eſt à verbo Dei. Mortuus eſt ergo non diſceden
tes diuinitate, ſicut Paſſus eſt non pereunte potentia. *Ne-* Io. 10. v. 18.
mo tollit animam meam à me (inquit) *ſed poteſtatem habeo po*
nendi animam meam, & ſumendi eam. Emiſit Chriſtus ſpiri Ambr.
tum (inquit Ambroſius) non amiſit pendebat in cruce, & c. 5. de in-
omnia commouebat, ſed vnde emiſit? ex carne, quo emi- carnatio-
ſit? ad Patrem. Quartum fundamentum præmittendum nis Domi
eſt de tertia entitate, quæ ex anima, & corpore reſultat, de nicæ Sa-
humanitate ſcilicet, an illa fuerit corrupta in morte, & de- cramēto.
ſierit eſſe? nam aliqui hanc tertiam entitatem non admit- 1
tunt, alij autem à partibus realiter diſtingui negant, de Scot. In
quo Scotus. 2. diſt. 3.

Vbi notandum eſt quod, vt habet Scotus, inter Tholo- q. 4.
gos non modica eſt difficultas. An Chriſtus in triduo fue- In 3. d. 2.
rit homo? Hugo dicit quod Chriſtus fuerit homo in tri- q. 2.
duo quia habuit animam ſibi vnitam: ſecundum enim ip- Et d. 22.
ſum homo dicit tantum animā vtentem corpore, ſed quod q. 5.
vtatur hoc accidit ad hoc, quod ſit homo. Magiſter autem Et in Me
ſententiatum aliter poſuit Chriſtum eſſe hominem in tri- taph. q. 4.
duo, quia habuit corpus, & animam, licet non vnirentur Scot. In
mutuò, ſed ſufficit vnio eorum in ſuppoſito. Aliqui autem 3. Doct.
conueniunt in concluſione cum Hugone, tamen genera- 22. q. vni
lius loquuntur dicentes, quod nihil eſt de ratione quiddita ca.
tis rei, niſi forma, cum & Philoſophus dicat animam eſſe Hugo La
ſubſtantiam animati, & quod quid erat eſſe rei: Sed con-
tra concluſionem, in qua iſti conueniunt cum Hugone, ſic
arguit Scotus. Dicit Auguſtinus, non toties homo, ſed pars S. Aug.
melior anima, nec totum homo corpus, ſed pars inferior
hominis. Philoſophus etiam cum dicit, quod anima ſit ſub Philoſ.
ſtantia animati, accipit ſubſtantiam, ſeu quod quid erat
eſſe, pro parte hominis, ſeù definitionis, non autem pro to
ta definitione: debet ergo omninò admitti præter corpus,
& animam tertia entitas, quæ ex partibus reſultat Porro
hęc entitas, & eſt realiter diſtincta à partibus, & habet aliā
exiſtentiam à partibus. Primum patet per Scotum, nam Scot. in
Philoſophus reddens cauſam, quomodo ex intellectu, & in- 2. diſt. 3.
telligibili fit maximè vnum, inquit quod enim fit ex eis, nō Ariſt. 3.
eſt aliud, ſicut eſt in compoſitis ex materia & forma. Idem de anim.
habet commentator in Meth. Com. 6. quod in compoſitis cap. 5.
ſit natura addita componentibus, ſcilicet illud quod fit per
compoſitionem. Neque valet dicere, quod diſtinguatur à
partibus ſeorſim ſumptis, non verò ſimul ſumptis: nam cō-
mentator in omnibus iſtis locis, loquitur de toto, & parti-
bus ſimul ſumptis. Præterea omnis cauſa realiter diſtingui

tur

tur ab effectu, ſed materia & forma ſunt cauſa compoſiti, & non ſunt cauſæ, niſi ſimul ſumptæ, quia nõ cauſant niſi ſimul ſumantur, ergo quando ſimul ſunt, tunc diſtinguuntur ab effectu. Quod verò aliam habet exiſtentiam à partibus facilè probatur, quia eſt terminus adæquatus generationis, idcirco exiſtentia ſua eſt diſtincta à partibus, nam omne, quod poteſt per ſe primo terminare generationem, habet ſuam exiſtentiam, ſed totum per Ariſtotelem eſt per ſe terminus primus generationis, & non partes, quia non generatur anima, neque corpus, ſed homo: ergo totum habet ſuam exiſtentiam diſtinctam à partibus ſuis. In his quatuor fundamentis fortiſſima, & immobilis ſtatuitur columna veritatis, & articulus fidei; cum enim reſurrectio ſit realis eius quod cecidit ſuſcitatio, anima autem Chriſti nõ cecidit, quia habuit propriam exiſtentiam actualem, ſecundum quam deſcendit ad inferos, vt dictum eſt, in primo fundamento, neque item corpus cecidit, quia non fuit putrefactum, & habuit propriam exiſtentiam, quando remãſit in monumento, non fuit ergo reſuſcitata anima, nec corpus, nec diuinitas, quæ tam animæ, quàm corpori fuit præſens, vt dictum eſt in tertio fundamento, dicendum ergo erit, quod in morte Chriſti ceciderit tertia entitas, per ſeparationem animæ à corpore, & deſtructionem vnionis, ex qua reſultat. Hæc dumtaxat iterum fuit ſuſcitata, cum alia omnia remanſerint incorrupta. Adhæc actio realis requirit terminum realem, ſeu exiſtentem actuali exiſtentia, reſuſcitatio autem eſt actio realis, cuius terminus non poteſt aſſignari corpus, aut anima, aſſignanda eſt ergo tertia entitas, ſeu humanitas Chriſti, quæ cum non exiſteret in triduo, Chriſtus non fuit homo in triduo, cum autem eſt
In 3. d. 8. q. vnica.
reproducta in reſurrectione Chriſtus factus eſt homo. Et quoniam illa eadem entitas numero eſt reſuſcitata, quæ fuit deſtructa per Scotum; ideò idem numero homo, qui mortuus fuerat, reſurrexit, atq; ita reſurrectio Chriſti fuit vera, & realis, & Chriſtum verè ac propriè à mortuis ſurrexiſſe eſt de fide.

K

Atque ideò non temerè inter articulos fidei ponitur in omnibus Symbolis, & in Niceno additur: & reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas. Qui modus dicendi ſumptus eſt, ex Paulo dicente.
1. Ad corinth. 15. v. 3.
Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt, pro peccatis noſtris ſecundum Scripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Nam quia hoc myſterium difficile hominibus apparebat, & eius fides firmas nec non ſtabilis erat maximè neceſſaria, ideò Apoſtolus, & Eccleſia ſcripturas proponunt, quæ verbum Dei continent, quatenus ſciamus, non humanis teſtimonijs, ſed Dei auctoritate hunc articulum fidei de Reſurrectione niſi. Quapropter Chriſtus Dominus qui præcipuus teſtis fuit ſuæ reſurrectionis, quamuis eius auctoritas ſufficientiſſima eſſet, ad illam nihilominus confirmandam teſtimonio ſcripturarum eſt
Luc. 24. v. 44.
vſus. vt patet vbi *incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant.* Et infra dixit ad eos. *Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum. quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis, quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die.* Et reuera innumerabilia ſunt in ſcriptura reſurrectionis Chriſti teſtimonia, quæ, & futuram proclamabant, & iam factam prædicant. Egregius eſt locus Iſaiæ quem D. Paulus de hoc myſterio explicat. *Feriam vobiſcum pactum ſempiternum miſericordias Dauid fideles,*

Iſai. 55. v. 3.
Leo Caſtrenſis.

Sed difficile eſt intellectu, quomodo poſſint hæc verba ad Chriſti reſurrectionem aptari. Leo Caſtrenſis in Iſaiã, vt hoc exponat dicit, Paulum accipere pluralem pro ſingulari numero, ideſt pactum & miſericordiam Dauid fidelẽ; vbi Dauid non ſignificat propriè Regem Dauid, ſed Chriſtum ex Dauide ortum, & in eo repræſentatum. Atque ita Dauid ſignificat corpus Domini, fidele autem idem eſt q̃d ſtabile, incorruptibile, & æternum. Cui expoſitioni non videtur eſſe aſſentiendum, quoniam ipſa per ſe ſtatim diſplicet, cum omnia verba ad improprias ſignificationes detorqueat, ſine vllo fundamento. Præterea ſi hæc verba in Iſaia conſiderentur, nec ipſis, nec contextui poteſt accomodari talis expoſitio. Prius ergo ſupponenda eſt literalis intelligentia illorum verborum apud Iſaiam, eſt enim ibi expreſſa promiſſio noui teſtamenti, in quò implendæ erant omnes promiſſiones factę Dauid, ſiue per Dauid intelligamus Regem Dauid, cui pręcipuè facta eſt promiſſio Meſſiæ, & æterni Regni eius, ſiue intelligamus Chriſtum, vt intelligit Hieronymus. Tum quia verba ſequentia hoc requirũt: ecce teſtem populis dedi eum, Ducem, ac Præceptorem gentibus: tum etiam quia hæc phraſis eſt vſitata in ſcriptura. *Inueni Dauid ſeruum meum, Oleo ſancto meo vnxit eum.* De Pſal. 88. v. 21.
quo poſtea ſubditur, *& ego primogenitũ ponã illum*, id quod propriè Chriſto conuenit, de quo etiam dicitur. *Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcat eos ſeruum meum Dauid.* Ezech. 34. v. 22
Paulus ergo ab hoc literali ſenſu non recedit, neque intendit dicere in illis verbis, niſi quod ſanctæ promiſſiones à Deo factæ, in Chriſto erant implendæ. Vnum autem ex illis promiſſis fuit, *non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ*, Pſal. 15. v. 10.
in anima, in corpore, totum autem cõpoſitum licet fuerit diſſolutum, tamen poſtea eſt reſuſcitatum. Itaque non affert illa verba Iſaiæ, vt in particulari probet reſurrectionẽ, ſed vt in generali aſſumat promiſſiones de Chriſto factas fuiſſe fideles, & ſuum exitum habituras, inter quas etiam eſt iſta. Cui expoſitioni adiungi etiam poteſt, cum Iſaias inquit, miſericordias Dauid fideles, alludere ad promiſſiones factas Pſal. qui incipit *miſericordias Domini in æternum cantabo.* Pſal. 88. v. 5.
Vt Hieronymus & alij interpretes annotarunt, tum propter verborum ſimilitudinem, vtrobique enim fit mentio diuini pacti, miſericordiæ ac fidelitatis, tum etiam quia in illo continentur præcipuæ de Meſſia promiſſiones. D. Hier.
Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in æternum præparabo ſemen tuum &c. In illis autem promiſſionibus, & miſericordis continetur reſurrectionis promiſſio, nam dicitur Chriſtus duraturus in æternum, & thronus eius ſicut dies cęli. Paulus ergo vt probet reſurrectionem adducit locum Iſaiæ, ex quo generaliter habentur has promiſſiones fuiſſe implendas, inter quas (vt dixi) reſurrectio continebatur. Tamen quia in hoc loco ſolum innuitur implicitè, addit Paulus aliud teſtimonium, in quo ſpecialis, & propria promiſſio reſurrectionis Chriſti continetur vbi de Chriſto dicitur. *præcipitauit mortem in ſempiternum.* Iſ. cap. 25 v. 8.
ad quem locum alluſiſſe videtur Paulus, cum dixit, *tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, abſorpta eſt mors in victoria*, abſorbere autem mortem, idem eſt quod eam deſtruere, & profligare, hoc autem ipſum eſt, illam præcipitare. 1. ad Corint. 15. v. 54.
Et in Hæbreo ad literam eſt verbum abſorpſit ſeu deuorauit (vt ſeptuaginta tranſtulerunt) vbi actiuum poſitum eſt pro paſſiuo (quod eſt frequens apud Iudæos) vt non de omniũ hominum morte, verum de ſingulari morte Chriſti intelligeretur locus. Ea propter & ſeptuaginta interpretes non ſimpliciter ſed cum articulo dixerunt. Deuorauit illa mors præualens: quia mors Chriſti, mortem omnium abſorbſit. In quo ſenſu rectè etiam ſumi potuit illud paſſiuum. Abſorpta eſt mors in victoria, cum idem ſignificet: cum quo pariter coincidit illud Oſeæ. *O mors ero mors tua.* Oſeæ 13.
Ex hoc ergo loco colligunt Patres Chriſti reſurrectionem, quia cum ipſe mortem deleuerit, non potuit ab ea abſorberi, aut detineri. Conſequenter vbi prædicta eſt victoria Chriſti aduerſus mortem, ſatis etiam huius eſt prædicta reſurrectio. Vnde Euſebius, poſtquàm dixerat Chriſtum ſua morte mortem fugaſſe, ſubdit: hac ſanè ratione ipſius etiam corpus mortuum excitatum eſt, & multa corpora quæ dormierant ſurrexerunt, vt meritò ex hoc in ſacris literis dictum ſit, abſorpta mors in victoria. Euſeb. li. 4. Mõſtr. cap. 12.
Et Cirillus ſuper Iſaiam, exponens illa verba mors (inquit) præualuit contra primum parentem, & contra omnem ſobolem, at in Chriſto vires amiſit tertia enim die reſurrexit calcata morte, & factus eſt nobis reſurrectio, abſtulit lamenta, & lachrymas abſtulit opprobrium peccati. S. Cyril.
Eundem penitus ſenſum indicat Athanaſius de cruce, & Paſſione Domini, vbi cum dixiſſet Dominum non imbecillitate naturæ mortuũ eſſe, ſed quod mortem ad cædem necemque perſecutus ſit, ſubdit; non enim morte ſuperari potuit, ſed potiùs aculeũ ſuum mors amiſit. Athanaſ.

Sed dicet aliquis quamuis his teſtimonijs rectè probetur Chriſtum poſt mortem ſuam aliquando reſurrecturũ, non tamen probatur iam reſurrexiſſe. Reſpondetur ex præ

dictis

dictis locis ſatis doceri Chriſti reſurrectionem futuram
fuiſſe, quod verò iam facta ſit, vel ex eo potiſſimum cōſtat,
quod poſt reſurrectionem, & diſcipulos ad prædicationem
dimiſerit, & gentes ad ſe conuertit. Iſtud patet ex illis ver-
Pſ. 15. v. 10. bis ſuprà allegatis, *non derelinques animam meam in infer-*
no, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Ego hodie ge-
nui te, poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam; &
poſſeſſionem tuam terminos terræ. Vbi clarè ſignificatur Eccle
Mich. 7. v. 8. ſiæ propagationem futuram poſt Chriſti reſurrectionem.
Idem expreſſum eſt Micheę. Vbi in ſenſu allegorico Chri-
ſtus ad mortem vel ad Synagogam loquitur. *Non læteris ini*
mica mea ſuper me quia cecidi, conſurgam. Et Infra. *Et aſpiciet*
inimica mea, & operietur confuſione. Quando autem paulò
poſt ſubditur, dies, vt ædificentur materiæ tuæ, in die illa
longè fiet lex. datur intelligi, quod ab illo die quo conſur-
get reædificabitur Eccleſia, & materia eius quæ antea fue-
rat diruta, & ceſſabit lex vetus &c. Idem quoque inſinua-
tur in priori loco Iſaię. Nam ſtatim poſt illa verba: miſeri-
Oſeæ. 13. v. 14. cordias Dauid fideles, ſubditur. *Ecce teſtem populis dedi eum,*
Ducem, & Præceptorem gentibus. Rurſus in loco Oſeæ. *O*
mors ero mors tua. ſtatim ſubditur. morſus tuus ero infer-
ad Cor. 15 ne, vt ſignificetur vtrumque ſimul fuiſſe futurum, nempè,
& mortem à ſe deſtruendam per reſurrectionem, & infer-
num deuaſtandum in educendis ſanctorum animabus. Cę-
terum etſi conſtet perfectam mortis victoriā non conſum-
mari quoad effectum vſque ad generalem reſurrectionem
(vt Paulus dixit) tamen in Chriſti reſurrectione demon-
ſtrata, & inchoata eſt, ac in virtute quodammodo conſum-
Ad Eph. 2 mata, quatenus omnes in Chriſto reſurreximus, vt idem
Paulus ait, ſunt & alia teſtimonia in Prophetis, in quibus
etiam proprius dies reſurrectionis Chriſti indicatur.

Vt Oſeæ 6. & Ionæ 2. Afferri etiam poſſent teſtimonia noui teſtamēti, ſed hæc
tam ſunt frequentia ac euidentia, vt ſuperuacaneum ſit in
eis enarrandis immorari. Solùm deſiderari hoc loco poſſet
expoſitio illius teſtimonij Actor. vbi dicitur Chriſtus ad
comprobandam ſuam reſurrectionem, præbuiſſe ſeu oſten
diſſe ſe diſcipulis ſuis *In multis argumentis, per dies quadra-*
Actuum 1. v. 3. *ginta apparens eis*, oporteret enim exponere quæ fuerint
hæc argumenta, quibus Chriſtus probauit ſe poſt mortem
iterum viuere, quam fuerint valida & efficatia, ſed de his
in ſermone Dominicæ ſequentis.

L Nunc verò id breuiter perſtringamus, de quo ſecundo
loco loquendum erat, nempè quod Chriſtus Dominus ſua
virtute, & poteſtate ad vitam reſurrexerit immortalē. An
poſſibilis ſit virtute naturæ reſurrectio, iam ſupra determi
In 4. d. 43 Et q. Prolog. nimus impoſſibilem eſſe, præcipuè, vt vis naturalis diſtin
guitur contra poteſtatem ſupernaturalem. Nam naturale
tripliciter ſumitur ea Scoto, vno modo prout opponitur li-
bero, ſicut ignis dicitur cauſa naturalis caliditatis. Alio mo
do prout opponitur violento, vel neutro. Primo modo ſu-
mitur in habitudine Principij actiui ad aliud actiuum, ſe-
cundo modo in inclinatione paſſiui, vel receptiui, ita, vt il-
lud dicatur naturale, vel naturaliter fieri in quocunque paſ
ſo, quod eſt in eo ſecundum inclinationem ipſius naturalē.
Violentum verò dicitur, quod fit ab extrinſeco, contra na-
turalem paſſi inclinationem. Illud poſtremò dicitur neutra
liter fieri, quod nec ſecundum inclinationem naturalem,
nec contra ipſam, ita vt paſſum de ſe neutrum ſit, vel indif-
ferens ad hoc, vel ad eius oppoſitum. Tertio modo dicitur
naturale, vt diſtinguitur contra ſupernaturale, tunc enim
dicitur aliquid naturaliter fieri, cum fit ab agente creato,
vel naturali, illud verò ſupernaturaliter, quod immediatè
fit à principio ſupernaturali, ſcilicet à Deo, idq; tantū ad ex
tra, Deus nāq; intra ſe nihil producit ſupernaturaliter, ſed
naturaliter vel liberè. Reſurrectio hæc nō eſt hoc modo na
turalis, ſed ſupernaturalis, pcipuè ſi ſumatur pro reunione
animæ corpori, nam in reſurrectione generali corporum
hæc inuenientur. Primum eſt recollectio puluerum, ſecun-
dum reformatio corporum, tertium animatio ipſorum, vel
reunitio animarum ad corpora. In reſurrectione autem
Chriſti, cum corpus non fuerit putrefactum, ſola fuit reu-
nitio. Porrò reunitio animarum corporibus non poteſt eſ-
ſe naturalis, primò modo ſuperius dicto, nam erit libera nec
tertio modo, quia erit ſupernaturalis, non enim fiet ab ali-
August. quo agente creato, nec ab Angelo, ſecundum Auguſtinū,
nec ab anima ipſa, (vt) ſeipſam reunire poſſit corpori de-
functo, ſicut nec prima vice vniuit ſe. Itaque reſurrectio
hæc non poteſt dici naturalis fieri ſecundo modo quia non
eſt violenta, ſed ſecundum inclinationem naturalem: Si di-
cas omnipotentiæ paſſiuæ animæ ad corpus, & è conuerſo
naturali in receptiuo aliquo correſpondet potentia actiua
naturalis creata, alioquin eſſet fruſtra, dicendum hoc veri
ficari non poſſe de potentia paſſiua naturali, eo modo, quo
naturale accipitur ea habitudine paſſiui, ad formam rece-
ptam, & vt diſtinguitur contra violentum, ſed bene de po-
tentia paſſiua naturali, vt natura diſtinguitur contra ſuper
naturale. Sic etiam potentiæ paſſiuæ intra limites naturæ
incluſæ correſpondet agens naturale eiuſdem ordinis quia
non habet ordinem ad aliud agens, vt ſic niſi ad agens na-
turale. Si autem quæras, an iſto modo poſſit eſſe reſurre-
ctio naturalis licet de facto non fiat? & hoc eſt quærere,
an anima poſſet ſeipſam reunire corpori? Reſpondetur
quod non, ſed Deus eam vnit. nec dici poteſt naturalis hęc
vnio, niſi prò quanto anima eſt perfectio naturalis corpo-
ris diſpoſiti, & corpus diſpoſitum eſt in potentia ſecundum
inclinationem naturalem ad animam, vt perficiatur ab ip-
ſa. Quod cum ita ſit iam intelligitur Chriſtum Dominum
ſe ipſum propria virtute à mortuis excitaſſe: expediebat. n.
maximè, vt corpus illud ſanctiſſimum, ac anima Chriſti;
perſonæ verbi diuini vnita, à corruptione præſeruaretur,
& die tertia vitæ in ligno crucis ablatæ reſtitueretur, id
probare non eſt iam neceſſe, cum ſatis ex prædictis pateat.

Illud tamen vnicum perpendamus, quod dixit Angelus
ad mulieres. *Surrexit non eſt hic*, multum enim intereſt in Marc. 16. v. 6.
ter hoc, quod eſt ſurgere, & hoc quod eſt excitari, vel erigi.
Reliqui certe mortui excitati erectique fuerūt à ſepulchris
in quibus iacebant, Chriſtus verò noſter ipſe ſeipſum ere-
xit, ipſe ſurrexit à ſepulchro virtutem habens intimam, qua
ſe ipſum excitaret, atque erigeret. Surrexit non eſt hic. Anti
quā iam olim receptum inuenio conſuetudine, virorum il-
luſtrium, eorumque ſepulchra; epitaphijs quaſi quibuſdā
amplitudinis dignitatiſque eorum præconibus exornari:
Sic Plutarchus ad ſepulchrum Alexandri refert poſitum Plutarch.
emblema. Aſiam & Europam deuicit hac addita inſcriptio
ne. Alexandri victoria. Rex verò Cyrus hoc ſibi in ſepul- Alexand.
chro inſcribi iuſſit Epitaphium, hic iacet Perſarum debella Cyrus.
tor. In monumento Themiſtoclis, inciſa fuerunt præcipua Themiſt.
totius vitæ facinora, ſuperſcriptis his verbis. Memoranda Ioſuæ.
facta Themiſtoclis. de ſepulchro Ioſuæ Hebræi Doctores
teſtantur in eo pro Emblemate fuiſſe ſolis imaginem, cum
tali titulo, ſol contra Gabaonem ne mouearis, in prodigij
illius æternam memoriam, quo Solem velociſſimo curſu
properantem coercuit. Has tamen omnes inſcriptiones, lō-
ge ſuperat cęleſtis Regis Epitaphium ab Angelo inſcriptū.
Surrexit non eſt hic. mirabilis ſanè ac inaudita inſcriptio,
& cum omnibus huc vſque factis inſcriptionibus quaſi è
diametro pugnans. Cuiuſuis enim quantumuis maximi
Monarchæ epitaphium dicere conſueuit. Hic iacet Rex
Auguſtus. Hic iacet Princeps Rex Carolus. In hoc ta- Rex Auguſt. Carolus.
men Chriſti ſepulchro diuerſum quid ſonat. Hic non ia-
cet Ieſus. Reſurrexit non eſt hic. Appropinquante enim
die tertia, Deus illi, quam impij Iudæi abſtulerant vitam
reſtituit, eamque iam non mortalem, ſed immortalem
contulit. Quod ita fieri conſonum valde fuit legi ciuili
atque canonicæ, qua ſtatuitur, vt iniuſtè ſpoliato quam
primum bona ſua reſtituantur, vel ſaltem reſtitutio fiat
tertiā die. Cum ergo iniuſte Chriſtus Dominus fuerit vi-
ta ſpoliatus, agnus erat quippe innocentiſſimus, ad perſo-
nam verbi diuini, quæ ſacram illam humanitatem prote-
gebat; pertinebat imperare, vt die tertia vitā calumnioſè
ablata ei reſtitueretur, eaque multò iam melioris condi-
tionis fieret, quam antea. Vita enim mortali fuerat ſpo-
liatus atque paſſibili, immortali tamen & impaſſibili indu-
tus, & in integrum reſtitutus glorioſus reſurrexit. Ange-
lo dicente. Surrexit non eſt hic. Surrexit qui cauſa, &
exemplar eſt noſtræ reſurrectionis, itaque & nos reſurge- Vbi ſup.
mus. *Scio quod Redemptor meus viuit*, inquit Iob, quia ani-
ma non eſt mortua, corpus non eſt putrefactum, vinculis diui-
nitatis, & hypoſtaſis ad vtrumque non erat ſeparata, ſola
tertia entitas humanitas quæ ex vnione animæ ad corpus
re-

Digitized by Google

reſultat fuit deſtructa, hæc poteſtate, & virtute ipſius met reſurgentis eſt reſuſcitata, ideo in nouiſſimo die, de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum, ſi enim Redemptor meus viuit, & nos viuemus, modo & vitijs, & inueterata conſuetudine peccandi, iam tandem aliquando reſurgamus, ſi in die reſurrectionis omnium futuræ, benignitatem, & clementiam Chriſti glorioſi reſurgentis experiri optamus. Amen.

A

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Primæ poſt Paſcha:

Ioan. 20. v.20.

Stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis.

Prou. 3. v.17.

Via eius pulchra, & ſemita eius pacifica.

Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei. cap. 17.

TAmetſi plenam, & perfectam pacem, atque ab aduerſarijs immunem, ad Cęlũ, & beatitudinem differendam eſſe, ſuadeat B. Auguſtinus, dum inquit: Nunc profectò, id eſt, in hac vita, quamuis impeterur, nequaquam ſinè conflictu vitijs imperatur. Et ideo, quamdiu vitijs imperatur, pax plena non eſt, quia & illa quæ reſiſtunt: periculoſo debellantur prælio, & illa, quæ victa ſunt, nondũ ſecuro triumphantur otio, ſed adhuc ſollicito premuntur imperio: Non omnino tamẽ negandum videtur, quòd viæ virtutis, & honeſtatis, vt inquit Salomon, ſunt pulchræ, pię ceptaſnimirum virtutis, vel actiones cum virtute coniunctæ, & Semitæ eius pacificæ: non quòd omnino tutæ ſint, & à periculis immunes, ſed quia per bellum ad pacem tendunt; eo modo, quo quis diceret, inter duos populos, qui bellum inter ſe gerunt, vias, & fines eſſe pacificos, quo quãto finis belli, pax, ita in exitu, & fine itineris, pax ſuccedit bello, ſed in ipſa via pax promittitur, non obtinetur: Sic, cũ virtutum moralium actiones ſint inter duo extrema ſibi oppoſita, & inteſtinis bellis diſſidentia; cum etiam inter rationem, & appetitum, ſit bellum continuum, viæ virtutis aliter pacificæ eſſe non poſſunt, niſi promitten do pacẽ, quæ eſt belli finis: maximè, quia nec pacifica, nec trita eſt illa via, quam prædones, & ſiccarij ſcelerati obſident. At verò, quot, & quàm immites prædones viam virtutis obſideant,

Baſilius orat. 3. de peccat.

eleganter tradit Baſilius his verbis. Sicut ſi, qui in vijs inſidias inſtruere ſolent, ſi animaduerterint locum aliquem vallibus profundis diſſlactum, aut dènſitate arborum opacum, in hunc ſe abdentes, & viatorum præſentionẽ eiuſmodi præcedentes, confeſtim ex improuiſo ipſos aggrediũtur; ſic dæmones. &c. Itaque viæ virtutis, actiones virtuoſæ ſunt viæ pacificæ, ad pacem nimirum tendentes: Non omnino tamen pacificæ, quia cum ſint in continua pugna, difficilè pacem poſſidere poſſunt; dum pugnant, ſpe pacis aluntur, in fine & termino pugnæ, obtinendæ. Perfectiorem pacem die hodierna offert Chriſtus Apoſtolis, dum inquit: PAX VOBIS. &c. Inter hoſtes, atque aduerſarios, in ipſo belli tumultu pacem offert, vt inquit Pſeu

Pſeudo Auguſt. de pace animi in terna.

do Auguſtinus. Tu martyrũ ſolatium, tu Confeſſorum baltheus, tu virginum tripudium, tu viduarum ſpeculum, tu coniugatorum ſpectaculum, tu malorum præſidium, & Pax. tu mentis ſerenitas, tu inter hoſtes, ſumma tranquilitas cordis, tu hoſtibus excidium, tu latronum ſuſpendium. Quis enim explicabit, quanta pacè perfruebantur Martyres, cum pugnarent contra Tyrannos: quanta pax reliquorum ſanctorum, cum pugnarent contra vitia. Nec mirum: quia pax, quam Chriſtus offert, hoſtibus, & latronibus, dæmonibus nimirum, qui tanquam latrunculi vias noſtras obſident, & excidium, & ſuſpendium: Ideò potius de Chriſto dici põt, quòd viæ eius pulchræ, iucundæ, & ſuaues, & ſemitæ eius, pax: nõ ſolũ pacificæ, ſed ipſa pax: quia ẽi inter hoſtes, atq; aduerſarios, tuti, atque pacifici, fuerũt qui per ſemitas Chriſtus gradiebãtur; vel, vt ſeptuaginta legunt. Via illius axes, pacificæ, vel pax. Poſſet quidem, & de tranquilla conſcientia dici, quod via illius pax, pro quanto, animus nullius delicti conſcius, tutus, & pacificus etiam inter hoſtes manet, poſſet quoq; de bona conſcientia dici, quòd ſemitæ eius axes, & hoc tripliciter, Vel ideò quia bona conſcientia eſt axis ad virtutis iter conficiendum. Nam cum anima noſtra, vt docet Bernardus, & Ambroſius ad illa verba. ***Anima mea poſuit me currus Aminadab:*** ad inſtar currũs à Deo fabricata ſit, cui voluntas, atque intellectus, tanquã rotæ duæ additæ ſunt, mens pro axe eſt, ideſt bona conſciẽtia, cui innixæ illæ rotæ, facilè voluuntur.

Quemadmodum ergò, cùm axis oleo, aut adipe litus eſt, currus facilè mouetur, alias horret, atque ſtudet, & magno labore trahitur; eodem modo animis euenire dixerim. Si enim conſcientia tuta eſt, atque adeò interiori lętitiæ oleo delinita, homo nullo negotio impellitur ad virtutẽ. Quod ſi conſcientia ſtridet, difficile ad pietatem trahitur. Vel conſcientia axis eſt, ideò, quia currus volubilem conuerſionem temporalium bonorum ſignificat, vt inquit Auguſtinus, ad illa verba Pſalmi. ***Hi in curribus, & hi in equis &c.*** At verò eiuſmodi conuerſiones, & commutationes rerum, cur improbi ægrè ferant? cur item probi æquo animo tolerẽt? In promptu eſt ratio. Quia conſcientia axis eſt, & in illis quidem ſtridet, in his verò delinitus eſt. Vel denique bona conſcientia, axis pacificus eſt, vel pax, ideò, quia eſt currus virtuti, & honeſtati, atque vehiculum, quo iucundè, & ſine labore defertur, accipiendo partem pro toto, axem pro curru: ſic conſcientia eſt currus virtutis, currus pacificus. Non ſemper enim virtus falcatis opus habet curribus, ad debellandos hoſtes; non ſemper in caſtris eſt, fruitur ſæpius pace; ideò habet opus curru pacifico: Quemadmodũ conſtat olim fuiſſe currus pacificos, & vrbanos; quoſdam item caſtrenſes, ad bellandum inſtructos, qui falcati currus dicebantur. Sic igitur bona conſcientia eſt axis pacificus, & viæ illius pax. Sed vnde hoc habet conſcientia, nonnè ab illa pace quam hodie offert Chriſtus Apoſtolis? Pax enim cõſcientiæ, eſt pax interna. Chriſtus autem offert Apoſtolis pacem internam, & externam, temporalem, & æternam. Nec mirum. Sicut enim Chriſtus fuit Rex temporalis, & æternus, ita & regnum eius debuit eſſe æternum. Nulla autem Reſpublica perpetuatur, & conſeruatur, niſi pace, & vnitate, vt ſcripſit Poeta.

Auguſt. Pſal. 19.

Bona conſcientia.

Pax optima rerum:

Quas homines nouiſſe datum pax vna triumphis
Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem.
Et Ciues quarere potens.
Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.

Ex erat Galatæ hęc decerpta docet ſilius lib. 11. belli Ital.ci.

Conſiſtunt terrea pace: nec terrea tantùm, ſed & cæleſtia, atque æterna: quælibet Reſpublica ſiue cæleſtis, ſiue temporalis, pace conſiſtit. Ideo cùm Chriſtus Rempublicam ſuam multiplicate vellet, & augere ſubditos, atque iuriſdictionem dilatare, legem ſtatuit, vt non ſolùm amici, ſed etiam inimici diligerentur. *Ego autem dico vobis Diligite inimicos veſtros, & benefacite eis, qui oderunt vos:* vt ſit non ſolum inter amicos, ſed etiam inter inimicos pax eſſe poſſet, Et Regnum Chriſti latius extenderetur, quàm regnũ Moyſis, cuius pax, & dilectio ad ſolos amicos extendebatur. Affert ergo pacem perfectam, quæ etiam pacem bonæ conſcientiæ, & virtutis continet, quia viæ illius pax, euangelicę inſtitutiones, viæ illius axes pacifici, ſuaues, iucundi, interioris lætitiæ oleo deliniti. Non ſunt axes ſtridentes, quia pax, quam offert Chriſtus, non eſt talis, qualis eſt illa, de

Luc. 6. v.27.

Pſal. 72. v.3.

qua

qua Pſalmiſta: *Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.* Sed eſt illa pax, quæ nunquam deficit, pax perpetua, & æterna, pax, quæ omnem pacem includit, talem pacem affert Apoſtolis hodie. Nec mirum: Quia via eius pulchræ, & ſemitæ eius pacificæ, nimirum præcepta, & leges Chriſti, quarum obſeruantia, vera & perfecta pax comparatur. Sed in hodierno Euangelio triplex via, & ſemita ad pacem comparandam nobis proponitur: nempè, Spiritusſancti receptio: *Accipite Spiritum ſanctum.* Peccatorum remiſſio: *Quorum remiſeritis peccata*; Et in fide per confeſſionem S. Thomæ, de diuinitate Chriſti confirmatio. Hæc tria in præſenti ſermone tractanda propoſuimus. Sed prius nobis videndum, qualiter Apoſtolis offerat pacem.

B CVM SERO ESSET DIE ILLA VNA SABBATORVM, ET FORES ESSENT CLAVSÆ, VBI ERANT DISCIPVLI CONGREGATI PROPTER METVM IVDÆORVM. Dum rebellis Iudæa Creatorem ſuum debellare contendit, & in authorē ſuum ſacrilegas leuauit manus, terris abſtulit pacem, concordiam veram ſoluit, elementorum fœdus rupit, vt mundum totum ad chaos reuoca ret antiquum. Hinc eſt, quòd reuerſus ab inferis Chriſtus, rebus ordinem, hominibus pacem, reddidit; Vnde cum diſcipuli, nec Mariæ Magdalenæ, nec illis duobus qui in Emaus abierant, credidiſſent, *Cum ſero eſſet in ipſa die reſurrectionis* venit. *Si moram fecerit*, (inquit Abacuc Propheta) *expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit*. Saram vetulam viſitauit, Annam ſterilem, matrem Samuelis, Elizabeth Ioannis Baptiſtæ genitricem effecit. Tardat nonnunquam Dominus ſuis nos muneribus cumulâſe, vt eo ſint dona ipſius gratiora, quò tardiora fuerint. Reſurrexit manè, & venit ſerò: licet enim Dominus permittat tribulationes, & moleſtias in electos, licet etiam videatur denegare, vel ſaltem differre auxilia, & ſubſidia, in tribulationibus; nouit tamen tempus opportunum, quo eis ſubueniendum eſt, non negligit venire in auxilium eorum, etiamſi videatur eſſe ſerò; ideò licet manè reſurrexit, tamen tardè Apoſtolos viſitauit, tunc, cum maximo metu

Pſ.6.v.4. percurrerentur, ità vt dicere potuiſſent cum Propheta. *Conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde.* Tunc, inquam, venit conſolator, tunc venit amicus, quando iam iam venturos inimicos ad ſe trucidandum ſperabāt. Apoſtoli. Cùm quis nimio timore, & pauore arripitur, totus impalleſcit, manus tremulæ, genua labantia, & totum corpus quaſi exangue videtur, ideo quia ſanguis in extremis membris exiſtens concurrit ad iuuandum cor, præ nimio timore palpitans: oppoſitum hic videmus, vbi mēbris

Sap.10. v.17. Chriſti, ſcilicet Apoſtoli, præ timore planè trementib. ſubuenit cor, Chriſtus Dominus, CVM SERO ESSET. ita vt de ijs dici poſſit illud, quod olim dictum eſt de populo Iſraelitico. *Fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum nocte*: fuit namq; tranſmigrantibus, & in mari moleſtiatū fluctuantibus, baculus infirmis, veſtis in hyeme gelu paticoti bus, clypeus ab inimicis timentibus, ità vt dicere poſſint.

Iſ.31.v.7 *Tu es refugium noſtrum à tribulatione, quæ circumdedit nos, exultatio noſtra, erue nos à circundantibus nos.* Scimus quod de diis, gentium communiter dicitur: Dij pedes habēt laneos, tardè ſubueniunt afflictis: ſed tu, es Sol iuſtitiæ, & ſanitas, ac protectio in pennis tuis expande alas, & vola velociter ad ſubueniendum nobis, inimici perſuadent, vt ſumamus alas, & tranſmigremus in montem ſicut paſſer, ſed in te confidimus, tu ſume alas, in quibus eſt ſanctitas, & ſanitas ad ſubueniendum nobis, ſed, & nos. In te confidemus, exultatio noſtra Chriſte Ieſu ſicut confidebant Apoſtoli, nec dubitamus, quod reſpectu noſtri de te dicetur, quod reſpectu Apoſtolorum dicit Euangelium.

VENIT IESVS, ET STETIT IN MEDIO EORVM. Intrauit ad eos ianuis clauſis, vt ſuam potentiam, & reſurrectionis gloriam declararet, atq; inſinuaret, quod è clauſo potuerat prodire ſepulchro. Subito quidem ſubſtitit inter eos, & ad eum modum eis præſens factus, quomodo apparere ſolent Angeli, qui modò ſunt conſpicui, ſubitoque euaneſcunt: Ex hoc quippe intelligere potuerunt ad ſpiritualem, & diuinam vitam eum rediiſſe. Iam verò, ſi in ingreſſu domini ad diſcipulos clauſis ianuis, duo corpora fuerunt ſimul, quomodo quodam audent negare, idē corpus, vt eſt corpus Chriſti in Euchariſtia virtute diuina in multis locis ſimul eſſe poſſe? Quid mirum (ait S. Gregorius) ſi clauſis ianuis poſt reſurrectionem ſuam, in æternū iam victurus intrauit, qui moriturus veniens non aperto

C virginis vtero exiuit. Ille quippe, (ait Auguſtinus) nonnè apertis ianuis intrare potuit, quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit? Nullus igitur, (ait Cyrillus) quærat, quomodo clauſis ianuis corpus domini penetrauit, cū intelligas non de homine puro, vt modò nos ſumus, ſed de omnipotēte filio Dei, hæc ab Euangeliſta ſcribi. Nam cùm

A Deus verus ſit, rerum naturæ non ſubiacet, quod in cæteris quoque miraculis patuit. Intrauit præterea ianuis clauſis, quia Deus nō communicat ſe, niſi ſeparatis à mundi moleſtijs, de quo quondam lamentabatur D. Auguſtinus. Obſurdueram ſtridore catenæ meæ, ideſt, ſtridore conuerſationis mundanæ, ſtridore peccatorum, paſſionum, appetituū, ambitionum, vt nec vocem Dei audire, nec Chriſtum in cruce pendentem aſpicere, aut beneficia eius perpendere poſſit: quies, & abenatiō à negotijs mundanis requirit, vt Deus in cor hominis veniat: quia non venit, niſi vbi fores cordis ſunt clauſæ à tumultibus mundi, vt non ſolùm non ingrediantur in cor, ſed nec audiantur, nè obſurdeſcant aures, per quos Deus ad cor loquitur. Nam venit in domum conſcientiæ, niſi vbi fores ſunt clauſæ peccatis; Si enim ingreditur in domum conſcientiæ, ingreditur, vt legat, & atdeat virtutes ab ipſo in conſcientia deſcriptas, pictuтas bonorum operum; quòd ſi fores cōſcientiæ non ſunt clauſæ peccatis, venit mondus, venit diabolus, & cādidiſſimas ſcripturas denigrat, & obfuſcat, ſcribit carbone infernali, ſcripturas vitiorum: vt quid ergo Dominus debet ingredi domum conſcientiæ? De conſcientia cuiuſlibet boni chriſtiani ſcripſit D. Paulus, quòd ſit Epiſtola Dei viui, *Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Hæc ergo Epiſtola, quæ ſcribitur atramento Spiritus Dei, per ſanctas inſpirationes, & cæleſtia deſideria, debet eſſe candida; ideo dicebat Dauid. *Omnes iniquitates meas dele*: omnes characteres arte diabolica deſcriptos, omnes maculas, omnia peccata: Debet item eſſe carnea, non lapidea, ſicut ſunt communiter epitaphia, in quibus deſcriptæ literæ conculcantur ab hominibus: debet eſſe clauſa omnibus peccatis, & deſiderijs mundi, vt veniat Ieſus, offerat pacem, vt inquit Euangelium.

2. ad Corinth. 3. v.3.

Pſal. 50. v.11.

STETIT IN MEDIO EORVM. Veritas non amat angulos, non eſt clanculatia, omnibus eſt blanda, nulli inimica, ab omnibus vult videri, omnibus cupit prodeſſe, obeſſe autem nemini. *Stetit in medio eorum*, tanquam mediator Dei & hominū. Refert D. Ioannes in Apocalypſi quod cum vidiſſet quēdam Angelum veſtitum nube, *Iris, inquit erat in capite eius.* Expoſitores loci illius, communiter per hunc Angelum intelligunt Chriſtum Dominum, qui alias dicitur, Magni Conſilij Angelus, iris in capite eius, quia iris in medio cæli, eſt ſignum ſerenitatis; Sic Chriſtus in medio diſcipulorum ſtetit, in ſignum, quod iam tempeſtates iræ Dei ceſſauerint, quòd cœlum futurum ſit ſerenū, rore, ac ſalutifera diuinæ pluuia gratiæ permixtum: ideò apparet veſtitus nube, vt nubes meritorum Chriſti reſoluta, diuinæ gratiæ guttis, tanquam rore ſalubérrimo terram viuificet, & exornet. Stetit in medio, tanquam æternitate, & immortalitate iam præditus. Ariſtoteles cum declarare vellet, quid ſit æternitas reſpectu temporis, dixit, quòd eſt ſicut punctum in ſphæra quia ſicut punctum in ſphæra eſt immobile in motu, ita æternitas eſt immobilis in tempore: quia ergo Chriſtus iam æternitate præditus erat, Stetit in medio.

Apocal. 10. v.1. D.

Ariſto.

ET DIXIT EIS PAX VOBIS. Diſcipulorum enim corda turbo paſſionis concuſſerat, & collidebat eos acriter perfidia Iudæorum conflictus, ideoque nullam ſtationem pacis poterant inuenire. Hoc videns ſcrutator animorum Chriſtus, qui præcipit ventis, & imperat procellis: & ſolo nutu tempeſtates quietat, mox eos ſua pace confirmat, dicens: *Pax vobis.* Pacem obtulit Chriſtus, cum in mundo naſceretur, per Angelos. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, pacem, & nunc offert per ſeipſum: *Pax vobis.* De Chriſto naſcente dictum eſt, quòd toto orbe in pace compoſito,

Luc.2. v.14.

Plautus. poſito, venit in mundum, ita vt dici poterat illud Plauti. Alcyones ſunt in foro: nunc autem dici poteſt de Chriſto. Al-
Pierius. cyones ſunt in orbe. Pierius refert, quòd Alcyô ſit auis, quæ
Hierol. media hyeme nidificat, in littore maris, & quia eo tempore
15. fol. mare deberet eſſe turbulentiſſimum, natura ita cohibet e-
189. ius tempeſtates, vt nunquam mare magis ſerenum, & quie tum appareat, durat que hæc ſerenitas, quouſque auis pullos ſuos enutriat, & auolare faciat; ideo hæc auis eſt ſymbolum pacis. Alcyon noſtra eſt Chriſtus, ideo cum pacem offert, rectè dici poteſt, quòd Alcyones ſunt in orbe, *quia vox*
Pſal. 37. *eius pulchra, & ſemite eius pacifica*. Lamentabatur quondã
v. 4. Dauid dicens: *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatoru meorum*. Et iurè merito. Quia non eſt pax peccatoribus, ſed nunc læti dicere poſſumus, eſt pax oſſibus noſtris, à facie Chriſti Domini, quia cùm ſe Apoſtolis videndum præbuit, pacem obtulit. Cùm inter regna, vel Principes pax componitur, variæ conditiones apponuntur, quandoque etiam iniquiſſimæ. Quemadmodum cum Veneti graui bello preſſi à Solymano, ad pacé inclinarent, Carolus V. Cæſar, & Fran
Carol. V. ciſcus I. Gallorum Rex (cum vt ſolent Principes liberam Rempublicam Turcicis armis, ita cuperent, attenuari, ne in poſterum conatibus ſuis tam fortiter reſiſtere poſſet) ſimulato colloquio legatos miſere, qui mentione pacis inter Cæſarem & Gallum iniecta, & oſtenta ſpe auxiliorum in turcas conſerendorum, & inducias, & pacem cum Solymano diſſuaderent: cum interea per Gallos Venetorum ſecreta, & conſilia omnia Solymano, quotundam patriciorũ
Sabel. ſupplement. perfidia enunciarentur Veneti inſidias præſentientes, pacẽ cum Solymano vel iniquiſſima conditione Nauplio, & Epi
lib. 24. ex dauro tradito pepigere. Quandoque etiam iuſtis conditio-
Iouio. nibus, & hoc vel religionis cauſa, ſicut Carolus V. contra Gallorum Reges Franciſcum I. & Henricum II. varia bel la geſſit. Pax ſæpè facta, conditionibus diuerſis alijs, hac ſola conſtante, contra Lutheranos velis equiſque pugnan-
Sleidan. dum. Anno certè 1544. cum Pariſior propemodum obſide-
lib. 15. ret Cæſar, pax præter ſpem omnium compoſita, nec multò poſt Valdenſes in prouincia Narbonenſi exciſi Religionis nomine, vel nuptiarum: quemadmodum, & Vladislaus Lodicus Polonorum Rex, Cruciger orum ſimul, & Lituanorum armis preſſus, miſit ad Hedeminum Magnum Ducem Lituaniæ legatos, qui fœdus cum eo ferirent, & filiam eius Caſimiro Regis filio vxorem peterent: nec dotem aliã ab egeno principe, quàm captiuorum omnium Polonici generis miſſionem poſtularent: Gedeminus ſponſam cum eis miſit, qua ingentibus omnis conditionis ſexus, atque ętatis captiuorum caterus comitata, veniens Cracouiam, religionemque chriſtianam à Nanhdio Epiſcopo edocta, & ſacro lauacro initiata, Annæ nomen accepit, & ritu ſolemni Caſimiro ſextumdecimum annum agenti nupſit anno Chri-
Cromer. ſti 1325. Atque ex eo tempore Polonia populoſior eſſe cępit, dimiſſis ac deductis quoquo verſus agricolis, qui ex captiuitate redierãt: vel etiam componitur pax gloriæ cauſſa. Sicut Alphonſus Aragonum Rex, cum Florentinis ac Venetis petentibus pacem dediſſet, & Regiorum pleriquę, gloriæ ſtudio flagrantes permoleſtè hoc ferrent, eo quòd in eo bello magnificum, ac glorioſum aliquod facinus edere potuiſſent, à quo, iam pace cõparata, ſe fruſtratos planè agnoſcerent, hæc dixiſſe fertur: Bono animo eſtote, commilitones: nam & virtuti veſtræ, & mihi conſulemus. Glorioſiſſimũ eſt ſine cruore victoriam adipiſci, & quid aliud pacem tam ſubmiſsè petentes confitentur, quàm ſe victos, nos autem
Panorm. victores eſſe. Vel denique obſidionis cauſſa, quemadmodũ
libr. 2. de refert Glazius lib. 10. Vandaliæ cap. 39. Boleslaum Regem
rebus geſtis Alphonſi Regis. Poloniæ, gente Lituanum primum pacis feciſſe mentionem, cùm in Culmenſi vrbe à Theutoneis Fratribus obſideretur, multitudine ſuorum nimia laborante; Sic & Turcarum Imperator noſtris temporibus eandem ob cauſam prior pacis cum Polonis mentionem fecit, timore maioris exercitus perculſus. Hæ, & aliæ plures conditiones pacis inter Principes dari ſolent. Huius autem pacis perfectiſſimè, quam Chriſtus offert, non eſt alia cauſa, niſi Paſſio Chriſti; non eſt alia cõditio, niſi vt memores paſſionis illius mortales, Deum non offendant peccatis.

E

ET CVM HÆC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANVS, ET LATVS. Scilicet vt intelligerent, quàm pretioſa ſit hæc pax, quàm pretioſo theſauro comparata, non auro, nec argento, nec aliquo pretioſo temporali, *ſed pretioſiſſimo ſanguine agni immaculati*. Non ſolùm etiam latus, ſed & manus oſtendit eis, vt nunquam crederent ſe nõ ſolum bona voluntate, ac intentione, ſed opere, & labore eximio pacem animi, quam eis obtulit, comparaſſe: Amicus ſolius bonę voluntatis, ſeruus Dei bonę voluntatis, ſi bonis operibus, voluntatem bonam non exequitur, non eſt perfectus amicus, & ſeruus Dei. Perfectiſſimus amicus noſter eſt Chriſtus, qui tanto labore nos protexit, & pacem comparauit, oſtendit latus, ille qui quondam dixerat: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*: quia in pupilla oculi ſui cõſeruat electos, vt pacem habeant: ille, inquam, nunc oſtendit latus, vt intelligant, quòd non ſolùm in pupilla oculi, ſed etiam in corde ſuo eos foueat, & conſeruet. Oſtendit eis manus, ac ſi dicere vellet, *in manibus meis deſcripſi vos*. Incertum eſt illud, quod Chiromantia docet, ſcilicet, naturam deſcripſiſſe in manu cuiuſlibet hominis proſpera, & aduerſa, vitæ longitudinem, & breuitatem, &c. Sed hoc certiſſimum, & indubitatum eſt, quòd Chriſtus dominus omnes ſuos electos deſcripſit in manibus. Ideo mirum non eſt, quod.

GAVISI SVNT DISCIPVLI VISO DOMINO. Quantum poſt tenebras gratior eſt lux, ſerenitas poſt tempeſtates iucundior, tantum eſt acceptius gaudium poſt mœrorem. Hanc lętitiam pax illa obtulit, qua ſalutauit dicens: 2. Cor. 1.
Pax vobis. Hac formula ſalutandi Apoſtolus ſuis in literis v. 2.
frequenter vtitur. *Gratia vobis, & pax à Deo, Patre noſtro, et Domino Ieſu Chriſto*. Sicque confirmatur ſermo domini, quem ante paſſionem dixerat: *Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet*. Hoc nunc impleuit, & per hæc omnia eos ad certiſſimam fidem adduxit. Chriſtum in ſuo corpore cicatrices vulnerum reſeruaſſe aſſerit Ambroſius, veluti militiæ ſuæ trophæum. Nam, & miles aliquid atque bellator egregius vulnus, pro patria fortiter pugnando, ſuſceptum, mauult à Chirurgo ita curari, vt relicta maneat cicatrix, quàm vt planè cõſolidetur cutis, quatenus ſit euidens fortitudinis, amoriſque in patriã, argumentum. Cæterum vulneribus in carne ſeruatis, ſanauit vulnera noſtræ in fidelitatis, quæ etiam perſpicua manebunt in extremo iudicio, quando videbunt omnes ſignum filij hominis, & qui eum pupugerunt. Sunt enim Dæmonibus, & inimicis crucis Chriſti confuſioni, & tormento, Deum verò verè colentibus, gloriæ, & ingenti gaudio. De Ioue refert Furnutus, vt teſtatur Valerius, quòd Iuppiter non coronabatur niſi oliua, ſeu ramis oliuatum, eam fortaſſis ob cauſam, quia hæc arbor eſt cæteris magis fructifera, & fructus eius vtiliores hominibus & Dijs, quia, & ignem, atque lumen fouet, & vulnera ſanat, & optimum alimentorum condimentum eſt. Eo ergo Iuppiter, Deus ſũ premus apud gentiles exiſtimatus, coronabatur, & exornabatur, quod eſt hominibus vtiliſſimum, & noſter, Deus verus, & homo Chriſtus cicatricibus vulnerum exornatur, quæ nobis ſalutem animæ, & corporis attulerunt, vndè merito, & nunc, & in iudicio gaudebunt electi, ſicut tunc gauiſi diſcipuli, quorum lætitiam promouet Chriſtus. Nam dixit.

EIS ITERVM PAX VOBIS. Quid reperita pacis largitas iſta manifeſtat? Niſi quia quietem, quam ſenſibus indixerat ſingulorum, vult inter eos etiam repetitæ pacis donatione ſeruari, quos vtique non modica habituris eſſe nonerat, in poſterum de ſua cunctatione certamina, dum vnus ſe in fide perſtitiſſe viceret, dubitaſſe alter non vetetur. Bella ergo naſcitura compreſſit, cum pacem omnibus eſt impartitus. Pacem præterea hic dedit per gratiam in futuro daturus per apertam ſui viſionem. Denique duplici pace munire nos voluit, vt aduerſus bellum carnis, & ſpiritus pugnaremus.

Non vna, ſed plures viæ Chriſti Domini ſunt pacificæ: omnes Chriſti Domini leges eò tendunt, vt pacem cũ Deo, & hominibus habeamus, omnes eò diriguntur, vt ex conſcientia pura, ſumma quiete perfruamur: ideò iterato offert pacem Apoſtolis, non ſolum pacem externam, & temporalem, tanquam Rex temporalis, ſed etiam pacem internam, & æternam, tanquam Rex æternus quæ eſt pax perfectiſſima

kk

ctiſſima. Hanc verò pacem, quàm ipſe Apoſtolis obtulit, vult, vt iſi quoquè alijs chriſtianis afferant, ideò ait.

SICVT MISIT ME PATER, ET EGO MITTO VOS. Sicut miſit me Pater; nō dicit dominus, ſed Pater; ſic & ego mitto vos, nō tā authoritate iubētis, quàm toto affectu diligentis, Mitto ad tolerantiam famis, ad onera vinculorum, ad ſqualorem carceris, ad perferenda omnia pęnarum genera, ad ſubleuandum cunctis execrabile mortis ingum: quia omnia charitas vtiq; humanis meritib. imperat, non ſola poteſtas. Ecce igitur vos charitate diligit, qui ad perferendum crucis patibulum me miſit. Vnde ſinè diuinitatis præiudicio dicit ſe miſſum à Patre.

Iſaiæ 45. v.16. Idem 61. v.1.

Et nunc Dominus miſit me, & ſpiritus eius. Quia eſt vna poteſtas, atq; charitas trium perſonarum in diuinis. Et alibi: *Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxit me Dominus, ad prædicandum pauperib. miſit me*. Auguſtinus quoque ait. *Pater miſit Filium, miſit etiam Spiritumſanctum: quem Pater* (inquit) *mittet in nomine meo*. Miſit, & Filius, & Spiritumſanctum, *quem ego mittam vobis, ait*. Solus ergo Pater eſt, qui inter diuinas perſonas nunquā legitur fuiſſe miſſus, filius miſit ſeipſum, quia eius conceptio in vtero virginis Mariæ, eſt opus totius Trinitatis. Ex quo intelligimus, omnes quidē diuinitatis perſonas mittere, non tamen omnes mitti, vnamq; non mittere ſine alia. Mittere enim eſſentiale eſt, mitti verò perſonale: eſſentialia autem ſunt tribus communia, mitti autem terminat reſpectum alicuius ſigni, ſignum verò vnam concernit, nō alteram perſonam, propterea non eſt tribus commune. Pater aūt caret hoc ſigno, quia ſignum non ſolùm dicit ſignatū, verū etiam emanationē denotat ſignati: in Patrem autē non cadit emanatio; quia non eſt ab alio; de hoc lege Magiſtrum Sent. & Scotum. Ordinauit his verbis (inquit Cyrillus) Apoſtolos orbis doctores, & diuinorum myſteriorū miniſtros, qui vniuerſum planè orbem terrarū illuſtrarēt, parirent, & accenderent, pacificarent, & Deo reconciliarent per Chriſtū. Sed quoniā difficile opus eſt mundum cum Deo bellum gerentem pacificare, difficile peccatores à Deo auerſos ad Deum conuertere, Dei potentiam requirit, & Spiritus ſancti illuſtrationem; tam arduum, atque difficile negotium.

Magiſter ſentent. libro 1. diſput. 15. Scotus.

HOC CVM DIXISSET, INSVFLAVIT, ET DIXIT EIS: ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM. Hæc eſt ſemita perfectiſſima ad pacem comparandam. Vnde enim perfectior pax haberi poteſt, quàm à Spiritu ſancto qui eſt origo pacis, & vinculum charitatis? Inſufflauit ergo in eos, vt intelligerent, quòd pacis, & tranquillitatis, quam illis efficiebat, ipſe, & ſpiritus eius eſſet cauſſa, & principiū. Inſufflauit item, vt intelligerent, *quòd ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum. Verbo Domini*, (inquit Dauid) *cæli firmati ſūt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*. Veriſſima eſt opinio Mathematicorum, quòd cęli influant in hæc inferiora, an autem influant per lumen, vel motum, diſputant, vtrumq; rectè affirmari poteſt. Cœli, qui enarrant gloriam Dei, sūt Apoſtoli, influunt in populos Chriſtianos, fidem, doctrinā, bona opera &c. Per lumen, per Spiritum ſanctum, qui illuſtrat corda fidelium, tenebras depellit, & mentes ſanctificat; ideò tribuit eis Spiritumſanctum, ad hunc præcipuè effectum, vt conuertant mundum, remittant peccata, & pacem perfectam efficiant quod Euangelium innuit, cum dicit.

Pſal. 32. v.6.

QVORVM REMISERITIS PECCATA, REMITTVNTVR EIS, ET QVORVM RETINVERITIS, RETENTA SVNT. Altera ad pacem ſemita: Remiſſio peccatorum; quia pura conſcientia iuge conuiuium. Hæc eſt charitas, quæ per Spiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris, participium ſuorum peccata dimittit. Dediſſe Dominum, Spiritum ſanctum Apoſtolis, primum ad pellēdos dæmones, deinde ad peccatū remittenda, Euangeliſtæ commemorant, quòd Eccleſia catholica exorcizādo, & pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrando præſefetre geſtit. Acceperunt ergo hodie Apoſtoli Spiritum, acceperunt, & in die Pentecoſtes, ad ſingularem quandam ipſorum confirmationem, vt linguis omnium gentium loquerentur. Ex quo intelligimus Filium eſſe Spiritus largitorem, cuius virtute omnia creauit, noſtramque naturam eiuſdem Spiritus ſancti ſignaculo conſignauit. *Nam quemadmodum Deus inſpirauit in hominem ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*. Sic hodie Spiritum ſanctum per inſufflationem dedit. vt ſicut inſpiratione vitalis ſpiraculi conditi ſumus, ita etiam ad nouitatem vitæ præparemur, hæc Apoſtolus *filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*: Huiuſmodi autem reformatione per Spiritum ſanctum fieri, palam eſt in ſcripturis: ipſe enim eſt noſtræ imaginis reformator, & renouator. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*. Diuus Hieronymus comparat homines vitro, Sancti in cęlo ſunt aurum mundum, ſimile vitro mundo, vt inquit Diuus Ioannes, ſunt vaſa aurea: Homines verò in hac vita ſunt vaſa vitrea; vas vitreum inſuflatione formatur; ideò cùm formaret hominem Deus, inſpirauit in faciem eius, &cet. Quod ſi vas illud vitreum reformare voluerit, neceſſè eſt, vt illud iterum in fornacem mittatur, & inſufflatione denuò formetur: ideò hodie inſufflauit in Apoſtolos, reformando, ſcilicet, & renouando mentes illorum. Vbi ergo ſunt, qui hominibus remitti non poſſe peccata aſſerunt? remittit Petrus peccata; & toto cum gaudio recipit pœnitentes, atque omnibus hanc à Deo communicat poteſtatem, qui poſt negationem, niſi pęnitentiam egiſſet, Apoſtolatus gloriam, & vitam pariter perdidiſſet æternam. Prius à conſiſtente domino in terra ſpiritus datur, poſtmodum in cœlo, quia in proximi amore diſcitur, qualiter perueniamus ad Dei amorem.

Gen. 2. v.7.

Ad Gal. 4 v.19.

Pſal. 103. v.30.

D. Hier. Apoc. 18.

G

THOMAS AVTEM VNVS DE DVODECIM, QVI DICITVR DIDYMVS, NON ERAT CVM EIS, QVANDO VENIT IESVS. Thomas Hębraicè dicebatur Didymus, latinè geminus, vnus de duodecim, non erat cum eis, quando Dominus venerat, non quidem caſu id factum eſſe creditur, quod electus ille diſcipulus tunc obfuerit, ſed diuina potius diſpenſatione, vt dum incredulus palparet vulnera carnis, ſanaret in nobis vulnera infidelitatis. DIXERVNT ERGO EI ALII DISCIPVLI: VIDIMVS DOMINVM ILLE AVTEM DIXIT EIS: NISI VIDERO IN MANIBVS EIVS FIXVRAM CLAVORVM, ETC. NON CREDAM Diſcipuli gaudio geſtientes, renunciant illi iam reuerſo, quòd vidiſſent Dominum: ille autem dubium habens cor, ſecundum nominis ſui proprietatem, negauit ſe crediturum, niſi, & oculis cicatrices vulnerum cerneret, & manibus cruenta clauorum loca, atque hians verbere latus palparet. ET POST DIES OCTO, ITERVM ERANT DISCIPVLI INTVS, ET THOMAS CVM EIS: VENIT IESVS IANVIS CLAVSIS, ET STETIT IN MEDIO, ET DIXIT: PAX VOBIS. Thomas vbi eſſet cum eis, venit planè Ieſus, vt prius, ianuis clauſis, & ſtans in medio, ac pro more pacem eis imprecans, ad D. Thomam ſermonem ſuum dirigit, vt eius confeſſio, pacis noſtræ internæ, & fidei poſſet eſſe murus, ac firmamentum.

Thom.

DEINDE DIXIT THOMÆ: INFER DIGITVM TVVM HVC, ET VIDE MANVS MEAS, AFFER MANVM TVAM, ET MITE IN LATVS MEVM, ET NOLLI ESSE INCREDVLVS, SED FIDELIS. Dicunt aliqui Thomam, audita voce domini conſpectaque eius facie, non auſum eum contingere; ideoque dominus dixit: Quia vidiſti, me Thoma credidiſti. Non ait, tetigiſti me, ſed vidiſti me, quoniam generalis quodammodo ſenſus eſt viſus, ſed (ait Auguſtinus) *Infer digitum tuum, & vide manus, nec lumen* oculos habet in digito. Videbat, tangebatque hominem, & Deum cōfitebatur. Quæſiuit pietas iſta, exegit iſta deuotio, vt reſurrexiſſe Dominum, nec ipſa impoſterum dubitaret impietas. Thomas non ſolum cordis ſui, verumetiam omniū hominum curabat morbum, & prædicaturus hæc in gentibus, quemadmodum tantæ fidei aſtrueret Sacramentum, executor ſtrenuus perquirebat. Sed cur talia peteret Thomas, niſi à Domino ad iudicium reſurrectionis ſuæ ſeruata vulnera prophetali ſpiritu cognouiſſet? RESPONDIT THOMAS, ET DIXIT EI: DOMINVS MEVS ET DEVS MEVS. Veniant, & audiant

Hæretici,

Hæretici,& ſicut dicit dominus, non ſint increduli, ſed fideles. Verè Deus qui viuit ex morte, reſurgit ex vulnere, verè homo, qui mortuus eſt, qui paſſus eſt, qui crucifixus eſt. Qui natura Dominus eſt omnium, & Deus, hunc Deum quoque verum eſſe neceſſe eſt. Et qui Deus natura eſt, is omnibus neceſſariò imperat. Cùm articulo autem dicitur vtrūq; (teſte Cyrillo) nè quis noſtra, vel Angelorum ſimilitudine, ſed ſingulariter ipſum dominum, & ipſum Deum dici exiſtimaret. Singulariter igitur Thomas Dei verū filium, ipſum dominum, & ipſum Deum appellauit. Hæc Christus audiens, diſcipulum non increpat, nec repellit, ſed laudat, atq; complectitur, & cæteros, vt ita prædicarent hortatur.

DIXIT EI IESVS. QVIA VIDISTI ME THOMA, CREDIDISTI. BEATI QVI NON VIDERVNT, ET CREDIDERVNT. Aliud Thomas vidit, & aliud credidit. Debemus ergo ijs rebus, quas non videmus credere; qui enim non vidit, & docentium verbis credit, eximiè certè eum, in quem credit, honorat. Beati ſunt ergo omnes, qui per Apoſtolorum, & ſucceſſorum eorundē prædicationem crediderūt. Cùm ergo quiſpiam dicit (Chriſoſtomi verba ſunt) vellem illis fuiſſe temporibus, & Chri-

Chryſoſtom. in cap. 20. Ioannis. Auguſt. tract. 40. ſuper Io. ſtum facientem miracula vidiſſe, ſcito eſſe beatos, qui nō viderunt. Quid enim eſt fides, (inquit Auguſt.) niſi credere id, quod non vides? Fidelis enim dicitur à fide, fides autem à credendo. Et reuera fides Catholica, non opinione præſūptionis, ſed teſtimonio lectionis collecta, nec Hæretica prauitate inſerta, ſed Apoſtolica veritate fundata eſt. *Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui ſpernit me, ſpernit eum qui miſit me*: qui ergo Apoſtolicam doctrinam ſpernit, quam ſola Catholica Eccleſia rectè probeq; docet; ipſam ſanctam Trinitatem ſpernere, apertè conuincitur. Fides namq; eſt, qua eorum, qui Deū viſuri ſunt, corda mundantur; quod non vides, credis, nam ſi vides, nō habes fidē, credenti colligitur meritum, videnti redditur præmiū. Vbi tu eras, quando Deus creauit mundum, & tamen dicis: *Credo in Deum Patrem Creatorem cœli, & terra*? Quis te docuit hanc eſſe matrem, illum verò patrem tuum? Nonnè potuit mulier alium ſupponere puerū, & ſic decipere virū. Ergo ſi ne fido, qui ſint tui progenitores, dubius ſemper manebis, & incertus. Quomodo igitur eos habebis in honore, & reuerentia, ac debitum eis perſolues ſeruitutis officium, ſi pro comperto non habes tuos eſſe progenitores? Soluta autē, atque ſublata hac charitate lege erga progenitores, neceſſè eſt etiam auferri ea, quæ habēda ſunt erga patriam, & quæ

H ad proximum extenduntur. &c. Remotis iſtis legibus, nonnè mundus in antiquum chaos reuertetur? Dicito quæſo, vnde tibi conſtat, te baptiſmi vnda ablutum eſſe? Credo (inquit) ijs qui aderant. Ergo credis, quæ non vidiſti? nōnè poterat baptizans nō habere intentionem baptizandi, nec faciendi, id quod facit Romana Eccleſia? Poterat ſine dubio. Vnde tibi conſtat, quod ſicut potuit, opere non compleuerit? fide (inquit). Ergo accedentem ad Deum, oportet credere, *Quia ſine fide, impoſſibile eſt Deo placere*. Noe non videbat diluuium aquarum inundantium, oraculo tamen accepto, de ijs, quæ nondum videbantur, metuens, conſtruxit arcā. Abraham nondum viderat terram Chanaan, fide tamē tutus, Chaldæorum reliquit, in qua natus fuerat, exiens, volūtatem Domini completurus, quo iret, neſciebat. Iſaac cæcutiens præ nimia ſenectute voce, non viſu Iacob filium ſuū magnis benedictionibus cumulauit. Moyſes fide armatus, non eſt veritus Pharaonis animoſitatem, ſed celebrauit Paſcha, mare ſcidit, & deduxit populum ſuum per aquam ninimam, ſicut gregem in deſerto. *Ergo Beati qui non viderunt, & crediderunt*. Quid valet, ſi quis optimè nauē gubernet, & non in portum, ſed in ſaxa feſtinet? Vna eſt fides noſtra, & antiquorum patrum, tempora variantur, fides autē non variatur: nunquam ſeneſcit: igitur ſicut antiqui patres crediderunt ijs, quæ non videbant, ita & nos: quoniam in hoc ſita eſt beatitudo. Sed cui eſt mihi credendum (inquit.) Ijs qui eandem, quæ fuit ab initio fidei rationem tradunt. Nā ſi quis *venerit ad vos* (ait Ioannes in prima Canonica vltimo capite) *& attulerit nouam doctrinam* (ſicut faciunt Hæretici) *nolite eum hoſpitio recipere, nec, Aue ei dixeritis*. Quæſo, patienter audias, qui docuit te hoc Euangelium eſſe Ioannis, illud verò Matthæi? A maioribus meis (inquis) audiui, & illi ab alijs, & ſic de reliquis. Ad primos igitur in hac noſtra Europa Catholicæ fidei ſatores, deuenire neceſſe eſt, Petrum ſcilicet, & Paulum, qui Romæ hæc ſeminarunt, quorum fides annunciatur in vniuerſo mundo. Romana itaque Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis, matrix, & Regina omnium Eccleſiarum, in qua nullus poteſt regnare Hæreticus, nullus dominari Schiſmaticus, quia ſemper eadem docet, quæ ab exordio naſcentis ſuæ infantiæ docuit. Huic ergo crede firmiter adhærens, in ea enim nullus poteſt facere naufragium fidei, niſi ab ea in colluuium Hæreticorum defluxerit, & laqueis diaboli vltroneus ſeſe inſerere voluerit; *Beati igitur qui non viderunt, & crediderunt; quia fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium*: nemo enim quod videt, ſperat, ſi autem, quę non videmus, ſperamus, per patientiam illa expectamus. Da nobis Domine Ieſu, hoc fidei robur immobile, ſpei firmam anchoram, & inextinguibile charitatis incendium: His enim te donāte habitis, non erit graue cuiquam ea nunc in via credere, quæ non niſi in patria à beatorum ſpiritibus, ita vt ſunt, clarè videntur, vbi tu viuis, & regnas Trinus, & vnus in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO Moralis

Dominicæ Primæ poſt Paſcha.

De ſpe virtute Theologica.

Cum ſero eſſet die illa vna, &c. Ioan 20. v. 19.

Reſpicite filij nationes hominum; & ſcitote quod nullus ſperauerit in Domino, & confuſus eſt. Eccleſ. 2. v. 11.

AD habendam ſpem in DEVM hortatur Spiritus ſanctus hominem prudentem, & in vniuerſum admonet, vt ſi errare in actibus ſuis nolit in omnibus arduis hæc duo obſeruet, in Deo fiduciā habeat, & rectum à ſapientibus conſilium capiat. *Habe inquit fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & nè innitaris prudentiæ tuæ.* Ad confidentiam in Deo, & diffidentiam ſui ipſius hortatur: ad confidentiam, nè animo concidat atq; deficiat: ad diffidentiam nè putet propria prudentia, aut prouidentia, vel viribus cuncta perficienda. Nè innitatis prudētiæ tuę, ſed gratiæ Dei, ſed diuinæ prouidentiæ, & recto prudentum conſilio. Si quis poſſet tutò proprijs cōſilijs, & prudentiæ fidere, maximè ſenes, & grandæui, propter experimentum, & annorum, nihilominus, & hos hortatur Spiritus ſanctus nè prudentiæ quaſi baculo innitantur; ſic enim vox Hæbręa Sahan, idem eſt, quod baculo incumbere, aut inniti. Atque ita vult Spiritus ſāctus, quod cum quis ad ſenectam peruenerit cum opus eſt baculo, ne tunc quidē propria prudentia tanquam baculo vtatur. Nam propria prudentia eſt baculus arundineus debilis, & fragilis. Aliena prudentia quaſi baculo vti promittit Seneca. Doctrinam tanquam baculum infirmo corpori repertam eſſe dixerim, & eundem eſſe finem diſcendi atque viuendi. Si tandem quis facilius propriæ prudentiæ fidere poſſet, maximè illi qui in poteſtate aliqua conſtituti ſunt, ſed & hos admonet Spiritus ſanctus nè innitantur prudentiæ ſuæ, nè quaſi baculo prudentia ſua vtantur, ſed ſpem, & fiduciam in Deo habeant. Baculum aut virgam gerere erat olim poteſtatis inſigne. Quid tertius? Iudices populi apud Hębræos baculos manibus gerebant, & virga, ſeù baculus in manu Moyſis poteſtatis illi a Deo traditæ nota fuit. Quapropter admonet eos quibus eſt poteſtas regendi, atq; gubernādi, nè putent futurum, vt propria prudentia ſeipſos, & alios regere, atque res ſuas adminiſtrare poſſint, nec exiſtiment, quod quia nonnihil prudentiæ ſint aſſecuti baculum, ſeu virgam ideſt poteſtatem inuenerint ad ſe alioſque moderandos, ſed fiduciam, & ſpem in Domino ex toto corde habeant quia vt inquit idem *Dominus dat ſa-* Prou. 2. v. 6.

pientiam, & ex ore eius ſcientia, & prudentia. Sapientia quippè eſt donum Dei, & ſolus Deus ſcientiam, & prudentiam edocere poteſt, quia ex ore eius ſcientia, & prudentia, non ſolum propterea quia ex ore eius procedit prudentia increata verbum æternum, iuxta illud. *Ego autem ex ore altiſſimi prodij.* Nec propterea tantum ex ore eius ſapientia, & ſcientia fluere dicitur, quia os hominis niſi ab eo fuerit ſanctificatum, & conſecratum ſapientiam eloqui non poteſt, ſed propterea præcipuè, quia & ſapientia, quæ eſt rerum ſpeculatiuarum notitia, & prudentia quæ eſt rerum agibilium peritia Deo doctore, & magiſtro indiget, qui intus docet, & loquitur, vt inquit Diuus Gregorius. Nemo inquit) docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exterius inuanum laborat; ecce vnam vocem loquentis omnes pariter auditis, nec pariter ſonum auditæ vocis percipitis. Cur ergo diſpar eſt vocis intelligentia? niſi quia præter hoc quod loquentis vox communiter admonet eſt magiſter, qui de vocis intelligẽtia docet quoſdam ſpecialiter.

D. Greg.

Nec ſolum ſapientia, ſed & ſalus corporis, robur, diuitiæ, & quæcunque bonæ animæ, & corporis à Deo ſunt: ideò in eo ſolo ſperandum, & fidendum docet Spiritus ſanctus per Salomonem, & præcipuè, quia nullus ſperauit in eo, & confuſus eſt inquit Eccleſiaſtes, & inductiones id declarat. Reſpicite inquit filij nationes hominum, conſiderate quod ab exordio mundi infinita exempla reperiuntur diuerſarum rationum, quæ nos aſſecurare videntur, quod nullus ſperauit in eo, & confuſus eſt. Sed illius ſolius exemplum ſufficiat, qui cum immenſis calamitatibus obſeſſus à Deo repulſus, ab amicis vexatus, ab vxore ad deſperationem impulſus, & ſibi ipſi grauis effectus mortem ad ſingulos ferè halitus expectaret aiebat, & ſi occidat me in eo ſperabo. Huius rei exemplo etiam nobis ſunt in hodierno Euangelio Apoſtoli, qui quoniam ſperauerunt in Chriſto non ſunt confuſi. Nam cum eſſet ſero die illa hora Sabbatorum eis ſe foribus clauſis præſentauit, & pacem obtulit. De hac ergo virtute quæ nobis fiduciam Deum afferat, ſcilicet ſpe, in hac inſtitutione agimus, vbi in primis oſtendemus quod ſpes eſt virtus, & virtus Theologica, vtilis, iucunda, & honeſta. Deinde quid ſit ſpes. Quod eius obiectum, ſeù circa quid occupatur. Qui actus ſeu operationes, & denique, quomodo acquirenda, & conſeruanda ſit. Ex quibus etiam ſapientis propoſitio clarior nobis reddetur.

B

Inter paſſiones animi ſpes à Philoſophis conſtituitur, qui quatuor affectus hominis principales aſſignant, quod ſic explicant. Omnis paſſio ſi reſpicit, ſeu habet bonum præſens, gaudium affert: ſi verò abſens, ſpem. Quod ſi malum habeat præſens, dolorem producit, ſi verò abſens, timorem. Afflictiones noſtræ (inquit D. Auguſt.) motus animorum ſunt. Lætitia animi eſt diffuſio, triſtitia animi contractio. Cupiditas animi progreſſio, timor animi fuga eſt. Diffundens enim animo cum lætaris, contraheris animo cum moleſtatis, progrederis animo cum appetis, fugis animo cum metuis. Affectus igitur quadripartitus eſſe dignoſcitur dũ de eo quod amamus, iam gaudemus ſiuè dolendum metuimus. Et ob hoc de concupiſcibilitate, gaudium, & ſpes, & de iraſcibilitate, dolor, & metus oriuntur. Qui quidem quatuor affectus animæ omnium ſunt vitiorum, & virtutum, quaſi quædam principia, & communis materia. Quia anima affectionibus incitatur ad virtutes, nam deſiderium de promiſſis, timor de ſupplicijs, quædam ſunt exercitia virtutum. Et non in carne tantum afficitur anima, ſed ex ſe ipſa his motibus agitari poteſt, dolere, luctari, ſperare, concupiſcere, &c.

Aug. ſuper Ioan. ſerm. 5.

Theologi tamen ſpem Chriſtianam inter virtutes eaſq; præcipuas (nempe Theologicas) collocãt. Et rectè, quiá circa Deum, & res diuinas occupatur, & planè pectore diuinę bonitatis, ſapientiæ, & omnipotentię enutritur. Fides enim docuit Deum eſſe bonum, & miſericordem, qui ſcit compati miſerijs noſtris, & ſapientem qui rectè nouit media quibus remedium malis quæ nos premunt adhibeat: tempus etiam præuidet, quo tale medium adhibendum, & occaſiones ex quibus tale remedium eliciendum eſt. Docet præterea fides Deum eſſe omnipotentem, quem nulla creatura, nulla potentia creata poteſt impedire ab executione eorũ quæ neceſſaria, & conuenientia iudicauit diuina ſapientia. Hinc ſtatim oritur firmiſſima ſpes, & confidentia, quod cũ Deus ſit infinitè bonus & miſericors, placebit ſuæ bonitati diuinæ remedium malis noſtris adhibere, cum etiam ſit infinitè ſapiens nouit, quomodo, & quando tale remedium adhibendum ſit. Cum deniquè ſit omnipotens, facit quicquid voluerit, & quando voluerit. Hoc modo accepta, ſpes eſt virtus conuenit enim illi id quod virtuti proprium eſt, nempè mediocritatẽ ſeruare inter extrema ex parte actus. Nam ſicut fides eſt media inter leuitatem, qua quis firmiter aſſentitur ei quod nõ eſt credendum de fide iuxta illud qui cito credit leuis eſt corde; & inter pertinaciam quã quis nimis reſiſtit credendis nolens ipſis aſſentiri niſi per naturalem rationem oſtendatur, Ita ſpes eſt medium inter præſumptionem, & deſperationem, moderatur enim actum tendendi in obiectum infinitum, nè tendat, aut in maius præſumendo, aut in minus deſperando, aut diffidendo, & ſic eſt medium ex parte actus. Sicut temperantia cum efficit, nè quis nimis auidè, aut nimis remiſsè appetat obiectum creatum, tum eſt medium ex parte actus quia mediocritatem ponit. Sed vltra hoc quod ſpes ſit virtus, eſt etiam ſpes Theologica virtus, quæ voluntas cui reponitur auxilio Dei freta ad Deum acquirendum aſſurgit, & ita circa Deum, vt proprium obiectum occupatur.

Poſtquam enim intellectus fidei lumine perfuſus ſempiterni boni magnitudinem voluntati propoſuit, ſtatim ſe illa per ſpem diuinam erigit, confidens eo ſe peruenturam. Ex quo liquet quam ſignificanter Apoſtolus ſpem incedentem appellauerit. Illa enim ſuis actibus velut quibuſdam greſſibus in bonum fide oſtenſum contendit. Rectè clemẽs Alexandrinus inquit ſanguis fidei eſt ſpes. Quemadmodũ enim in homine perfecto tria reperiuntur; Anima, cor, & ſanguis, ita tamen quod ſedes animæ eſt ſanguis, & ideo Poeta dixit purpuream eſſe animam.

Clemen. Alex. in lib. de pedag.

Purpuream vomit ille animam.

Virgil. Aen. 4.

Chriſtus Dominus multa paſſus eſt in carne pro ſalute humani generis, neq; tamen illis doloribus, lachrymis, & moleſtijs redemptionis beneficium attribuitur, ſed ſanguini. *Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiuè quę in terris ſiuè quę in cœlis ſunt inquit Apoſtolus. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Separationem etiam animæ Chriſti à corpore ſacra Scriptura attribuit totali effuſioni ſanguinis Chriſti, quia ſedes animæ eſt ſanguis, & ſanguis fidei eſt ſpes. Quid nam eſt id quod operatur in homine ſanguis? In primis illud certum eſt, ſanguinem ijs omnib. animalibus eſſe quibus eſt cor, etiam in minimis vermiculis, vt formica, & ſimilibus, quæ autem non habent ſanguinẽ, nec cor habere compertum eſt, ſicut ſunt Oſtreæ, eam ob cauſam quia ſanguis ſicut eſt ſedes animæ, ita & origo vitæ & cordis ſuſtentaculum. Sanguis ergo, & vitam homini tribuit, & cor viuificat, alit, ſuſtentat, roborat, & ad aſſequenda ardua excitat. Sanguis iram cauſat. Ira enim eſt accenſio ſanguinis circa cor. Sanguis viuido colore corpus exornat. Vnde quod ſinè ſanguine eſt, pallidum, & exhauſtum fiat, neceſsè eſt omnia competunt ſpei virtuti. Nam ſpes eſt ſedes animæ ſcilicet charitatis, quæ eſt tanquam Anima in parte ſpirituali hominis. Spes cor quod eſt fides, & ſpirituale corpus viuificat, excitat, & intendit perfectius quam materialis ira. De ira dixit Gregorius Niſſenus. Quod ira eſt armigera concupiſcẽtiæ, quia cum cor accendit, excitat potentiam cõcupiſcibilem. Hoc ipſum perfectius perficit ſpes ſicut enim ſanguis materialiter cauſat iram, ita ſpes cauſat quandam iram ſanctam in anima, contra ea quæ impediũt aſſecutionem beatitudinis, & incẽdit, ſcilicet fidem ſubminiſtrando ei calorem nè deficiat ex dilatione eius quod ſperatur. Sed animoſè agat nec deſpondeat animum quouſq; quæ promittit Deus aſſequatur. Subminiſtrat ſpes alimẽta fidei, ſicut ſanguis alit cor tactus ſpe, ſicut Bombyx folijs paſcitur, reficit animum, conſolatur, & ad labores perferendos confirmatur. Spes æternorum eſt arbor vitæ, quæ non ſolum futuræ vitæ expectationem tanquam florem, ſed etiam fructum beatitudinis producit & fructu animam fouet, alit, & erigit. Eſt arbo virens cuius folijs

Coloſ. 1. v. 20.
Apoc. 1. v. 5.

C

Gregor. Niſſen.

Digitized by Google

Bijs ſcilicet bonis operibus ſeneſcens cor, & diuturnitate expectationis debilitatum inſtaurat reficit, & confirmat. Totam corpus viuido colore exornat. Rom. 5. v. 4. *Quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit.* Non enim confuſionis colorem, ſed lætitiam, & gaudium producit ſpes in homine, tanta eſt huius virtutis vtilitas.

Porrò quantam lætitiam adferat ſpes, vel ex illis verbis Salomonis colligi poteſt. Expectatio iuſtorum lætitia. In primis propterea ſpes eſt lætitia, quoniam cum ſpes temporalium dilata animum angere, & cruciare ſoleat; tamẽ hæc expectatio lætitia eſt, ideſt non cruciat, ſed oblectat, delinitque animum, vnde Paulus Apoſt. Rom. 12 v. 18. *Spe* (inquit) *gaudentes*. Tãta autem eſt huius ſpei lætitia, & ſolatium, vt ad magnas tribulationes, & ingentes labores iucundè ferendos robur præbeat. Ibid. Subdit enim Paulus. *In tribulatione patientes*. Cui rei adſtipulatur D. Auguſtinus cum ait, Aug. ſer. 10. *ò ſpes, tu omnia portare facis dulciter, & ſuauiter, per te Apoſtoli gaudentes ad mortem peruenerunt*. Sed cur inquies ſpes aliæ animum angere, & affligtare ſoleant, hęc contra lætitia eundem erigit, & alacritate perfundit. S. Chriſ. Rationem obtulit D. Ioan. Chriſoſtomus. certitudo inquit in cauſa eſt, quia ſpes quod ſperat iam quodammodo cernit videmus, nunc inquit Apoſtolus, 1. Cor. 13 v. 12. *per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, &c.* Aliarum enim rerum expectatio ideo affligit, diſcruciat, quia anceps eſt atque dubia, hæc verò iuſti ſpes; ideo delectat, quia certa, & conſtans eſt, adeo vt hac in re locum habeat vulgare illud apud Iuriſperitos. Spes certa, & indubitata adeundæ hæreditatis æquiualet poſſeſſioni, aut retentioni. Deinde propterea expectatio iuſtorum lætitia, quia & iuſti expectant lætitiam, & lætitia expectat iuſtos, Iuſti expectant lætitiam, quia id quod ſperant lætitia eſt iuſti, nimirum mercedis loco cumulatiſſimam lætitiam in cęlo expectant. Ipſamet etiam lætitia illos expectat in cęlo, quod quidem maius, ac mobilius eſt. Innuitur enim nõ modo ab ipſis beatitudinem ſuam expectari, ſed ab ipſa etiam beatitudine, & bonorum omnium cumulo ipſos ani de ſperari. Seneca. Seneca alicui docuit. Plurimum intereſſe, qui magiſtratum aliquem expectant, & eos quos magiſtratus ipſe dignitaſque præſtolatur, illi enim ſperant magiſtratum, vt qui magiſtrant honeſtandi ſunt, illos verò magiſtratus ipſe expectat, vt potè, qui ipſimet magiſtratui decorem, & gloriam allaturi ſunt. Ergo ſi ita de re affirmare licet iuſtum hominem a lætitia, & beatitudine expectari erit ſenſus ipſammet beatitudinem à iuſto poſſeſſam decorari quodammodo, & honeſtari. Quod quidem veriſſimum eſt. Nam ſicut quædam (verbi cauſa) honoris inſignia, vel ſtemmata non modo ſplendida ſunt, quia ingentes prouentus adiunctos habent, ſed etiam qui à nobilibus tantum impenduntur: ſic etiam Beatitudo non modo ſplendorem habet, quia ipſa per ſe magna, & bonis omnibus locuples eſt, ſed etiam ex eo decoratur, quod non niſi iuſtis tanquam vellus aureum confertur. Et ideo non ſolum lætitia, ac beatitudo à iuſto homine expectatur, ſed etiam ipſummet iuſtum lætitia, & beatitudo auidè expectat, à quo ſplendorem, atque decorem ſibi accerſit. Sic igitur veriſſimum eſt illud Apoſtoli. Spe gaudentes. Quia nihil eſt quod magis hominem fatigatum recreet, atquè regionis viuorum expectatio.

Honeſti verò laus in hac virtute excelſa tanta eſt, vt animos generoſiſſimos creet; ac omnem propriæ vilitalis memoriam expugnet, quaſi enim nullo carnis pondere animus premeretur validiſſimè in Deum extollitur ſicut ſcriptum eſt. Iſaiæ 40. v. 31. *Qui ſperant in Domino habebunt fortitudinem, vt aquilæ volabunt, & non deficient.* Spe gaudentes. Nihil D eſt enim quod animum inter medias mundi procellas fatigatam cohoneſtet, ac firma regionis viuorum expectatio. Spes hæc vires ſuggerit, ardua quæque adoriri facit, & præ gaudij magnitudine omnium aliarum voluptatum contemptum inducit, ſi itaque habet ſpes rationem boni vtilis, boni, honeſti, & delectabilis, ſpes profectò eſt nobiliſſima virtus, quia omnia hæc bona virtutem concomitantur ad vitia, paſſioneſque, ac lentamenta deſperationis, & præſumptionis, quæ ſunt virtuti huic oppoſita extinguenda ſummè neceſſaria.

Et quia in bonum illud immenſum ac ob id arduum viribus diuinis innixa tendit, adeò non ſolum eſt virtus, verum etiam virtus Theologica, quæ ſic a Magiſtro ſententiarum definitur. Deffinitio ſpei. Mater Sẽtentiarũ. Spes eſt virtus, qua ſpiritualia, & æterna bona ſperantur. Id eſt cum fiducia expectantur. Hæc autem definitio, ſpei attribuitur, in quantum ad ſuum proprium obiectum refertur. Obiectum ſpei eſt bonum æternum, creatum, & increatum. Circa autem vtrumque bonum ſpes verſatur, præcipuè vero circa bonũ increata. Poteſt quoque ſpes ſic definiri. Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis veniens, ex Dei gratia, & meritis præcedentibus, vel ipſammet ſpem quam natura præit charitas, vel rem ſperatam, ideſt beatitudinem æternam. Sinè meritis autem aliquid ſperare non ſpes, ſed præſumptio dici poteſt. Hæc vtique definitio datur per actum, & obiectum ſpei.

Eſt autem actus ſpei duplex: quorum alter eſt principium, & origo alterius. Spes enim facit confidere, ſiuè largitur confidentiam, & inde expectationem: nullus ſiquidem rectè confidit, aut innititur ei, quod conſequi non poteſt, vel quod deficere, aut fallere quenquam poteſt. Quoniam verò ſpes obiectum habet ſummè arduum in cõfidendo, inde fit vt obiectum habeat ſummè arduum in expectando. Gen. 15 v. 1. *Noli timere Abraam quia ego protector tuus ſum* in quo ſcilicet debes confidere, & merces tua magna nimis, quę ſibi eſt expectanda obiectum igitur ſpei rationem habet ſummè excellentis, & nunquam deficientis; actus verò confidere, & expectare. Indè etiam patet quod habet Deum pro immediato obiecto, dirigitur à prima veritate, eſtque habitus à Deo immediatè infuſus inclinans, & determinans potentiam iraſcibilem in bonum arduum, quod naturæ excedit facultatem. Eſt certa expectatio quia non hæſitat, ſed abſque fluctuatione hæſitationis conſiſtit. Duplex autem eſt certitudo, cognitionis, ſcilicet, & fiduciæ. Et prima quidem fidei opponitur, ſecunda vero deſperationi, & hæc pertinet ad ſpem. Eſt quoque certitudo ſecuritatis quæ opponitur timori. Angitur quoque in definitione ſpei expectatio, quoniam nondum comprehendit. Futuræ beatitudinis dicitur, non futuræ miſeriæ ſicut eſt timoris. Ex gratia, & bonitate Dei proueniens, quam deſperatio non attendit. Et meritis præcedentibus quæ non habet præſumptio. Spes ergo eſt certa expectatio, ideſt efficax deſiderium quo oſtenſa ſibi per fidem diuina fruitione per bona merita comparanda, ſtatim ſi in ſua poteſtate ſitum eſt eligit actum meritorium. Hæc autem beatitudo ſic bonis meritis attribuitur, vt tamen radix meritorum ſit Dei bonitas, & liberalitas, quæ noluit ſuæ beatitudinis non modo nos conſortes, ſed etiam cooperatores fieri. Quamobrem ſpem ſic definiendam eſſe alij putarunt. Spes eſt habitus infuſus, inclinans voluntatem humanam ad deſiderandum efficaciter bonum infinitum, quod quidem bonum infinitum ex bonitate, & liberalitate ſuæ, humanæ ſe voluit communicare naturæ per merita bona, quæ ipſi ſunt grata, & pro tali munere accepta. Habitus loco generis ponitur. Inclinans: quia ſpes eſt deſiderium alicuius boni ſibi commodi & futuri. Bonum infinitum; ideſt ſummè excellens, & indeficiens, quod eſt præcipuum ſpei obiectum, efficaciter. Per quod abigitur deſperatio, & præſumptio. Deſiderium namque efficax, & obiectum arduum amplectitur, & bona opera exercet. Primum deeſt deſperationi, ſecundum verò præſumptioni.

Ex quo iterum patet, quod obiectum ſpei adæquatum ſit bonum infinitum, liberaliterq́; ſe communicans creaturæ per bona merita, & bonum finitum ad huiuſmodi communicationem ordinatum. Id autem eſſe poteſt concomitans viſio, & fruitio, per quas formaliter habetur bonum infinitum, vel conſequens gaudium, perpetuitas, & ſatietas, quæ beatitudinem formalem conſequuntur. Quod verò dictum eſt, quod ſpes eſt certa expectatio, non ignorare oportet in actu creaturæ certitudinem biſariam inueniri poſſe, quarum altera eſt principalis, & eſſentialis, ea nimirum quę eſt in actu virtutis cognitiuæ rei cognitæ firmiter aſſentientis. Altera verò per quandam participationem, vtpotè quę à virtute cognitiua

ad certum actum, certumque obiectum deputata fuerit, atque determinata. Hoc modo rerum naturæ certiſſimo, & inuiolabili ordine operantur, quippe quæ per diuinam ſapientiam ad vnum deſtinatæ adſcriptum ſibi munus agendi tranſgredi non audent. Natura enim ignis vrit, & aqua humectat, & quæ ſunt iſtius modi ſimiliter ſe habent. Virtus verò quoniam inclinat ad agendum per modum naturæ potentiam, ſeu voluntatem humanam ad ſuum actum, & obiectum, hac de cauſa ſuo in actu dicitur certitudinem habere, quæ profectò eſt quædam certitudinis rationis participatio per quam ad actum certum dirigitur. Hoc igitur modo dicitur certitudo ſpei eſſe quædam certitudinis fidei participatio. Fides enim inſtruit ſpem, quo ſuum actū dirigere debeat, vt quemadmodum firmiter ipſa adhæret primæ, & ſummæ reuelatæ veritati, ita ipſa confidat, & expectet infinitum bonum ſumme excellens, & nunquam deficiens, quod non niſi per bona merita conſequi poterit. Spes autem ſic a fide inſtructa, & illuminata efficax adhibet deſiderium ſummum, & infinitum bonum amplecti exoptat bona merita ſedulo ſibi comparare nō negligit, gratia, & liberalitate Dei innititur, atque ita ſecura, & certa de promiſſione complementum eiuſdem poſtulat. Sed naturam obiectum ingenium, & actus huius virtutis prout declarata eſt. Hieroglyphico ſpei apud Aegiptios declaremus.

Hyerogliphicon Spei.

Pingebant Aegyptij arborem ad litus fluminis inclinatam ad radicem eius quaſi mediam per aquam a terra auulſam, ſupra arborem virginem pallidam, & debilitatam, ad mirandæ tamen pulchritudinis, oculis defixis in cęlum, cathenam verò auream circa cęlum a ſtellis propendentem quæ Virginem ſuſtentabat, ad pedes ſimulachri ſcriptum erat. Simulachrum ſpei, ſpes æternorum ſimilis eſt arbori virenti, ſicut enim arbor virens, etiamſi per hyemem fronde ac fructibus nuda fit, paulo poſt ſuccedente vere fronde veſtitur, & fructibus oneratur, ſic ſpes iuſtorum virens, ac vinci audi Auguſtinum. Modo (inquit) tempus eſt hyemis gloria tua nondum apparuit, ſed ſi alta radix eſt charitatis tuæ, tranſit frigus, venit æſtus, tunc apparebit gloria arborum. *Mortui enim eſtis* inquit Apoſtolus. Quomodo videntur arbores per hyemem quaſi aridæ, quaſi mortuæ. Ergo quæ ſpes ſi mortui ſumus? intus eſt radix. Vbi eſt radix noſtra, ibi eſt vita noſtra. *Et vita* (inquit) *noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo* quomodo areſcet qui ſic habet radicem? Quando autem erit ver noſtrum. Quando vos circumueſtit dignitas filiorum, & vbertas fructuum locupletat? Audi quod ſequitur. *Cum Chriſtus apparuerit, vita noſtra; tunc & vos apparebimus cum ipſo in gloria.* Atque hoc modo dicere poſſem quod arbor ſignificat ſpem. Sed dicamus nūc quod arbor plantata ſecus decurſus aquarum eſt homo. Folia huius arboris, ſunt cogitationes, flores verba, fructus bona opera. Eſt autem homo arbor inclinata. *Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam*, & ſic aggrauati neceſſe eſt, vt inclinemur, prouidendum tamen, & ita agendum nè frangamur. Aqua radices euellit a terra quia viuendo morimur & ipſe quotidianus defectus corporis, quid eſt aliud niſi quædam prolixa mortis? Virgo debilitata eſt anima noſtra quæ eſt in corpore tanquam in carcere. Formoſa, quia a Deo creata, tot donis & gratijs dilata, & ornata, formoſa quia puritate conſcientiæ eſt candida, ornata meritis, virtutibus, & bonis operibus, in quibus ſpes fundatur, augetur, & conſeruatur. Nam etſi ſpes chriſtianorum ex copioſa Chriſti Domini noſtri paſſione augeatur, & in ipſa fundetur. Morale eſt enim cum videmus amicum noſtrum pro nobis aliquid pati, vt aliquantum ſpem de eo cōcipiamus, & ſi maiora patiatur, maiorem, & ſi maxima, maximam, ſed ſeruator noſter maxima pro nobis paſſus eſt, vt nos ſaluaret, vnde Petrus Apoſtolus, *Qui peccata noſtra in corpore ſuo tulit ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitię viuamus cuius liuore ſanati ſumus.* Similiter licet ſpes chriſtiana augeatur ex copioſa Dei maximi miſeratione, *quę non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* Et vt inquit D. Petrus. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti qui ſecundum magnam ſuam miſericordiam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hęreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem conſeruatam in cælis.* Nihilominus tamen vita innocenter acta multum auget ſpem. Qui enim ſentiunt multis ſe grauatos ſceleribus ac offenſis in Dominum ſuum perpetratio, non ſperāt ab eo honorem neque retributionem in bonis, quin potius pęnis terrentur. Vnde Plato introducit Pindarum dicentē vita innocenter acta, ſpem bonam in ſenectute nutrit. Qui autem ſunt multorum ſcelorum conſcij peſſima. Spe viuūt ac formidant quoniam inferorum pęnæ ſeuere terrent. Et hoc eſt quod inquit D. Auguſtinus. Ille ſperat qui bonam conſcientiam gerit, quem vero pungit mala conſcięntia recedit ſe a ſpe, & non ſpectat ſibi niſi damnationem. Bona autem conſcientiæ quid ſperat niſi ſalutem. Quoniam ſi cor noſtrum non reprehendit nos fiduciam habemus apud Deum. *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate, & ſinceritate, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo.*

Ob hanc cauſam fortaſſis ſimilitudo ſpei erat apud antiquos lilium. Omnes quidem flores ſpem ſignificant quia flores fructum promittunt, & ſpes promittit id obtinendum quod ſperamus, ſed præcipuè lilium. Ideo Regnum Franciæ quod pro ſtemmate lilijs vtitur, lilia his verbis cingit. Spes Auguſta. Quod ab antiquis Imperatoribus ſumpſiſſe videtur. Nam Alexander pius Imperator Romanus in moneta ſculpſit Idæam manu dextra lilia porrigentem, & manu ſiniſtra hæc verba tenentem. Spes publica. Idem feciſſe legitur Tyberius Claudius qui ſculptis in moneta lilijs ſic monetam inſcripſit. Spes Auguſta. Itaque lilia ſemper fuerunt ſpei ſimulachrum. Non ſolum propterea, quod lilia in eo alias herbas ſuperant: quia cum a radice abſcinduntur florent. Quam ob cauſam etiam per lilia Dauid voluit ſignificari Martyres, quia tanquam a præſenti vita abſciſſi floruerunt. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabuntur, id eſt, florebunt inquit Apoſtolus. Et Iob erat lilium, qui dicebat, ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Sed etiam propterea quia lilia candorem, & ſuauiſſimum odorem ſpei ſignificant iuxta illud quod dicit Plato. Qui iuſtè rectèque vitam peregerit, huic dulce, & decorum cor exhilarans ſenectus altrix, & familiaris, eſt ſpes quæ maximè verſatilem mortalium mentem gubernat Aſsimilat ſpē ad clauum nauis quo nauem vertas quocunque volueris. Sed ſi conuertit hominem a Deum vnde omnis pulchritudo, & decor. Sicut parietes decorantur ex repercuſsione, & oppoſitione ad ſolem. Inde virgo formoſiſsima, id eſt, cōſcientia bona, & candida inde (ſcilicet) ex conuerſione cordis ad Deum. *Maledictus* (inquit propheta) *homo qui confidit in homine, & qui ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius*, ita per oppoſitum. Benedictus homo cuius cor conuertitur ad Deum pulcher eſt, & decorus. Oculis in cælum defixis virgo illa pingebatur, ad ſignificandum obiectum ſpei, ſeu id circa quod occupatur ſpes. Vnde enim aliquid homo ſperare debet, niſi de cœlo, & à Deo. Vnde conſolationem, honorem, diuitias fortitudinem, perſeuerantiam, remiſsionem peccatorum, æternam ſalutem, & quod eſt neceſſarium animæ, & corpori niſi a Patre luminum. Sigiſmundus Imperator cum animaduerteret ſe modeſtè perſtringi, quod in aulicum iam veteranum nihil beneficij contuliſſet, dixit nunquam quidem ſibi bene merendi voluntatem defuiſſe. Sed Principum dona non illorum eſſe propriè qui ea mererentur, ſed quibus ſint deſtinata fato. Et id re comprobaturum ſe dixit quam primum olij, & quietis occaſio, tantiſper daretur. Poſtea otium nactus Cæſar pyxides duos parari iuſsit magnitudinis, & formæ eiuſdem, in quarum vnam aurum, in alteram plumbum poſuit pondere eodem, & miniſtro aduocato præcepit, vt pyxidem alterum deligeret: conſternatur miniſter, librando modo hanc, modo alteram tollit neſciens vtrum potiſsimū debeat eligere, tandem eam aufert pyxidem, quæ plumbū continebat, quod vbi conſpexit ille iam recluſa pyxide aiebat Cæſar videri palam non ſuam voluntatem, ſed ipſius infortunium obſtitiſſe, quominus hactenus beneficium ſit conſecutus. Teſtatur ſanè hoc factum prudenter conſideraſſe Cæſarem fælicem ſucceſſum rerum à Deo contingere. Ideo, & Dauid in tribulationibus poſitus aiebat. *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cęlis.* Magna eſt illa excellentiæ virtutis ſupra alias virtutes, quod non occupatur niſi

Marginal notes: Aug. in Pſal. 36. — ad Col. 3. v. 3. — ibid. — 1. Pett. 2. v. 24. — 1. Petr. 1. v. 3. — F — Plato lib. 1. de Rep. — Aug. ſuper pſ. 31 — 2. Cor. 1. v. 12. — Vega. p. 3 fol. 32. col. 4. — In Pſal. qui inſcribitur pro his qui commutabuntur ce rtę quę tit. ubi legitur, pro lilijs. — Plato lib. 5. de rep. — Iere. 17. v. 5. — Carion. li. 3. chronici. — Pſal. 122.

niſi circa bonum. Charitas enim ſe extendit ad bonos, & malos, amicos, & inimicos, charitas non ſolum recipit bona, ſed etiam ſupportat mala, nam charitas eſt ſicut flamma, quæ non ſolum comburit lignum ſicum, ſed etiam viride, & recenter abſciſſum ab arbore, imo perfectior charitas eſt amare inimicum, quam amicum, ſicut ignis qui comburrit lignum viride eſt perfectior eo, qui comburrit lignū ſiccum. Similiter fides occupatur circa bonum & malum. Si enim credis cælum, credis, & infernum, ſi credis præmiari bonos, credis etiam puniri malos, ſi credis beatos in æterna beatitudine gaudere, credis etiam malos in perpetuum cruciari in inferno. Si credis futurum iudicium ad præmiādum iuſtos, credis etiam illud futurum ad puniendum

G malos. Si credis quod dicetur iuſtis. *Venite benedicti Patris mei*: Credis etiam quod dicetur maledictis. *Ite maledicti in ignē æternum, &c.* Vtraque igitur virtus prædicta circa bonum, & malum verſatur. Spes autem non niſi circa bonum, non ſperat aliud niſi quod Deus mihi peccata remittet, fouebit ſua ſancta gratia vſque ad mortem, & poſt mortem vita æterna præmiabit. Sed non eſt minor illa excellentia, quod tale bonum circa quod verſatur non aliunde ſperat niſi de cęlo, non ab alio niſi a Deo, ideo pingitur oculis in cælum defixis. Quod etiam ipſa ratio naturalis, & lumen congenitum fieri debere docet, nempè in ſolo Deo ſperandum eſſe. Si enim inter homines honeſtos vituperio maximo eſt, & viliſſimi atque abiecti animi ſignum; non auxiliari illi cuius quis protectionem ſuſcipit, & in quo afflictus confidit. Hinc eſt quod homines honeſti etiam cum detrimento bonorum temporalium etiam ſauciati, & vitæ propriæ, & aliquando cum detrimento animarum illis quibus ſe obligauerunt exiſtimando id ad honorem proprium tuendū maximè ſpectare auxiliantur. Quanto magis Deus tuetur eos qui ſperant in ſe.

Ex quo ſequitur quanta reprehenſione digni ſunt, qui oculos ſuos non in cælum, ſed in terram defixerunt; qui in alio ſperant quam in Deo. Horum ſpes eſt ſicut fumus, vt inquit ſapiens. *Spes impij tanquam lanugo eſt, quæ a vento tollitur: & tanquam ſpuma gracilis, quæ a procella diſpergitur: & tanquam fumus qui a vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis, vnius diei prætereuntis.* Spes inquit mundanī hōminis eſt ſicut lanugo, ideſt molities lanæ quæ vento rapitur. Vel vt habent ſeptuaginta interpretes. Spes impij tanquam puluis qui a vento tollitur. *Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus a facie terræ*: ideſt, non eſt talis ſpes impiorum, vt eſt iuſtorum. *Nam qui ſperant in*

Iſai.40. v.31. *Domino, aſſument fortitudinem, vt aquilæ volabunt, & non deficient.* Non illos de facili tollet ventus. Spes autem mundanorum a vento rapitur nam eſt ſimilis tribulis, quæ antequam creſcant tanquam ſpinæ pungunt, & poſtquam ad perfectionem peruenerint habent florem, qui cum ad maturitatem peruenerit à vento diſpergitur.

Ita potentes mundi huius, vix naſcuntur, multoties antequam ad perfectam ætatem perueniunt, habent tot ſeruos aulicos milites, creſcunt in honore, & ecce venit ventus, ſcilicet febris, vel aliquid ſimile & moriuntur: & tanquam ſpuma gracilis. Eſt etiam ſimilis ſpes vana ſpumæ; Quid queſo debilius eſſe poteſt, & quod facilius prętereat, quam ſit vna ſpuma producta à tempeſtatibus, & vnda maris; Quid magis vanum vna ſpe vana, quam exiſtant tempeſtates fauorum? Videre eſt in mari cum ventis, & tempeſtatibus concutitur conſurgere vndas maris maximas, quæ videntur velle totum mundum obruere, & ecce dum vna pars vndæ accedit ad littus maris alia ſuccedens eam obruit, & illam alia, atque ſic diſperſæ nihil aliud præter ſpumam relinquunt, quæ paulatim tandem abſumitur, & perit. Idem videre eſt in hominibus, dum Conſurgit tempeſtas fauorum, eleuantur vndæ dicentium; apud hunc habeo tantum fauorem, apud alium maiorem, iſte me promouebit, ille alius &c. ad tantam dignitatem perueniam. Et hoc quod aliud eſt, niſi ſpuma quæ antequam ad littus perueniat perit, & tanquam fumus. Quando fumus cum impetu de camino egreditur videtur eſſe vna turis in altū aſcendens, ſed dum ventò concutitur ad ima deſtendit diſpergitur, & quandoque etiam nares hominum ſuo malo odore offendit. Quid eſt ſpes vana niſi fumus. Videtur eſſe vna turis tua poteſtia, tuum imperium, tuæ promotiones. Venit ventus vnius catharri, vel doloris capitis, deijcit te in terram, moreris: & ecce hic fumus male olet dum talis, vel huic ſimilis fama in auribus omnium perſonat. O quam malè vixit hic? O quantus fuit vſurarius? O quam moleſtus omnibus ſeruis &c. Et quaſi memoria hoſpitis vnius diei. Venit pauper peregrinus ad hoſpitium male tractatur, pernoctat ibi, manè aggreditur viam, & poſt parū temporis reuertitur ad illud hoſpitium, exiſtimando quod propter illam antiqua notitiam melius tractabitur. Salutat hoſpitem, dicit, ſe fuiſſe in hoc hoſpitio tali tempore, tali die, tali hora, & ille nihil horum recordatur, atque ita eorum modo quo prius vel ad huc deterius ipſum tractat. Ita ſanè ſpes vana confundit ſperantem in ſe, dum ſperat aliquam dignitatem, diuitias, & confunditur. Reuertitur tamen, iterum ſperat ſe hanc vel illam dignitatem adepturum, & nihilominus fallitur nec eſt memoria ipſius, niſi tanquam hoſpitis vnius diei. Talis eſt ſpes impiorum. Qui autem (vt inquit Pſal.) *ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ volabunt, & non deficient.* H

Ideo admonet nos Dauid. Sperate in Domino. Ac ſi vellet dicere. Non ſperes in Principibus, & monarchis mundi, quia hæc ſpes eſt ſicut lanugo, tanquam ſpuma, & fumus. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.* Sacrifica Deo bonam conſcientiā cumulum bonorum operum, non relinquas Creatorem propter creaturam, nec bona æterna, quæ ad ſolum pertinent hominem propter bona externa. Pſ. 4. v.6.

Verum eſt quidem, quod quamplurimi inueniuntur, qui nos in hoc redarguunt. *Multi dicunt quis oſtendit nobis bona?* Sunt multi mali, & ſtulti, *quorum infinitus eſt*, (vt inquit Salomon) *numerus*: quorum vox eſt, quid debemus curare futura cum habemus præſentia? dubitant de futura retributione, & blaſphemando dicunt. Quis ſcit hoc eſſe verum, quod nobis de futura vita promittitur? quis inde venit, & narrauit nobis, quod ſit ibi cælum, & beatitudo? Non eſt qui agnitus reuerſus ſit ab inferis, Sed huiuſmodi interrogationi breuiter reſpondet Propheta: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Ideſt, Dediſti nobis fidem quæ nos id de quo illi dubitant docet, imò, tametſi id nobis reuelatum non eſſet, & in eloquijs Diuinis expreſſum: eſto inquam hæc non adeſſent, nonnè id ſatis eſſet, quod in anima noſtra impreſſit imaginem vultus ſui? ſicut ergo Cæſar exigit impreſſionem imaginis ſuæ, iuxta illud Matth.

Matt. 22. v.21. *Reddite ergo quę ſunt Cæſaris Cæſari* &c. & quodlibet, quod ſua imagine ſigillatum eſt. Ita Deus exiget in anima imaginem vultus ſui. Et ſicut reddis Cæſari nummum Cæſaris ſigillo inſignitum, ita reddere debes Deo animā lumine vultus eius ſignatam: ideo ad cælos oculos eleuatos, & in cælo defixas habere debes, ſicut expreſſerunt Ægyptij in terra: quia vana, & mala eſt ſpes terrena. Lumen ipſum naturale te docet, quod de cælo omne bonum ſperandum ſit. *Signatum eſt ſuper nos* &c. Quod autem duabus cathenis pendet è cælo prædicta virgo formoſa per hoc exprimuntur duo actus ſpei, nimirum confidere, & expectare. De

Ioan.3 cōfidentia ſeu fiducia eſt illud. *Fiduciam habemus ad Deum.* Cum enim ſit ita bonus, & iuſtus, vt ſit ſumma bonitas certè aliter non faciet, niſi vt promiſit. Talis confidentiæ fuit Dauid Rex, & Propheta, qui cum conſideraſſet cum quanto labore homo viuit iuxta Dei præcepta, tantæ fuit confidentiæ in Deum, tantæ fiduciæ, vt etiam putaret impoſſibile Deum non retribuere pro laboribus id quod promiſit.

Pſal. 93. v.20. Vnde colloquens cum Deo aiebat. *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis qui fingis laborem in pręcepto.* Ac ſi vellet dicere. Præſuppoſito, quod fingis laborem in præcepto, id eſt, qui fingis præcepta laborioſa, ſeu qui condis præcepta, quia idem eſt in lingua Latina, condere leges, quod in Hebræa Fingere leges. Quia Latini ſumunt ſimilitudinem ab architectis, qui ædificant & condunt palatia. Hebræi autem ſumunt ſimilitudinem à figulo, qui fingit ollam ex argilla, vt etiam ſcriptura loquitur. *Qui finxit ſigillatim corda eorum* id eſt, qui condidit corda eorum. Dicit ergo Pſaltes, Suppoſito quod tu Deus optimè finxeris leges in quorum obſeruantia magno labore homini deſudandum eſt, quia facile franguntur: non eſt inuenire ollam tam debilem, aut laterem ita male decoctum, qui cum tanta facilitate frangatur

gatur

gatur ſicut Dei præceptum, præſertim cum hominis natura ſit deprauata, & ad malum inclinata, præceptum difficile eſt amare inimicum, obedire, paupatem eſſe, viuere in caſtitate, facile id homo transgreditur, non dico verbo, aut opere ſed ipſa cogitatione iuxta illud *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* (Matt. 5. v. 28.) Suppoſito etiam quod tu obſeruantes ita laborioſa præcepta præmiate promiſeris, tantam in te habeo cõfidentiam, quod impoſſibile putẽ adhærere ſibi ſedẽ iniquitatis. Magna ſanè iniquitatis ſedes eſt, cũ Reges, vel Principes terræ legunt ſuos ſubditos ad ſupportandos difficillimos labores. Verbi gratia. Cum miles cogitur ire ad bellum, ſemper in armis incommoditatibus, & periculis expoſitus, Et poſtea cum bellum fractum fuerit nullum indè recipit præmium, ſed infelix præ inopia perit, vnde conqueritur Salomon. Super duobus, contriſtatum eſt cor meum.

Sed quod peius eſt inueniuntur tales Domini quibus optimè poteſt accommodari illa moralis Philoſophia, quá quidam doctus ſub nomine fabulæ protulit. Remanſit infixum magnum fruſtum oſſis in gutture lupo, is cum iam iam mortem expectaret, ecce in opinato euentu auicula quædam roſtro oblongo, huc illuc pre inopia circumulitás in ramuſculo, iuxta locum in quo anima agens lupus decumbebat conſedit, quam lupus iam fermè exanimis, vt cõſpexit rogauit, vt intraret in os illius, roſtroque impoſito gutturoſſe hærẽte exueret, auis tum precibus, tum verò propria compaſſione flexa, lupo cum morte conflitanti opem alacriter præſtitit, ac oſſe ſine magna difficultate eruto lupum ab illa moleſtia liberauit. Cum videret lupus ſe iam euaſiſſe periculum aleſque ab illo peteret mercedem, reſpondit lupus ſtridens, dẽtibus maiorem tu mihi debes mercedem, quod euaſeris dentes meos. Hunc lupum imitantur hodie plurimi ex potentioribus, qui putant maximam ſuis ſeruis ſe feciſſe mercedem, quod illos liberè licet, abſque vllo præmio dimiſiſſent, quibus tamen ipſi cum maximo ſuo diſpendio in periculis vitæ ſeruierunt. Hæc igitur eſt ſedes iniquitatis. Procul eſt à Diuino tribunali tanta impietas, imò adeſt tam perfecta iuſtitia, vt poſsimus confidenter cum D. Paulo dicere. (2. ad Ti. 4. v. 8.) *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex.* Hinc ſpõſa loquens de certitudine promiſsionis ſponſi dixit. (Cant. 5. v. 13.) *Labiatua ſicut lilia diſtillantia myrrham primam.*

Altera cathena in qua ſpes pendet eſt alter actus ſpei, nimirum expectatio iuxta illud Prophetæ. (Pſal. 26. v. 14.) *Expecta Dominum viriliter age.* Eſt enim homo qui ſpe viuit ſimilis agricolæ, qui poſtquam cum maximo labore terram excoluerit in eamque ſemen iecerit, confididit de benignitate Dei, & in patientia expectat fructum optatum. Id egregiè expreſſerunt antiqui, qui pinxerunt monſtrum quoddam, nempè bouem ſemi hominem, quem vocarunt Minotaurum incarceratum in ſinuoſo, multiſque an fractibus inflexo ædificio dicto Labyrintho, quem ædificauerat Dædalus. Ille ergo ſic depictus erat, digitum vnius manus ori appoſitum habebat, altera verò manu ſeminabat, & ſuper eum fuit talis inſcripto. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra, id eſt in expectatione. Nec qualiſcunque eſſe debet iſta expectatio, ſed talis qualis fuit illius qui dicebat. (Pſal. 120. v. 7.) *Sperauit anima mea in Domino à cuſtodia matutina vſque ad noctem.* Talis qualis fuit Caroli V. Imperatoris, qui Tunetana expeditione de Polemarcho ſollicitus, vbi neminem de ſuis ducibus idoneum eſſe vidit. Vexillum Christi Crucifixi imaginem habens ſuſtulit, & hic dux noſter erit inquit. Rex Regum Dominus exercituum. (Ægidius corrozetus de dictis & factis memorabilibus.)

Porrò hæc virtus adeo vtilis in primis conſuetudine ſ acquirenda, Animus enim qui multis actibus ſpei ſe nõ exercuit, dum repentè aliquo mortis diſcrimine corripitur, mirum eſt quantopere langueat, & (paulo minus) deſperet. Ratio in promptu eſt, cum enim per quam raro eiuſmodi grauiſsima pericula inſtent, qui in eis duntaxat euentibus, ſpem exercere meminit, hebes eſt more gladij, qui diù ſuperius rubiginem contrahit, ac ægrè diſtringitur. Qui verò eiuſmodi affectibus aſſueſcit, quandam bene affecti animi præparationem ad omnem euentum acquirit, quæ propria iuſtorum eſt, qualem Propheta commendauit aiens. *Paratum cor meum ſperare in Domino* cuius mox fructum Deus adiunxit. *Confirmatum eſt cor eius non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.* Plurimus etiam confert ad acquirendam hanc virtutem, cõſiderare benignitatem Dei, ſi enim noſſent homines quam ſit clementiſſimo Deo dignum parcere proſtratis, ob infinitam miſericordiæ magnitudinem, & quam facilè ſit ei ſubito pauperem erigere ac honeſtare, non dubium quin è medijs teterrimorum peccatorum fluctibus fidentiſſimè reſpirarent. Et quidem cor illud nobiliſſimũ Dei decet magna largiri, & ad ipſius gloriam quo cuncta opera ſua refert, apprimè facit ſperantibus propitiari. Vnde licet quandoque intuetur hominem multis peccatorum millibus obnoxium, quem propriatum conſcientiæ ſcelerum accuſat, nihilominus iſte Deum ſibi propitiũ facile reddet, ſi de Diuina bonitate excelsè ſentiat, vt veniam ſibi certò promittat, ita vt in has voces gemebundus prorumpat. Liberaliſſime Domine proculdubio veniam indulgebis, quamuis ad horas ſingulas in multas culpas deformiter labar, certè Chriſtianam perfectionem te iuuante parabo. Etiamſi licenter nimis grauiora peccata perpetrarem, tu mitiſſime Ieſu Chriſte educeres me de lacu miſeriæ. Quanquam ſolus ego peccatorum omnium quæ ab ineunte mundo commiſsa fuere reus eſſem tu benigniſſimè Deus libenter ignoſceres. Spero equidem tuo munere miſericordiſſime Domine, omnem a me huius vitæ difficultatem ſuperandam, & in terra viuentium me ſuperuicturum. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, & exurgat aduerſum me prælium extremum ac inferni portio videat propinquare, adhuc miſericordiã tuam magnam expectabo. Cum tali homine quantum conijcere licet, ſic agere videtur Deus. Peccator hic ære alieno ſupra vires grauatus, nunquam niſi de me ad iram prouocando cogitauit, & tamen nunc quando pœnam de illo ſumere paro, in me firmiter ſperat. Profectò cum certo ſciat, conſcientia teſtimonium perhibente ſe veniam non mereri: non ita fidenter in me ſpem totam ſuam collocaret, niſi me nobiliſſimum, & ad indulgendum propenſiſſimum certò ſibi perſuaderet. Parcam ergo ei, & quoniam in me ſperauit liberabo eum protegam eum quoniam cognouit nomen meum.

Sed iuuat hanc clementiæ Dei conſiderationem ratio. K
Prima quia tametſi Deus nec Incarnationẽ, paſſionem, ac mortem, vnigeniti filij ſui, nec Sacramentorũ remedia, nec Beatiſſimæ Virginis, ac Sanctorum patrocinia hominibus prouidiſſet: Sua tantũ bonitate ac naturali ad benefaciendum propenſione ſpectatus miſericordiſſimus eſt, nec bonitatem, ac miſericordiam ſuã operibus alijs æquè ſublimiter ac parcendo manifeſtare poteſt. Supremus quippè bonitatis, ac miſericordiæ gradus eſt, ijs benefacere à quibus irrogatur iniuria. Cum ergo ad manifeſtandam bonitatem ſuam omnia operatus ſit Deus, & nihil ad finẽ eum diuinæ gloriæ, ac manifeſtationis æquè conferat, ac hominibus præſertim grauiſſimis peccatoribus miſereri, certò ſperari poterit præſtiturum eſſe veniam, daturum gratiam, & gloriam. Augetur vis rationis vehementer. Propenſior eſt Deus ad benè faciendum, quam ignis ad comburendũ. Si ergo ignis quoties nihil contrarium obſtat materiam quamuis appoſitam exurrit. multo magis Deus quoties nihil obſtiterit miſerebitur, at nihil obſtat quoties homo ſeriò vult, vt Deus illius miſereatur, & gratiam quoque largiatur, ſperari ergo poterit peccatoribus etiam ſceleſtiſſimis (modò ſerio velint) eum errata condonaturum, ſed adhuc accommodatius vim rationis ponderemus. Nemo vnquam ab initio mundi tam perditè fuit deditus vino, vel in tẽperantiæ, qui æquè illa voluptate delectaretur ac oblectatur Deus miſerendo. Si ergo ebrius, vel intemperans, non ſolum voluptates ſuas libenter captat, ſed rapide ad illas fertur, Deus quoque ſinè vllo tantæ maieſtatis dedecore, imò ſumma cum dignitate ad captandam illam ſuam miſerendi voluptatem feſtinus accurret. Certè rem probauit euentus: propterea quippe miſit eloquium ſuum, hoc eſt filium ſuum terræ, quia celeriter miſerendo delectatur. Erat autem ad rem filius eius quia velociter currit ſermo eius. Iam igitur, ſi Deus eum miſeretur rem efficit ſibi honorificum, id eſt, ad ſuæ gloriæ famam conducentem, naturæ ac palato proprio conſentaneam at ideo delectabilem, addamus etiam vtilem; lucratur enim tot famulos quot

homi-

Digitized by Google

hominibus miſeretur, quis adeò ſit rudis, vel inſanus, qui
ſpem inconcuſſam non altè concipiat, & de munificentiſſi-
mo Domino quicquid ſeriò ſibi promittat? Secunda ratio
clementiſſimus Deus ab æterno (vbi nullos eum deprecari
potuit cum mundum nondum adhuc creaſſet ſua bonitate
propenſus præuidens Adæ lapſum, Ieſum Chriſtum Redẽ-
ptorem noſtrum incarnari decreuit, & vbi venit plenitudo
temporis, ille ex Beatiſſima Virgine incarnatus, & natus,
per annos triginta tres incommoda multa paſſus, demum
toto ſanguine profuſo meam à Patre ſalutem emit, & pa-
cto pretio ſemetipſum pro me, ita vno Patri obtulit, ac ſi de
nullo alio redimendo cogitaſſet, quod eſt idem ac ſi dicere-
mus. Ita Chriſtum pro me totius ſanguinis pretium obtu-
liſſe, vt non minus pro me totus ille ſanguis effuſus fuerit,
quam ſi pro alio nullo illum Chriſtus effudiſſet: nec magis
à me vel vna ſanguinis eius gutta diuertatur, quam ſi præ-
ter me nemo redimendus fuiſſet, quod ſenſiſſe videtur Apo
ſtolus, vbi ait. *Viuo in fide filij Dei, qui dilexit me & tradidit
ſemetipſum pro me*. aliquid enim peculiarius ſenſit quam
vbi dixit. *Qui dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis* Sta-
tuamus ergo (ad vim rationis exponendam) propoſito to-
tius ſanguinis laborum, ac mortis pretio, Ieſum Chriſtum
pro me vno Patrem interpellare, nec ab eo per ſudorem in
horto ſanguineum aliorum hominum remedium, ſed ſolã
ſalutem meam cum clamore valido, & lachrymis depoſce-
re tantundem eſt enim, nec interpellatio pro aliis, negotij
mei expeditioni quicquam ademit. Quis ergo ſit tam deli-
rus quidem hæc meditatur non fortiſſimè, ſi iacet, reſurgat
& corde medio ſpem quandã inuictiſſimam condat? Profe-
ctò ratio hæc, non modo ægris ſalutem, ſed mortuis quoq;
vitam reſtituere poteſt: & obſtinati cordis argumẽtum eſt
efficacitate tanta non vrgeri.

I. Iuuat etiam ad acquirendam hanc virtutem Inductio,
& exemplo, quod innuere videtur Eccleſiaſticus cum in-
quit. *Reſpicite filij nationis hominum, & ſcitote quod nullus
ſperauerit in domino, & confuſus eſt*. Nullus a ſæculo confu-
ſus, qui ſperauit in domino. Omnes ſubleuati, omnes adiu-
ti, ſed qui nam ſunt iſti? Dauid dixit. Quod omnes illi qui
norunt nomen Domini *Sperent inquit in te qui nouerunt no-*
Ps.8.v.11. *men tuum*. Expendenda igitur ſunt exempla Patrum vete-
ris, & noui teſtamenti, qui fiducia, & ſpe in Deum excellue
runt. Hi enim omnes in Deo ſperauerunt, & non ſunt con-
fuſi, quia ad Dei honorem pertinet protegere illos qui in ip
ſo confidunt.

Denique ſpes acquiritur Diuinæ opis imploratione per
preces ad Deum directas. Eſt enim oratio chriſtiana non
modo ſpei ſoboles, ſed etiam tota innititur fiduciȩ ad id ob-
Iacob. 1. tinendum à Deo quod poſtulat. *Si quis* (inquit S. Iacobus)
v.5. *indiget ſapientia poſtulet a Deo, poſtulet autem in fide nihil hæſi
tans*. Et S. Ioãnes. *Hæc eſt fiducia quam habemus ad eum, quia
Ioan. 5. quodcunque petierimus ſecundum voluntatem eius audit nos*.
v.14. Eandem fiduciam, & quidem conſtantem declarauit. Sal-
uator parabola eius, qui ab amico media nocte importunè
petiit ſibi commodari tres panes, & ob importunitatem,
vel in petendo perſeuerantiam impetrauit, nam mox ſub-
Luc. 11. dit. Et ego dico vobis. *Petite & dabitur vobis omnis enim
v.11. qui petit accipit. Quis autem ex vobis petit patrem, panem, num-
quid lapidem dabit illi? aut ſi petierit ouum numquid porriget
Aug.Epi. illi ſcorpionem?* Quæ verba tractans D. Auguſt. Per panem
ad Probã charitatẽ, per piſcem fidem, per ouum intelligit ſpem. Quia
de oran- vita pulli in ouo nondum eſt, ſed futura eſt, nec iam vide-
do Deum tur, ſed adhuc ſperatur, ſpes enim quæ videtur non eſt
ſpes. Inuocatio quoque B. Virginis Mariæ aliorumque
Sanctorum, ſiuè Angelorum, ſiuè hominum multum con-
fert ad acquirendam hanc virtutem, in quorum precibus
ſpem, & fiduciam collocamus, ſed longè inferiori modo
quam in Deo. In illis enim eo ſenſu ſpem noſtram collo-
camus, quod ſperemus eos, nos ſuis precibus adiuturos
apud Deum, hoc eſt noſtrum, non Dei officium ſubitu-
ros. Sic Paulus implorabat preces aliorum fidelium pro fe-
lici prædicationis Euangelicæ curſu. Sic filij Iſrael preces
Iob.42.8. Prophetæ Samuelis. Sic Deus amicos Iob, remittit ad Iob,
vt eius imprecando auxilium requirant. Sanctorum enim
hominũ preces longè ſunt efficatiores, quia gratiores Deo
Apoc.5. & vt eſt in Apocalip. *ſicut fumus aromatum aſcendunt ante
Deum*. Quare cum inter omnes Sanctos glorioſiſſima Ma-
ter Dei Virgo Maria in hoc genere merito emineat, vt præ
ſto ſit omnibus eius patrocinium apud filium poſcentibus
ad eam hac in parte recurrendum. Vnde ipſa iure ab Ec-
cleſia in antiphona Salue Regina, Vocatur Spes noſtra,
vt eam quoque appellauit B. Ephrem in Oratione de lau- B.Ephrẽ.
dibus Sanctiſſimæ Dei matris, & alij Patres, idque ſinè vl-
la Dei vel Chriſti ingiuria. Haud ſecus quam Apoſtolus
ſinè vlla Chriſti iniuria vocauit Theſſalonicenſes Chriſtia-
nos, ſpem ſuam gaudium & Coronam gloriæ, ſperans ſuã
gloriam eorum quos conuerterat ſancta vita, & conuer-
ſatione adauctam iri.

Hæc igitur quæ de Spe Virtute Theologica dicta ſunt
concludendo firmiter aſſero, nullum medium facilius ad
acquirendam Spem eſſe poſſe, quam ſunt continuæ ora-
tiones ad Deum. Sic Apoſtoli congregati tota die oraſſe
exiſtimandi ſunt, ideo virtute, ſpe muniri, cum iam ſero
eſſet, quia vſque ad veſperum ſperabant non ſunt confuſi,
ſed præſentia Chriſti poſt Reſurrectionem digni habiti
ſunt. Speremus, & nos in Deo, eleuemus oculos in cælum,
expectantes beatam ſpem & aduentum magni Dei, ſummi
Dei expectemus, & in illo ſolo cõfidamus. Si .n. reſpicimus
filios nationum actum eſt de nobis. Reuoluamus non mo-
do totam ſacram Scripturam, ſed libros quoque profanos
inueniemus profectò, quod nullus ſperauit in Deo & con-
fuſus eſt. Ille ergo qui in mediis huius ſeculi vndis eſt tu-
tiſſima noſtra ſalutis anchora, hac virtute nos muniat, vt
dum ſero noſtrum venerit, luxq; vitæ noſtȩ ad veſperum
mortis ſeſe inclinauerit, ac tandem finis peregrinationis
noſtræ appropinquauerit, tunc vel maximè in eo ſpem no-
ſtram collocemus, & non confundemur, ſed gratiam fina-
lem in præſenti, & gloriam in futuro obtineamus. Per eum
Qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua.
Dominicæ Primæ poſt Paſca.
De quatuor dotibus ſeu gemis corporis glorioſi.

Venit Ieſus, & ſtetit in medio eorum, & dixit pax vobis. Ioan. 20. v.26.
Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis, quocunque ſe Prouerb.
vertit prudenter intelligit. 17.v.8.

MOs & conſuetudo antiquis erat, defunctos A
pretioſis Veſtibus, theſauris, & geminis orna
tos ſepelire. Sic refert Ioſephus, qui de mo- Ioſephus
numento Dauidis dicit, quod Regum omniũ li.13.c.16.
erat ditiſſimum. Et Zozomenus de ſepulchro Zacharię re- Zozome-
fert, quod ſub Honorio Imperatore inuentum fuerit Se- nus de ſe-
pulchrum, vbi iacebat puer Regali apparatu ſepultus, ha- pulch. Za
bebat enim in capite Coronam auream, & aurea in pedi- chariæ.
bus calceamenta, & veſtem precioſam. Poſſet ergo quis
exiſtimare, Salomonem expectationem mortis compara-
re gemmis, quia defunctis gemmis ornati ſepeliebantur,
ſed potius propterea hominem expectantem comparat gẽ-
mæ; quia ſicut gemmæ ſunt rariſſimæ, ita pauci ſunt homi-
nes, qui expectant mortem, plures qui ſe æternos putant.
Vel ideo, quia cum homo expectat mortem, expectat qua-
tuor gemmas, nimirum quatuor dotes corporis glorificãdi.
Et reuera vt inquit Bernardus. Eſt vniuerſum præſens pæ- D. Bern.
nitentiæ tempus, vigilia quędam ſolemnitatis magni, & Ser. in Vi
æterni Sabathi, quod præſtolamur, nec cauſaberis Vigi- gil. S. An-
liam longiorem, ſi æternitatem feſtiuitatis attendas, Com- dreæ.
muniter in vigilia homines ſeruant patientiſſimè inedias,
mortificationes, ieiunia, vigilias & non ſolum patienter,

ſed & libenter, quia expectatio eos ſolatur. Ita in præſenti vita, homines iuſti & ſerui Dei, ſupportant cum maxima lætitia tribulationes, iniurias, dolores, perſecutiones aſperitates, paupertatem, nuditatem, infirmitates, tormenta, carceres, ſcientes quod hæc præſentis vitæ breuis vigilia, cito præteribit, & illud lætiſſimum Paſca quod præſtolantur, ſuccedet, illa ſolennitas glorioſiſſimæ Reſurrectionis, quá expectant omnes Sancti iuxta illud Apoſtoli. *Saluatorem expectamus Dominum Noſtrum Ieſum Christum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum Corpori claritatis*
Ad Phil. 3. v. 20. *ſuæ.* Hac ſpe muniti, veriſſimum eſſe fatentur illud ſapiẽs. *Melior eſt dies mortis die Natiuitatis*. Sed quomodo melior
Eccleſ. 7. v. 2. eſt mors quam vita? cum mors ſit priuatio boni, priuatio vitæ, in ſe nihil niſi priuatio, vita autem tantum bonum, quo nullum maius. Melior eſt mors quam vita, propterea quia per mortem acquirit homo quod expectauit, & licet expectet etiam poſt mortem Reſurrectionem glorificati corporis, iam tamen, per mortem pars expectationis impletur. Melior eſt mors, quam vita, partim, quia per mortem à malis huius vitæ eripitur, partim quia à corpore mortis huius liberatur à corpore mortali, obnoxio multis miſerijs & infirmitatibus, & tandem vlterius corpus glorioſum expectat, quod quatuor gemmis pretioſiſſimis exornabitur vt inquit Sapiens. Et iuremerito dixit futuram corporum, reſurrectionem eſſe gemam, nam quemadmodum diues vehementer lætatur in theſauro gẽmarum, ita ſeruus Dei in futura corporum glorificatione, & multò plus cum nulla ſit gemma ita pretioſa, nullus adeò abundans theſaurus, qui tantam afferat lætitiam poſſidenti, ſicut letificat hæc
B cæleſtis lætitia, & ſpes de futura reſurrectione. Hæc enim vna gẽma quatuor alias includit gemmas præcioſiſſimas. Scilicet quatuor dotes corporis glorioſi, de quibus poteſt
Ciprian. intelligi illud Cypriani. Quid hæc ad Dei ſeruos quos paradiſus inuitat, quos gratia omnis aut copia Regni cæleſtis expectat? Exultant ſemper in Domino, lætantur, & gaudent in Deo ſuo, & mala atque aduerſa mundi fortiter tollerant, dum dona futura expectant, id eſt dotes futuras corporis glorificandi.

Et licet id alicui difficile videatur, nihilominus tamen homo prudens, illa cæleſti, ac Chriſtianâ prudentia, hoc ita futurum eſſe ſicut expectat prudenter intelligit quocunque ſe vertit, ſiuè ad Beatitudinem animæ, ſiuè ad glorificationem corporis; ſiuè ad ea quæ ſenſu percipit, quæ quodammodo futuram corporum glorificationem promittunt, ſiuè ad ea quæ fides, & ſacra ſcriptura de beatitudine corporum, Opera Dei mira & ſtupenda perpendit, videt in quolibet ſeminis grano verum futuræ reſurrectionis ſym
D. Gregorius. bolum reperiri, vt inquit D. Gregorius. Contrectatum ſeminis granum non eſt validum. Vndè ergo proceſſit ligni duritia? Non eſt aſperum, vnde ergo aſperitas corticis erupit? non eſt ſaporoſum, vnde ergo ſapor in fructibus? olfactum non redolet. Vnde ergo odor in fructibus fragrat? nil in ſe viride oſtendit, vnde foliorum viriditas exiuit? Hęc
Auguſt. ergo prudenter perpendendo cõcludit cum D. Auguſtino, quid igitur mirum ſi oſſa, neruos, carnem, capilloſq; reducat ex puluere, qui lignum, fructus, folia, in magna mole arboris ex paruo quotidie ſemine reſtaurat? non attendit ad id quod dicit ſenſus, non curat iudicium viſus, cui id videtur impoſſibile. Non attendit ad id quod docet intellectus, qui id viribus naturę propriæ aſſequi non valet, quocunque ſe vertit prudenter intelligit, percipit, quod hęc doctrina non ſit ſenſus, vel intellectus ſed fidei & ſacræ ſcripturæ, quamuis & à ſenſu aliqualiter non ſit aliena, cum multa ſymbola futuræ Reſurrectionis etiam ſenſu percipiat. Videt Chriſtum glorioſiſſimè reſuſcitatum, & in corpore glorioſo multis apparentem, diſcipulis, Sanctis mulieribus. Et concludit. *Si Chriſtus Reſurrexit & nos reſurgemus*; quia ille eſt caput noſtrum, ille eſt cor noſtrum, nos membra eius, ſi ergo cor viuit, quod eſt primum viuens, & nos mẽbra eius viuemus. Si in corpore glorioſo, claro ſubtili, agili. impaſſibili triumphat, & nos eaſdem gemmas fide muniri expectare debemus. Caput noſtrum Chriſtus coronatus eſt, & membra huius capitis coronabuntur. Cum Rex, vel Papa coronatur, corona capiti imponitur. Rex tamen vel Papa dicitur coronatus. Si coronatur caput, coronantur, & membra huius capitis, ſi caput noſtrum Chriſtus his quatuor gemmis ornatus eſt, charitate, agilitate ſubtilitate impaſſibilitate, ſiquidem ianuis clauſis ad diſcipulos ingreditur, quod dos ſubtilitatis operata eſt. Et nos eaſdem gemmas expectare debemus, de quibus, & in communi, & in particulari in hac inſtitutione agemus, nimirũ quid ſint dotes corporis glorioſi quid illa corporis Chriſti glorificatio, poſſet etiam nomine dotis nuncupari.

Varias eaſque diuerſas cauſas afferunt verbis diuini pręcones, quare Chriſtus voluerit quinque illas plagas in corpore ſuo glorioſiſſimo remanere, ſed rectè quis dicere poſ- C
ſet hoc idem factum fuiſſe, vt nos beatitudinis animæ, & quatuor corporis dotum admoneret, in quibus glorificatio corporis conſiſtit. Communis ergo doctrina Theologorum eſt, glorificationem corporum admittẽdam eſſe, nam vt inquit ſubtilis Scotus, quemadmodum iuxta commu- In 4. diſt.
nem curſum naturæ, cauſa non impedita, quæ poteſt effe- 49. q. 12.
ctum producere in medio vniformi, in parte propinquio- Reporta.
re neceſſario cauſat prius effectum, quam in parte remotiori, quia in propinqua producit immediatè, indiſſita vero mediate: ſicut Sol illuminat partem immediatam aeris prius, quam partem remotam: ita conſimili ratione Deus cauſa beatitudinis & fælicitatis perpetuæ, immediate quidem producit beatitudinem in anima, mediate attamen ſi non intercedat quodpiam impedimentum, impertitur beatitudinem corpori, animæ coniuncto, in quantum corpus eſt capax talis beatitudinis. Et hoc luculenter inſinuauit idem Auctor cum tria aſſignat inſtantia naturæ. In primo In 3. diſt.
intelligitur anima vniri corpori, in altero anima efficitur 16.
glorioſa, in tertio tandem ex perfectione beatitudinis primariæ redundat gloria in corpus. Hanc porrò gloriam ſiuè beatitudinem corporis vſitatis appellationibus vocarunt Theologi glorificationem, vel dotationem: & recenſent quatuor dotes, ſeù quatuor gemmas impaſſibilitatem, agilitatem, claritatem, ſubtilitatem, quarum numerus ſumi-
tur ex libris Sapientiæ vbi dicitur. *Fulgebunt iuſti ſicut Sol* Mat. 13.
&c. ſol enim eſt impaſſibilis, clariſſimus, ſubtiliſſimus, v. 43.
& agiliſſimus. Sufficientia dotum ſecundum Sanctum
Bonauenturam conuenienter ſumitur, ex numero quatuor S. Bona-
elementorum, ex quibus corpus humanum componitur. uentura.
Nam cum elementa ſint imperfecta, ideo ab eis corpus noſtrum quadruplicem habet defectibilitatem ab aqua enim quæ eſt elementum humidum, & paſſibile, habet paſſibilitatem, à terra quæ eſt elementum opacum, habet obſcuritatem, ab igne habet animalitatem, quia calor continue aliquid conſumit, ac ideo indiget continua ciborum alimonia, ab aere, vero habet infirmitatem, aer enim facillimè immutantur, & cedit cuilibet impellẽti. Contra corruptionem & paſſibilitatẽ, datur corpori glorioſo impaſſibilitas, contra obſcuritatẽ claritas, cõtra animalitatẽ Spiritualitas, cõtra infirmitatẽ virtus ſiuè agilitas, cõcordat hoc cum au-
ctoritate Apoſt. *Seminatur inquit in corruptione reſurget, in* 5. ad Co-
in corruptione, ecce impoſſibilitas, ſeminatur in ignobilitate reſur rinth. 15.
get in gloria, ecce claritas. *Seminatur in infirmitate, ſurget in* v. 42.
virtute, ecce penetrabilitas ſiue agilitas, *ſeminatur corpus animale, ſurget ſpirituale*, ecce ſubtilitas. Fauet etiam auctori-
tas Auguſtini. Aberit à corporibus (inquit) noſtris omnis Aug. de
deformitas, omnis tarditas, omnis infirmitas per ſpiritua- Ciuit. Dei
litatem, omnis corruptio per impaſſibilitatem. Et reuera lib. 22. c.
ita eſſe debere ſuadet ratio, dotes enim corporis dicuntur, 22.
non omnes perfectiones, ſed perfectiones nobiles, & principales, ſuper additæ naturæ, quæ debet accipi ſecundum naturales defectus quos auferunt, hi autem defectus attenduntur ſecũdum cauſas principales, quæ ſunt quatuor elementa, quod rurſum congruentia inter alias efficatiore cõprobat Scotus locis citatis inquiens. Omne illud quod meruit eſt beatificale: ſed corpus etiam meruit, idque dupliciter, quoad actum primum remotum, ſecundum quod, ſcilicet ſubiectum fuit animæ principaliter merentis, anima namque in corpore dumtaxat meretur, item prout organum fuit & inſtrumentum animæ in operando meritorie, quapropter meritò glorificationem, eamque gemmam ſibi
vſurpat. Primo enim dignum eſt vt recipiat perfectionem Scotus.
ab anima, ſecundum quod eſt perfectibile ab ipſa. Quod ita probat Scotus Homo beatus habet perfectionem ſuę na

turæ

turæ competentem. Sed talis eſt perpetua informatio corporis ab anima, cum reſpectu ipſius ſummum experiamur deſiderium, ita enim quilibet vult perpetuam vitam, ſeu perpetuam informationem, vt odio etiam habeat vitã hãc caducam idcirco homo Beatus non videtur eſſe priuandus tali perfectione. Secundo congruum eſt, vt quoniam corpus fuit animæ inſtrumentum in merendo, atque hinc cõparticeps fuit meriti, ita etiam fit conſors præmij. Ex quo habetur quomodo corpus coniunctum animæ ſimpliciter beatificæ, ipſum quoque beatificetur in dotibus, idque partim in quantum eſt, perfectibile ab anima, partim in quantum organum eſt animæ, ſeu inſtrumentum. Optimè prætetea ex eodem diſcurſu colligit Scotus numerum ſufficientem dotationum talium. Aut enim dotes debentur corpore tanquam ſubiecto conſorti vitæ totius compoſiti, & quo ad hoc recompenſatio melius corpori accomodata non eſt alia, præter dotẽ ipſam impaſſibilitatis, quia namq; expers eſt corpus glorioſum oĩs diſſolutionis, & ſeparationis ab anima, ideo participat ſuo modo vitam Beatam, ſm exigentiam, & poſſibilitatem partis ſubiectæ animatæ aut certè aliquæ dotes debentur corpori ratione ſeruitij impenſi ab ipſo animæ, dum operaretur meritorie, atque hinc conferuntur ei agilitas, claritas, & ſubtilitas. Et ſic quatuor gemmis ſplendidiſſimis exornatur corpus glorioſum.

Scot.in 2. d. 19. q. vnic.in 3. d.16.q.1. Iam verò in particulari de prima gemma hoc eſt de impaſſibilitate loquendo duo ſunt declaranda. Vnum quæ ſit cauſa impaſſibilitatis. Et declarabitur, ꝙ nec imperio animæ, nec aliqua qualitas quæ inhæret corpori glorioſo nec ceſſatio motus cæleſtis, ſed defectus diuinæ influentiæ, ſeu diuina voluntas, non coagens cauſis ſecundis ad corruptionẽ, vel alicuius infirmitatis inductionẽ, eſt cauſa impaſſibilitatis. Alterũ num meritò impaſſibilitas dotis nuncupationẽ ſortiatur? prò declaratione prima difficultatis promittenda ſunt aliqua. Imprimis illud ꝙ mixta quę ſunt neceſſario ex natura ſua corruptibilia, præcipuè animata, cauſas Paſſionis, & corruptionis habeant intrinſecas, in talibus .n. dominatur aliqua qualitas: verbigratia calor, qui continuò fouetur in humido radicali, tendente in corruptionem per actionem continuam caliditatis, ac tandem ex tali actione ſequitur defectus, & corruptio humidi radicalis, ac denique diſſolutio totius. Ad conſumptionem ſiquidem humidi, ſequitur ſimul conſumptio caldi, ac tandem totius interemptio, ſicut experimur in lampade, ad cõſumptionem Olei humidi, ignem quoque ſubito interire. Cæterum quoniam glorioſum corpus in cælo etiam conſtitutum eiuſdem eſt naturæ, eſt nimirum corpus mixtum, eiuſdemque complexionis cum hoc noſtro, (alioquin non idem corpus reſurget quod eſt erroneum) ſequitur quod ipſum habeat cauſam intrinſecam paſſibilitatis, vnde niſi præſeruaretur per aliquod donum collatum immerito diceretur impaſſibile. Eſt ergo neceſſarium aliquod donum, quo tollatur talis paſſibilitas. Prætetea præmittendum eſt ex eodem Doctore noſtro, corpora beatorum in cælo eſſe ita impaſſibilia, vt nõ tantum dicantur non pati, verum etiam non poſſe pati hæc enim ſunt diſtincta ſecundum Scotum, maxime

d. 19.q. vnic. in 2. Ita namque aliquis poteſt eſſe Epiſcopus, etiamſi nunquam erit de facto, de quo conſequenter verum eſſet dicere, quod poſſit non eſſe Epiſcopus, falsè tamen diceretur, illum omnino creari non poſſe Epiſcopum. Quare ſi eſt neceſſaria aliqua gemma, aliquod donum, quod efficeret, nè ex natura paſſibilis ſubſtantia, pateretur ſolum, tanto magis conferri deberet donum Dei, quo ſimpliciter non poſſet pati, talia autem eſſe corpora glorioſa, quæ ſimpliciter à virtute creata pati nequeunt conceditur ab omnibus. Itaque de cauſa impaſſibilitatis tenet vlterius Scotus, ſiuè impaſſibilitas dicat, hoc quod eſt poſſe non pati, ſiuè quod eſt non poſſe ſimpliciter pati, in glorificatis corporibus, nequaquam prouenire ex intrinſecis cauſis, neque ex aliquo dono intraneo, ſed totum procedere ab agente extrinſeco, ſuſpendente actionem cauſarum ſecundarum, nè agant in talem ſubſtantiam, & ſubtrahente concurſum virtutis ſuæ, veluti ſubtraxit in camino Babylonis, ne pueri paterentur ab igne, non cooperando videlicet igni. Quod quidem ordinauit Deus, perpetuo ſe facturum in corporibus pro ſtatu beatorum, ratio eſt impromptu; quia Scotus putat hoc eſſe impoſſibile, vt aliqua Virtus creata, ſiuè illa aſſignetur imperium, atque dominium animæ ſiuè qualitas aliqua, tam Spiritualis, quam corporalis, poſſit hoc præſtare, nè actiuo, & paſſiuo naturali ſufficiẽter ac rite diſpoſitis, debite item approximatis, vlla ſequatur actio, cum hoc videatur ſolius eſſe poteſtatis diuinæ, quod applicata ad ignem ſtuppa non ardeat. Actiuas igitur qualitates, & paſſiuas in corpore glorioſo approximatas hoc modo, quo minùs exeant in actum non videtur poſſe virtus creata aliqua ratione impedire, dato etiam non conceſſo tamen, quod cauſa huius impoſſibilitatis eſſet animæ dominium ſupra corpus, ſeù qualitas aliqua, cum ordinatè omnes exceſſus virtutis actiuæ tolli, & ſuperari poſſit, quando adeſt forma actiua præſtantior, tunc ſaltem ab Angelo præſtantioris potentię impediretur dominium hoc animæ, vel exceſſus, qualitatis cuiuſcunque. Et quamuis fortaſse qualitas vel etiam dominium animæ potens eſſet impedire actionem calidi in humidum, ac ita poſſet propulſare ægritudines, nihilominus nondum apparet, cur ab extrinſeco agente, nempe ab Angelo impediente corpus glorioſum pati non poſſit, ſi videlicet illud ſcinderet vel diuideret præſertim, cum maioris efficaciæ videatur eſſe dominium Angeli, quam animæ, aut cuiuſuis qualitatis. Et hac ratione tanquam potiori vtitur ſubtilis Doctor. d.19.ſecūdi. Reciditur igitur, cum Scoto, cauſam totam eamque præciſam impaſſibilitatis in corporibus beatorum eſſe voluntatem diuinam, ſubtrahentem ab agentibus ſecundis influentiam, nè agant, vel corrumpant tale corpus. Hanc verò cauſam impaſſibilitatis appellat Scotus cauſam proximam, & cauſam extrinſecam, non intrinſecam. Patet namque illam vocari poſitiuam cauſam proximam ſanitatis in corpore ſauciato, quando varijs linimentis ſeu vnguentis vulnera aperta clauduntur, herbis ad id conducentibus curantur, vel denique quando concurrunt omnia requiſita ad proximam potentiam, ita vice verſa, cauſa priuatiua proxima illa nuncupari poteſt, cum non ſunt pręſto omnia eiuſmodi requiſita. Poſito itaque hic quod cauſę ſecundæ concurrerent ad deſtructionem corporis glorioſi, non tamen haberetur præſto diuina influentia, nata cooperari ſecundis agentibus. Atque ſic ſequitur impaſſibilitas.

Quantum attinet ad ſecundum ſupra propoſitum, an hæc impaſſibilitas mereatur nomen dotis, & prima gemmæ, nè verbis ipſis prout libet abutamur præmittendum eſt ex Scoto, locis citatis. Dotes conuenire corpori glorioſo metaphoricè, ratione ſcilicet ſpiritualis, matrimonij inter beatum, & Deum, quemadmodum enim tunc de iure aſsignatur dos vxori, poſteaquam ſolemne redditur matrimonium, per traductionem ad domum, vt dicitur in 1. dotis de iure dotium: ita homo quoque beatus tunc primum de iure potitur beatitudine corporis, quando vltima eſt reductio per reunionem corporis cum anima, ad pallatium cæleſte, & ſtatum beatitudinis. Porrò in corporalibus, & in ijs quæ ſecundum propriam appellationem dotis nomine cenſentur, non oportet dotem eſse formaliter indotato, ſed ſufficit quod ipſe dotatus ius habeat in dotem, immò (ſicut aduertit Scotus) vſum dotis habet vir, etiamſi non ſit perſona dotata, ius verò præcisè in dotem habet ſponſa, penes quam manet dominium, & proprietas. Ex quibus ſequitur rectè appellari dotem, quicquid habetur datum ſponſæ à Patre ratione nuptiarum. Quo admiſſo ſupponit vlterius Scotus vnum eiuſmodi caſum. Si Pater velit, voluntatemque ſuam in hoc denunciet dicens, ſe cupere hoc pacto dotare filiam, vt victura cum marito, habeat loco dotis cuſtodiam, ſeù aſsiſtẽtiam militum eam ſeruantium ab iniurijs, atque ab omni euentu penitus malo, certum eſt, quod tali cuſtodiæ vel aſsiſtentiæ competeret appellatio dotis, friuolum tamen eſſet prorſus aſſerere talem aſsiſtentiam in exiſtere perſonæ dotatæ. Ex hac annotatione colligimus dotem impaſsibilitatis congruè hoc pacto depingi poſſe, vt impaſsibilitas dicatur eſſe dos aſsiſtentiæ, ſeù cuſtodiæ diuinæ, in quam aſsiſtentiam beatus habet ius acquiſitum ex meritis, debeturque beato ſecundum corpus. Dicitur primo dos aſsiſtentiæ diuinæ, ad remouendum omnem qualitatem inhærentem, ſeù cauſam intrinſecam, eo quod impaſsibilitatis cauſa ſit Deus per ſe immediate, abſque impreſſo aliquo ipſius corporibus. Dicitur deinde Beatus habere

E

In 1. dotis.

bere

bere ius acquiſitum ex meritis, tum ad diſtinguendam aſſi-
ſtentiam Dei extraordinariam, qualis fuit aſſiſtentia diui-
na, reſiſtens igni in fornace Babylonica, tum etiam ad di-
ſtinguendam aſſiſtentiam hanc ab illa conſeruatione, qua
conſeruabuntur incorrupta æternaliter, tam elementa, quã
etiam corpora damnatorum: ſiquidem elementa non ha-
bent ius aliquod in eiuſmodi influentiam, & ſui conſerua-
tionem perpetuam, corpora etiam damnatorum non ha-
C bent ius conſeruationis ſuorum corporum ex meritis. De-
nique dicitur quæ debetur beato ſecundum corpus, quia
hæc aſſiſtentia ordinatur ad tutellam proprij corporis, atq;
hinc facilè colligitur, quam aptè appellatio dotis tribuatur
impaſſibilitati corporum glorioſorum. Liquido ergo iam
conſtat corpora beatorum eſſe impaſſibilia, huius tamen
impaſſibilitatis effectrix cauſa, non erit anima, quia non
faciet eam Deus omnipotentem, vt poſſit pro arbitrio effi-
cere quidquid volet, quandoquidem nec Angeli ſupremi
poſſunt pro arbitrio impedire actionem cauſarum natura-
lium, cum non obediant Angelis ad nutum. Dos quoque
ſeu qualitas aliqua exiſtens in corpore id non præſtabit ne-
ceſſario, nec defectus motus cæleſtis, aſſerere enim quod
ſtuppam approximatæ igne ob ceſſationem motus cęleſtis
Euacuat. non ſequitur combuſtio, error eſt. Euacuat id factum Io-
ſue, quando fiebat bellum, ſole, & cęlo quieſcentibus.
Cauſa igitur talis impaſſibilitati eſt diuina voluntas, non
coagens cauſæ ſecundæ corruptiuæ, proindæ ac factum le-
Daniel 3 gimus apud Danielem circa tres pueros, qui in fornacem
igne vehementiſſimo candentem coniecti, nullatenus læſi
fuere, non coagente Deo ipſi igni, ſeu potius ſuſpendente
eius actionem. Secundo corporis glorioſi perfectio, & gem
ma clariſſima quæ etiam dos nuncupatur, eſt agilitas.

Verum quomodo corpora beatorum erunt agilia, vel
quæ ſit agilitatis cauſa, non eſt eadem omnium Theologo
Richar. in 4. rum ſententia. Richardus dicit corpora beatorum per hoc
fore agilia, cum ab eis auferetur grauitas eorum, ita vt a-
F gilitas dicatur, qualitas quædam creata in corpore, qua fa-
cile mouetur corpus ſecundum locum, quia videlicet facit
proportionem mouẽtis. Id ipſum videtur ſentire diuos Au
guſtinus, quod grauitas, quæ modo eſt conditio corporis,
auferenda ſit, & probatur per rationem à quibuſdam. Nã
ſi non auferretur iſta grauitas, corpora beatorum violenter
eſſent in cęlo empyreo ſurſum, & contra inclinationẽ pro-
priæ grauitatis, atque ſic non quietarentur ibi, ſed potius
fatigarentur, nec eſſent ibi perpetuo. Sed hoc non placet
Scoto, & impugnatur primo grauitas ineſt corpori ex cõ-
plexione naturali propriæ mixtionis, ergo non auferitur à
corpore glorioſo. Siquidem corpus glorioſum, ita eſt mixtũ
atque non glorioſum. Secundo, ſi auferretur grauitas, aut
induceretur leuitas, aut remaneret corpus, nec graue nec le
ue, ſicut cælum, non ſecundum, nam tunc corpus glorioſũ
naturaliter non inclinaretur ad aliquem locum determina
tum, ſurſum, vel deorſum, & ita non haberet aliquem mo-
tum naturalem, vel ſaltem moueretur tantum in circulo.
Ad auctoritatem Auguſtini dicendum, illum non intende-
re id, quaſi grauitas, quæ eſt qualitas conſequens talẽ mix-
tionem, auferatur à corpore glorioſo, ſed grauitas pondero
Auguſt. ſa, quæ reddit corpus ineptum ad motum, talis enim pon-
deroſitas non eſt homini naturalis. Vnde dicit Auguſtinus,
quod graue pondus aufertur à corpore. Ad rationem au-
tem reſpondetur: non eſt inconueniens dicere; Violentum
perpetuari per diuinam potentiam, nec oportet corpus ho-
minis, licet ſit violenter ſurſum, fatigari, quia ibidem quie-
ſcit, Præterea dicit Scotus, naturalius manſurum ibi cor-
pus, quam eſſet in terra, naturalius enim eſt. & perfectius,
quod aliquid conuenit à cauſa ſuperiori. Alia igitur eſt opi
nio Scoti dicentis, corpora beatorum fore agilia per hoc,
quod vigorabitur in beatis virtus animæ motiua, quæ tunc
erit perfectiſſima, & intenſiſſima, eritque perfacta propor
tio mobilis ad virtutem motiuam, amouebitur enim omnis
diſpoſitio contraria, iàm in iuncturis, quàm in neruis, ac e-
tiam in toto corpore, & fiet multiplicatio ſpirituum corpo-
ralium, conuenientium ad facile mouendum, poterunt au-
tem beati vti tali agilitate, ſi ſint in loco conuenienti. Adij-
cit his Ioannes de Baſſo, cęlum non eſſe locum conuenien-
tem, in quo moueantur corpora glorioſa, quia videlicet cę
lum non eſt diuiſibile, à virtute creata, nec per conſequens
tale, quod poſſit cedere alicui corpori, alias, ſi virtute pro-
pria poſſet beatus ſe mouere in cælo empyreo, poſſet face-
re corpus ſuum eſſe cum cœlo empireo, & ita duo corpora
ſimul, quod non videtur poſſibile. Si tamen Deus diuide-
ret cęlum, & faceret ipſum cedere, tunc beatus per cælum
empyreum poſſet ſe ipſum mouere, ſimiliter nec videtur,
quod poſſit beatus ingrede cœlum, nequè quod Angelus
poſſit ipſum intromittere, ſed ſolus Deus. De ſitu autem
dicitur communiter, quod ſtabunt, & non ſedebunt, aut ia-
cebunt; ſtare enim dicit ſitum, magis conuenientem corpo-
ri, inquantum eſt inſtrumentum animæ, iacere verò dicit
ſitum magis aptum ad quietem naturalem, etiam pluſquã
ſedere, nam partes magis æqualiter ſe habent ad centrum.

Ex prædictis patet quod agilitas eſt, habilitas in aliquo
toto compoſito, ad promptè ſe ſe mouendum, ſecundum lo
cum, ex perfectione virtutis motiuæ animæ, & congrua di
ſpoſitione corporis, atque ideo beatus habens ſuum cor-
pus glorioſum, habebit agilitatem, & promptitudinem
ad mouendum. Quæ profectò agilitas, non eſt propter
ſupernaturalem aliquam qualitatem, corpori ſuperaddi-
tam, & ab anima defluentem, ſed eſt propter intenſionem
virtutis motiuæ ipſius animæ, & propter amotionem dupli
cis impedimẽti ab ipſo corpore. Auferetur enim primò im-
pedimentum à iuncturis (vt dictum eſt) & neruis ipſius cor
poris, deinde auferentur humores groſſi, & ſpiritus denſi,
qui reddunt hominem pigrum, & tardum, ſpiritus verò bo
ni, & ſubtiles glorioſis corporibus dabuntur, qui efficient
corpus ipſum agile, & ad motum localem expeditum. Hanc
ergo agilitatem beatis conferendam colligimus ex dictis Sapient. 3. v. 1.
Salomonis. *Tanquam Scintillę in arundineto diſcurrent. &c.*
Et ex illo Iſaiæ. *Qui ſperant in Domino, vt aquilę volabunt,* Iſai. 40. v. 3.
& non deficient. Charitate quoque donanda eſſe glorioſa
corpora, gemma vtique ſplendidiſſima, vel ex hoc ſatis G
liquet, quod ait Scriptura ſacra, fulgebunt iuſti ſicut ſol Sap. 3.
&c. Hæc porrò claritas, eſt quædam præfulgentia, & ad-
dit ſuper lumen, accalatam manifeſtationem ſui, quo-
modo dicimus claram lucem, claram veritatem, id eſt
manifeſtam. Corpora igitur Beatorum erunt clara, &
fulgentia, ſiquidem habebit quilibet beatus colorem pul
chrum, ſecundum gradum complexionis ſuæ accomoda-
tum. Aethiopes etiam non habebunt nigredinem inten-
ſam, vt nunc iuxta complexionum quoque diuerſitatem,
varios colores habebunt, vnde & modo magis delectatur
vnus colore vno, quam alio, propterea quod ſit magis pro-
prie conueniens eius complexioni.

Veruntamen qui eundem habebunt ſecundum ſpeciem
colorem, non erunt æque clari, dicente Apoſtolo. *Alia* 1. Cor. 15.
eſt claritas Solis. Et Chriſto aſſerente. *In domo patris mei* v. 41.
multæ ſunt manſiones, ac per conſequens ſplendor beato- Ioan. 14.
rum. Aliqui inſuper aſſerunt in ipſis beatorum corpori- v. 2.
bus, fore ne dum talem colorem, ſed etiam lucem. Iſte
itaque color excedens complexionis perfectionem, vna
cum præfulgentia, dos claritatis nuncupatur. Vltima
corporis glorioſi perfectio eſt dos ſubtilitatis. Ratione
cuius vnum corpus glorioſum poteſt eſſe in alio corpore
glorioſo. Et quamuis philoſophi, ignari virtutis diuinæ,
exiſtimarunt fieri non poſſe, vt duo corpora ſimul aſſerit,
fide tamen ſecus ſentimus, quando quidem, & Chriſtus
integro vtero virginali natus eſt, deinde obſerato ſepul-
chro reſurrexit, & clauſis ianuis ingreſſus eſt ad diſcipu-
los, hæc autem fieri nequibant, niſi duo corpora ſimul
fuiſſent.

Quod ſi modum perſcruteris: Reſpondetur, quare duo
corpora nequeunt eſſe ſimul, in cauſa eſt quantitas locum
occupans, quantum enim alteri quanto repugnat virtua-
liter, id eſt ratione ſui effectus, qui eſt circumſcribere lo-
cum. Cum vero Deus ipſe poſſit cauſam à ſuo effectu na-
turali ſuſpendere, ac impedire (vt factum eſt in tribus pue
tis) ideo etiam diuina virtute ſic diſponente, corpus glo-
rioſum, propter dotem ſubtilitatis, locum non occupat,
ac per conſequens eſſe poterit ſimul cum alio corpore non
glorioſo, & licet fortè hoc ab ipſo Deo non fuerit illi con-
ceſſum, poſſet tamen ſi Deus vellet. Quod autem corpus
glorioſum ſimul cum alio eſſe poſſit, hoc illi competit, &
de-

Digitized by Google

debetur(ſuppoſito Dei decreto, qui ſic ſtatuit remunerari fideles) quatenus ab hac rationali anima & glorioſa infor- matur, & hęc poſſibilitas, dos ſubtilitas vocatur. Vndè ſicut perfectio animę cõſiſtit in Dei viſione & fruitione, ſic corporis pfectio eſt, vt pro arbitrio animæ poſſit ſimul eſſe cũ alio corpore. Hęc aũt dos ſubtilitatis, ſeù talis ſubtilitas, nõ eſt qualitas aliqua abſoluta, ſeù quidpiã inhærens corpori, ſed cauſa eius intrinſeca eſt voluntas beati, quæ id meruit, extrinſeca vero eſt diuina volũtas ac potẽtia, quæ id efficit: & q̃a id iure debetur ex ordinatione ipſius Dei, ideò dr̃ dos cõſimili planè modo ſentiendũ eſt de alijs dotib. prędictis.

Ex his concluditur Chriſtũ Dñm, in Reſurrectione ſua inſignitũ fuiſſe varijs donis, & qualitatibus ſupernaturalibus, præſertim illis quatuor, quæ ab oĩbus catholicis agnoſcũtur, impaſſibilitate, claritate, agilitate, & ſubtilitate. Nã quidquid pfectionis attribuitur alijs reſurgẽtium corporibus, iuſtũ eſt corpori Chriſti cõcedere, & ſi hæc eſt laus, glo ria ac beatitudo aliorũ corporũ, quare debemus denegare
Mat. 17. corpori Chriſti? q̃ de puriſſimo Sanguine beatiſſimæ virgi
Ioan. 20. nis, ac opere Spiritus Sancti formatũ fuit. Ipſe ẽt Dñm nõ
Ad Ro. 6. obſcurè has corporis ſui perfectione, inſinuauit, claritatẽ quidẽ in mõte Thabor, cũ reſplenduit facies eius ſicut Sol, ſubtilitatẽ cum ad diſcipulos ianuis clauſis ingreſſus eſt, de impaſſibilitate loquitur D. Paulus. *Chriſtus reſurgẽs ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non Dominabitur.* De agi
Iſai 40. litate autem rectè intelligitur illud, *qui ſperant in Domino, aſſument pennas, vt aquila volabunt.* Quod Hilarius circa illa verba: *ſi ſumpſero pennas meas diluculo,* de Chriſto intelligit,
Pſal. 138. v. 9. qui aſſumptis pennis ſuis in reſurrectione, iam corpore nõ grauatur. Verùm illud difficile quibuſdã fortaſſe videri poteſt, an prędictę perfectiones & ſupernaturales diſpoſitiones in corpore Chriſti, nomẽ dotis obtineant. Nã (vt ſupradictũ eſt) dos dicitur perpetuus ornatus animæ, aut corporis, vita ſufficiens, in ęterna beatitudine iugiter perſeuerãs. Dicitur inſup ſimilis doti corporali, per q̃ ſpõſa ornatur, & prouidetur viro, vt poſſit cõuenientius ac ſufficientius ipſã ſponſam & liberos nutrire, atq; ſic aſſignatur ſponſo quãtum ad vſum, ſponſæ verò quantũ ad proprietatẽ. Ità planè hic in matrimonio ſpirituali, ornatus ornatus gloriæ dãtor ſpõſæ ſpirituali, ſcilicet Eccleſię, in mẽbris ſuis, vndè sũt ipſius ſpõſæ, in quantũ per hæc mẽbra ornatur, ſunt ẽt ipſius ſponſi, in quantũ ad eius gloriã cedũt. Ad extremũ dos appellatur proprię, nõ quodcũque donũ datũ ſponſæ in ſua traductione, ſed donũ præcipuum, quaſi patrimoniũ eius, de quo viuere debeat & ſuſtentari. Applicãdo ad propoſitũ nõ quęcũque dona animę, quę in traductione ſui ad gloriã dãtur, dotes appellãtur, ſed dona pręcipua, p quę in ſtatu vitę glorioſę ornatur. Horũ aũt quędã sũt ex parte animę, quibus Deo tanq̃ principio vitę ſuę cõiungitur, quędã verò ex parte corporis, quibus ipsũ corpus animę tanq̃ principio vitę ſuę, perfectè ſubijcitur, ne gloria animę per ipsũ retardetur. Ex parte vtique animæ tria requirũtur ſ. Dei viſio quę ſuccedit fidei, perfecta dilectio, quę ſuccedit charitati, ac ſempiterna inhæſio ſiuè tentio, quę ſuccedit ſpei, & à quibuſdã appellatur cõprehenſio. Primũ appropriatur intelligentiæ, ſm volũtati, tertiũ memoriæ. A quibuſdã ẽt appropriatur primũ rationali potẽtię, ſm concupiſcibili, & tertiũ iraſcibili. Verũtamen de cõcupiſcibili ſenſitiua, nõ poteſt hic intelligi, quia Deus nõ eſt obiectũ potẽtiæ ſenſitiuę, ſed intellectiuæ. Imò iſta tria, poſſunt tres nominari operationes, & ſic ſunt realiter ipſa beatitudo, qua anima beata Deo perfectè coniungitur, vel poſſunt dici habitus, vel diſpoſitiones pertinẽtes ad beatitudinem, ad modum ornatus decentis.

Ex his manifeſtè cõſtat in Chriſto fuiſſe dotes ſm ſubſtantiam, ſm proprietatẽ, & rationẽ dotis propriè ſumptæ, in Chriſto non ſunt dotes: dos. n. aſſignatur ſponſæ, vt patrimonium eius, Chriſtus aũt ſponſus eſt, & non ſponſa. Et quamuis in eo ſit copulatio diuinæ & humanæ naturæ, natura tñ humana nũquam habuit per ſe eſſe ſeparatũ à perſona ſponſi, ideò nõ habet completam rationẽ ſponſæ, cum ſponſa à ſponſo perſonaliter diſiungatur & diſtinguatur. Quanquã ẽt communiter loquendo, poſſint dotes attribui Chriſto, magis tñ propriè competent illi in ordine ad Eccleſiam hominum, q̃ cętum Angelorũ, ſicut & matrimoniũ. Aliter ſiquidẽ coniungitur Chriſto Eccleſia hominum, & Eccleſia Angelorum. Eccleſia nãque Angelorum ſolũ participatione gratię, ſed Eccleſia hominum ẽt participatione naturę. Cũ ergo inter ſponſum & ſponsã requiratur cõformitas naturæ, magis propriè dicitur eſſe matrimoniũ inter Chriſtũ & Eccleſiam hominũ, quã inter Chriſtũ & Eccleſiam Angelorum. Qm̃ aũt Metaphora non omnimodã ſimilitudinẽ requirit, idcirco aliquo modo, licet non ita proprie, dicitur ẽt eſſe matrimonium inter Chriſtũ. & Eccleſiã. Hiſce igitur ſaltem dotibus nos pariter ſtimulari ſtudeamus, qua par eſt induſtria, in hac vita Sanctorũ virtutibus, & pijs operibus conformari, quatenus poſt hac is, qui nos fecit conformes fieri imaginis ſuæ gloriæ, conſormes efficiat beatorum in cælis. Amen.

INSTITVTIO LITTERALIS DOMINICÆ II. POST PASCHA.

Ego ſum Paſtor bonus. Ioan. 10. v. 11.

Prou. 30. v. 29. *Tria ſunt quæ benè gradiũtur, & quartũ quod incedit fæliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum: Gallus ſuccinctus lumbos ſuos: & aries, nec eſt Rex qui reſiſtat ei.*

A DVo potiſſimum ad rectã cuiuslibet Reip. gubernationẽ neceſſaria eſſe vidẽtur. Leges ac ſtatuta recta & ſolers atque induſtrius ad miniſtrater paſtor & gubernator Reip. Plutar. venuſtè admo-
Plutar. in Moral. dũ regnũ cũ arbore compoſuit. Vt. n. (ait) difficillimum eſt annoſus arbores, quæ latè ſparſere radices euellere loco, & alio tranſplantare: ita Remp. longo tpe ſuis inueteratã legibus & inſtitutis, ad aliam vitæ rationẽ traducere citra maximos rerũ motus. Vnde ẽt Iſaias Iudaicæ Reip. ruinã, ea ſimilitudine arboris, quę frondibus nudatur, adũbrat. *Erube-*
Iſai. c. 1. v. 13. 31. *ſcetis* (inquit) *ſuper hortis, quos elegeratis, cũ fueritis, velut quercus decidentibus folijs.* Et quidem non quamcunque arborẽ ſed quercu adhibuit: hæc. n. arbor fortiſſima eſt, & nullo tpe folijs nudatur, ęſtate atque hyemæ folia ſeruat. præſertim in calidiorib. regionib. Hiſp. Galliæ, Italiæ. Quẽadmodum aũt duo ſunt, pp quæ arbor areſcit, & decorẽ foliorũ deperdit, nempè ſi radices abſcindãtur, vel ſi ſol recedat; ita quoque duo ſunt pp quæ Reſp. corruit, & marceſcit, ac ciuibus tanquam folijs, & fælicitate tanquã fructu nudatur, nimirũ ſi leges auferantur vel non obſeruentur, aut ſi principe bono ac moderatore careat, Ideo Iſaias dixit, Remp. Iudęorum tanquam fortiſſimã quercum totũ robur amiſiſſe, folia & fructus, quia relictis legibus & obſeruantia earũ delicijs ſeſe tradiderant. Cũ fueritis inquit velut quercus defluentibus folijs, quaſi dicat o robuſti quidẽ ac fortes hactenus fuiſtis, quos ſ. nulla tẽporũ iniuria, tanq̃ pręduras quercus, aut robora, fælicitatis, ac fortunę frondibus ſpoliate hactenus potuit; At poſtq̃ in hortis, atq; irriguis locis degere, delicias nimirũ, & voluptates ſectari cępiſtis, iã indè velut quercus quæ in locis humidis tabeſcit, & comarũ decorem amittit ſic etiã, & vos in delicijs, robur, & antiquam fortunam infęlici iactura amittetis. Simile damnũ imminet Reip. quę caret induſtrio Principe, ac perito gubernatore, & paſtore. Nã quemadmodũ in autumno vna nox glacie rigens, arborẽ folijs ſpoliate ac denudare ſolet. Sic etiã ciuitatẽ, ſi Rectore ac Principe careat, quæcumq; calamitas ſeu aduerſitas incidẽs, per breui tẽpore omni ſua fęlicitate priuatam euertit. Eleganter admodũ Dio. Nizen. ſupremum principem cum ſole cõpoſuit, ſic loquens, Sol facit, & diſcernit horas (ideſt anni quattuor tẽpora, has. n. horas appellat) auget, & nutrit omnia animantia, plantas alit, & fructibus ac folijs inueſtit, ſuppeditat ſuauiſſimum ac pulcherrimum ſpectaculum oempè lucẽ, & hæc omnia non grauatur gratis impartiri. Et poſt pauca. Et quõ indiget terra tẽpore ad generandum naſcẽtia, atq; ad augendum, & perficiendũ, indigent & animalia, & corporũ, & ſalutis gratia, & voluptatis, naturalis ĩdigemus, & nos omniũ maximè vt quiquã plurimo auxilio opus habemus. Ideo ſol æſtatem facit propius ad noſtrã habitationẽ accedẽs, vt omnia nutriat, omniaq; perficiat &c. Accõmodatio huius ſimilitudinis eſt aperta, & perſpicua. Nã ſicut ſol ac

Digitized by Google

cedẽs aut recedens quatuor anni tẽpora abſoluit: & quidẽ cũ accedit, mitiſſimas illas placidaſq; tẽpeſtates efficit, ſ. ver, atq; æſtatẽ, quib. oĩa florent, & plantæ fructu, frondibuſq; onerantur: idẽ aũt cum recedit, duas alias triſtes horridaſq;, autumnũ ſcilicet, atq; hyemẽ cauſat, quib. omnia glacie rabeſcunt, & plantæ fructu, frondibuſq; orbatæ dehoneſtantur. Sic ẽt cũ Princeps adeſt, & tanquã ſol inſtat, imminetq; Reipublicæ aut regno, illud ſanè arboris procetæ in morẽ (Imperiũ enim cum arbore aptè conferri ſuadet Danielis viſio) viret, floret, fructu ac frondibus decoratur, fortunatũ ſcit atq; fœlix eſt. Cæterũ cũ Princeps recedit aut oĩno abeſt, tunc quidẽ velut arbor in autumno
Dan. c. 4.
decuſſis frõdib. regnũ horret, īfortunatũ, ſ. atq; infœlix exiſtit.

Fœlix ergo, & fortunata eſt illa Reſpub. in qua leges ſũt in viridi obſeruãtia, & quæ bonũ, atq; induſtriũ habet paſtorẽ, moderatorẽ, & pfectũ: maximè ſi ſubditi, & legibus, & paſtorib. ſeù moderatorib. pareãt, & obſequãtur, ſic. n.
Chriſoſt. Hom. 34. in Epiſt. ad Hebr.
ait D. Chryſoſt. Atq; malũ equidẽ eſt magiſtratus, & rectori: defectus, occaſio, ſ. euerſionis: nõ minus aũt malũ eſt inobediẽtia ſubditorũ. Populus. n. nõ parẽs rectori, ac magiſtratui eſt ſimilis ei, qui nõ habet rectorẽ, & forte ẽt deterior: nã his qui rectore carẽt, datur venia, ſi cordo, atq; moderatio nõ ſeruet: his aũt non ita, ſed pœna digni cẽſentur. Felicior cunctis eſt Reſpub. Chriſti quæ tã ſuaues leges à Chriſto accipere meruit, vt ipſe Chriſtus de eis dicat. *Iugũ meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue*. Itẽ quia tã bonũ moderatorem atq; paſtorẽ habet, q cũ ſit bonus pẽſentiã, ſi eſſe talẽ in hodierno Euãgelio promulgat dicẽs. *Ego ſum paſtor bonus*, caput & moderator Reipub. chriſtianæ. Nouerat benè Chriſtus dñs, quemadmodũ ſi à choro ducẽ chori ſiſtuleris, nõ erit amplius chorus cõgruus, & ordinat⁹; ſi à phalãge exercitus amoueris Imperatorẽ, non erit amplius numeroſa, & ordinata acies; ſi à faſtigio demerſeris gubernatorẽ, natiẽ demerges ſi in domib. contignationes diſſolueris parietes, diſſolueñt, & corruẽt: ſi ſolẽ de mundo ſuſtuleris, folia, & arbores cæteraq; oĩa marceſcẽt; Ita ſi ex mũdo Principẽ, & Paſtorẽ auferas, proculdubio oĩb. impunè viuentib. oĩa boni publici ornamenta diſperibũt. Ideo Chriſtus ſe eſſe paſtorẽ, ducem, & Imperatorem exercitus chriſtiani, nauclerũ nauis Eccleſiæ, ſolẽ Reipub. chriſtianæ palã profitetur, cũ inquit. *Ego ſum paſtor bonus*. Verũ quia bonitas multa reqrit. bonũ. n. eſt ex integra cauſa, malũ autẽ ex quocunq; defectu: ideo in hodierno Euãgelio bonitatẽ hanc fuſius manifeſtat, cũ ait. *Bonus paſtor dat animã ſuam pro ouib. ſuis &c.* pcipuè verò triplicis bonitatis meminit, quã Salomon in verbis ſupracitatis innuit cũ inquit. *Tria ſunt quæ benè gradiuntur, &c. nẽpe fortitudinẽ in defendendo* grege, q ex amore procedat, qd ſignificat leo, de quo inqt Salomõ, quod cũ ſit fortiſſimus beſtiarũ, ad nullius occurſum paſcebit; prudẽtiã, & notitiã gregis, quod ſignificat aries, & vigilantiã in cõgregando grege, cuius ſymbolũ eſt gallus: hæc in Euangelio hodierno exprimunt. Fortitudo cum dr. *Et animã meã pono pro ouib. meis*. Prudentia, & notitia gregis, cum dr. *Et cognoſco oues meas*. Vigilantia, cũ ſubijcit. *Et alias oues habeo, quæ nõ ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocẽ meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor*. Itaq; interpretando Euangelium, hæc perpendemus, qualiter Chriſtus ſit paſtor bonus, quia fortis in
B
tuẽdo grege, prudẽs, & vigilans. EGO SVM PASTOR. Paſtor, Rex. Pater, ſunt vocabula, quæ cõiter in ſacris, & profanis literis confunduntur, & prò eodẽ accipiũtur, propter ſimile ætymologiã, & nominis interpretationẽ. Nam hoc nomen Paſtor, deducitur à paſcendo, & regẽdo, paſtor enim, & paſcere, & regere debet gregẽ. Ideo cũ Deus promiſiſſet mundo Meſſiã Chriſtũ venturũ, explicando cõditiones illius, īter alias dicit, quod futurus ſit paſtor. Et per
Ezech. 34 v. 23. & 37.
Ezechielẽ *Ipſe paſcet eos, et ipſe erit eis in paſtorẽ*. Et hãc etiã ob cauſam Deus ad regiã dignitatẽ aſſumebat paſtores ſicut Saulẽ, & Dauidẽ, quẽ paſcentẽ gregẽ, accepit paſcere Iacob ſeruũ ſuũ, & Iſrael hæreditatẽ ſuam, contemptis, & relictis alijs filijs Iſai, qui & ſtaturæ, & diſpoſitionis aptioris eſſe videbant, ad dignitatẽ Regiã. Vnde dixit Iſai ad Sa-
1. Reg. 16 v. 11.
muelẽ. *Adhuc relictus eſt paruulus, & paſcit oues*. Et certè nõ inconuenienter eſſe crediderim, quod paſtores gregis olim diuina voluntate fuerint aſſumpti ad gubernãda imperia: quia qui neſcit præeſſe domeſticis ſuis, qui neſcit regere gregẽ, quõ regere põt multitudinẽ? qui non ſcit Monaſticam aut Aeconomicã, quõ aptus erit ad gubernationẽ politicã. qui nõ ſcit regere domũ, quõ reget villã? qui neſcit adminiſtrare villam, quõ adminiſtrabit ciuitatẽ? qui neſcit moderari ciuitatẽ quõ moderabitur Rempub. cum Reſpub. nihil aliud ſit, niſi congregatio ciuitatũ, & Prouinciarum, ſicut ciuitas congregatio villarum, & villa congregatio domorũ particularũ. De Imperatore Alexandro Seuero dr, Alexand. Imperat.
quod viſitãdo Senatũ Romanũ inquirebat, qualiter Senatores domos, & familias ſuas regerẽt, dicens, nullum aptũ eſſe ad gubernandã Rempub. qui neſciret domum ſuam vxorẽ, & filios regere. Inter præcipuos Reipub. gubernatores melior iudicatus eſt. Cato Romanus, potius quàm Ariſtides Græcus, quia Cato fuit bonus æconomus, Ariſtides Cato. & Ariſtides. Pſ. 22. 21.
aũt notatus fuit de negligentia in gubernanda domo ſua. Sic igitur aliquis põt dicere, quod ideo aſſumptus fuerit, & electus Dauid in regẽ, qui iã fuit exercitatus in gubernãdo grege. Et reuera in idẽ concidunt benè regere, & paſcere. Ideo conſiderando Dauid diuinã circa ſe prouidentiã dicere ſolebat. *Dominus regit me, &c.* vbi D. Hieron. trãsfert. *Dominus paſcit me*: quia benè regere, & paſcere idem ſunt. Similiter hoc nomen Rex, quod inter cętera antiquiſſimũ eſt, vt potè primo homini impoſitũ, cùm cæteris animalib. præpoſitus fuit, & à regẽdo, & à paſcendo deducitur; à regendo quidẽ: nam Reges (inquit S. Iſidorus) à regendo di- Iſidorus.
cti ſunt, ideo quilibet rectè faciendo Regis nomen tenet, ſed peccando amittit. A paſcendo ẽt deducitur, vt colligit ex nominib. primæ linguæ, vbi verbũ Hebræũ Raga, inter alias ſignificationes, ſignificat eũ qui paſcit, ſeu paſtorẽ. Et ideo Poetæ pro eodẽ ſumũt regẽ, & paſtorẽ, Homerus, Virgilius, &c. Imo, & Prophetæ, ſicut iã de Dauid dictum eſt, Hinc illud apud Iſaiã. *Non ſum medicus, & in domo mea nõ* Iſ. 3. v. 7.
eſt panis, neq; veſtimentũ nolite conſtituere me principem veſtrum. Iam verò nomen Patris, vtriq; cõe eſſe debet, & Paſtori & Regi. Sic. n. Theodorus definiẽdo Regẽ (vt refert Caſſiodorus) dixit. Princeps eſt paſtor publicus, & cõis. Et
Xenophõ ait. Bonus paſtor, nihil differt à bono patre. Nõ Xenoph.
differt niſi ſecũdũ magis, & minus, quia rem habet magis ſubditos quàm pater filios: ſed in eſſentialibus nulla eſt differentia. quia inquit Homerus. Ipſũ namq; regnum imperium eſt ſuaptè natura paternũ. Propter has igitur cauſas hæc vocabula communiter confunduntur, & pro eodem accipiuntur; Nihilominus tamen aliqui putant hæc nomina diſtinguenda eſſe, & multum differre, etiam de mente Salomonis, qui in Emblemate propoſito diſtinguit paſtorẽ à Rege, qui enim habet fortitudinẽ leonis, ille regis dignitatem iurè meritò obtinere debet; qui pericula, & labores ſubire nõ recuſat, ſicut aries, qui gregem ſuum præcedit, hic paſtoris munus obire poteſt. His tamen non obſtantibus, dixerim Salomonem, non diſcrimen inter hæc nomina voluiſſe ponere, in emblemate prædicto, ſed conditiones boni paſtoris deſcripſiſſe, nempè vt ſit fortis vt leo prudens vt Aries, qui gregem ſuum nouit, & illum non alienum præcedit, & ad paſcua dirigit. Præterea vt ſit vigilans, & cęteros excitans, vt gallus, & iuſtus vt Rex. Et hęc in Euangelio hodierno proponuntur. De quibus etiã Chriſtus gloriatur cum inquit. *Ego ſum paſtor bonus*, Plures cõditiones paſtoris in hoc Euangelio proponuntur, ſed inter eas prima eſt bonitas, & fortitudo in defendendo grege. Hæc autem bonitas in duobus potiſſimum eluceſcit, in duobus præcipuè conſiſtit. Vnum eſt vt non noceat gregi, Alterum vt non permittat ab alijs nocumentum inferri. Et propter hanc cauſam fortaſſis non dicit Chriſtus. Ego ſum Rex, vel Dominus vniuerſorum, ſed ego ſum paſtor; quia communiter Reges commodum vel lucrum ſuum quęrendo gregi nocẽt, ſunt Lien Reipub. cum potius eſſe debeant Alciatus.
ſtomachus vt dicit. Alciatus & ob id ipſum Adrianus Imperator monebat Prouinciarum rectores, vt ab auaritia abſtinerent, & non eſſent Lien Reipub. quia cum Lien in corpore humano creſcit, cætera membra languent, & quanto magis creſcit, tanto magis cætera membra infirmantur, ſtomachus autem diſtribuit alimẽta cæteris membris ideo potius Reges ſtomachi officium quàm Lien exercere debent: ſed quoniam potius ad ſuum commodum communiter attendunt quàm Reipub. ideo noluit ſe appellare regẽ Chriſtus dominus: Imo neque dominum, licet fuerit domi-

nus

nus vniuerſorum, quemadmodum de illo canit Eccleſia *Tu ſolus ſanctus, tu ſolus dominus, tu ſolus altiſſimus.* Ceteri Sãcti, ex gratia ipſius, cæteri domini, ex dono Dei, ſolus Chriſtus natura Sanctus Noluit tamen ſe dicere regem aut dominum, ſed paſtorem: vt oſtenderet ſe nolle nocere gregi, nec quidquam in commodum ſuum, ſed omnia incommodum gregis dirigete.

Propter hanc cauſam etiam, dicit officium boni paſtoris eſſe, vt per oſtium intret in ouile ouium. Nam qui alio medio intrat in ouile ouium, ille eſt fur & latro, fur quidem, quia ſurripit fraude alienum; latro verò, quia vi opprimit oues, & rapit, rapraſque dilaniat & occidit. Qui verò intrat per oſtium in ouile, is ex hoc ipſo cognoſcitur eſſe paſtor, quia ei oſtiarius aperit. Intrat bonus paſtor per oſtium, id eſt per iuſtitiam, ſiuè per ipſum Deum. Iuſtitia enim eſt ipſe Deus, & oſtium & oues cuſtodiens, iuſtè quippè per Deum ad Reipub. regimen accedendum eſt. Huic oſtiarius aperit, id eſt Spiritus Sanctus, cui totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt; is ſuis donis bonum paſtorem inſtruens, & in omnem veritatem introducens, aperit ei oſtium intelligentię, & diſcretionis, vt diſcretè, & prouidè oues paſcere queat. Omnium ergo ouium Deus pater velut ouium dominus eſt intelligendus, Filius paſtor, Spiritus Sanctus oſtiarius. Sic tamen vt non ſit vnus maior altero; oues autem ſunt electi & prædeſtinati à Deo, quorum ſaluti paſtor hic inuigilat, omniaque ſua cõmoda præ commodis gregis ſuæ curæ traditi negligit. Ideo fidelis diſpenſator dicitur ab Apoſtolo. *Habemus inquit pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum. qui fidelis eſt ei, qui fecit illum ſicut & Moyſes in omni domo ſua.*

Ad Hebr. 3. v. 2.

Senſus eſt, Chriſtus eſt fidelis patri, quoniam conſtituit eũ pontificem. Pater noluit eum eſſe Apoſtolum ſed Pontificem, ipſe verò bona fide obiuit munus Apoſtoli bona fide omnia quę in mandatis ab eo ſibi commiſſa acceperat, propoſuit & annũciauit nobis. Bona etiam fide egit, quod eſt veri ſacerdotis ad quem pertinet offerre ſacrificia, & Deũ reddere propitium populo. Sed tanto maiore gloria quàm Moyſes dignus eſt habitus, quanto maiorem habet honorem, qui dirigit totam atque integram Eccleſiæ domum. Moyſes erat pars domus, Chriſtus autem conditor domus. Itaque Chriſtus fidelis extitit diſpenſator, & prouidus, defendens ea quæ ipſius erant, nec permittens quicquã temerè in hac domo fieri. Vnde etiam ad ſimilitudinem ipſius, ille nõ niſi dicendus eſt fidelis diſpenſator, qui cum fide & ſpe charitatem coniungit, qui non ſua, ſed quę Chriſti ſunt quærit, inuidia non torquetur, pacem amat, concordiæ ſtudet, vnitatem Eccleſiæ cuſtodit, nõ inflatur paſtoralis officij dignitate, nõ agit perperam ab ira & omni malitiæ ſenſu alienus iniquitatẽ horret, & virtutem toto ſtudio amplectitur: Cui hæc & ſimilia præſto ſunt, nõ temerè fidelis diſpẽſator dicitur. Ex hoc ergo imprimis bonitas paſtoris noſtri eluceſcit, quod non nocet gregi, non ſuum commodũ quærit ſed gregis, non eſt fur, aut latro, ſed fidelis diſpenſator domus Dei, Eccleſiæ ſanctæ. Alterũ ex quo bonitas paſtoris innoteſcit, eſt, vt gregem ſuum fortiter defendat, nullũ nocumentũ ei inferre permittat, & ſi opus fuerit prò ſalute ouium ſuarũ vitã, & chariſſima quæque liberè profundat. Non qualemcunque animã Chriſtus poſuit pro ouibus ſuis, ſed talem qualis ex Hypoſtaſi Diuina æſtimari debet.

Alian. de variſto li. 9. cap. 10. Et Diog. Laer. in vita Ariſtippi li. 2. de moribus Philoſ.

Refert Alianus, quod cùm nauigaſſet Corinthum Ariſtippus Philoſopus, in maxima maris tempeſtate, cæpit timere & pauere: ad quem acceſſit quidam miles exprobrando quòd cùm eſſet Philoſophus, qui verbo, & ſcripto virę contemptum alijs perſuadebat, nunc ex hac occaſione tantopere mortem timeret. Reſpondit Philoſophus, quoniam non de pari anima tibi, mihique cura eſt. Ac ſi dicere vellet, non æquales habemus animas, quibus nos mors priuare vult, anima tua eſt plena vitijs & ignorãtia, anima mea virtutibus & ſapientia exornata; ideo non eſt mirũ quod mori ſit tibi lucrum, ego autẽ mori timea. Quãto magis Chriſtus dominus dicere poterat, quod non de pari anima ei, ac cęteris hominibus cura eſſet, & tamen animam tam pretioſam, tam ſanctam, tantopore omni ſcientiarum & virtutũ genere ornatam, poſuit pro ouibus ſuis. Non erat Chriſtus dominus talis, qualis ille miles, de quo refert Eborenſis, qui cũ eſſet pauper & miſer, erat ita animoſus & fortis, vt nullum, videretur eſſe bellum, vbi fortiſſimè non egiſſet. Accidit vt in quodam congreſſu verberibus plurimis afficeretur, quem cum vidiſſet Antigonus Rex Macedoniæ, præcepit medicis, vt curam eius gererent, nobilitate prætetea eũ præmiauit, diuitias & poſſeſſiones plurimas eidem contulit, ſperans, quod in poſterum eſſet futurus Samſon. Sed oppoſitum accidit; nam cum conualuit, deinceps ita pericula vitabat, & nullus videretur eſſe timidior ipſo. Quem cum Rex interrogaſſet, quidnã ſit, quod prius fuerit animoſus, nunc autem tantoperè timidus. Reſpondit, quod tunc pauper eram, & mori lucrum mihi videbatur, nũc autem cùm diues ſim, vulnera & mortem quantum poſſum euito, quia non de pari conditione periculũ eſt Chriſtus dominus, qui ſemper diues fuerat, theſaurus ſapientiæ & ſciẽtię Dei, Diues in omnes qui inuocant illum, ſemper paratus erat ponere animam ſuam pro ouibus ſuis, nunquam mori timuit, pro inimicis ſuis: Nam pro amicis ponere animã, fortaſſis quis auderet, vt inquit D. Paulus: Sed pro inimicis Chriſtus mortuus eſt, qui tãto beneficio obicem ponebant, & ingrati redemptionis remedium reſpuebãt.

Andr. Ebor. exemplorũ memorabilium ſimile reffero Plut. in vita Iul. Cęſar. virorum illuſtriũ. t. 2.

Cum Ageſilao regi opprobrio duceretur, ipſum obſidẽ fuiſſe apud hoſtes, non filium, vel aliquem alium, loco ſui. Reſpondit Æquum eſt nos noſtra feramus errata. Sic dicere poterat genus humanum, cùm in obſidione diaboli eſſet, æquum eſt vt nos noſtra feramus errata. Nihilominus tamẽ bonus paſtor Chriſtus dominus, Rex nõ Lacedæmonum, ſed Seraphinorum, bonum eſſe putauit, vt non nos noſtra ferremus errata, ſed ipſe pro nobis; innocens pro peccatoribus mortuus eſt, & ſanguine ſuo culpas & errata noſtra Rex cæli & terræ, bonus & optimus paſtor redemit. Verè paſtor bonus, quia vt hos de interitu eriperet, vitæ & corpori ſuo non pepercit, Leo fortiſſimus de tribu Iuda qui propria fortitudine, leonem rugientem ſuperauit & domuit. Ex fortitudine vehementer commendatur Abiſai Hebræus, nam leonis qui in foſſam inciderat, rugitũ ſentiens, ſolo fuſte armatus in foſſam intrepidus deſcendit: ſtatimque maioris audaciæ opus, quàm quod de Hercule perhibetur aggreſſus, leonem occidit, ſi quidem maius fuit, Abiſai in arcto aduerſus valentẽ feram caſu inuentam, fæliciter rem gerere, quàm Herculi ſpatioſo in campo claua ferali armato vel vincere, vel intetimere. Item Conſtantinus magnus poſtea eadẽ laude dignus habitus eſt, quod cum puer etiam num in re militari à Galerio Maximiano orientis præfecto inſtituebatur, Ab eo cum iam adoleret miſſus eſt cum exercitu contra ſarmatas, ferociſſimam gentem. In qua expeditione nõ modo hoſtes profligauit, ſed ducem Sarmatarum catenatũ Galerio adduxit. Galerius præ inuidia minimè ea victoria lætatus eſt: ſed vt cum leone in theatro pugnaret, hortatus eſt iuuenem gloriæ ac laude alioqui auidum: Superato quoque leone in certamine, cum miris laudibus ſpectatores iuuenẽ efferrent, Galerius maiores illi mediatus eſt inſidias. Quas vt euitaret adoleſcens, aſſumptis fidiſſimis quibuſque ſocijs ad patrem Conſtantium Chlorum Occidentis Imperatorem perfugit. Sed peregrina hæc ſunt.

Ageſil.

Fulgoſ. li. 3. c. 3.

Conſtantinus Magnus.

Galerius.

Cuſpian.

Domeſticum illud fortitudinis exemplum, cuiuſdam nobilis Poloni, magis ad placitum; qui eſcam leoni libero, & famelico abſtulit, atq; eidem tantam terroris intulit, vt rugire non auderet nec ſe loco mouere. Sic enim de eo reffert Olaus, & Granzius. Erat in aula Mathiæ regis Vngariæ Polonus miles, qui ſæpe Vngaros ad luctam, & pugnã euocabat, multoſq; ſæpe vicerat, ſed iactantia nimia odioſus. Stabat in ferratis clauſtris immanis leo. Quis eſt inquit Polonus, qui famelico leoni auſit carnem auferre, quam ore comprehẽderit? Quum nemo præſumeret: Cernetis, inquit quod dico. Illi fame per diem excruciant leonem: poſtea die ouem proijciunt quadripartitam, Leo irrugit apprehenſæ carni incubans: Polonus ingreditur, & leonem iam vorantem, diuaricatis cruribus incluſum, pugno ferit in os dicẽs. Offam dimitte canis, vocem intrepidam leo exhorruit, exeuntemq; viſu ſolo ſequutus eſt. Vnde Phiſici tradunt leonem nihil aliud prætterquam vocem hominis impauidi timere. Audax facinus quum ad regem perferretur, non probauit, euocatumq; Polonum pro more donatũ, domo ſua iuſſit excedere, qui venalem ita vitam circumferret, nõ neceſſario, ſed ad ſolam iactantiam obijciens ſe periculo, illũ

D

Olaus li. 5. c. 21.

Granziu li. 9. Saxoniæ c. 24.

nihil non auſurum propoſito præmio ratus. Egregia hæc ſunt fortitudinis exempla, ſed nulla eorum comparatio cũ fortitudine, qua Chriſtus domuit leonem infernalẽ rugientem, & quærentem quem deuoret. Rectè de eo dixit Amos propheta.

Amos 3. v. 12.

Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremitatem auriculæ, ſic eruentur filij Iſrael, qui habitant in Samaria: Sic eripuit S. Magdalenam, de qua in hymno canit Eccleſia. *Maria ſoror Lazari, quæ tot commiſit crimina, ab ipſa fauce tartari redit ad vitæ lumina:* Sic eripuit latronẽ in cruce. Certè animoſus eſt paſtor, qui cum videt lupũ vel leonem deglutientem oues, ita vt nihil remaneat, præter auriculas, vel crura, ille accedit, & eruit, atq; eripit de gutture eius prædam. Sic Chriſtus dominus multos peccatores eripuit de faucibus inferni tanquam animoſus paſtor: ita vt illi ſoli videatur competere illud Poetæ

Omnem operam gregibus paſtorem impendere oportet,
Ire redire, lupos arcere, mapalia ſæpe
Viſere, mercari paleas, & pabula victum
Quærere, ne ſuperſit loci.

O quam ergo eximia immenſaq; bonitas paſtoris noſtri Ieſu Chriſti. Bonus is eſſe cenſetur, qui dat omnia, & nihil recipit: Et quis eſt hic, niſi Chriſtus Ieſus, qui omnia fecit ſalutis noſtræ cauſa, nobis tam animæ, quam corporis neceſſaria liberaliter largitur; Angelos creauit, cælos formauit, elementa, vniuerſaque animantia, atque omnia, quæ immẽſo cæli ambitu continentur, vnico virtutis ſuæ verbo produxit; nihil tamen à nobis recipit cum nulla re opus habeat, quia ſibi ipſi eſt diues abundè. *Ego dixi domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*, inquit Propheta. Bonus ille cenſetur, qui gregem ſuum paſcit, noſter autem paſtor non ſolum nos paſcit pabulo Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam carnibus ſuis alit, ſicut dicit Apoſtolus, quia membra ſumus corporis eius, caro de carne eius, & os de oſſibus illius.

Pſ. 105. v. 2.

Quis loquetur potentias domini, & quis auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor ouiculas ſuas proprio paſcit cruore? Et quid dico paſtor? Matres multæ ſunt: quæ poſt partus doloroſos chariſſimam prolem tradunt nutricibus educandam: hoc autem ipſe non eſt paſſus, ſed proprio ſanguine, & propria carne paſcit nos. Inſuper voluit nos omnes eſſe generoſos, voluit frater eſſe noſter, carnem propter nos & ſanguinem aſſumpſit, nobiſq; viciſſim carnem ſuam, & ſanguinem, per quæ cognatus noſter factus eſt, tradidit. O immẽſa paſtoris noſtri bonitas? ò ineſtimabilis dilectio? oues equidem rebelles proprio cruore acquiſitas, ſuo ſanguine, & carnibus enutrire, quis vnquam ſimilem exhibuit amorem? Denique bonus paſtor ille cenſetur, qui à beſtijs rapacibus gregem ſuum cuſtodit, & ex faucibus eorũ oues ſuas eripit: quod nemo melius præſtitit, ſicut Chriſtus dominus, qui non ſolum pinguia ſuo gregi prouidet paſcua, omniaque, quæ ad bonum illius pertinere viderit ſtudioſè procurat; ſed etiã nè impune à rapacib. inferni beſtijs laceretur diligentiſſimè proſpicit, ac proindè vtráq; bonitatis ratione optimè cuique paſtori propriam habet ſibi familiarem.

MERCENARIVS AVTEM, ET QVI NON EST PASTOR VIDET LVPVM VENIENTEM, ET DIMITTIT OVES, ET FVGIT. Totum oppoſitum de mercenario ſentiendum eſt, qui ſua quærens commoda, non ſolum ipſe per ſe gregi maxima infert nocumenta, ſed etiam per alios. Videns enim lupum venientem, nõ inclamat, non fugat, ſed fugit. Atq; ita is cenſendus eſt mercenarius, qui non pro amore ſalutis oues dominicas paſcit, ſed propter temporalem mercedem obtinendam. Et quia plus terrenam vmbram, quàm oues diligit, meritò nomen paſtoris perdit; locum quidem paſtoris tenet, & totus hac occaſione terrenis bonis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalibus lucris paſcitur, impenſa ſibi ab hominibus reuerentia lætatur; lucrum tamen animarum, & commune ouium bonum negligit. Iſti ſunt mercenarij, vt pro eo ipſo quia in regimine laborant, hic quod quærunt inueniant, atque ideo ab hæreditate gregis imposterum alieni exiſtãt. Iam verò ſit nè quiſpiam mercenarius, id veraciter nequit cognoſci, ſi occaſio neceſſitatis defuerit. Tranquillitatis.n. tempore, plerunque ad gregis cuſtodiam ſtabit: ſed ingruẽte neceſſitate aut periculo ſtatim aufugiet. Eſt igitur mercenarius quiſque præmij, & mercedis (vndè & nomẽ ſortitur,) aliquid negotij ſuſcipit, officijq; ſui lucrũ expectat. Neque enim mercenarius diceretur, niſi acciperet mercedẽ à cõductore (inquit D. Aug.) Cęterũ in diuinis ſcripturis hoc nomẽ mercenarius, ſanctis ãt, & electis Dei tribuitur. Ex quo genere mercenariorũ dilectus Deo Abraham Patriarcha, fuit, ad quem Deus dixit. *Noli timere Abraham. Ego protector tuus ſũ & merces tua magna nimis.* Huius generis ẽt illi fuerũt, quos dominus cõduxerat denario diurno. Huius generis ſunt Apoſtoli ipſi, quorum vox eſt illa. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te quid ergo erit nobis? Sedebitis* (inquit Chriſtus) *ſuper ſedes duodecim &c.* Hoc genus mercenariorum optimũ, & Deo acceptabile, quos non ſeruos, ſed amicos Chriſtus vocat. Nõnunquã hoc nomen ijs attribuit ſcriptura, qui non Chriſti gratia, ſed lucri & honoris, ac cõmodi tẽporalis cauſa, munus obeunt paſtoris; exequuntur tñ paſtoris officium cuius generis erant Phariſæi, quorum mercenariorum genus Chriſtus non abiecit, ſed audiendũ, non aũt imitandum eſſe docuit. *Quæ dicunt* (inquit) *facite, ſecundum aũt opera eorum nolite facere.* Huiuſmodi aũt Mercenarij, non fingunt nouas doctrinas, ſed à Chriſto, & ab Apoſtolis in gremio eius ſeminatas excolunt, & tradunt, non ſuam, ſed domini ſui pecuniam &c. Tertiũ mercenariorũ genus eſt omnium peſſimũ, Cuius generis ſunt qui Cathedras, magiſtratus, Sacerdotia, & officia occupant, fructus percipiunt, præmia, & honores inuadunt, nihil tamẽ quod ſuum officium, ſuus honor requirit faciunt: ſed ocio torpẽt, & varijs voluptatibus inſeruiunt, reſonatq; in ore eorũ ſæpius illud. *Zacharia. Benedictus dominus, diuites facti ſumus.* Sed execratur dominus huiuſmodi ocioſum paſtorem *Sanguinem ouium ſuarum* inquit per Ezechielem. *Requirã de manu eius*, quia non docuit, quia non correxit, quia non reduxit oues errantes. *Ego poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat*, Iſti ſunt mercenarij, qui non ſolũ lupos non arcent, non ſolum non depugnant pro grege Chriſti, ſed neque cibos, tranquillis etiam temporibus eis tribuunt. De his ergo mercenarijs dicit Chriſtus.

F
D. Aug.
Gen. 15. v. 1.
Triplex gen⁹ mercenariorum.
Bonum.
Matt. 20.
Malum.
Zach. 11. v. 5.
Ezech. c. 3.
Ioan. 15.

VIDET LVPVM VENIENTEM, ET DIMITTIT OVES, ET FVGIT, ET LVPVS RAPIT, ET DISPERGIT OVES. QVIA MERCENARIVS EST, ET NON PERTINET AD EVM DE OVIBVS. Vnica cauſa eſt quod mercenarius fugiat, quia mercenarius eſt. Ac ſi apertè diceretur, ſtare in periculo ouiũ non poteſt, qui in eo quod ouibus prodeſt non oues diligit, ſed lucrum terrenũ quęrit, dum.n. honorẽ amplectitur, dũ temporalib. commodis lætatur, opponere ſe contra periculũ metuit, nè hoc quod diligit amittat. Lupus præterea ſuper oues venit, cũ aliquis ferox tyranus fideles iniuſtè opprimit. Vbi is qui paſtor eſſe videbatur, & nõ erat, relinquit oues, & fugit, quia dũ ab eo periculũ ſibi metuit, reſiſtere eius iniuſtitiæ nõ præſumit. Fugit aũt nõ mutando locũ, ſed ſubtrahẽdo ſalubre conſiliũ; fugit, quia iniuſtitiã vidit, & tacuit: fugit, quia ſe ſub ſilẽtio abſcõdit. Cũ tamen boni paſtoris ſit, oẽs grauius delinquẽtes arguere, & niſi reſipiſcant excõmunicare, ſinè vlla perſonarũ acceptione. Sed ait excommunicatus minas, & necem intentabit: quid tũ? nonnè anima plus eſt quàm corpus. An ignoras quid Chriſtus optimus paſtor, & Magiſter noſter apud Mathæum dixerit. *Nolite aũt timere eos qui occidunt corpus, animam aũt non poſſunt occidere.* Sed potius timete eum, qui poteſt, & animam, & corpus perdere in gehenã. Sciuit hoc Paſtor ille vigilantiſſimus S. Staniſlaus Martyr Cracouienſis Epiſcopus: ideoq; necem minimè metuẽs fortiter arguit impietatem impij Regis Boleſlai, quem vbi ad monita ſua percipienda, obſurduiſſe agnouit, vtpotè fœdo concupiſcentiæ vlcere in aurib. percuſſum; magno, & infracto animo, verbis addidit verbera, horrẽdá, ſcilicet Anathematis plagam illi infligendo. Simili quoq; Martyrij, & officij honore ornatus, S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui ob ſimilem zelum à ſatellitibus impij regis interfectus eſt. Profectò non erant iſti mercenarij, ſed veri paſtores: quia animas ſuas prò ſalute ouium ſuarum profuderunt. Sic Zacharias filius Ioiadæ, Ioas regi Iuda reſtitit, à quo lapidibus obrutus eſt, Ioannes Baptiſta Hærodi, Helias Achab regi Iſrael, & Iezabel impijſſimæ, Chriſtus Ieſus ſcribis & Phariſæis. Apoſtoli & Apoſtolici viri omnibus hominibus perperam viuentibus ſe ſe oppoſuerunt in

Matt. 10. v. 28.
S. Staniſlaus. Polonus.
S. Thom. Cantuarienſis.
Ioannes Baptiſta.

murum,

Digitized by Google

murum, & in columnam æream, ſaltem vt de faucibus luporum ſuas oues eriperent. Tu vero vides ouium periculum, & diſſimulas, lupus alterius guttur apprehendit, & tu taces: alteri adulterium perſuadit, & tu non arguis, non increpas? En mercenarie lupum venientem vidiſti, & fugiſti, fugiſti quia tacuiſti, tacuiſti quia timuiſti: fuga, animi timor eſt, corpore ſtetiſti ſpiritu fugiſti. Quod Paulus Apoſtolus non fecit, qui inquit ſemper; *Si corpore abſens ſum, ſpiritu præſens ſum*, Spiritu præſens erat, qui abſens literis fornicatores arguebat.
S.Ambr. S. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis non eſt veritus. Theodoſij Imperatoris maieſtatem, ſed eum aditu Eccleſiæ prohibuit, & publicam pœnitentiam agere coëgit. S. Chriſ. quanta paſſus eſt ab illa impia Imperatrice
Eudoxia. Eudoxia, nunquam tamen efficere potuit, vt taceret eius vitia, ſed maluit in exilio mori, quàm pro cane muto, & mercenario improbato haberi. Qui ergo ita docet & ita concionatur, vt tantum ea dicat quæ auditor libenter audit, ea autem prætermittat quæ vulnera aperiant & denudent, adulator eſt, seductor eſt, mercenarius eſt. Quia neque Diabolo ouem de ouili ſeparare cupienti, neque hæreticæ prauitati aut violentiæ, ſe ſe murum opponit: & ideo lupus infernalis ſuperueniens, rapit, & diſpergit oues, atque ſic deſtitutas cuſtodia paſtoris, facilè ad quælibet vitiorum præcipitia adigit & impellit. Hæreticus verò errorũ laqueis eas inuoluit, atque per deuia trahit & trabundas. Demum Tyrannus diripit, & nullo ſuis obſtante conatibus, miſerè eas dilaniat. Hæc de prima boni paſtoris conditione breuiter dicta ſufficiant, accedamus ad ſecundam.

ET COGNOSCO OVES MEAS. Hæc eſt ſecunda boni paſtoris conditio, vt ſcilicet ſit prudens; ad prudentiã autem pertinet, vt habeat notitiã gregis ſui, iuxta illud
Prou. 27. v. 23. Salomonis. *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera.* Quando Chriſtus tradidit claues, & poteſtatem gubernandi oues Petro, mutauit ei nomẽ, prius enim
S. Thom. in 21. cap. Ioan. c. 3. vocabatur Simon, tunc autẽ dictus eſt Petrus. Tu es Petrus quia inquit D. Tho. Simon interpretatur obediens, Petrus interpretatur agnoſcẽs. Ad illas virgines fatuas, dixit Chriſtus. *Amen amen dico vobis, neſcio vos*, quia impoſſibile eſt quod ſint oues eius, & ipſe eas non noſcat, nihil enim volitum niſi præcognitum. Verumenimuero hæc notitia non eſt ſolum ſpeculatiua, ſed etiam practica, quæ ad dilectionem extenditur, prò quanto oues quas cognoſcit diligit, paſcit, dirigit in vitam æternam, & ex vepribus huius ſæculi
Pſal. 77. v. 72. eripit. De Dauide paſtore populi Iſraelitici dictum eſt, quod *pauit eos in innocentia cordis ſui, & in innocentia manuum ſuarum deduxit.* Quibus verbis deſcribitur prudentia & ſolertia, qua Dauid vtebatur in regni adminiſtratione. Significatur præterea magna illius regis magnificentia atque liberalitas, qui vtraque manu vtebatur ad donanda beneficia. Poteſt etiam illis verbis notari eius ſolertia; quia dona ſua pro meritorum diuerſitate diſſimiliter largiebatur, nunc dextra, nunc ſiniſtra vtens. His enim qui digniores videbantur, dextera manu ampliora numerabat, beneficia: minus vero dignis pro paruitate meritorum, læua ſua minora munera erogabat; ita tamen vt nullus eſſet, qui illius liberalitatem non experiretur; quia omnium merita & demerita optimè nouerat. Quantò magis Chriſtus cùm perfectiſſimam ouium ſuarum notitiam habeat, & operum illarum, liberaliter & prudenter eas paſcit dicat, & exaltat. Qui pauit eas non ſolum bona intentione & voluntate, ſed opere & veritate. Hoc enim dicit innocentia cordis, & intellectus manuum, & licet magis intellectus cordi competere videatur, & innocentia manibus, eſt enim innocens quaſi non nocens, quod non cordi, ſed manibus competit. Sic tamen Spiritus Sanctus innocentiam cordi attribuit, vt declararet puriſſimum animum, Diuinam intentionem Chriſti domini, ad paſcendum gregem ſuum, in præſenti vita, doctrina & veritate: in futura, viſione Dei beatifica. Intellectum verò dat manibus, vt innueret omnia Chriſtum operatum eſſe conſilio manuum ſuarum, prudenter & tempore opportuno, cibaria tam materialia, quàm ſpiritualia ſuo gregi ſubminiſtraſſe.
Oſee. 11. v. 4. Vnde ipſemet per Oſeam de ſeipſo gloriatur *Ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum* declinaui ad eo vt veſceretur. Qui per peccata in poteſtatẽ Diaboli deueniunt, duo præcipuè mala incurrunt. Primum eſt quia iugum intolerabile ab infernali tyranno humeris eorum imponitur. Alterum verò quia maxillas eorũ, & os ita obſtruit, vt fame pereant niſi maturo ſubueniatur auxilio. Hic itaque paſtor bonus & iugum Diaboli ab ouibus ſuis abijcit, & maxillas ſoluit, vt liberè ſalutaria ſumant pabula: & propterea ſe veniſſe teſtatur, Declinaui inquit ad eum vt veſceretur. Cognoſcit ergo oues ſuas, quia dirigit illas in vitam æternam, ideo ante eas vadit vt veſtigia eius ſequantur ſicut dixit per Iob. *Obſeruaſti ſemitas meas, & veſtigia*
Iob 13. v. 27. *pedum meorum conſideraſti.* Qui peccat, veſtigia Chriſti præcuntis non conſiderat nec obſeruat; quia peccare eſt à Deo ſe auertere, & ad creaturam conuerti vt docent Theologi; qui autem eſt in gratia vel per actum pœnitentiæ diſponit ſe ad gratiam, ille auertit ſe à creatura, vt veſtigia Chriſti præcuntis ſequatur. Sic fecit Magdalena, de qua inquit D.
Aug. lib. 50. Hom. Tom. 43. Tom. 10. Auguſtinus. Quæ diù malè ambulabat, veſtigia recta quærebat, ideo ad pedes domini procubebat. Sic veſtigia Chriſti præeuntis ſequebantur S. Martyres, Confeſſores, virgines &c. Et nunc ſequuntur boni Chriſtiani & viri Religioſi, quorum vnuſquiſque iure merito illud Pſalmiſtæ ſibi vſurpare poteſt *Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis, &*
Pſal. 39. v. 3. *ſtatuit ſupra petram pedes meos & direxit greſſus meos* Homines enim ſenſuales, dediti concupiſcentijs mundi huius, ſunt homines ignaui, quia cùm de hoc mundo ad alium tranſire volunt, non attendunt ad petras, & lapides altos, per quos pertranſiuit Chriſtus, ideo in luto immerguntur. Sed homines Chriſtiani, attendunt ad veſtigia Chriſti; attendunt ad lapides, ad præcepta Dei, & de vno in alium deſcendẽdo, immaculato pede pertranſeunt, & ad portum ſalutis duce Chriſto perueniunt. Cognoſcit præterea oues ſuas quia nũquam earum obliuiſcitur. Per Iſaiam de ſeipſo ait. *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſeratur filio vteri ſui, & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.*
Iſai. 49. v. 15. Matres quæ diligunt filios ſuos, communiter dicunt eos eſſe pupillam oculi ſui. Quod ſi diceretur, quod ipſamet mater eſt pupilla oculi infantis, maioris amoris & diligentiæ ſignum eſſet, quia non ad propriam vtilitatem videretur attendere, ſicut cùm dicit, quod puer ſit pupilla oculi eius, ſed infantis commodum exoptare, cuius pupillam oculi ſe eſſe diceret. Et in hoc ſuperat Chriſtus matrum amorem & diligentias qui per Zachariam ait. *Domini*
Zac. 9. v. 1. *nus eſt oculus vniuerſæ carnis & tribuum Iſrael.* Deus eſt pupilla oculi gregis ſui, vt alias dixit, Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Ideo, hæc conſiderando D. Auguſtinus
Aug. in lib. Confeſ. inquit. Sic curas vnumquemque noſtrum tanquam ſolum; & ſic omnes tanquam ſingulos. Quod cùm ita ſit, non eſt mirum quod cognoſcat oues ſuas, eas paſcat, ante eas vadat, ſicut aries qui præcedit gregem ſuum. Cæterum ad declarandam amplius ſui amoris immenſitatem addit.

SICVT NOVIT ME PATER ET EGO AGNOSCO PATREM, ET ANIMAM MEAM PONO PRO OVIBVS MEIS. Quaſi diceret. In hoc conſtat quia cognoſco patrem, & cognoſcor à patre, quia animam meam pono pro ouibus meis. Oſtendit Chriſtus quantum dilexerit patrem in horto. Per temporalem conſolationem, honore ſibi debito, Pater ſpoliatus fuit, à primis parentibus noſtris; ideo omni conſolatione Chriſtus ſe ſe priuare voluit, Propterea in horto ſanguinẽ ſudauit. Quando homines timore & pauore perturbantur naturale eſt, vt tunc palleant & frigeant, quia totus ſanguis recurrit ad cor, vt cordi trementi ſubueniat, totum oppoſitum erat in Chriſto, noluit vt in agonia etiam ſanguis cor eius adiuuaret, & ſolaretur, Ideo totus ad partes exteriores recurrens, per Antiperiſtaſim ſanguineo ſudore ſudauit, quia cũ cor repuliſſet a ſe illum ſanguinem, per venas eſt dilapſus. Atque ita omnia futura tormenta præſentabantur Chriſto, ſinè vllo etiam proprij ſanguinis auxilio, quod erat maximæ triſtitiæ & doloris genus. Oſtendit etiam in captione quantum dilexit honorem ſuum vilis & abiecta creatura. Homo per inobedientiam Deo honorem abſtulit; Ideo vt hunc honorem reſtitueret Deo, à viliſſimis ſeruis capiet, ligari voluit, quod fuit tantæ dilectionis, vt difficilè ſit iudicare, vndè ſit maior paſſio, & excellentiane patientis, an vero ex vilitate illius, á quo & pro quo Chriſtus patiebatur,

In flagellatione etiam, oſtendit quantum diligeret honorem patris. Cùm enim primus homo, non ſolum regalem, ſed quaſi diuinitatis coronam capiti ſuo imponere appeteret. Eritis inquit ſicut Dij, Deo quodammodo honorem ſui ferre præſumpſit; Ideo Chriſtus flagellari, & ſpinea corona coronari voluit. Et ita affirmant aliqui, quod eodem tempore Chriſto domino corona ex ſpinis texebatur quo flagella & coronam ex ſpinis ſe ſuſcepiſſe ex dilectione erga nos, & ob honorem patris. Oſtendit item quantum dilexit Patrem, cùm chlamide coccinea indui voluit, per illam enim purpuream veſtem, proprio ſanguine tinctam, reſtituit veſtem candidam innocentiæ, quam primus homo nõ ſine contemptu Dei, à quo eam acceperat, amiſit. Denique vt oſtenderet quantum dilexerit Patrem animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, in cruce mortuus eſt, ne perirent quos ipſe pater condidit, ſed vitam haberent, & abundantius haberẽt. Itaque ex charitate qua hæc pro nobis paſſu, & mortuus eſt, oſtendit quantum patrem, & honorem eius diligat. Et hoc eſt quod dixit, *ſicut nouit me pater & ego agnoſco patrem & animam meam pono pro ouibus meis*: id eſt, ea charitate qua pro ouibus patior & morior, oſtendo quantum diligam patrem. ET ALIAS OVES HABEO QVÆ NON SVNT EX HOC OVILI, ET ILLAS OPORTET ME ADDVCERE, ET VOCEM MEAM AVDIENT. ET FIET VNVM OVILE ET VNVS PASTOR.

Vigilantia atque diligentia paſtoris noſtri hic commendatur, quæ eſt tertia boni paſtoris conditio, per ſimilitudine galli expreſſa. Et reuera redemptionem noſtram, qui ex gentili populo venimus Dominus aſpexerat, cum ſe velle adducere alias oues dicebat. Hoc quotidie fieri aſpicimus hoc reconciliatis gentibus factum hodie vt denique nam quaſi ex duobus gregibus Iudaico ſcilicet, & gentili populo vnum ouile effectum eſt vna Eccleſia Catholica Romana, mater omnium Eccleſiarum. Reliquæ vero ſectæ Hæreticorum & Schiſmaticorum, ſunt Synagogæ Sathanæ. Habemus vnum paſtorem, ſummum ſcilicet Pontificem Romanum ſucceſſorem Beati Petri, & legittimum Chriſti vicarium. Huic vnitati viri fratres ouilis & paſtoris totis viribus adhæreamus, illam ambabus vlnis amplectamur, atque indefeſſe, & immobiliter teneamus. Nam & bonus paſtor, ideo animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit, vt diſperſas congregaret in vnum; ideoque ſæpius patrem orauit, vt credentes in eum vnum eſſent. *Confitebor* (inquit
Pſal. 110. v. 1. David) *tibi Domine in toto corde meo in conſilio iuſtorum & congregatione*. Vbi ergo ſunt qui ſeparant ſe ab Eccleſiæ Catholicæ vnitate animalia multa rationis expertia. Anima tua, ſpiritus tuus non viuificat membra, niſi quæ in corpore tuo inuenerit. Ramus abſciſſus ab arbore, areſcit & in ignem mittitur. Ouis à grege egreſſa, & ſola incedens ruinæ patet & neci. Cùm Apoſtoli eſſent ſimul, & orarent, motus eſt locus in quo orabant; Similiter cum eſſent in vnum congregati propter metum Iudęorum Spiritus Sanctus repentino ſonitu deſcendit ſuper eos. Magnam ergo vim habet Eccleſiæ Catholicæ vnitas, extra quam nõ proſunt ei Sacramenta. Hanc ſanctam Eccleſię vnitatem ſtudioſè conſeruate cautè tenete: Ideo enim mortuus eſt bonus paſtor, vt fieret vnum ouile, & vnus paſtor. Iſte eſt ſcopus hodierni Euangelij, ad hunc finem tendunt, quæ in hodierno ſermone per me explicata ſunt. Quid enim prodeſt mercenarium non extitiſſe, lucra animarum laborioſè quæſiuiſſe, lupos abegiſſe (ſi quod abſit) Eccleſiæ vnitatem ab egeris? Extra quam charitas nequit vſquam conſiſtere, & cui charitas deeſt Iudæus, eſt Iudas eſt, Simon magus eſt, Antichriſtus eſt. Fugiamus ergo hanc ſententiam malorum. Da nobis domine fidei vnitatem, vt ſeruemus & amemus eam in vita, poſt mortem verò tibi per charitatem in cælis intimè coniungamur. Amen.

INSTITVTIO
Moralis
Dominicæ Secundæ poſt Paſcha.
De Perſeuerantia, & Conſtantia.

Bonus Paſtor ponit animam pro ouibus ſuis. Ioan. 10. v. 1.

Eſt & aliud malum quod vidi ſub Sole, quaſi per errorem egrediens à facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi. Eccleſ. 10. v. 5.

PErſeuerantia, & cõſtantia virtus omnibus quidem ſine vlla exceptione populis Chriſtianis competit; maximè tamen prælatis, doctoribus & paſtoribus in Eccleſia Dei, ita vt nihil peius, nihil periculoſiùs ſit in Eccleſia Dei, quam prælatus & paſtor leuis, atque inconſtans, quem Eccleſiaſtes vocat ſtultum. *Eſt* (inquit) *& aliud malum quod vidi ſub Sole*, malum ſpeciale, malum omnibus malis peſſimum, malum quod ex propoſito impoſſibile eſt fieri, ſed ex inaduertentia & errore, quod egreditur à facie Principis, non cuiuſcunque, ſed Principis tenebrarum, vt inquit Gregorius Neoceſarienſis. Qui licet intendat nocere Eccleſiæ, vbicunque ſe ſe offert occaſio nocendi; tamen hoc eſt particulare, & quaſi per errorem nocumentum. Nam quemadmodum in panno candido, quælibet macula facilè cernitur, in panno autem fœtido, & maculis deturpato, non item adeò, vt maxima debeat eſſe macula, quæ inter alias maculas panni appareat maior, ita inter tot Dæmonis malitias, hæc eſt macula & malitia maxima, quæ ceteras ſuperat, quod ſtultum ponit in dignitate ſublimi leuem inconſtantem & negligentem. Inconſtantia enim, & negligentia atq; leuitas, eſt ex defectu conſilij, iudicij, & rationis; atque ita eadẽ ſunt principia ſtultitiæ, & inconſtantiæ. Nullus paſtor, & prælatus etiamſi ſcientia doctrina cæteriſq; qualitatibus laudabilibus polleat, laude dignus eſt, ſi non eſt diligens, conſtans, & perſeuerans in operibus, & actionibus ad officium ſuum pertinentibus. nullus talis ad dignitatem ſublimem promouetur à Principe lucis, ſed non niſi à Principe tenebrarum. Interpretes Sacræ Scripturæ mirantur, & inquirunt, quare Deus quodlibet opus ſuum quod creauit, prima, tertia, quarta, die & ſequẽtibus, approbauit, & collaudauit dicens. *Et vidit Deus quod eſſet bonum.* Prima die de productione lucis dictum eſt, vidit Deus quod eſſet bona, tertia die de productione terræ dictum eſt, vidit Deus quod eſſet bona, idem dictum eſt de Sole, Luna, die quarto, de piſcibus die quinto, de alijs animalibus die ſexto, de eo autem quod creauit die ſecundo, non legimus in Sacra Scriptura, quod approbauerit, & collaudauerit dicendo, & erant bona, aliqui putant id propterea accidiſſe, quia die ſecũdo creauit Angelos: & quoniam prçuiderat futurum Angelorum caſum, ideo noluit eos ore ſuo ſtatim poſt creationem canonizare, ſed hæc conſideratio eſt magis deuota quàm vera. Communi enim conſenſu doctorum Angeli fuerunt creati in principio primæ diei: aliàs fuiſſent viatores toto integro die ſecundo, contra omnem ſententiam ſcholaſticorum. Melior ergo eſt conſideratio Nicolai de Lyra, qui affirmat, quòd die ſecundo dixit Deus, vt refert Moyſes, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, aquas criſtallinas ex quibus creauit cælos, machinam ſupremam cælorum, ab aquis Elementaribus, & quidem ex aquis criſtallinis creando cælos, perfecit & finiuit opus die illo, aquas autem Elementares reliquit, vſque ad tertium diem, vbi quando congregauit aquas in locum ſuum, & congregationes aquarum appellauit Maria, quod fuit ſecũdo die, opus ſuum laudare noluit; quia totum illud opus ſecundæ diei nõ erat finitum, & perfectum, vt innueret nihil dignum laude eſſe: nec in prælatis & pa-

Marginal notes (right column): A; Gregori. Neoceſ.; Gen. 1.; Liranus

& paſtoribus, quos ſignificat cælum criſtallinum, nec in cæteris chriſtianis quos ſignificant aquæ elementates, quod finem ſuum non ſortitur, & quod vſque in finem non perſeuerat. Vtrumque tamen opus laudauit die tertia, vt aduertit Nicolaus de Lyra, ideo inquit ſubticuit prædictum verbum die ſecunda, & die tertia illud bis dixit, vt innueret ſolam perſeuerantiam laude dignam eſſe.

Tota ergo laus boni paſtoris eſt perſeuerantia, & conſtantia, quod etiam ſignificat Ezechiel Propheta, in illis quatuor animalibus, de quibus dixit. *Non reuertebantur cum ambularent, ſed vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.*

Ezech. 1. v. 12.

Debent prælati, & paſtores eſſe Aquilæ per prudentiam, homines per miſericordiam, & compaſſionem, leones fortes per fortitudinem, boues per tolerantiam laborum, & moleſtiarum. Sed maximè ad hoc attendere debent, vt cum ambulant, ſe & alios in cælum dirigendo non reuertantur, ſed ante faciem ſuam ambulent, perſeuerando, & conſtanter procedendo, in his, quæ ſpectant ad ſalutem animarum, & nullatenus ad ea quæ terrena ſunt, & quæ reliquerunt reflectantur, vt inquit Gregorius. Pennata animalia minimè reuertuntur, cum incedunt; quia prædicatores Sancti, ſic à terrenis actibus ad ſpiritualia tranſeunt, vt ad ea quæ reliquerunt vlterius nullo modo reuertantur.

Gregor. hom. 5. in Ezechielem.

Et hoc etiam expreſiſſè videtur Chriſtus Dominus, qui omnino voluit, vt Apoſtoli Doctores, Prælati, Paſtores eſſent ſal. Nam quam diu ſal in ſuo eſſe perſeuerat, ad omnia vtile eſt, & neceſſarium? ſi autem in aquam projiciatur, totum euaneſcit, & deſinit eſſe ſal, quia in aquam diſſoluitur, ſic prælati & paſtores quamdiu ſunt perſeuerantes, & conſtantes in ſua dignitate perſiſtunt, ſi autem ab officio ſuo deſiſtãt, erit ſicut populus ſic ſacerdos, nõ recognoſcentur amplius, tanquam paſtores. Perſeuerantia ergo, & conſtantia eſt virtus ſummè neceſſaria paſtoribus, qui principem paſtorum Chriſtum imitari deberet, vbi enim perfectior perſeuerantia, quam in operibus redemptionis, ſta enim redemptor noſter perſeuerauit in redimendo mũdo, quouſque animam ſuam poneret pro ouibus ſuis. Vtinam ſicuti non eſt ſublimior dignitas dignitate paſtorali, ita etiam à facie principis, paſtorum, tales egrediantur paſtores, & gubernatores Eccleſiæ, qui ex perſeuerantia, & conſtantia collaudentur à Deo, quod ſicut ſal, & animalia quæ ambulant, & non reuertuntur ad carnalia deſideria, & mundi vanitates. Sed vt intelligamus quantum malum ſit, cum ſtultus, leuis, & inconſtans, ponitur in dignitate ſublimis, & quàm vtilè ſaluti animarum, cum promouetur conſtans, & virtute perſeuerantiæ præditus, de vtraque hac virtute in iſta inſtitutione agemus. Et primò qualiter perſeuerantia ſit omnibus chriſtianis neceſſaria dicemus, & quod conſtantia ſit fulcrum illius, & quod ipſa maximè prælatos deceat, ne de illis verificentur verba Salomonis. *Eſt & aliud malum quod vidi ſub ſole, quaſi per errorẽ egrediens à facie Principis.* Deinde qualis virtus ſit perſeuerantia & conſtantia pertractabimus.

B

Si perfecti, id eſt omni virtute præditi ad paſtoralem dignitatem homines euehendi ſunt: tum vel maximè ij, quos perſeuerantia, & conſtantia exornauit. Perfectio enim virtutis chriſtianæ, non conſiſtit in incipiendo & in feruidis principijs: ſed in perſeuerando, & in continuatione operis cum virtute coniuncti. Multos vidimus feruidos ab initio, qui tamen citó defecerunt, quorum præmia, & coronas perſeuerantes præripuerunt, arbores quæ citò creſcunt, & à radice ſe ſe extollunt citiſſimè deficiunt, & leui nocumento frigoris, aut alicuius intemperamenti areſcunt, & concidunt. Non eſt virtus chriſtiana, vt muſtum vuarum, quod ex principio dulce, ſucceſſu temporis acerbum, ſed ſicut muſtum granatorum quod ſucceſſu temporis dulceſcit. Debẽt virtutum cultores eſſe ſicut mare, quod licet plurimas aquas recipiat, nunquam tamen creſcit aut redundat, cuius ratio eſt, quia flumina continuo renouantur, fluunt, & refluunt; fluunt ad irrigandam ſuperficiem terræ, & iterum in mare refluunt, ſic homo chriſtianus debet eſſe, ſicut mare abundans virtutibus, quæ continuò fluant ad irrigandos animos proximorum, ita tamen, vt continuò redeant ad eum à quo effluxerunt; Et hanc ob cauſam fortaſſis Salomon, in templo magnificè extructo, poſuit mare æneũ, vbi ſe lauarent Sacerdotes, quod dicatur æneum, non eſt mirum, quia vas in quo fuerat poſita aqua ad lauandum, erat ex ære. Sed cur dicitur mare, cum nec aquam vnius fluuij contineret? ad ſignificandum, vt opinor, quod Sacerdotes qui ad ſacrificium accederent, deberent eſſe ſicut æs, & mare, æs quod metallum eſt durum, & forte quo ad conſtantiam, & mare quo ad perſeuerantiam. Vt quemadmodum in mari continuò fluunt, & refluunt flumina, ita Sacerdotes continuò bonis operibus abundent, vel ne de facili turbentur, & à virtutum exercitio deturbentur, ſicut mare nunquam eſt turbidum, nihilque habet admixtum de terra, ſed ſemper conſeruat colorem cęleſtem: ita virtutum amator, perſeuerando, & conſtanter agendo colorem cęleſtem induere, id eſt è cęlis auxilium poſtulare debet.

2. Reg. 8.

Ex his liquido conſtat, quam neceſſaria ſit cuius chriſtiano perſeuerantiæ virtus, ſiquidem opus bonum, non in incipiendo, ſed in continuando conſiſtit, vt iam declaratum eſt. Quod ſi quilibet noſtrum, ea indiget, quanto magis prælati & paſtores. Accedit *quod habemus theſaurum in vaſis fictilibus* natura ſumus mutabiles, & difficiles ad bona opera continuanda. Deinde Deus multoties ex cauſa noſtra tardius nobis auxiliatur. Et denique extant inimici plurimi, qui nos à bonis operibus retrahere conantur; ideò magna conſtantia opus eſt, & dono perſeuerantiæ. De mutabilitate hominis inquit Iob. *Contra folium quod vento rapitur oſtẽdis potentiam tuam.* Quid enim eſt homo niſi folium tenue & debile? quod ad flatum leuis auræ leuiter mouetur, & ad quantamlibet partem flectitur, ad impetum verò fortiſſimi venti conuellitur. Talis inquam, talis eſt humanæ vitæ conditio, inconſtans, inſtabilis, inquieta, confidens in nihilo & ſequens vanitatem. Si aura honoris flauerit, ſtatim folium exurgit: quod depreſſum videbatur, & priſtinæ humilitatis oblitum, in virum quaſi alterum mutatur, ſi verò ſpirauerit Aquilo rigeſcit, quod ſi auſter, areſcit. Nonnè verè folium eſt homo, qui nunquam ſibi conſtat? Et quoddam animal, quod pro varia aeris mutatione, & diſpoſitione, mutationis vices recipit, huic profectò homo cõparari poteſt, qui modo cæleſtibus appropinquat, modo terrenis rebus implicatur, modo triſtibus mæret, modo lætis ſoluitur. *Quæ eſt vita veſtra? (inquit Iacobus Apoſtolus) vapor eſt ad modicum parens, deinde exterminabitur.* Vapor ex terra humida naſcitur, & corpus hominis ex terra productum eſt, cuius commercio anima inconſtantiam incurrit. Vapor eleuatus non aſcendit vltra tertiam regionem aeris, homo quoque raro pia meditatione æternam regionem ingreditur, vapor oritur cito, & reſoluitur, homo etiã vix natus, continuo deſinit eſſe. Propterea docuſſimus Marcus Varro, hominẽ nebullam appellauit, & Salomon. Veſtigium nubis. Iob verò velocem curſorem, & naues poma portantes nominauit. Eſaias fænum, & florem, fæni. Iterum Iob. *Memento* (inquit) *quia ventus eſt vita mea,* quæ ergo conſtantia eſt in folio, quod vento rapitur, in vapore quod ad modicum patet, in nonnulla ſine ſpuma aquæ, quæ ſtatim diſpergitur, in veſtigio nubis, quæ à vento circumfertur, in veloce curſore, & nauibus poma ferentibus, quæ ſolum odorem poſt ſe relinquunt, in fæno & flore fæni; qui vt ſenſerit æſtum marceſcit, in vento qui nunquam conſiſtit eadem, & in homine locum habebit? Non ſumus ſicut Angeli, de nobis enim dixit Apoſtolus. *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus.* Angeli ſunt vaſa aurea, vas aureũ nunquam exſiccat liquorem, liquor in vaſe aureo quo ad odorem, ſaporem, perſeuerat, in vaſe autem fictili exſiccatur, & putreſcit. Theſauri ſunt virtutes, & bona opera, quæ facilius ob fragilitatem noſtram deficiunt in nobis. Quocirca continuatione, diligentia, & perſeuerantia magna opus eſt.

2. ad Cor. 4. v. 7.

Iob 13. v. 25.

Cap. 4. v. 14.

Varro.

Cap. 40.

Iob. 7. v. 7.

1. ad Corinth. 4. v. 7.

C

Deum quoque tardius auxiliari, quàm homines velint, etiam antiqui aduerterunt, hinc apud eos ortum fuit adagium. Deos laneos pedes habere. Id enim innuere videtur Oſeas Propheta, erudiens populum Iſraeliticum nomine ipſius Dei. *Ego* (inquit) *exaudiam cęlos, illi exaudient terrã, terra exaudiet triticum & oleum, & hæc exaudient Iſrael.* Vt quid iſtæ remiſſiones, an fortè Deus eſt ſicut Reges terreni? talis nè eſt diſpoſitio aulæ cæleſtis, qualis curiarum temporalium, vbi miſer homo poſſeſſiones ſuas conſumit, quã

Oſeæ 2. v. 2.

à Rege,

Digitized by Google

à Rege vel iudice exaudiatur. Si enim ſupplicat Regi. Rex remittit eum ad præſidentem. Præſidens ad ſecretarium, ſecretarius ad Senatum, & inde rurſus deuoluitur cauſa ad Regem, ſic Deus videtur etiam procedere in cauſis, & neceſſitatibus noſtris, recurrimus primo ad Deum, inde remittimur ad cælos, quia inuocandi ſunt ſancti, vt pro nobis intercedant, cœli exaudiont terram, id eſt homines, qui terra & puluis ſunt, terra exaudiet oleum, & triticum, id eſt homines iuſti in terra viuentes exaudient Iſrael, pro quo intercedunt, ratione tritici, & olei, ſupplè ratione eleemoſynæ, & hæc exaudient Iſrael. Iſrael eſt nomen illius qui alias dicebatur Iacob, Iacob interpretatur luctator, Iſrael autem interpretatur, qui videt Deum, multas ergo interceſſiones, quilibet luctator præmittere debet, quouſque videat Deũ, quouſque auxilietur ei Deus in lucta, quam habet cum paſſionibus, tẽtationibus, & vanis deſiderijs. Deus tardè exaudit, cum facilè exaudire, & ſtatim auxiliari poſſit, neque tamen cauſa tarditatis eſt Deus, ſed indiſpoſitio noſtra. Deus
Pſal. 21. v. 25. quantum eſt ex ſe, ſtatim exauditet, & multoties exandit, vt teſtatur Dauid. *Cum clamarem exaudiuit me.* Quod ſi aliquando tardat nos in cauſa ſumus. Eſt Deus ſimilis auri fabro, qui accepta gemma, vel aliquo lapide pretioſo, accepta etiam ſtatera, non ſtatim apponit gemmam ad ſtateram, verùm expectat quouſque ſtatera in ſuo eſſe cõſiſtat, nec in hanc, nec in illam partem magis propendeat, & aliquando bilances martelo percutit, vt facilius adæquentur, & tunc primum gemmam ad ponderandum deponit, ſic Deus procedere videtur, habet gemmam auxilij in manu ſua, in manu eius miſericordia eſt, tardat tamen apponere hanc gemmam, quia ſtateram conſcientiæ noſtræ indiſpoſitam, huc atque illuc propendentem videt, quam aliquando ipſe tribulationibus immiſſis in nos concutit, nè ad tetram magis propendeat. Perſeuerantia ergo magna opus eſt, maximè cũ tot aduerſarios, tot inimicos habeat virtus.

Aduerſantur virtuti vina, contradictiones plurimæ, contradictiones à Diabolo, & non ſolum ab ipſo, ſed & Angelis eius, de quibus inquit Chriſtus. *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius*, hi laqueos virtuti ſupponunt, neque ſolum ab his virtus patitur cõtradictiones, ſed etiam ab hominibus malis, qui incitant ad vitia, & à virtute hominem auocare nituntur, qui ſunt tanquam Angeli, & miniſtri Diaboli, nullo modo excuſabiles. Scri-
Alciatus. bit Alciatus in Emblematibus, quod ante ipſum retulit Philoponus de quodam, qui milites ad pugnam excitabat, quod cum captus eſſet, & ſe excuſaret, quod nullum in bello occidiſſet, nec eo animo in pugnam veniſſet, reſponſum eſt ei, quod plus nocuit, qui alios ad pugnam excitabat, quàm alij. Quam multi ſunt, qui ad pugnam contra virtutes alios excitant, miniſtri Diaboli, & à virtute auertunt. Adſunt contradictiones à detrahentibus virtuti, oportet enim ſapientiam ab inſipientibus feriri, ideo magna conſtantia, & perſeuerantia opus eſt, & memoria tenendum
Gregor. Libr. 16. Moral. illud Gregorij. Qui à ſtatu innocentiæ ante linguarum vulnera corruit: ipſe ſibi teſtis eſt, quod contra manſuetæ perſecutionis gladios non perſiſteret. Item contradictio-
Pſal. 101 v. 9. nes à traditionibus, & hominibus ſimulatis, de quibus inquit pſalmiſta, *Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me aduerſum me iurabant.* Hæc aduerſa, has contradictiones debet vincere, vir conſtãs, & in bono operè perſeuerare optans, Ideo conſtantiæ virtute firmandus eſt animus, ne & leuitate propriæ fragilitatis deprimatur, & dilatione auxilij diuini puſillanimis fiat, & à contrarijs vincatur, ſed vſque in finem perſeueret. Maximè verò prælatus, & quilibet in ſublimi dignitate poſitus, id facere debet, iſte enim acriores habet inimicos, ita vt de quolibet i-
Oſeæ 14. v. 7. ſtorum dici poſſit illud Prophetæ. *Erumpet radix eius, vt libani, & ibunt rami eius.* Vel vt ſeptuaginta legunt, faciet ramos ſuos, ita fortiter, vt ſolent cedri libani, qui nullis cedũt ventorum aduerſis flatibus, vt ſolent quercus firmari in terra, de quibus Virgilius.

Virgil. 4. Aeneid.
Ac veluti annoſam validam cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc.
Eruere inter ſe certant: it ſtridor & altæ
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.

Agitari inquit ventibus, arbor in terra benè fortificata poteſt, ſed euelli nunquam, ſic vir conſtans animo, qui firmas radices iecit in cælo, & virtutum agro agitari quidem poteſt vitijs, alijſque aduerſitatibus, ſed deijci nunquam, vt idem Poeta ſubdit.

Haud ſecus aſſiduis hinc atque hinc vocibus Heros.
Tunditur, & magno præſentit pectore curas,
Mens immota manet, lachrimæ voluuntur inanes.

Iam verò inueſtigandum qualis virtus ſit perſeuerantia, poſtquam oſtendimus, quam ſit neceſſaria, tum chriſtianis omnibus, tum maximè prælatis. Et in primis aſſignanda eſt differentia, inter conſtantiam, & perſeuerantiam, tanta eſt enim harum virtutum ſimilitudo, vt nulla prorſus inter eas differentia eſſe videatur, vtraque pertinet ad fortitudinem, vtraque eſt omnibus virtutibus adeò neceſſaria, vt nulla virtus dignum præmium ſine eis aſſequi D
poſſit, vt inquit D. Bernardus. Tolle perſeuerantiam, nec D. Bern.
obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec epiſt. 129
laudem fortitudo, quemadmodum enim pertinacia, & induratio eſt præcipua vitiorum malitia, iuxta illud. *Male-* Gen. 49. v. 7.
dictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura, ita conſtantia, & perſeuerantia, eſt virtutum decor, & ornamentum, ac bonorum operum corona. Saul cum eſſet paruulus in oculis ſuis, caput in tribubus factus eſt: non perſeuerans in humilitate, & Regnum amiſit, & vitam hucuſque ille. Id ipſum accidit Samſoni prout ſubdit idẽ
Bernardus. Si cautela Samſonis, ſi Saulis deuotio perſeue- Bern. vbi
rantiam obtinuiſſet, nec is profectò priuaretur Sapientia, ſupra.
nec ille viribus, vtraque ergo eſt virtutum ornamentum, & complementum. Nihilominus illud tamen in primis intereſt inter has virtute, conſtantiam nimirum, & perſeuerantiam, ſeu firmitatem, quod firmitas ſeu perſeuerantia, permanentiam tribuit in opere, conſtantia verò in propoſito. De perſeuerantia prius loquamur.

Hæc virtus ſic communiter definitur. Perſeuerantia eſt Perſeue-
virtus, qua quis firmiter, vſque in finem in bono perſeue- rantia.
tat & perſiſtit, cæterum tanti illa à Theologis æſtimatur, Deffinit.
vt inter illa duo ſummè gratuita connumeretur, quæ nullus mereri poteſt ex communi conſenſu Theologorum. Incarnatio Filij Dei non cadit ſub merito, quia nulla creatura mereri potuit, vt verbum caro factum ſit. Maternitas etiam Beatiſſimæ Virginis non cadit ſub merito, quia quod pura creata ſit Mater Dei, nullus mereri potuit, his adijcitur tertium, quod ſimiliter non cadit ſub merito, nimirum donum perſeuerãtiæ. Ita vt quemadmodum prædicta duo, incarnatio Verbi, & Maternitas Beatiſſimæ Virginis, non cadunt ſub merito, ſed ex mera Dei liberalitate, & miſericordia dependent, ita & perſeuerantia in bono, vnde colligitur quod perſeuerantia virtus, ſeu donum perſeuerantiæ quo ad hoc eſt dignus quocunque præmio, etiam præmio gloriæ æternæ, nam gloria cadit ſub merito, iuſti enim merentur gloriam, & non quomodocunque, ſed ex iuſtitia, vt
inquit D. Paulus. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, iuſtitia 2. ad Timot. 4.
autem requirit quandam æqualitatem, perſeuerantiam au- v. 8.
tem nullus meretur, ideo nihil æquale habere videtur. Et licet communiter Theologi doceant, donum perſeuerantiæ eſſe effectum Euchariſtiæ, vt docet D. Thomas, cum D. Tho.
ait. Perceptionem Euchariſtiæ neceſſariam eſſe ad conſum- Sent. 3. q.
mandam vitam ſpiritualem. Et alias docet quod vita ſpiri- 76. art. 3.
tualis, per hoc Sacramentum perficitur, ex quibus cum ſpi- Et q. 79.
ritualis vita, nec conſummata, nec perfecta ſit, vſque ad vi- art. 1. ad
tæ beatæ conſecutionem, clarè patet effectum Euchariſtiæ, primum.
eſſe donum perſeuerantiæ, ſine quo id non conſequimur. Rophen.
Quod etiam docet Rophenſis, & hæc doctrina, vt vera te- lib. 2. con
nenda eſt, quicquid dicat Caietanus 3. p. q. 80. maximè ſi in t. 1. Aeco
telligatur de ſuſceptione Sacramenti, ſiuè in re, ſiuè in vo- lãpadiũ.
to. Nam ſi de reali ſolum ſuſceptione Euchariſtiæ intelli- in proœ
gatur, talis doctrina eſt potius error Armænorum, vt re- mio.
fert Vualden. Thom. 2. de Sacramentis. Eſt ergo donum Caietan.
perſeuerantiæ effectus Euchariſtiæ Sacramenti, hoc tamẽ Valdẽſis
non obſtante, certum eſt, quod à ſola liberaliſſima manu Tom. 2.
diuina procedit, qui virtutes omnes dono perſeuerantiæ ve- de Sacr.
ſtit, & exornat. In quo ſimilis eſt perſeuerantia ſenſui ta- cap. 91.
ctus, nam quemadmodum ſenſus tactus eſt per totum cor-

pus

pus diſperſus; ita perſeuerantia omnibus virtutibus eſt annexa. Cuilibet ſenſui natura determinauit particulare organum, viſui oculum, auditui aures, olfactus nares, guſtui palatum, ſed tactum per totum corpus diffudit, quia eſt quaſi ſpecula totius hominis, ſpeculatores poſiti in ſpecula, communiter ſunt plures, in quo tactus ſuperat, qui cum ſit vnus, de contrarijs certificat cor per dolorem, vnde naturaliter, cum aliquis percutitur inopinatè, in clamorem, vel gemitum prorumpit, quemadmodum ergo tactus totius corporis eſt ſpecula, & cuſtos, ita perſeuerantia omnium virtutum, quod expreſiſſe videtur D. Paulus, cum inquit.

1 ad Cor. 15. v. 16. *Gratia Dei ſum id quod ſum, & id quod non ſum.* Hæc gratia eſt perſeuerantia, quæ omnes ſequitur virtutes, & duo habet officia. Vnum eſt dare eſſe virtutibus, ceſſante enim perſeuerantia, ceſſat virtus, aſſiſtente vitiuti perſeuerantia, manet virtus in ſuo eſſe. Aliud eſt, vt tanquam ſpecula virtutum, diſcoperiat, prodat, & repellat vitia, quæ inſidiantur virtutibus, multo magis quam aduerſitates corpori humano, & hoc innuit D. Paulus cum addit, *Et id quod non ſum.* Perſeuerantia enim efficit, vt is qui in humilitate perſeuerat, non ſit ſuperbus qui in ſapientia perſeuerat, non ſit ſtolidus, &c. Sed multum deinde ſuperat ſenſum tactus perſeuerantia, tum quia eſt donum Dei, quo ad corpus miſticũ virtutum, tactus autem eſt naturæ donum, in ordine ad corpus materiale, tum quia tactus non extenditur ad oſſa, & dentes, hæc enim ſenſu tactus carent, quod ſi aliquando oſſa dolent, & ad gemitum hominem prouocant, dum percutiuntur, & abſcinduntur, id non eſt propterea quod oſſa ſẽſum tactus habeant, ſed quia tenuiſſimi nerui in oſſibus reperiuntur, qui cum ſint delicatiſſimi, dolorem excitant, & gemitum prouocant, ſic igitur oſſa, & nerui ſenſu tactus carent. Perſeuerantia autem ad omne quidquid in corpore reperitur virtutum, ſe ſe extendit, omnes virtutes circumdat, & protegit, quælibet virtus ſine perſeuerãtia dolet, & gemit, quia præmium ſuum non aſequitur ſinè perſeuerantia. Neque ſolum perſeuerantia eſt virtutum protectrix, decor, & ornamentum, ſed etiam omnium bonorum operum præmium, & corona. Nullus ſperet, & putet ſe accepturum præmium, gloriam, & beatitudinem, niſi in finem perſeueret, nullus ſcribetur in libro vitæ, niſi qui perſeuerauerit vſque in finem.

E

Conſuetudo eſt in Eccleſijs Cathedralibus Eccleſiarum Hiſpaniæ, adeſſe aliquem qui notat venientes, abſentes, & perſeuerantes, vt diſtributiones diuidi poſſent ſecundum præſentiam, vel abſentiam. Deus habet librum in quo inquit Propheta omnes ſcribentur. Pſal. 138. v. 16. *Et in libro tuo omnes ſcribentur*: ſuplè perſeuerantes, ex hoc libro diſtribuit gloriam. Sed ſicut in diſtributionibus Eccleſiarum Cathedralium, magis attenditur egreſſus, quàm ingreſſus tempeſtiuus, licet enim aliquis ingrediatur Eccleſiã ante inceptionem officij, ſi tamen non perſeuerant, ſed antequam res diuina finem ſuum ſortita fuit egreſſus eſt, nõ eſt abſque mulcta, ita Deus magis attendit ad egreſſum, quam ingreſſum, iuxta illud Chriſti Domini. Matt. 20. v. 16. *Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.* Perſeuerantibus quamuis aliqui tardius venerint, varia Deus diſtribuit præmia, tempeſtiuè autem venientes, at non perſeuerantes, expectat mulcta, & hoc eſt quod inquit D. Auguſtinus. Aug. in pſalm. Si non vſque in finem ſperaueris, deletur totum quod ſperaueris. Nec mirum: quia commune eſt axioma iuriſtarum, Iuriſtarũ axima. Quod à principio ratum non fuit, tractu temporis non conualeſcit, benè tamen è contrario, multoties retrahuntur aliqua, contingit enim quod aliquid in principio ratum, & validum fuit, ſucceſſu tamen temporis, vel propter ingratitudinem eius, qui recipit beneficiũ, vel propter mutabilitatem, vel inconſtantiam, & quod non perſeuerauerit, diſſoluitur. Accidit quod aliquis ex porta egrediens, recta ad locum ſibi determinatum tendat, ſed ſi in medio itinere alio diuerterit, & in primeua rectitudine non perſeuerauerit, à termino defixo deuiat. Multoties granum putum in principio, putreſcit in fine, & à vermibus corroditur; vndè anni quos comedit locuſta, vt habetur in Ioel. c. 2. prophetia Ioelis Menſes vacui, anni, & grana quos comederunt locuſtæ, ſunt illi quibus defuit perſeuerantia in benè operando. Ad duo maximè in viuentibus quibuſcunque; ideſt, tam in arboribus, quàm in alijs viuentibus temporaattendendum eſt, videlicet ad initium & finem. Poetæ communiter amygdalum vocant arborem fatuam, quia nimis tempeſtiuè floret, & periculo frigoris, atque ventorum flores exponit. Per oppoſitum ergo illæ arbores poſſent eſſe dictæ arbores prudentes, quæ tardius comas explicant. Refert Theophraſtus, quod apud Indos reperiuntur quædam arbores, quæ non orſi poſt centum annos fructificant.

Periculoſum ergo eſt cuilibet rei initium, ſed multò magis periculoſus finis, periclitatur arbor quo ad flores in vere, ſed magis periclitatur quoad fructus in autumno, dum ad maturitatem perueniunt, tunc enim, & ab auibus comeduntur, & à vermibus corroduntur, & à ventis deijciuntur. Periclitatur homo in iuuentute ideo dicebat Dauid. *Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris.* Pſal. 24. v. 1. Sed magis periclitatur in ſenectute, ideo idem dicebat, *Nè proijcias me in tempore ſenectutis, cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.* Pſal. 70. v. 9. Vbique principiũ, & finis eſt periculoſus, ſed finis eſt periculoſior principio, quia errores, qui in principio accidunt multoties corrigi poſſunt, errores autem qui accidũt in fine, non ſolum non poſſunt corrigi, ſed & omnia quæ præceſſerunt, inficiũt. Sicut enim bonus finis coronat opus: ita malus finis bona opera præcedentia inficit, & hoc eſt quod dicebat D. Ambroſius. Amb. ſup. Pſal. 33. Mors honeſta redemptio vitæ eſt, etiam diſcoloris, mors honeſta quam cauſat perſeuerantia in bonis operibus, non ſolum eſt corona bonorum operum, ſed etiam eſt redemptio eorum, qui vix aliquod, vel nullum meritum habebant colorem honeſtum mors honeſta accommodat, & communicat, illis operibus, quæ diſplicebant, vel non placebant oculis maieſtatis diuinæ, & non ſolum colore honeſtatis exornat, ſed & redimit, quemadmodum redimuntur captiui: opera enim mortificata, quorum valorem ſubſequens peccatum lethale ſuſtulit, & abſumpſit erant ſinè præmio, & merito, tanquam in captiuitate Dæmonis, hæc tamen mors honeſta redimit & reſuſcitat, quia id efficit, vt non ſint ſinè merito. Magnum ergo donum, & à Deo ſummis precibus poſtulandum eſt perſeuerantia, quæ coronat bona opera, & ſinè qua nihil valent cætera. Quid prodeſt fornicem ædificare, lateres fortiter cęmento cõpaginare ac conglutinare; niſi claudatur? ſi enim non clauditur facilè pluuia, vel vento diſſipatur, lateres qui poſterius applicantur, illi ſunt qui fornicem fortificant. Quid prodeſt aquam extrahere, ſi homo vel animal extrahens circa medium, vel vltra deficit? Deus enim non præmiat incipientes, ſed continuantes bona opera, & perſeuerantes in illis. Egregium, & facetum fuit illud iudicium Galieni imperatoris. Galienus Imperat. Is enim cum die quodam taurorum agitationi inſtitueretur; Imperator certa præmia aſſignare precepit, eis qui victoriam cum maiori dexteritate obtinuiſſet; accidit vt quidam egrediens in medium taurum lancea perfodere conaretur, ſed cum proiecisset lanceam, taurus incolumis euaſit, petijt ille, vt ſibi concederetur tempus corrigendi errorem, affirmans id quodam fato, & infortunio accidiſſe, permiſſum eſt ei, vt iterum proijceret lanceam, ſed ſicut prius taurus incolumis euaſit, permiſſum eſt tertio, quarto, quinto, & quouſque proijcere voluiſſet, ſed nihil profecit, & taurum ferire non potuit. Tandem Imperator iuſſit ſibi dari præmia, cum autem murmurarent alij, quod hominem ineptum, & in arte feriendi imperitum præmiaſſet, reſpondit Imperator, taurum toties non ferrè difficile eſt, ac ſi vellet dicere, ſaltem diuturnitas, & perſeuerantia in conatu, quamuis actu errore, aliquo præmio digna eſt. Per oppoſitum Chriſtus Dominus cæli & terræ Imperator, non errores, nec perſeuerantiam in erroribus, ſed perſeuerantiá in bonis operibus, dignam præmio iudicat, & præmiat.

F

Quapropter nullum diuturnitas moleſtiarum, & tribulationum, à continuatione bonorum operum deterrere debet. Imitetur quilibet bonus chriſtianus Zeuxim Pictorẽ de quo refert Valerius Maximus, Valerius Maxim. quod cum eſſet excellentiſſimus pictor, nimis tardè, & cum multo temporis diſpendio, in vno opere perficiendo, perſiſtebat. Aemulus autem illius dictus Agatarchus breuiſſimo tẽpore quolibet opus perficiebat. Cùm tandem populus lamentaretur, & contra Zeuxin murmuraret reſpondit ille. Diù pingo: quia pingo æternitati; ita, & nobis reſpondendum eſt, vt nos hortatur Apoſtolus. *Cum timore, & tremore operamini ſalutem veſtram,*

ſtram, cum timore & tremore Zeuxis artem ſuam exercebat, timens & tremens, ne in aliquo erraret, præcipuè circa finem operis, quia æternitati pingebat. Bona opera chriſtianorum, quæ dum præſens vita durat exercentur, ſunt illa quibus nō ſolum æternitas depingitur, ſed æternitas meritorię comparatur, ideo diuturnitas, & mora à continuatione eorum nullum deterrere debet, ſed dicendum eſt diù laboro, diù operor, & operor cum timore & tremore, quia operor æternitati, Nam perſeuerantia eſt bonorum operū corona, finis enim coronat opus. Lamentabatur quondam
Psal. 55. v.2. David. *Conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me*. Sed quod meritum habuiſſet, niſi etiam patienter tota die, id eſt, toto vitæ, vel perſecutionis tempore aduerſantium inſultus ſuſtinuiſſet. Nobiliſſima ergo, & ſummè neceſſaria eſt perſeuerantia, quæ non ſolum eſt virtus, ſed etiā ſpecialis virtus, & pars fortitudinis.

Hæc affinem habet virtutem conſtantiam, quæ eſt firmitas in propoſito, ſicut, & perſeuerantia firmitas & continuatio vſque in finem in opere, quæ communiter ſic definitur. Conſtantia eſt animi fortitudo, quæ ſtat recta ſub quolibet pondere, nullaque re minor efficitur, nihil enim conſtantiæ eorum, quæ ferenda ſunt, diſplicet: & quicquid in hominem cadere poteſt, in ſe cecidiſſe non quæritur, eſt ſiquidem non inconſulta temeritas, aut periculorum amor, aut formidabilium appetitus; ſed ſcientia potius diſtinguēdi, quod ſit malum, & quod non ſit. Hæc eſt contemptrix timendorum, munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, quo qui circumdedit ac ſtabilinit ſe, ſecurius in hac vitæ obſidione perdurat. Conſtans itaque, & compoſitus animus dicitur, qui nec elatum ſibi quicquam ſentit, nec abiectum: ſed in eodem habitu eſt, quocunque res cedunt, dolores, moleſtias, preſſuras, calamitates, iniurias ſua
Cicero. magnitudine deijcit, atque opprimit. Præclara eſt (teſte Cicerone in ſuis officijs) in omni vita æquabilitas, & idē ſemper vultus eademque frons. Qui ad hanc virtutem, Temperantiam quoque adiūxerit, quæ eſt omnium moderatrix cōmotionum, idoneus eſt ad bene beatèque viuendum. Conſtantia enim ab ægritudine, & a metu animum liberat. Tēperantia autem à libidine auocat, & inſolenti alacritate geſtire non ſinit. Ergo is quiſquis eſt, qui moderatione, & cōſtantia polleat, quietus animo eſt ſibi ipſi pacatus, vt nec tabeſcat moleſtus, nec frangatur timore, nec ſcienter quid appetens inordinato ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens inſoleſcat. Is nimirum eſt ſapiens quem quærimus, is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum, aut intolerabile ad dimittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendū
Horatius videri poteſt. Horatius iuſtum & tenacem propoſiti virum (inquit) non ciuium terret ardor praua iubentium, non vultus inſtantis Tyranni, non fulmina tonantis magna Iouis. Mente quatit ſolida, ſed totus ſi illabatur orbis, impauidū ferient ruinæ. Itaque qui conſtantes, & firmo animo ſunt, omnia quæ cadere in hominem poſſunt, deſpiciunt, & pro nihilo putant. Hæc eſt columna firmitatis, & fortitudinis: hæc eſt talaris tunica Aaron, à capite ad pedes vſque demiſſa, hoc illud calcaneum eſt, quo ſerpentis caput conteritur: hæc crucis longitudo, quæ latitudinem illam perſeuerantię fulcit: latitudo quippe bonorum operum, innititur longitudini, id eſt conſtantiæ; perſeuerantia eſt nauis, quæ nullis maris exagitantibus fluctibus, nulla vi, nullisque verborum impulſu quaſſatur, ſed incepto propoſito immobilis manet, eſt domus (vt inquit Sapiens) ſupra petram ædificata, quam nulla vis ventorum, aut imber de cælo vehemens, nec torrentis impetus quaſſare poteſt. Nec enim preces vllæ, nec minæ, nec vlla vis tormentorum, veram animi conſtantiam, euertere aut labefactare poſſunt. Stat conſtans vir intrepido vultu, firmo & non vacillanti corde, colore nunquā mutato, ad flagella hilaris, ad ſupplicia lætus, ad tormenta propenſus. Huic, & ſoli promittitur cęlum, vt innuit D.
ı. Cor.4. v.8. Paulus, cum inquit. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus &c.* quod egregiè D. Bernardus perpē-
D. Bern. dit, & contemplatur, quomodo enim beatitudo poteſt eſſe corona iuſtitiæ? ſiquidem corona æqualitatē requirit, præmij autem æterni ad temporalia merita nulla eſt æqualitas, ſicut æternitatis ad tempus nulla æqualitas eſſe poteſt, quomodo ergo eſt conora iuſtitiæ ratione conſtantiæ virtutis? reſpondeo, id fieri, ratione propoſiti, & animi, quo quis proponit, quod etiamſi viueret, non ſolum centum, aut mille annos, ſed per æternitatem, nunquam à virtutis tramite recederet. Tale propoſitum eſt quoddam infinitū, & æternum, quod enim homo moriatur, poſt annos quindecim, quinquaginta, vel centum, hoc per accidens eſt: animus tamen, & propoſitum fuit infinitum, & quamuis executionem mors impediuit, nihilominus conſtantiam animi non labefactauit, ratione cuius dicitur de homiue iuſto,
Conſummatus in breui expleuit tempora multa, quam multa? Sap. 4. v. 14.
centū? mille? aut tot millia? non dico tot millia, ſed infinita, tot, quot propoſitum, & animus eius determinauit. Nō enim dicit conſtantia virtus figendo columnas Herculis, non plus vltra; ſed ſemper dicit in exercitio virtutum plus vltra; poſſet hic aliquis quærere ex occaſione, quātum obligant vota religioſa eum qui in Religione profitetur? certum eſt quod obligant vſque ad mortem, non obligant ad decem aut viginti dumtaxat annos, ſed vſque ad mortem, ſi enim vno anno, plus vel minus à profeſſione emiſſa moreretur, ita compleret vota ſua, ſicut ille qui moritur poſt viginti annos. Si verò Deus per miraculum concederet ei viuere, non ſolum centum annos, qui eſt communis curſus vitæ humanæ, ſed etiam mille annos, aut decem millia obligaretur ne ſeruare vota? ita ſanè; quia obligatio illa fuit quodammodo æterna, ratione propoſiti, & conſtantis animi, in obſeruandis religionis votis. Quemadmodum etiā Chriſtus dixit de Sanctiſſimo Sacramento, quod ſit calix Sanguinis noui, & æterni teſtamenti, cum tamen certum G
ſit, quod poſt extremum iudicium, nulla erit adminiſtratio huius Sacramenti. Dicitur ergo æternum Teſtamentum, quia quantum eſt, ex ſe eſt immutabile, & ſi mundus duraret decem aut centum millibus annorum, adminiſtratio Sacramenti duraret. Eodem planè modo propoſitum, & animus viri conſtantis, eſt in ſe immutabilis, infinitus: & ideo illi de iuſtitia, & æqualitate reſpondet præmium infinitum, & corona iuſtitiæ.

Cæterum ad acquirendam hanc virtutem, plura requiruntur. Et in primis finis honeſtus. nam conſtantia niſi pro veritate ſuſcepta eſt impudentia, ſi autem pro veritate ſuſcipitur, fortitudinem comitatur, quod tunc fit, dum propter fidem, & iuſtitiam tolerat quodcunque malum temporale, imò, & ipſam mortem omnium terribilium terribiliſſimam, vt videre in Martyribus licet. Eſt autem tanta perſeuerantiæ, & conſtantiæ honeſtas, vt vel illa ſola nos inuitet ad ſequenda veſtigia eius. Hanc conſtantiæ, & perſeuerantiæ honeſtatem, contraria turpitudo leuitatis, & inconſtantiæ demonſtrat: Aequiſſimo quippe Dei iudicio fieri ſolet, vt ea deformitas inconſtantiæ, inter vitia omnia inſigniter ſe prodat, adeo vt & homines rudes & alias ſimplices, & inerudit inconſtantiam ferre non poſſint. Hinc eſt quod ille qui vel à fide quod Deus auertat deſciuerit, vel à votis religioſis, & clauſtro ad alium ſtatum deſecerit, omnium ſit ludibrio expoſitus, omnium ſannis proſtitutus; quotus quiſque enim eſt qui viſo eo non dicat. *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare*. Quamuis autē fructus perſeuerantiæ, non niſi peracto curriculo vitæ cognoſci poſſint, vbi oculis in anteactæ vitæ curſum reflexis, pro Deo conſtanter, & fortiter nos egiſſe videbimus: damna tamen quæ inconſtantiam ſequuntur quotidie cernimus, ex quibus vnum eſt, vt vix vnus è millibus à diſciplina quanis, quam bono conſilio iniuit, ſententia mutata deſtitit, qui in alia progreſſus faciat, Deo per ea damna ſignificāte, quàm bonorum iacturam inconſtantia nobis afferat, & quales fructus ex perſeuerantiæ dono colligere liceat. Puſilli illius gregis Apoſtolici caput, & Chriſti ſucceſſor Diuus Petrus, id nos exemplo ſuo docet, cum enim die quadam IESVS Chriſtus vera ſalus, & vita noſtra diſcipulis grauiter dixiſſet. Et vos vultis abire? Petrus illo iaculo perſtrictus reſpondit. *Quo ibimus? verba enim æternæ vitę habes*? perſeuerabimus, & conſtanter adhærere vitæ volumus, etenim à vita non niſi ad mortem recedi poteſt. Quod dixi de fructu, & vtilitate conſtantiæ, id dico de iucunditate, & lætitia, quæ non niſi peracto vitæ tempore, exactè percipietur, cum affluet, & dilatabitur cor noſtrum, & mirabitur illuceſcente gloria corona, & præmio perſeuerantiæ. Hæc ſanè nos inui

Digitized by Google

tant ad perſeuerantiæ, & conſtantiæ virtutes obtinendas.
Sed non minus excitant exempla illorum, qui ſtudio mundi addicti nulla difficultate à perſeuerantia deterrentur.
Videmus.n.frequenter, quod viri excelſo loco nati, docti, honore digni, per annos viginti, triginta, & plures, in aulis magnatum, & Regum conſeneſcunt, vbi tandem amiſſis poſſeſſionibus, ſanitate, &c. Vel ſpe cadunt, vel etiam exilii mercedem, pro ſeruitijs recipiunt, qui ſi Deo tantundē vacaſſent, & tot annis in ſeruitio Dei, & ſanctitate ſe ſe exercerent, & æternis ditarentur bonis, & gratia ſummi Principis affluerent, & præmia æterna reportarent, quid igitur facere nos oportet, qui pro æternæ gloriæ corona decertamus? Quid dicam de nauigantibus mare? mirum eſt quàm audacter, & perſeueranter cum oceano luctantur, & poſtpoſitis periculis, laboribus, ſumptibus, in propoſito nauigandi ſtudioſè perſiſtunt, nec eos inde tot funeſta naufragia, tot auri ponderum iactura auocat.

Nos ergò, vel horum ſaltim exemplo cur pro tenuo conatu, ad portum ſalutis æternæ nauigare non curamus? cur laboribus frangimur? De militum perſeuerantia, atq; conſtantia quid dicam? hi nimirum diuturnitate belli crudelitate hoſtium, vulnerum dolore, mortis periculo à perſeuerantia non deterrentur. Hos vellem imitentur fortes atque conſtantes viri chriſtiani. Tales viri tamq; conſtantes atq; perſeuerantes in ſublimi dignitate, & præſertim eccleſiaſtica collocentur, tales ad conſilia priuata, & gubernacula
Conſtāt. Reipub. adhibeātur. Exemplo Conſtantini Imperatoris, qui cum plures in ſua aula chriſtianos haberet, experiri volēs, qui viri fortes eſſent, ac conſtantes, ſimulauit ſe omnibus præcipere, vt Dijs ſuis ſacrificarent, qui ſui eſſe vellent: qui verò recuſarent, abirēt à palatio. Multi metu idola venerati ſunt, quos tanquam religionis deſertores eiecit, eos verò qui in religione ſtabiliter perſeuerarunt, cœpit tenerrimè amplexari, & poſtea conſilijs ſuis adhiberi voluit. Si tales paſtores in ſublimi allocarentur in Eccleſia Dei, qui animas ſuas pro Deo & Repub. conſtanti animo, exemplo Chriſti Domini parati eſſent periculis exponere. Si tales Reges ad regalem dignitatem eueherentur, qualis olim fuit nomine, & re Conſtantinus, rectè cum eccleſia, & Regnis chriſtianorum ageretur. Si fideles ita perſeuerātes in bonis operibus fierent, quemadmodum ſunt perſeuerantes, & conſtantes in acquirendis bonis temporalibus, nemo fruſtraretur corona, quam Deus promiſit perſeuerantibus, quinimo omnes gratiam in preſenti, & gloriam in futuro obtinerent, ad quam nos perducat, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO Speculatiua.

Dominicæ Secundæ poſt Paſca.

De meritis Chriſti Domini.

Ioan. 10. v.11. *Ego ſum Paſtor bonus.*

Prou. 15. v.16. *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.*

A QVærunt aliqui ex Theologis vtrum pro vno peccatore tantum exiſtente, Chriſtus Dominus morti ſe tradidiſſet. Et reſpondent quod ſic. Fundamentum eſt, quia inquit D. Paulus.
Ad Gal. 2. v.20. *Tradidit ſemetipſum pro me*, Si igitur ſolus D. Paulus fuiſſet in mūdo, pro illo mortuus fuiſſet, vt illi meruiſſet gratiam, & gloriam, ideo in ſingulari loquitur pro me. Propterea fortaſſis pictores depingere ſolent Chriſtū, vnam ſolam ouiculam portantem, per quod innuūt quod Chriſtus reliquiſſet nonaginta nouē in deſerto, ideſt choros Angelorum, propter vnum hominem, pia & deuota eſt hæc opinio, ſi enim propter vnam ouiculam dictā Halcion, Deus, & natura totum mare pacificat, tunc maximè, cum turbulentiſſimum eſſe deberet, quanto plura propter vnam animam, propter vnum hominem ſaluandum feciſſet. Nihilominus tamen quid Deus in illo caſu eſſet facturus, non eſt omnino certum, quia nec ſacra Scriptura illud expreſſè dicit, nec Doctores determinant, nam D. Paulus, Præfert Plutarc.
loco citato, hoc tantum dicere videtur, quod quemadmodum ſol cum mundum illuminat, ita perfectè quodlibet illuminabile illuminat, ac ſi illud ſolum eſſet in mundo, ita Chriſtus Dominus perfectè meruit omnibus hominibus, & perfectè ſatisfecit pro quolibet, ac ſi ſolus eſſet pro quo mortuus eſt, ita totum in humeris ſuis portat orbem, ac ſi vnum tantum geſtaret hominem, vt dicit D. Paulus, & pictura boni paſtoris innuit. Et hanc ob cauſam Chriſtus erat fons omnium meritorum, diuiſus per orbem, & in pla- v. 5.
teis omnium nationum diffuſus. Diuidendum fontem ſapientiæ monet Salomon, & communicandam doctrinam ſanam, & ab Eccleſia approbatam in hoc loco deriuentur fontes tui, &c. vt monet venerabilis Beda, & Nicolaus de Lyra equi ſic prædictum locum interpretātur, de quo glo- Sap.7. v.13.
riatur ſapiens in libris Sapientiæ, *quam ſinè fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo*, Seneca.
quia vt inquit Seneca, non minus pium eſt animam dicere ſcientiam, quàm corpori dare eſcam. Eſt autem communicanda ſcientia in plateis, ideſt, in locis publicis, & omnibus manifeſtis, non in latibulis, & cauernis, vt inquit Lira, quia in his communiter doctrina vana, & ſuperſtitioſa docetur, ſed doctrina ſana, & vera, publicè docenda eſt, & nulli abſcondenda, quia vt inquit Eccleſiaſticus. Sapien- Eccl. 4. v.17.
tia abſcondita, & theſaurus inuiſus, parum proſunt. Poſſet item quis dicere quod Salomon monet diuidendas aquas bonorum temporalium, quibus non ſoli diuites qui eas poſſident, ſed etiam pauperes ſuſtentari debent, ſed de meritis Chriſti prædictum locum optimè intelligi debere Sol.8.16. de Abac.
prædixit Iſaias *Hauriretis* (inquit) *in gaudio aquas de fontibus Saluatoris, & dicetis in illa die, confitemini Domino, & inuocate nomen eius*. Qui Dei beneficia diligenter perpenderit, & Iſaiæ 12. v.3.
altè conſiderat impoſſibile eſt, quin confiteatur Deo, laudet, & nomen eius inuocet, nec quieſcat, quouſq; alios ad laudandum, & inuocandum Deum inuitet. Quanto magis, qui valorem & amplitudinem fontium diuinæ gratiæ perpendit? vel fontium de latere Chriſti ſcaturientium, nēpè Sacramentorum Eccleſiæ, quos Chriſtus diuiſit per orbem fidelium? vel fontium, nempè Myſteriorū, quos haurimus ex vita, & morte Chriſti? vt interpretatur diuus Ber- D. Bern.
nardus, qui quinque fontes aſſignat, fontem miſericordię, in remittendis peccatis, deinde fontem ſapientiæ, qua repellit tenebras ignorantiæ, fontem gratiæ Dei qua tanquā rore ſalutifero aſpergit, & fertilē reddit animum bonis ſpiritualibus, fontem charitatis, qua cor incendit in amore Dei, denique fontem immortalitatis, qua beatificat omnes qui diligunt eum, & hanc ob cauſam fortaſſis inquit Diuus Bernardus. Quatuor vulnera inflicta fuerunt in D. Bern.
manibus, & pedibus Sacratiſſimi corporis Chriſti dū adhuc viueret, quintum autem vulnus, nempè in latere, poſtquam mortuus erat inflictum eſt, vt oſtenderet quod quatuor fontes, miſericordiæ, ſapientiæ, gratiæ, & charitatis diuinæ, ſit etiam ante mortem, ſed fontem immortalitatis diuiſit, & diuiſurus eſt in beatitudine futura. Qui ergo hæc myſteria benè contemplatur, haurit ex his fontibus aquas in gaudio, quia impoſſibile eſt quin ſpirituali, & planè diuina repleatur lætitia, impoſſibile eſt, quin Deo confiteatur, gratias referat, nomen Dei inuocet, & alios ad laudandum, & inuocandum nomen Dei inuitet. Nos per fontes quos Chriſtus diuidit, intelligimus quatuor principalia beneficia, quæ ex meritis Chriſti, quilibet chriſtianus haurire poteſt, videlicet, deletionem culpæ, liberationem à poteſtate Diaboli, gratiam, & gloriam, hæ ſunt aquæ dulciſſimæ, quas ex fontibus meritorū Chriſti haurire debemus, cum gaudio & lætitia laudando Deum, & inuocando nomen Chriſti, de quibus in hac inſtitutione agemus. Prius tamen videbimus an Chriſtus meruerit, & quibus prædicta promeruit, nempè ouibus, quas tanquam bonus paſtor,

ſtor, aqua ſalutari, quæ ex his fontibus deriuatur reficit.

Poſſet aliquis, & non immeritò quærere, quàm ob cauſam Eccleſia, omnes petitiones, & poſtulationes à Deo ſemper claudat his verbis, per Chriſtum Dominum noſtrum, ſed ſatisfacit huic obiectioni Diuus Paulus, *Cum inquit, per quem habemus acceſſum ad Patrem:* In Palatijs Regũ, rudes, & ſimplices homines acceſſum non habent, niſi per aulicos, & amicos Regis: nos autem habemus acceſſum ad Deum per vnicum filium eius, ideò rectè Eccleſia cum aliquid petit à Deo, ſemper ſubdit, per Chriſtum Dominum noſtrum. Nullus præſentatur Regi etiam per amicos Regis, niſi, ſi ſit ſimplex, & rudis agricola, mutet veſtes, & honeſta accipiat veſtimenta, quibus adornatus poſſet ſe præſentare, & tractare cum Principe. Chriſtus Dominus, & merita eius ſunt ornamenta operum & conſcientiarũ noſtrarum. Nullus dignè poteſt ſe præſentare Deo, nec per orationes tractare cum ipſo, nec quidquam obtinere ab illo niſi meritis Chriſti exornatus. Rectè ergo Eccleſia in omnibus petitionibus ſubdit. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Sunt merita Chriſti ſimilia vitro criſtallino. Reperiuntur Venetijs, & multoties huc ad nos adponũtur quædam artificioſiſſima vitra, quæ iuxta regulas artis perſpectiuæ elaborata, varios, eoſque pulcherrimos efficiunt colores, in reuiſibili apparentes, ita, quod ſi quis per talia vitra reſpiciat, prata diuerſis floribus exornata, eaque ex diuerſitate florum pulchriora apparent, ſi etiã quis reſpiciat per talia vitra, rupes, vel ædificia lignea, aut marmorea, diuerſis coloribus exornata eſſe videntur, ſunt, & alia quædam vitra criſtallina, quæ à longè iuxta pannum, vel ligna appoſita, ſucceſſiuè ex repercuſſione radiorum ſolis, ligna calefaciunt, & incendunt. Similitudines hæc ſunt meritorum Chriſti: nam, & ſanctis ex meritis Chriſti pulchriores ſunt in oculis diuinis, & peccatores ex ſe, & propter peccata deformes, diuerſis meritorum Chriſti coloribus exornati, oculis diuinis placent, ſunt etiam peccatores multoties ita frigidi, vt vix de Deo cogitare poſſint, quod ſi amore diuino corda eorum incenduntur, hoc efficit candor ille lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, Chriſtus Deus noſter: huius fortaſſis figura erat in arca Noe, in qua ex ſententia hæbreorum (vt refert Hiſtoria Eccleſiaſtica) in parte ſuperiori reſpiciente cælum, erat quædam feneſtra ex criſtallo, quam alij dicebant lucernam, & ideò loco feneſtræ legit translatio illorum facies lucernæ, ſicut dicit Oleaſter, lucernam, quæ luceat. Hæc feneſtra non ſinè ſpeciali myſterio, nec erat in parte dextra, nec ſiniſtra, ſed in parte ſuperiori, reſpiciente cælum, & illi qui in arca erant ſolum cælum aſpicerent, vnde auxilium, & miſericordiam expectabant, & Deus, qui eos, & opera eorum in arca per criſtallum aſpiceret, non deformes, ſed varijs coloribus ſplendidos videret, & ad amorem proprium incenderet, per merita Chriſti, per quem ſalutem ipſi, & totus mundus expectabant, & Deus, qui eos, & opera eorum in arca per criſtallũ aſpiceret, non deformes, ſed varijs coloribus ſplendidos videret, & ad amorem proprium incẽderet per merita Chriſti, per quem ſalutem ipſi & totus mundus expectabat, per quem gratiam Dei, & gloriam ſpetabant, aliaque innumerabilia bona, quæ Deus confert hominibus, de quibus iã nobis loquendum eſt. Sed prius quid ſit meritum in communi videamus.

Ad Roman. 5. v. 2.

Oleaſter ſupr. 6. Gen.

C Scotus.

Meritum nihil aliud eſt, ſecundum Scotum, niſi aliquid acceptatum in alio, pro quo ab acceptante eſt aliquid retribuendum, vel illi qui meretur, vel alteri, pro quo meruit. Ac formaliter quidem meritum dicitur opus, ſeu actus laudabilis in merente, qui à Deo acceptatur, vt retribuat ei, pro quo acceptat. Deus igitur acceptans bonum factum, vel bonum velle alicuius, retribuit, & ſi indigeat, ſi tamen ita perfectus eſt, quod non indigeat perfectione aliqua, ſic acceptat pro alijs, ſicut cum Chriſtus meruit, Deus merita illius pro alijs acceptauit, nempè pro genere humano lapſo. Conſiſtit ergo meritum in acceptatione merita ipſius actus, ita quod in tantum actus eſt meritorius, in quantũ acceptatur à diuina voluntate, & ordinatur ad vitam æternam, tanquam meritum de condigno. Et licet, ſecundum Scotum, Deus de potentia abſoluta poſſet acceptare, & nõ acceptare actus noſtros, ſiuè elicerentur à gratia, ſiuè non, tamen, vt colligi poteſt ex Scriptura, & ex dictis ſanctorũ, Deus ſic ordinauit, vt quilibet actus, tam elicitus, quàm imperatus à voluntate informata charitate; & ipſa ad tales actus inclinante, ſeu actiuè concurrente (vt magis videtur ſentire Scotus) ſit meritorius vitæ æternæ. Neq; tamen per charitatem eſt formaliter, & completè à Deo acceptus, ſed diſpoſitiuè tantum, completè autem, & vltimatè per diuinam acceptationem.

In 1. diſt. 17.

In 1. diſt. 17.

Quod ſi aliquis obijciat, cum actus meritorius ſit in poteſtate liberi arbitrij, & ſecundum dicta hactenus; non ſit cõpletè meritorius, niſi vt acceptatur à voluntate diuina, diuina autem acceptatio, non eſt in poteſtate noſtra, conſequens videtur eſſe, quod actus meritorius non ſit in noſtra poteſtate, ſiquidem ratio formalis meritorij, quatenus meritorij, non eſt in noſtra poteſtate. Reſpondeo, cum Doctore S. actum meritorium, quoad rationem actus eſſe perfectè in voluntate mea, item quoad rationem meritorij, & accepti eſſe in voluntate mea diſpoſitiuè, ſic, quod dum habendo charitatem, elicio actum conformem charitati, ad iſtam meam diſpoſitionem, ex ordinatione diuina, ſequitur ſtatim infallibilis acceptatio diuina. Sicut ẽt à ſimili, creatio animæ rationalis, non eſt in poteſtate humana; poſitis tamen diſpoſitionib. in corpore organico, requiſitis ad introductionẽ animæ, ſtatim infunditur à Deo per creationem, ita hic, vbi primum actus elicitur ab habente charitatem, ſtatim ordinatiuè acceptatur à Deo, qui ſemper pronus eſt ad gratiam præſtandam. Idẽ dic de acceptatione ſecundum quid, quę eſt in meritò de congruo: meritum enim de congruo, non habet rationem meriti, & acceptabilis ex infuſione gratiæ iuſtificantis, ſed à volũtate diuina, vt habet D.S. in quatto ſententiarum, ſed reſtat vlterius difficultas. Cum actus ſit acceptus, & meritorius, magis principaliter ex acceptatione diuina, quam ex charitate, videtur quod principalius conuenit mereri Deo, quã homini: quoniam illud quod eſt principalius in merito, eſt ex acceptatione diuina. Reſponſio deſumi põt ex natura actus meritorij, qui eſt actus liberè ſecundum inclinationẽ gratiæ elicitus, acceptus à Deo, vt præmiabilis beatitudine. At in Deo nõ ſũt tales actus, vt patet, & ideò nec actus meritorij, ac proinde non conuenit illi mereri. Ratio verò difficultatis per hoc tollitur, quod hic terminus (principalius) vel ſumitur pro eo, quod eſt vltima, ac completiua ratio actus acceptabilis, ſeu meritorij, in ratione meritorij, & ſic eſt à Deo pricipaliùs, ſed deinde non valet, quod Deus mereatur, cum ille actus ſit hominis, & homo tali actu mereatur, ſeu acceptentur, vel ſecundo accipitur. Principalius, pro priori realitate in actu, q. quaſi paſſiue, ſecundum quid, & incompletè, prius ſit acceptabilis, tanquã ratio obiectiua ſecundaria, vt ſupra dictum eſt, & ſic negatur, quod actus ſit principalius ab actione, ſeu acceptatione diuina, eſt enim à libero arbitrio. Quod ſi dicas, cauſa prima ſemper cauſat principalius quẽcunq; effectum, quam ſecunda cauſa concurrat, ergo etiã illa realitas actus, pro quocunq; priori accipiatur, principalius erit à Deo quàm à cauſa ſecunda. Reſponſio eſt in promptu. Nõ excludimus enim concurſum illum generalẽ Dei, quo Deus principaliter cooperatur omni cauſæ ſecundæ, ſed tantum illum ſpecialẽ acceptationis efficacis, qui non modo per intellectum, verum ẽt per Dei potentiam realiter eſt ſeparabilis ab illa paſſiua diſpoſitione ad acceptationem, quæ eſt in actu elicito conformiter habitui infuſo.

In 4. diſt. 14. qu. 2. art. 2.

D

Iam verò loquendo in particulari de meritis Chriſti Domini, quoniam volũtas Chriſti fuit informata ſumma gratia, vt patet in Scoto, proinde voluntas Chriſti, ex quo erat perfectiſſima, & impeccabilis propter beatitudinem ſequebatur talem inclinationem charitatis, atq; ſecundũ huiuſmodi inclinationem eliciebat, & imperabat actibus ſuis, quapropter actus tales erant meritorij. Ex quo ſequitur, quod Chriſtus meruerit ab inſtãti conceptionis ſuæ. Nã vt inquit Scotus. Omne habens actum primum perfectũ, & obiectum præſens in ratione obiecti, ſi non impeditur, & non eſt actus eius ſecundum ſucceſſiuus, ſed permanẽs, poteſt agere pro quocunque inſtãti, atqui hæc omnia fuerunt in Chriſto, à primo inſtanti conceptionis; ſ. potentia perfecta informata gratia, obiectum præſens per intellectum, tota ſanctiſſima Trinitas, cui poterat velle bonum propter

In 3. diſt. 13.

In 3. diſt. 18. q. vn.

per ſe,& non impediebatur, ac inſuper actus voluntatis erat permanens,ergo.

Sed quomodo Chriſtus potuit mereri, poſteaquam ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit perfectè beatus? nam beatitudo,ſecundum omnes, aufert omne principium merendi: alias etiam beati in cęlo poſſent mereri in infinitum,& ita eorum præmium nunquam perfectè haberetur. Dicit itaque Scotus,tripliciter Chriſtum potuiſſe mereri. Primo

In 3.d.18.

quantum ad portionem ſuperiorem voluntatis, ſecundo quantum ad portionem inferiorem, tertio quantum ad actus potētiæ ſenſitiuæ imperatos,à voluntate. Primū probat. Omnis actus à Deo acceptatus,tāquā bonus,& laudabilis(pro quo Deus vult aliquid retribuere, vel illi cuius actum acceptat,vel alteri pro quo fit ille actus) eſt ſemper meritorius,huiuſmodi eſt omnis actus Chriſti ſecundū naturā humanam,ēt actus beatificus, quo ſecundū portionē ſuperiorē fruitur Deo,ſiquidē perſona illa, non ſecundum oēm conditionē ſui fuit ſimpliciter in termino,ideo potuit Deus oēm actum creatū illius perſonæ acceptare, vel pro ſe ſi indigeat, vel pro alio,ſ. pro nobis, pro quibus meruit Chriſtus Saluator noſter. Si aūt dicas. Ex quo ſecundū portionem ſuperiorem fuit extra viam,nō videtur ſecundum hanc portionē potuiſſe aliquid mereri magis, q̃ alius ſanctus. Reſpondet Scotus vbi ſupra,quod ſicut meritū, nō ſolùm reſpicit,nec ſolùm conſiſtit in ipſo actu elicito, ſed in conditionib. aliquo modo perſonæ, ſeu ſuppoſiti eliciētis,

Scotus.

ſic acceptatio diuina,non ſolum actum,verùm ēt conditiones accidentales,ſuppoſiti elicientis concernit. Exēpli gratia. Aliquis offendit me,veniunt duo,& deprecantur offenſam illatam à tertio offendēte, pono vtrūq; eſſe æque gratioſum,& efficaciter rogantem,tunc rogatio quidē eſt cauſa,quare dimitto offenſā formaliter, quædā tñ accidētalis cōditio in aliquo illorū magis me mouet,quare dimitto offenſā potiùs deuictus rogatione vnius, q̃ alterius, puta qđ ſit amicus,vel aliquid tale: vbi tñ ſupplicatio eſt cauſa potiſſima,quare dimitto offenſam, ita in propoſito, q̃a Chriſtus ſecundū aliquid non erat in termino,ideò poterat mereri,præcipuè cum eius actus ēt beatificus ſit meritorius, & nō alterius,non Angeli,vel Petri,qui ſunt ſimpliciter in termino,& maximè cum talia dependeant ex liberalitate diuina,acceptāte vnū actū,& non aliū. Potuit ēt mereri ſecundum portionem inferiorē,quia Chriſtus potuit mereri,quantū ad oēs actus reſpicientes ea,quæ ſunt ad finem: nā voluntas illa licet eſſet in termino, quoad fruitionē eſſentiæ diuinę,tñ nō erat in termino,quantū adhoc, quod erat paſſibilis,atq.ideo fuit viatrix,& potuit mereri,potuit nāq; ſibi accidere aliquid,quod eſſet cōtra affectionē cōmodi,& tñ illud acceptauit. Cęterū portio ēt inferior in Chriſto meruit,eliciendo operationē circa creata, vt diligendo matrem,& alios bonos in Deo,malos aūt propter Deum. Deniq; potuit mereri per actus potentię ſenſitiuę,ex hoc quia ſecundum partem ſenſitiuā Chriſtus erat paſſibilis, idcirco habuit multa obiecta præſentia,ſenſibus diſconuenientia,& cauſantia dolorē,quæ potuit liberè velle, & contra affectionē commodi. Atq; ſic ieiunando,vigilando,orādo,multiſq; alijs potuit mereri,vel exercēdo illa exteriùs, vel nolēdo inferiùs propter Deum,& tāto fuerūt acceptiores Deo illi actus,quāto ex inclinatione maioris actus gratiæ,quæ erat in Chriſto,operabantur. Neque eſt dubitandum,quin minima operatio Chriſti,ſiuè minima eius paſſio magis fuerit accepta Deo,quam quælibet operatio Angeli cuiuſcunq. aut ſancti,aut beatæ virginis. Immò minimum ieiunium,eius fuit maioris meriti, quàm omnes abſtinentiæ,& ieiunia S. Pauli Primi Eremitæ,Hilarionis: minimus eius labor indiſcurrendo,quam oēs labores,ſeu ſudores Apoſtolorū in peragrando orbe vniuerſo, minimus dolor,quā oēs dolores, vel paſſiones Laurentij, Stephani: minima gutta sāguinis,ac ſudoris,quàm oīs ſanguis Martyrum,qui effuſus eſt. Perpende nunc chriſtiane, quot bona pro te operatus ſit Chriſtus triginta tribus annis, cogitando,loquendo,operando,tenoſue tacitus,quanta fuerit tormenta paſſus, aduertē quantum toto vitæ ſuæ decurſu mereri voluit,non tā pro ſe,quàm pro nobis. O flumen indeficiēs,o pelagus inexhauſtum donorū. Cogita quæſo anima mea,quantum meruerit in circumciſione, quātum fugiendo in Aegyptū,diſcurrēdo per Iudæā,Samariā, prædicando,docendo,inſtruendo,oſtendendo verbis, & factis viā ſalutis,ſuſtinēdo labores,anguſtiā,famem, ſitim, calorem,frigus,perſecutiones,flagella, ad columnā alligatus, corona ſpinea preſſus. Tandem cogita quantū meruerit in cruce,vbi oculis in cęlū eleuatis,magno cordis affectū orabat ad Patrē. Ecce Pater Sanctiſſime Filius tuus, quem dediſti in morē pro humani generis ſalute,ecce Pater mi tibi offero pro ſatisfactione humani generis, non carnes vitulorū,ſed me ipſum filium tuum dilectum,& vnicum,labores,fatigationes,peregrinationes, flagella,verbera, pedes clauatos,latus lancea trāsfixum,totum corpus dilaniatum,animam deniq; omni amaritudine repletam. Cogita modo anima deuota,& recole omnia iſta. & inuenias mare in deficiens,in quo cor tuum per ſedulam contemplationem demergas.

E

Accedendo proprius ad ſcopum Euangelij, dicamus qualiter fontes meritorum Chriſti deriuentur foras,qualiter meruit pro omnib. ouib. ſuis,immò ēt inimicis, qui nō ſunt ex eius ouili,ſecundū ſufficientiā, ſecundū efficaciam aūt pro illis,pro quib. Deus acceptauit,vt docet D. S. Ratio eſt,ſicut oē aliud à Deo,ideo eſt bonū,quia à Deo volitū,& nō è cōuerſo,ſic meritū illud,in tantum,tantum bonū erat,pro quanto acceptabat,& ideò eſt meritū, q̃a acceptatū,non aūt è conuerſo. Adhęc tñ potuit acceptari paſſiuè,quantum Trinitas voluit acceptare actiuè, ſed ex rōne ſua formali,quam habuit,non potuit acceptari pro infinitis,ſed pro finitis ſolùm,quia ipſum erat infinitum, nam à principio formaliter finito egrediebatur, id eſt à voluntate Chriſti: nihilominus tñ ex circumſtantia ſuppoſiti,& de congruo ratione ſuppoſiti,habuit quandam rationem extrinſecam,quare Deus potuit acceptare illud in infinitū,ſ. pro infinitis extenſiuè. Hæc Scotus vbi ſupra. Si quis igitur non participet de hoc merito, hoc accidit ex defectu ſuo,non vero quaſi meritum ſit inſufficiens. *Sic Deus dilexit mundum*,&c. id eſt in vitam æternam. Vnde Aug. Omnis(inquit) ſpes,& totius fidei certitudo eſt,in præcioſo ſāguine Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt propter nos, & propter ſalutem noſtram, in ipſo reſpiro, & in ipſo confiſus ad te peruenire deſidero,non habens miſericordiā,niſi eam quę eſt ex filio tuo Dño noſtro Ieſu Chriſto. Vnde clementiſſimè,& benigniſſimè amator hominū Deus gratias ago pietati tuæ,& multas tibi laudes refero,ex totis præcordijs meis, quia propter tuam inenarrabilē dilectionem, qua nos miſeros, & indignos ineffabiliter amare dignatus es, miſiſti vnigenitum filium tuum de ſinu tuo,ſaluare nos peccatores. Iam ſatis conſtat,quomodo fontes meritorum deriuentur,& in quos,quomodo meruerit,& quibus,reſtat inquirendum: qualiter aquas meritorum ſuorum in plateis diuidat,ſeu quidnam meruerit. Aſſeuerant doctores, quodquatuor ſunt præcipua,quæ nobis Chriſtus meruit, deletionē culpæ,liberationem à poteſtate Diaboli, collationem gratiæ,& gloriæ Dei. Ad meliorem iſtorum explicationem, dicit Scotus, quod homine facto Dei inimico, diſpoſuiſſe Deum,ſe non remiſſurum culpam,neque aliquod adiutorium præſtiturum,niſi per aliquod ſibi oblatum,quod gratius acceptaret, quam offenſa illa fuiſſet diſplicens. Atqui nihil tale poteſt inueniri, niſi ſit aliquod obſequium perſonæ magis acceptæ, & dilectæ, quàm tota communitas illa quæ offendit, chara fuerat, vel debebat eſſe ſibi. Huiuſmodi autem perſonam non potuit habere genus humanum, quia totum fuit inimicum, & de eadem maſſa perditionis. Hanc ergo perſonam diſpoſuit ſanctiſſima Trinitas, dare generi humano, & hæc eſt Chriſtus, qui habuit gratiam ſupra omnes, & non ſecundum menſuram. Atque ex his colligitur primas in hoc opere partes habuiſſe,miſericordiam, & veritatem, miſericordia profectò tunc,vel potiſſimum eluxit,quando Deus dedit generi humano, perſonam tàm dilectam, veritas tunc, quando ex æquo iuſtitiæ libramine, obſequium perſonæ tam dilectę, pro eo pro quo obtulit, ipſe Deus Pater acceptauit, iuxta illud. *Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Sanguis Chriſti qui ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortis ad ſeruiendum Deo viuenti.*

In 3.d.19

Ioan. 3.
In medit. cap. 13.
Auguſt.

In 4. diſt. 2.q.5.

Apoc. 1. v.5.
Ad Heb. 9.v.14.

MM Per

Digitized by Google

Per eundem item Ieſum ſumus liberati à poteſtate Dia
boli,& eſt fons alius qui deriuatur ex meritis Chriſti, Di
cit enim Sanctus Bonauentura, quod ante paſſionẽ Chri-
D.Bon. ſti, diabolus habuerat duplicẽ manum, attrahentem qui
In 3.diſt. 19. trahebat quoſdam ad limbum.& hæc eſt amputata,alterã
impellentem,id eſt,præcipitantem in malum, & hæc infir-
Par.1.q.3 mata eſt. Præterea meruit gratiam, ſecundum Scotum, &
eſt fons tertius,ante omnia verò meruit primam gratiam
eis,qui accipiunt eam in baptiſmo, vt liquet in paruulis,
In 3.diſt. 19. quibus non cooperatur liberum arbitrium,in adultis verò
cooperatur. Neque ſolũ in baptiſmo,verumetiam in pœni
tentia,& in alijs ſacramentis meruit,ſimiliter patribus ve
teris teſtamenti, ipſa paſſio præuiſa, conferebat gratiã in
In 4. d.1. q.6, & d. 1.qu.2. circumciſione,per Scotum. Deniq; meruit gloriã,id eſt reſe
rationem ianuæ cæleſtis, eſt fons tertius poſtquã debitũ
in cruce illa lethali perſoluit,nam dicit Scotus, quod licet
paſſio Chriſti præuiſa fuerit multũ accepta Trinitati, pro
hominum ſalute, non tamen ſic, quod aperuerit ianuam
paradiſi,ideò Sancti Patres ad Limbum deſcenderũt, exhi
bita verò in effectu fuit magis grata Deo, & aperuit para-
Ad hæb. 9.v.11. diſum,vt dicit D.Paulus. *Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorũ
bonorum,&c. Introiuit in Sancta æterna Redemptione inuen
ta.* Introiuit in paradiſum cum animabus ſanctis, quæ an-
te mortem eius quantumcunque fuerint perfectiſſimæ in
cælum introire non poterant, nec aliqua merita ſanctorũ
eas illuc introducere poterant,nec merita Abrahe, nec me
rita cuiuſcunque alterius,imò nec beatiſſimæ Virginis me
rita adhoc ſufficiebant,vt aliqua anima ante mortẽ Chri-
ſti in cęlum ingrederetur. Nam ſicut poſt mortem Chriſti,
ita,& ante illam,quatuor fuerũt animarum ſeparatarum
ordines,ſeu ſtatus, Quædam enim in ſtatu peccati morta-
lis è corporibus emigrarũt,quædam in ſolo originali,quæ-
dam in ſtatu iuſtitiæ cum aliqua tamen veniali culpa, aut
reatu pœnæ,aliæ demum iuſtæ, & omnino puræ, ac mun-
dæ,quæ,vel ita e corporibus egreſſæ ſunt, vel poſt egreſſũ
fuerunt purgatæ,pleneq; mundatæ. De tribus prioribus
generibus non eſt ſermo in iſto articulo,quia in omnibus
illis eadem eſt ratio, de ſtatu & loco animarum, ante, &
poſt Chriſti mortem. Nam quæ è vita in primo ſtatu de-
ceſſerunt perpetuo detrudebantur in tartarum, quæ verò
in ſecundo perpetuo quoq; excludebantur à Regno bea-
titudinis,& in proprio illis deſtinato loco (qui limbus pue
rorum dicitur) recipiebantur,vbi vſque ad hodiernum diẽ
manent,manebuntque vel perpetuo, vel vſque ad iudicij
diem,atq; adeo pro eis paradiſi ianua haud reſerata eſt.
Quas verò tertio loco annumerauimus,in locum purgato
rij deferebantur. Poterant autem inde exire ante Chriſti
mortem,quia poterant antea plene purgari, hoc enim nõ
pẽdebat ex executione mortis,ſeu reali ſatisfactione Chri
ſti pro genere humano, ſed ex commenſuratione, ac pro-
portione pęnę purgatorij ad reatũ ex peccatis dimiſſis dere
lictũ. Sed non poterant ingredi cælum ſicut nec animæ ter
tij ordinis erant perfectè beatæ ante mortem Chriſto, ſed
poſt mortem eius ingreſſi ſunt in ſancta æterna per Chri-
ſtum,redemptione inuenta. Quare tunc impletum eſt il-
lud quod dixit Pſalm. *Tu exurgens miſereberis Sion*, quia
tunc miſertus eſt Deus,& hominibus,& Angelis,homini-
bus quidem,quos à poteſtate diabolica liberauit, Angelis
autem,quia cum hominibus gratiam,& gloriam per me-
Veg.p.2, fol. 57. col.4. F rita contulit, Angelorum chorus reparauit,cum eos in lo-
cum,vnde Angeli mali ceciderant aſſumpſit, miſertus eſt
Chriſtus Sion,miſertus eſt populi Chriſtiani,quem ſignifi
cat Sion. His ſuperaddi põt quintum,ſ.prædeſtinatio. Nã
Eph. 1. v.5. veriſſimile eſt merita Chriſti præuiſa fuiſſe cauſã noſtræ
prædeſtinationis.quod innuit D. Paulus dicens. *Prædeſti-
nauit in adoptionem Dei per Ieſum Chriſtum in ipſum*, de hac
re tamẽ ſunt variæ Theologorũ ſententiæ. Quidam enim
docent Chriſtum non eſſe cauſam meritoriam noſtræ præ
deſtinationis. Alij concedunt,quod Chriſtus meruerit no-
bis fidem,ſed negant quod meruerit alias diſpoſitiones ad
gratiam,peritiores tñ Thomiſtæ ſic cõiter ſentiunt. Primo
quod Chriſtus ſit cauſa meritoria totius noſtræ prædeſti-
nationis,cum ſit cauſa meritoria omniũ mediorũ, & effe-
Epheſ.1, v.3. ctuum prædeſtinationis. Vnde ad Epheſios. *Qui benedixit
nos omni benedictione, in cęleſtibus in Chriſto*, videlicet per
merita Chriſti,& ſubditur. ſicut elegit nos in ipſo ante mũ
di conſtitutionem,vt eſſemus ſancti,& immaculati,& qui
prædeſtinauit in adoptionem filiorũ per Ieſum Chriſtum
in ipſum &c. Ratio adfertur,quia ſicut Pater per verbum
creauit omnia,ita in verbo incarnato debebant informa-
ri,& quaſi recreari omnia,ſentiunt præterea Chriſtum eſ-
ſe cauſam finalem noſtræ prædeſtinationis, quod probari
videtur ex Scriptura,dicitur enim ad Romanos. *Prædeſti-* Rom. 8. v.29.
*nauit nos conformes fieri imagini filij ſui,vt ſit ipſe primogeni
tus in multis fratribus*,ſeu vt haberet multos fratres, inter
quos primatum teneret,vt dicitur ad Colloſenſes,vbi ſub- Coloſ. 1. v.19.
nectitur illud *complacuit per eum reconciliari omnia in ipſũ*,
ſcilicet in illius gloria. Idem videtur inſinuare authoritas Concil. Trident. ſeſſ.8.c.8
Concilij Tridentini,vbi dicitur cauſam noſtræ prædeſtina
tionis,eſſe gloriam Chriſti & Dei. Adde rationem,quia cõ
gruit hoc dignitati Chriſti,& meritis, vt quemadmodum
per Chriſtũ omnia cedant. Exiſtimant tertio Chriſtum eſ-
ſe exemplar noſtræ prædeſtinationis. vt patuit ex authori- Rom. 6. v.5.
tate ad Romanos paulò ante adducta. *Si complãtati facti ſu
mus ſimilitudini mortis eius, & Reſurrectionis erimus*. Item
ad Philipenſes. *Reformabit corpus humilitatis noſtræ*. Ex qui
bus teſtimonijs conſtat,quod Deus vult nos aſſimilare, tã
in gratia,quàm in gloria Chriſto,nec ſanè mirum,nã Chri
ſtus naturalis eſt filius Dei,nos adoptiui. Sicut ergo filij a-
doptiui in poſſeſſione hæreditatis imitantur Chriſti præ-
deſtinationem. Porrò iſta imitatio conſiſtit in hoc, ſecun-
dũ illos,q̃a vt Chriſtus eſt gratis prædeſtinatus,ad vnionẽ
hypoſtaticam,ita nos ẽt gratis prædeſtinamur. Secundum Scotus
ſententiam noſtri Doctoris quid tenendum ſit nõ ita aper li.3.Sent.
te liquet. Dici tñ põt,vt patet in libro ſententiarũ eiuſdem d.19.
Doctoris. Chriſtũ eſſe cauſam exemplarem, & finalem no
ſtræ prædeſtinationis,vbi ẽt aſſerit,Chriſtum inter præde-
ſtinatos,primo offerri Deo prædeſtinãri, & eũ primum in
vno quoq; genere eſſe metrũ,& menſurã aliorum illius ge
neris,Chriſtus habebit primitatẽ,vt dignitatis,ita exẽplari
tatis,& finis,reſpectu noſtræ prædeſtinationis. Idipſum in
dicat authoritas illa ad Romanos, *vt ipſe primogenitus in
multis fratribus*. Rom. 8.

Dicendum præterea eſt, quod Chriſtus, ſicut primam
gratiam, ita gratiam pœnitentiæ nobis promeruerit, ac Scot.in 3
inſuper aperitionem ianuæ cæleſtis,vt aſſerit clare Doctor, diſt.19.
& Diuus Bonauentura ibidem, de hoc ibi fuſius. Cer-
tum quoque eſt Chriſti merita non fuiſſe cauſam merito-
riã noſtræ prædeſtinationis,hæc aperta eſt doctrina Docto
ris, in reſponſione contra obiectionem ſecundam in cor-
pore quæſtionis,immediatè ante ſolutionem primi princi
palis. Ratio huius aſſignari põt triplex. Prima,quia præde
ſtinatio tàm Chriſti,quàm etiam noſtra,eſt ante præuiſio-
nem peccati,& prius tum Chriſtus, tum omnes homines
ſunt prædeſtinati,quam Chriſti paſſio vel merita à Deo ac Scot. in
ceptarentur,ſecundum mentem ſubtilis Scoti, Igitur præ- 3. diſt. 1.
deſtinatio noſtra cum ſit in priori ſigno quam ſit præuiſio q.3.
paſſionis,vel meritorum Chriſti, non erit Chriſtus cauſa
meritoria noſtræ prædeſtinationis, Iſtius tamen rationis
an ſuppoſitiones ſint veræ,de hoc in tertio ſententiarum.
Et quamuis de meritis Chriſti loquendo,ex actu virtutum Scot. in
infuſarum prouenientibus,iſta ratio non probat. De meri 3. diſt. 1.
ris tamen Chriſti ex paſſione prouenientibus videtur ha- q.3.
bere maiorem in litera doctoris euidentiam. Secunda ra-
tio poteſt ſumi ex cõiter conceſſis,quia Chriſtus Dominus
eſt cauſa exemplaris noſtræ prædeſtinationis,vt Scotiſtæ, Scot. 3.
& Thomiſtæ ſentiunt cum exemplari, ſicut Chriſtus non d.19.
eſt cauſa meritoria ſuæ prædeſtinationis, iuxta communẽ
ſententiam Theologorum,ergo neq; noſtræ videtur eſſe.
Conſequentia bona,procedit enim ex paritate,& ſimilitu Scot.in 3
dine exemplari cum exemplari. Tertia ratio. Si Chriſti me d.18.
rita ſunt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis, ſimplici
ter ex parte prædeſtinati,datur cauſa noſtræ prędeſtinatio
nis quod communiter negant Theologi cum S. Auguſti-
no,& Magiſtro ſententiarum, confirmatur etiam ſenten-
tia Thomiſtarum Meritum Chriſti eſt infiniti valoris, &
de condigno acceptari debet à Trinitate pro illis, quibus
Chriſtus meruit efficaciter, ergo eſt cauſa quare Deus
prædeſtinat hunc, & illum non, ſi quidem pro hoc Chri-
ſtus efficaciter meruit,& pro illo ſufficienter.

Vltimo

Digitized by Google

Vltimo quæcunq; vel authoritates ſcripturæ, vel inconuenientiæ adferantur contra illam ſententiam, quæ ex meritis proprijs præuiſis docet eſſe prædeſtinationem, omnes etiam hic procedunt de merito præuiſo alterius. Suſtineri optimè poteſt & illud, quod Chriſtus ſit antiqua cauſa noſtræ prædeſtinationis. Iſta concluſio ſic debet intelligi: in prædeſtinatione duo poſſumus conſiderare, primum ipſá volitionem, & acceptationem creaturæ ad finem vltimū, ſecundum media quibus creatura illum finem conſequitur. Reſpectu igitur actus volitionis diuinæ, ſecundum acceptationem priorem, Chriſti merita non ſunt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis, ſed totalis & vnica cauſa ipſa, eſt voluntas diuina, efficiens abſque vllo merito vt vult

Ad Rom. 9. 13. D. Paulus illis verbis. *Cum nondum nati eſſent, nec aliquid boni egiſſent, non ex operibus, ſed ex vocatione dictum eſt. Iacob dilexi. Eſau autem odio habui:* ergo ſolus volens eſt cauſa totalis. Reſpectu autem mediorum, Chriſtus eſt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis, quia effectus illi prædeſtinationis, articulo præcedenti enumerati, nempè vocatio ad fidem, auxilia ſupernaturalia, iuſtificatio finalis, glorificatio ſeu ianuæ cæleſtis apertio, eſt per merita Chriſti, vt conce-

Scot. lib. 3. diſt. 19. dit Doctor ſubtilis. Et ſic intelligi debet authoritas ex Epiſtola ad Epheſios, adducta ſuperius, & quæcunque ſcriptura conſimilis. Ex his igitur quinque fontibus quos Chriſtus per totum diuiſit orbem, ad reficiendos eos qui ad ouile ſuum pertinent, tanquam bonus paſtor. Ex his inquam

Ad Eph. 1. fontibus qui procedunt ex Oceano meritorum eius, haurire debemus aquas lætitiæ in gaudio, confitendo Deo, & inuocando nomen eius, ſi in præſenti vita liberationem à peccatis ac poteſtate Diaboli, ac gratiam Dei obtinere, & in futuro gloriam volumus, ad quam nos perducat qui viuit & Regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ tertiæ poſt Paſcha.

A

Io. 16. v. 20. *Mundus gaudebit vos vero contriſtabimini. Sed triſtitia veſtra, &c.*

Prou. 15. v. 13. ***Cor gaudens exhilarat faciem, in mærore animi deijcitur Spiritus.***

Philo. EA eſt vis omnium affectionum animæ, vt ſtatim vnaquæq; ſua ſigna externus in facie prodat: de qua re venuſtè ſcripſit Philo. Affectus varij in animo pugnant, ex his autem qui victoriam adeptus eſt, vexillum in facie, tanq; in arce eleuat: triſtitia, & inuidia pallidū, ira luteum, verecūdia purpureum, lætitia candore ac purpura dilutum. Omnes itaq; affectus ſigna in facie produnt, præcipuè in lætitia & triſtitia ſicut in corde maxime operatur, ita in facie ſua veſtigia relinquunt. Lætitia decorem, colorem, riſum, ac geſtus, internum animi gaudium anuntiantes: & vt ſeptuaginta interpretum lectio inſinuat. Lætitia non ſolum exhilarat faciem, ſed florere facit. Cordis inquit læti facies floret, ſimilitudine ductà ab arbore. Sed variant hic multi, alii enim letitiam florem appellant, alij autem fructum

Caſſiod. lib. 1. Ep. eſſe volunt. Caſſiodorus florem eſſe ait lætitiam. Arborem (inquit) quam florere vides, quam ſumma conſpicis viriditate lætari, ſubterraneo ſucco viriditatis, & fæcunditatis animatur, redens in ſuperficie quod continet in radice. Hominum quoq; vultus magna alacritate floreſcit, ſi viſceribus ſanis nullam ſentiat læſionem. Et reuera. Sicut virens radix in terra defoſſa, & contecta, uerno tempore folijs, ac floribus arborem conueſtit ac decorat, ſic etiam cor & animus, etiamſi tectus quodammodo, & defoſſus ſit, cum lætitiam concepit, velut radix quædam virens in vultum flores emiſſit ſuum, Maximè ſi hæc lætitia procedat ex bona

Animoſ. apod. Antonium. conſcientia vt inquit Animonius. Nihil eſt quod nos ita delectare ſoleat, vt conſcientia pura: conſcientia enim pura, & exultans, vultū hilarem reddit, ac genas rigat animi bona valetudo. Vnde non ſine cauſa dictum eſt à ſapiente cordis læti os effloreſcit. Et quidem eiuſmodi flores fructū quoque naturam, & decoctum pollicentur, nempè perpetuam læticiam, quippè iuſtorum lætitia in hac vita viret quodammodo, & veluti in herbis eſt: tamen eo ſpectat, vt poſt modum, in æterni guadij maturam & decoctam meſſem ſuo tempore tranſeat. Cum autem alij lætitiam, non florem ſed fructum appellant, eam ex pęnitētia tanquam

D. Chriſoſtom. flore pullulare docent. vt D. Chriſoſtomus ait. Sicut inquit fructum flos antecedit, ſic pęnitētia & dolor lætitiā præit, dolori lætitia ſuccedit, maximè verò ſpiritualis lætitia, quá bona conſcientia parit: bonam aūt conſcientiam pænitentia, & conceptus de culpis dolor adducit. Sinè ergo lætitia ſit flos, ſiuè fructus, certum eſt quod exhilarat faciem, & vultū florere facit; mœror autem per oppoſitū, exſiccat faciem, cor, & oſſa. quia in mœrore animi deiicitur ſpiritus, Tinea eſt non oſſium tantum, ſed & animi obſcura febris, bellum induciarum expers, morbus, & perpetua nox, rerū eorum quæ oculis cernuntur proſpectum maxima ex parte impediēs. Nam & ſol & liquidi huius aeris natura, his qui ita affecti ſunt, moleſtiam exhibere videntur, atq; in meridiana luce profundā noctem imitari, vt inquit Chriſoſto-

Chriſoſ. in epiſ. 3. ad Olympiad. D. Antioch. Hom. 25 mus. D. etiam Antiochus triſtitiam os leonis appellat. Nō ſolum propterea, quia quidquid ore ſuo attingit, fœtore inficit, ſed etiam, quia cor deuorat: vel ſi quid illius relinquit id nulla bona, honeſta, vtiliſq; affectio, aut exercitatio attingere poteſt, ſicut nullum animal guſtare poteſt cibi à leone admorſi reliquias. Exagerat triſtitiæ impedimenta

S. Nylus. Orat. 5. de triſtit. S. Nylus dum inquit, Oculorum aciem hebetat fumus, & contemplatricem animi vim obtundit triſtitia, Atq; profunditas non admittit ſolis ſplendorē, & cor triſte non exhilarat lucis contemplatio. Vt guſtus vim adimit febris, ſic animi ſenſus aufert triſtitia. Quid igitur mirum, quòd triſtitia in faciem redundet, quę tot damna corpori & animo affert. Sed illud vel maximum eſt damnum, quod deiicit ſpiritum, nō ſolum materialem & creatum, cuius defectus & interruptio tremulam mæſtorum efficit vocē, gemituſque atq. ſingultus producit; ſed ēt deiicit Spiritū ſanctum quin illum contriſtat, & mirum in modū affligit, afflictū verò contriſtatūq. ex animo pellit. vt inquit B. Antiochus. Triſtitia Spiritum ſanctū mæſtificat, qui homini datus eſt hilaris, vt. n. acetū vino ſi immiſceatur, nihil affert iucundi guſtus: ſic etiā triſtitia Spirituiſancto immixta paracleſim eius reddit inamœnam. Quod notanter dicit, quia impoſſibile eſt, quod triſtitia Spiritū ſanctūm aliqualiter afficiat, ſed paracliſim illius, hoc eſt conſolationem, quia nihil eſt ſuauius, velut aceto mixto acerbā, & amaram reddit ora-

B tionē, & alia Spiritusſancti dona ſic acerbá, vt deſipere, & diſplicere incipiatur. Afficit ēt ſanctos in quib. Spiritusſanctus habitat, ſicut ille qui filiū malè tractat, exacerbat patrē. Deniq. Deum ipſum quodammodo afficit. vt teſtatur SS. Scriptura. *Tactus inquit dolore cordis intrinſecus*, tactus dolore, dolor cordis eſt triſtitia. Sed cū inquit triſtitia cordis. exagerat triſtitiā, qua afficitur Deus de peccatis hominū. Nō eſt infirmitas maior dolore cordis, cū ſit pars hominis principalior, & delicatior: vt igitur magis ēſtimaret SS. Scriptura magnitudinē doloris ſubijcit intrinſecus, nō eſt dolor, extriſecus, ſed q̄ penetrat oſſa, venas, arterias, & intima quæq; cordis. Dolor quo nū pōt imaginari maior triſtitia, intima, q̄q; cordis occupat. Hoc dolore afficit, & corri-

Digitized by Google

ſtatur Deus, in corde ſuo, non qđ ſit alicuius doloris aut triſtitiæ capax; qa huiuſmodi affectiones in Deũ non cadũt, ſed qa ſi doloris, & triſtitiæ capax eſſet nihil aliud cor eius afficeret dolore, & triſtitia, niſi peccatum. Inter hoſes multoties accidit, quod magis offendit mẽs peruerſa, & odium q̃ opus iniurioſũ. Sicut ſi eſſet aliqs cõditionis benignę, & morum ita compoſitorum, vt non offendatur moleſtijs, quæ ei ab aliquo inferuntur, atque ideo aduerſarius eius quieſceret, à moleſtijs inferendis, ille aduerſario dicere poſſet, quieſcis non propter bonam voluntatem tuam, quàm rancore plenam video, ſed propter benignam conditionem meam. Si peccator, & peccata de facto non afficiunt dolore cor Dei, hoc eſt ex conditione naturæ diuinæ, & impoſſibilitate recipiendi tales affectus, non ex mala peccatoris voluntate, aut peccatorum qualitate, quæ quantum eſt ex ſe, non ſolum afficerent Deum dolore, ſed etiam dolore cordis, & dolore intrinſecus. Si impoſſibilitas non impediret vnum peccatum mortale, ita denigraret, & melancholia afficeret cor diuinum, vt lugubrius nocte eſſet tenebroſa. Dulciſſimum cor Dei eſt, adeò vt quæcunque amariſſima, ſola vmbra dulcedinis ſuæ, indulcorem inexplicabilẽ conuertere potens ſit. Reperiuntur confectiones ex ſaccaro, quæ adhibitâ etiam in minima quantitate, amara reddunt dulcia, ſed incomparabiliter minima pars diuinæ conſolationis, maximas amaritudines, in dulcedinem, & lætitiam conuertit. Quid Diuo Petro, & Andreæ cruces effecit dulces? Diuo Laurentio carbones ardentes, conuertit in flores? D. Stephano lapides in gemmas, & adamantes, niſi vmbra dulcedinis diuinæ, de qua inquit Pſalmiſta *Inſtillicidijs lętabitur germinans.* Vna gutta diuinæ dulcedinis, mare amarum conuertit in dulcedinem. Quam ob cauſam etiam diues in inferno, petijt vnam guttam aquæ, ſciebat enim quod vna gutta diuinæ conſolationis poterat extinguere totam flammam inferni, & in lætitiam omnem triſtitiam commutare. Tanta eſt diuinæ conſolationis dulcedo, & cordis diuini lætitia; nihilominus tamen tãta eſt peccati malitia, vt quantum eſt ex ſe ſi poſſibile eſſet in amaritudinem conuerteret totam eius lætitiam in triſtitiam, & dolorem cordis intrinſecus, ſicut acetum vino dulci mixtum. Si eſſet aliquid tantæ frigiditatis, vt ignem in gelu, & glaciem conuerteret, aut glaciem, & niuem, in flammam vrentem, certè maximam ei vim attribueres: nunc autem tanta eſt peccati malitia, vt etiam ipſam infinitam, & æternam lætitiam, quantum eſt ex ſe, in triſtitiam, & dolorem cordis intrinſecum tranſmutet. Et hoc eſt quod inquit Salomon. Triſtitia deijcit ſpiritum, non ſolum creatũ, ſed etiam diuinum modo ſupra expoſito. Itaque quælibet triſtitia niſi ſit moderata, & propter Deum ſuſcepta, nociua eſt. Ideo Chriſtus in hoc Euangelio hortatur Apoſtolos, vt non triſtentur, ſed ſemper læti permaneant: *tum quia digni habiti ſunt pro Chriſto contumeliam pati*, tum etiam quia vt dixit Salomon. *Cor gaudens exhilarat faciem, triſtitia autem deijcit ſpiritum.* Hortatur autẽ eos & verbis, cum ſe iterum ad eos venturum dicit, atque triſtitiam illam in gaudium tranſmutandam promittit, Et parabolæ exemplo, Mulier dum parit, &c. quæ ſunt partes præcipuæ Euangelij hodierni ad cuius interpretationem accedamus.

D. Petrus Andreas & Laurẽtius, &c.

Pſ. 64. v. 11.

C

MODICVM, ET IAM NON VIDEBITIS ME ET ITERVM MODICVM, ET VIDEBITIS ME QVIA VADO AD PATREM. Multiplex triſtitia expectabat Apoſtolos, Vna ex abſentia Chriſti, altera ex iniuriis, quas à mundo vana lætitia, & peruerſo gaudio inſoleſcente paſſuri erant. In primis ergo ne triſtentur ex abſentia eius perſuadet, quia hæc abſentia modica erat futura, *Modicum inquit & non videbitis me*, quaſi diceret. Modicum tempus erit quo non videbitis me, triduum ſcilicet illud quo iacebo in ſepulchro, & iterum modicum tempus quo videbitis me, poſt reſurrectionem, ſ. quadraginta dierum ſpatio, Quia vado ad patrem, & non videbitis me; S. Auguſt. per ſecundum modicum, intelligit omne tempus, quod ab Aſcenſione domini vſq; ad aduentum eius, quando iudicaturus eſt viuos & mortuos interlabitur: quod licet nobis longum eſſe videatur, cum finitum tamẽ fuerit, modicum apparebit. Omnia ergo ſunt modicũ, paſſio modicum, gaudium modicum, bona & mala temporalia modicum, vita præſens modicum, dies ſæculi modicum. Interrogatus Patriarca Iacob à Pharaone rege Aegypti, quot dies haberet ætatis. *Modicos paruos, & malos* (inquit) *centum triginta*. Vita fuit Mathuſalem nongentorũ ſexaginta nouem annorum, ſed modicum vixit, quia finem habuit. *Omnia* (inquit Dauid) *Sicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eas & mutabuntur, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*, Itaque in ſolum Deum non cadit modicum, quia non poteſt deficere, in alia vero omnia cadit modicum, quia poſſunt ex ſe deficere; Sicut perſpicuũ eſt in natura Angelica, & humana, Nam & primus Angelus à Deo defecit, & primus homo ſimiliter. Modicum eſt ergo natura Angelica, modicum, & natura humana, quia ambæ à Deo defecerunt. Modicum, & poteſtas Sathanæ, quia finem habebit. Sic enim ſcribitur in Apocalipſi. *Sciẽs quia modicum tempus habet*. Modicum, & poteſtas hominũ, quia omnis potentatus ſuum ſortitur terminum, Modicũ motus cęli, quia in reuelatione filiorum Dei quieſcet, & ſiſtet gradum mouendi. Denique omnis creatura ex ſe modicum eſt, quia non habet ex ſe ſubſiſtentiam, & ſtabilitatẽ, Si de aliquo dici non poſſit modicum, maximè de cęlo, & Sphæris cæleſtibus, nihilominus tamen non ſolum chriſtiani, ſed & Philoſophi Ethnici affirmant, quod de ſubſtãtia cœlorum dici poſſit modicum. Et licet Ariſtoteles docuerit cælos eſſe incorruptibiles, & nunquam ceſſaturos à motu, plures tamen Philoſopi ſenſerunt oppoſitum. Plato docuit ſua eſſe natura corruptibiles, & quod tandem de facto corrumperentur, niſi à Deo conſeruarentur. Cui ſubſcripſerunt plures alij Philoſophi, qui licet diſcordent in principiis, veniunt tamen in concluſionem, Heraclytus, Empedocles, Anaxagoras, Democritus, & alij. In fide autẽ chriſtiana id certiſſimum eſt vt clarè docent Doctores Eccleſiæ, Baſilius, Ambroſius, Gregorius Niſenus, Chriſoſtomus, Theodoretus, & alij. Et id indicat ſcriptura. *Homo cũ dormierit, non reſurget donec atteratur cælum*, inquit Iob, & Iſaias. *Cęli ſicut fumus liqueſcent*. D. Petrus *Cęli ardentes ſoluentur*, Itaque de ſphæris cæleſtibus dici poteſt modicum, non quidem quoad ſubſtantiam, quia non deſinent eſſe, ſed quò ad motum, & influentias, Ceſſante enim homine, ceſſabit motus cęlorum, propter quẽ à Deo inſtitutus eſt Itaq; ſol, luna, ſtellæ, ſtabunt in eo ſitu in quo creatæ ſunt ſol in oriente, luna in occidente, non omnino tamen directè, & diametraliter, ne propter interpoſitionem terræ eueniat ecclypſis. Et propter hoc de eis dici poteſt Modicum. De elementis multò melius, quæ igne purificabuntur. De aqua & igne inquit Heſiodus, hi ſunt qui mortale genus enutriũt, vna cũ ſole; quia aqua & ignis, ſunt elementa pręcipua, ex quib. cætera oriuntur, nã ex aqua producitur aer & terra, aer ex exhalationib. aquæ, terra ex condenſatione aquæ, & hoc mediante ignis calore. Quemadmodũ ergo aqua eſt principiũ elementorũ, & eorũ quæ ex elemẽtis cõſtat, ita ignis conſummatio omniũ, vt quidam Gentilis dixit. Ignis exitus mundi eſt, humor primordiũ. Ideo ẽt Eccleſia excõmunicandos aqua, & igne excõicat, candelas in aqua extinguendo, quaſi priuando eos eo quod eſt principiũ vitæ, de elementis ergo dici poteſt modicum, quia cæli ardentes ſoluentur, inquit D. Petrus, elementa igne purificabuntur. De mole terræ ſecuriſſimè dici poteſt modicum, quia vt inquit Eſaias. *Appendit tribus digitis molẽ terræ*, de eo ergo quod in extremitatib. digitorũ appenditur, quõo dici nõ debet modicũ? tamdiù. n. durat, quãdiù ſuſtẽtatur in extremitatib. digitorum. De elemẽtis aũt in particulari, ſ. de ijs quæ cõponuntur ex elementis, multò magis dici debet modicũ; ſi enim Deus, & natura ex elemẽtis componit elementata, ſicut impreſſor lib. cõponit, literas ex plumbo fabrefactas. Si enim habeat, v. g. mille literas, plus vel minus diuerſos libros illis imprimere poteſt, mutando ſolum earum compoſitionem, per manentibus tamẽ iiſdẽ literis, Sic Deus, & natura ex elementis componunt viuẽtia, quæ tantũ durant quantum durat compoſitio. Si autem alteretur compoſitio, mutant, & alia ſuccedunt, manentib. iiſdẽ elementis; Vel ſicut ex Alphabeto cõponit quis verba diuerſa, ꝓpoſitiones diuerſas, orationes diuerſas, diuerſis tẽporibus, manente eodẽ Alphabeto: quomodo ergo de iis non dici debet. Modicum? Si etiam naturam plantarum,

S. Aug.

Gen. 47.

Pſal. 101. v. 27.

Apoc. 12. v. 12.

Plato.

Heſiod. & eius interpret.

D.

Pier. Hierogl. lib. 19.

Eſai. 40. v. 12.

&

Digitized by Google

& herbæ tum conſideremus, & de ijs dici debet modicum. Videmus quòd ex ſemine ſurgat arbor, & ex arbore flos, & ex flore fructus, ex fructu iterum ſemen proueniat, omnia modicum durant. De homine autem quomodo dici nõ debet modicum? ſi quidem de eo dixit propheta *Mane floreat, & tranſeat*. Si dixiſſet: mane floreat, & veſperi trãſeat, tempus aliquantulum longius vitæ hominis concederet, Dauid: ſed nihil tale adiecit, ad ſignificandum quod poſtquam floret ſtatim decidit.

Pſal. 89.
Io. Bõd. Aletho. hiſt. c. 6.
Ioſeph. lib. 1.
Eodem Authore lib. 20.
E

Iam verò ſi etiam in res politicas aciem mentis dirigamus, ibi quoque modicum facile videbimus. In politia Hebræorum Ioannes Bondinus maximè præ cæteris declarat hoc ipſius modicum, cum ſic de ea ait, Hæbræi a quibus Ioſephus cæteras nationes originem traxiſſe probat, multis ante ſæculis, quàm aut Attici imperarent, aut Athenæ conditæ forent regnarũt: quorum Reſpub. eodem authore, primo quidem ſub populari poteſtate diù permanſiſſe legerunt, indè ſibi Iudices ſiue optimates, ſed & hoc modicũ durauit. Nam iudicum pertæſi à Samuele propheta Regẽ petierunt. Illo autem id ægre ferente, & Dominum de eo conſulente: reſponſum accepit: pareret Iſraelitis; prius tamen omnia incommoda quæ à rege perpeſſuri eſſent illis recenſeret. Fecit illud Samuel. At illi pertinaciter inſtabãt, vt ſibi rex crearetur, quo cæterarum gẽtium ſimiles eſſent; dedit tandem illis Saulem Regem, & regiam poteſtatem. Sed & hæc modicum durauit: nam non multo poſt in duplicem Tyrannidem diuiſa illorum Reſpub. ac tandem ab Aſſirijs euerſa. Prius tamen reges Samariæ ac decem tribus in Chaldæam abductæ, deinde reges Hieroſolymorũ cum reliquo populo, qui cum annos LXX. exulaſſet poſtliminio reuerſus in patriam ſub Regibus iiſdem & Pontificibus tamdiù floruit, quod inteſtinis ſeditionibus, & bellis finitimorum, nunc in Aegiptiorum, nunc in Græcorũ; poſtremò in Idumæorum poteſtatem veniret. Ad extremum redacta Iudæa in prouinciæ formam ab Auguſto; pertulitque Imperium Romanorum à quibus centeſimo poſt anno deſciuit: quibus temporibus per Titum Hieroſolyma expugnata, & funditus euerſa, tãta populi ſtrages, tum in Aſia, tum in Affrica ſecuta eſt, conſpirantibus finitimis omnibus ad vnius populi euerſionem, vt gens illa penitus interijſſe crederetur. In Lacedæmoniorum etiam politica videmus hoc modicum. Imperium enim Lacedæmoniorum, prius quidem adminiſtratum à Regibus (qui annos circiter CCC. ab Euriſthene. Vſque ad Lycurgum regnarunt) poſt tamen Lycurgus popularem in eo potentiam inſtituit, ſed valdè moderatam, Anno verò XXIV. Theopompus, ac Polydorus Optimatum imperium omnino ſtabilierunt, atque in eo ſtatu floruerunt DLXXVI.

Sabelic. lib. 7. Aeneadis quintæ.

Vſque ad Nabida Tyrannum, quem Achæi duce Philopomene imperio ſpoliarunt, ſublataque Lycurgi diſciplina, ex Achæorum inſtitutis Lacedæmonij viuere coacti. Sed & hoc modicum durauit, nam poſtea ex Monarchia Ariſtocratia ac Democratia permixta conſtitutaq; fuit. In Athenienſium Repub. idem modicum videre licet, vt habet Bõdinus. Cum rex Athenienſium Cecrops Atticorum XII. oppida fortiter ab hoſtium incurſione prohiberet, regnũ adeptus eſſe dicitur, ab eoque regnatum eſt, vſque ad Aeſchilum annos circiter DCCC. Poſt Aeſchili mortem, qui perpetuum imperium tenebat Optimates, magiſtratum, quaſi dictatorem decennalem crearunt, ſed cum is magiſtratus nimia poteſtate abuteretur annuum definierunt. Et poſtea in diuerſas ſpecies politiæ imperium eorum mutatum, tyrannorum ac Magiſtratuum libidini ſeruiendo.

Ioã. Bod. Metho. Hiſt. c. 6.

Romul.

Prætereà in Romanorum Repub. hoc modicum videmus. Romæ enim Romulus, auctore floro eius conditor, à Marte genitus, & Rhea Syluia, primum imperium tenuit, poſtquem ſex deinde Reges ſecuti ſunt, ſub quib. (teſte Liuio ab vrbe condita) CCXLIV. annos monarchia durauit. Expulſo Tarquinio ſuperbo, qui regum vltimus fuit, mutata ciuitatis forma, ſecutaq; eſt Ariſtocratia id eſt optimatum principatus: nam pro regib. duo conſules (vt Liuius & Dionyſius teſtantur) creati ſunt. L. Iunius Brutus (qui libertatis vindex extiterat) & L. Tarquinius Collatinus, qui Conſules dicti à conſulendo, hoc eſt prouidendo: apud hos ſumma totius imperij erat, ij exercitum ductabant, & ab eorum magiſtratu annuo numerus annorum notabatur? Tandem poſt varias mutationes in Gotthorum, Græcorũ, Gallorum, Germanorum, Hiſpanorum poteſtatẽ deuenit, & nunc imperijs, & authoritati Pontificũ manet ſubiecta.

Liuius in 1. Liuius in 2. Dioniſius in 4.

Iuſtinus Oroſius.

In Hiſpaniæ politia hoc modicum videmus: Carthaginenſis Duce meſeo magnam partem Hiſpaniæ occuparunt, vt ex Iuſtino, & Oroſio intelligi poteſt, atque imperium tantiſper tenuerunt dum à Romanis eijcerentur, non tamen domita erat omnino Hiſpania Scipionis ætate, cum vlteriores ſuos principes Cæſaris quoque temporibus haberet. A Scipione Affricano ad Gõdericum regem (qui primus è gente Vandalorum Hiſpanias inuaſit) numerantur anni DCLX. Poſtea Vandalis in Affricam traijcientibus: ſucceſſit Alaricus Pannonicus de gẽte Balthorum qui tũc Gotthorum Dux erat, Ab eo Gotthi CCC annos in Hiſpania regnarunt, id eſt vſque ad Rodericum; cuius temporibus Arabes ac Pœni vniuerſam Hiſpaniam, præter Cantabros & Aſtures, in ſuam poteſtatem redegerunt anno ſalutis DCCXVII. Imperij Roderici anno ſeptimo, vt Tarapha ſcribit. Huic conuerſionis cauſam dedit Celtiberorum princeps qui vt illatum Filiæ ſtuprum à Roderico vindicaret, Pœnos in Hiſpaniã euocauit Poſtea Galli Carolo Magno primum, deindè Ludouico filio ducibus, magnam Hiſpaniæ partem, ab Arabum ſeruitute vindicarunt, ac per legatos tamdiù gubernarunt, quoad Ludouicus Pius, Iamphredo Legato liberum imperium permiſiſſet. Poſt Hiſpani recuperatis viribus Duce Alfonſo quinto Arabes ex omni ferè Hiſpaniæ exegerunt. In Gallorum Repub. hoc modicum videtur. Nam licet Galli ſub Regibus primum diutiſſimè floruerunt, vt C. Iulius Cæſar, & Liuius teſtantur Colonijs in vniuerſam ferè Europam miſſis clari. Modicũ tamen hic ſtatus Reip. perſeuerauit. Nam cum Reges impotenter dominarentur, optimates imperium ſuſceperũt, populum in tres ordines naturæ congruentes hoc eſt ad rationis iræ ac libidinis formam diſtribuerunt. Multis poſt annis Romanis, Gotthis, & Vngaris diſſidentibus, paulatim Galli vniuerſam Franciam inuaſerunt, & Regiæ poteſtatis formam ita ſtabilierunt, vt militari diſciplina pauci, domeſtica pace nulli diutius floruerint, & vſque ad præſens tempus florent. Sed & hoc modicum eſt.

Tarapha

F

Io. Bõd. Metth. Hiſtoricè cap. 6.

Noſtra verò Reſpub. Polona, vt aliquid ex domeſticis afferamus, tot habuit modica, quot inter regna. Incipiendo à Lecho qui à Cimmerio Boſphoro Egreſſus; vacuas à Vandalis relictas ſedes occupauit circa annum 550. primũ ergo modicum erat à Lecho ad Cracum; aliud à Craco ad Vandam Craci filiam; aliud à Vanda ad 12. Palatinos: aliud à 12. Palatinis ad Leſcum I. qui antea Præmiſſus aurifaber, aliud à Leſco I. ad Leſcum II. à Leſco II. ad III. Leſcum, a Leſco III. ad Popielum, aliud a Popielo ad Piaſtum, & ſic conſequenter vſque ad Sigiſmundum III. Poloniæ Regem ex Ioanne III. Sueciæ Rege, & Catherina Sueciæ Regina. Hæc omnia fuerunt modica. Sed nobiliſſimus ille Marianorum ſeu Theutonicorum ordo potiſſimum teſtimonio nobis eſt, quod Blitiæ habent ſuum modicum. Nam cum hi auctis viribus bella geſſiſſent, aliquãdiu cum Poloniæ regibus, prælio victi, fidem per iuſiurandum dederunt Caſimiro Poloniæ regi, patri Sigiſmundi. A primo magiſtro vſque ad Albertum Marchionem Brãdeburgicum interceſſerunt anni 33. Albertus poſtea electus fuit, qui pacem cum Polono fecit, eique fidem dedit, vt præcipuo ſuo Magiſtratui, & religione ſimul, & ordine mutato, Pruſſiam ſibi vendicauit, & qui fuerat ante magiſter, dux Pruſſiæ ſalutatus: aliquanto poſt in matrimoniũ duxit Friderici Daniæ regis filiam Dorotheam. In omnibus ergo populis, & nationibus modicum reperitur. Et in ſumma de omnibus creaturis dici poteſt modicum. *Creſcũt enim inquit D. Auguſtinus, vt perficiantur; & perfecta ſeneſcunt, & intereunt: ergo cum oriuntur, & tendunt ad eſſe, quo magis feſtinant, vt ſint, eo magis feſtinant, vt non ſint*. Sic autem Deus condidit orbem, vt omnia haberent ſuum modicum, partim, ad oſtentandam ſuam magnificentiam. Quemadmodum enim ad oſtentandam ſuam magnificentiam Rex Aſſuerus alijs atq; alijs vaſis cibos inferre iuſſit, alijs, & alijs dapibus menſam ornare; ita Deus menſam orbis pro magnificentia ſua, nouis vaſis, nouis dapibus exornat.

Aug. li. 4. Confeſſ. cap. 10.
Heſter cap. 1.

munditia fornicationum, aufert tamen iſta vna febricula, & ad huc viuentibus, totam falſam beatitudinem ſubtrahit, ſola remanet manis & faucis conſcientia, Deum ſenſura iudicem, quem noluit habere cuſtodem, & inuentura aſperum dominum, quem dulcem patrem quærere atque amare contempſit. Timeat ergo mundus in ſuis gaudijs, timeat nimium laxare habenas lætitiæ, ne quantò magis lætatus fuerit, tantò grauius indè contabeſcat. Dulces ſunt mundi ſanguiſugæ, vanitas ſcilicet & voluptas, clamantes ſemper Affer, Affer, nunquam ſatiantur, nunquam dicunt ſufficit. Quid ergo gaudes munde immunde de his ſangui ſuguiſugis quæ quo plura obtinuerint, eo maiori pluriũ habendorũ deſiderio inardeſcunt. Infernus nunquã dicit ſufficit, nec ignis ſatis vnquam lignorum habere poteſt ad cõburendum, ita voluptas tua, & vanitas nunquam ſatiantur. Tu es ille crudelis Tyranus, blandus inimicus, doloſus amicus, malitioſus ſeductor, innocentium ſupplantator, iuſtorum criminator, ſanctorum præcipitium, malorum omnium congeries. Tu es ludus nefarius impiorum hominũ, gaudium & iocus Dæmonum, ſanctitatis vermis, ſimplicium peſtis, bonorum morum corruptio. Tu es illud mare in quo omnes naufragium faciunt, portus nemini tutus, portas quæ malis nunquam clauditur, tempus quod ſemper mutatur, aer nubibus obductus, ignis vorax, & ad malum ſemper accedens, non purgans, ſed fędans, non fouens ſed vrens, vſque ad inferni nouiſſima. O quis igitur tam inſipiens qui ſtultè gaudere velit cum mundo fallaci? Quis adeò inſanus, qui ſtabilem arbitretur mundi felicitatem? Fugax certè eſt, & ſicut mundus ipſe tranſit velociter, cum omni concupiſcentia ſua, ita tota eius proſperitas ipſo eſt
1.Ioan.2. v.15. velociter Euro. Ideo alta voce intonat Ioannes Apoſtolus. *Nolite diligere mundum.* Quia mundus periculoſior eſt blandus quàm moleſtus, & magis cauendus cum ad ſe allicit vt diligatur, quàm cum admonet cogitque contemni inquit
Auguſt. D. Auguſt. Et iure merito. Nam triplicem modum decipiendi habet, vt inquit Salomon. decipit peruerſa loquendo, decipit ad peruerſa iter dirigendo, decipit de peccatis
Prou. 1. gaudendo. *Prudentia ſeruabit te, vt eruaris a via mala, ab homine qui peruerſa loquitur, qui relinquunt iter rectum, & ambulant vias tenebroſas, qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Porrò triplex hominum genus habet mundus qui de facili decipiunt, & vnum altero peius. Mali ſunt, qui peruerſa loquuntur, & lingua decipiunt, peiores qui manibus, & pedibus ambulant vias tenebroſas, & decipiunt, cum vias rectas relinquere faciũt; peſſimi qui etiam de ijs malis lætantur. Cauendus eſt ergo mundus & lætitia eius, quia lætitia illius eſt indicium æternæ perditionis. Melior eſt autem triſtitia iuſtorum, quia hæc eſt indicium futuræ lætitiæ vt inquit Chriſtus. SED TRISTITIA VESTRA VERTETVR IN GAVDIVM. Poſt triſtitiam lætiora ſunt gaudia: nam & anima noſtra magis lætatur inuentis, & redditis ſibi rebus quas diligit, quàm ſi eas ſemper habuiſſet. Triumphat victor Imperator, & non viciſſet niſi pugnaſſet, & quãto grauius periculum fuit in pręlio, tanto eſt gaudium maius in triumpho. Iactat tempeſtas nauigantes minaturque naufragiũ, omnes imminente morte palleſcunt. Cum autem optata redit trãquillitas, omnes pariter & ſinguli eo maiora dant lætitiæ indicia, quo euidentiora interitus iam iam imminentis viderant argumenta. Edendi etiam & bibendi voluptas nulla eſt, niſi præcedat eſuriei, & ſitis moleſtia. Idcirco ebroſi libenter, ſalſa comedunt cibaria, quo meliorem bibendi occaſionem habeant, ſicut igitur quilibet hominũ, plus gaudet de deſperata animæ ſalute, & de maiori periculo liberata quàm ſi ei bene ſemper fuiſſet, aut periculum minus effugiſſet. Itaque Pater ille miſericordiarum, *plus lætatur*
Luca 15. *de vno peccatore pœnitentiam agente, quam de nonaginta iuſtis qui non indigent pœnitentia:* Ipſe enim eſt paſtor ille bonus, qui diù laborioſè conquiſitam, & tandem inuentam ouiculam errantem, ſuiſque humeris impoſitam, ad gregẽ magno cum gaudio reducit. Ipſe etiam figuratur per illam ſagacem ac prudentem mulierem, quæ drachma quã perdiderat inuenta nimium exultat, congaudentibus ſibi vicinis, eamque ſumma cum hilaritate in theſauris ſuis recõdit: ideo ergo dicit. *plorabitis quidem & flebitis vos, ſed tamẽ triſtitia veſtra conuertetur in gaudium*, & in gaudium tale, quod nemo à vobis poterit auferre.

Docemur nos hic quia patienter, & hilariter ferre debemus omnes cruciatus, paſſiones, morbos, torſiones, & alias his ſimiles vitę pręſentis calamitates, quia poſt triſtitia gaudia erunt lætiora. Qui verò gaudent in ſolis proſperis huius mundi, & nulla aduerſa ſuſtinere volunt, illi planè æternis bonis intereſſe non affectant: ſed exilium pro patria, & mortem pro vita habent, quibus Deus venter eſt, & gloria in cõfuſione. Verumenimuerò in illa die, quando cæli mouendi ſunt & terra, ſuccedet mira Metamorphoſis, gaudiũ enim conuertetur in triſtitiã, & triſtitia in gaudium, qualem conuerſionem, & mutationem expectabat ille qui dicebat, *Expecto donec veniat immutatio mea.* Experientia docet, Clima diuerſum plurimas facere mutationes, reperiuntur aliqua loca in quibus lana ouium eſt delicatiſſima, ſicut eſt in Hiſpaniarum regno in Caſtella: quod ſi ad aliud
Clima transferantur oues iam lana eſt groſſa: ſi Clima temporale diuerſum, diuerſus cæli aſpectus tales facit mutationes & cõuerſiones, quales putas faciet ſæculum diuerſum. Caſtella.
Certè lupi & Leones mutabuntur in agnos, agni autem in
Leones, peccatores qui nunc lætantur cum malè fecerint, Apoc. 6.
ſunt tanquam lupi & leones, iuſti autem qui triſtãtur ſunt tanquam agni: ſed in futuro ſæculo, timebunt peccatores ab ira Agni, quia Ille Agnus qui coram tondente ſe obmutuit, ſicut leo rugiet; & dicent peccatores montibus, & Petris, *Cadite ſuper nos.* De illo perfidiſſimo hæretico Ziſca ſcripſit Alciatus.

Cætera muteſcunt coriumque ſilebit ouillum
Si confecta lupi tympana pelle ſonent
Hanc membrana ouium, ſi ex horreſcit vt hoſtem
Exanimis quamuis non ferat exanimem
Sic cute detracta Ziſcus in tympana verſus
Bohemos potuit vincere pontifices.

Experientia docet, quod agni ita timeant lupos, vt ſi tympanum fiat ex corrigio lupi, ex vna parte, & ex corrigio agni ex altera, corrigium agni non ſonat: Ideo ex corrigio ſuo tympanum contra Catholicos iuſſit fieri Fiſca, quia in hoc ſæculo agni lupos timeat, ſed in futuro ſæculo oĩa mutabuntur, lupi agnos timebunt, diuites erunt pauperes, pauperes huius ſæculi diuites erunt. Illi qui hic imperant, ibi ſeruient, ſicut vel religioſis mos eſt; quod tẽpe prandij aliqui menſæ ſeruiunt, alij aũt ad menſam ſedent, & manducant, poſt prandium autem mutantur, quia illi qui ſeruiebant, ad ſecundam menſam ſedent, & manducant, aliquis autẽ ex illis qui manducabant prius, fit ſeruitor poſteriorum. Hæc dicta ſunt ad elucidandam verborum Chriſti veritatem, quibus docuit ſuos Apoſtolos, eorum temporaneam triſtitiam in ſempiternum gaudium eſſe conuertendam; Cæterùm quo magis à diſcipulis ſua imbibatur doctrina, quod verbis dixerat, idipſum parabole exemplo confirmat, dicens.

MVLIER CVM PARIT TRISTITIAM HABET, QVIA VENIT HORA EIVS, CVM AVTEM PEPERIT PVERVM, IAM NON MEMINIT PRÆSSVRAE PROPTER GAVDIVM. &c. Parturitio hic mulieris triſtitiæ, partus verò gaudio cõparatur. Fructus acerbæ amaræq; preſſuræ, natus puer eſt ſi mulier fugeret partus dolorem, ad noui pueri gaudia nõ pertingeret. Simili modo loquendi Prophetæ vſi ſunt. Dauid *Ibi dolores vt parturientis.* Iſaias *Torſiones & dolores tene-*
bunt, quaſi parturientes dolebunt. Hieremias *Quomodo con-* Pſal. 47.
tremuiſti Cum veniſſent tibi dolores quaſi parturientis. Docto- v.7.
res Apoſtolorum cæterorumque piè Deum colẽtium, cum
doloribus parturientium cõparantur, quia vehementes & Iſai. 13.
magni, ſed cũ ſpe futuri partus coniuncti. Dolor quidem ſu- v.8.
bitus & vehemẽs inuadit parturientes, ſed tamẽ ſpe futuri
fœtus alleuiatur atque minuitur: tandem poſtea edito fœ- Hier. 22.
tũ, in tantum, gaudium conuertitur, vt non meminerit am- v.23.
plius preſſuræ, quia modicum eſt omne quod præterit, & quod ſubſiſtentia non habet. Sic mors Chriſti, multum quidem Apoſtolos turbauerat magnoque dolore affecerat, ſed tamen Chriſto ex ſepulchro, quaſi ex vtero edito in lucem, (quia ſurrexerat morte haud amplius moriturus) non meminerunt amplius preſſuræ, quam paſſi fuerant. Quia verò Domi-

K

Digitized by Google

ro Dominus in reſurrectione ſua, myſterium quoddam parabolæ prædictæ conueniens aperuit, ſcilicet quod mortis dolores ſoluerit, & nouum hominem regenerari fecerit, Chriſti reſurrectionem, noui hominis regenerationem ad immortalem vitam rectè appellare poſſumus. Nam & ab Apoſtolo vocatur primogenitus ex mortuis. Ad hæc Pſalmiſta in perſona Dei Patris ait. *Filius meus es tu ego hodie genui te*, id eſt ad immortalē vitam reſuſcitaui te. Non enim ibi loquitur ſcriptura de Chriſti æterna natiuitate a Patre, neque de temporali eius natiuitate à Matre, ſed de eiuſdē reſurrectione, quam natiuitatem appellauit. Huius rei teſtis locuples eſt Paulus in Actis Apoſtolorū. *Et nos* (inquit) *vobis annunciamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs veſtris reſuſcitans Ieſum.* Fauet huic propoſitioni Ioan. *Et draco* (inquit) *ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, & cum peperiſſet filium maſculum &c.* In cruciatibus (inquit Auguſtinus in explicatione Apocalipſis) parit Eccleſia Chriſtum per membra. Nam mulier, id eſt Sancta Maria virgo, quæ præcipua eſt Eccleſiæ pars, genuit maſculum id eſt Chriſtum, deindè corpus Chriſti quod eſt Eccleſia ſemper generat in dolorib. membra Chriſti: Draco autem ſtans ante parietem, volebat deuorare maſculum, quē mulier peperat, in ortu ſuo per Herodem, ſed nequiuit votis ſuis facere ſatis. Deindè voluit eum de ſupercilio montis præcipitare per Naſaræos, poſtea lapidibus obruere in templo per Sacerdotes, poſtremò per ſententiam Pilati ſua Anna & Caipha cruci affixit & vita priuauit. Sed Deus illum ſuſcitauit à mortuis, & ſic nouus homo natus eſt Eccleſiæ, ſolutis doloribus inferni, exitinctiſque preſſurarum ærumnis. Eſt & alius ſenſus huius lectionis, de Eccleſiæ ſcilicet electis, quos illa inter tentationes huius mundi Christo parere ſtudet. Eccleſia namquè quamdiù in mundo ſpiritualium virtutum profectibus incumbit, tamdiù mundi tentationibus exercetur verum cū deuicto certamine ad triumphi palmam peruenerit, iam non meminit preſſuræ præcedentis, quia natus eſt filius, id eſt quia tranſmiſit ſuos electos ad paradiſi gaudia. Nec mirum cuiquam videri debet, ſi electorum migratio in cælum natalitia appellantur, quando quidem ſolutis carnis vinculis, in perpetuas æternitates victuri, quodammodo naſcuntur & prodeunt. Nonnè ſanctus Stephanus tanquā parturiens doluit, inter grauiſſimos lapidum ictus, Nihilominus gratia futuri fœtus, futuræ ſcilicet Chriſti viſionis exultans inſultabat Tyranno, dicens. *Ecce video cælos apertos & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei.* Omnium ergo electorum eſt pati, & quidem dolores parturientium, ſed in ſpe patiuntur quæ alleuiat dolorem, & exonerat omne moleſtiarum faſtidium. Vnde Chriſtus etiam, iterando ſuperuenturas Apoſtolis moleſtias, commemorat ſimul, & ſubſequentia gaudia dicit enim.

Ad Coloſ. 1.

Pſ. 2. v. 7.

Actor. 13. v. 32.

Apoc. 12. v. 4.

D. Aug. in Apoc.

ET VOS IGITVR NVNC QVIDEM TRISTITIAM HABETIS, ITERVM AVTEM VIDEBO VOS ET GAVDEBIT COR VESTRVM. Vel poſt reſurrectionem meam, vel in nouiſſima die, & tunc ex meæ præſentiæ contemplatione gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. *Adimplebis me* (inquit Pſalmiſta) *lætitia cū vultu tuo delectationes in dextera tua.* Tunc gaudebit cor veſtrum, quia omnis noſtræ lætitiæ prouentus, ex illius viſione dependet. Videbo; nè putetis me ad ſublimiorem ſtatum tranſlatum contemnere electos, quos proprio ſanguine mihi comparaui, vel mea viſione deſtituendos fore. Hoc enim non decet meam humanitatem, & clementiam, vt quos tanti feci mea deſtituam vel priuem viſione. Videbo igitur vos cum aſſumpſero vos ad me ipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſitis, atque ita in illa die perpetuæ felicitatis & viſionis, gaudebit cor veſtrum & gaudium veſtrum nemo tollet á vobis. Vnde Dauid *ſatiabor inquit cum apparuerit gloria tua.* Nullus ibi aduerſarius, nullus perſecutor, nemo qui vobis ingerat materiam triſtitiæ, quia videbitis Deum Deorum in Sion. Et cum apparuero gaudium & vita veſtra, tunc vos apparebitis mecum in gloria perpetuæ fœlicitatis. Nec mirum certè, quia non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundū iniquitates noſtras retribuet nobis. Mortuus eſt pro nobis vnicus filius Dei, ne remaneret vnus, noluit eſſe vnus qui mortuus eſt vnus; multos enim filios fecit, vnicus filius Dei, probauit reprobatus, redemit venditus, honorauit iniuriatus, viuificauit occiſus. Dubitare ergo non debemus, quin ſit nobis daturus bona ſua, qui pro nobis non eſt dedignatus ſuſcipere mala noſtra, bona inquam æterna, in quorum comparatione bona temporalia pro nihilo reputantur, de quorum poſſeſſione inenarrabiliter gaudent, & exultant ſancti in cælo. Si enim de ſpe illorum ita exultat mēs humana, vt etiam præ gaudio in laudes Dei prorumpat, teſte D. Auguſtino, quanto magis cum poſſidentur. Si enim filij Iſrael vehemēter exultabant cum viderent Deū, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphirini alios lateris ſaphirini, animante illos, & promittente, quòd pro moleſtijs quas in faciendis lateribus ſupportabant recepturi eſſent lateres Zaphirinos, quod lachrimæ eorum conuertendæ ſint in gemmas, cinis & puluis in diademata, aſperitas veſtium in togas purpureas. Sic Eccleſia monet Chriſtianos in media Quadrageſima dicens. *Gaudete cum lætitia qui in triſtitia fuiſtis, vt exultetis, & ſatiemini, ab vberibus conſolationis veſtræ.* Si nunc cum laudamus Deum hymnis & Pſalmis exultamus, exultatione etiam in voces prorumpente, Pſallimus inquit D. Auguſt. & Exultatio mentis habita de æternis in vocem prorumpit, quanto magis tunc ſancti in voces prorumpent, præ gaudi cordis & exultatione mentis dicendo. Benedictus ſit Deus in æternum, qui creauit nos. Benedictus ſit Chriſtus, qui redemit nos, Benedictus ſit ſpiritus ſanctus qui ſanctificauit nos. Benedicta hora in qua nati ſumus. Benedicti parentes, magiſtri, directores noſtro &c. In has voces prorumpent ex abundantia lætitiæ in corde, quia iam ab omnibus malis liberabuntur, & omnibus bonis ex viſione Dei replebūtur. Benè ergo dixit Chriſtus Apoſtolis, iterum videbo vos & *gaudebit cor veſtrum.*

Pſal. 15. v. 11.

Pſal. 16. v. 15.

D. Aug.

Exod. 24.

Auguſtinus.

ET GAVDIVM VESTRVM NEMO TOLLET A VOBIS. Quoniam ego ipſe Chriſtus ſum gaudium veſtrum, ideo gaudere debetis, hæc enim ſola eſt beata vita gaudere in me & propter me. Hoc autem gaudium non datur impijs, quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Nemo planè poteſt, & in ſeculo, & in Domino gaudere. Multum quippè inter ſe hæc duo gaudia differūt, ſuntque ad inuicem contraria; *qui enim voluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur. Quia omne gaudium huius mundi, lætitia eſt cordis immundi, & gaudium temporale malorū, fouea eſt alta peccatorum*; ideoque Deus tribulationes miſcuit gaudijs terrenis, vt tribulationes homines ſentientes, & amaritudinem diſcerens æternam deſiderare dulcedinem. Nam gaudere eſt quoddam bonum; gaudium enim eſt, affectio animi, alicuius præſentis boni opinione concepta, & propriè tunc adeſt cum exhilaratur animus aliqua re; neque tamen ita ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facilè appareat. Lætitia vero eſt quando hilareſcit animus, adeò vt etiam exterius prorumpens certis notis oculis ſpectantium ſe prodat, & maximè in vultu notatur. Vnde conſueuerant Stoici dicere. Gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. Lætitia namque eſt ſine ratione animi elatio. Gaudium autem conſtans ac placidus cum ratione animi motus. Iubilū eſt ineffabile gaudium mente conceptum, quod abſcondi non poteſt, nec ſermonibus aperiri, ſed quibuſdam prodiuur motibus, quamuis nullis proprietatibus exprimatur. S. Gregorius. Gaudere (inquit) propriè eſt ſolius voluntatis, delectatio autem poteſt eſſe in omni potentia cognitiua, etiā ſenſitiua. Scholaſtici autem gaudium viæ & gaudium patriæ ſubdiuidūt, in gaudium eſſentiale & gaudium accidentiale. Gaudium eſſentiale eſt de obiecto beatifico, quod eſt viſio clara SS. Trinitatis, ac dilectio ejuſdem, alio nomine dicitur præmium ſubſtantiale, & denarius diurnus. Gaudium autem accidentale habetur de creatura. Gaudium eſſentiale non augetur, quia eſt de vno ſolo obiecto, gaudium autem accidentale quia poteſt eſſe de multis obiectis ſucceſsiuè, quæ non erant prius augeri poteſt. Itaque gaudium eſſentiale non poteſt augeri neque intenſiuè, neque extenſiuè, quia beatitudo æterna patriæ eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus; ſed gaudium accidentale vtroque modo poteſt augeri. Vnde Magiſter ſententiarum dicit Sanctorum gaudium in reſurrectione maius futurum accidentale

Iacob.

Cic. 4. Tuſcul. q.

S. Greg.

Mag. Sent. 4. diſtin. 45.

le

Digitized by Google

le ſcilicet non eſſentiale. Gaudere igitur bonum eſt, ſed qui gaudet ſi non indè gaudet vnde debet, non poteſt eſſe bonum quod gaudet. Gaudet miles terrenus de acquiſitis huius ſæculi honoribus citò perituris; gaudet raptor, de bonis alienis iniuriosè poſſeſſis; gaudet ebrioſus de nimia potatione; adulter de ſuis ſordibus; iracundus de accepta vindicta, & ſimilia multa, quæ omnia noxia ſunt gaudia, gaudia peritura, & cum confuſione à gaudentibus auferenda. Gaudium autem quod Chriſtus commendat, eſt gaudium viſionis diuinæ in patria, gaudium laudabile, gaudium in æuum permanſuturum; in via verò eſt gaudium de virtutibus, & ſanctis operibus. Qui vult ergo laudabiliter gaudere, in illo gaudeat, qui eſt verum gaudium, ſcilicet in Deo, qui non poteſt vnquam immutari aut deficere. Hoc gaudium nemo tollet à te: quia nihil eſt potentius Deo, nihil optabilius, nihil firmius. Da nobis quæſumus Domine Ieſu Chriſte huius gaudij nunquam perituri, acceleratiſſimam viſionem; quia diù *prolongatus eſt noſter incolatus, & habitamus cum habitantibus Cedar.* Veni ergo Domine, veni & noli tardare, viſita nos in ſalutari tuo, lætifica corda noſtra hic per gratiam, & in futuro per gloriam: vbi tecũ & cum omnibus electis tuis te donante in ſempiternum lætemur. Amen.

INSTITVTIO Moralis.

A

Dominicæ Tertiæ poſt Paſcha.

De Patientia virtute moderatiua triſtitia, & pœnitentia cauſatiua lætitia.

Ioan. 16. v. 20. *Mundus gaudebit vos verò contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.*

Prou. 14 v. 29. *Qui patiens eſt multa gubernatur Sapientia, qui autem impatiens eſt exaltat ſtultitiam.*

PEr contrarij aliquis poſſet, quodnam ſit ſignum ex quo colligi poſſit an aliquis ſit virtuoſus, & virtuosè operetur. Reſpondet Ariſtoteles ſignum eſſe virtutis, ſi alacriter cum lætitia & gaudio operatur. *Signum* (inquit) *oportet facere habituum ſupereminentem voluptatem vel triſtitiam operibus.* Si autem cum dolore, & triſtitia ſignum eſt virtutis habitu præditum non eſſe qui ſic operatur. Et reuera ita eſt, qui enim à voluptatibus abſtinet, atque refrænat appetitum, & indè lætatur, atque quod ſit abſtinens gaudet, ſignum eſt quod ſit præditus virtute temperantiæ, qui etiam aduerſa tolerat, & periculis expoſitus lætatur: ille fortis eſt & præditus virtute fortitudinis, qui autem ex his dolore afficitur, nec temperans nec fortis dici poteſt. Hinc Plato Adoleſcentes ita educandos ſuadet, vt lætentur ex his, ex quibus lætari debent, & doleant ex quibus dolere debent. Nam hoc ipſum ſignum erit quod virtutibus ornati ſunt, quia vnũquodque opus bonum, & virtuoſum, ſequitur lætitia, & quædam animi voluptas, communis omnibus virtutibus, multo perfectior, quam illa particularis, quæ ad temperãtiam pertinet, quæ eſt in abſtinentia eſus, potus, & ſenſus, tactus. Itaque cum quis ex bono opere lætatur, ſignũ eſt virtutis in ipſo. Cum autem benè operatur, ſed bonum opus ſequitur quidam dolor, & triſtitia ſignum eſt quod qui ſic operatur, non habet habitum virtutis. Quod inſuper indè manifeſtum eſſe poteſt, quia licet naturaliter homines deſiderant bona delectabilia, vtilia, & honeſta, & his contraria nempè nociua, triſtia, & mala euitent. Virtuoſi tamẽ maximè appetunt bonum honeſtum, eo, quod maxima ſequitur voluptas & lætitia bonum honeſtum, ſignum ergo eſt, quod quis honeſte, & ſecundum virtutem viuat, ſi ex bono opere lætitiam habet. Denique nullus negabit bonum hoſpitem lætificare domum, communiter hoſpites fiunt ingrati recipientibus, quia vt in plurimum recipientibus eos in domos ſuas afferũt multas moleſtias, multa damna, non veniunt vt aliquid adferant, ſed vt aliquid accipiant. Quod ſi eſſet aliquis hoſpes, qui eo animo veniret vt & malos hoſpites, damna & moleſtias domui inferentes eijceret, & domum illam ditaret theſauris, quiete, & alijs ſimplicibus exornaret, certè talis hoſpes cum lætitia reciperetur. Virtus eſt huiuſmodi animæ hoſpes, vt de illa poſſit dici, illud quod de Spiritu ſancto canit Eccleſia. *Dulcis hoſpes animæ.* Nam & malum hoſpitem nempè vitium eijcit domo quam inhabitat, & domum illam exornat atque lætificat, ſignum ergo virtutis eſt lætitia. Porò quemadmodum ſapientiæ ſignum eſt patientia qa qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia, & ſignũ ſtultitiæ impatientia: ita virtutum omnium, ſed præcipuè patientiæ & veræ atque ſinceræ pœnitentiæ ſignum eſt lætitia. Nam ſi quis verè pœnitens eſt non ſolum de peccatis dolet, ſed etiam de dolore & triſtitia lætatur. Pœnitentia eſt quoddam emblema. Eſt enim lætitia ex triſtitia, & triſtitia ex lætitia. Nam ſi Angeli lętantur ex vno peccatore pœnitentiam agente, abſque vllo proprio commodo, cum indè nullum vtile proueniat Angelis, quanto magis ipſe pœnitens lætari debet, cum ex pœnitẽtia tot vtilitates ſortiatur? Nec minus aliquis lætatur, cum bonis afficitur, quã quando à malis liberatur. Pœnitentiæ autem virtus vtrũque præſtat, nam & liberat à peccatis, & gratiam Dei animæ comparat atque promeretur. Iſaias pœnitens, ſæpe dicebat ad Deum. *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.* Non eſt imaginandum Dauidem, ſem- Iſa. 38. v. 15.
per in amaritudine fuiſſe: quia ita natura ordinatum eſt, vt lætis ſuccedant amara, & amaris læta. Ac licet ſibi contrariari videantur: indiſſolubilem tamen amicitiam ſeruant, & nunquam ab inuicem ſeparantur, nunquam ſola amaritudo reperitur, ſed amaritudini ſuccedit lætitia, & è conuerſo. Quomodo ergo dicit ſe ſemper in amaritudine fuiſſe, cum nouo ſpiritu recreatus, pulſis peccatorum amaritudinibus ab animo, quaſi corpus noxijs humoribus repurgatum habebat, & bono ſanctitatis habitu lætabatur. Ideo ergo in amaritudine ſe ſemper fuiſſe ait, quia lætus, expulſas peccatorum amaritudines ſemper recogitabat; atque ita non eſt dubium, quod ſignum veræ pœnitentiæ eſt lætitia, & alacritas, in doloribus ac triſtitijs.

B

Nec minus certum ſignum patientiæ virtutis eſt lætitia. Vbi eſt enim patientia, incredibilem cordi voluptatem ingerit. Et reuera nullo eloquentiæ apparatu ſatis expendi poteſt, quanta ex laboribus patienter exhauſtis lætitia ſubeat. Cum enim patientia ſempiternæ mercedis, ſpem firmam conſcientiæ pariat; fit, vt inde exoriatur gaudium ſanè maximum, animo ſe voluti expandente, & ad cæleſtia bona capienda, quaſi brachia porrigente, quæ futuræ fruitionis quædam prælibatio eſt. Hæ virtutes duæ exequuntur id, quod Chriſtus in hodierno Euangelio futurum prædixit, nempè: *Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium*, nam dolores & triſtitias in alacritatem, & lætitiam permutant, & conuertunt. Et in hoc conſiſtit magna ex parte illa ſapientia de qua Salomon ait. Qui patiens eſt multa gubernatur ſapientia, quæ enim maior ſapientia quam moderari triſtitiam, & in lætitiam miro quodam artificio conuertere. In præſenti itaque inſtitutione, demonſtrabimus, quod patientia & pœnitentia, verè ſapientem efficiat, conuertendo triſtitias in lætitiam, & quod à maxima ſtultitia haberent, quæ eſt triſtitia tabeſcere & conſumi.

In caſtris Dei viuentis, ſplendidiſſimè nitent hæ duæ virtutes, patientia & pœnitentia, laude immortali dignæ, ex diuerſis quidem aciebus déſumuntur, & ad diuerſa pertinent tentoria; nam pœnitentia pertinet ad iuſtitiam, patiẽtia ad fortitudinem: quia tamen vtraque verſatur circa triſtitias, ideo ad declarandam naturam illarum tria nobis vt certa præmittenda ſunt. Et in primis illud certiſſimum eſt, quod plurima homini damna affert triſtitia. Nam præter corporis nocumentum, quod inter paſſiones omnes maximum eſt (habet enim contractionis motum, vitalis mo-

tui

tui à dilatato corde prodeunti contrarium) appetitum, ve-
xat ac opprimit pondere mali præſentis & incumbẽtis, ani-
mo quoque grauiſſimè officit. Hinc communiter dicitur,
quod dolor animi vinculum eſt. Quod ſi triſtitia propriè
accipiatur, vt à dolore differt: peius quàm dolor animum
excruciat, anxietates nempè animi moleſtiores ſunt quàm
corporis. Nam ſicut delectatio amorem, ſeu conuerſio-
nem ad bonum, quodcunque ſiuè vtile, ſiuè delectabile, ſi-
uè honeſtum conſequitur, ita triſtitia ad odium ſiuè fugã
aut auerſionẽ à malo vero vel apparenti: ſicut ergo delecta
tiones ſpiritus ſunt maiores, quã voluptates corporis, quia
proueniunt ex coniunctione maioris boni: ita triſtitiæ ſunt
moleſtiores animo, quàm dolores corporis; quia maior eſt
interior coniunctio ad malum. hæc certa ſunt: ſed & illud
quoque indubitatum eſſe debet, quod aliqua triſtitia eſt bo
na, aliqua mala. Nulla triſtitia eſt bona, niſi quæ eſt pro-
1. Petri 2. v. 19. pter cauſam iuſtam, vt inquit Apoſtolus. *Hæc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias.* Reperiuntur
aliqua quæ quãtum ſunt ex ſe, nec bona nec mala dici poſ-
ſunt, ſed tantum propter alia quibus appropinquant, pro-
Plinius. pter quam propinquitatem mutant colores. Sicut Chama-
leon in terra, & Pulpo in aqua de quo ſcribit Plinius. Ita
in ſimili de triſtitia quam moderantur illæ virtutes dicen-
dum eſt. nam eadem triſtitia poteſt eſſe bona & mala, ea-
dem enim triſtitiæ paſſio poteſt ſequi bonum rationis, vel
non ſequi. Si enim quis dolet propter malum animæ, bona
triſtitia eſt, quod ſi dolet propter damnum corporis vel for
tunæ, vt communiter dolent mundani, mala triſtitia eſt. Si
triſtatur quis quia per peccatum amiſit præſentiam, & gra
tiam Dei, & ius in vitam æternam; bona triſtitia eſt, ſi au-
tem dolet quia perdidit bona temporalia, appetitus ſenſiti-
uo deſeruientia; mala triſtitia eſt & paſſio nociua, quam
D. Aug. D. Auguſtinus vocat triſtitiam carnis, illam autem bonam
ait eſſe triſtitiam cordis. David Propheta (inquit D. Aug.)
gemit gemitu cordis, alij autem gemitu carnis, & hos ge-
mo quia male gemunt. Et iure merito, cor enim gemit pro-
pter damna animæ, caro autẽ propter damna temporalia.
Certiſſimum eſt denique in noſtra poteſtate eſſe quod ali-
qua triſtitia ſit bona vel mala, laudabilis vel vituperabilis,
ſicut in noſtra poteſtate eſt, quod aliquid ſit laudabile vel
vituperio dignum, quia finis & cauſa mutant ſpeciem in
moralibus, quæ ſunt in noſtra poteſtate. Non ſumus ſicut
Midas. ille Midas Phrygum Rex de quo finxerunt Poetæ, quod à
Dijs acciperet tale priuilegium, quod quidquid tangeret
conuerteretur in aurum. Et quidem à principio hoc priuile-
gium videbatur vtile ac fælix; ſed poſtquam cibus & potus
conuertebatur in aurum, ille præ fame & ſiti mori debuit,
& propriam infælicitatem agnouit. Perfectius priuilegiũ
nos accepimus à Deo, vt quidquid tetigerimus noſtra vo-
luntate, affectu, & intentione, conuertatur id in quod
intendimus.

Poteſt voluntas conuertere tribulationes, quæ triſtitiæ
paſſiones irritant, in aurum quo emat cælũ, ſi tolerat pro-
pter Deum, poteſt etiam conuertere in ſtupam, & paleas;
quæ igne æterno comburantur, ſi in tribulationibus ad de-
ſperationem execrationes, maledictiones, aut (quod plerũ-
que euenire impatientibus ſolet,) blaſphemias prorumpat,
Deus petit à nobis lacrymas. *Beati qui lugent.* Et vult lachry
mas pro peccatis noſtris cõmiſſis, quæ nos à cęlo retrahunt:
In tua nunc eſt voluntate, plorare propter peccata, vel plo-
rare ob tẽporalia bona. Si fundas lachrymas verſus cælum,
& triſtitias patienter toleras, ac iudicio rationis moderaris.
Deus beatitudine eas pręmiabit, ſi verſus terram, quia pro-
pter bona terrena & temporalia, nullum præmium acci-
pies. In poteſtate igitur noſtræ voluntatis eſt facere Chimi
ſticam verã ex his quæ patimur. Et hoc ita verum eſt, quod
etiã in illis tribulationibus, quę nobis naturaliter eueniunt
poſſumus mereri offerendo eas Deo. Exempli cauſa mori-
tur quis morte naturali, offert illam mortem Deo, confor-
mando ſe cum voluntate eius meretur. Patitur aliquam
infirmitatem, ex defectu corporis, ſi patitur acceptando
propter Deum, meretur. Proficiſcitur quis ad bellum, offert
propriam vitam pro Eccleſia Dei, pro honore Diuino &c.
meretur. Ita determinatum eſt in Concil. Tridentino, quod
temporalibus à Deo inflictis moleſtijs, & à nobis patienter
toleratis, apud Deum Patrem per Ieſum Chriſtum ſancti-
ficari valemus. Itaque non ſolum meremur peccatorum
remiſſionem, per pænitentiam voluntariè aſſumptam aut
impoſitam; ſed etiam per dolores & infirmitates, quæ na-
turaliter eueniunt, & impoſſibile eſt quod non eueniant;
dummodo patienter tolerentur & in bonum finem acce-
ptentur. Quid enim magis naturale eſt ſicut mori. *Statutũ* ad Hebr. v. 27.
eſt omnibus hominibus ſemel mori. Et tamen mors patienter
tolerata eſt ſatisfactoria, imò ſi quis deſiderat conformare
ſe cum Dei voluntate, & præſentare ſe ante conſpectum
Dei, eſt oblatio & ſacrificium Deo acceptum vt inquit D.
Ambroſius.

Quando quiſque vinculis corporis abſolutis vult Deo aſ Ambr. li. de bono mortis.
ſiſtere, offert ſe hoſtiam laudis, quia ante mortem nulla eſt
perfecta laudatio, & adhoc propoſitũ adducens illud Pſal-
mi. *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis:* Lo-
quitur inquit de hoſtia, quam oblaturus erat, quando ad C
ſingulare certamen debuit deſcendere contra Goliat abla
turus opprobrium Iſrael. Quod ipſum amplificat idem D. Pſal. 115. v. 17.
Ambroſius, hoc modo. Cum David Propheta offert Deo
plurimas oblationes, non appellat eas hoſtias laudis, cum
offert Deo tot millia boum & arietum, aquam ex fonte Be
thlehem, cum ſurgit de nocte ad vigilandum, genu flexus
orando, lachrymis vbertim profuſis Deum placando cum
ieiunio, quod aqua & pane cinere aſperſo peragebat, mul-
tis diebus perſeuerat, cum pſalmos decantat, cum ſub pur-
pura regia aſperum cilicium geſtat, cum antè arcam ſaltat,
gratiſſima Deo munera offert: & tamen nullum illorum
dicit hoſtiam laudis, cum verò proficiſcitur & moriatur in
bello, vt anima à corpore diſſoluta, ante conſpectum Diui-
næ maieſtatis præſentetur, tunc ait, *Dirupiſti vincula mea ti*
bi ſacrificabo hoſtiam laudis, vt inſinuaret quod per illas
aduerſitates, quę naturaliter eueniunt & non poſſunt eui-
tari, ſi voluntariè acceptantur, & tolerãtur mereatur apud
Deum. Idem dicendum eſt de moleſtijs & triſtitijs, quas
Deus permittit, quas cum patienter toleramus ex neceſſita-
te virtutem facimus. Hanc ergo ſalubrem alchimiam quę tri
ſtitias, & moleſtias tanquam rudem, & vilem materiam
conuertit in aurum lætitiæ & præmij æterni, ſingulariter
operantur hæ duę virtutes patientia, & pænitentia iuxta
illud Gregorij Niſſen. ſuper illud. Quia qui patiens eſt mul
ta gubernatur ſapientia, conuertit enim triſtitiam in læti-
tiam, quod eſt magnæ ſapientiæ ſignum, qui autem impa-
tiens eſt exaltat ſtultitiam, quę enim maior ſtultitia, quam
mærore conſumi & tabeſcere. Et licet commune id ſit &
alijs virtutibus, vt moderentur triſtitias & gaudia, tamen
ſpecialiter id ſpectat ad has duas virtutes, quæ cum triſtitia
bellum gerunt, nè fortè animum obruat, & quodam quaſi
lethargo infeliciter ſopiat.

Patientia itaque eſt virtus, quæ contra paſſionem triſti- Deffinitio Patiẽtiæ.
tiæ, rationis bonum tuetur, ac propterea in appetitu concu-
piſcibili vbi ea paſſio viget, velut in ſede propria colloca-
tur. Nam quemadmodum ad manſuetudinem ſpectat
refrænare iram, ad charitatẽ refrænare odium, quod exci-
tatur in appetitu ex ſucceſſu alicuius aduerſi, ita ad patien-
tiam pertinet refrænare triſtitiam, quæ prouenit ex damno
aliquo temporali. Hæc virtus refrænatiua triſtitiæ, inter
virtutes Chriſtianas miris laudibus à Patribus effertur. In-
ter ingenuos quippè diuinæ charitatis fætus, quaſi primo-
genitus, ab Apoſtolo reponitur. Sic enim ipſe quaſi in ca-
thalogo quodam recenſet charitatis fructus. *Charitas pa-*
tiens eſt, benigna &c. Cæleſti proficiſci lumine perfuſus, ni-
hil ad virtutum Reginam commendandam, patientiæ lau
de opportunius iudicauit, quaſi ex ea potiſſimum nota, ſin
cera charitas internoſceretur, & omnem ſuſpicionem ex-
cluderet, niſi enim charitatis aurum, ictibus multis exſplo-
retur, quod patientiæ munus eſt, laudem primam maxi-
mè promeretur, ex quo virtutis huius nobilitas præſertim
elucet. Quid enim altius excogitari poſſit, quàm excellentiſ Patiẽtia pficit charitate.
ſimæ charitati, quæ animi, eiuſque virtutum vita eſt, lau-
dem primam conciliare? Nec verò laudem ſolam, ſed vtili-
tatem & neceſſitatem immenſam adfert patientia charita
ti, nũquam enim charitas cumulatè opulenta eſt, niſi poſt-
quam patientiæ cum triſtitia cõflictu pacem cordis acqui-
ſiuit. Nec ſolum charitati, ſed cæteris quoque virtutibus
patien-

patientia ornamento, & commodo eſt. Quapropter rectè D. Iacobus dixit. *Quod patientia opus perfectum habet, vt ſitis integri, & perfecti & in nullo deficientes.* Si quis vult, ita eſſe perfectus, vt nihil omnino ſi perfectionis deſit, & in nullo deficiat, debet habere ita perfectam patientiam, vt ſit paratus etiam vitam propriã ob amorem huius virtutis, perſecutoribus exponere; quod ſi ei deeſt, poterit illi dici illud Apoſtoli. *Nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis*, ſuple aduerſus peccata & vitia pugnando. Hinc eſt quod ſi Deus vult, aliquem hominem eſſe ſanctitatis perfectę per patientiam, eius perfectionem & ſanctitatem conſumat, & complet. Dei enim opera ita ſunt perfecta, vt nihil illius omnino deſit perfectionis, vt ait Moyſes. *Date magnificentiam Deo noſtro, Dei perfecta ſunt opera & omnes viæ eius iudicia.* Quando Deus creauit mundum, vnum quodque opus manuum ſuarum conſiderauit, & vidit quod cũcta eſſent valde bona, & cõſequẽter perfecta. Nam vt (inquit Dionyſius) Bonum ex integra cauſa, malum autem ex quocunque defectu, non ſolum bonitate abſoluta & in ſe, ſed etiam relatiuè ad alia. Et iure merito, qui nihil deeſt Deo ad faciendũ opus perfectiſſimum. Non deeſt ſapientia ad formandum opus perfectum, non deeſt voluntas ad volendum illud, quod eſt perfectum, non deeſt potentia ad exequendum, & vbi hæc tria adſunt, non eſt poſſibile aliquid imperfectionis in opere inueniri. Ideo ſcriptura inquit. *Igitur perfecti ſunt cœli & terra & omnis ornatus eorum*. id eſt in ſua cõſummata perfectione producti. Sicut ergo omnia creauit perfectiſſima, ita cum aliquem vult iuſtificare & ſanctificare, ſic eum ſanctificat ac virtutibus exornat, vt nihil omninò ei ſanctitatis deſit, nulla ei virtus deficiat. Exemplo ſit vel ſolus B. Ioannes Baptiſta, quem Deus omni ſanctitate prælucere voluit, ideo cum de illo loquitur D. Ioannes Euangeliſta quòd eſſet homo miſſus à Deo, eo ipſo innuit, quod eum Deus effecit talem, qualem eſſe decuit eum, de quo poſſet dici, quod eſſet miſſus à Deo, de quo item poſſet verificari illud, quod de eo dicebant vicini & cognati. *Etenim manus Domini erat cum illo*; id eſt, prouidentia & diligentia particularis Dei, talis qualis eſſe ſolet vnius pictoris, qui vult aliquam artificioſam & perfectam imaginem depingere. Qua propter admouit ſuæ prouidentiæ manum ad ſanctificandum eum, multo ante quam naſceretur. Nã prædixit eius ſanctitatem, per Prophetas, quorum vnus futurum eum Angelum prænunciauit. Alter vocem verbi incarnãdi, deinde voluit vt Mater eius eſſet ſterilis, vt quilibet intelligat circa eius conceptionem & natiuitatẽ, manum peculiarem diuinæ prouidentiæ fuiſſe. Præterea in vtero Matris eum Sanctificat, à peccato originali purgat, vſum rationis accelerat. In natiuitate eius facit vt tot fiant mirabilia. Pater Prophetat, Angelus viſitat, nomen Ioannis ſcriptum miracula perpetrat, loquellam Patri reſtituit. Neque hic Diuina virtus ſubſtitit, ſed poſt aliquot annos, puerum tenerrimum in deſertum aſſumit, vt vitam aſperam, ſolitariam, & eremiticam agat, & abſque cibo & potu in ſyluis victitet. Ad extremum ad tantam eum perduxit ſanctitatem, vt niſi renuiſſet, pro Meſſia fuiſſet receptus. Bone Deus; quid nam eſt hoc? quid amplius poteſt addi ſanctitatis tam ſancto homini? Poteſt ſanè, quidnã illud? id quod perficit, complet, & declarat Sanctitatem, nimirũ patientia. Quidnam ei defuit poſt tantam ſanctificationẽ, patientia, ſiquidem vt ex Apoſtolo declaratum eſt. *Patientia opus perfectum habet, vt ſitis integri & perfecti in nullo deficientes*. Ideo ergo in carcerem miſſus, & decollatus vt ſic per patientiam hæc per pulchra manu Dei depicta imago perficeretur, & proprij sãguinis purpuriſſima decoraretur.

Jacob. 1. v. 4.

Ad Hebr. 12. v. 4.

Deut. 32. v. 4.

Num. 5.

Dionyſ. Areopagita.

Geneſ. 2. v. 1.

Nec mirum ſanè quod patientia opus Dei perfectum in ſanctitate reddat: ſiquidem omnes in ſe includit virtutes. Nam quando Chriſtus Dominus Chriſtianas illas virtutes enumerabat, nullam ſine patientia conſeruari poſſe innuit. Etenim dixit. *Beati pauperes ſpiritu*. Iam autem quis poteſt eſſe pauper ſinè Patiẽtia, dixit. *Beati humiles Spiritu*, Quis porrò poteſt eſſe humilis, ſinè patientia! dixit. *Beati pacifici*, Quis vnquam Impatiens fuit pacificus? *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam*. Nam quis poteſt pati hanc ſitim & eſuriem abſque patientia? *Beati eſtis cum male dixerint vobis homines*. Quiſnam ſereno & hilari uultu poteſt hæc tolerare, niſi patiens? Sic igitur in patientia omnes includuntur virtutes, & ab ea conſeruantur, ſicut è conuerſo in impatientia omnia includuntur vitia & peccata, nam vnde fornicationes & adulteria, niſi ex impatientia ſenſualitatum? vnde gula & exceſſus in cibo ac potu, niſi ex impatientia ventris ac ſtomachi voraciſſimi? vnde ſuperbia niſi ex impatientia faſtuoſi & in delectationem ex propria excellentia proni animi? Vnde inuidia, niſi ex eo, quod non poteſt aliquis pacificè tolerare bonum alienum? Vnde auaritia niſi ex eo quòd non poteſt quis pati paupertatem? Vnde negligentia, niſi ex eo quod non poteſt quis tolerare labores? Vnde receſſus à bono & apoſtaſia, niſi ex eo quod non poteſt quis patienter in bono perſeuerare. Itaque ſicut impatientia omnia in ſe continet vitia; ita patientia omnes virtutes includit, vtpotè cuius author eſt Deus, iuxta illud patientiſſimi viri. Tu es Domine patientia mea, ſicut è contrario, impatientiæ author eſt Dæmon; hæc enim eum de cælo deiecit. Nam ſi patienter tuliſſet ſui Creatoris ſuperioritatem, eumque vt ſuum Dominum recognouiſſet, abſque dubio de cælo non cecidiſſet. Hæc eum ad tentandum primum hominem induxit, quia enim non potuit illam hominis primi in paradiſo fælicitatem tolerare: ideo eum tentauit. Et quod maius eſt, non ſolum virtutes, verum omnem ſuauitatem conſolationum, cæteraque bona ſpiritualia in ſe continet patientia, iuxta illud canticorum. *Nigra ſum ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis*. Pro cuius intelligẽtia aduerte Cedar, idem ſignificare quod Iſmael. Porrò Iſmael erat gens deſcẽdens ab Iſmaele filio Abrahæ ex Agata. quæ gens nunquam habitabit in Ciuitabus & domibus, ſed in papilionibus ſicut & modo Arabes, vel Scythæ habitare ferunt, qui & ipſi ex Iſmaele ortum ducunt. Et quemadmodum non habebant tabernacula fixa, vel loca habitationis certa, ita quoq; maximas patiebantur iniurias cæli, præcipuè ſolis æſtum, & ardorem, à cuius vehementia & adultione, colorem nigrũ in corpore ad inſtar Æthyopum contraxerant. Nihilominus latrocinijs dediti erant & viuebant ex rapinis, vnde plurimas habebãt in papilionibus diuitias, & theſauros, ſemper tamen erant in periculo, ne pœnas ſcælerum morte per exquiſita tormenta inflictas luerent. Tabernaculum autẽ Salomonis antequam ædificaretur templum fuit coopertum pellibus vacarum ad defendendum tabernaculum, & ea quæ in ipſo erant ab iniurijs cæli. Itaque pelles illæ erãt quæ ſe opponebant calori ſolis, alijſque incommoditatibus, & defendebant tabernaculum à niue, grandine, pluuia ventis &c. & ideo ex propoſito fuit coopertum eis tabernaculum, Sub illis tamen pellibus erat propitiatoriũ. Arca teſtamenti. Manna illud ſuauiſſimum, Virga miraculorum, Candelabrum cum ſeptem lucernis. Menſa in qua erant panes propoſitionis, alijque theſauri illius domus Dei. Cùm itaque ſponſa ſe ſe comparat tabernaculis Cedar, vel pellibus illius tabernaculi Salomonis, exprimit ſuam patientiam, & vitam laborioſam, perindè enim eſt ac ſi diceret. Genè vita mea eſt ſicut Iſmaelitarum, nam & denigrauit me ſol tribulationum, & patientia mea eſt ſicut pelles Salomonis, quæ ſe opponit omnibus contrarietatibus, incommoditatibus & tribulationibus. Verum non hoc velim tu me conſideres, nolim quod hanc ſolam reſpicias nigredinem: ſed pelles duriſſimas; nam ſub his latent theſauri innumerabiles vitam ago ſimilem filij Iſmael, campeſtrẽ, periculoſam; nihil in mundo habeo ſtabile; inſidiatur mihi caro, mundus, Satham tanquam latrones, ego quoque tanquam prædo rapinis meis eos infeſto, nam rapio carni delicias, mundo vanitates & diuitias, dæmoni animas, & decipiendi aſtutias. Ideo ſemper me perſequuntur & mille inſidias parant vt me capiant, & damna ſua meo interitu reſarciant. Hinc eſt quod non ago vitam quietam & pacificam ſed tribulationibus, & anguſtijs plenam, ſub papilionibus patientiæ perpetuò degens. Sed ne quis me exiſtimet hæc inaniter pati, ſciat velim nõ deeſſe ſub his tribulationibus & papilionib. patientiæ meæ theſauros opulentiſſimæ. Adeſt ibi caſtitas, adeſt paupertas, libertas, ſpiritus, excellens humilitas, victoria. Nã vir patiens loquetur victorias, aliæque gemmæ inæſtimabilis pretij, & valoris. Eſt perſimilis pellibus Salomonis patientia mea. Si quis interrogaret

Patientia includit omnes virtutes.

Matt. 5. verſ. 3. & ſeq.

Impatientia continet oia vitia.

Patientia continet omnia bona honeſt. vtilia, & delectabilia

Canti. 1. v. 5.

Digitized by Google

rogaret artificem, qui cooperit currum corrigio deſuper,
quare id faciat? reſpondebit ſanè id eſſe propterea, vt tectu
ra illa ſe opponat omnibus cœli iniurijs, & defendat ab ar-
dore ſolis homines, vel theſauros ibi repoſitos. Hoc ergo
eſt inquit ſponſa, quod præſtat patientia mea. Nil ulemi-
nus ſub illis pellibus tribulationum, & patientiæ, eſt ſan-
ctuarium, eſt arca ſancta ſanctuarium altiſſimi, ibi adeſt
manna ſuauiſſimum diuinarum cõſolationum, ibi eſt vir-
ga contritionis, qua cum percutitur lapideum cor fluunt
lachrymæ ſicut aquæ de petra, quam percuſſerat Moyſes,
quibus abluo peccata mea, ibi ſunt lucernæ diuinarum in-
ſpirationum, quæ expellunt tenebras, ibi omnes theſauri
ſpirituales. Hinc adhuc egregiè comparari poteſt patien-
tia tegulis alicuius domus, vel palatij.

De illo patientiſſimo homine Iob dicit ſacer textus, quod
ſedebat in ſterquilinio, & teſta ſaniem radebat. Quam ob
cauſam illa vlcera non panno, aut linteo abſtergebat, ſed
teſta; quod maioris doloris eſſe cauſa poterat? non ob aliã
cauſam, niſi vt ſibi in mentem reuocaret, quod ſicut teſtæ
vel tegulæ, quibus cooperiuntur domus, defendunt homi-
nes à tempeſtatibus cæli: ſic patientia illum defendebat, ab
illis moleſtijs, & infirmitate. Cæterum ſi hæc exigua ali-
Sap. 3. cui videntur, ad æterna oculos extollat, & videbit. *Quod in*
q.5. *paucis vexati in multis benè diſpoſiti ſunt*. omnes fœliciſſimi
Regni illius incolæ, patientiæ inſcriptum nomen in co-
ronis ſuis præferre videntur. Quot enim propriæ carnis in
feſtatione, vt caſtitate interent virgines pertulere? quot
agones, vt populos erudirent doctores exantlarunt, quot
vulnera, vt de Chriſto teſtimonium ferrent Martyres acce
perunt? quam ſpecioſa ibi corpora cicatricibus notata?
quam pulchra membra verberibus olim proſciſſa. Quam
nitidi vultus quondam laboribus deformatur? omnia
Dei caſtra patientiæ virtus exornat, & præmij cœleſtis ma-
gnitudinem auget atque exagerat. Sed illud ſingulare eſt,
quod patientia in præſenti vita triſtitia moderatur, & ma
Eccl. 25. lis atque vulneribus cordis medetur. *Omnis plaga triſtitia*
v.17. *cordis eſt*, inquit Eccleſiaſtes. Hanc ergo plagam curat pa-
tientia incredibilem cordi voluptatem afferendo, ita vt
nulla verborum ſuppellectili exprimi poſſit, quanta ex ad-
uerſis patienter toleratis hilaritas, & quędam mentis dul-
cedo ſuboriatur. Cum enim perpendit vir patiens, quod
ſapientia illa æterna cenſuit hominis fœlicitatem hac præ-
cipuè via promoueri, vt quiſque patienter aduerſa toleran
do æternas diuitias ſibi comparere ſtudeat, profectò ala-
cri animo in quoſcunque labores vires ſuas exerit. Cum
etiam cernit quòd nullis culpis obnoxios, imò eos quos
ſummo amore proſequitur, clementiſſimus Deus humani
generis tutor & cuſtos permittit breui vexari, vt æterno
hæreditatis iure gaudeant, quid non perferre paratus eſt?
quæ non ardua molitur? Hinc non à dæmonibus tantum,
& ſceleſtis hominibus permittit Deus inſontes infeſtari,
ſed ipſe quoque per ſe ipſum amicos fideliſſimos expetitur
& innumeris calamitatibus vrget, vt maiora multo lucra
conquirant. Propterea quippè tentauit Abraham cuius a-
micitia gloriabatur, ne tam acceptus amicus auctioribus
diuitijs non affluceret. Quapropter ſi fortaſſis ſubit, mor-
bus, tentatio, labor moleſtus, ſcrupuli, ariditas, & eius ge-
neris alia, quibus, & paſſio triſtitiæ irritatur, & (quæ homi
num imbecillitas eſt) è veſtigio lætitia omnis extinguitur
animæ corporiſque vires, ac partes omnes ob repente mæ-
rore torpeſcunt, & quod de ſe ipſo Iob protulit. fit homo
ſibimetipſi grauis; tunc nauanda opera eſt, vt æquè lætũ
animum geramus, ac gerere ſolemus, dum proſperè nobi-
ſcum agitur, eandemque lætitiam ſaltem in parte ſuperio-
ri foueamus; appetitui ne langueat impetremus, bilem a-
tram coerceamus ne rationem obtuat, alacritatem in no-
bis procuremus externo & interno conatu: dicendo ad
Chriſtum: clementiſſimè Deus ſi tentationibus exerceat:
pectus firmum opponam. Benigniſſimè Domine, ſi tarta-
rus deſæuiat: conſtanter ictus excipiam. Amantiſſimè I E-
S V Chriſte, ſi morbi ſubeant, omnia tædia, dolores, anxie
tates fortiter exhauriam. Suauiſſimè Deus, ſi totius corpo-
ris contritio, membrorum diuiſio, ignis, & quæuis acria
tormenta inferantur, inuictè conſtabo. optatiſſimè Deus,
ſi hominum mores aduerſi, & faſtidia moleſtiſſima con-
tingant, pacata mente cõſiſtam. Iucundiſſimè IESV Chri-
ſte, ſi me ariditate diuturnaq; repulſa exerceas, libenter pę
nam amplectar, auſteritates ac labores quoſcunque patiẽ
ter feram propter te. Sanè hæc perfecta patientia ingen-
tem cordi affert lætitiam, vt Propheta teſtatur, *Lætati ſu-*
mus pro diebus quibus nos humiliaſti annis quibus vidimus ma
la. Hoc genus lætitiæ inquit Bernardus ſermo 79. ſuper
Cantica cęli neſcierunt niſi per Eccleſiæ filios. Pſal. 89.
Sed vt ad perfectionem illius peruenias exempla illu- v.15.
ſtrium tibi propone qui nunquam enim in mundo clarue
re, quidquid laudis vnquam habuere totum id ex patien-
tia adepti ſunt: dum vigilias, inedias, ſolicitudines, itine-
ra, defatigationes, ſitim, pluuias, vulnera, perſecutiones, æ- Matt. 27.
quo animo læti tolerarunt. At vel in primis imitare exem
pla Chriſti qui cum in cruce moreretur, oblatum acetum
felle mixtum guſtauit, quaſi ex oſculando paſſiones, quas
paſſus eſt pro nobis; vt nos inſtitueret quod debemus eſſe
ſicut pueri, qui cum à parentibus caſtigantur, ferulam exo-
ſculari iubentur, guſtauit vt nos doceret: amplius in labori
bus, & tribulationibus venenum triſtitiæ, quod cor inficit
non reperiri, ſed lætitiam cor viuificantem. Refert Plinius F
quod in Libya, reperiuntur plurima animalia venenata, Plin. nat.
quæ aquas bibendo inficiunt, Contulit ergo Deus talem hiſtoriæ.
inſtinctum cæteris animalibus non venenatis, vt non gu- lib. 3. c. 1a
ſtent aquas infeſtas, quouſque accedat ad bibendum Rhi-
noceros, qui priuſquam bibat cornu ſuum immergit in a-
quam bibendam, atque ita venenum tollit, labores, & tri-
bulationes ante paſſionem Chriſti exhibitam venenatę
erant, veneno triſtitiæ, ſed cum Rhinoceros cæleſtis, fel tri
bulationum guſtat, & exoſculatur, iam triſtitia in lætitiã
conuerſa eſt, venenum in pharmacum dulce, & ſalutare
abijt. Ob hanc cauſam de S. Stephano dicit Eccleſia. Lapi
des dulces illi fuerunt, quæ maior tribulatio quàm obrui
lapidibus? & tamen dulcedinem, gaudium, & lætitiam ex
hac tribulatione reportat D. Stephanus. Gaudens inquit
ſuſcepit lapides, quid eſt hoc? patientiæ opus eſt, quæ illũ
dolorem, & triſtitiam, conuertit in gaudium, & lætitiam.
Imitare igitur tam Chriſti quam eius ſanctorum patien- Iſaiæ. 12.
tiam, & in tribulatione dic cum Iſaia Propheta. *Confitebor* v.1.
tibi Domine, quoniam iratus es mihi. At fortè quæres, quo-
modo gratias agere debeo Deo, quod mihi iratus ſit? po-
tius deberem gratias agere, quod mihi peccata diſſimula-
uit, quòd pęnas pro peccatis dimiſit, quod me in gratiam
recepit, agere autem gratias pro eo quod mihi iratus ſit, nõ
videtur conueniens. Imo verò conuenientiſſimum eſt, vt
dum tibi ſeſe ſeueriorem oſtendit, agas gratias Deo: quem
admodum agunt gratias, qui dum caſtigantur etiam fla-
gella quibus cæſi erant exoſculantur, & tunc deponens om
ne triſtitiæ pondus. Et poſtquam Deus te tentauerit, & in-
uenerit te per patientiam dignum ſe: tunc lætaberis corã
eo ſicut exultant victores capta præda, quam non ſine la-
bore cæperunt. Et hæc de virtute patientiæ dicta ſuffi-
ciant: quæ tamen ad pęnitentiam, facilè accommodari,
& applicari, poſſunt. Hæc enim ita triſtitiam conuer-
tit in lætitiam, vt propterea iure merito dici poſſit vnicum
refugium, & exultationem ſuam eſſe. Deum dicebat quon
dam Dauid. *Tu es refugium meum à tribulatione quę circũ-* Pſal. 31.
dedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me. Sed v.7.
& peccatores rectè dicere poſſunt, quòd virtus pænitentiæ
eſt vnicum refugium, & exultatio eorum, refugium qui-
dem: quia eſt ſecunda poſt naufragium tabula. exultatio
autem: quia nulla maior lætitia, quàm liberari à crudeliſſi
mis feris peccatorum. Olim vt refert Plutarchus deſigna
ta erant afflictis quædam tabernacula refugij, & præ- Plutarc.
cipuè in domo Sacerdotis qui appellabatur flamen Dia- de Quæ-
lis, vbi prohibitum erat adeſſe canem, quam ob cau- ſtion. Ro
ſam? domus enim eius erat tabernaculum refugij, vt man. 2. 3.
ergo ad ipſum omnibus liber pateret aditus, valde abs re
fuiſſet, ſi pro præbente ſe numine, canis aſſiſtens eum
qui peteret veniam deterreret. Eandem ob cauſam in
templo Iouis, ne pictus quidem aut ſculptus, vel ex lapi-
de exciſus canis permittebatur: quia hæc loca ſacra, erant
peccatorum refugia. In domo Dei noſtri non deeſt refu-
gium peccatoribus: eſt nimirum pænitentia quæ liberat
peccatorem ab inimicis circumdantibus: quod refugium
ita

Digitized by Google

ita eſt ſecutum, vt inſultantibus inimicis reſpondere poſ-
Pſal. 10. ſet pœnitens. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ*
v.5. *transfugra in montem ſicut paſſer?* Si aliquis reus mortis con-
fugeret ad Eccleſiam, vnde miniſtri iuſtitiæ vellent eum
extrahere: ille non ſe defenderet aliter, niſi quia Eccleſia
ex priuilegio eſt refugium. Si ipſi inſtent & dicant quod ſit
reus mortis ob tale ac tale crimen commiſſum, quòd ſit tra
ditor aut homicida, ille nihil aliud reſpondet, niſi Eccleſia,
Eccleſia. Sic peccator cùm Satan ob peccatũ mortale, vult
eum trahere ad infernum, cùm ei exprobrat peccata, nihil
aliud dicit, nihil aliud reſpondere poteſt, niſi pœnitentia, pę
G nitentia. Quia pœnitentia eſt refugium vltimum. Magna
reuera virtus eſt pœnitentiæ, refugium multò perfectius
quàm illud, vnde incepi idololatria, de quo ſic ſcribitur.
Cum quidam Imperator Patri ſuo defuncto erexiſſet ſta-
tuam, & legem ſtatuiſſet, vt quicunque ad illam ſtatuam
recurriſſet, ſiuè ſeruus, ſiuè captiuus, libertate donaretur, ſi
vinctus à vinculis abſolutus eſſet, ſi tribulatus conſolatio-
nem reportaſſet, ob tot beneficia honores diuinos cœperũt
homines ſtatuæ illi exhibere; & indè idololatria originem
ſumpſit. Verus Dei cultus, honor & gratitudo erga Deum,
vel ex hoc ſolo excitari & augeri deberet, quòd tam perfe-
ctum refugium in pœnitentiæ virtute nobis reliquerit. Eſt
quoque pęnitentia virtus, non ſolum refugium, ſed & exul
tatio. Dubitare aliquis poſſet, quænam maior ſit exultatio,
ditari bonis, an liberari à malis? & reuera ſuauius quid vi-
detur à malis liberari, ſuauior eſt libertas poſt captiuitatẽ,
ſuauior ſalus poſt infirmitatem, ſuauior lux ei qui in tene-
bris fuit, quàm illi qui nunquam in tenebris erat, ſuauiores
poſt famen epulæ. Si aliquem comprehendere vellent ini-
mici, & ille tunc, cùm iam ipſum comprehenſuri eſſent è
manibus eorum effugeret, atque in loco tuto, vel quod ma-
ius eſt, in loco ſacro ſe collocatum eſſe aduerteret, quanta
putas perfunderetur lætitia? hinc enim ſe in tanto periculo
fuiſſe conſideraret, indè verò iam non ſolùm in loco ſecu-
ro ſe poſitum videret, ſed etiam eos qui eum comprehende
re venerant reuerentiam facere, demptis pileis, capiteque
aperto cerneret. Quando aliquis per ſomnium videt ſe in-
uadi à leonibus, vrſis, aut alijs feris immanibus, totus per-
territus tremiſcit, qui tamen expergefactus vbi aduertit ni
hil tale ſibi accidiſſe, ſed ſolum fuiſſe ſomnium, maxima
perfunditur lętitia, perſequuntur hominem in peccatis exi
ſtentem infernales leones, comprehendere eum & ad ſpe-
cum infernalem deturbare contendunt, neque id per ſom-
nium ſed apparenter, & in rei veritate: quanta putas per-
funditur lætitia cùm pœnitentiæ virtutis adminiculo à tan
tis periculis, & inſultibus inimicorum liberatur, conſidera-
bat hoc benè Dauid. Ideo non ſolum dicebat pœnitentiam
conuertere triſtitias in lætitiam, & exultationem: ſed eſſe
ipſam exultationem *Exultatio* (inquit) *mea erue me à circum-*
dantibus me, & rectè, quæ enim maior exultatio quam illa,
Lucæ 15. quæ etiam Angelos lætificat. *Gaudium eſt in cælo inquit Chri*
v.10. *ſtus ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nona-*
ginta nouem iuſtis. Quam ergo ſingularis virtus eſt pœni-
tentia quæ ſic moderatur triſtitias, vt eas conuertat
in lętitiam & exultationem, quam egregia virtus
patientia, quæ vltra hoc quod eſt comple-
mentum ſanctitatis, tam nociuum ma
lum, quale eſt triſtitia à corde
humano abigit & arcet, gra
tiam Dei auget, ad cet
tas virtutes, & tan
dem ad vi-
tam
beatam promouet, ad quam nos
perducat, qui viuit & re-
gnat, in ſecula ſe-
culorum.
Amen.

INSTITVTIO
Speculatiua
Dominicæ Tertiæ poſt Paſcha

An iuſte Deus permittat malos proſperari, bonos tribulationibus affici.

Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, ſed tri- Ioan. 16.
ſtitia veſtra conuertetur in gaudium. v.20.
Animus gaudens, ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis Prou. 12.
exſicat oſſa. v.22.

NEmo eſt qui non videat, triſtitias multum eſſe no- A
ciuas ſanitati corporis. Hinc lamentabatur Iob Iob.1.v.3
in miſerijs, & triſtitijs conſtitutus. *Habui menſes*
vacuos, plenos triſtitia, & noctes laborioſas nume- v.5.
raui mihi, ſi dormiero dicam, quando conſurgam? & rurſum.
Expectabo vſque ad tenebras, induta eſt caro mea putredi- Prou. 15.
ne, & ſordibus pulueris cutis mea aruit. Nec eſt mirum quia v.13.
triſtitia eſt paſſio mortificatiua. E contrario verò lætitia &
iucunditas cordis; auget ſanitatem; inquit ſapiens. *Animus* Lyranus.
gaudens ætatem floridam facit, Spiritus triſtis exſicat oſſa. Et
inferius. *Cor gaudens exhilarat faciem, & in mærore animi*
deijcitur ſpiritus. vbi Lyra. Quia vitam producit vſque ad
canitiem, & Eccleſiaſticus dicit. *Iucunditas cordis, hæc eſt vi-* Eccl. 30.
ta hominis. Nihilominus tamen multoties Deus iucundi- v.23.
tates & lętitias tribuit malis, triſtitias & moleſtias permit-
tit in bonos, & quandoque ex cauſa iuſta, ſicut dicebat Iob.
Nihil in terra ſinè cauſa fit, & de humo non oritur dolor. Quã Iob.5.v.6
doque etiam ſinè vlla cauſa, ex ſola prouidentia, de qua in
libris Sapientiæ. *Tua autem Pater prouidentia gubernat.* Sap. 14.
Quod etiam innuit Iob, cum in afflictione & maxima tri- v.3.
ſtitia poſitus dicebat. *In turbine conteret me, & multiplica-*
bit vulnera mea etiam ſinè cauſa. Et in alio loco. *Vnum eſt* Iob.9.17.
quod locutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit, ſi
flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat vbi Iob.9.22.
illud conſideratione dignum eſt, quod dicit. Etiam ſine
cauſa. Nouerat Iob rectiſſimam prouidentiam Dei, atque
æternum conſilium eius, ſciebat ex tali conſilio non poſſe
niſi decreta iuſtiſſima prouenire, iuſtificata in ſemetipſa,
ſicut poſtea dixit Dauid. *Iudicia Domini vera iuſtificat in ſe-*
metipſa. exploratam habuit diuinam bonitatem, ſapien- Pſ.18.10.
tiam, & immenſam prouidentiam Dei, qua regit & guber-
nat machinam totius orbis, opus manuum ſuarum, quo-
modo ergo dicit, quod ſinè cauſa, & iuſta ratione, in turbi-
ne & tempeſtate eum conterere, flagellare, & triſtitia affi-
cere deberet, verum non eo animo hoc dixiſſe putandum
eſt, quod exiſtimaſſet Deum ſine iuſta cauſa & ratione ali-
quid facere, licet illa cauſa hominibus ſit ignota, multoties
enim id fit ad declarandam virtutem & patientiam alicu- Iob. 2.
ius, quemadmodum etiam de Iob dixerat ad Sathan. *Tu* v.3.
autem commouiſti me aduerſus eum, ut affligerem eum fruſtra,
vbi Olimpiodorus. Nihil attinebat Deum his cruciatibus Olimpiodorus in
de me periculum facere, nam ante cruciamenta me præcla Iob.9.
re nouerat. Nouerat Deus quantum gratia, & miſericor-
dia ſua eum adiuuare poterat, nouerat quod nulla tribula-
tio eum frangere debuerat; ideò videbatur eum affligere
fruſtra, & ſinè cauſa, nempè ignota Sathanæ. Non tamen
omnino ſinè cauſa afflictus erat, quia ad declarandam vir-
tutem & patientiam eius, ſic affligit aliquando, & multi-
plicat vulnera Deus ſine cauſa, non abſolute, ſed ſine cau-
ſa, ignota hominibus, neque enim diuina maieſtas obliga-
tur reddere hominibus rationes, quare hoc vel illud faciat,
Et ſi quis ſanctiſſimus, & innocentiſſimus in occulis homi-
num eſſe videatur, non ſinè cauſa tñ, quàm ſolus Deus no-
uit, flagellatur, & triſtitia afficitur. Et ſi nulla alia cauſa eſ-
ſet niſi hæc, quod triſtitia cõuertatur in gaudiũ, hoc ſuffice
ret ad excuſandã, & iuſtificandã diuinam prouidentiam.
Duo præcepta Diuina de obtrectationibus in Sacra Scriptu-
ra habemus, quæ quodammodo ſibi videntur contraria,

vnum in exodo, *Quando* (dicebat Deus ad Moyſen) *Tolles* Exod. 30. v. 12. *ſummam filiorum Iſrael, iuxta numerum dabunt ſinguli precium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis cum fuerint recenſiti hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen, dimidium Sicli iuxta menſuram templi* Siclus viginti obolos habet Media pars Sicli offeretur Domino. *Qui habetur in numero à viginti annis & ſupra, dabit precium Diues non addet ad medium Sicli, & pauper nihil minuet.* Aliud habetur in Leuitico. Leuit. 12. v. 8. *Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato.* In hoc præcepto, minùs offerendum pauperi permittitur quam diuiti: in Exodo autem præcipitur, ne pauper offerat minùs quàm diues, pauper nihil minuet. Diuites plura accipiunt à Deo beneficia quam pauperes, quare igitur prohibentur plus offerre Deo quam pauperes, pauperes communiter maioribus tribulationibus, & triſtitijs affliguntur quàm diuites, minus de terrenis bonis poſſident quam diuites, & tamen non permittitur minus offerre dimidio Siclo; ſicut & diues. Si oblatio eſt prò peccatis, quia pauperes communiter minus peccant quam diuites, minus etiam offerre permittũtur. & ſic in Leuitico, permittitur pauperibus vt prò peccatis minus offerant. Quod ſi oblatio ſit pro beneficijs acceptis, & his ſimilibus, æquales debet eſſe oblatio, ſicut præcipitur in Exodo. Nam licet diuites plura accipiunt beneficia temporalia, & minus affligantur, & triſtentur triſtitia corporali, pauperes tamen plura accipiunt beneficia ſpiritualia, maiora auxilia, & plures diuinos fauores experiuntur, magis quidem affliguntur, ſed abundantius quoque præmiantur, vt inquit Saluator in hodierno Euangelio. *Et triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Quia tñ mirum videtur quare Deus permittit malos proſperari, & bonos affligi, hoc in præſenti inſtitutione pertractabimus.

C Difficilis, & nodoſa eſt hæc quæſtio, cur Deus permittit malos in hoc mundo proſperari, etiam ſanctiſſimus hominibus viſa eſt. Cum Dauid Rex ſapientiſſimus, & Propheta magnus. hanc quæſtionem ventilandam ſuſcepiſſet prima quidem facie, non videbatur ei difficilis, immò captu faci- Pſ. 72. v. 16 lis *Exiſtimabam inquit vt cognoſcerem hoc*, tandem cum accuratius rem conſideraret, aduertit magnam in hac quæſtione intelligenda difficultatem & laborem *labor eſt inquit ante me* &c. denique concludit ſe eam perfectè intelligere Iob 21. v. 7 non poſſe niſi in æterna beatitudine in cælo. *Donec (inquit) intrem in ſanctuarium Dei.* Iob quoque multum admiratur dicens *quare ergo impij viuunt? ſubleuati ſunt, confortati que ſunt diuitijs, ſemen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum, domus eorum ſecura ſunt & pacata, & non eſt virga Dei ſuper illos egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi, Ducunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendunt.* Et Habac. 1. v. 2. Habacuc. *Vſquequo Domine clamabo & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens & non ſaluabis? quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam, & iniuſtitiam contra me? Quare reſpicis contemptores & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? quare impij viuunt ſubleuati ſunt confortatique diuitijs & factum eſt iudicium & contradictio potentior propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium, quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egredietur iudicium peruerſum.* Ieremias Deum in diſputationem de hac Ier. 12. v. 1 quæſtione prouocare videtur. *Iuſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum; verumtamen iuſta loquar ad te, quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui præuaricantur et inique agunt? plantaſti eos ad radices miſerunt, et faciunt fructum, prope et tu ori eorum, et longe à renibus eorum, et tu Do-* Apoc. 6. v. 10. *mine noſti me, vidiſti me, et probaſti cor meum*, Et Apocalypſis. *Vſquequo Domine ſanctus, et verus, non iudicas, et non vindicas ſanguinem noſtrum, de his qui habitant in terra?* Seneca. Seneca ſcripſit tractatum grauiſſimum ad Luciliũ cui titulus eſt quare bonis viris mala accidunt cum ſit prouidentia. Diffi- Scot. li. 1. Diſtin. 2. q. 7. cile ergo. Semper viſum eſt, & profanis & ſanctis hominibus, quare Deus permittit malos proſperari, & bonos aduerſitatibus agitari. Vt ergo hanc difficultatem reſoluam. Suppono, vt certum, de his quæ fiunt à voluntate diuina, aut faciente aut permittente non eſſe quærendum aliquã rationem. Hæc ſuppoſitio habet duas partes. Primo quod omnia quæ fiunt in mundo, aut fiunt Deo efficiente, aut permittente. Patet, nam eſt omnium cauſa, à qua quæuis cauſa in agendo dependet. hoc patet per Philoſophos, & Theologos, ideò ſecundum Scotum poſſet Deus eſſe cauſa omnium immediata, nullo alio concurrente. Si ergo aliquis effectus eſt in mundo, ille eſt principaliter à Deo, immò prius, & nobiliori modo concurrit ad eum Deus, quã cauſa ſecunda, per Scotum, qui dicit, quod cauſa prima magis, & prius influit in effectum quam cauſa ſecunda. Nam Scot. li. 1. diſt. 8. qu. vlt. quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati, in eodem ordine cauſandi. Dicit etiam idem Scotus, quod in cauſis Scot. li. 1. diſt. 2. q. 1 2. Phiſic. eſſentialiter ordinatis, vt quando tres cauſæ eſſentiarum ordinantur, ad productionem alicuius effectus, ſicut Deus ſol, & homo, concurrunt ad productionem hominis, iſtæ cauſæ ſic ſe habent, quod ſecunda non agat niſi in virtute primæ, & per conſequens prima magis agit. Secundo quia agente cauſa ſecũda, omnes ſuperiores agunt, & ſic impoſſibile eſt aliquid poſitiuum fieri in mundo, non concurrente principaliter ipſo Deo, tanquam cauſa prima, tam quo ad tribulationem bonorum, quam proſperitatem malorũ, vbi concurrit, vt prima cauſa ſaltem permiſſiuæ.

Quod verò non ſit quærenda cauſa diuinæ voluntatis, quare hoc vel illud faciat, aut permittat, ſic declaro, & pro declaratione præmitto duo. Primum quod in omni ordine deueniendum ſit, ad vnum ſimpliciter primum, vt in Scot. li. 1. diſt. 2. q. 1 cõtra Richard. ordine efficientium ad vnum primum efficiens, in ordine finium ad vnum primum finem, per Scotum. Similiter in ordine rectitudinum, deueniendum eſt ad vnum ſimpliciter rectum, à cuius rectitudine dependet quicquid eſt rectum. Secundo præmitto vt certum, quod voluntas diui- Scot. li. 1. di. 44. q. 2 na, reſpectu eorum quæ fiunt ad extra, eſt ſimpliciter prima rectitudo, & ſimpliciter prima regula omnis rectitudinis, ita vt nihil poſſit dici iuſtum, & ordinatum, niſi in quantum eſt conforme illi primæ regulæ, per Scotum: im- Scot. li. 5. d. 8. q. vlt. & diſt. 39 mò plus dico voluntatem diuinam eſſe de ſe ſic rectitudinem, & regulam omnium actuum, vt in regulandis illis quæ fiunt ad extra, à nullo dependeant, nec etiam ab intellectu diuino, per Scotum. Tota enim ratio omnium cõtingentium eſt, ipſa voluntas diuina, & idcirco intellectus diuinus, nullum contingens cognoſcit, ante determinationem voluntatis diuinæ, & per conſequens nihil de ipſo contingente dictat voluntati diuinæ. Si dicitur quod volũtas nihil poteſt determinare eſſe vel non eſſe, niſi præcognoſcatur ab intellectu, quia voluntas non fertur, niſi in præcognitum ſecundum Auguſtinum; ideo diuinus intelle- Auguſt. ctus videtur eſſe cauſa voluntatis diuinæ. Reſpondeo ſecundum Scotum, hoc verum eſſe quo ad terminos propoſitionis contingentis. Nam ſi intellectus prius non cognoſceret gloriam, & Petrum, nunquam voluntas poſſet determinare velle dare gloriam Petro; Sed quo ad propoſitiones non præſuponit intellectum. Ex his autem pono tertium dictum. In voluntate diuina non eſſe quærendam ali- Scot. in 1. d. 8. q. vlt. & diſt. 41. quam rationem, quare ſic, vel ſic faciat aut permittat, vt dicit Scotus. Exemplum habemus in naturalibus, ſi enim quæratur quare ignis calet, quia habet calorem, & quare calefacit, quia calor. Hæc enim eſt immediata, calor calet, ſecundum Scotum, & non poteſt alia ratio aſſignari. Similiter ſi quæratur, quare homo eſt riſibilis? quia animal rationale, & vltra, quare animal rationale? Reſpondetur quod ſtatus ſit ad propoſitionem per ſe notam, & immediatam, qualis eſt iſta ſecundum Scotum. Ad propoſitum Scot. in 1. d. 2. q. 2. ſi quæratur, quare diuina voluntas vult hoc: dico non poſſe aliquam rationem aſſignari, quia voluntas diuina, nullam habet voluntatem ſuperiorem, quæ poſſit pro ratione aſſignari. Ideò Scotus dicit, quòd in diſciplinati ſit, quærere omnium cauſas & demonſtrationes, maximè vbi non Scot. in 1. d. 8. q. 1. eſt aliqua demonſtratio. Et Ariſtoteles inquit. Principij non eſt principium, & cauſæ non eſt danda cauſa.

His ergo præmiſſis declarandũ eſt aliqualiter, licet non à priori, propter rationem iam dictam, quia voluntas diuina eſt omnium cauſa, vel efficiẽs, vel permittens, cuius nõ eſt aſſignare cauſam, ſed ſecundũ quaſdã congruẽtias, quę colligi poſſunt ex dictis ſanctorum, qualiter Deus permittens malos proſperari in hoc mũdo, iuſtiſſimè faciat, quod

qui-

Digitized by Google

quidem perſuadent tripliciter. Prima perſuaſio eſt, quoad
malos, vt illos ad ſe trahat nam voluntas diuina, & boni-
tas eius, quæ omnes cupit ſaluari, per talia bona peccatores
attrahit, & per multas gratias allicit eos ad ſe. Licet enim
non indigeat operibus noſtris quia Deus glorioſus eſt bea
tiſſimus in ſua eſſentia, intellectus quoque & voluntas di-
Scot. in 1. uina ſunt duæ perfectiones eſſentiales, quibus Pater, &
d.2.q. vlt. Filius, & Spiritus Sanctus beatificantur in eſſentia ſua,
per Scotum tamen miſericordia ſua infinita, nunquam de-
ſiſtit peccatores attrahere beneficijs, cum neque hoc repro
borum corda lapidea beneficium agnoſcant, beſtijs dete-
riora. Prætetea vt retribuat aliquo modo opera, quæ ple-
rumque vitijs etiam immerſi homines perpetrare conſue-
uerunt, vt potè cum nullum bonum ſit irremuneratum,
nec malum impunitum. Nam pro Eleemoſynis facultates
dat eis temporales, pro ieiunijs, abſtinentijs, peregrinatio-
Matth.6. v.16. nibus, dat eis ſanitatem; vitam longam, filios &c. Et ideò
homines dicunt tales eſſe beatos, & non aduertunt, quod
iam receperunt mercedem ſuam, vnde illud Matthæi, *tol-*
Matt. 20. v.18. *le quod tuum eſt, & vade*, ſed quo vadit? ad æternã damna-
tionem, ad Diaboli ſocietatẽ. Item vt habeamus exẽplum
de dilectione inimicorum. *Ego autem dilìgite dico vobis ini-*
Matth. 5. v.44. *micos veſtros*. Certè bonitas Dei magna, benignitas inenar
rabilis quotidie blaſphematur, maledicitur ad hominibus
per ſuperbiam, ambitionem, & hypocriſim, voluptates, &
faſcinationes, & tamen non ſolum non denegat eis bona
ſua, ſed etiam abundantius tribuit. Præbet quoque nobis
exemplum in hoc, quod debeamus deponere iram, & non
vlciſci de inimicis noſtris, ſed potius bene facere ipſis. Non
incongruè hanc Dei benignitatem Poeta illo verſu expreſ-
ſiſſe videtur.

Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

E Secunda perſuaſio eſt quo ad peiores, tùm quia deſpicit
Deus temporalia iſta, ideò dat ea reprobis tanquam res va-
nas hominibus vanis. Pſalmo. *velut ſomnium ſurgentium*:
Pſal. 72. v.20. quando enim quis dormit multoties ſomniat ſe in delicijs
eſſe, quando verò euigilat decipitur ſic euenit diuitibus
tempore mortis. *Dormierunt ſomnium ſuum & nihil inuene-*
Pſal. 75. v.6. *runt viri diuitiarum in manibus ſuis*; deſpicit inquã iſta Deus
& dat reprobis tanquam vilia & abiecta, ſunt enim tempo
ralia velut oſſa reſpectu cæleſtium diuitiarum & nuptia-
rum. Oſſa namque ante præparationem nuptiarum proij-
ciuntur canibus, dum epulæ decoquuntur: ſic temporalia
ante præparationem cæleſtium nuptiarum, proijciuntur
peccatoribus, & quemadmodum canis non daret quod ro-
dit, prò imperio, palatio, vel Regno; ſic iſti non darent
minimum, quid de rebus temporalibus, pro gloria para-
diſi. Præterea permittit Deus malos proſperari, vt per eos
boni exerceantur. Nam Deus facit omnia propter homi-
nem quadam ad vtilitatem & vſum, vt elementa vegetabi-
lia, & multa alia, quædam ad ſolatium vt ſonos, cantus, &
multas aues, quædam ad exercitium, vt muſcas pulices.
Hoc pacto peruerſi etiam homines, permiſſione Diuina,
ſæpe ſuis malis moribus, exercitium bonorum ſunt. Eſt
enim malus homo vt malleus Dei, quo excudit in lapidi-
bus viuis atque delectis, id eſt in ſanctis, imaginem filij ſui,
vt mereantur in cæleſti ædificio collocari, quem tandem
malleum, poſt opus perfectum artifex frangit, id eſt morte
Aug. ſuper Pſ.49. æterna conterit ait, vt Diuus Auguſt. ne igitur putes ma-
los gratis eſſe in mundo, & nihil boni agere de illis Deum.
Omnis quippè malus, vel ideò viuit, vt corrigatur, vel vt per illũ
bonus exerceatur. Vndè ſi non fuiſſent Tyranni, non fuiſ-
ſent Martyres. Denique permittit malos proſperari, vt per
eos puniat bonos. Decet enim Imperatores & Reges habe-
Iob. 34. 30. re lictores, & iuſtitiæ miniſtros, non tamen filios ſuos, ſed
quaſdam viles, & abiectas perſonas, ideò ſcriptum eſt: *re-*
gnare faciam hypocritam propter peccata populi. Dabo tibi Re-
Oſea 13. *gem in furore meo. Confortabo brachia Regis Babylonis dabo*
ei gladium meum in manu ſua, ideò ſinit Regem, & Imperato-
Ezec. 30. *rem eſſe Tyrannum.*

F Tertia perſuaſio quoad peſſimos, nam quanto in mun-
do maior proſperitas, tanto in retia diaboli magis incidunt
& tanto fiunt inhabiliores ad ſeruiendum Deo, & ad quæ-
rendam propriam ſalutem, ſunt enim præſentia bona la-
quei, de quibus Pſalmiſta inquit. *Quoniam ipſe liberauit me* Pſal. 90.
de laqueo venantium, & a verbo aſpero. laquens ſunt bona v.3.
temporalia nam indè auaritia, luxuria, ſuperbia, vt dicit D. 1.Ioan.2.
Ioannes. *omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt,* v.16.
& concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Rectè igitur D. li.25. Moral.
Gregorius præſentis vitæ proſperitas, innocentiæ, teſtis non
eſt, quia multi ad perennem vitam per flagella redeunt, &
plerique ad infinita ſupplicia perducendi, ſinè flagello mo-
riuntur. Hinc rectè Iob. *Ego vidi ſtultũ firma radice, & ma-*
ledixi pulchritudini eius ſtatim. Vbi vtitur metaphora vnius Iob 5.v.3
arboris, firmiter in terra radicata, quæ repreſentat homi-
nem diuitem, & omnibus proſperitatibus abundantem,
cui propter vanitatem gloriæ, quæ facillime marceſcit, ma-
ledicit. Et rectè, quia vt inquit in prouerbijs, *qui confidit* Prou. 11.
in diuitijs ſuis corruet, iuſti autem quaſi virens folium germina- v.28.
bunt. Et iuſti & peccatores ſunt ſicut arbor pulcherrima, fo
lijs, floribus ornata, ſed iuſti ſunt arbor plantata *ſecus decur* Pſ. 1.v.3.
ſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Pecca-
tores autem ſunt arbor, quam permittit florere Deus, vt
tandem marceſcat & in ignem mittatur, vt inquit D. Gre- Gregor.
gorius malorum domos Dominus implet, quia etiam ingra li.16. Mo
tis ſunt dona non denegat, vt aut benignitate conditionis ral.c.5.
erubeſcant, & ad bonitatem redeant, aut omnino redire
contemnentes, indè grauius puniantur, vndè hic, & bonis
Dei largioribus mala reddiderunt, vt duriora eos tum ſup-
plicia puniant, quorum hic malitiam dona vicerunt. Et in
alio loco, ſæpe Diuina præſentia tolerat, quos iam ad ſuppli
cia præſcita condemnat, permittit florere, quos adhuc cer-
nit deteriora perpetrare. Quia enim videt ad quam damna- Greg.lib.
tionis foueam tendant, hoc eis pro nihilo eſſe exiſtimat, 15. Mo-
quod hic peruerſi relinquenda multiplicant ral.c.15.

Ex his iam intelligitur quam impia ſit vox illorum, qui
contra diuinam prouidentiam murmurando in perſona
Salomonis dicebant. *Laudaui igitur lætitiam, quod non eſſet* Eccl.8.15.
homini bonum ſub ſole niſi quod comederet, & biberet, atque
gauderet, & hoc ſolum ſecum auferet de labore ſuo omnibus die-
bus vitæ ſuæ, quos dedit & Deus, ſub ſole. Et ſuperius, *quis nouit*
ſi ſpiritus Filiorum Adam aſcendat ſurſum. &c. Et deprehen-
di nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo, & hanc
eſſe partem illius. Quis enim eum adducet vt poſt ſe futura co-
gnoſcat. Hos meritò reprehendit Malachias, *laborare feciſtis* Galat.3.
Dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis in quo eum fecimus v.21.
laborare? In eo quod dicunt. Omnis qui facit malum, bonus eſt
in conſpectu Domini, & tales, & placent, aut certe vbi eſt Deus Malac.2.
iudicij. Et in alio loco in perſona ipſius Dei *Inualuerunt ſu-* v.17.
per me verba veſtra dicit Dominus, & dixiſtis, quid locuti ſu-
mus contra te, vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum Malac.3.
quia cuſtodiuimus præcepta eius? &c. ergo nunc beatos dici- 14.
mus arrogantes, ſiquidem ædificati ſunt facientes impie-
tatem. Et conuertimini & videbitis, quid ſit inter iuſtum,
& impium, inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem eis.
Et Salomon reprendit eos dicens. *Eſt & alia vanitas quæ fit* v.18.
ſuper terram. Sunt iuſti quibus mala proueniunt, quaſi opera ege-
rint impiorum, & ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum fa- Eccleſ. 8.
cta habeant, ſed & hoc vaniſſimum iudico, vanum igitur eſt læ- v.14.
tari de diuitijs & proſperitatibus, quia mortuo homine, impio,
nulla erit vltra ſpes, & expectatio ſolicitorum peribit, iuſtus de
Anguſtia liberatus eſt, & tradetur impius pro eo. Vana læti- Prou. 11.
tia, vana folia, & flores huius arboris de qua Iſaias. *Equidẽ* v.7.
neque plantatus, neque ſatus, neque radicatus in terra truncus Iſaiæ. 40.
eorum, repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quaſi ſtipu- v.24.
lam auferet eos. Et Ieremias, *Ecce turbo dominicæ indigna-* Ierem.23
tionis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum v.19.
veniet, & non reuertetur furor Domini, vſque dum faciat, &
vſque dum compleat cogitatione cordis ſui, in nouiſſimis diebus
intelligentis conſilium eius.

Per oppoſitum multum laudantur iuſti & ſancti homi-
nes, qui altè diuinam prouidentiam perpendentes faten-
tur quod *attingit à fine vſque ad finem fortiter, diſponit omnia* G
ſuauiter, difficilè quidem eſt, intima diuinæ prouidentiæ
opera penetrare, quæ permittit bonos tribulationibus agi- Sap.8.
tari, & malos proſperari, nec mirum quia difficile æſtima-
mus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu noſtro ſunt, in-
uenimus cum labore. Quis enim perfectè intelliget na- Sap.9.
turam lucis, quam quotidie videmus, immò ſinè qua

nihil videre poſſumus? quomodo vna vox à tot hominibus
percipitur? quomodo vna formica ex venis, & virtutibus
occultis ſit compoſita, intelligere difficile æſtimamus, quæ
autem in cælis ſunt, quis inueſtigabat? Hinc D. Paulus.
Rom. 11. v. 33. *O altitudo Diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incom-*
prehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles, viæ eius diffi-
cile eſt inueſtigare vias & ſemitas Domini. Hoc tamen ho-
mines iuſti percipiunt, quod via proſperitatum, & bono-
rum temporalium, multoties permittit Deus malos ire in
infernum, bonos autem via aduerſitatum & continuæ pu-
gnæ ac triſtitiæ ducit in cælum. Hanc viam inueſtigauit ſa-
piens cum dicit, *Iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit*
Sap. 10. v. 10. *illi Regnum Dei, honeſtauit illum in laboribus, & compleuit*
labores illius. Hanc viam intimauit Spiritus Sanctus, ei-
dem cum dicit. *Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt,*
ſpes electorum immortalitate plena eſt, in paucis vexati, in mul
Sap. 3. v. 4. *tis bene diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit il-*
los dignos ſe. Hanc viam docuit Deus Iob afflictum exem-
plo ſtrutionis. *Derelinquit inquit oua ſua, & induratur ad*
Iob. 39. v. 17. *filios ſuos. Crudelis eſt pullis ſuis ac ſi non eſſent ſui*. Sic mul-
toties agit Deus cum ſeruis ſuis, ac ſi non eſſent ſui, ſic eos
relinquere videtur. Hac via Christus aſcendit in cælum de
Hebr. 4. quo inquit D. Paulus. *Tentatus per omnia* &c. hac via Diuus
Paulus procedebat. *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes,*
2. Cor. 6. v. 10. *quaſi egentes, multos autem locupletantes, quaſi morientes, &*
ecce viuimus gaudeo in infirmitatibus meis. *Mihi autem ab-*
Gal. 6. v. 14. *ſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Rectè D.
Leo de Eccleſia Catholica dixit. Non minuitur perſecu-
tionibus Eccleſia ſed augetur, vt enim vineæ putatione ad
vbertatem prouocantur, ita Eccleſia perſecutionibus cre-
S. Leo. in ſer. 1. D. Petri, & Pauli. ſcit, ita viri ſancti aduerſitatibus, & moleſtijs quas in hoc
mundo perferunt non minuuntur, ſed in perfectione au-
gentur, quia ſciunt, quod Deus hac via eos in cælum per-
ducere decreuit. Cum enim certum ſit Deum eſſe iuſtum,
neceſſarium eſt aliud eſſe ſeculum, in quo vnuſquiſque pro
mẽtis recipiens iuſtitiam Dei probet. Hinc eſt quod aduer
ſitates & triſtitias, quas permittit Deus libenter acceptant,
& in gloriam Dei ac ſalutem propriam ordinant, & non
ſolum libenter acceptant, ſed etiam omnem diligentiam
adhibent, vt tales triſtitias conſeruent, ſciunt enim quod
triſtitia eorum conuertetur in gaudium, ſciunt quod tri-
ſtitiæ, ſiuè illæ quas Deus permittit in bonos, ex mera vo-
luntate ſua, ſiue quæ propter peccata eueniunt ſunt contra
peccata efficaciſſimum remedium, & contra infirmitates
animæ ſalubertimum antidotum.

Seneca. Refert Seneca, quod antequam fuiſſent ædificatæ ciui-
tates & vrbes, in quibus habitarent homines, quando ha-
bitabant in campis, cauernis, & tentorijs, quia erant bar-
bari, & nudes, fugiebant feras & animalia venenoſa, quod
ſi aliqua animalia huiuſmodi eos moleſtabant, & quaſi
bellum eis inferebant, maior victoria eorum erat ea occi-
dere, & ſe à damnis ac moleſtijs liberare, ſed poſtquam po-
lities & ſcientia inter homines creuit, experientia edocti,
maiorem inde vtilitatem reportabant, & ex ſpolijs eorum
ditiores fiebant. Nam ex venenis eorum, medicinam con-
tra venena conficiebant, vt ex vipera venenoſa, vel ex capi
te eius Triacam conficiebant, Et ſic ex veneno remedia
contra venena capiebant. Nihil ita venenoſum eſt vt pec-
catum, nullus ſerpens, nullus Baſiliſcus etiam deſerti Libiæ
ita inficit, ſicut peccatum, ſed vnum vtile continet, quia or-
dinariè trahit ſecum triſtitiam, nam vix pertranſit, & ſta-
tim aduertimus; qualiter nos deceperit, & mendacijs ac
fallacibus promiſſis eluſerit, atque ita tanquam deceptos
& deluſos in melancolie, & triſtitia relinquit, & tunc pru-
dens qui ſcit etiam malis vti in bonum, habet præſens reme
dium, & medicinam, qua non ſolum poſſet ſanare vulnus
à peccato ſibi inflictum, ſed etiam habet quo ſe conſeruare
poſſet, ne amplius vulneretur, ſi talem triſtitiam non re-
pellit, ſed conſeruat. Ruſticorum & hominum ſilueſtrium
eſt, repellere à ſe talem triſtitiam, & conuertere animum
ad ea quæ delectant, & letificant, non ſciunt hi ex anima-
li ita venenoſo, facere medicinam, contra venenum pecca-
ti. Sed viri boni & prudentis hoc vnum procurant, vt nun-
quam ab eis dolor vel triſtitia recedat, propterea fugiunt
ad loca deſerta & ſolitaria, delectantur locis obſcuris, fu-
giunt lucem quæ lætificat, qualis erat Dauid qui ſeipſum
aſſimilabat Pelicano ſolitudinis, & Nycticoraci in domi- Pſ. 101.
cilio quæ in tenebris lamentatur. Et in hoc ſimiles ſunt
hominibus deflentibus aliquos amicos mortuos, qui in-
duunt ſe veſtibus nigris, locis tenebroſis delectantur, pal-
latia pannis nigris cooperiunt, vt non ſoluum homini-
bus appareant triſtes, & dolentes, ſed etiam augeant do-
lorem, & conſeruent his exterioribus, vel ſunt ſimiles
cordi humano.

Naturale eſt cordi humano, cum triſtitia aliqua concu-
titur, velle fugere, & cum non habeat quo fugiat cõtrahit
ſe, intra ſe, ex quo contractu nigreſcit, & tunc propter ſimi
litudinem coloris, quem inducit, quærit loca obſcura, quæ
antea abominabatur. Philoſophia ſtoicorum, ſicut omnes Cic. Tuſc.
paſſiones animi prohibet, vt refert Cicero, ita etiam talem 2. lib. 5.
triſtitiam reſpuit, & docet nullum vnquam triſtari debere.
Ideò quidam ſtoicus mortua ſua vxore lamentabatur di-
cens. Tyrranica ſunt tua præcepta O Philoſophia, quia iu-
bet amare ſocietatem, & prohibet triſtitiam, ac dolorem
quando diſſoluitur. Putabat hic maiorem ſibi non poſſe
inferre iniuſtitiam, quam eum prohiberi contriſtari haben
do iuſtam cauſam triſtitiæ. Ideò vocabat præcepta Philo-
ſophica Tyranniam. Philoſophia autem Chriſtiana, non
prohibet moderatum dolorem & triſtitiam, cum amittitur
id quod licitè amabatur, quia naturaliter damna inferunt
nobis dolorem, & carere eo quod amabatur eſt illatiuum
triſtitiæ: ideo hæc non prohibetur in lege chriſtiana: cum
hac tamen differentia, quod triſtitia pro quocunque bo-
no temporali aut infortunis, debet eſſe moderata, Tri-
ſtitia autem prò peccatis quibus offenditur Deus, debet
eſſe perpetua, quia per hanc acquiritur culpæ remiſſio.
Ideo acceptanda eſt cum à Deo permittitur, conſeruan-
da eſt tanquam vtilis, & remouenda omnia quæ enim im-
pediunt, præcipuè conuerſatio cum hominibus mundanis,
& humilia, quęrenda loca ſolitaria, vt Pelicanus, obſcura vt
Hyćticorax, claudendi & amouẽdi ſenſus ab omnibus quę
delectant. Nam vt inquit Pſalmiſta, Lachrymæ, triſtitiæ & Pſal. 125.
confuſiones pro peccatis ſunt bona ſemina, ex quibus col- v. 6.
liguntur manipuli in cælum Empireum deportandi. *Eun-*
tes ibant & flebant &c. venientes autem venient cum exultatio Ioan. 16.
ne, quia triſtitia eorum conuertetur in gaudium, neque luctus
neque clamor, neque dolor erit vltra quæ prima abierunt, quia Apoc. 21.
triſtitiæ bonorum commutabuntur in æternam lætitiam, v. 4.
& proſperitates malorum in æternum luctum, à quo nos
liberet Deus, qui viuit & regnat in ſecula ſæculorum. Amen.

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Quartæ poſt Paſcha.

Ioan. 16. v.8.

Arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.

Prou. 11. v.1.

Statera doloſa abominatio eſt apud Dominum, pondus æquum voluntas eius.

A

Hugo.

QVid nomine ſtatera intelligat Salomon, non eſt eadem omnium Sacræ Scripturę interpretum ſententia. Nam Hugo intelligit ęſtimationem hominis, quę ſi ęternis præferat temporalia, doloſa eſt, & adulterina: ſi verò ęterna caducis anteponat, vera eſt & exacta. De hac æſtimatione dicitur in Pſalmo. *Mendaces filij hominum in ſtateris.* Alij intelligunt liberum arbitrium, quod libræ in morem, concupiſcentia in malum detorquet affectum. Alij conſcientiam interpretantur, quæ velut amuſſio quædam in homine ſita eſt, bonum à malo diſtinguens: quum peccatū quodlibet ſua grauitate ab æquilibrio dimouet. Alij charitatem exponunt, quæ veluti duo vnius libræ brachia, Dei & proximi dilectionem habet. Hanc verò iuſtam ac veram ſtateram eſſe dicunt, in qua reliqua omnia appendenda, & examinanda ſunt, maximè vero amor aliarum rerum. Ideo ait Auguſtinus Hæc, quanti valeant cogitate, hæc in ſtatera charitatis appendite, & quidquid amoris nuptijs veſtris impendendum, & alijs rebus adijciendis habearis illic, rependite. Doloſam verò ſtateram eſſe aiunt dilectionem prauam, duplici quoque brachio præditam, ſcilicet amore ſui, atque amore mundi, in qua nihil iuſtè & exactè ponderatur. Alij per Stateram ſacram ſcripturam intelligunt, quam iuſtæ, & exactæ ſtateræ ſimillimam dicunt. Ita loquitur Auguſtinus. Non afferamus ſtateras doloſas, vbi appēdamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio noſtro dicentes, hoc graue eſt, illud leue, ſed afferamus diuinam ſtateram, de Scripturis Sanctis, & in illa quid ſit grauius apendamus, imò nō appendamus, ſed appenſa à Domino cognoſcamus. Optima ſanè atque iuſtiſſima ſtatera, cuius amuſſis eſt ipſa infallibilis, Dei veritas. Per doloſas autem atquè mendaces ſtateras, de quibus hic Salomon ait, intelligunt Philoſophorum Veterum dogmata: atque in vniuerſum illas, quas Paulus doctrinas hominum appellauit cum ait Quæ ſunt omnia in interitum, ipſo vſu ſecundum præcepta, & doctrinas hominum. Alij denique ipſam met hominis conditionem & compoſitionē nomine ſtateræ notari volunt, cuius ſimiliter duo brachia ſunt, appetitus ſcilicet & ratio: hæc autem tam diù in æquilibrio manent, quam diù vtraque cohæ rent, & appetitus rationi obſequitur, tunc verò ab æquilibrio detorquentur, cum voluptas, ita, aut alia quæuis inordinata affectio, rationem de ſuo ſtatu dimouet. Itaquè veracem, exactam, & (liceat ſic dicere) æquilibrem ſtateram cōficit appetitus cum ratione cohærens: doloſam autem & iniuſtam appetitus à ratione deflectens. Vnde Baſylius ſic ait, Animus ira occupatus trutina eſt ad pondus. Regulæ momentum deferens: Quod pari ratione, de qualibet alia animi perturbatione affirmare licet: vel denique duæ vnius ſtateræ lances aut brachia ſunt anima & corpus, vt inquit idem Baſylius.

Auguſtinus de Sācta virginitate, cap. 35.

Auguſtinus lib. 2. cont. Donat.

Pſal. 61. nu.10.

Baſil. in homil. de Ira.

Quælibet harum interpretationum ſua probabilitate gaudet, quia & æſtimationi hominum, & libero arbitrio, & conſcientiæ, & charitati, & Sacræ Scripturæ, & compoſitioni hominis, ſimilitudo ſtateræ per optimè quadrat, ſed iuſtitię præcipuè euadet, & iniuſtitiam culpat. Ideò in ſcriptura ſunt plurima loca, vbi ſine controuerſia, ſimilitudine ſtateræ, ſuadetur iuſtitia vniuerſorum & iniuſtitia incuſatur. Iuſtitia ergo per ſtaterā innuitur, leges autem, & iura cum ponderibus conferuntur. Leges enim, & iura æquitatis momenta exquirunt, ideò cum ponderibus conferri poſſunt, quibus res in ſtatera librantur.

Ex illis ergo verbis Salomonis intelligimus, quod mirū in modum execratur Deus eos qui mercibus permutādis, aut vendendis pondera, aut menſuras impares, & inæquales adhibent. Abominatio eſt apud Dominum, ſtatera doloſa deteſtationem ingentem ſignificat, ſicut è contra cum addit, & pondus æquum, voluntas eius, æquabiles germanaſque menſuras, & pondera ſummopere Deo placere declarat. Audi Auguſtinum dicentem. Ille verò non ſolùm Chriſtianus eſt, ſed ipſe Chriſtus in illo habitat, qui ſtateras doloſas, & menſuras duplices, velut gladium diaboli pertimeſcit. Ideo in Concilio Moguntinenſi ſtatuitur, vt quicunque iuſta pondera, & menſuras lucri cauſa mutare auſus fuerit, per triginta ſolidos dies in pane & aqua tantum pęniteat. Iuſtinus etiam Imperator ſanxit, vt in ſingulis vrbibus aqua pondera, & menſura ex ære, ferro, aut pręduro lapide aſſeruarentur, vt per hæc vulgaria, mercatorum pondera, & menſura examinarentur. Nec mirum: nouerunt enim, qui huiuſmodi leges ſtatuebant. Quia inter grauiſſima crimina, quæ Oſeas obijcit Iſraeli, illud velud inſigne, primo loco numeret dicens. *Chanaan in manu eius ſtatera doloſa*: calumniam dixit, &c. Pari ratione *Micheas* exprobrat hoc crimē eidem Iſraeli. Et hoc fortè ideo, quia cum viderent omnia Dei opera, in Statera librari, in hoc eum imitari neglexerunt, quamuis benè nouerant, quod de iudicijs Dei, & operibus eius dixerit Salomon. *Pondus, & ſtatera iudicia Domini ſunt, & opera eius omnes lapides ſacculi.*

Aug. Ser. 216. de tempore.

B

Iuſtinus Imp.

Oſeæ 12. v.7.

Mich. 6. v.11.

Prou. 16. v.11.

Et reuera qui conſiderat qualiter Deus præmiat bona opera, & punit peccata, qui conſiderat, qualiter tribulationes, & tentationes, viribus noſtris librat, qualiter in præſtantiſſima diuinæ iuſtitiæ trutina, & libra Chriſto Domino, omnium noſtrum, non modo peccata, ſed etiam bona opera, tanquam in mediatore appendit, facilè intelliget quòd pondus, & ſtatera iudicia Domini ſint. Quis enim non videt qualiter Deus omnium noſtrum tàm merita quàm demerita libræ ſuæ examine probat? Certè non ſine cauſa dicitur, quod iudicia Dei ſunt pondus & ſtatera, hæc enim ita differunt, quia pondus eſt inſtrumentum, ad grauiſſimas res ponderandas, ſtatera verò ad leuiores appendendas, adhibet ergo Deus ſtateram ad ponderandā bona opera, pondus autem ad grauiores hominum culpas rectè librandas aſſeruat æquirati. Vnde minimus etiam vitreus aquæ ex miſericordia oblatus pauperi momentum habet apud ipſum, iuxta illud Pauli. *Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtra, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

2. Cor. 4. v.17.

Quis etiam hoc non aduertit, qualiter tentationes cum viribus noſtris componit, & exequat, tantum denique gratiæ ad lancem alteram onerandam conijcit; vt voluntatis, & arbitrij noſtri æquilibrium trahere ad ſe poſſit. Chriſtū autem mediatorem noſtrum ſtateram eſſe luculenter D. Gregorius declarauit, cum inquit, In manu etenim Patris, quaſi ſtatera miri libraminis factus, hinc in ſe calamitatem noſtram, & illinc peccata ſuſpendit; Sed grauis ponderis eſſe calamitatem innotuit moriendo, & apud miſericordiam ſuam Deus leue eſſe peccatum relaxando monſtrauit. Videtur Gregorius, ſanè duo veluti vnius ſtateræ brachia, humanitatem, & diuinitatē conſtituere, ex quib. humanitas patientiā, quaſi lancem alteram paſſione, ac morte ſua Chriſtus onerauit, at verò in diuinitatis iuſtitiam, veluti in oppoſitum ex aduerſo lancem totius humani generis culpas coniecit; ſed miſericordia intercedente, mors, & paſſio Chriſti Domini, peccata oīa pōdere ſuo ſuperauit

D. Greg.

Ex quo facilè intelligitur, quod omnia Dei opera ſunt iuſta & in ſtatera. Ideoque Deus iniuſtitiam execratur, & abominatur, non ſolùm in mercibus permutandis, aut vendẽdis, ſed maximè in iudicijs, & diſtributione præmiorum, ac cæteris omnibus actionibus humanis, vult enim vt ſuis actibus, & æquitate iuſtitiæ ſuæ, probitas humanarum actionum penſetur, quia opera eius ſunt lapides ſæculi, non ſolùm quia ſunt ſimilia ponderibus iuſtis, exactis, ita quod ſicut ponderibus addere, aut detrahere quicquam non licet, ſic operibus Dei; ſed etiam quia ſicut ponderibus iuſtis aliarum rerum momenta examinantur & explorantur, ſic operibus Dei, maximè quæ Chriſtus geſſit opera noſtra librãda, & examinanda ſunt, vt conſtet quantum valeant apud Deum; Sic autem iniuſtitiã deteſtatur, vt inter alias cauſas aduentus Spiritus Sancti, hæc aſſignetur, vt tollat de mundo peccatum, & iniuſtitiam. Videbimus ergo in hoc Sermoni qualiter Chriſtus iturus ad Patrem, politiam Eccleſiaſticam inſtituat, & per Spiritum Sãctum perficiat: ita enim iuxta verę & perfectæ politiæ leges, primò purgãdam eſt politiam Eccleſiaſticam, & Chriſtianam, & nocituis, à peccatis, ab iniuſtitia, & doloſo iudicio prędicit. Quia vt dixit ſapiens. *Statera doloſa abominatio eſt apud Dominũ*. Deindè in tribus columnis fortiſſimis eam edificandam fore affirmat. Veritate nimirum cum dicit: *Docebit vos omnem veritatem*: Prouidentia: *quę ventura ſunt annunciabit vobis*. Fide; *Ille me clarificabit, & annunciabit vobis*, ſcilicet *de me*, quod ſcilicet ſim Meſſias in lege promiſſus. Hæc ergo nobis in præſenti inſtitutione conſiderãda ſunt: præmiſſa verborum interpretatione, quibus Chriſtus Apoſtolos ſolatur & monet, ne ex eius abſentia corporali triſtentur.

Tametſi multa præclara & ſalutifera Apoſtolis ſuis Chriſtus dum viueret dederit documenta, eoſque cæleſti lumine frequenter illuſtrauerit, & varia in eos beneficia contulerit, nihilominus tamen iturus ad Patrem, & tranſiturus ad eum qui miſerat ipſum, amplioribus multò beneficijs eos affecit, longè maiora dilectionis ſuæ erga ipſos reliquit
Ioan. 13. v. 1. argumenta. Ideo dicit Euangeliſta. *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos* amplioti puta dilectione. Iturus enim ad Patrem, inſtituit Apoſtolos, Magiſtros & Prædicatoris mundi, eoſque ad ſummum doctoratus gradum promouit. Cum dixit *Prædicate Euangelium*. Iturus item ad Patrem curam animarum eis commiſit, & poteſtatem clauium tradidit; *Accipite Spiritum Sanctum quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis*. Simul etiam opus ipſis tremendum Angelis, ſcilicet conſecrandi corpus ſuum contulit. Hoc facite in meam commemorationem. Denique iturus ad Patrem politiam Eccleſiaſticam ordinauit, & Petrum Eccleſiæ caput inſtituit dicendo. *Paſce oues meas*. Et Spiritus Sancti aſſiſtentiam promiſſit, vt inquit in Euangelio hodierno. *Si non abiero paraclytus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos*: vt ſtateram doloſam peccatorum, potiſſimum iniuſtitiæ, temerarij iudicij, auferat, ac demum politicam Chriſtianam inſtituat. Dicit ergo ad Apoſtolos.

VADO AD EVM QVI MISIT ME. Poſtquam prædixiſſet Apoſtolis omnes acerbitates & cruciatus, quos in ſua abſentia paſſuri erant, vt horum omnium recordarentur cùm earum tempus aduenerit ſubiungit. Hęc ab initio vobis non dixi, quia vobiſcum eram; ſufficiebat quippè vobis præſentia mea, quæ ab omni tentatione, metu, & dolore vos eriperet. Cum verò ad Patrem nunc vadam, neceſſe habui hæc omnia vobis explicare, vt eo minus affligant ſuperuentura, quo melius & certiùs fuerint præmiſſa: Antea ſilentij tempus erat, nunc autem loquendi annunciandique futuras moleſtias & afflictiones, quas ſubituri eſtis, vt ſitis aptiores, & promptiores, ad ferendum omnia, patiẽdi & vincendum, me autthore & duce, qui nunc quam vobis deero, ſed ſemper vos meis fauoribus proſequar. Conſiderate quod eodem itinere vobis eũdum eſt ad Patrẽ, quo ego vado. Verumenimuerò illud ego hic non poſſum ſatis mirari, quod non aperiat illis modum, quo pręfinitum iter perficere debuit. Iturus erat ad Patrem per paſſionem, & mortem crucis. Nullam tamẽ mentionem facit, mortis aut paſſionis, ſed abſolutè dicit: *Vado ad eum qui miſit me*. Credideꝛim ego voluiſſe hoc pacto Chriſtum docere, quod etiã Apoſtoli, & omnes in vniuerſum Chriſtiani, ad hoc ſolùm attendere debeant, quod ad Deum vadunt. An verò eundum ſit per tribulationes & aſperitates an per alia media; minus curandum eſt, dummodò ad Deum veniatur.

De Ageſilao Rege Lacedæmoniorũ ſcribit Plutarchus. Plutar. de Ageſilao. Quod cum per Thraciam ac vicinorum vrbes, cum exercitu ad bellum iter facturum eſſet miſſis nuncijs, quæſiuit ab eis, erectis ne, an ſubmiſſis haſtis eundè ſibi foret, quaſi vellet dicere, quomodocunque fiat, ſiuè ei contradicant, ſiuè non, tamen tranſeundum erit per ditiones eorum, cum hac tamen differentia, quod ſi ei non reſiſterent, pertranſiret quietè, & abſque dãno, ſi verò contradicerent, omnino pertranſeundum eſſet, ſed cum damno eorũ maximo, & morte plurimorum, ſic & nobis per bona temporalia pertranſeundũ eſt, ſiuè cum tribulationibus, & moleſtijs, ſiuè abſque tribulationibus, hæc minus penſanda ſunt modo feliciter pertranſeamus. Magna tamen eſt differentia, cùm eundum ſit per multas tribulationes ad Deum, quod quis patienter vadat, non reſiſtendo Deo permittenti tribulationes. Et quod quis vadat impatienter, moleſtè ferendo diuinam circa ſe ordinationem; quia eum qui patiens eſt, conſolatur. Deus, auxiliatur, & moderatur, atque auertit ab eo moleſtias, qui autẽ reſiſtitit nec meritum habet, nec ex tribulationibus eruitur. Minimè ergo curandum eſt, quomodo nobis eundem ſit ad Deum, modo patienter & non reſiſtendo ipſius voluntati eamus. Et propterea vt ſupra iam diximus redemptor noſter nulla paſſionis ſuæ facta mentione abſolute dicit, vado ad eum qui miſit me.

ET NEMO EX VOBIS INTERROGAT ME QVO VADIS. Significat hic (inquit Auguſt.) ſe iterum Auguſt. vt nullus interrogaret, quod palam fieri viſu corporis cerneret. Nubes enim ſuſcepit eum quando aſcẽdit ab oculis eorum, & euntem in cælum non verbis quæſierunt, ſed oculis deduxerũt æternum. Non eſt mirũ quod Chriſtum abeuntem ad Patrẽ non interrogent Apoſtoli quo uadis ea enim eſt cõditio omnium in vniuerſum paſſionum, quod ſi ſunt vehementes, obmuteſcere & ſilere faciunt, nimius timor, nimius amor, & quicunque nimius affectus, linguam ligat, & manus ſoluit, & quandocunque quaſi extaſim & ſtuporem inducit. Quemadmodum cum ex captiuitate in patriã reuertebatur populus Iſraeliticus, cum maxima lætitia dicebat. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati*, alias, quaſi ſomniantes. Tanta enim perfundebantur lætitia, vt potius quædam imaginatio, & ſomnus videretur, ex captiuitate eliberatio, quàm vera & propria realis libertas. Pſal. 125. v. 5. Apoſtoli tunc vehementiſſimis paſſionibus, timore & lætitia concutiebantur, multùm enim timebant, quòd præſentia Magiſtri priuandi erant, multum iterũ gaudebant, quod Spiritum Sanctum, & præſentiam eius per gratiam recepturi erant operabant: ideo nec loqui, aut interrogare eum poterant. Quia tamẽ totum hoc quod Chriſtus agebar in vtilitatem eorum ordinabatur, voluit, vt de eo ſermocinarentur. Ideo & paſſionem timoris mitigat dicens. D

SED QVIA HÆC DIXI VOBIS TRISTITIA IMPLEVIT COR VESTRVM. Quia corporis mei præſentiam amittere timetis: atque ita humanus contriſtabatur affectus, quia carnalis deſolabatur aſpectus. Nouerat autem Chriſtus quid eis potius expediret, quia viſus interior ipſe eſt vtique melior, quo eos cõſolaturus erat Spiritus Sanctus: non cernentium corporibus ingeſturus corpus humanum: ſed ſeipſum pectoribus credentium infuſurus. Quod ſi contriſtantur Apoſtoli, dum præſentia corporali Chriſti Domini priuantur, quanto magis contriſtari iuſtum eſt, cum quis præſentia Dei per gratiam (quod Deus auertat) priuatur. Quæ maior triſtitia quàm ſedere in tenebris, & in vmbra mortis. Duo ſunt quæ multum terrent hominem, viſio aliqua terribilis, & vmbra obſcurior: ideo & piſcatores cauent ne in nauicella faciant vmbram, quia piſces ſi vmbram aduertant, timore perculſi aufugiunt. Cui Chriſtus non eſt præſens per gratiam, in tenebris ſedet, & in vmbra mortis, priuatus lumine ſpirituali, priuatur & viſione Dei, quæ eſt maxima pœna damnatorum, quam Theologi vocant pęnam damni. Si enim priua-

tio

tie præſentiæ temporalis, adeò contriſtauit Apoſtolos, vt
neceſſe fuerit eos conſolari. quanto maior damnatorum
triſtitia, ex qua, qui perpetuo beatifica Dei viſione priuati,
nullum vnquam habebunt conſolatorem. Lucerna aulæ
Apoc. 21. v. 23. cæleſtis eſt agnus. *Lucerna eius eſt agnus* (inquit) D. Ioan
nes. Priuati ergo hac lucerna, priuati viſione ſpirituali di-
uinitatis, & viſione corporali ſplendidiſſimæ faciei Chri-
ſti Domini, quantus dolor? quanta triſtitia? Oculi do-
lent dum rem pulchram non vident, inquit Adagium
Græcum, quia idem obiectum formoſum ſi eſt præſens
delectat, ſi abſens contriſtat. Et ideo Alexander dicere ſo-
lebat, quod videri res illicitas, & prohibitas eſt oculorum
ægritudo. Quemadmodum ergo beati ex præſentia, &
viſione Dei lætabuntur, ita damnati, tanta fęlicitate pri-
Plutar. in vita Alexandri. uati, inenarrabiliter triſtabuntur, mors amara dicitur, pro
pter multas cauſas, ſed præcipuè quia ſeparat hominem à
viſione è præſentia amicorũ. *Siccine ſeparat amara mors?*
1. Reg. 15 v. 32. *dicebat*. Agag Rex Amalecitharum, quanto amarius erit
ſeparari à præſentia, & viſione Dei. Profectò pœna hæc, tã
Io. Chryſoſt. Hom. in Matt. 33. grauis eſt, vt etiam Ioannes Chryſoſtomus dicat. Decem
millia quis ponat gehẽnas, nihil tale dicet, quale eſt à bea
ta gloria excidere. O quàm ergo fælices Chriſti diſcipuli,
qui poſt omnes mundi huius ærumnas tantæ beatitudinis,
participes futuri. Magiſtro ſuo illos quodammodo hac in
parte ſecuros faciente aſſecurante, & iterum in aduerſis
conſolante. Ait enim.

SED EGO VERITATEM DICO, EXPEDIT VOBIS VT EGO VADAM. Ego inquit noui: quid
vobis ſalutare futurum ſit; ideoque ad gratiam non lo-
quor, ſed quod rei veritas expoſtulat indicare volui, licet
multum inde contriſtemini; vos adeſſem velletis, ſed rei
neceſſitas, & veſtrum bonum aliud poſtulat. Diligentis
quidem eſt, cum vtilitatem cognoſcit, eam prætermittere,
vt non dilecto priuetur. Veruntamẽ cum ſim ego veritas,
iucundis veritatem proponere debeo, vobiſque exhibere,
non quod humanus affectus poſtulat, ſed quod rei veritas
exigit, vobiſque magis conducere iudico. Ex quo diſcimus
veritatem omnibus planè rebus anteponendam eſſe, non
ſilentio prætereundam, ſed manifeſtãdã, quia veritas Deus
Ad Eph. 4. v. 25. eſt, & qui manet in veritate in Deo manet. Loquimini (in
quit) Apoſtolus veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo,
& iudicium pacis iudicate in portis veſtris. Omnibus enim
abſque aliquo delectu veritas intimanda eſt. Quod etiam
ipſemet Chriſtus in Ioan: contra ſcribas, & Phariſæos le-
Ioan. 8. v. 45. giſſe memoratur: Sic enim in eos inuehitur. *Si veritatem*
dico vobis: quare non creditis mihi? Loquimini vobis placen
tia, ceſſet à facie veſtra ſanctus Iſrael, loquitur Iſaias ex-
probrans mendacium hominibus, qui non loquuntur pa-
cem & veritatem cum proximo ſuo. Quod ſi ſuis perſecu-
toribus Chriſtus veritatem intimauit, nõne debuit Apoſto
lis veritatẽ intimare? debuit vtiq; vnde & fecit. Sciẽtes er-
go timor Domini hominib. ſuademus, Deo aũt manifeſti
2. ad Cor. 5. v. 11. ſumus ait Apoſtolus. Nemo Deo ſuadet, quia manifeſta
ſunt illi omnia; ſed ille benè hominibus ſuadet, qui non ip
ſe illis placere vult, ſed ipſam quam ſuadet veritatem. Et
quid eſt aliud vita æterna niſi gaudium de veritate? Si er-
go hæredes cupitis eſſe vitæ æternæ, inuicem veritatem di-
ligite. Multum amat Deus veritatem, & teſtatur Dauid.
Pſal. 50. v. 8. *Ecce enim veritatem dilexiſti*. Prudenter tamen, & mode-
ſtè pro conditione perſonarum loci, & temporis veritas
dicenda eſt, ne magis obſit, quam proſit, ne potius expro-
bratio, quam charitatis manifeſtatio eſſe videatur. Ideo,
& Chriſtus modeſtiſſimè redarguebat Phariſæos. *Si* in-
E quit *Veritatem vobis dico, quare non creditis mihi*, Si veri-
tatem deſideratis, vt quid præſentem non cernitis? facti e-
ſtis interiores quàm Tantalus, ille enim à labris fugientia
Tantalus Iouis ille (vt aiunt Poetæ) ex Plote, & Nymphę filius. flumina captabat; vos autem veritatem non fugientem.
Sed obuiantem, & ſeipſam manifeſtantem reſpuitis. De
quodam Principe legitur, cum ſæpius à quodam priuato
rigoroſius debito redargueretur, melle intinctum apibus
exponere iuſſit, vt pœna correſponderet culpæ, vnde debe
mur modeſtè, & ſinè indignatione pro tempore, & occa-
ſione, exemplo Chriſti, veritatem dicendam eſſe. Quod ſi
opportunitas defuerit, differenda amplius; exemplo Chri-
ſti. Qui in hodierno Euangelio, licet multa haberet dicere

Apoſtolis, non omnia tamen dixit, cuius rationem reddit,
quia, inquit, non poteſtis portare modo. Et incapacitas ve-
ſtra, & tempus exigit, vt in aliam meliorem occaſionem
cætera differam. Et reuera ſicut quælibet virtus in tempe-
ramento conſiſtit, ita habet ſuos gradus, periodos, paren-
theſis, & pauſas. Sic & veritatis manifeſtatio. Cæteris ergo
in aliud tempus reiectis hoc totum inculcat Apoſtolis, vt
non triſtentur de abſentia eius, quod ſic perſuadet.

SI ENIM NON ABIERO PARACLITVS NON VENIET AD VOS. Huius literæ
ſenſus non nihil obſcuritas habere videtur. Si enim in A-
poſtolos inſufflans poſt reſurrectionem dixit: *Accipite Spi
ritum ſanctum*, quomodo ergo modo dicit; niſi ego modo
abiero Spiritus ſanctus non veniet ad vos? Quaſi dicat,
me in terra poſito, & corporaliter conuerſante, mentẽ non
erigitis, ad ſuſcipienda munera cęleſtis gratiæ, cùm autem
aſcendero ad Patrem, corda veſtra traham ad meipſum,
vt vbi ego ſum & vos ſitis; atque ita deinceps conuerſatio
veſtra ſit in cęlis, & non in terra; Itaque per bona & ſan-
cta deſideria Spiritus ſancti capaces effecti, diſcipuli nõ vl-
tra de eius morte ſunt contriſtati, ſed de promiſſionis eius
munere lætati. Sãctum autem Spiritum conſolatorem ap-
pellauit; quia nimirum corda diſcipulorum, qua ſuo receſ-
ſum mæſta reddiderat: Sancti Spiritus aduentu conſolari,
atque recreare debebat. Non quòd antea Sanctus Spiri-
tus non fuerit in cordibus diſcipulorum, vel in antiquorũ
ſanctorum, ſed manifeſta plenitudine ante ſic non fuit da
tus, ſicut in die Pentecoſtes. Iam verò quoniam hæc ver-
ba locutus eſt Dominus Apoſtolis, priuſquam cruci fuiſſet
affixus, aliquid certè diuinioris intelligentiæ in illis conti-
neri ſuſpicor. Meo enim iudicio ita fortè vult dicere. No-
lo vos ignorare dilecti mei Apoſtoli. Adam primum homi
nem ſuæ inobedientiæ lapſu, tentatori humani generis
hæreditatem ſuam vendidiſſe, atque huius venditionis
Chirographum tradidiſſe, manet Chirographum in mani
bus tentatoris, hæredes non habent ius ad hæreditatem
poſſidendam, quia ſemel vendita eſt, huius autem hæredi-
tatis dominium ad me ſpectat, quia ego ſum verus filius
Dei ſicut in ſcriptura dicitur, *Dabo tibi gentes hæreditatem* Pſ. 2. v. 8.
tuam, huius vero hæreditatis pignus eſt Spiritus ſanctus.
Pignus non redditur niſi ſoluatur debitum decretum au-
tem eſt aut vt tota gens pereat, aut vt vnus moriatur pro
populo. Eripiendum eſt Chirographum de manu tentato
ris, & quidem iuſtè, quia non decet me niſi iuſtè agere. Cõ
grediar ergo cũ tentatore in hac forma humana, ille verò
ignorans me eſſe Deum verum, humanitatem meam per
ſuos ſatellites cruci affiget, conuictuſque de homicidio in-
nocentis, quia in me non habet quidquam, cogetur reddo
re chirographum quod affigam cruci, palamque de tenta-
tore triumphabo. Soluto ſic debito, atq; chirographo cru-
ci affixo pignus ſpiritus vobis dabitur. Igitur expedit vo-
bis vt ego vadam ad Patrem per mortem crucis, atque ita
ſoluam debitum primæ præuaricationis, & eruam chiro-
graphum de manu tentatoris, alioquin Spiritus ſanctus
non veniet ad vos. *Spiritus enim non erat datus quia Ieſus* Ioan. 7. v. 39
nondum erat glorificatus, id eſt crucifixus, crucifixionẽ enim
glorificatio nem Chriſti appellauit. Quia verò Adam pri-
mus terrenus, terrenos genuit hæredes: ego, qui ſum Adã
nouiſſimus cęleſtis, cęleſtes hęredes mihi adoptabo, qui ha
beant atque geſtent imaginem cęleſtis, & non terreni ho-
minis. Quapropter huiuſmodi hominis atque hæredes di-
uinę naturæ participes fieri, & in nouam naturam tranſ-
mutari neceſſe eſt. Hæc autem innouatio, atque diuinæ na
turæ participatio Spiritus ſancti opera fieri debet. Ergo ex
pedit vobis, vt ego vadam.

ET CVM VENERIT ILLE ARGVET MVNDVM DE PECCATO, VT NIMIRVM tollat ſta
teram doloſam, quæ abominatio eſt apud Dominum, nul-
la enim ſtatera magis doloſa, ſicut peccatum. De Chriſto
Domino dixit Iob. *quis poteſt facere mundum, de immundo* Iob. 14.
conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? Solus Chriſtus qui v. 14.
eſt Dominus animæ, & corporis, ſicut creauit animam, &
corpus, ita ille ſolus dimittit peccata, vt de ſeipſo teſtatus
eſt loquens ad Phariſæos. *Vt autem ſciatis quod filius homi-* Lucæ. 5.
nis habet poteſtatem dimittendi peccata in terra, dixit Paraly- v. 24.
tico,

Digitized by Google

tico, tibi dico ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuã. Arguere etiam peccata, Chriſti officium eſt, ſicut arguit negligentiam illius, qui abſcondit talenta. Sciebas quod homo auſterus ſim, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui, quia tamen Spiritus ſanctus non eſt alienus à Chriſto, ideò hoc etiam officium exercet, & propterea mittitur à Chriſto in mundum, & arguat mundum de peccatis, vt auferat ſordes peccatorum, & tandem ædificet

F Pſal. 101. v. 11. politiam, ſiu Rempublicam, de qua dici poſſit: *ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria ſua.* Architectus cæleſtis Spiritus ſanctus, prius locum præparare, atque murorum ruinas tollere debet, antequam ædificet domum, qui ſit in Dei gloriam, in habitationem, & recreationem. *Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.* Anima iuſti eſt mons Sion, in quo ædificat Deus tabernaculum ſuum, ſed & Eccleſia catholica eſt magna domus, quæ ædificatur ex lapidibus, nẽpè fidelibus, & cemento fidei, quam in baptiſmo profitemur. Officium ergo eſt ſpiritus ſancti procurare, vt hęc domus ſit ſplendida, candida, ab omni peccato libera, maximè à peccato infidelitatis. Itaque potiſſimum arguet mũdum de peccato incredulitatis, quia non credunt in me. Peccatum incredulitatis quaſi ſpecialis poſuit, quia ſicut

Io. 3. v. 18 fides origo virtutum, ita in incredulitate perſiſtere eſt vitiorum firmamentum. Ideo dicit Chriſtus, *Qui non credit in me iam iudicatus eſt*, id eſt condemnatus, quia non credit in nomine filij Dei; Si non credideritis quia ego ſum, in peccato infidelitatis moriemini; Peccato enim infideli-

Auguſt. tatis manente, cætera detinentur, & hoc diſcedente cætera remittuntur. Duo erant incredibilia (inquit Auguſtinus) reſurrectio carnis, & aſcenſio ad ſupernas ſedes. Iam incredibile vnum credidit mundus, ſublatum ſcilicet terrenum Chriſti corpus, in cęlum, & reſurrectionem carnis cur non credimus? vnum duorum iam factum videmus; cur id quod reliquum eſt deſperatur? Si credendum experto in ſua arte, quæ tamen ſæpè fallit: cur ergo non credendum Chriſto: qui eſt via, veritas, & vita per eſſentiam? Nemo errat in via, ſicut nemo errat in ianuis, veritas nõ fallit nec fallitur, quia ſeipſam negare non poteſt. Vita nõ moritur, quia non habet contrarium corrumpens. Credendum ergo Chriſti doctrinæ eſt, eique ex animo firmiter adhærendum, vt potè ſupremæ, & infallibili veritati. Quia etiam increduli arguuntur incredulitatis, dignaſque pœnas dare coguntur, ſicut in diuinis ſcripturis latiſſimè patet. Eua prima fœmina quia ſerpenti magis credidit quã Deo, multas partus maledictionis incurrit. Cõtra Enoch, quia Deo credidit translatus eſt, ne videret mortem, in fine tamen mundi moriturus. Homines increduli admonitionibus nonne in aquis multis perierunt? Noe autẽ quia Deo credidit, illęſus cum ſua familia euaſit. Quid in ſtatuã

Gen. 19. v. 26. ſalis conuertit vxorem Loth, niſi ſua incredulitas? Loth verò quid à Sodomis liberauit niſi fides? Semper ergo Spiritus ſanctus arguit mundum de peccato incredulitatis, & condignis pęnis afficit incredulos. Nec mirum, quia fides eſt fundamentum ædificij ſpiritualis, & politiæ chriſtianæ.

Iacob 2. v. 10. *Qui enim offenderit in vno, factus eſt omnium reus*: qui amiſerit fidem, & eſt extra Rempub. chriſtianam, non pertinet ad hoc ædificium, non eſt in eo veſtigium lucis diuinę, quia infidelitas tollit principium vitæ hominis iuſti. Iuſtus. n. ex fide viuit. Longè à Deo eſt qui infidelis eſt. Accedentẽ quippè ad Deum oportet credere. Quoniam verò vt ſupra dixit Salomon. Pondus æquum voluntas Domini, idcirco non ſolum incredulos arguet, de peccato infidelitatis, Sed etiam arguet.

ET DE IVSTITIA: quia ſcilicet aliis credentibus, qui Chriſtum in carne non viderunt, ipſi increduli perſtiterunt, & credere noluerunt, Idcirco iuſtiores credentes, & fideles apparebunt, præ incredulis, & infidelibus, quia cũ vtriſque æqua exhibita ſit credenti, & non credenti ratio, illi tamen Deum verum ſuſceperunt quem non viderunt, credideruntque ipſum cum Patre in cælis conſeſſum habere, iſti autem in ſua incredulitate permanentes, cæcutire ſpontè voluerunt. Porrò loquitur hic Dominus de iuſtitia credentium, quæ opponitur incredulitati, non credentium, non quæ opponitur credulitati credentium.

● Arguit etiam hodie Spiritus ſanctus de iuſtitia Hæreticos & Schiſmaticos, quia fidelibus, & Catholicis firmiter credentibus Eccleſiæ Romanæ, illi credere nolunt; Quapropter Catholicorum fides, Hæreticorum atque Schiſmaticorum iuſta eſt redargutio, atque condemnatio. Sed dicite quæſo mihi, quare non ſequimini maiorum veſtrorum fidem, doctrinam, mores, vitam probitatem, atque innocentiam? Eſtiſne illis ſapientiores atque prudentiores? minime: ſapientiores quidem, ſed ad malum, prudentiores, ſed ad excogitandas nouas doctrinas. Veſtri maiores probi fuerunt, vos autem improbi, illi caſti, vos impudici, illi ſobrij, vos autem effuſi ad omnem eſcam, illi Eccleſiæ Romanæ ſeruientes, vos à fide recta tanquam putrida membra reſecti. Pudeat igitur vos veſtræ amentiæ, pudeat malitiæ. Animus humanus eſt ita à natura inſtitutus, vt non velit obedire niſi legittimè, & iuſtè imperanti. Omnis autem Deut. 32. v. 18.

Apoſtata vir inutilis eſt, filius Diaboli eſt, *qui reliquit Deum factorem ſuũ*, vt dicit Moyſes in ſuo cantico: Omnes ergo hæretici noſtri temporis ſequentes apoſtatas, ſequuntur filios Diaboli, genimina perditionis, & gehennæ perpetuę. Reſipiſcite ò infælices animæ. Videte, videte, malum veſtrum, & dum tempus eſt reſipiſcite, en vos arguit ſpiritus ſanctus. Reuertimini ad eccleſiæ Romanæ gremium, quæ peperit vos Chriſto, quæ genuit vos æternitati, quæ eſt mater omnium viuentium, extra quam nulli locus tutus eſſe poteſt.

Arguit etiam Iudices qui in adminiſtranda iuſtitia ſunt G negligentes, vel quia in proferendis ſententijs maximè criminalibus ſunt nimis præcipites: tunc enim matura conſideratione opus eſt, & temporis ſpatio diuturniore ne dicatur illud cuiuſdam. Nulla de morte hominis cunctatio lõga eſt, memores eſſe debent iudices, quod Chriſtus liberaturus adulteram, inclinans ſe, digito ſcripſerit in terra. *Illi autem peccatum Iuda ſcribunt Styllo ferreo in ungue adamantino*, quod reprehendit Chriſtus exemplo crudelis cõſerui. Ier. 17. v. 1.

Omne debitum dimiſi tibi quia rogaſti me, nonne oportuit, & te miſereri conſerui tui, maximè ſi peccata ſint ex infirmitate, vel ignorantia. Hæc enim ſunt quaſi feſtuca in oculo fratris ſui: Non patitur Chriſtus in politia ſua iudices nimis negligentes, aut monarchas, qui permittunt ſubditos crudeliter tractare, nec vult etiam nimis rigoroſos, qui trabem in oculo ſuo non videant, videntes feſtucam in oculo fratris ſui. Sed diligentes & prudentes qualis inter alios fuit Caſimirus primus Rex Poloniæ, qui à maximis iniurijs agreſtes, & oppidanos legibus eliberauit. Inoleuerat Barbarus mos, apud proceres, & æquites Poloniæ, vt iter facientes quotieſcunque, & vbicunque collibitum eſſet, agros, ac prata agreſtium, ac oppidanorum depaſcerent, ac non modo pabulum, ſed etiam victum omnem ſibi miniſtrare imperarent, ſi verò detrectarent, ipſi effractis horis atque cellis per vim auferrent: neque contenti quantum libuiſſet aſſumpſiſſe, reliquum etiam malitioſè profundebant, diſſipabant, & corrumpebant, iumenta e paſcuis, & ſtabulis, atque etiam iuncta curribus, & aratris vtenda, vel potius ad curſum abutenda abducebant, eaque vel fatigata, vel enecta dimittebant, vel ſi fortè placuiſſent retinebant, & vſurpabant. Ad hæc poſſeſſiones, & facultates morientium Epiſcoporũ, & cæterorum ſacerdotum inuadebant, eaſque diripiebant. Quin & præfecti Principis idem faciebant, & principis horrea, prædia, ſiſcunque facultatibus quæ cultus diuini miniſtris, & egentibus dedicatæ erãt augebant. Hac longa conſuetudine inclita, legiſque vim propemodum obtinentia proceribus, quibus erant vtilia defendentibus, perdifficilè erat abrogare; Sed tamen anno Chriſti. MCXXC. Comitijs apud Lenciciam habitis, Caſimirus Rex optimus legem pertulit, qua barbari illi mores ſublati ſunt. Arguet præterea Spiritus ſanctus mundum.

Matt. 18. v. 33. Matt. 7. Caſimir. Cromer. libr. 6. de rebus Polonor.

DE IVDICIO AVTEM, QVIA PRINCEPS HVIVS MVNDI IAM IVDICATVS EST. Arguet (inquit) mundum de iudicio, quo ipſius princeps iudicatus eſt, igni ſcilicet æterno irreuocabiliter deſtinatus. De hoc itaque Iudicio quo princeps mundi huius iudicatus eſt arguitur à Spiritu ſancto mundus; quoniã cum ſuo principe iudicatur, quẽ ſuperbus ac impius imitatur. Principem huius mundi Diabolum appellauit, quia primarũ

tenet

tenet in cordibus infidelium, quos hic mundi nomine vo-
Luc. 10. v. 10. luit intelligi. *Videbam Sathanam ſicut fulgur de cęlo caden-
tem, & ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones,
& ſerpentes. & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis
nocebunt*. Eiectus eſt ab hominibus per Chriſtum, per
Apoſtolos, & Apoſtolicos viros ſicut apud Ioan. legitur.
Ioan. 12. v. 31. *Princeps mundi huius eijcietur foras*. Eiectus eſt autem ab
eo in quo nihil habuit. *Venit, inquit, princeps mundi huius,*
Ioan. 14. v. 30. *& in me non habet quicquam*, id eſt nihil iuris ſui, ideoque
iure è ſuo loco eiectus eſt, ſuoque dominio ſpoliatus. Su-
peruenit enim Chriſtus fortior illo, & arma eius abſtulit,
& ſpolia eius diſtribuit, caueamus ergo futurum iudiciũ,
2. Petr. 2. v. 4. ne cum principe huius mundi iudicemur. Si enim Deus
peccantibus Angelis non pepercit, ſed quaſi rudentibus,
inferne pęnis detractos, cęlo in æternum tradidit crucian-
dos, quomodo à Spiritu ſancto de hoc iudicio mundus no
erit arguendus? Itaque cum ſpiritus demonſtrauerit Chri
ſtum verum Dominum eſſe, proculdubio magni erroris
crimine mundus arguetur, qui verum ex natura Deum de
reliquit, & Diabolum in creaturis adorauit, qui iam con-
demnatus cecidit, quod paſſus non eſſet ſi verus Deus fuiſ-
ſet. Cum igitur Princeps mundi huius iam iudicatus ſit per
Chriſti paſſionem, nonne iuſto iudicio condemnandi ſũt,
qui Dæmonem principem pro Deo colunt, & non Ieſum
Chriſtum, qui eſt omnium Dominus verus, & Deus verus.
Cyrillus co. Iuliã. lib. 4. Illi enim ſuperbi Dæmones, (teſte Cyrillo contra Iulianũ)
per maleficia, & omnes Phantaſias decipiunt, per miracu-
lorum operationes, præparantque amatoria veneficia; in
illis omnis intemperantia, & diuitiarum, gloriaque opes,
& maxima deceptio; mendacium enim eſt illis peculiare;
ſed pius, & probus homo operam dabit, vt purget animã,
puram enim animam non inuadunt dæmones, eò quod il-
lis diſtinctis ſit.

De Iudicijs quoque temerarijs, de iudicijs ſecundũ af-
fectum, arguet mundum qualia ſunt communiter iudicia
hominum. Non ſinè cauſa natura prouidit, quod humor
cryſtalinus in oculo maneat, abſque omni colore, vt me-
lius videre, iudicare, & inter colores diſcernere valeret.
Alias enim ſi eſſet coloris viridis aut rubei, omnia ei viri-
da, vel rubea viderentur, ſic iudicia hominum á paſſioni-
bus libera eſſe debent, quemadmodum ſenſus liber eſt à
ſenſibili, aliàs, Tota die lingua hominum cogitabit iniuſti
tiam, murmurationes, inſidias cogitabit, id eſt cogitatione
proferet, neque enim cogitare officium eſt linguæ, ſed in-
tellectus quemadmodum & intelligere, memoriæ recor-
dari, imaginatiuæ imaginari, voluntatis amare, oculorum
videre, aurium audire, narium odorari, lingua loqui non
cogitare, dicitur tamen quod tota die lingua cogitabit ma
litiam, ironicè, ſicut de homine in diſcreto dicimus, O quã
diſcretus homo ita de homine loquente peruerſa, dicimus,
quod loquitur quidquid in mentem venerit non cogitan-
do, an rectè, vel malè loquitur, quod ex temerario proue-
nit iudicio. Et hoc maximè nocet communitatibus, ita vt
nec collegium apoſtolorum ab hoc iudicio temerario libe
Ioan. 21. v. 23. rum fuerit. Quid enim aliud eſt quod dicitur in Euange-
lio. *Exijt ſermo iſte inter fratres, quod diſcipulus ille non mori*
H *tur, & non dixit Ieſus non moritur, ſed ſic eum volo manere
donec veniam*. quid aliud eſt quod moriente Chriſto in cru
ce & dicente. *Heli Heli, Deus meus, Deus meus*: alij dicunt;
Heliam vocat iſte, niſi temeraria iudicia, qui enim ad pau
ca reſpiciunt, & malè iudicant de facili enunciant. Ideo
cum Spiritus ſanctus inſtituere deberet politiam chriſtia-
nam, venire debuit in mundum, vt eum ab omnibus pec-
catis purgaret, ſed præcipuè ab iſtis tribus. A peccato incre
dulitatis, iniuſtitiæ, & temerarij iudicij. Et tandem ait ædi
ficandam Syon, vbi in gloria ſua videretur Deus. Hæc igi-
tur de Spiritu ſancto venturo prædixit Chriſtus Apoſtolis
& plura alia prædicere voluit, vt ipſe teſtatur.

ADHVC MVLTA HABEO VOBIS DICERE, SED NON POTESTIS PORTARE MODO.
Multa vobis inculcaui plura eſſent inculcanda, ſed capa-
ces vos non video, neque idoneos ad portandum, expectã-
dus eſt aduentus Spiritus ſancti, cuius lumine illuſtrati ca
paciores reddemini, promptioreſque ad ſublimia percipiẽ-
da. Ex quo intelligimus credendum eſſe Eccleſiæ Catholi-
cæ ſicut & Chriſto. Spiritum enim Sanctum dicit ſe miſſu
rum, qui multa eſſet Apoſtolos docturus, quæ ipſe non ita
clare propter indiſpoſitionem ipſorum docuit. Deinde hu-
iuſmodi Eccleſiam eſſe columnam, & firmamentum veri
tatis indicat. Dum inquit: *Docebit vos omnem veritatem*. Ita
que ſi omnis veritas eſt in Eccleſia catholica, & apoſtolica
quidquid eſt extra hanc apoſtolicam doctrinam menda-
cium eſt apertum; ac proinde ſicut Eccleſia catholica pro
ſuo doctore habet ſpiritum veritatis, ita planè omnis ſyna
goga hæreticorum habet Diabolum apoſtatam ſpiritum
mendacij. Cæterum Spiritum ſanctum ſpiritum veritatis
appellauit, vt potè qui exactè nouerat omnem veritatem
cuius ſpiritus eſt, & eam non ex parte, ſed integrè reuela-
uit. Et quãuis ex parte in hac vita cognoſcimus, vt ait Apo
ſtolus, non manca tamen neque mutila eſt Eccleſiaſticæ 1. Cor. 12
doctrinæ veritas fideique integritas. Quoniam verò ad-
huc militat in terris, & nec dum coram ſponſum contem-
platur, adeò ex parte cognoſcere dicitur cum tamen inte-
grè veritas in hac parua cognitione nobis refulſerit. Vt igi
tur nullus ſcit, quæ hominis ſunt, niſi hominis ſpiritus qui
eſt in eo, ſic neque quæ Dei ſunt, niſi Spiritus, qui eſt in eo.

CVM AVTEM VENERIT SPIRITVS VERITATIS DOCEBIT VOS OMNEM VERITATEM. In tribus columnis ædificat politiam chriſtianam
Spiritus ſanctus, poſtquam correxit ea quæ corrigenda e-
rant, nempè veritate, prouidentia, & fide in Chriſtum. Pri
mum innuitur cum dicitur, docebit vos omnem veritatẽ.
Cum enim pondus æquum ſit voluntas eius quale potiſſi-
mum eſt veritas, veritatem maximè in chriſtiana politia
morari, & imperare vult. Porrò veritas altera eſt ſpeculati
ua, altera practica. Veritas ſpeculatiua eſt Reipubl. chri-
ſtianæ fulcrum, quia docet quid credẽdum ſit; quod Deus
ſit Trinus, & vnus, quod ſit creator omnium, &c. Veritas
practica docet, quid faciendum, quod officium boni chri-
ſtiani, quod reſtitutio ſit facienda, quod relinquendæ occa
ſiones peccandi, quod caſtè & cautè ſit viuendum, & ſimi-
lia. Vtramque veritatem docuit Spiritus ſanctus, & eam
quæ pertinet ad mores, & eam quæ pertinet ad fidem. Do-
cuit autem illuminando corda fidelium, & voluntatem
eorundem, à vanis deſiderijs, paſſionibus noxijs, & peccatis
purificando, ita vt de talibus dici non poſſit. *Obſcuratum* Ad Rom. 1. v. 21.
eſt inſipiens cor eorum, & tradidit eos in deſideria cordis eorũ,
imo per oppoſitum dici de eis debet; illuminatum eſt cor
eorum ſcilicet intellectus per fidem, & voluntas per con-
formitatem, & voluntatem diuinam. His itineribus perue
nitur ad ſalutem. Ideo etiam alij legunt, deducet vos in
omnem veritatem. Similis modus loquendi habetur in
pſalmo. *Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in verita-*
te tua. Loquitur hic de veritate fidei, in qua hominum ſa- Pſal. 85.
lus ſita eſt. Docuit ergo Spiritus ſanctus Apoſtolos, & per v. 11.
Apoſtolos apoſtolicam atque catholicam eccleſiam omnẽ
fidei veritatẽ apertè atque diſtinctè. Et licet docere appro
prietur filio in quantum eſt ſapientia Patris, & procedit à
memoria quemadmodum conſolari appropriatur Spiritui
ſancto, in quantum procedit per modum amoris. Dulcedo
autem, & conſolatio eſt ſoror amoris inquit D. Auguſti- D. Aug.
nus. Ideo, & Eccleſia in Præfatione miſſa ipſo die Penteco
ſtes dicit, totus in orbe terrarum mundus exultat, quia.
Conſolator Spiritus ſanctus in terras deſcendit. Nihilomi
nus tamen, quia omnia opera ab extra ſanctiſſimæ Trini-
tatis ſunt indiſtincta, officium conſolandi poteſt attribui
Spiritui ſancto, officium docendi & filio. Idcirco ait. *Hæc*
locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus
ſanctus, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omniũ quæcũ
que dixero vobis. vbi vtrumque attribuit Spiritui ſancto, &
conſolari, Paraclitus inquit, id eſt, conſolator, & docere, &
hic propter vnitatem omnimodam trium perſonarum in
vna eſſentia, quod etiam innuit Chriſtus cum ſubdit.

NON ENIM *loquetur a ſemetipſo*. Hoc eſt non aliam
quam ego docui diſciplinam ſequetur, nec alias leges fe-
ret, ſed cum quaſi mens mea ſit, ea quæ mea ſunt reuela-
bit. Ex quo intelligimus Spiritum ſanctum eiuſdem eſſe
cum filio ſubſtantiæ, vnde ſubnectitur. *Et quæ ventura ſunt*
annunciabit vobis. Quaſi diceret, id ſignum vobis ſit, ex
mea illum eſſe ſubſtantia, & quaſi mentẽ eſſe meam, quia

futura.

Digitized by Google

INSTITVTIO Moralis.

Dominicæ Quartæ poſt Paſcha.

De Iuſtitia virtute Cardinali.

Ioen. 16. v.8. *Arguet mundum de peccato, & de iuſtitia & de iudicio.*

A

Prou. 12. v.28. *In ſemita iuſtitiæ, uita iter autem deuium ducit ad mortẽ.*

PLures ſemitæ ſunt quibus diuina ſapientia ducit
tam homines chriſtianos in cælum, quàm Prin-
cipes & Monarchas ad conſeruationem ſui ſta-
tus & Reip. Egregia illa fuit ſemita in ſtatu in-
nocentiæ in lege naturæ firmata, quam eloquio ſuo ſanctiſ
ſimo approbanit diuina Sapientia Chriſtus. *Quod tibi non*
Matt.7. v.12. *vis fieri alteri ne feceris.* Et illa. *Quæcunque vultis vt faciant*
vobis homines, & vos facite illis. Sed quoniam homines quo
tidie ab hac ſemita deuiant per aliam ſemitam nempè iu
ſtitiæ ducendi ſunt, ne à Spiritu ſancto arguantur de iuſti-
tia. Recta ſemita eſt lex naturæ, & diuinum præceptum.
Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, hæc enim ad viuen
dum in mundo quietè, & pacificè duxit. Sed quia intrauit
in mundum zizania frigidum illud verbum meum, &
tuum, vt inquit D. Chriſoſtomus ſeminatium diſcordia-
rum, fons totius mali, neceſſè fuit quærere modos, & ſemi
tas per quas quilibet poſſet pacatam ac tranquillam vitã
ducere, & id quod eius eſt pacificè poſſidere, propter hoc
Iſa.32. v.17. inuenta eſt ſemita iuſtitiæ. Quia vt inquit Iſaias. *Opus iuſti*
tiæ eſt pax. Propter hoc inuentæ ſunt leges, propter hoc
conſtituti Reges, propter hoc inſtitutæ communitates,
quæ difficile poſſunt conſeruari ſinè iuſtitia. De legibus in
quit Cicero, quod eadem fuit legum conſtituendarũ cau-
ſa, quæ, & Regum, vtrumque autem conſeruat iuſtitia, Re
Greg.li.7 epiſt.127. ges ſcilicet & leges; ſummum in Regibus (inquit Grego-
rius) bonum eſt iuſtitiam colere ac ſuæ vnicuique iura
ſeruare: ideo Oſorius Reges hortatur. In ſtudium iuſtitiç
Oſorius libr. 4. de Reg.inſt. omnes Regis curæ & cogitationes, omnes labores atque
vigiliæ, omnia denique ſtudia conſumenda ſunt, ea namq;
à principio Reges creauit. Hac ſemita perueniunt Princi-
pes ad rectam regnorum adminiſtrationem, & conſerua-
tionem. Nam vis ex æquo, & bono adminiſtratum non
minus neceſſarium, & vtile in Regno, quam vis & arma.
Quid enim aliud ſunt regna ſine iuſtitia niſi magna latro
cinia? vt inquit D. Auguſt. Iudices quoque hac ſemita pro
cedere debent, nam iudex dictus eſt quaſi ius dicens popu
lo, non ergo eſt iudex ſi iuſtitia in eo non eſt. Cauete ta-
Iſid. libr. Ethymolog. men debent Principes, & iudices, nę ab hac ſemita deuiẽt,
quia vt dixit ſapiens iter deuium ducit ad mortem. Cauere
debent ne in dextram aut ſiniſtram declinent. Ad dextrã
declinant qui iuſtitiam negligunt, iuxta illud. Aufer im-
pietatem de vultu Regis, & firmabitur iuſtitia thronus
eius. Ad dextram declinant qui phariſaicam iuſtitiam ſe-
quũtur; ideo monet Chriſtus chriſtianum populum. *Niſi*
abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam &c. Et alibi. *Attendi-*
te ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. Ad ſiniſtrã
vero declinat qui nimis rigoroſè agit, ſummum ius, ſum-
ma iniquitas, & iter deuium ducens ad mortem: ideo, &
hos qui ad dextram, & illos qui ad ſiniſtram declinant ar-
guet Spiritus ſanctus de iuſtitia, quia ſicut defectus, ita
& exceſſus iuſtitiæ reprehenſione dignus eſt. Per hanc ſe-
mitam æquitatis ducit Spiritus ſanctus omnes chriſtianos
in cælum, quia dixit Chriſtus, quod niſi iuſtitia veſtra ma
gis abundauerit quam ſcribarum & Phariſæorum, & adij
ci poteſt quam noſtri temporis Pſeudopoliticorum non
intrabitis in Regnum cęlorum: ideo iuſtitiæ veram virtu-
tem in hac inſtitutione commendabimus, & ſemitarum
eius partes, ſcilicet integrales, ſubiectiuas, & potentiales
conſiderabimus. Nam prædictæ ſemitæ iuſtitiæ in quibus
eſt vita ducunt ad beatitudinem temporalem nimirum, &
æternam, iter autem deuium ducit ad mortem, ſed prius
de ipſa virtute cardinali iuſtitia pertractabimus.

Iuſtitiam Phariſaicam ſuadet Principibus Magiſter B
pſeudopoliticorum, quam omnes antiqui, & ſacræ literæ
abominabantur varia Emblemmata, figuras, & Hieregli-
phica veræ iuſtitiæ nobis proponendo, quibus explicarunt
naturam & proprietates virtutis iuſtitiæ. Aliqui enim præ
tendentes explicare rectitudinem, & integritatem eius,
quæ in hoc cõſiſtit, vt vnicuique tribuatur quod ſuum eſt;
depingebant iuſtitiam in forma vnius perſonæ tenentis põ
dus plumbeum ſeu funiculum menſorum. Et hoc fuit con
forme doctrinæ Iſaiæ Prophetæ *Ponam inquit iudicium in* Iſa.28. v.17.
pondere, & iuſtitiam in menſura. Alij pingebant apem per
quam ſignificabant benignitatem & clementiam, & ſeue-
ritatem iuſtitiæ; ſicut enim apes producunt mel ſuaue, ha
bent etiam aculeos quibus fortiter pungunt, ita iuſtitia ha
bet benignitatem erga bonos, & legum obſeruatores, ha-
bet inſuper ſeueritatem erga malos. Alij conſiderantes
quod ad iuſtitiam pertinet grauiter in rebus procedere, &
cum patientia audire, & multa ſupportare, pingebant iuſti
tiam cum auribus aſininis, & pedibus con pedibus onera-
tis. Alij acceptationem perſonarum à iuſtitia explodere
volentes, depingebant ſolem, qui omnes pauperes, & di-
uites æqualiter illuminat, & calefacit. Alij ſimilitudine
cordis quod æqualiter omnia membra viuificat idipſum
exprimebant. Alij exemplo oculi quod æqualiter percipit
diuerſa viſibilia. Hebræi per ſtateram iuſtitiam repræſen-
tabant. Hinc eſt quod cum petijſſent à Deo ne eos ita vt
cæteras gentes caſtigaſſet dicebant. *Nunc ergo pone in ſtate* 4. Eſdr.3.
ra iniquitates noſtras, & eorum qui habitant in ſæculo. Et in v.34.
Prouerbijs inquit Salomon *Pondus & ſtatera iudicium Do-* Prou. 16.
mini. Et Regi Baltaſaro dictum eſt. *Appenſus eſt in ſtatera* v.11.
& inuentus es minus habens. Chriſtus Dominus iuſtitiam
expreſſit ſimilitudine ſalis ob temperamentum duorum
elementorum aquæ & ignis in ſale. Thebani vt referunt
Plutarchus Pierius, & Alciatus, in ſacris ædibus ponebant
ſimulachrum iuſtitiæ in hunc modum. Effigies erigeba-
tur Principes ſedentes in throno, oculis velo tectis, tenens
ſceptrum in manu & coronam in capite, cui ad dextram,
& ſiniſtram latus aſſidebant conſiliarij manibus trunca-
tis, vt inquit Alciatus. Alciatus.

Effigies manibus truncæ ante altaria diuum
Hinc reſident, quarum lumine capta prior
Cæcus at eſt Princeps quod ſolis auribus abſque
Affectus conſtans iuſſa ſenatus agit

Rex cum ſceptro eſt ſummæ poteſtatis ſignum; Sceptrum C
quippè poteſtatem ac iuriſdictionẽ ſignificat, ex eo quod
eminens, & ſuper alios erectum teneri ſoleat. Eſt etiam ſi-
gnum clementiæ ac pietatis, ſine qua iuſtitia eſſe nequit.
Virga namque clementiam deſignat. Hinc virga oleagina
priſcis ſymbolum pacis, & benignitatis erat. Sceptrum ve-
ro frequenter tum alibi, tum potiſſimum in ſacris literis
virga appellatur, vt Pſalm. 2. *Reges eos in virga ferrea.* & Pſa.2.v.9
44. Sedes tuas Deus in ſæculum ſæculi virga directionis virga
Regni tui. Corona tandem in capite prudentiam ſignificat, Pſ.44.v.8
iuxta id quod ſupra dictum eſt de amore virtutum, qui in
manu tres coronas tenebat, in capite autem vnam tene-
bat, per quam ſignificatur prudentia. Iuſtitia quoque co-
ronam, per quam prudentia ſignificatur in capite habet,
neque enim vlla poteſt eſſe iuſtitia ſine prudentia inquit
Iſidorus: quia prudentia benignitate & miſericordia debet
nimium rigorem temperare, ne contingat transgredi il-
lud Eccleſiaſtici. *Noli eſſe nimis iuſtus.* Quod dictum ſapiẽ- Eccleſ. 7.
tis cum perpendit Gloſſa aduertit, quod ſummum ius eſt v.17.
ſumma iniuſtitia, quod antiqui dicebant eſſe ſummã Cru-
cem, vt aduertit Columela. Summum (inquit) ius antiqui
ſummam putabant crucem. Nec putandum eſt nos hic
cum Salomone permittere legum laxationem, ſed perſua-
dere vt obſeruentur prudenter attendendũ ad circumſtan
tias loci, temporis, perſonarum, occaſionum, & non in to-
to rigore iuſtitiæ. Muſici inquit Polycrates vt harmoniam Polycrat.
& conſonantiam proportionatam efficiant, fides ſeu chor-

das

1. Reg. 11.

Quam multi repetiuntur qui iniuſti à potentibus oppreſſi plorant de quibus percontatur Deus. *Quid habet populus quod plorat*. duritiam hac percontatione illorum qui præſunt operibus pręſentiā, aſſiſtentiā exprimere voluit Deus. Hæc cum iudices legunt Deum inuitentur, & attendunt quod multi actores ſunt qui dicunt in corde ſuo non eſt

Iob 22.

Deus. *Circa cardines cæli perambulat nec noſtra conſiderat.* Multos diuites opprimunt per potentiam, & ipſi trahunt eos ad iudicia, quorum clamor in aures Domini exercituum introiuit: ideo Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Ad has autem & alias circumſtantias attendat ne paſſionibus laboret. Princeps aut iudex ideo oculis ſubclauſis depingitur ab Aegyptijs, ſicut & Thebanis quod ei legere libros, & reuoluere illicitum ſit ne iuxta paſſionem leges interpretetur, ne propter reſpectus humanos leges & commēta eorum paſſione ductus mutet iuxta illud.

Cæcus at eſt Princeps quod ſolis auribus abſque
Affectu conſtans iuſta ſenatus agit.

Cauendum eſt iudici ne ſecundum viſionem oculorum iudicet, quia oculi ſunt feneſtræ per quas ingrediuntur paſſiones in animam, non attendat an purpura, vel rudi lacerta quis induatur? an precioſa vel vili? ſub clauſis oculis eſſe debet. Quam ob cauſam etiam apud Athenienſes conſuetudo erat noctu, & in tenebris iudicare, vbi cauſæ ad iudices ſolò auditu deferebantur, quia tamen & auditus poteſt aliquam paſſionem iudici imprimere, vt potè compaſſionem per fletum, ideo apud nationes quaſdam non permittebant aliter quam ſcripto cauſa in iudicio proponi. Nec iniuria ſanè, iudicem etenim omnino inſenſibilem eſſe oportet, non ſenſibus, ſed intellectu iudicare, & æquitare iuxta illud. *Non ſecundum viſionem oculorum, neque ſecundum auditum aurium iudicabis pauperes, ſed in æquitate pro manſuetis terræ.*

F

Iſa. 11. v. 5.

Manſuetudine æquitatem temperabit, aliter manſuetum, & aliter ſuperbum arguet: ideo antiqui Aegiptij inter ſydera, & nubes caput iudicis occultabant, vt inquit Celius. Caput vero ei non ademiſſe mihi videtur, ſed occultaſſe inter ſydera, vt non ſecundum ſenſum iudicet. Manſuetis tamen magis debetur miſericordia, & benignitas, ſuperbis verò, & incorrigibilibus auſteritas, & rigor. Maiori laude dignæ ſunt leges Dei, & Chriſti Domini, quam leges Draconis ob plurimas cauſas, ſed præcipuè, quia leges Draconis legiſlatoris ſanguine fuiſſe ſcriptas communiter dicitur, quia ita rigoroſæ erant, vt pro qualibet re minima mortis ſententiam minarentur. Leges autem Dei, & Chriſti Domini ſunt ſcriptæ balſamo & oleo, quia magis præmia, quam pœnas redolere videntur. *Honora patrem* (inquit Deus) *vt ſis longæuus ſuper terram.* In Apocalypſi Chriſtus in manu habet ſeptem ſtellas præmia promittens, & temperatam miſericordiam Dei oſtendens.

Celius Anguſt. Curio libr. 60. ad ditionū ſuper Hieroglifica.

Plutarchus in vita Solonis.

Deut. 5. v. 16.

Apoc. 2.

Hæc non eo animo à me dicuntur, vt a iuſtitia homines deterream, ſed vt declarem temperatam debere eſſe iuſtitiam humanam, ſicut eſt temperata iuſtitia Dei: quod etiam infideles Philoſophi, qui nondum fidei lumine illuminati erant aduerterunt, qui exprimere volentes qualem Regem habere vellent inſignia eius ſic depingebant. Sceptrum in cuius parte inferiori erat equus maximus natura ſua ferox, & crudelis, ſed in parte ſuperiori depingebatur Cicada, quæ eſt ſymbolum pietatis & miſericordiæ; Quamobrem benè poſſum exhortari homines ad tēperamentum iuſtitiæ Diuinæ, natura enim ſua ſunt magis procliues ad vindictam, & ad rigorem iuſtitiæ, quam ad pietatem, & miſericordiam.

De Chriſto Domino referunt Euangeliſtæ quod cum Diuum Petrum inſtitueret in caput Eccleſiæ dixit. *Tibi dabo claues regni cælorum*, te inſtituo oſtiarium cæli, non dixit tibi dabo claues inferni, noluit claues inferni committere etiam homini ſancto & in gratia confirmato, ſolus Chriſtus voluit habere claues inferni de quo inquit Diuus Ioannes. *Qui habet claues mortis, & inferni.* Nouerat enim inclinationem hominum magis eſſe ad iuſtitiam quam ad miſericordiam, nouerat homines poſſe errare in rigore iuſtitiæ, ideo clauibus ſeueritatis apud ſe relictis, claues miſericordiæ, claues ſcilicet ad cœlum hominibus credidit. Hanc ob cauſam fortaſſis iuſtitia Dei bonitas appellatur actiuè vt ita loquar ſumpta, ſeu iuſtitia ſecundum quam agit Deus, nam de iuſtitia Diuina ſecundum quam homo reddit Deo quod ei debet loquemur inferius. Illa ergo iuſtitia Dei bonitas Dei appellatur, qua Deus iuſtè fideliterq; temperat omnia & moderatur. Proindè ſiuè iuſtitia, ſiuè fides, ſiuè veritas, ſiue quæcunque virtus Dei dicitur nihil aliud ea eſt quam ipſius bonitas quę benigniſſimè cuncta moderatur. Atque equidem ſi in familia quærite ordinateque regetur congruus adhibetur ordo iuſtitiæ, vt vnicuique quod ſuum eſt reddatur, quanto magis in totius orbis diſpoſitione ordinationequè tuenda, decet mundi opificem congruum rebus adhibere ſuæ iuſtitiæ ordinem? Eſt autem Diuinæ iuſtitiæ ordo, vt Deus homini imperet, animus vero humanus corpori, ratio libidini cæteriſque vitioſis animæ partibus; quamobrem non indoctè Dionyſius de diuinis nominibus Dei iuſtitiam declarauit. Iuſtitia (inquit) laudatur Deus omnibus ſecundum dignitatem diſtribuens, & commenſurationem, & pulchritudinem, & bonam ordinationem, & ornatum. Omnia enim Diuina iuſtitia ordinat, & terminat, & omnia ab omnibus immixta, & non confuſa ſaluat, quaſi diceret. Ad Dei potentiam pertinet vt vniuerſum ſit magnum atque multiplex: ad ſapientiam verò vt in eo ſit ordo graduum, & pulchritudo formarum: ad iuſtitiam autem, vt pro graduum diuerſitate, & pulchritudine formarum vnicuique id quod ſibi iure competit diſtribuatur, & vna queque res in ſuo ordine permaneat, ne cum alijs confuſa ſui muneris partem obire nequeat. Hæc ampliſſima virtus fundatur in æqualitate. Iuſtitia enim Diuina æqualitatem exigit non quidem in gradu, non enim vult vnicum, vel æqualem eſſe in vniuerſo gradum, alioquin non eſſet varietas, & ordo formarum, inæquales igitur gradus in multis rerum formis ſpeciebuſquè eſſe decreuit, in quibus interim æqualitatem proportionis amat. Nam vnicuique rei ſecundum modum proportionis ſuæ, portio quoque muneris tribuitur, æqualis quidem dignitati ſuæ, vel naturæ, inæqualis vero ad proprium aliorum munus. Vnde facile liquet quod iuſtitia Diuina è rebus inæqualitatem tollit, quæ tanquam priuatio proportionali opponitur æqualitati. De hac vtique iuſtitia loquitur Damaſſenus. Deus (inquit) qui eſt factor & prouiſor mundi ipſe quoque eſt iudex, & diſcretor omnium, rectiſſimè omnia iudicans & diſponens, tametſi appareant multis iniuſta propter idipſum quod incognità. Nam diuina iuſtitia ſinit frequenter iuſtum incidere in varias calamitates, vt virtutem quæ in illo latebat alijs apertam manifeſtatamque faciat vt in Iob. Aliquando ſinit quidpiam tale fieri, quod abſurdum eorum quæ abſurda videntur oculis hominum, vt per operationem magnum aliquod, & admirabile dirigat & operetur: quemadmodū per crucem operatus eſt ſalutem hominum. Aliquando ſinit ſanctum malè affici, vt ex recta conſcientia non excidat, aut ne ex indulta ſibi virtute gratiæ in ſuperbiam extollatur, vt acciderat in D. Paulo. Huius diuiniſſimæ virtutis, quæ ordinem diuinæ ſapientiæ rebus conditis inditum tuetur, & conſeruat tres communiter actus tribuuntur. Eſt enim diuina iuſtitia bonorum diſtributrix. Bonum autem conſiſtit, in modo, ſpecie, & ordine, modus vero eſt vnicuique rei diſtribuere commenſurationem, id eſt pulchritudinem, ſpeciem, & ornatum, decentiam ſcilicet ordinis, & his dicitur primus actus iuſtitiæ Dei. Secundus conſeruat omnia in ſuo ordine ſibi præfixo atquè conſtituto ne ſimul permiſceantur, & confundantur. Tertius autem vt vnumquodq; officium ſibi præſcriptum operetur, ideoquè diuina iuſtitia eſt omnibus propriæ eorum operationis cauſa, omniaquè ſapientiæ opera conſeruat, & tuetur. Ex hoc Diuinæ iuſtitiæ fonte hauriunt temperatam iuſtitiam, non ipſi ſolum homines, ſed & leges humanæ, ab hoc capite dimanat omnis iuſtitia, ſiuè illa ſit prophana, ſiuè religioſa, ſiuè diſtributiua, ſiuè correctiua, & omnia quæ ad ipſam pertinent, ſi-

Matt. 16. v. 19.

Apoc. 1. v. 18.

Dionyſ.

G

uè tanquam partes, ſiuè tanquam operationes, & actus. Cum enim iuſtitia humana ſit quædam iuſtitiæ Diuinæ participatio illa iuſtitia quæ eſt magis iuxta, ſeu prope iuſtitiam Diuinam magis meretur rationem virtutis iuſtitiæ. Non ſolum ergo in iuſtitia iudiciali de qua paulo fuſius locuti ſumus, ſed etiam in iuſtitia ciuili prohibita, ſeu gubernatrice Deum imitari poſſumus; ſed quoniam de iuſtitia Politica & alijs iuſtitiæ partitionibus amplius nobis loquendum eſt, videamus nunc qualis virtus ſit iuſtitia. Non eſt dubium quod hæc virtus eſt neceſſaria multum, & Reipubl. & cuilibet homini priuato, quia eſt egregia morum rectitudo. Cum enim ad virtutem pertineat actiones humanas rectificare, paſſiones ſedare, mores componere. Per alias autem virtutes modificantur actiones, componuntur mores pertinentes ad ſeipſum, inſtituenda erat alia virtus per quam rectificentur actiones ad alterum, vel quaſi ad alterum quod notanter dico, quia iuſtitia propriè eſt virtus ad alterum, nam vt dicetur inferius ad eam pertinet conſtituere æqualitatem, in hoc enim imitatur diuinam iuſtitiam, æqualitas autem eſt inter duos conſtituenda propriè loquendo. Nihilominus quemadmodum ſimilitudinariæ eidem homini poſſunt attribui diuerſæ actiones, cum tamen vnus homo non ſit diuerſa agentia, propter diuerſas partes, quibus illæ actiones competunt: ſic dicimus quod homo, percutit, videt, audit, &c. ita quoque ſecundum quandam ſimilitudinem æqualitas conſtitui poteſt, in eodem homine pro quanto idem homo habet animam, & corpus, potentiam ſenſitiuam & intellectiuam, inter quæ æqualitas conſtituenda eſt pertinens ad dignitatem, quod tunc eſt cum anima imperat corpori, ratio intellectus quoquè potentiæ concupiſcibili, & iraſcibili. Non enim efficit iuſtitiæ virtus vt ſenſus obediat rationi, & vniuerſaliter, & vnicuiquè parti, & potentiæ hominis attribuatur quod ei conuenit.

Proinde iuſtitia quæ Diuina & naturalis dicitur de qua inferius ad proprium non ad alienum bonum attendere videtur, niſi velis dicere quod Diuinæ, & naturæ vniuerſalis parentis bonum proſpicit. Sed quid boni Deo aut naturæ poteſt conferre? Si Deum veneratur, ſi naturam ducem ſequitur, ſibi proficit, ſibi bona auget, itaquè hæc iuſtitia quæ rectificat opus eius, qui ſecundum eam agit potius eſt iuſtitia metaphoricè ſumpta, iuxta illud Philoſophi, vbi hanc iuſtitiam appellat metaphoricam dictam, iuſtitia ergo propriè ſumpta eſt virtus ad alterum egregia, & planè diuina virtus.

H Nigidius Nigidius cognomento figulus Philoſophus Pythagoricus, qui Cæſaris, Ciceronis, & Varronis temporibus floruit, in aſtronomiæ ſcientia Romanorum peritiſſimus, cum de poetarum figmentis, quæ in ſignifero cælo finguntur ſcriberet ait, aſpectum Bootæ inter leonem, & libram Virginem eſſe quæ iuſtitia ſiue æquitas appellatur. addit prætereà hanc à mortalibus quondam receſſiſſe, & ad ſuperos remeaſſe, vt quæ ſolita eſſet in hominum cœtu verſari e ſeue præcipere, ne a recto, & honeſto diſcederent quibus monitis donec homines paruerunt ſecuti ſinè anxietate aut ſolicitudine vixitarunt. Sed poſtquam mandata eius contempſerunt, luxuria auaritia, cupiditaſque inualuit, & inuidia ac mutuis odijs exarſerunt, tunc dolos atquè inſidias inter ſe nectere cæperunt, & alter alteri imponere ac vulnera cædeſquè inferre. Tum Dea cum nullum ſibi in terra locum relictum cerneret in cælum ſe extulit, ſempiternumquè pietatis ſuæ præmium accepit inter ſydera recenſita. Quid igitur faciendum eſt? quibus medijs virtus hæc e cælorum ſedibus vt inter homines habitare dignetur reuocanda eſt? Honore ſummo afficienda, collocanda in maieſtate tanquam princeps virtutum, corona, & ſceptro ornata inter conſiliarios à dextris, & à ſiniſtris conſtituenda. Ex vna parte, partes iuſtitiæ integrales, & ſubiectiuæ collocandæ ſunt, ex altera, partes potentiales: Hi ſunt egregij huius virtutis conſiliarij. Hæ ſunt ſemitæ iuſtitiæ in quibus eſt vita, iter autem deuium duxit ad mortem. Licet enim aliqui per ſemitas iuſtitiæ, & opera ejus & actiones intelligant non ineptè tamen intelliguntur etiam per ſemitas iuſtitiæ partes eius. Partes integrales quænam ſint facilè intelligitur ex Apoſtolo dicente. *Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos coerceat linguam ſuam a malo, & labia eius ne loquantur dolum declinet à malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & ſequatur eam.* Super quæ verba inquit Diuus Chriſoſtomus. Non ſatis eſt à malicia aberrare ſiquidem conſequendum eſt regnum cælorum, ſed & virtutem multo lucro ac prouentu exercere. Neque enim bonus pater familias illum ſeruum probat, & præmiat qui cum ſit modeſtus, quietus, & pacificus, nihil mali agit nullum offendit, nulli moleſtus eſt ſed otiatur, nihil boni agit, & complicatis manibus deſidia torpeſcit, non ſufficit enim non agere malè, ſed oportet facere benè. In his duobus conſiſtit iuſtitia Chriſtiana, hoc Chriſtus docuit verbo, & exemplo. *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.* Partes ſubiectiuæ iuſtitiæ ſunt illæ. Iuſtitia generalis, & particularis. Particularis item commutatiua, & diſtributiua. Et iuſtitia legalis. Iuſtitia generalis quæ etiam idem eſt quod ſanctitas, hæc in bonis operibus, ſanctis deſiderijs, & virtutibus conſiſtit, & ſic Simeon iuſtus dicitur in euangelio, ideſt ſanctus & timoratus, ſeruans rectitudinem in omnibus, ſiuè quæ ſunt ad ſe, ſiuè quæ ad alterum. Et iuſtitia particularis eſt per quam habituatur homo ad firmiter volendum ſeruare rectitudinem ex neceſſitate debitam in operationibus quæ ſunt ad alterum quod eſt ſingularis perſona. Cuius ſunt duæ ſubiectiuæ partes, ſcilicet iuſtitia diſtributiua per quam proportionaliter diſtribuendo bona communia cuilibet id quo dignus eſt redditur cuilibet, nimirum ſingulari perſonæ, quod ſibi debetur de communibus bonis, hominibus enim ſecundum quod ſeruiunt communi vtilitati, debent potius de bonis communitatis ſecundum menſuram qua communitati ſunt vtiles. Huiuſmodi autem diſtributio fit ſecundum proportionem geometricam, vt dicit Philoſophus. Quod iuſtum diſtributiuum conſiſtit in proportionalitate geometrica, ſeu æqualitate rei ad rem, ita quod ſit æqualitas inter datum, & receptum, quantum datur, tantum recipiatur ſinè vllo reſpectu ad perſonas. Sed iuſtum commutatiuum conſiſtit in proportione arithmetica, ſeu in æqualitate perſonæ ad perſonam, non in æqualitate rei ad rem, ita quod perſonæ æquales in merito æquale præmium, inæquales inæquale recipiant, & quantum vna excedit aliam in merito, tantum excedat in præmio.

D. Chyſ.

Matt. 22. v. 40.

5. Etic.

Sufficientia huius diuiſionis ſumitur ex triplici habitudine quæ in qualibet Republ. reperitur, Prima, partis ad partem, ſecunda. Totius ad partes. Tertia. Partium ad totum. Virtus autem quæ ſingulas partes diſponit ad bonum totius Reipubl. eſt iuſtitia legalis, quæ verò diſponit ad partem eſt iuſtitia particularis. Porrò ad partem eſt duplex habitudo, nempè totius ad partem: & partis ad partem; virtus quæ dirigit partem ad partem ſcilicet ciuem ad ciuem, vt conſtituatur æqualitas inter partes in actionibus quibus inter ſe communicant, dicitur iuſtitia commutatiua, quæ verò dirigit totum ſeu congregationem ad partem in diſtribuendis per ciues rebus communibus, communibus officij, & oneribus iuxta proportionem inter ipſos repertam, dicitur iuſtitia diſtributiua quæ propriè, & principaliter reſidet in principe, vel magiſtratu ad quem pertinent huiuſmodi diſtributiones; & in priuatis ſecundario, quatenus eos diſponit ad iuſtam diſtributionem ament eaquè legitimè facta acquieſcant. Per iuſtitiam commutatiuam tollitur a Republ. auaritia, & intereſſe cum tantum quilibet accipit quantum ſoluit, & tantum ſoluit quantum accipit. Huc ſpectat ſolutio ſtipendiorum quæ militibus debetur. Cæſari Auguſto videtur exprobraſſe iniuſtitiam commutatiuam quidam miles cuius negotium commiſerat cuidam priuato. Sed miles oſtenſis cicatricibus ait. At ego ipſe pro te Cæſar pugnaui tu I

Auguſtus Cæſar.

autem

autem cauſam meam non per te ipſum, ſed per alium vis expedire. Et reuera qui fideliter ſeruiunt & vitam, pro Re publ. pro Rege periculo exponunt, iuſtitia commutatiua requirit, vt non ſolum eis Reges ſolitos ſtipendio ſatisfaciant, ſed etiam vltra debitum ſtipendium honorent & dignitatibus afficiant. Per iuſtitiam diſtributiuam tolluntur inordinatæ affectiones odij & inimicitiæ, & ſic duo præcipui inimici iuſtitiæ à Regno exulant, & iuſtitia de cælo in terram reuocatur. Iuſtitia legalis eſt illa quam exercere Principes Monarchæ, & iudices in puniendo. Omnes has iuſtitiæ ſpecies placere Deo teſtantur Sacræ literæ, ſed præcipuè diſtributiuam quam ob cauſam enim poſt iudicium. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis.

Partes potentiales iuſtitiæ ſunt multæ, ſed generatim ſunt illæ in quibus cernitur aliquod debitum ad alterum. Illud autem vel eſt adeo magnum, vt illi non poſſit ſatisfieri ad æqualitatem, vel eſt ita paruum, vt non inducat obligationem legalem, & ſtrictam, ſed ſolum moralem, quæ ex quadam honeſtate virtutis procedit: eſtque talis vt niſi illi ſatis fiat honeſtas morum conſeruari non poſſit, vel non ita commodè, & decore poſſit. Prioris generis ſunt Religio Pietas, obſeruantia obedientia. Poſterioris vero gratitudo, vindicatio, veritas, amicitia liberalitas, & æquitas. Hæ virtutes ſunt partes potentiales iuſtitiæ; quæ debitum morale reſpiciunt quemadmodum illæ priores ſunt quæ debitum legale reſpiciunt, nimirum quia in aliquorum iuſtitia conueniunt, attamen ad plenam iuſtitiæ rationem non attingunt. Conueniunt cum iuſtitia in hoc quia ſunt circa operationes quæ ſunt ad alterum; a perfecta ratione deficiunt, quia perfecta ratio iuſtitiæ requirit, vt alteri reddatur quod ei debetur ex legis neceſſitate. Nam etſi per iſtas virtutes reddatur aliquo modo debitum illud, tamen non eſt debitum ex legis neceſſitate, quod eſt ſimpliciter debitum, ſed ex quadam morum honeſtate. Harum virtutum ſingulæ ſpecialem requirunt diſcurſum ideo de illis in diuerſis ſermonibus ſingulares aſſignabimus tractatus.

Quod ſi quis compendioſius loqui vellet de conſiliarijs iuſtitiæ, quatuor tantum aſſignare poterit, nempè iuſtitiam Diuinam, naturalem, ciuilem, ſeu polyticam, & iudicialem. Iuſtitia Diuina ſecundum quam homo reddit Deo quod ei debetur illa cuius particeps a Deo facti ſumus nos compellit Deum agnoſcere mundi rerumquè omnium opificem ſeparatum ab omni concreatione mortali, principio ac fine carentem, omnia mouentem, omnia ſentientem, à quo ſingula quæquè animalia vitam ducunt, quique nos ſolos ex omnibus rebus caducis ac mortalibus Diuinæ mentis participes eſſe voluerit, & rationis orationiſque compotes.

Et quum animantia reliqua prona ad terram, & inclinata ad pabulum reddidiſſet, nos ſolos ad cæli aſpectum erexit, vt oſtenderet nos ſui contemplatores imitatoreſque eſſe velle. Et ſicut hominem ſibi quaſi peculiare animal creauit, participemque iuſtitiæ ac reliquarum virtutum effecit, ſic ei reliquas omnes animantes ſubiecit, quarum quidem dominatorem ac dominum hominem eſſe voluit, vt diuerſo vſui pro corporum habitu eas ſibi ſubigeret, & quæ, & ſui apta eſſent, libere ac ſine iniuria mactaret illiſque impune veſceretur. Horum munerum cum ſolus homo particeps ſit nonnè iure optimo Deo gratias immortales agere, & perpetuo habere debet, atque illum colere venerari, atquè adorare omnibus rebus poſthabitis? quin etiam omni pietate curare, vt ei ſemper optimè conciliatus ſit? Cui nihil gratius iuſtitia, pietate, fide, innocentia, veritate, ſanctitateque eſſe poteſt. Hæ ſunt virtutes illæ quæ nos ſimillimos Deo faciunt, quas cum ſequimur, & ſecundum eas agimus felicitatis viam affectamus, vitamque ſempiternam aſſequimur. Hæc diuina iuſtitia illa eſt, quæ recta ac firma ſummi Dei ratio dici poteſt, iuſta iubens, iniuſta prohibens, & præmijs iuſtos afficiens, iniuſtis verò pro demeritis pœnas infligens. Hæc ſunt duo illa diuina, numina, quæ Democritus dixit cuncta gubernare, beneficium ſcilicet, & pœna, quibus rebus ſolon ante eum dixerat omnem Rempubl. contineri. Denique hæc ipſa iuſtitia eſt quæ cum Diuinis mentibus ſociatur illiſque perpetuo fœdere iungitur, & à perpetua operis ſui continuatione non flectitur; imò vero iuſtitia naturalis eſt illa quæ apud omnes gentes ſemper eadem eſt, & nuſquam gentium, terrarum, locorumue variatur, ſed naturæ congruit, & ſtabilis perpetuaquè habetur. Et ſicut ſuperior illa Deo optimo maximo debetur, ita hæc naturæ omnium parenti atquè educatrici. Proindè prima illa ex omnibus animalibus ſoli homini competit, hæc autem in quibuſdam rebus cum mutis animalibus, belluis, ac feris, communis habetur. Huius in primis eſt ſeipſum alere, tueri, gubernare, quæ qui agit ſecundum naturam iuſtus haberi debet, qui autem negligit iniuſtus. Nam qui ſeipſum deſtituens per inediam, vel incuriam perit, aut ſibimet vim affert is iniuſtus eſt, & naturæ etiam infenſus. Alere deinde ex ſe natos eos tueri, ac ſpeciem ſuam per poſteritatem cõſeruare eiuſdem iuſtitiæ munus erit. Hæc & his ſimilia communia nobis ſunt cum mutis animalibus, belluis ac feris omnibus. Parentes verò ac neceſſarios ſenio morbouè affectos, vel alia neceſſitate laborantes alere, & eos defendere tuerique nepotes poſteroſque diligere atque adiuuare, eis conſulere, opitulari, adeſſe & his ſimilia agere ſolius hominis eſt, non autem brutorum animalium, vel ferarum, quæ eiuſmodi officia non agnoſcunt. Humanitatem quos conſeruare, & homini ex propoſito prodeſſe huius, etiam naturalis iuſtitiæ munus eſt, & ad ſolos homines pertinet, cui contrarium eſt hominem perimere, hominique nocere, quæ, ſi verè homines eſſe & haberi volumus, omnino facere prohibemur. Nam ſi ſecus ageremus in humani ac feri diceremur.

Laſtigones qui alio nomine Cyclopes vocantur & Buſiris Aegyptiorum Tyrannus, ac Diomedes Thrax, de quibus in fabulis agitur, & alij complures, qui in hominum exitium nati eſſe videntur, non tam ſecundum naturam homines, quam leones tigrides, vrſi, lupi, ſerpentes, & aliæ truculentiſſimæ feræ quæ in communem mortalium perniciem viuunt habendi ſunt. Iſta virtus monet nos vt naturam ducem ſequamur, quæ à vitijs abhorret, recta autẽ & honeſta ſequitur. Atquè hæc proprium eius qui ſecundum eam agit bonum attendere videtur. Iuſtitia ciuilis ſeu politica aut eſt Principis, aut eius viri qui in Republ. aut in hominum ſocietate verſatur, cuius virtutis propriũ eſt, multitudini conſulere, vrbes tueri, ciuitates regere, homines ab iniuria prohibere, ſocios prouidentia protegere, vnicuique reddere quod ſuum eſt, honores, magiſtratus, ac commoda diſtribuere ſecundum cuiuſque dignitatem. Cicero. Hanc iuſtitiam Cicero dicit eſſe habitum animi, communi vtilitate conſeruata, tribuentem ſuam, cuique dignitatem. Ariſtoteles autem eam dicit virtutem animi eſſe cuique ſecundum merita tribuentem. Hæc iuſtitia maximè Principibus conuenit, qui Cenſores magiſtrique morum habentur. Quoſcunque enim mores probant ac ſeruant hi ab omnibus probantur, & in illis quiſque excellere nititur, quos vero improbant omnes fugiunt.

Optimè Plato mutationem Principis, mutationem totius Ciuitatis eſſe ait. Vt enim bonus Princeps exemplo probitatis, magis quam ipſa probitate prodeſt, ſic malus exemplo turpitudinis, magis quam ipſa turpitudine obeſt. Iuſtitia iudicialis illa eſt, quæ in iure dicendo præcipuè verſatur. Dicitur quoque legitima, & punitiua, quia per leges decernit quid iuſtum aut iniuſtum ſit & pœnas pro culpis infligit. Illud autem præcipuè iuxta ſuperius dicta Principes, & iudices ad quos hæc virtus ſpectat obſeruare debent, vt nec ſint in ea nimium rigidi, nec rurſus omnia impunita relinquant, ſed in omnibus temperatè, mediocriter & moderatè agant in quo Deum imitentur. Hi igitur ſunt præcipui quatuor conſules, qui a dextris, & à ſiniſtris aſſiſtunt iuſtitiæ, hi ſunt duces ex acie iuſtitiæ, qui cum contra iniuſtitiam pugnant, regna defendunt, augent, conſeruant, hi tentorium iuſtitiæ tuentur.

Quid enim magis tuetur iuſtitiam quam cum redditur vnicuiq; quod ſuũ eſt? Deo quod ſuũ eſt? quod pſtat iuſti-

tia Diuinæ, Pietas, Religio, obſeruantia, gratitudo, & aliæ virtutes, quæ ex actæ iuſtitiæ prodeunt quæ reddunt Deo cultum exteriorē per cæremonias, interiorē per virtutes Theologicas. Quod magis tuetur tentorium iuſtitiæ, quam naturalis iuſtitia? quæ reddit maioribus reuerentiam, in neceſſitate poſitis compaſſionem, & promptam ſubuentionem omnibus benignitatem, & affabilitatem, ei verò cuius eſt, vitam & ſanctitatem. Quod magis defendit iuſtitiam quam iuſtitia ciuilis? quę inſtruit qualiter multitudines conſeruandæ, leges executioni mandandæ, qualiter bona communia diſtribuenda, & commutanda, & qualiter in ſocietate hominum honeſte viuendum. Quod magis conſeruat iuſtitiam, quam cum iudices rectè iudicant, & moderate pœnas pro delictis infligunt, ita vt nec delicta foueant, nec vlli iniuriam inferant habentes in frontibus ſcriptum, quod ſummum ius ſummæ iniuria. Hæc ſi obſeruauerint homines Chriſtiani Principes & Iudices certè non arguentur à Spiritu ſancto de iuſtitia, ſed præmiabuntur pro rectè adminiſtranda iuſtitia in hoc ſæculo per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

INSTITVTIO

Speculatiua

Dominicæ Quartæ poſt Paſcha

De peccato.

Ioan. 16. v. 8. *Arguet mundum de peccato.*

Eccleſ. 5. v. 5. *De propiciato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum.*

Ne dicas miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur.

A Quæſtio eſt apud Theologos, an qui peccat in ſpem veniæ, grauius peccet, & aliqui quidem affirmant, quod cum quis conſiderat facilitatem remiſſionis peccati ex parte Dei, & eo animo peccat, quia credit quod de facili acquirere poteſt remiſſionem peccatorum, grauius offendet Deū, quia videtur præſumere nimis de miſericordia Dei, & trahere bonitatem Dei, in fauorem perpetrandæ rei illicitæ, cum ex bonitate Dei ſumit occaſionem, vt facilius peccet, in quo videntur multum offendere Deum, vt eos admonet eccleſiaſticus verbis ſupra citans. *Ne dicas miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur.* Verumtamen multo grauius peccatum eſſe videtur, ſi quis peccat abſque ſpe veniæ, quia iſte quantum eſt ex ſe, in imaginatione propria, facit peccatum irremediabile, non proponendo amplius redire in amicitiā & gratiam Dei. Et quemadmodum ſi aliquis furto auferat aliquid hodie alicui, eo animo, vt die craſtina reſtituat, vel ſatisfaciat, certè nullus negaret minus peccare hunc, quam illum, qui eo animo aliquid furto abſtulit, vt nunquam amplius reſtituat, ita in propoſito, quilibet peccans furto aufert rectitudinem, quæ debet ineſſe actui, & obedientiam debitam Deo, minus tamen peccat, qui furto aufert eo animo, vt ſi reſtituere non poſſit, ſaltem recompenſare intendat offenſam Dei, ex theſauris Eccleſiæ, pœnitentia, paſſione Chriſti, Sacramentis, &c. & quod in Deo eſt tanta bonitas, & miſericordia, vt illi remittat culpam, & donet offenſam: Hæc eſt expreſſa opinio Diui Auguſtini, qui ſic ait. Augent homines peccata veniæ, immo augerent peccata deſperatione veniæ. Et hæc opinio eſt ſecurior, cauendum tamen ne quis in ſpem veniæ peccet, quia ſalutare conſilium eſt ſapientis, *de propitiato peccato noli eſſe abſque metu*: certò quippè ſciūt homines ſe peccaſſe, veniam vero licet ſibi dandam, vel iam datam confidant & ſperent, certo tamen minime ſciunt. Ea eſt natura peccati, vt metum, & timorem incuciat, quod videre eſt in primis in primo peccatore. *Vocem* (inquit) *tuam audiui in paradiſo & timui.* Benigna & ſuauis eſt vox Diuina, & ecce peccatum commutauit illam in rugitum Leonis. Chaldea translatio habet. Vocem verbi tui audiui in horto, quomodo verbi diuini vox tantum ei metum incutere potuit a quo remedium peccati expectare debuit, vt per incarnationem, & paſſionem eum redimeret. Succeſſit alius peccator robuſtior, animoſus, & ecce poſtquam peccauit, nullus magis meticuloſus quam ipſe. *Ecce* inquit *eiicis me hodie a facie terræ, & à facie tua abſcondar, omnis qui inuenerit me, occidet me.* Omnis (inquit) etiam minima muſca, etiam viliſſima creatura, ideo rectè Iob de peccatoribus dixit: *Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit ille ſemper inſidias ſuſpicatur, non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans vndique gladium.* Nec mirum, *cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis*, ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia. Balthaſar Rex potentiſſimus, qui totum mundum ſibi ſubiectum exiſtimabat, ſolam vmbram in pariete, ita timuit, vt præ timore mori videretur. Exercitus Aſſiriorum fortis, & copioſus, nullo perſequente ita timuit, vt omnia ſpolia & quæcunque habebāt relinqueret, & ſola fuga vitæ propriæ conſuleret; Sed non talem requirit metum à pœnitentibus ſapiens; cum inquit, de propitiato peccato noli eſſe abſque metu, non mortem, non pœnas, non amiſſionem bonorum temporalium, ſed peccatum timendum & cauendum eſſe ſuadet, cuius malitia ſuperat omnem malignitatem creatam, etiam ipſam Diaboli malitiam, nam propter quod vnum quodque tale, & illud magis.

lib. de nouitijs. fol. 167.
Geneſ. 3. v. 10.
Geneſ. 4. v. 14.
Iob. 15. v. 21.
Sap. 17. v. 11.
Dan. 5.
4. Reg. 7. v. 5.

Diabolus autem malus eſt propter peccatum, quanto ergo peius eſt ipſum peccatum? Et quis enarrabit malitiam peccati? quod nocet animæ quam priuat gratia Dei, dono nobiliſſimo, quo ſumus conſortes Diuinæ naturæ, nocet intellectui, quem cæcitate, & ignorantia inficit, & priuat lumine fidei, nocet voluntati quam priuat omnium bonorum ornamento, maculat animam, & inducit obligationem & reatum pœnæ æternæ, nocet corpori, quia facit hominem crudelem, inquietum, timidum, ſtultum, confuſum, & ad omnia ineptum. Hoc ergo malum metuendum eſt, nec omnino ſecurè viuendum, ſed ſemper pœnitentia agendum promittit quidem Deus electis ſuis ſecuritatem. *Angelis ſuis mandauit de te: In manibus portabunt te &c. Si dormiatis inter medios cleros*, inter medias ſortes beatitudinis, & pœnæ, inter ſpem, & metum, eſtis ſecuri, quia cum lapidibus regionum erit pactum veſtrum, etiam cum lapidibus fecit pactum Deus, ne offendant iuſtos, ſed eos qui ſemper pœnitent, qui ſemper timent, ne offendant Deum. Vt ergo in numero iſtorum inueniamur, ne etiam a Spiritu ſancto arguamur de peccato, in hac inſtitutione agemus, inquirendo quid ſit peccatum, quanta grauitas illius, & quæ damna inferat animæ, & corpori.

Pſal. 90. v. 12.
Pſal. 67. v. 14.

Antiquus ille Legiſlator Draco (vt refert Plutarchus) quamlibet culpam, quodlibet peccatum, etiam minimū pœna mortis puniendum ſtatuit, & cum interrogaretur, quam ob cauſam peccata inæqualia, æquali pœna vir prudentiſſimus punienda exiſtimauerit, reſpondit, inæqualia delicta grauiora, & leuiora, in ratione culpæ conueniunt, neque culpæ, vt culpa eſt, minor pœna aſſignari poteſt, ideò minima delicta propter hoc ſolum quod participant rationem culpæ hac pœna punienda ſunt: cum autem grauiora punire volo, video maiorem illis pœnam aſſignandam eſſe, ſed quia maiorem pœnam mortis non inuenio, vtraque tali pœna punienda eſſe exiſtimo, licet grauiora minori pœna puniantur, quam merentur. Et re vera magis Catholicè, quàm ſecundum principia Philoſophica loqui hic Legiſlator videtur: nulla enim pœna condigna peccatū mortale punire poteſt, hinc cōiter à Theologis dicitur, Deus punit citra condignum. Quis explicabit

Plut. in vita.

bit intollerabiles, & innumerabiles pœnas inferni? & tamen etiam ibi Deus punit peccata mortalia citra condignum. nec mirum, quid enim aliud contriſtare poteſt Deum niſi peccatum mortale? vt inquit Diuus Paulus. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum*, eum qui Paracletus, & conſolator dicitur, & eſt peccata triſtitia afficiunt, quid aliud poteſt ad amaritudinem prouocare Deum niſi peccata? Os Domini amaricaſtis inquit Oſeas, id eſt *ad amaritudinem prouocaſtis Deum veſtrum*, illum ad amaritudinem prouocant peccata, & in amaritudinem conuertunt, qui eſt mare infinitæ dulcedinis. Quid putas, quare diues ille inferno vnam ſolam guttam aquæ petijt, quid vna gutta prodeſſe potuit? in illis flammis, quas nec omnium marium, nec fluminum aquæ extinguere poſſent, aut temperare, non hanc aquæ materialis guttam, ſed Diuinæ dulcedinis poſtulauit. Si igitur vna gutta illius Maris immenſi dulcedinis Diuinæ, omnia tormenta inferni temperare, & furias ignis infernalis extinguere poteſt, atquè omnem illam amaritudinem in dulcedinem conuertere, quid putas, quantæ ſuauitatis, & dulcedinis eſt totum illud mare immenſum diuinæ bonitatis? & tamen tantæ maliciæ eſt peccatum mortale, vt totam illius Maris immenſi ſuauitatem, & dulcedinem, in amaritudinem conuertere poſſit: ideò vehementer ab omnibus laudatur malitia peccati illa ſubtilis Doctoris doctrina, quod tanta eſt malitia peccati, vt potius homo debeat appetere non eſſe, quam peccare, & Deum offendere, debet tollerantiſſimè mortem ab alio illatam perpeti, aut quoduis ſupplicium, etiam ad annihilationem, quam Deum offendere, & hoc eſt admodum commendabile. Voluntas enim oblans duobus malis, minus eligere debet, tunc enim vnum habet rationem boni, reſpectu alterius, ſecundum Philoſophum: itaquè mori, & non eſſe, habet rationem boni, reſpectu diuinæ offenſæ. Præterea ſi ſecundum eundem Philoſophum. Propter bonum virtutis actum, debet ſe virtuoſus morti exponere, multò magis ne legem tranſgrediatur diuinam.

Ad Eph. 4. v. 30.

Oſeæ. 14. v. 1.

Luc. 17.

Accedit quod propter nullam cauſam, debet quis tranſgredi diuinum præceptum, niſi fuerit reuocatum, aut ab intrinſeco directore, aut ab extrinſeco Doctore: quemadmodum præceptum de non comedendis idolotitis datum, reuocatum fuit à Paulo: aut ex neceſſitate, vt cum Dauid comedit panes propoſitionis. Quod ſi dixeris, mori, & non eſſe, aduerſatur propenſioni naturali, hoc non obſtat, quia quando ſunt duæ regulæ diuerſæ inferior, & ſuperior, & vna præcipit aliquid, altera inclinat in oppoſitum, eligendum eſt, quod conforme eſt regulæ ſuperiori: conſtat autem diuinam voluntatem ſuperiorem eſſe naturali appetitu, ideo debet ſe quilibet illi conformare, & appetere potius non eſſe, propter malum culpæ. Et quamuis malum pœnæ videatur magis nociuum, nihilominus tamen, vt quis vitet malum pœnæ, non poteſt rectè appetere non eſſe: nam malum pœnæ eſt iuſtum, & bonum, quare propter ipſum vitandum nullus debet appetere non eſſe. Inſuper nullus poteſt licitè aliquid deſiderare, contra inclinationem naturalem, quando illa eſt conſona Diuinæ voluntati, ſed quilibet propenſus eſt ſuaptè natura ad eſſe ſecundum Philoſophum, & Apoſtolum dicentem. Nolumus explicari, ſed ſuperueſtiri &cet. Nemo etiam vnquam carnem ſuam odio habuit &c. & talis appetitus conformis eſt Diuinæ voluntati, quæ pœnam infligit, atquè ideò ob illam fugiendam nullus debet expetere non eſſe, ſicut propter malum culpæ, præcipuè ſi non à ſe, ſed ab alio inferatur, & non ſit contra aliquod præceptum Dei, alias, ſi quis vellet ſe interimere, aut annihilare (ſi poſſet) potius, quam culpam admittere hoc eſſet illicitum, quia contra Dei præceptum, non occides. Debet ergo potius appetere homo non eſſe, quam Deum offendere, & peccare, tanta eſt malitia peccati.

2. Cor. 5. v. 4.

Ad Eph. 5. v. 29.

C

Ideò iure merito diſputant, & inquirunt Theologi, quid ſit peccatum, quod tantopere nocet homini, & cuius tanta eſt malitia, ſed non eſt eadem omnium ſententia. Doctor ſubtiliſſimus Scotus docet, peccatum eſſe priuationem boni, nam peccatum eſt nihil iuxta illud, *ſinè ipſo factum eſt nihil*, non contradictiuè, ita quod peccatum non ſit abſolute, ſed priuatiuè, quia ſcilicet eſt priuatio alicuius formæ debitæ ſubiecto, idquè ſecundum Scotum. Nam Diuus Bonauentura aſſerit, quod ſit corruptio eius boni, in quo eſt, nempe animæ ſeu voluntatis. Hoc dictum non adeo probatur Scoto, cum enim anima ſit Ens finitum, ſequeretur per oblationem alicuius finiti boni ab ea, tandem illam ipſam poſſe conſumi, quod eſt abſurdum; ſiquidem ſicut à ſolo Deo creatur, ab ipſo quoque ſolo deſtrui poteſt, ſeu annihilari. Diuus verò Thomas ſentit peccatum eſſe corruptionem boni ſupernaturalis, puta gratiæ. Sed nequè id rectè dicitur: nam ſequeretur, ſecundum actum peccati non eſſe vitioſum: quia cum primum peccatum mortale, totius gratiæ, perditionis ſit cauſa, ſecundum iam nihil gratiæ deperdet. Deindè gratia perindè atquè anima à ſolo Deo creatur, ac auferetur, vt docet Scotus. Alii volunt peccatum eſſe corruptionem habituum acquiſitorum: verum neque id omnino eſt tenendum, vt ex infra dicendis declarabo. Quoniam igitur peccatum eſt priuatio boni, & non eſt priuatio voluntatis, nequè gratiæ, neque habitus acquiſiti (habens enim habitum temperantiæ, poteſt peccare mortaliter, poſt vnum cibi ſumptionem, non corrupto habitu temperantiæ, ſic etiam in eis qui reſipiſcunt, remanet adhuc habitus vitioſus, & non adeo remiſſus) neque eſt corruptio actus, & rectitudinis voluntatis: Actus enim peccati, poteſt eſſe primus in voluntate, & non habere priorem, quem corrumpat: vt ſi de repente occurrat inimicus, & odij actus eligatur, vbi quia nullus alius actus præceſſit, ideo nullum corrumpit, neque rectitudinis, quæ ineſt, vtpotè quia nullus præceſſit actus primus. Quid ergo? cuius eſt corruptio? vtique rectitudinis moralis in actu elicito, quæ in eſſe debuit. Voluntas enim libera, ſemper actus ſuos primæ conformes regulæ efficere tenetur, ſi cupit diuinis præceptis facere ſatis: quo circa quando difformiter ſe gerit, aut à ſuperiori regula diſcordat, & rectitudine, ſiuè conformitate caret, quæ ſibi debeat ineſſe, tunc iam peccatum formaliter eſt corruptio rectitudinis, hæc eſt, formaliter carentiam huius rectitudinis, quæ deberet ineſſe voluntati importat, quia verò priuatio talis rectitudinis eſt ex auerſione à Deo & conuerſione ad creaturam. Quia Sanctus Auguſtinus docet modum, quo voluntas efficitur mala etiam cum voluntas, (inquit) relicto ſuperiori, ad inferiora conuertitur, efficitur mala. Hinc eſt, quod Scholaſtici perſcrutari conſueuerunt, quid horum magis ſit de ratione peccati, an auerſio á ſuperiori, an verò ad inferiora conuerſio? in ſolutione dubii, tali vti ſolent diſtinctione auerſio (aiunt) à fine vltimo, qui eſt incommutabile bonum, eſt duplex, formalis ſcilicet, & virtualis. Prima auerſio eſt odium Dei, vel omiſſio diuini præcepti. *Diliges Dominum Deum tuum*. Quod ita facilè venari poſſumus, Auerſio formalis, poteſt habere vltimum finem pro obiecto, poſitiuè, vel priuatiuè, poſitiuè, ſi nolit voluntas illum finem, actu poſitiuo, & hoc nolle, eſt Deum odio habere. Negatiuè autem, ſeu priuatiue, ſi non vellet cum debet velle vltimum finem, tale quippe non velle omittit illud præceptum. *Diliges Dominum Deum tuum*, &cet. Et hæc quidem dicitur formalis auerſio. Rurſus virtualis auerſio ſit, quando voluntas auertitur ab aliquo neceſſario, quod pro conſecutione vltimi finis requiritur, tunc virtualiter auertitur ab ipſo fine. Exempli gratia. ſi intellectus neget concluſionem, virtualiter ſe auertit à principio: ſi infirmus reijcit medicinam, auertitur virtualiter à ſanitate. Auerſio formalis non comitatur quodlibet peccatum mortale: odium enim Dei, eſt ſpeciale peccatum. Auerſio autem virtualis eſt omni peccato mortali communis: in tali namque peccato, reſpectu alicuius neceſſarij ad finem, voluntas in ordinate ſe habet, cum q; ei omnium circumſtantiarum neceſſariarum integritas deſit, hinc euenit, quo minus finem vltimum aſſequatur. Ex quo ſtatim intelligimus, auerſionē ab vltimo fine grauiorem

In 2. diſt. 35. q. vn.

Ioan. 1.

Definitio peccati.

D. Bon.

Thomas.

In 4. d. 1. q. 1. & ſequent.

E

S. Aug.

Quid ſit magis de ratione peccati, auerſio, vel conuerſio.

Matt. 22. v. 37.

12. De ciuit. Dei. cap. 8.

uiorē eſſe, & magis ſpectare ad rationē peccati, q̄ conuer
ſionem ad hæc inferiora. Scio (inquit Auguſtinus) in quo
ſit mala voluntas, in eo quod fit, quod ſi nollet, non fieret,
& ideo voluntarios defectus iuſta pęna conſequitur, defi-
cit enim non ad mala, ſed malè, id eſt non ad malas natu-
ras, ſed ideo mala, quia contra ordinem naturarum, ab eo
quod ſummum eſt, ad illud quod minus eſt &c. Nec talem
Idem c.9. eiuſdem libri. (inquit) nempè malam voluntatem facit, niſi defectio,
quia deſerit Deus, quaſi diceret. Actus quo volumus crea-
turam, non eſt formaliter malus, & peccatum, ſed potius
debiti ordinis carentia, quia relicto creatore, animus in
creatura requieſcit: itaque ira talis defectus eſt formaliter
peccatum, quia eſt auerſio ab eo, ad quem ſe conuertere de
buerat, & conuerſio ad illud, à quo ſe auertere tenebatur.

D Sed dicet aliquis, ſi peccatum eſt priuatio, quomodo at-
tribuuntur ei proprietates entis poſitiui, & earum rerum
quæ multum nocent animæ & corpori. Sic peccatum di-
citur gladius animæ. Dicuntur eſſe funes peccatorum. *Ini-*
Prou.5.v.21. *quitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorū conſtringi-*
Pſal. 149. v.8. *tur.* Compedes Principum. *Ad alligandos Reges eorum in cō*
pedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iu
dicium conſcriptum. Murus inter Deum, & homines, qui
diuidit Deum ab hominibus. *nos inique egimus, & ad iracun*
diam prouocauimus, idcirco inexorabilis es, occidiſti nec peper-
Thren.3. v.42. *ciſti, oppoſuiſti nubem ne tranſiret oratio.* Quomodo item
peccatum dicitur ſcriptum in adamante. Peccatum *Iuda*
Ierem.17 v.1. *ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in vngue Adamantino.* Quomodo
in puluere, ſicut ſcripſerat Chriſtus peccatum adulteræ in
terra, quomodo dicuntur ſcripta ſucco limoniarum: qui ſic
literas ſcribit, nec quod ſcriptum eſt legere poteſt, nec cha
racteres dignoſcere, niſi literas ſcriptas applicet ad ignem:
ſic peccata, & characteres illorum in hac vita non perci-
piuntur, ſed applicata igni æterno, grauitas, & malitia illo
rum percipietur, quia peccata ſunt priuationes rectitudi-
num, difficilè percipiūtur, ſed ex effectibus, & damnis quæ
inferunt, vult ea nobis innoteſcere ſacra ſcriptura, per no-
mina, & cognomina, quibus malitiam, & damna peccato-
rum exprimit. Priuatio eſt, ſed maligna, priuat cęlo, priuat
gratia Dei, priuat omnibus bonis, & inducit compedes, ſe-
parat hominem à Deo &c.

Sed non temere aliquis dubitabit. Si auerſio à ſummo
bono, potiſſimum ſpectat ad peccati rationem, & huiuſmo
Diſtinct. & grauitas peccatorum vnde ſumitur. di auerſio vna eadem eſt in omni peccato, quia vnum idē-
què eſt incommutabile bonum, à quo peccans auertitur:
peccata ergo non diſtinguūtur ſpecie, quod eſt abſurdum.
Reſpondeo peccata non diſtinguuntur formaliter per o-
biecta, ad quæ conuertuntur, propterea quod non ſit ma-
la, niſi materialiter: quia ſcilicet circa illorum vſum malè
ſe habet voluntas, ſed ſpecie diſtinguuntur per diſſimiras
rectitudines, quarum carētiam important: ſicut etiam pri-
uationes diſtinguuntur ſpecie, ex diſtinctione ſpecifica ha-
bituum oppoſitorum, quorum ſunt priuationes. Diſtin-
guuntur ergo per comparationem ad aliam, & aliam ſpe-
ciem rectitudinis diuerſorum actuum, qui circa finem, vel
alicuius rei neceſſariæ ad finem verſantur. Sicut actus cir-
ca delectationes corporales, regulātur temperantia, actus
verò qui ſunt circa bona exteriora, iuſtitia, quocirca huiuſ
modi virtutes, ſunt rectitudines actuum, & inter ſe diſtin-
ctæ: nam ſicut iuſtitia diſtincta eſt à temperantia, ita pla-
nè peccatum luxuriæ, à peccato auaritię. Neque enim auar
12. de Ciuit. Dei c.8. ri vitium eſt (inquit Auguſtinus) auaritia, ſed hominis per-
uerſe amantis aurum, iuſtitia derelicta: Neque luxuria vi-
tium eſt pulchrorum corporum, ſed animæ peruerſæ, amā
tis corporeas voluptates neglecta temperantia. Diſtinguit
ergo Beatus Auguſtinus auaritiam, & luxuriam, ſecundū
virtutes, ſiuè rectitudines actuum, qui defectum patiun-
tur. Simile quoque iudicium poteſt eſſe, de pluribus pecca
tis eiuſdem ſpeciei, quæ plures priuant, ſeu tollunt rectitu-
dines actuales numero. Ac proindè peccata ſpecie ſunt di-
ſtincta, licet vnam, eandemque habeant auerſionem, à
ſummo, & incommutabili bono.

E Hinc etiam colligere poſſumus grauitatem peccati, ex
eo potiſſimum pendere, quod meliori præſtantiorique op-
ponatur rectitudini: illa autem rectitudo (cæteris paribus)
melior cenſenda eſt, quæ vltimo fini eſt immediatior. Præ-
terea ſi ſermo ſit de peccato mortali eiuſdem generis, illud
cenſetur eſſe grauius peccatum, quod & ex ſcientia, maiori
cum libidine voluntatis exercetur, vbi enim maior eſt ſciē-
tia & conatus, ibi maior eſt actus voluntaris, & conſequē-
ter maiori priuat rectitudinē. *Ille ergo ſeruus, qui cognouit* Lucæ 12. v.47.
voluntatem Domini ſui, & non fecit (ſecundum illud) *vapula-*
bit plagis multis, qui verò non cognouit, & fecit indigna, Matth.5. v.23.
plagis vapulabit paucis. Similiter. *Omnis qui iraſcitur fratri*
ſuo, reus erit iudicio, qui autem dixerit, Racha, reus erit conci-
lio, qui autem dixerit, fatue reus erit gehennę ignis. Ita ſine
voce iudicio, ira in voce concilio, ira in voce atque ſermo-
ne, gehennæ ignib. mancipatur. Prius (inquit Gregorius)
reprehenditur, ira ſinè voce, poſtmodum verò ira cum vo- Lib. 21. Mor.c.5.
ce. Racha vox indignantis eſt, quæ plenum verbum iracū-
diæ non exprimit. Sunt ergo tres gradus culpæ. In primo
eſt ira ſola, in ſecundo ira, & vox quæ iram ſignificat, in
tertio ira, vox, & vituperationis expreſſio. Tres item ſunt
reatus, iudicij, concilij, & gehennæ ignis. In iudicio defen
ſioni datur locus, in concilio decernitur pęna, in gehenna
ignis certa eſt damnatio, & pęna damnati. Sunt ergo ali-
qui gradus in peccatis, & in reatu, ſed quibus modis inuiſi-
biliter exhibeantur pęnæ, de meritis animarum, qui poteſt
dicere? vnde Auguſtinus. Nequaquam negandum eſt (in- 21. lib. de Ciuit. Dei c.16.
quit) etiam ipſum æternum ignem, pro diuerſitate merito
rum, quamuis malorum, alijs leuiorem, alijs futurum eſſe
grauiorem, ſiuè ipſius vis, atque ardor, pro pęna digna cu-
iuſque augeatur, ſiuè ipſe æqualiter ardeat, ſed non æqua-
li moleſtia ſentiatur. *Sodomę remiſſius erit in die iudicij.* Ve
vobis Phariſæi circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum Matt. 21. & 23.
proſelitum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehen
næ, duplo quam vos &c. Alij ergo plus, alij verò minus
peccant, & ideò igne æterno (ait Auguſtinus) aliter hic, & Serm. 8. de verb. Apoſtoli.
aliter illic torquebuntur, plus ille, minus iſte, atquè ita gra
uitas peccatorum etiam intelligitur ex grauitate pęnæ.

Nec minor eſt illa grauitas peccatorum, quod maculāt omnia peccata maculant animā, & conſcientiam.
conſcientiam, & relinquunt veſtigia, ex quibus facilè inue
ſtigatur reatus culpæ, & conſequenter caſtigatur peccatū,
ſicut fuerunt caſtigati ſacerdotes idolorum, qui auferebāt
ſacrificia ex templo clam, ſed in cinere eorum peccatum
innotuit, & debitas pęnas ſumpſit. Diuerſa peccata, ex di- Dan. 14.
uerſis innoteſcunt ſignis & characteribus, vnumquodq;
peccatum proprium habet characterem quo manifeſta-
tur, & in memoriam reuocatur, & quod mirabilius eſt, nō
ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro iudicio, quodlibet
peccatum, per proprium characterem innoteſcet, nā quod
ad præſens ſeculum attinet, furtum reliquit ſignum in ma
nu Adam, & ideò poſtquam Adam manducauit de arbore
prohibito, & furatus eſt obedientiam Deo debitam, ſtatim
furti eius ſigna in manu, veſtigia non ſolum in ipſo, ſed in
arbore ex qua decerpſit vetitum fructum, apparuerunt.
Sanctus Auguſtinus refert ſe fuiſſe in eo errore, vt crede-
ret, ficum plorare cum decerpitur, & arborem lachrymari
quiā lacteas guttas emittit cum deſcerpitur. Iſte fuit er-
ror, ſed certè non fuiſſet error Adami aut Euæ, ſi ita credi-
diſſent, nā ſaltem propter hoc, à fructu prohibito abſtinu
iſſet. Homicidium Abel reliquit ſignum & characterem
in terra, ſanguinem nimirum fratris ſui, qui clamabat de
terra &c. Reliquit etiam characterem luxuria, iuxta illud.
Nullum ſit pratum, quod non per tranſeat luxuria noſtra, reli Sapien. 2. v.8.
quit veſtigium in herbis deliciarum huius mundi ſuper-
bia reliquit in puluere veſtigia, luxuria & gula in luto. Et
non ſolum peccata, quæ in opere conſiſtunt, ſed etiam illa,
quæ in cogitatione relinquunt characterem, & macula
quam culpa imprimit, licet illam nos oculo corporali non
videamus, maculat animam, aufert pulchritudinem eius,
ſignat conſcientia carbone, aut colore lugubri. Ad eum
modum quo communiter videmus, quando quis vult ex-
plodere bumbardam, vt aliquod animal interficiat, ſi inte-
rim bumbarda rumpatur, animal euadit viuum, non occi-
ditur, nihilominus tamen partes bumbardę retorquentur
in iaculantem, & eundem lædunt, vel ſaltem notabiliter
in facie, aut in capite ſignant puluere, ita peccata quæ in
cogitatione, & deſiderijs conſiſtunt, licet non exeant in o-
pus, nec manibus aut pedibus damnum inferat, ſed ſola co
gitatione, nocent tamen peccanti, & conſcientiam eius
macu-

Digitized by Google

maculant, quæ macula licet extrinſecus non appareat, bene tamen videtur ab ipſo Deo. In futuro etiam ſæculo, & iudicio Dei, omnia peccata reuelabuntur, & manifeſtabuntur per proprios characteres, & maculas, ita quod non ſolum ſancti videbunt, quod hic, aut ille, vel illa, trahetur in infernum propter peccata à Dæmonibus, ſed etiam manifeſtabitur per ſigna extrinſeca, propter quæ peccata, hoc eſt enim quod dicebat Diuus Baſilius. Vnumquoque peccatum cum proprio charactere. Quod etiã inſinuauit Spiritus ſanctus per diuum Ioannem in Apocalip. vbi loquens de quibuſdam peccatoribus, vel pęna eorum inquit. *Effudit phialam ſuam in homines qui habebant characterem beſtiæ.* Quid ergo faciendum eſt? imitandi ſunt in hoc paſſu inſtinctus naturales animalium, quæ illud maximè cauẽt, vt veſtigia pedum cooperiant, ne ſic per veſtigia greſſus eorum à venatoribus inueſtigentur. Et diuerſa arte id faciunt, quædam enim excitant puluerem, vel niuem, vt ſic veſtigia cooperiantur, vt de Leonibus ſcribunt hiſtorici, qui cauda ſua cooperiunt veſtigia, ne eos venator reperiat. Alia animalia cautiſſimè ingrediuntur foueas, vel ſaliendo, vt lepus, qui ne relinquat veſtigium ſui diuerſa vtitur arte. Perdix nunquam accedit ad Nidum niſi volando, ne auceps notet locum. De equo Marino ſcribit quidam hiſtoriographus, qui cum ex aqua in terram ingreditur, retrograditur, vt ex veſtigijs venatores decipiat, vt ſic putent eam potius intrare aquam, quam egreſſum fuiſſe in terram. Hoc imitandum non eſt, quia hoc potius eſſet offendere Deum, cum peccare nihil ſit aliud quam retrocedere a Deo iuxta illud axioma Theologorum. Peccatum mortale eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam. Cæteri inſtinctus imitari poſſunt, nam conculcare veſtigia peccatorum, bonum eſt, per pęnitentiam, cooperire eleemoſinis, flagellis, mortificationibus, ſalutare eſt, abluere lachrymis laudabile, veſtigia recta quærere, ſalutare: quemadmodum quæſit Magdalena, de qua ad pedes Domini proſtrata inquit diuus Auguſtinus. Quæ diu male ambulauerat, veſtigia recta quærebat, mirabatur veſtigia Chriſti, vt eiſdem in cælum poſſit aſcendere, memor illius quod dixit. Iob *obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti*, & idem, *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.* Sed ne quis exiſtimet difficilè eſſe huiuſmodi veſtigia peccatorum, & maculas animæ tergere, conſideremus cum Diuo Ambroſio, facilitatem, qua veſtigium grauiſſimi peccati abſtulit Dauid, qui ſolo vno verbo. Peccaui remiſſionem peccati obtinuit, quod cũ admiratur Ambroſius (inquit.) Vide quantum tres ſillabæ valent, & certè ſic. Nam de diuina bonitate præſumendũ, quod multo facilior ſit ad ignoſcẽdum Deus, quam homo ad peccandum, multo facilior ſit ad remittendam culpam, quam homo ad patrandam, modo corde contrito, & ſimplici, de peccatis doleat, & quod Deũ offenderit, pęniteat, ſeipſum de peccatis grauitate peccatorum arguat, ne à Spiritu ſancto arguatur, quin potius gratia eius illuminetur, & ex peccatorum cęno eruatur, quod nobis tribuat, qui viuit & Regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Vnde in ſermone ab hoc loco vſque ad finem omnia vi ſe poſita.

Apoc. 6. 2.

Iſid. li. 12

Plinius.

D. Aug. lib. 10. Hom. 10. 28.

Tom. 10. Iob 13. v. 27.

Iob. 14. v. 16.

Ambroſ. pęn. lib. 2

INSTITVTIO LITERALIS
Dominicæ Quintæ poſt Paſcha.

A

Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

Ioã. 14. v. 14. Prou. 12. v. 14.

De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei.

QVi verbis & operibus proximo opem, & auxilium impenderit, abſquè dubio retribuetur ei abundanter; qui alios conſolari, & verbis lenire curauerit, ipſe pariter grata referet ſolatia delinitus à Deo & conſolatus, & tunc de fructu oris proprij ſatiabitur, cum conſolationem, quam alijs, ſermonibus ſuis impendit ipſe experietur, & guſtabit, iuxta illud Gregorii magni. Et gaudia tribuens vnde es lætificandus accipiet. Idem de operibus dicendum eſt, qui alijs non ſolum verbis, ſed etiam operibus auxiliatur, & ipſe auxilium in neceſſitate tãquã fructum bonorum operum recipiet, vt promiſſit Chriſtus. *Qua menſura menſi fueritis eadem remetietur vobis.* Sed illud hic aduertendum eſt, quòd ſicut fructus tunc ſolùm dulcis, & ſuauis eſt cum maturus & optimè decoctus fuerit, ſic etiam conſolatio tunc ſolùm delectat, cum maturè atquè opportunè adhibetur. Vnde dicit Ambroſius. Si fructus ante maturitatem carpitur acerbus eſt. Etſi Medicus medendi tempus expectat, vt digeſtis ægritudinibus medicinæ ſubſidia deferantur, ne acerba adhuc, & immatura, (vt dicitur) ægritudo, curationis remedijs reluctetur: quãtò magis explorare nos conuenit, vt maturè & opportunè medicinalis ſermo procedat, qui non ampliare mærorem, ſed minuere & lenire videatur? Conſolatio autem matura & opportuna eſt, quæ tempus nec anteuerrit, nec etiam differt. Vtrumquè enim, tam importuna anticipatio, quam nimia dilatio conſolationem ingratam reddit. De anticipata conſolatione ita loquitur Ambroſius. Vis vrget doloris, præmitur cor mulieris afflictæ, quæ immaturo obitu maritum amiſit, aut filios. Quid properas cum te illa non audiat, niſi deferueſcat dolor? &c. Venuſta ſunt in hanc ſententiam verba Plutarchi. Vt medici, inquit, vehementi fluxu pituitæ, non ſtatim ſuccurrunt pharmacis, ſed foris aliquid admouent, quòd tempore concoquat dolorem, ita in recenti dolore tacendum, donec tempore mitiori admittat conſolationem. Alibi etiam circa eandem materiã vtitur ſimilitudine viris, quæ poſtquam vinitor palmites excidit, non prius luxuriantibus pampinis ridet, quam aliquo dierum interuallo lachrymis perſtillantibus fleuerit. Sic etiam ait. Quibuſdam flendi magna licentia permittẽda eſt, vt arentibus tandem lachrymis rideant. Rurſus de conſolatione ſera, & diutius dilata elegantiſſimè Hieronymus. Sanato (inquit) vulneri, & in cicatricem ſuperinductę carni, ſi medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis quærit, plagam doloris inſtaurat. Ita & ego ſerus conſolator, qui opportunè per biennium tacui, vereor, ne tunc importunius loquar, & attrectans vulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum eſt commemoratione exulcerem. Tempeſtiuam igitur, & opportunã conſolationem Salomon fructum oris accommodatè appellauit: quia ſicut fructus ante tẽpus ſuum oblatus, acerbus eſt & acris, & elapſo eiuſdem tempore, vel nimium decoctus deſipit, & fatuus eſt, aut corruptus in amaritudinẽ vertitur; ſic etiam conſolatio anticipata moleſta eſt, dilata verò & ſera ſæpius ingrata & amara accidit. Itaquè ſi ad homines verba Salomonis accõmodemus, rectè fructum oris conſolationem, & fructum manuum, opera miſericordiæ dixerimus.

Quod ſi ad Deum referamus, fructus oris, eſt gratiarũ actio pro diuinis beneficijs, & oratio feruens atquè deuota. Qui enim Deo pro beneficiis gratias agit maiora beneficia tãquam fructum labiorum meretur: qui etiam orat, fructum oris ſui id quod poſtulat accipit, vt inquit Chriſtus in Euangelio hodierno. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis:* Hoc eſt, quod inquit Auguſtin. Quid melius in animo geramus, & ore promamus, & calamo explanemus quàm Deo gratias? hoc nihil dici breuius, nec audiri lætius, neque intelligi gratius, nec agi fructuoſius poteſt.

Greg. magnus in Moralib.

Luc. 6. v. 38.

Ambr. in pſal. 37.

Ambroſ. ſupra.

Plutarch in lib. de conſolat.

Hieron. in epiſt. ad Pamachium.

Augu. in epiſt. ad Marcel.

Digitized by Google

poteſt. Nulla moneta melior, aut ſecurior qua emas Dei beneficia, ſicut eſt gratiarum actio. Nam ſicut ex arbore fructus expectatur, ſic ex gratiarum actione beneficia Dei expectantur, vt dicebat *David. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Videtur Deus procedere cum

B Heſiod. Poeta Græcus. & plures alii.

homine grato, ſicut illæ tres ſorores, nomine Gratiæ nuncupatæ, de quibus Heſiodus, quarum vna cum faceret opera digna mercede, & retributione; altera beneficio gratitudinem declarabat, offerendo illi primæ pro ipſa laboranti gemmas. Tandem tertia, & deſeruiebat, & retribuebat, demonſtrando per hoc, quod qui gratus eſt beneficij multa meretur beneficia. Et hoc eſt quod dicebat David, *quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?*

Pſ.115.

Cum enim aliquis laborat pro Deo, Deus gratitudinem ſuam beneficijs declarat, & gemmas gratiæ ſuæ offert. Quod ſi gratus eſt beneficij homo, iterum retribuit Deo, gratias illi agendo & benè operãdo. Habet ergo gratiarum actio fructus oris ſui beneficia Dei, quibus retribuit Deus gratitudinẽ, ac proinde rectè dici poteſt, quòd fructus oris eſt gratiarum actio.

De oratione etiam idem meritò affirmari poteſt, quis enim enumerabit quantos fructus diuinos & cæleſtes nobis affiat oratio? Quidam orationem comparant arundini, vel inſtrumento quo aliquis vtitur ad accipiendum aliquid, quod manu attingere, & accipere nõ poteſt, propter maiorem loci diſtantiam, veluti ſi quis ex arbore alta vellet fructus carpere, & quia id muneris propter altitudinẽ præſtare nõ poſſet, acciperet arundinem, vel aliquod aliud inſtrumentum, ad optatos fructus commodius ex arbore decerpendos. Fructus ſunt dona Dei, quos media oratione quaſi arundine de cælo colligimus. Sed & arbori ipſi fructum afferenti rectè aſſimilata poteſt oratio. Sũt enim quædam arbores, quæ radice ſua in directum tendunt, & firmiter conſiſtunt, aliæ autem quamprimùm creſcere incipiunt, in terram declinant, ſicut ſunt vites, ſeu palmites in vineis, & iſtæ ſublevandæ ſunt, & ſuſtentandæ alijs arboribus. Anima noſtra eſt planta, quæ vix oritur, ſtatim ad ima in terram tendit. *Adhæſit pauimento anima mea inquit*

Pſ.118.

Pſalmiſta, ideo neceſſaria eſt arbor qua mediante conſcendat anima ad Deum, & ad cæleſtia, talis eſt oratio, quæ, (vt inquit Damaſcenus) aſcenſus eſt mentis in Deum. Atque

Damaſcenus lib.3 ortho. fidei, c.24. in principio.

ſic oratio eſt arbor, quæ dulciſſimos, & ſuauiſſimos nobis affert fructus, quos Salomon vocat fructus oris, non ſolũ illius, quo loquitur lingua, vt eſt in oratione vocali: Sed etiam illius quo loquitur cor, vt eſt in oratione mentali. Deus enim cum ſit ſpiritus, etiam corde loquentes audit; Artifex eſt etiam cui ad exercendam artem inſtrumenta deficiunt, nec minus canendi peritus eſt, cuius vocem exaudi in ſtrepentium ſonitus non ſinit (inquit Seneca.) Et hoc eſt ſpeciale in oratione, quòd aliæ virtutes merentur beneficia, oratio autem, & meretur, & impetrat fructum oris ſui. Ideo Apoſtolos mittendos in mundum, ad fructificandum monet Chriſtus in Euangelio hodierno, vt inſiſtant orationi. *Petite, & accipietis*, ad cuius interpretationem accedamus.

AMEN AMEN DICO VOBIS SI QVID PETIERITIS PATREM IN NOMINE MEO DABIT VOBIS. Ijs qui affectant multas aggregare diuitias, quò facilius idipſum conſequantur, quatuor documẽta proponit Philoſophus. Primùm eſt, vt legant libros eorum, qui de agricultura, & arte ſerendi arbores, & de cura animalium alendorũ tradiderunt, vt apud Græcos ſcri-

C

Carletes.

pſit, Carites, Parius, Apollodorus, Lennius, apud Latinos autem Palladius, nam ex tali lectione fient optimi patres familias obſeruando ſingula, quæ ad augendum rei familiaris prouentum, tum cauenda, tum agenda ſunt, & ex cõſequenti multa acquirent bona, optatiſquè diuitijs perfruẽtur. Secundum eſt. Oportet eos expertos eſſe in pretijs rerũ diuerſarum venalium, quæ, & quando, & vbi carius, aut minoris emantur. Tertium eſt. Oportet eos emere vbi res magis abundant, & eo tempore quo magis abundant, & vendere, vbi & quando carius inueniuntur. Abundantia enim facit vilius, & penuria ac raritas carius vẽdere. Quartum denique eſt, vt liberã ſibiipſis & ſingularem, à magiſtratu diſtrahendarum mercium, licentiam obtineant; vt ſcilicet ipſi ſoli vendant res aliquas in ciuitate, alijs omnino excluſis. Tunc enim alijs non vendentibus augere poterunt pretia rerum ad libitum, & multam acquirent pecuniam. Quod confirmat Ariſtoteles duplici exemplo. Primum ponit de Thalete Mileſio, qui fuit vnus ex ſeptem

Ariſtot.

Græciæ ſapientibus, cui cum à quodam obijceretur ſtudium Philoſophiæ ſibi inutile eſſe, & infructuoſum, melius què fore, ſi incumberet alicui negotio ciuili, prænoguouit ille per Aſtrologiam futuro anno vbertatem oliuarũ,

Cic. li. 1. de diuin.

cumquè paululum pecuniæ congregaſſet, emptionem multam fecit olei adhuc exiſtente hyeme Mileto, & Chio, das arrhas pro oliuis futuri anni. Cum ergo tempus olei aduenit, multis ſimul quærentibus oleum emere, vendidit tantò prætio quantò ipſe voluit, & multam inde lucratus eſt pecuniam, oſtenduquè amicis ſuis perfacilè eſſe philoſophis ditari ſi vellent, ſed hoc non eſſe illis curæ. Secundùm ponit de quodam in Sicilia, qui emit totum efoſſum ex mineris: deinde mercatoribus venientibus vendidit ipſe ſolus non magnum pretii exceſſum faciens, ſed tantum, vt pro quinquaginta talentis centum faceret. Quo intellecto

Ariſt. li. 1. Politic.

Dionyſius Siciliæ Tyrannus, pecunias quidem illi non abſtulit, ſed Syracuſis amplius morari prohibuit, quoniam tale lucrum credebat, in ſuum ſuorumq; detrimentum vergere. Dum enim ciues multùm ditantur, non placent Tyrannis: verentur enim ne nimis potentes facti contra ſe inſurgant rebelles. Itaquè vt verbis vtar Salomonis, doctrina Ariſtotelis eſt, quòd de fructu, doctrinæ, & prouidẽtiæ, vnuſquiſque poteſt repleri bonis.

Dionyſ.

Alij quoque plures modos adinuenerunt, per quos aliquis repleri bonis poſſit, ſuadent enim acquirendas eſſe opes, mercimonijs, venditione, emptione, commutatione, locatione, ſalario, muneribus, & ſimilibus. Genuenſes poſt memorabile illud bellum quod cũ Venetis ad foſſam Clodiam geſſerunt, magnum æs alienum contraxerant. Reſpublica igitur, vt præclarè meritis ciuibus aliquo modo proſpiceret, pretoria illis, ac vectigalia publica, quoad ipſis ad eſſum eſſet perſolutum aſſignauit; poteſtate facta, vt quibus vellet emptoribus, & quanti viſum eſſet locarent. Et

A

quo res commodius, ac maiore cum priuatorum auctoritate agerentur, publicas ædes ad vrbis portas, quibus merces aliunde importata, quoad portorium exigant, à ſcriptura Magiſtris eſſet natæ eorum conceſſit, quò ſtatis diebus conuenirent, ac communibus de rebus ſtatuerent. Centum delectorum conſilium conſtituerent, ex quibus Magiſtratum creari placuit, qui octo hominibus conſtaret, totum ſupremam auctoritatem in communi re adminiſtranda eſſe voluerunt: in primis, vt quæ de conſilii ſententia acta conſtitutaquè eſſent, exequenda vnus, & tranſigenda curaret. Pecunijs quidem creditis in ſingulas partes diſtributis, quoniam certus cuicuè locus erat deſcriptus, quo facilius ſinguli agnoſcerent ſuos locos placuit appellari, vt pro creditæ pecuniæ ratione plures, pauciores què locos ij habere dicantur qui rem cum illa ſocietate contraherent. Iam verò quo honeſtiore ac ſanctiore titulo collegium augerent D. Georgij nomine (in cuius tutella & procuratione ciuitas eſt, denominandum collegium cenſuerunt. Tanta autem cura dicitur geſta res adminiſtrataquè eſſe, vt cum nullo Reipublicæ incommodo priuati, magnis aucti opibus ditarentur, quarta enim centeſimæ pars illis modò fœnoris nomine ſoluebatur) & in omnibus Reipublicæ temporibus compendio paruo admodum contenti, ingentem pecuniæ vim ciuitati commodarent. At cùm priuati vſque eò, cre-

D

dendo grandes pecunias prouecti eſſent, vt quæ pro portorijs exigerentur minimè latas pecunias expenſas exæquarent, iam oppida, municipiaquè omnia quæcunque in ditione Reipub. habentur, præter pauca admodum addicta illis hoc nomine adiudicataque eſſe dicuntur. Ita autem huic collegio Reipub. oppida ſunt attributa, vt & priuatorum opibus, aduerſus vim externam defendantur, & eorum ſuffragijs qui illa Reipubl. nomine adminiſtrent mãdentur, & leges & iura, vt alia iam Reſpub. videatur in Reſpubl. eſſe incluſa, perſcribantur. Tam ſanctum autem, & inuiolatum collegij illius ius ſemper extitit, vt nec perduellionis quidem rei, quique vel tyrannidem affectaſſent, vel impia contra patriam arma geſſiſſent, bonis licet reliquis omni-

Digitized by Google

tibus publicatis, eo priuarentur. Sic hæc Reſpub. de fru-
ctu prudĕtis orationis, atque inſtituti ditata fuit; Sed Chri-
ſtus Dominus, de fructu oris repleri bonis potiſſimum ſpi-
ritualibus ſuadet in hodierno Euangelio, dum inquit.
*Amen Amen dico vobis quodquid petieritis patrem in nomi-
ne meo dabit vobis.*

Prou. 31. Rectè de oratione dixit Salomon. *Facta eſt quaſi nauis
inſtitoris de longè portans panem ſuum.* Imaginandum eſt ho
minem à Deo creatum eſſe ad inſtar vnius caſtelli inexpu-
gnabilis, ſicut dixit Spiritus Sanctus per Salomonem in li-
Sapjen. 2. bro Sapientiæ. *Deus creauit hominem inexterminabilem*, ſci-
licet ex vi creationis. Huic caſtello præfecit Duces fortiſſi-
mos, nempè intellectum, & voluntatem; milites, diuerſos
ſenſus. Sed quia caſtellum hoc ædificatum eſt in rupe in me-
dio maris exiſtente, vbi aquæ dulces & alimenta deficiunt,
quia & aquæ marinæ ſalſæ, & rupes ſterilis ac infructuoſa,
ideo prouiſione aliunde opus habet. Quia etiam à multis
impugnatur inimicis, Dæmone, mundo, carne, ideo aliun-
de auxilium, & ſubſidium poſtulanda ſunt. Nauis igitur
neceſſaria eſt, quæ de longe huic caſtello portet neceſſaria,
quia fames atque aeris intemperies illud maximè debili-
tant, venti, vanæ gloriæ, ſuperbiæ, aliorumque vitiorum
furioſè impetunt. Cæterum Caſtellanus huius caſtelli ipſe
homo de ſuo nihil habet. Omnia victualia de foris adfe-
2. Cor. 3. renda ſunt. *Non enim ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex
v. 5. nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt; Quia
Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deorſum
eſt, deſcendens à patre luminum.*

Neceſſaria eſt ergo ex fructu oris nauis, per quam ſubſi-
dia nobis adferantur. Talis autem eſt oratio, quæ facta eſt
tanquam nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum,
aquam gratiæ Dei, & alia neceſſaria ad reſiſtendum inimi-
cis, & aeris intemperiem temperandam, quia defectu oris
ſui vnuſquiſque ſatiabitur bonis. Potiſſimùm quia hoc ca-
ſtellum quotidiana prouiſione opus habet; cæteris muni-
tionibus prouidetur per menſem, per annum, per medium
annum, vt ſuſtentari poſſint, & inimicis reſiſtere; hæc au-
tem ex quotidiana prouiſione viuit, idèo quotidie oramus,
& poſtulamus nobis de pane, & alimentis fieri prouiſionē:
Nam quemadmodum ſine alimento panis, ſomno & quie-
te impoſſibile eſt viuere (Quia quod caret alterna requie
durabile non eſt) ita ſine oratione, de fructu enim oris ſui
vnuſquiſque ſatiabitur bonis. Maior autem eſſet neceſſitas
aeris refrigerātis, ſi caſtellum illud calore nimio exeſtuans
areſceret, vt aſpiratione, & exſpiratione temperetur. Ni-
mio calore conſumitur & areſcit anima, qui eſt fames pec-
cati & ſenſualis concupiſcentia, ita vt multoties ſcintillet
affectibus & paſſionibus, odij, auaritiæ &c. ideo ſi de fru-
ctu oris ſui repleri bonis deſiderat, neceſſe habet, vt reſpi-
ret, & attrahat ſpiritum refrigerantem, Zephyrum atque
Fauonium cæleſtem, ad temperandum exceſſiuum ſenſua-
Pſal. 115. litatis calorem, exemplo illius qui dicebat. *Os meum aperui
v. 1. 31. & attraxi ſpiritum; quia mandata tua deſiderabam.* Exemplo
etiam trium puerorum, in camino ignis ardentis, ex qui-
bus, nomine reliquorum, ſtans Azarias orauit, aperiens os
ſuum in medio ignis, poſtulans à Deo aerem refrigerantē.
Daniel. 3 *Quo facto mox Angelus Domini deſcendit de cælo. Et fecit me-
v. 50. dium fornacis quaſi ventum roris flantem.* Itaque de cælo
opes, maximè ſpirituales conquirendæ, cuiuſmodi ſunt in
noxio concupiſcentiarum æſtu refrigerium, in grauiori ho-
ſtium noſtrorum impetu, patrocinium, in defectu ſpiri-
tualium alimentorum, ſubſidium, & omnia animæ victu,
alia quę de longè, naui orationis portanda ſunt; quia de
fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, vt dixit Salo-
mon, qui tanti faciebat orationem, vt eam præpoſuerit re-
Sapien. 7. gnis & ſedibus. *Et præpoſui* (inquit) *illam regnis & ſedibus, &
v. 7. diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.* Quare? *quia ve-
nerunt mihi omnia bona pariter cum illa; innumerabilis hone-
ſtas per manus illius.* Nec mirum quoniam omnium bono-
rum mater eſt; eſt vena, vnde mineralia pretioſa abſque
numero eruuntur, inde ſalus, inde pax, inde remiſſio pec-
catorum, inde miſericordia, inde ſpiritus ſapientiæ. *Optaui,
& datus eſt mihi ſenſus, inuocaui & venit in me ſpiritus ſapien
Lucæ 19. tia,* ideo de templo ſuo dixit Deus. *Domus mea domus oratio-
v. 46. nis vocabitur,* Nō dicit domus ſalutis, aut pacis, quia omnia
hæc per orationem homines aſſequuntur: ſed vt fructuoſa
ſit oratio, Chriſtus in hodierno Euangelio plura proponit
documenta, quæ ad materiam orandi pertinent, & potiſſi-
mum tria; quorum primum ſpectat ad orationem, quomo
do ſcilicet petitiones noſtræ faciendæ ſint, vt gaudium no-
ſtrum ſit plenum, ex bonis nobis per orationem collatis.
Deinde tempus loquendi in prouerbijs prætetiſſe ait. Po-
ſtremò, quomodo Pater cæleſtis amat nos; quia ſumus filij
eius credentes & fideles. Itaque in orationibus noſtri, inpri
mis attendendum eſt, ſi de fructu oris noſtri, bonis repleti
cupimus, à quo prædicta bona temporalia & ſpiritualia pe-
tenda ſint quod docet Chriſtus cum ait.

A PATRE, deinde quòd cum magna fiducia poſtu-
landa ſint, quòd docet Chriſtus, cum ait, AMEN AMEN
DICO VOBIS Denique, quòd non noſtris meritis, ſed
Chriſti domini fidēdum ſit, & in eis tota ſpes & fiducia col
locanda, quod item docet Chriſtus cum inquit. IN NO-
MINE MEO. Duas res, qui petit, cauere debet, Ne pe
tat quod non debet, nec ab illo petat à quo nō debet, atque
ita tria in omni petitione obſeruanda ſunt, vt ille qui petit,
ſciat quid petat: & de hoc iam ſupra dictum eſt. Deinde vt
ſciat à quo petat, a Diabolo, ab idolis, à demonibus non eſt
petendum aliquid; ſed (vt inquit Chriſtus) *à Patre*, à Deo Plutar. in
omnipotente. Magi, Augures, Idololatræ, Malefici hanc Apophte
conditionem non obſeruant, quia cum Dæmone pactum gmat.
tenent; idèo etiam, & apud gentiles, impietatis argueban-
tur, & ſupplicio afficiebantur, vt apud Perſas Magis, caput
inter duos lapides elidebatur. Lollianus quidam (licet iuue- Niceph.
nis) in exilium miſſus, & bona eius fiſco annotata ſunt; eo 10.
quod librum magicum ſcripſiſſet præſtigiatori cuidam ſi-
cuidæ aditantium oculos faſcinari, oculi ſententia lata
fuerunt enim. Machomet, Aben, Thaichou, Sangiach Ægi Nicetas
pti, nuper cremari iuſſit Crocodelum plumbeum, portæ cu lib. 4.
iuſdam ædis in Ægipto ſubditum; quia ſe hoc pacto à Cro
codilis tutos eſſe cogitabant. Præfectus quidam Hoſy, de- Bodinus
prehenſus in ſinu ferre ſecundinam infantis nuper nati, ſi- lib. 3. Dæ
bi datam à quadam muliere, ad auertendum, eiſque os oc- mon c. 5.
cludendum, qui ſibi contradicere conarentur à patribus
ſextæ ſinodi in Trullo execratus fuit. Romani capitali ſup-
plicio afficere eos, qui furem ſolum magicis artibus retexe- Theod.
rāt, dum adhuc à fide Chriſti alieni eſſent, ne fidem iſtis ar Bal. Sa-
tibus habere viderentur. Et nunc non pudet iudices quoſ- mon.
dam chriſtianos magicis artibus magos explorare, vel eo-
rum conſilium ſequi.

Quanto prudentius agerent, ſi exemplum illud Principis
Chriſtiani ſequerentur, de quo Froiſſardus ſic ſcribit. Lu- I Floiſſar-
douicus Andegauenſis Anno, 1382. Neapolim vrgebat, in dus.
exercitu habens lectiſſima virorum triginta millia. Nea-
politani vrbis, & arcis commoditate freti, patentibus por-
tis per ludibrium hoſtem expectabant. Rumor increbue-
rat caſtellum ovi non niſi arte magica expugnari poſſe. Ac
cedit magus quidam ad Andegauenſem, aerem pontem à
litiore in arcem ſe ſe ſtaturum confidenter pollicens, per
quem Galli irrumpentes, modò ne crucis ſignacula cona-
tum ſuum turbarent, arce potirentur. Reliquis iuueniliter
conſilium approbantibus. Comes Sabaudus hominem ad
ſe accerſit, & pollicitationis ſuæ certitudinem conſimili fa-
cto confirmantem, quòd Carolo pacifico domino ſuo, qui
nunc obſideretur non multo ante, ſimili arte arcem tradi-
diſſet, imaginaria maris exundatione, intra arcis mænia ir-
rumpentis, Ioanna Regina, & Othone Brunſuicenſi, ad Iaonnes
deditionem compulſis, acerbis verbis de proditione accu- Froiſſar-
ſauit, adeoque vt hoſtibus certo conſtaret, virtute non frau dus lib. 2.
de magica Gallos niti, accito carnifice, capite multari cura- c. 89.
uit. Sic omnibus Magis, ac maleficis fieri deberet, qui cum
in ſuis & aliorum neceſſitatibus, ad Deum patrem recurre-
re deberent, ad dæmones confugiunt, vt ipſorum oraculo,
& ſubſidio ſibi vel alijs auxilientur. Nos autem docet Chri
ſtus ad Deum Patrem recurrere, modumque quo orandus
ſit, oſtendit, & ad petendum cum fiducia impellens, verbo
ſuo Diuino certificat, quod exaudiemur.

AMEN AMEN (inquit) DICO VOBIS. Poſt-
quam docuit Chriſtus à quo petenda ſint bona, docet iam Pſal. 129.
qualiter, quòd cum magna fiducia orandum ſit exemplo v. 6.
Dauidis, qui de ſe dicebat. *Suſtinuit anima mea in verbo eius,*

ſpera-

Digitized by Google

ſperauit anima mea in Domino. Si enim verbum Dei Chri-
ſtus affirmans (dixit) AMEN AMEN. duplicatio hæc
docet cum quanta ſpe, & fiducia, orationes noſtras, vota,
& deſideria Deo noſtro offerre debeamus. Si aliquis homi-
num id dixiſſet dubitare liceret, quia tametſi poſſibile ſit
quòd homines boni promiſſa ſeruent, nec in verbis defi-
ciant, non eſt tamen credibile, quòd non poſſint deficere,
& ob varias cauſas promiſſis ſui non ſatisfacere.

Verbum autem Dei non ſolùm poſſibile eſt non muta-
ri, ſed impoſſibile eſt mutari, aut deficere: cum ergo Chri-
ſtus verus Deus & homo, aſſecurando nos, verbum ſuum
dat nobis in pignus, in verbo eius ſuſtinendum eſt & ſpe-
randum atque cum magna fiducia orandum, qui enim ti-
midè rogat, docet negare (ait quidam) quia ſi noſtra deme-
rita impediunt, ne nobis tribuat quod petimus, ſaltem vt
promiſſio eius & verbum, quaſi ſub iuramento prolatum
non fruſtretur, nobis conferet, quæ petimus. Propterea
enim quaſi ſub iuramento affirmat ille, qui eſt prima, ſum-
ma, & infallibilis veritas; cuius verbum ita eſt immutabile,
vt citius cęlum & terra mutentur, quàm verbum eius: ideo
ergo promittit quaſi ſub iuramento. *Amen amen*, vt ſimus
certi, quòd ſi aliunde ſint impedimenta, ſaltem vt verbum
ſuum compleat nobis tribuet quę petimus. Petere eſt actus
voluntatis. Qui ergo petit ex animo, & fiducialiter ſaluta-
ria petit, abſque dubio voti ſui compos fiet tempore con-
gruo; ſi tamen petat in nomine Chriſti, id eſt, cum inuoca-
tione nominis Chriſti & meritorū ipſius, quibus nos Deo
Pſ. 5. v. 3. reconciliauit. Sic orauit Regius Pſaltes dicens. *Deus in no-
mine tuo ſaluum me fac*. Licitum quidem eſt petere aliquid à
Deo per merita Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum,
& omnium electorum Dei; nam etiam in Polonia fodinæ
Cromer. ſalis præſertim in Vvielizka, & Bochna quinto à Cracouia
lib. 5. milliario, inuentæ ſunt, vnde vberes Regi proueniunt fru-
ctus. Quod ſanè beneficium kingæ, ſiue kunegundis vxo-
ris Boleslai mente pietati & ſanctimoniæ acceptum refer-
tur: non modò Polonis, verùm etiam finitimis populis, prę
ſertim Silezianis & Morauianis perutile, vbi ſal exciditur
ex altiſſimis, & latè ſub terra patentibus puteis, ſupernè
egeſta humo, ſolidum duritie lapidea, ingentes trochleis
vel equorum, vel hominum opera circumactis extrahun-
tur, non nullæ cryſtalli pene in modum pellucidæ. Quin ex
eo quoque columnæ miræ magnitudinis exciſæ, ſpecus ca-
uos & contignationes eorum, atque oppidum ipſum ſupe-
rædificatum, villaſque ſuſtentant. Aqua item è puteis illis
hauſta in ſal candidum excoquitur; Hæc omnia meritis, &
oratione ſanctæ kunegundis Poloni obtinuere. Sed di-
uerſa & magis excellenti ratione per merita Chriſti oran-
dum eſt: nempè tanquam per mediatorem inter Deum, &
hominem, nam mediatoris vices obit Chriſtus, quatenus
eſt Deus ſimul & homo, ideo *ille eſt propitiatio pro peccatis*
1. Ioan. 2. *noſtris* vt dixit Apoſtolus Ille eſt *Iris in circuitu ſedis Diuina*
v. 2. de qua in Apocalipſi. *Oſtium apertum eſt in cælo, & qui ſede-*
Apoc. 4. *bat ſimilis erat aſpectui lapidis Aſpidis, & Sardinis, & Iris*
v. 3. *in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinę*: quod ſi Iris eſt
G in circuitu ſedis, Deus nō reſpicit terram, miſeriam, & pec-
cata noſtra, niſi per hanc Iridem ſpecioſiſſimam Chriſtū
Saluatorem noſtrum. Hæc eſt illa Iris, de qua in Apoca-
Apoc. 10. lip. dicitur, *& Iris in capite eius, ſcilicet* in capite Angeli cla-
v. 1. mantis, & iureiurando affirmanti, quòd tempus non erit
amplius. In capite eius tanquam corona: quia Chriſtus eſt
ſupra angelos mediator, non ſolùm inter Deum & homi-
nes, ſed etiam inter Deum & Angelos: ideo non ſolùm ho-
mines, ſed & Angeli dicere debent illud Apoſtoli *per quem
acceſſum habemus ad patrem*; Per quem tanquam per ſpecu-
lum Smaragdinum, & arcū, non qualemcunque, ſed vt di-
xit Eccleſiaſtes. Quaſi arcum refulgentem, inter nebulas
glorię, Deus aſpicit terram, Angelos, & homines. Qui ergo
in nomine Chriſti non petit, de fructu oris ſui non reple-
bitur; quia abſolutè non petit qui in nomine Chriſti non
petit, vt dixit Chriſtus ad Apoſtolos.

VSQVE MODO NON PETISTIS QVID
QVAM IN NOMINE MEO Non quòd nihil omninò
petierint antea. (Nam D. Petrus petijt vt remaneret in
monte Thabor, & filius Zebedæi primas ſedes) ſed quia nō
petierant in nomine Chriſti; quia nomen eius ſicut cogno-
ſcendum erat non cognouerant, ſcilicet quòd ſit mediator,
& propitiatio pro peccatis noſtris, vel quia petebant tem-
poralia, quæ in comparatione, rerum æternarum, quas pe-
tere debebant nihil ſunt. Ideo ſubdit.

PETITE ET ACCIPIETIS VT GAVDIVM
VESTRVM SIT PLENVM. Hoc eſt petite gaudij
veſtri plenitudinem, quæ continget in vita futura. Hoc in-
primis petendum in nomine Chriſti, & ad huiuſmodi gau-
dium obtinendum petitiones noſtræ dirigendæ ſunt, vel
ſic petite deinceps patrem meum in nomine meo, & acci-
pietis ab eo, quòd ſic petetis idque ea de cauſa quòd gau-
dium veſtrum, quo in me & de me gaudere cæpiſtis, ſit ple-
num & perfectum. Gaudent igitur fideles in præſenti vita
de fidei veritate, dum vident ſe in nomine Chriſti à patre
ſuas petitiones impetraſſe, ſed plenius gaudebunt in futu-
ra vita, in qua gaudium erit ita plenum, vt nihil ei addi poſ
ſit. Habent ſancti gaudium in præſenti vita de ſpe cæleſtiū
bonorum, cum pro Domino terrenis exercentur aduerſis,
diſcunt gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. *Ego* Coloſ. 1.
(inquit Apoſtolus) *qui gaudeo in paſſionibus meis pro vobis*. v. 24.
Et in actibus Apoſtolicis. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpe*
ctu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam Ac. cap. 5.
pati. Sed non eſt plenum gaudium quod fletu variante mi- v. 41.
ſcetur. *Credentes* (inquit Beatus Petrus) *exultabitis lætitia in*
enarrabili & glorificata reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem S. Petrus
animarum veſtrarum. Et frequens huius voculæ (plenum) 1. c. 1. v. 8.
vſus in ſcripturis eſt, ſignificatque rem perfectam, atque
abſolutā. *Vidit Pharao Rex Aegypti ſeptem ſpicas plenas*, hoc
eſt annos abundantiæ & vbertates in ſummo gradu refer- Geneſ. 4.
ros. Sic à Salomone vocantur dies plenæ lunæ, quando eius v. 22.
lumen magis augeri non poteſt. Aduentus Chriſti in mun Eccleſ. 6.
dum, plenitudo temporis appellatur. Ipſe quoque Domi-
nus, vocatur verbum plenum gratiæ & veritatis. Ea verò Gal. 4.
ratione iſta dicuntur plena; quia nimirum nullum ſui aug-
mentum amplius recipere queunt. Cum autem in hac vi- Epheſ. 4.
ta ex parte prophetamus, non video quomodo gaudium
noſtrum poſſit eſſe plenum præſertim cum tempus præ- Ioan. 1.
ſens, ſit tempus luctus, & lachrymarum: Inſuper intelle-
ctus humanus in intelligendo nunquam quieſcit, ſed ſem-
per cupit aliquid intelligere, ſimiliter & voluntas, & con-
cupiſcibilis quoque affectus, & iraſcibilis Inſuper ſenſus
interiores & exteriores, nunquam dicunt, ſufficit, quia ocu
lus non ſatiatur viſu, nec auris auditu: Manebit ergo ho-
mo ſic ſemper inquietus? Gaudium autem plenum eſt, per-
fecta & plena beatitudo, quæ eſt ſtatus omnium rerum ple
nitudine perfectus. Poteſt tamē aliquo modo dici plenum
gaudium in hac vita gaudium vtique fidei in electis Dei,
non autem gaudium ſpei; quia *per fidem ambulamus, & non*
per ſpem? aut gaudium ſpeciei ratione pignoris, & nondum 2. Cor. 5.
adeptæ hæreditatis. Propterea (*Paulus*) *cupit diſſolui & eſſe*
cum Chriſto. De Vladislao Iagellone Rege Poloniæ, ſcribit Philoſ. 1.
Crometus, quòd in peregrinos fuerit hoſpitalis & munifi- v. 23.
cus. Conſueuerat tamen aliquid à ſe petentibus ferè dimi-
dium eius quod petiſſent tribuere, licet liberaliſſimus fue- Cromer.
rit, ita vt etiam inter prodigos connumerandus videretur, lib. 30.
ideo etiam Martinus V. Pontifex Maximus prodigalita-
tem eius inhibendam cenſuit, dato ad Archiepiſcopū Leo- Martin.
polienſem mandato, vt donationes eius reſcinderet, nihilo- V. Pont.
minus tamen petentibus dimidium largiebatur; ideo etiā Max.
duplum petebant, qui ſimplum auferre cupiebant. Chri-
ſtus autem gaudium plenum promittit petentibus à Deo,
maximè in futura beatitudine, vbi ſenſus, & potentiæ ani-
mæ, ſaturabuntur nec amplius eſurient.

HÆC IN PROVERBIIS LOCVTVS SVM VO H
BIS. Hoc eſt ſecundum documentum, quod Chriſtus in
præſenti Euangelio affert, nempè tempus loquendi in pa-
rabolis pręterijſſe. Antiquis temporibus, hic modus loquen
di in parabolis in vſu fuit. Hinc licet magnus ille Salomon
multa præclarè docuerit. Inter ipſius tamen documenta li-
ber prouerbiorum primatum obtinere videtur. Huiuſmo-
di enim loquella eſt quædam morum inſtructio, animique
perturbationum correctio, denique vitæ, in vniuerſum do-
cumentum, frequentes ac breues eorum quæ ſunt agenda
continens præceptiones. Prouerbium Græcè παροιμία dici-
tur quaſi commune omnium verbum vel quod verbum

pro

Digitized by Google

pro verbo ponatur. Eſt enim ſententia, quæ in ore omniũ verſatur: modò aperta & ſimplex, modò obſcura & aliud ſignificans. Baſilius magnus in principio Prouerbiorum. (Baſil. Magnus.) Prouerbium nomen (inquit) de eo quod vulgariter dicitur apud externos compoſitum eſt, & de illis plerumque, quæ in triuijs dicuntur. Oemos, enim apud illos via dicitur. Vnde paræmia definitur, verbum iuxta viam, vſu multorum tritum, & quod à paucis ad plura ſimilia transferri poteſt. Apud nos verò prouerbium eſt ſermo vtilis, ſub vmbra figuraque idonea expreſſus, multum ex vſu grauitatis complectens, in receſſu quoque multum altæ ſententiæ contegens, hæc ille. Cyrillus verò ſic: Prouerbium (inquit) occultus, & adumbratus ſermo eſt, qui cum obſcuritate tegatur, non facilè ab audientibus capitur: (D) Itaque locutio, quæ in prouerbijs fieri ſolet ſtellarũ ſplendori, atque pulchritudini comparari poteſt: quando nocte quippè ſerena, ſtellarum ſplendet pulchritudo, quæ ad ortum ſolis occultatur. Sic locutio præſentis vitæ, quæ de rebus diuinis habetur adumbratis ſermo eſt, qui cum obſcuritate tegatur non facilè percipitur ab audientibus. (1. Cor. 13. v. 12.) *Videmus* dicit Apoſtolus: *per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*, id eſt, imperfectiſſima noſtra cognitio, & locutio huius temporis; futuri autem facie ad faciem, id eſt, clara, euidens, & perſpicua.

Magnum planè interuallum, inter cognitionem in ænigmate, & cognitionem claram, atque perſpicuam. Prima dicitur locutio in prouerbijs; ſecunda autem ſinè prouerbijs, ſed perſpicua Dei viſio, quia videbimus eum ſicuti eſt. (1. Ioan. 2.) Celebrabant paſcha Iudæi, agnum mactatum comedebant, & ſanguine pecoris fores illitas habebant, ſed in ſpeculo, & in ænigmate, quia nihil eorum quòd illis rebus adumbrabatur intellexerunt. Parabola erat ſinè prouerbium illa olim agni paſchalis manducatio. Totus ergo ille ſtatus veteris legis vſque ad Chriſti reſurrectionem, quæ initium dedit nouæ, & perpetuæ vitæ, parabolicus fuit, ænigmaticus fuit, vmbraticus fuit; ſed reſurgente Chriſto ad vitam immortalem, non amplius morituro, ceſſarunt prouerbia, vmbræ euanuerunt, periere ænigmata, velamen ablatum, quod erat ſuper faciem Moyſi; quia reuelata facie imaginem Domini contemplamur, & in eandem transformamur, de claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu. Quemadmodum autem tempore Moyſis; omnia in parabolis & ænigmatibus tractabantur, ita & in initio vocationis Apoſtolorum. Senſus igitur verborum Chriſti eſt; Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis, id eſt, hæc pro veſtro captu & temporis exigentia obſcurius, & quaſi per prouerbia ſum vobis locutus, ſed inſtat tempus vt amplius non vtar obſcuro ſermone, ſed dum poſt reſurrectionem meam quadraginta diebus vobiſcum conuerſabor, aperiam vobis ſcripturas. Domum rediens ad dexteram Dei Patris, mittam vobis Spiritum Sanctum; à quo clarè & diſtinctè percipietis omnia.

IN ILLO DIE IN NOMINE MEO PETETIS. Tertium documentum, quod in præſenti Euangelio profert Chriſtus Dominus, eſt; quod Pater æternus amat vos. IPSE INQVIT PATER AMAT VOS. Quaſi dicat bono eſtote, & trãquillo animo, quia habetis Patrem propenſum vobis atque propitium. Amat Deus ſuos electos amore æterno & immutabili; quia charitate perpetua dilexit. (Ierem. 3. v. 3. Oſeæ 11. v. 4.) *Traham eos in funiculis charitatis*. Primus quippè motus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis amor eſt radix prima motuum & appetituum omnium; verſatur autem potiſſimum circa bonum, & ſemper tendit ad bonum verum vel apparens. Porrò amor dilectio & gaudium quatenus ſunt actus appetitus ſenſitiui, paſſiones dicuntur & ſunt, non autem quatenus ſunt actus appetitus intellectiui. Et ſic Deus ſinè paſſione amat, quia vna & ſimplici operatione gaudet & amat. Amor autem circa duo verſatur, circa bonum ſcilicet quod intendit, & eum cui impendere intendit. Amare enim propriè nihil aliud eſt, quàm velle alicui bonum. Ideo quæ dicitur vis vnitiua etiam in Deo abſque tamen compoſitione, quia omnia trahit ad ſeipſum, & omnia vult propter ſeipſum.

Bonum enim quod vult ſibi, non eſt aliud quam ipſe, qui eſt per ſuam eſſentiam bonus, & quaſi extra ſe egrediens: dum verò vult creaturæ à ſe conditæ hoc bonũ communicare, illas amare dicitur. Optimè ergo à Dionyſio de diuinis nominibus dicitur. (I Cap. 4. Dionyſ.) Audendum eſt (inquit) & hoc veritatem dicendo, quòd ipſe omnium cauſa per abundantiam amatiuæ bonitatis extra ſeipſum fit ad oĩa ſua prouidentia & amore, ſicut ab æterno creaturæ fuerunt à Deo cognitæ, etiã in ſuis naturis quamuis non haberent eſſe niſi in Deo; ita & amatæ. Amor autem Dei à ſua bonitate mouetur, & eſt vnus & æternus, quia eius bonitas vna eſt & æterna; ſed amor noſter quo res diligimus mouetur & cauſatur, idcirco eſt tempori & mutationi obnoxius, caducus. Amauit igitur nos Deus antequam in noſtris naturis eſſemus: ideoque in noſtris naturis ſumus, quia ille nos amauit: amat etiam nos ille Pater cœleſtis, quia ab æterno voluit nobis, bonum naturæ, gratiæ, & gloriæ.

QVIA VOS ME AMASTIS Rectè hoc intelligendum eſt ne in Pelagianam hæreſim prolabatur quiſpiam, neque enim dici poteſt, quòd noſter amor ſit cauſa amoris diuini; peccata noſtra quidem ſunt cauſa iræ Dei, ſunt nubes quæ obfuſcant, ſeu obnubilant ſolem illum æternum, iuxta illud. *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum*. (Iſaiæ 58. v. 2.) Vnde ad Iſaiam dicebat Deus. *Vides tu quid iſti faciunt, abominationes magnas, quas domus Iſrael facit hic, vt procul recedam à ſanctuario meo?* (Ezech. 8. v. 6.) Peccata enim ſunt fumus, qui expellit Deum à ſanctuario ſuo, quemadmodum Ezechiel teſtatur de ſenioribus domus Iſrael. *Et vnuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua: & vapor nebulæ de thure conſurgebat*; & in medio eorum. Iezonias filius Saphan offerentes ſcilicet idolis. Et ideo hi fuerunt cauſa, vt Deus recederet à ſanctuario ſuo; Licet ergo peccata ſint cauſæ odij diuini erga nos, dilectio tamen noſtra in Deum non eſt cauſa dilectionis Dei in nos, ſed habent ſe quodammodo tanquam duo effectus, quorum vnus eſt prior, alter poſterior. Quemadmodum pluuia, & vapores aſcendentes; nam pluuia cauſat vapores, & vapores aſcendentes cauſant pluuiam, ſic quodammodo ſe habent dilectio Dei, & noſtra; prius tamen Deus dilexit nos, & ideo & nos Deum amare debemus, quia prior dilexit nos, ita tamẽ quòd propter hoc Deus mutabilis non eſt, licet non ſemper nos diligere videatur, ſed tunc cum diligimus eum. Non eſt Deus, vel dilectio eius ſicut hic ſol materialis, vel viſibilis, qui accedit & recedit à nobis in eodem loco permanentibus, ſed per oppoſitum nos, & dilectio noſtra mutatur. Deus autem ſemper eſt immutabilis. Si vera eſſet illa doctrina antiquorum, qui cum Pithagora ſentiebant terram eſſe mobilem. (Pithagoras.) Solem autem & omnes ſphæras cæleſtes eſſe immobiles, ſimilitudo de ſole eſſet magis ad propoſitum, quia tunc nos & orbis terræ mouẽdo ſe relinqueret, vel appropinquaret ſoli; ſed poſito quòd terra ſit immobilis, cælum autem mobile adhuc exemplum de ſole declarat propoſitum noſtrũ; ponamus enim quòd in Maſouia vbi eſt terra arenoſa frequentius ſit ſerenum cælum, in Lituania autem, quæ paludibus abundat frequentius triſte & nubiloſum. Vnde eſt hoc? non ex ratione Solis, quia æquè Sol illuminat hoc vel illud clima, ſed ex diuerſa diſpoſitione terræ, vel ex maiori eminentia, quæ efficit, vt facilius venti diſſipent humiditates de terra erumpentes ſic in noſtro propoſito, quòd Deus quandoque nos non videatur diligere, vel quòd minus eos vel illos diligat nos ipſi in cauſa ſumus, quia cum Deus ſit immutabilis immutabiliter ſe quò ad hoc habet. Illud tamen certum eſt, quod ſemper prior eſt dilectio Dei, quàm dilectio noſtra. Dilexerũt Chriſtum Apoſtoli, ſed ille prius dilexit eos. Amemus ergo & nos Deum, *quoniam prior dilexit nos, & filio ſuo vnigenito non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, (1. Ioan. 4. v. 19. Rom. 8. v. 32.) & ſi quem amare pigebat, ſaltem redamare non pigeat. Nulla namque maior ad amorem inuitatio quàm preuenire amando, & nimis durus eſt animus, qui dilectionem, ſi nolebat impendere nolit rependere. Amor Dei animæ amorem parit, nihilque aliud poteſt cogitare, nihilque deſiderare & freqũẽter ſuſpirare. *Quemadmodum* (inquit) *deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus*. (Pſ. 41. v. 2) Ideo exclamat D. Auguſt. de ciuitate Dei. (Auguſt.) O amor qui ſemper ardes, & nunquam extingueris. Charitas Deus meus. O ſacrum iucundum dilectionis iugum, quo vitia exuuntur, virtutes verò augentur, & germina proſe-

Digitized by Google

proferunt virtutis atque gratiæ; Pater ergo amat nos, quia filium ſuum dedit nobis in redemptionem in pretium, in lauacrum, in paſtorem, in cohæredem. Filius amat nos, quia proprio ſanguine nos redemit. Spiritus Sanctus amat nos, quia nos fecit organa ſua. Tu ergo anima mea dilige Sanctam Trinitatem, à qua tantopere dilecta es; intende illi; quære quærentem te, ama amatorem tuum, cuius amore præuenta es, qui eſt cauſa amoris tui.

K 5. Itaque bono eſtote, & tranquillo animo; quia habetis patrem propenſum vobis atque propitium. Dilexerunt ergo Chriſtum Apoſtoli, & crediderunt Chriſtum eſſe verũ Deum & hominem, & rectè quidem, quia dilectionis vicẽ rependere ſtuduerunt. Et quid non diligerent eum, qui inclinauit cælos & deſcendit, vt eos Cæleſtes faceret, elegit eos de mundo, aſſumpſit in diſcipulos, multo tempore cum eis conuerſatus eſt, humaniſſimè & dulciſſimè eos inſtruxit, docuit, aluit, & nutriuit ac tandem ab eis receſſurus, teſtamentum condidit, pacem dedit, Spiritum Sanctum ſe miſſurum promiſit, & ſimilia multa præſtitit, quę erant dilectionis incentiua: Vt autem dilectio eſſet coniuncta cũ fide, quia vnum ſinè altero eſt inualidum, vnum per aliud innoteſcit, fide recta per bona opera: ideo Chriſtus vtrũque coniunxit cum ait.

QVIA VOS ME AMASTIS ET CREDIDISTIS. Refert Rufinus quod cum Mauuia Saracenorum Regina Moſem Saracenum Monachum ſuæ genti Epiſcopum dari petebat, valens Imperator quæſitum, & inuentum Alexandriam deduci, & Epiſcopũ ordinari iuſſit; Pertinebat ordinandi ius ad Lucium Arianum præſulem, ad quem adductus Moſes: Ego quidem (inquit) ſacerdotio me iudico indignum, attamen ſi quid fieri per me diſpenſatione ſua Dominus voluerit, meum que ſacerdotium ſalutare futurum rebus publicis eſt. Deum teſtor, me nunquã commiſſurum vt Lucius hic ſanctorum ſanguine pollutas, & cruentas ſuper me iniiciat manus, cuius inuocatione Spiritum Sanctum non venire certus ſum. Tum Lucius, temeritas ea eſt, ait, conuitiari & condemnare eum, cuius tu fidem ignoras. Quin ex me prius diſce, quæ mea de doctrina ſententia ſit. Moyſes contra, ne putes inquit ignorari à me fidem tuã: de ea teſtantur ſerui Dei, furore tuo in metalla damnati, Epiſcopi in exiliũ truſi, præsbyteri, diaconi extra Chriſtianas terras relegati, beſtijs alij, alij & ignibus traditi; nunquid poteſt verior eſſe fides, quæ auribus capitur, quam quæ oculis videtur? Apud me verò certum eſt, quòd qui faciunt iſta non verentur, Chriſto minimè rectè credunt. Lucij igitur ordinatione repudiata ad Epiſcopos exules in montana deductus fuit, & ab alijs ordinatus. Quòd ſi Saraceni ex bonis operibus rectam fidem colligant, quanto magis homines à Chriſto illuminati, & inſtructi? Ideo ex dilectione, & fide Apoſtolos Dominus voluit commendare in particulari autem ex fide circa articulum diuinitatis Chriſti; ideo ſubdit EXIVI A PATRE ET VENI IN MVNDVM, ITERVM RELINQVO MVNDVM, ET VADO AD PATREM. Atque ita *à ſummo cælo egreſſio eius & occurſus eius vſque ad ſummum eius*: quia à patre exiens nos viſitauit oriens ex alto, deinde aſcendit ſuper omnes cælos ſedetque ad dexteram patris. Quo circa compleuit illam nobilem figuram circularem: quia ipſe eſt ſphæra intellectualis. Cuius centrum eſt vbique, circumferentia vero nuſquam, ex quo apparet pſeudoprophetam Chriſtum non fuiſſet (vt Iudæi impiè ſunt calumniati.) Nec patri contrariam doctrinam ſuis electis docuiſſe aſcendit? Quomodo pater ad conſeſſum ſuum libenter rebellem acciperet? Multi viderunt Chriſtum aſcendentem in cælum, multi audierunt vocem Angelis dicentis *Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis ſic veniet*. Quid dictis O Iudæi non recipitis Angeli teſtimoniũ? In lege veſtra duorum teſtium enim verum eſt, teſtatur Angelus, teſtatur & multitudo, quæ aderat, dum Chriſtus in cælum eleuaretur. Quomodo ergo pſeudopropheta erat, qui cum ſumma poteſtate in cælum ferebatur? veniſſe autem in hunc mundum ſe dicit, & nunc ex mundo ad patrem redire: qui nec à patre aberat homo factus, nec cum ad patrem ad cęlos rediret à terris abfuit. Deus enim eſt qui cælum, & terram implet. Non debet incredibile

Rufinus lib. 1. c. 6.
Socr. li. 4. c. 36.
Theſ. li. 4. c. 28.
Sozom. li. 6. c. 38.
Ioan. 16.
to. 5. poſt Paſcha.
Pſal. 18. v. 7.
Act. 1. v. 11.

videri (inquit Auguſtinus) quòd Dominus dixit, quia ſic ad mundum veniens exiuit à patre, vt non deſereret patrem: & ſic vadit ad patrem relicto mundo, vt non deſerat mundo, exit ergo à patre, quia à patre miſſus eſt; in mundum venit, quia in mundo corpus ſuum oſtendit, quod de Virgine aſſumpſit, reliquit mundum corporali diſceſſione, perrexit ad Patrem, hominis aſcenſione, nec mundum deſeruit præſentiæ gubernatione. Hæc Auguſt. August.

Dicunt ei diſcipuli eius. *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, nunc ſcimus quia ſcis omnia, non opus eſt tibi, vt quis te interroget, in hoc credimus, quia à Deo exiſti.* L
Quoniam (aiunt) præueniſti noſtras interrogationes, nec obſcuritas, quicquam nobis impedimento fuit, quo minus tua verba perciperemus, propterea credimus, quia a Deo exiſti. Solius enim Dei eſt noſſe cogitationes, & corda mortalium. Eia chariſſimi cum ſanctis Apoſtolis amemus Dominum noſtrum Ieſum, & credamus à patre miſſum fuiſſe, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & credamus ſic redemptione peracta ad dextram patris eum conſcendiſſe. Fide ad id & charitate opus habemus, quia ſicut ſinè fide impoſſibile eſt Deo placere, ita planè ſine charitate nemo Deum videbit, fides gratis datur, fides verò non eſt otioſa, ſed impetrat Spiritum; ſpiritus autem diffundit charitatem; charitas verò implet legem: Si hæc tibi deeſſe ſenſeris, ea pete in nomine Domini Ieſu & accipies. Sic enim nos hortatur hodie. *Petite in nomine meo, & accipietis.* Ioan. 14.
Quia tempus loquendi in prouerbijs iam abijt, & aduenit tempus palam annunciandi de patre cæleſti, qui amat nos, quoniã nos amamus Chriſtum, & credimus miſſum à patre fuiſſe in hunc mundum, & denuo ad dexteram patris conſcendiſſe, cum quo & Spiritu Sancto viuit, & regnat virtus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO
Moralis.

Dominicæ Quintæ poſt Paſcha.

De Fide, & Fidelitate.

Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui. Ioan. 16. v. 27.

Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Eccleſ. 15. v. 6.

A

Difficile ſanè eſt inueſtigare, quidnam ſit difficilius, an fidem acquirere, vel acquiſita conſeruare? præcipuè fidem rectam, quam hic Sapiens vocat fidem placitam, quæ ſcilicet oculis Dei placeat, & qua homo credens mereatur. Res certiſſima eſt fidem neceſſariam eſſe ad ſalutem; nam vt aſſequamur finem vltimum, propter quem creati ſumus, tria ſunt neceſſaria, in primis vt quis finem illum cognoſcat: deinde vt illum amet, appetat, & deſideret; tertio vt confidat quod eum aſſequetur. Cognitio excitat deſiderium; quia ignotum non poteſt deſiderari; deſiderium autẽ mouet, vt quærantur media, quibus finem quis aſſequatur, & media non quæruntur efficaciter, niſi adſit ſpes acquirendi finem. Primum operatur Fides; Aliud Charitas; Tertiũ, Spes. Cum enim finis noſter vltimus ſit Deus (in quantum eſt noſtræ beatitudinis obiectum) cognoſci nõ poſſit perfectè lumine naturali, neceſſaria fuit aliqua virtus, per quã ad cognitionem eius venire poſſemus, & hæc eſt fides, ſinè qua aliæ virtutes eſſe non poſſunt: quia & Spei fundamentum eſt, & charitati fulcrum. Fundamentum Spei eſt Fides: quia (inquit D. Paulus) *Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia*, quomodo enim ſperaremus beatitudinem, niſi Hebr. 11. v. 1.

doce-

doceremur per fidem? quòd talis beatitudo reperiatur, quod propter illam ſumus creati, quod noſtris viribus ea aſſequi nõ poſſumus; quod Deus promiſerit eam conferre diſponenti ſe ad illam per bona opera? Charitas ẽt ſinè fide, eſſe non poteſt, quia non minus eſt cognitio neceſſaria ad amandum, quàm ad ſperandum; quia (vt inquit D. Aug.) & eſt cõmuniter axioma Philoſophorum. Nihil volitũ niſi præcognitum. Itaque certiſſimum eſt illud D. Pauli. *Sinè fide impoſſibile eſt placere Deo*. Neceſſaria eſt fides placita (vt dixit Sapiens) ad ſalutem. Nam perfectio creaturæ intellectualis non in eo ſolo ſita eſt, quod ſecundũ ſuam naturam ei competit; verum etiam quòd ex quadam ſupernaturalis bonitatis Diuinæ perfectione ei eſt attributum; & hæc eſt beatitudo vltima, & clara Dei viſio, de qua fides hominem inſtruit, & tanq̃ Magiſter addiſcentem excitat, vt eam deſiderent, & per virtutẽ ſpei media ad eam aſſequendã quærat.

D. Aug.

ad Hebr. 11. v. 6.

Talis porrò virtus fides ſcilicet placita, difficillimè acquiritur; & difficiliſſimè conſeruatur. Difficillimè acquiritur quia eſt donum Dei, *Gratia* (inquit D. Paulus) *ſeruati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur*. Ne magnitudo beneficiorum extollat eos, (inquit Chriſoſt.) dicit ipſos gratia ſaluatos, deinde ne libera facultas voluntatis lædatur, ponit quòd ipſorum eſt, nempe fidem, atque iſtud rurſum tollit dicẽs, & hoc non ex vobis, ſic nimirum vt vos prius moti, & ad fidem inuitati ſitis per ſpiritum. Quomodo fides noſtra, ſit & non noſtra, ſiuè ex vobis, doctiſſimè explicat D. Aug. in Epiſt. quam ſcripſit ad Vitalem. Cõtra Pelagianos (inquit) eſt iſte conflictus, tibi nobiſque communis. Illi quippe ad fidelem piamque vitam hominum pertinẽtia, ita tribuunt voluntatis arbitrio, vt habenda ex nobis non putent à Domino eſſe poſcenda, tu autem initium fidei. vbi eſt enã initium piæ & bonæ voluntatis, non vis donum eſſe Dei, ſed ex nobis nos habere contendis, vt credere incipamus: cætera autem religioſæ vitæ bona, Deum per gratiam ſuã iam ex fide petentibus, quærentibus, pulſantibus, donare conſentis. Nec attendis ideò Deum pro infidelibus rogari, vt credant: quoniam Deus donat fidem. Orandum eſt ergo pro nolentibus credere, vt velint credere, & pro eis qui aduerſantur legi, vt legi, vt eam ſectentur, vt ex nolentibus, fiant volentes.

ad Eph. 2 v. 8.

D. Chriſ.

Epiſt. 107

Quapropter fatendum eſt voluntates hominũ Dei gratia præueniri, & vt bono velint homines quod nolebant, Deũ facere; qui rogatur vt faciat, & cui nos nouimus agere gratias dignum & iuſtum eſſe cum fecerit. (hæc Aug.) Apoſtolus quoque oraſſe legimus. *Domine adauge nobis fidem*. In acquirẽda igitur fide magna inuenitur difficultas: ſed & in conſeruanda plurima requiritur diligentia, vt lumen hoc diuinũ non extinguatur, aut per defectum nutrimenti, aut contrarium vẽtum, aut per negligentiã, aut per ignorantiã; requiritur itaque bona opera quibus fides nutritur & conſeruatur; requiritur cuſtodia mandatorũ Dei (vt hic inquit Sapiens) ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Procurandum ergo ne extinguatur vento ſuperbiæ, vanę glorię, luxurię aliorumque vitiorum ſed virtutum exercitio fides, placita in perpetuum ſeruetur, exemplo Apoſtolorum qui in hodierno Euangelio, vehementer laudantur, & de amore Dei in ipſos certificantur, propter fidem placitã in Chriſtũ, ipſe (inquit) *Pater amat vos quia credidiſtis, quia à Deo exiui*. In hac ergo inſtitutione de duplici fide loquemur. De fide vt eſt virtus Theologica, qualiter ipſa ſit lumen, & fortiſſima columna cuiuslibet Reip. Chriſtianę, & quomodo per bona opera conſeruanda iuxta doctrinam Sapientis. Si volueris mandata ſeruare. Deinde de fide vt eſt virtus moralis pertractabimus.

Luc. 17. v. 5.

B Inſufficienter exprimunt naturam ac proprietates excellentiſſima virtus Theologicæ fidei, qui ſimulacrũ illius erigere cupientes, eam in forma vnius perſonæ peregrinæ, tenebris obuolutæ depingunt. Licet enim nõ ita clarè manifeſtet nobis, æternam beatitudinẽ fides, prout manifeſtat Dei clara viſio: propter quod ẽt dixit D. Paulus; quod per fidem ambulamus, non per ſpeciẽ, quia dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Dño, id eſt, à clara viſione Dei, ad quam continuò tendimus, ideò peregrini ſumus ab illa viſione ad quam pergimus; licet etiam fides multum de tenebris admixtum habet; quia videmus nunc in ænigmate, quod in cælo clarè videbimus. Reuera tamen alij melius exprimunt hanc virtutem. Inter quos Alciatus refert, veterem Sabinorum ſtatuam, quæ fidei ſimulacrum erat, purpura amictam ſeu indutã fuiſſe, in ſignum decoris & dignitatis coronam auream geſtantem in capite, cuius ſupra caput ſcriptum erat. Fidei ſimulacrum. Decora virtus eſt fides, ſeu (vt Sapiens ait) eſt placita virtus, quia ſi recta eſt, ac alijs virtutibus, atque bonis operibus, tanquam purpura, ornata, oculis Diuinis placet. Eſt decora virtus, quia plus diuinæ authoritati, quàm ſuis rationibus innititur. In quo profectò ſeruatur decorum, id eſt decentia quędam accommoda, cum eius authoritati credat, & firmiter adhæreat, cui eſt maximè credendum & adhærendum.

Alciatus Embl. 9.

Decorum (inquit) Cic. conſentaneum eſt hominis excellentiæ, quod ad prudẽtiam, ad fortitudinem, ad iuſtitiam, ad temperantiã pertinet, & in omnibus honeſtè verſatur. Cum ergo fides Catholica, hominis excellentiæ potiſſimũ conſulat nõ temerè, decora fides appellari põt. In ea namque iuſtitia commendatur, & quidem non leuiter, ſed magnopere: iuſtum enim eſt Deo credere: magis quã hominibus. Iuſtitia præterea qua iuſtificatur impius per fidẽ recipitur, & per eam iuſtus recipit coronam iuſtitiæ. Commendatur ẽt in fide decorum fortitudinis, cum abſentia, & quę non videntur, tanquã præſentia, & quæ manu habentur, fortiter tenet, tuetur, atque illorum aſſertionis cauſa atrocia mortis tormenta ſubire nõ veretur. Non deeſt fidei catholicæ decorum prudentiæ, cauet quippe lupos ſub ouina pelle deliteſcentes, præſentibus conſuluit, & prçuidet futura; quam ob cauſam, D. Bernar. vocat eam exemplar æternitatis. Fides (inquit) veluti quoddam æternitatis exemplar, preterita ſimul & præſentia, ac futura ſinu ſuo vaſtiſſimo comprehendit.

Cicero.

D. Bern. ſerm. 8. in vig. Nat.

Adeſt illi temperantia, qua in omnibus temperatè, modeſtè, atque honeſtè agit, vt nõ vincatur proſperis, nec deprimatur aduerſis. Cũ igitur fides Catholica in oĩbus ſuis, prudenter, fortiter, iuſtè, atque temperatè ſe habeat; haud dubiũ, quin rectè fides decora nominetur. quæ his virtutibus tanquã purpura amicta eſt. Et non ſolum in ſe eſt virtus decora fides; ſed eſt decor, & cuiuslibet hoĩs, & Reip. Decorus facie dici non põt, qui captus eſt luminibus, cum præcipuum ſit faciei ornamentũ lumen oculorum; ita decorus in anima dici non põt, qui recta fide caret, quæ eſt animæ oculus. Si totum hoc vniuerſum priuaretur ſole, qui eſt oculus mundi & decor vniuerſi, certè oĩa eſſent obſcura, & inuiſa, omni decore & ornatu ſpoliata. Quod eſt oculus homini & ſol mundo, hoc eſt fides aĩæ, & regno. Hinc prudentiſſimi Principes maximè ſemper attendebant, ad conſeruationem, & augmentũ fidei in proprijs imperijs; quia fides eſt theſaurus, qui Remp. abundantiſſimè dicat, fides eſt magiſter cęleſtis, qui docet qualiter homines & totum regnum ad temporalem & ęternam beatitudinẽ promouendum ſit. Fides eſt cuſtos vigilantiſſimus, qui inimicos inſidiantes & inſidias eorum diſcooperit. Fides eſt lumen, quod non ſolum iter in cælum & ad virtutes ſternit, ac præparat; ſed etiam illuminat, & maximè condecorat Remp. Eſt columna quæ ſuſtentat Regna. Hęc duo maximè fidei competunt, quæ nobis tutius expendenda ſunt, nempè. Quod ſit lumen, & quod ſit columna, atque fulcrũ Regnorũ, nec qualecunq. lumen, ſed ſimul lumen & vita.

Nec mirum quia tanta eſt coniunctio lucis & vitæ, vt nihil inueniri poſſit, quod viuat ſinè lumine, vitæ ſuæ proportionato. Nam inprimis Deus cuius vita eſt optima, vita, ſcilicet, per eſſentiam, eſt etiam lux per eſſentiam, imò quod maius eſt, non ſolum habet vitam & lumen; verum etiam vita illius conſiſtit & beatitudo in lumine quod eſt cognitio ſui ipſius. Et hoc eſt quod dicit B. Paulus. Qui ſolus habet immortalitatem. & lucem habitat inacceſſibilẽ. Vbi ſolus Deus dicitur habere immortalitatẽ, eo quòd ex ſe, & propria virtute habet illam: nam habet quoque eam Angelus, & anima rationalis, ſed ab alio & per participationem. Vel ideò dicitur ſolus habere immortalitatem, quia ſolus Deus immutabilis, & mutatione ſubſtantiali, quę eſt corruptio, & generatio, & accidentali creaturæ tamẽ ſunt

mutabilem accidentaliter. Nam & Angelus & anima accidentaliter mutantur. Et Deus, qui poteſt Angelum annihilare, poteſt eundem ſubſtantialiter mutare. Immutabilitas igitur veſtigiũ eſt immortalitatis, ſicut mutabilitas eſt ſignum mortalitatis, vel imperfectè & ab alio dependentis

C

immortalitatis. Deus itaque viuit vitam immortalem omnino immutabilem. In quo igitur hæc vita Dei tam perfecta cõſiſtit? reſpondet D. Paulus, quod in eo, *quia inhabitat lucem inacceſſibilem*, inacceſſibilẽ oculo corporeo, quia viſibilis non eſt oculo corporeo, inacceſſibilem quoque intellectu, quia propria virtute, ab aliquo creato intellectu humano, vel Angelico comprehẽdi non poteſt, intelligi quidem poteſt adiutorio luminis gloriæ; ſed comprehendi nequaquam. In iſto ergo lumine viuit Deus. In iſto generat ab æterno filium vnigenitũ & conſubſtantialem. In ſplendoribus Sanctorum. Sed quomodo in ſplendoribus Sanctorum? Siquidem tunc non dum erant Sancti in cælo, nõ erant ſanè in ſuo eſſe; nondum enim fuerant creati, quando Deus genuit Filium, nihilominus erant in mente Diuina, in verbo qui eſt cognitio ſanctorum futurorum, & omnium creaturarum. In Chriſto qui eſt caput prædeſtinatorum, & eorum quos Deus elegit ante conſtitutionem mundi. Deus ergo viuit in lumine, & filium generat in lumine, in mõ de lumine iuxta illud ſymboli. Lumen de lumine, non qualicunque ſed de lumine, quod eſt ipſe Deus. Ideo ſubditur ibidem, Deum verum de Deo vero. Iſta igitur diuina ſua, luxit ab æterno, neque tamen ab æterno radios ſuos diſtendebat extra ſe, ſed in ſe recollecta manebat, quouſque placeret omnipotenti Deo, vt ille lucidiſſimus ſol, qui immobilis permanebat theſauros radiorum ſuorum, nobis communicaret producendo hunc viſibilẽ mundum, hunc viſibilem ſolem, qui etiam eſſet lumen vitæ proportionatum. Hinc ergo intelligitur quõ in Deo lumen, & vita inſeparabiles permaneant Angeli quoque ſicut viuunt vita Angelica, ita quoque hẽnt lumen vitæ ſuæ proportionatum. Quod ẽt in homine cernere licet; Nam quemadmodum viuit quadruplici vita, puta, vita animali, vita rationali, vita gratiæ, & vita gloriæ, ita quoq; quadruplex in eo lumẽ reperitur. Vitæ enim animali corporali, in qua homo perſimilis eſt animalibus cæteris, quæ bibunt, comedunt, moriuntur, & alijs viuentibus exiſtentiã vel durationem habentibus, vt plantis, lapidibus &c. Huic inquã vitæ propriæ & largè ſumptæ correſpondet, commune lumen homini cum alijs viuentibus, nempè, Sol materialis, qui illuminat, producit, & conſeruat omnia. Vitę aũt rationali, qua differt homo ab alijs animantibus, & qua viuit homo, vt homo rationale animal, vt imago altiſſimi; correſpondet aliud lumen de quo inquit Propheta. *Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Hoc lumen rationis diſcernit homo bonũ & malum, ꝙ virtus ſit amabilis, & vitium odio habẽdum, in quo homo ſuperat alias creaturas. Habent quidem creaturæ, lumen quoddam præter hoc ſolis extrinſecũ, quo ad ſuum bonum inclinantur, & ſuas operationes exercerent. Hirundo ſuo tempore nidificat, lapis ad centrum deſcendit, ignis cõcauum lunæ petit, & hæc eſt quædam ſcintilla luminis Diuini, ſed nõ eſt lumen Diuini vultus. Quemadmodum ẽt cæteræ creaturæ, præter hominem non habent rationem imaginis Dei, ſed rationem veſtigij. Hinc eſt vt quemadmodũ per veſtigium non cognoſcitur homo: nam per imaginẽ pedis in puluere, quæ eſt veſtigium hominis, non cognoſcetur ꝙ pertrãſierit Petrus vel Ioannes, ſed in cõmuni intelligitur homo, ita ẽt per illas creaturas, & eorum lumen non cognoſcitur Deus, niſi pro quãto creator. Neque ẽt illæ ad talem Dei cognitionem attingunt, ſicut homo qui cũ ſit ſignatus lumine vultus poteſt cognoſcere & amare creatorem ſuum. Sed quoniam hæc vita, qua viuit homo vt rationalis, non tranſcendit limites naturæ; voluit Deus eleuare hominem ad vitã altiorem, in qua viuat non ſolum vt homo rationalis, ſed etiam vt filius Dei. Hæc tam alta vita, quã noſtra ſuperant merita, nobis confertur per merita Chriſti: ille enim dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſũt. Hæc igitur eſt vita gratiæ, quæ nos facit conſortes diuinæ naturæ, filios Dei & hæredes regni cæleſtis. Huic porrò vitæ correſpõdet lumen proportionabile: de quo hic præcipuè loquimur, nimirum fides, de hac. n. Apoſtolus inquit. *Iuſtus ex fide viuit*. Iſtud lumen cõmunicauit Deus hominibus ab initio mundi. In lege tamen naturæ & ſcripta erat nimis debile: quia nõ ſe extendebat, niſi ad illa duo principia, (de quibus Sãctus Paulus) *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt & inquirentibus ſe remunerator*. Hæc erat fides illorum credere eſſe Deum vnũ Iudicem & remuneratorem iuſtum, qui caſtigat malos, præmiat bonos præmio æterno. Credere item Meſſiam mediatorem futurũ inter Deum & hominem, excepto quod quibuſdã amicis præcipua reuelauerat myſteria & ſecreta, ſed hi fuerunt pauci. Verum poſtquã in propria perſona venit Deus, ad inſtruendum nos, poſtq̃ refulſit lux maxima, orta eſt nobis fides perfectiſſima, illuminauitque intellectũ noſtrum. Sicut quando Deus creauit mũdum, primo die creauit luminare minus, quod debiliſſimè illuminabat, vſquequo quarto die creauit ſolem, qui totum illuminauit mundum. Ita ẽt quando Deus reformauit mundum. Primo illa lux debillior, legis naturæ, legis ſcriptæ & Prophetarũ illuminabat corda hominum, tot in eis flores bonarum inſpirationum, tot virtutũ produxit, quibus condecorantur animæ, & efficiuntur lucidiores ſole, candidiores ebore. Neq; ſolum fides eſt lumen, vita, & decor, ac ornamentũ hominis particularis; ſed ẽt cuiuslibet Regni Chriſtiani. Quod egregiè inſinuaſſe videtur Propheta cum Deo (inquit) Dominus eſt oculus vniuerſæ carnis. Alia litera habet Dñs eſt oculus hominis, & oĩum tribuum Iſrael; in quo Propheta in primis maximã Dei erga nos commendat charitatem. Conſuetudo eſt ijs, qui ſe intimè diligunt, dicere tenerrimis verbis, ex amore exprimendo. Tu es pupilla oculi mei, lumen oculorum meorum. Sed multò perfectius exprimerent hãc dilectionẽ, ſi dicere poſſent. Ego ſum pupilla oculi tui, ego ſum lumen oculorum tuorum; tunc. n. non propriũ commodum, ſed eius quem diligunt exprimerent. Talem Dei erga homines amorem exprimere videtur in prædictis verbis Propheta cum dicit: quod Deus eſt oculus hominis. Deinde innuit, quod aliter eſt oculus hominis fidelis, & gentilis. Certum eſt quod Deus eſt lumẽ totius mundi, multò perfectius quàm oculus hominis, magna tamen eſt differentia cæterorum hominũ ab hominibus Chriſtianis. Deus eſt lumẽ vniuerſæ carnis, id eſt, oĩum hominum, pro quanto eos non ſolum hoc materiali lumine ſolis illuminat, ſed etiã lumine vultus ſui iuxta illud; *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui*: In particulari tñ eſt lumen hominis & tribuum Iſrael, & pupilla oculorũ cuiuslibet hominis Chriſtiani iuſti & virtuoſi, quos particulari lumine fidei illuminat, de quibus aliàs dixit, qui tangit vos tãgit pupillam oculi mei. Quemadmodum ergo Deus eſt oculus, eſt pupilla oculi, & lumen non ſolum hominis cuiuslibet, ſed etiam tribuum Iſrael. Ita quoque fides nõ ſolum eſt lumen, vita, & decor hominis cuiuslibet Chriſtiani, ſed etiã Regnorum Chriſtianorũ. Ideò rectè Propheta de Regnis fidelũ pronunciauit. *Erumpet radix eius vt Libani, & ibunt rami eius*. Erumpent non extra erumpendo, ſed in terra ſe ſe fortificãdo, ſicut ſe ſe fortificant cedri Libani: vt innuit translatio Septuagiota, qui ſic legunt. Faciet radices ſuas. Nulla arbor eſt ita ramis & frondibus decora, atq; Reſp. cuius radices fidei Catholicæ, in horto Eccleſiæ firmantur & fortificantur. Et hanc ob cauſam nõ incongrue dici poteſt quod fides eſt columna & fulcrũ ſingulare Reſp. ſine quo labuntur, omnia corruũt, omnia in nihilum rediguntur & euaneſcunt. Seuerus Imperator cum moreretur, in ipſo mortis articulo, in quo cõmuniter homines ſunt veridici his verbis vitam finiuit. Firmum imperium filijs meis relinquo, ſi boni erunt imbecille ſi mali. Multo melius dixiſſet, ſi addidiſſet. Firmum imperium filijs meis relinquo ſi fideles & boni erunt, hæ enim ſunt duæ columnæ, quibus fundamenta cuiuslibet Reipub. confirmantur & ſtabiliuntur. Fides, & virtus, ſeu bonitas principis, & ſubditorum. His confirmauit Deus Regnum Dauid, cum dixit. *Firmabo regnum eius, & ſtabiliam thronum eius vſque in ſempiternum*. (ſupple) Fide in Meſſiam venturum, & bonis operibus; Hanc ob cauſam. Fidem dixit Diuus Paulus eſſe ſubſtantiã quia eſt fundamentum, ſuper quod

omne

1.Tim.6. v.16.

ad Gal.3. v.11.

ad Hebr. 11.v.6.

D

Oſeæ.14. v.6.

2. Reg.7. v.13.

Digitized by Google

omne bonum temporale & ſpirituale erigendum eſt. Eſt columna firmiſſima, quæ ſuſtentat Eccleſiam & Reſpub.

ad Hebr. 11.v.1.

Chriſtianas. *Fides (inquit) eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium*. In quantum eſt lumen & pupilla oculi, eſt argumentum, Nam quemadmodum argumentum, iam probatæ cõcluſioni vrget, aſſenſum adhibendum eſſe, ita fides illuminat intellectum, & vrget, vt præbeat aſſenſum, his quæ ab infantia veritate nobis reuelantur. Et ideò fortaſſis vbi noſtra vulgata habet, argumentum, Syriaca habet reuelatio, vbi ſic habetur. Eſt autem fides certitudo de ijs rebus, quæ ſunt in ſpe, ac ſi iam exiſterent actu, & reuelatio earum, quæ non videntur. Vel dicitur argumentum; quia per Prophetias iam completas habemus probationem de futuris complendis. In quãtum autem eſt columna, certitudinis, infallibilitatis, & veritatis, dicitur *ſubſtantia ſperandarum rerum*, & in Græco habetur hypoſtaſis, id eſt, ſubſiſtentia, per antonomaſiam, ſeu vt Latini vocant excellentiam, ſubſtantia non ſolum certa & infallibilis, ſed ipſa certitudo & infallibitas; ita vt quemadmodum Deus quondam dixit de ſeipſo ad Moyſen.

Ita explicat Gloſ. & Hoſt. de Sum. Trinit.

Exod. 3. v. 14.

Ego ſum qui ſum, quia eſt per excellentiam eſſentia; ita fides dicere poſſet. Ego ſum certitudo & ſoliditas, quia eſt per excellẽtiam ſubſtantia, & ſubſiſtentia. Non quod propriè ſit ſubſtantia, verè enim eſt accidens, & habitus intellectus, ſed quia quemadmodum ſubſtãtia, ſubſtat accidentibus, & ſuſtentat accidentia; ita fides tanquam columna certitudinis, ſuſtẽtat & eſt fulcrum omnium ſcientiarum, quas certitudine & infallibilitate ſuperat. Suſtentat & corroborat. Arithmeticam, quando corrigit propoſitiones eius, quæ videbuntur infallibiles & euidentes; dicit Arithmetica, quod tres & vnum ſunt quatuor, corrigit Arithmeticam fides, cum docet, quod tres perſonæ & vnus Deus, non ſunt quatuor Dij, ſed vnus Deus.

E.

Suſtentat & corroborat Aſtrologiam, quæ contẽplatur ſtellas ac ſphæras cæleſtes, planetas, & motus orbium cæleſtium, quando docet quòd præter hos globos viſibiles, eſt alius mundus nouus: nouus Sol, ſtellæ, planetæ, motus & reuolutiones diuerſæ: ſuſtentat & corroborat Muſicam, & cæteras ſciẽtias, ratione certitudinis. Cæteræ ſcientiæ, ſunt flos inter ſpinas, habent certitudinẽ, admixtam multis dubijs opinionibus, difficultatibus &c. Fides eſt flos ſine ſpinis, quia eſt pura certitudo, quæ nullam admittit dubitatem, ſi enim quis in vno articulo dubitauerit, iam in reliquis infidelis eſt, iuxta illud. *Qui offenderit in vno factus eſt omnium reus*. Et ideò rectè D. Gregor. Nazianz. de Hæreticis inquit. Qui cum integre per omnia decurtant, vno tamen verbo ac veneni guſtu ſimplicem fidem inficiunt.

Greg. Nazian. ora. 27. in conſpectu 150 Epiſcopo ſũ facta.

Dici etiam poſſet, quod fides dicitur ſubſtantia; quia quemadmodum ſubſtantia ſubſtat cõtrarijs accidentibus, ita fides eſt expoſita multis contradictionibus, eſt expoſita Hæreticorum blaſphemijs, eſt expoſita poteſtatibus infernalibus, eſt nauicula expoſita fluctibus maris, præ multitudine quorum videtur aſcendere vſque ad cælos, & deſcendere vſque ad abyſſos, Ne ergo hæc nauicula periclitetur, venis bonorum operum opus eſt; ne portæ inferi præualeant aduerſus hanc columnam, muro cingenda eſt, erigẽdæ ſunt munitiones, & propugnacula. Quæ autem ſint hæ munitiones fidei, ſupra expreſſit Salomon cum dixit, *Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam tenere*. Mandata, ſeu obſeruantia mandatorum Dei, bona opera, ſunt murus, & munitiones, quæ fidẽ placitam, ſeu viuam conſeruant, proteguntque. Ne lumen fidei extinguatur oleo bonorum operũ opus eſt (vt inquit) B. Chriſoſt. Oleum dicitur opus miſericordiæ; quia ſicut oleũ lumen lampadis fouet, ſic opera bona ſubminiſtrant confidentiam fidei, & vigorem accendunt. Nationes, quæ Dei beneficio fide chriſtiana præditæ ſunt, plura adinuenerunt media, quibus fides conſeruetur & augeatur;

Chryſoſt. c. 1. ho. 52. operis imperfecti ſup. Mat.

Ædificauerunt turres fortiſſimas inquiſitionum, vbi rigoriſſimè caſtigantur, qui ẽt in minimam notam & ſuſpitionem infidelitatis labuntur. Præcauent ſummè pene ne cum Regibus vicinis, & eorum miniſtris huiuſmodi tractent & amicitiam contrahant, præcipuè ſi talis amicitia, vel contractus vergeret in aliqualem directam vel indirectam perniciem fidei. Inter alia præcepta, quæ Carolus V. moriens reliquit Philippo II. hoc ſingulare erat, vt fidem ſanctam conſeruaret & defenderet, ẽi cum detrimento diuitiarum, & maximis ſumptibus. Præterea ne cum Rege Angliæ aut eius miniſtris aliquid cõcluderet, quòd eſſet directè vel indirectè nociuũ fidei. Et rectè ac prudenter tantus Imperator talem amicitiam cum aduerſarijs fidei prohibuit, Nouerat enim quantum nocuerat Regi Ioſaphat amicitia cum Rege Achab, idololatra & in quanto vitę periculo eum poſuerat. Nouerat quantum nocuit amicitia, quam cõtraxerat Iudas Machabeus cum Romanis, ob res egregie geſtas, quæ ex eo quod cum Idololatris contracta fuerit, in tantum diſplicuit Deo, vt ex illo tempore nullam notabilem victoriam Iudas Machabæus ex inimicis reportauerit. Imò in primo conflictu cum inimicis, poſt tactum amicitiæ fœdus cũ Romanis percuſſus interijt, & mortuus ſit. Idem accidit Ionatæ & Simeonis fratribus eius. Per optima ſunt hæc media ad conſeruandam fidem. Sed illud vniuerſalius & ſecurius eſt, quòd nobis Spiritus Sanctus per Salomonem propoſuit; nempè obſeruantiam mandatorum. Si volueris, inquit, mandata ſeruare conſeruabunt te, & in perpetum fidem placitam facere,

3. Re. 22. 1. Mac. 8. & 9.

De hoc admonuit Apoſtolus Titum, & pręcipit vt confirmet fideles, qui illis curæ ſit bona opera exequi, & ſolicitè bonis operib. præeſſe. *Fidelis* (inquit) *ſermo eſt, & Dei voluntatis conformis, vt curent bonis operibus prodeſſe, qui credunt Deum*. Indubitatus ſermo eſt, & fidelis doctrina, omninò contraria ei, de qua loquitur Apoſt. ad Hebræos, *Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci*. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor. Qui enim docet fidem ſine operibus firmam permanere poſſe, eius doctrina peregrina, extranea, noua, & aduentitia eſt. Infidelis ſermo qui abducit hominẽ huc, atque illuc de via veritatis ſtabili; cor autem confirmare & munire in quo eſt fides. *Corde enim creditur ad iuſtitiam*, gratia & bonis operibus, cauendo à peccatis quę deſtruunt gratiam, fidelis ſermo eſt inculcandus Chriſtianis; ne exiſtiment quòd ſola fide diſtinguũtur à gentilibus: ſed quod ẽt bonis operibus eſt, ſuperare debent, ne putent ſibi ſufficere, quòd habent Sacramenta, merita Chriſti, & dignitatem Chriſtianã; ſed quòd bonis operibus prodeſſe debent; quia bona opera confirmant fidem, muniunt cor, pręcipuè ſi non ex timore ſeruili, ſed ex charitate procedant, iuxta illud Eccl. *Timor Domini initium dilectionis eius*; fidei aũt initium agglutinatum eſt ei: Tãta eſt fidei & dilectionis Dei atque filialis timoris vnio, vt iſta tria Sapiens comparauerit, ad lateres vel lapides cõglutinatos plumbo vel cæmento. In hac ergo doctrina fideli iubet confirmare Chriſtianos Apoſt. Paulus; ſicut ipſe confirmabat Romanos nouiter conuerſos. *Tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time*, Si. n. Deus naturalibus ramis nõ pepercit; ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatẽ, & ſeueritatem Dei in eos qui ceciderunt ſeueritatem; in te aũt bonitatem, ſi permãſeris in bonitate, alioquin caue ne & tu excidas. Ad conſeruandam fidem hortatur Apoſt. Romanos exemplo Iudæorũ.

ad Tit. 3. v. 8.

ad Hebr. 13. v. 9.

Eccleſ. 25 v. 16.

ad Ro. 11 v. 20.

F

Certum eſt enim, quòd facilius tollitur, & deſtruitur vna perſona particularis, quàm communitas; facilius caſtigatur vnus homo quam Reſpub. quia bonum commune eſt bonum Diuinum, ideò magis immunitas eius procuratur. Si igitur Deus illam Rempub. nobiliſſimã, illam communitatem, vbi tot ſacerdotes, tot legis Doctores, tot amici Dei fuerunt, ad eũ humiliauit, vt nulla miſerabilior, nulla contemptibilior in oculis Dei, & hominum eſſe videatur. Tu ergo (inquit Apoſtolus) time, loquitur in particulari tu, vt intelligas, quòd ſi communitati non pepercit, nec tibi parcet. Certum quoque eſt, quod magis diligimus domeſticos, quàm extraneos, non tam facilè caſtigamus domeſticos, ſicut extraneos, inde ergo aliud Argumentum ſumit D. Paulus, ad perſuadendum Romanis, vt procurent per bona opera conſeruare fidem. Si. n. Deus naturalibus ramis nõ pepercit, ſed aliqui ex ijs ramis fracti ſunt, ſi adeo ſeuere domeſticos caſtigauit, vt eos ex trũco fidei propter peccata abſciderit, vnde nec influentiam, nec viriditatẽ amplius habere poſſint, ſed in toto derelicti, tanquã rami ſicci, nihil aliud niſi ignem expectarent: quãtò magis tu cum ſis gẽtilis, cum fueris idololatra timere debes, ne fortè nec tibi parcat. Certũ præterea eſt, quòd magis amamus eos, quos

Pp 2 prius

prius diligimus, & tardiores ſumus ad eorũ pęnam, amor enim qui prius cor occupat, fortius ſedem ſuam in cordib. collocat. Populus ille primò à Deo electus & dilectus, in tantam peruenit iram Dei & pænam, vt amiſerit fidem.

Populus, inquam, qui erat tanquam ramus naturalis: quid de ramo inſerto, de populo poſterius vocato, & dilecto imaginandum eſt atque expectandum? Denique illud indubitatũ eſt quòd maiora delicta maiori pæna puniuntur; delicta verò nõ obſeruandi pręcepta, propter quæ amiſerunt fidem. Hebręi. Videbantur minora quàm Chriſtianorum, ex multis rationibus. Nam legem ab Angelis acceperunt; Chriſtiani aũt à Rege Angelorum ipſo Filio Dei, ſi ergo Deus propter inobſeruantiam præceptorũ illos puniuit priuatione fidei, quãtum debent timere Chriſtiani? Si aliquis Paterfamilias præcipiat aliquid ſeruo per alium ſeruum, ille aũt non obedierit, iuſtè ei iraſceretur: quòd ſi præceperit aliquid ſeruo per ſe, vel per filium ſuũ, quantò maiori pæna dignus eſſet ſeruus? Cũ ergo præceptorũ obſeruantiã per filiũ ſuũ, præceperit Deus Chriſtianis, quãtò maiori pæna digni ſint, q̃ illi quib. per Angelos, Miniſtros & ſeruos ſuos præcepit? Præterea plura auxilia, abundantiorem gratiã, ampliora exempla, obſeruãtiæ pręceptorũ ſunt
ad Heb.2 in Rep. Chriſtiana, quàm in Rep. Hebræorũ fuerunt: ideò omiſſio maior, & maiorẽ meretur pęnã, ſi igitur pp omiſſionẽ obſeruantiæ præceptorũ Hebræi abſciſſi ſunt, quantũ Chriſtianis timendum eſt. Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea, quæ audiuimus (inquit D. Paulus) q̃a ſi communitati nõ pepercit, nec particularibus perſonis parceret ſi domeſticis non pepercit, nec extraneis parcet: ſi eis quos prius dilexit non pepercit; nec eis quos poſterius in ſortẽ dilectionis ſuæ vocauit parcet: ſi eis qui minus peccauerunt ex circumſtantia legiſlatoris & auxiliorum grauis vindex fuit &c. nec eis qui magis peccat parcet.

Quid ergo faciendum? per bona opera, & obſeruantiã mandatorum conſeruanda fides, & præcipuè per humilitatem & gratitudinẽ: ſicut hortatur Romanos, in prædictis verbis D. Paulus, Noli altum ſapere, ſed time, ſi fide ſtas, id non te efferat, nec de altè ſentias; quia ſuperbia eſt fumus, qui multò magis nocet huic ſpirituali pupillæ nempè fidei, quàm fumus materialis oculo corporali, ſi fumus expellit hominem ea hypocauſto; facilius fumus ſpiritualis expellit fidem ex animæ palatio. Vide quoque bonitatem Dei, conſidera ex vna parte erga Remp. Hebræam ſeuerũ Iudicem, ex altera parte erga te pientiſſimum Patrem: vide bonitatem & ſeueritatem Dei; ſeueritatẽ in eos qui ceciderunt, benignitatem & bonitatẽ in te, quem ſine vllis meritis ad fidẽ vocauit, & cæteris ramis amputatis te in trunco fidei conſeruat, & ſis gratus.

Sed iam de fide humana, ſeu de fidelitate aliquid efferamus, vt eſt virtus Moralis, poſtquam de fide Theologica locuti ſumus. Hęc fides non eſt aliud quam infallibilitas in promittendo, veritas in dicendo, animi integritas & verborum conſtantia, iuxta quam vnus alteri fidere poſſit, vt
Tullius Cicero, faciat id, quod promiſit. Ideò rectè Marcus Tullius Cicero huius nominis ſignificationẽ interpretatur, vt fides ſit idem, quod fiat, quod eſt dictum. Fundamentum autem iuſtitiæ, inquit, eſt fides, hoc eſt, iuſtitiæ cõmutatiuæ ſeu contractiuæ. Nam quemadmodum iuſtitia diſtributiua præſupponit dignitatem, vel indignitatem, dat enim dignis, denegat indignis: ita iuſtitia commutatiua præſupponit fidem, id eſt, dictorũ conuentionumque veritatem. Quemadmodum enim fundamenta corruunt, niſi ſupra petram iacta fuerint, & ędificia labuntur, niſi potiſſimis innitãtur fundamentis; ita & ſublata fide, iuſtitia nulla eſſe poteſt, quæ in hoc potiſſimum cõſiſtit, vt verba ad rem conferan-
G tur, nec mutetur poſt factũ ſententia. Quod vulgo faciunt leues, inquit Cic. Audiamus imitantes ſtoicos, qui ſtudioſè exquirunt, vnde verba ſubducta, credamuſque quia fiat quod dictum eſt, appelatã eſſe fidẽ. Huius fidei tanta eſt neceſſitas in qualibet Rep. vt abſq; ea nec viuere vita politica, nec conuerſari inter ſe hoïes, & Reip. ciues. Nec mirũ: quia homines non poſſunt viuere ciuiliter ſine contrectationibus, quibus conſeruantur vrbes; contrectatio autem quomodo fieri poſſet, ſi vnus apud alterum fidem non habeat, nec ſecurus eſſet quod complet promiſſum? Itaque qui tollit fidem, tollit Ciuilem iũſtitiam, ac penitus hominum inter ſe ſocietatem abolere contendit.

Ideò pergregie ait Cic. in tantum eſſe inter homines neceſſariam fidem, vt nec latrones, aut piratæ, poſſent inter ſe conuerſari, & viuere, ſi inter ſe fidem non ſeruarent, nec vnus alteri fideret. Quapropter nihil ita deſtruit Remp. ſicut fracta fides (vt inquit Sapiens) *Malignitas euertit ſedes potentum*, id eſt, mendacium & deceptio; ſicut etiam Cice- Sap. 5. v.24.
ro vocat infidelem, malignum & nefarium, quia tollit id quod conſeruat vitam politicam. Quod ſi inter homines vilioris conditionis, hæc virtus requiritur, multò magis viri illuſtres ac nobiles, Reges, & Monarchæ eam obſeruare debent. Communiter nullam ob cauſam facilius ſe ſe prouocant ad duella viri magni nominis, niſi quando vnus alteri obijcit mendacium, cum nulla alia ſatisfactione contentãtur, niſi tollant vitam ei, qui eis fidem tollere aut ſtabilitatem verbis diminuere videbatur. Sed certè res deploranda eſt, quòd illi, qui nomẽ falſitatis vel infidelitatis abhorrere videntur, re ipſa tamen facilè mentiuntur, & ordinarie fidem nõ tenent; quos rectè quis interrogare poſſet. Quid eſt peius, eſſe te cæcum, aut claudum, an verò dicere quod aliquis ſit cęcus aut claudus, cum tamen bene videat & non claudicet? Certè multò peius eſt, quod aliquis in rei veritate ſit cæcus, quàm quòd dicatur cæcus, cum non ſit. Quomodo ergo tu qui in tantum fugis opinionem infidelitatis, & vmbrã falſitatis, ſine vllo ſcrupulo de facto mentiris, & fidẽ alteri non tenes? Nonne magis eſt te ipſa mentiri, quàm tollerare quòd dicaris infidelis & mendax? & tamen propter hoc alteri vis vitam tollere, dicisque te potius velle mori, quàm quòd ſis mendax reputari, cum dicitur tibi, quod mentiaris, iraſceris: mentiri autem re ipſa te non pudet. Vitium ſanè indignum homine ingenuo ac nobili. Labyrintus, ex quo quis quantò magis exire deſiderat, tantò longius à foribus Labyrinthi diſtat. Nam quantò maiorem quis facit diligentiam in tegendo mendacio, tantò in plura incidit mendacia, & multoties grauiora. Antiqui nobiles Caſtellæ ad ſignificandum quantum diligebant fideliatem, in armis ſculptũ habebant. Sic, ſic. Non, non, quod à Chriſto Domino, qui id in Euangelio docuit, didicerũt. Hos imitãtur aliqui moderni aulici, & ſtrenui veritatis & fidelitatis imitatores, qui tñ ſunt nimis pauci plures ſunt qui verbis decipiunt, promittunt & nihil faciunt, venit aliquis, qui eis negotium commendauit, & illi quid dicunt? Facias tu omnem poſſibilem diligẽtiam, & ego faciam id quod mei officij, & Deus ſit, quod ego faciam. Et ſanè ita eſt, Deus enim ſcit quod nihil facturi ſint eorum quæ promittunt, proinde ſcit quòd talis quicunque ille ſit mẽtitur & nõ complet promiſſum; quia nec habuit animum promouendi negotia, aut exequendi quòd pollicebatur.

Multiplex autẽ poteſt eſſe infidelitas, ſeu perfidia, oris, cordis, & operis. Oris cum quis verbis decipit, ita vt de illo dici poſſit illud Dauidis. *Verba oris eius, iniquitas & dolus*. Cordis, cum quis non ſolum verbis, ſed & animo fidem ſeruare non intendit; *quoniam non eſt in ore eius veritas, & cor eius vanum eſt*. Operis, quando quis verbis & animo fidem ſeruare vellet, atq; promiſſa complere, ſed ob aliquam impoſſibilitatem, vel defectum nõ poteſt. Quæ autem maior ſit infidelitas inter iſtas tres infidelitates, ſpecies quilibet facilè iudicabit, quòd nimia ſit infidelitas vltima, qui aduerterit quòd infidelitas ſemper ſit coniuncta cum ſimulatione. Si ergo quis non compleat promiſſa propter impoſſibilitatem, vix infidelis dici poſſit, quòd ſi etiam opere & factis ſimulatio adſit ſumma & maxima infidelitas eſt, de qua D. Gregor. Simulata ſanctitas, duplex iniquitas, de hominibus vniuerſaliter pronũciauit Dauid, quod. *Omnis homo mendax*. Non quòd omnes ſint infideles. Plurimi enim fuerunt, qui maximè fidelitatem coluerunt, plurimi etiam ſunt & fuerunt, quibus infidelitas diſplicuit.

Refert Titus Liuius quòd cùm quidam milites Romani eſſent capti in bello Cannarum, cùm eliberationem certis conditionibus obtinuiſſent, præcipuè, quòd cum Senatu Romano certa negotia tractare deberent, quæ ſi ſuum effectum ſortita non eſſent, ad caſtra Annibalis reuerti tenerentur; illi vt promiſſo ſatisfacerent, poſt iter vnius diei reuerſi ſunt, in caſtra fingentes ſe aliquid oblitos fuiſ- Liuius. Annibal.

ſe in

Digitized by Google

H ſe in caſtris, vt hac ratione nõ eſſent obligati iterum reuer-
ti ad caſtra, etiamſi nihil apud Senatum effeciſſent, ſed ali-
ter accidit. Nam cum Reſp. Romana pactum intellexiſſet,
& negotijs Annibalis annuere noluiſſet, vt oſtẽderet quan
tum diligit fidelitatem, decreto publico milites ad Anniba
Philipp⁹. lem reuerti iuſſit. Philippo ẽt Macedoni, ita diſplicuit infi-
delitas, vt cum quendã amicum Antipatris inſtituiſſet iudi
cem populi, & ſucceſſu temporis adueniſſet, quòd barbam
depinxerit, eum ab officio depoſuit, dicendo. Qui in capil-
lis fidus non eſt, hic in rebus gerendis dignus non videtur,
Theoph. cui fides habeatur. Simile quid refert Theophraſtus, de
quodã oratore, qui cum perſuadere vellet Lacedemonijs,
nomine ſuę Reip. quædã negotia, accidit, vt Senator qui-
dam dictus Archidanus aduertiſſet quòd depinxiſſet bar-
bam: ad Senatum ergo conuerſus dixit. Quam obſecro ſer
monis incolumitatem habiturus eſt hic, qui mendacium
non in animo ſolum, verum ẽt in capite circumfert. Lau-
de dignus fuit Senatus Romanus, & in tantum placuit fi-
delitas. Laude dignus fuit Macedo, & Archidamus, quib.
etiam in rebus parui momẽti diſplicuit infidelitas, ſeu de-
ceptio, pro eodem enim iſta accipio hic. Quomodo ergo
dicit Dauid omnes homines mendaces, ſeu infideles eſſe,
nempè per comparationem ad Deum, qui nullum impedi-
mentum habere poteſt, quominus promiſſa compleat, ho-
minem autem plura impedire poſſunt.

Ideo ſi comparemus, promiſſiones hominũ, ad promiſ-
ſiones Dei, verè dici poſſunt mendacia; quia ſaltem homi-
nes poſſunt mentiri, Deus non: itaque verũ eſt illud Pro-
phetę. *Omnis homo mendax.* Aduertunt id homines, quòd
vt plurimum nõ ſtant promiſſis, quocirca vt iſſis credatur,
tribuunt pignora vel verbalia, vel realia. In Hiſpania repe
ritur lex in Regno Caſtellæ, quòd nullus nobilis poſſit ini
micitias inire cum amico, cui promiſit amicitiam, ſub ver-
bo nobilitatis, niſi prius reuocauerit verbũ publicè: quod
etiam ſeruatur communiter in Polonia, quòd promiſſa ſub
verbo nobilitatis inuiolabiliter præſtantur, apud eos enim
vti ingenuitatis ſtudioſiſſimos, verbum nobilitatis pro pi-
gnore haberi conſuetum deficiẽte fide publica alia pigno-
ra ſucceſſerunt, ſcilicet. Aſſecurationes, per literas ſubſcri-
ptiones, ſigilla: ſed quorſus hęc omnia, cum ẽt ille, qui men
tiri nunquam deprehenſus eſt, mentiri tñ ſi vellet queat,
ita vt verè dici poſſit. *Omnis homo mendax.* Illud aũt quod
Deus promittit, ita certum eſt, quòd ſi quis quęreret. Quid
eſt illud quod non poteſt facere Deus? reſponderi ſecurè
poſſit cum D. Auguſt. Si volunt ſcire, quid omnipotens nõ
poteſt facere. Ego dicam quòd mentiri non poteſt; & ſicut
mentiri non poteſt ex vna parte, & deinde eſt omnipotẽs,
hæc duo omnipotẽtia & potentia, ad firmitatem ſuæ pro-
miſſionis coadunãtur. Nec mirum quòd complet promiſ-
ſa, quia apud Deum dicere & facere, idem ſunt, vt teſtatur
Pſal. 32. v. 6. Propheta. *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius
omnis virtus eorum.* Nullus vnquam fidelior eſſe poteſt, niſi
ille cuius verba tanti pretij, & valoris ſunt quanti opera.
Examinando inquire, ſi eſt aliquis in mundo cuius verba
ſunt tanti ponderis, valoris & potentiæ, nullum inuenies
niſi ſolum Deum, cuius dicere eſt facere. Et ideo Ægyptij
depingentes Deum dictum Enephom; quem putabant eſ-
ſe creatorem omnium rerum, inter alia pingebant ouum
ex ore eius procedere. Significãdo, ꝙ omnia verbo creauit.
Et reuera id videtur accepiſſe ex Scriptura vbi dicitur. *Ver
bo Domini cœli firmati ſunt* Nihilominus tñ vt tantò magis
ei fidamus, nos aſſecurat, & tãquam pignus dat nobis. Ver-
bum, Spiritum Sanctum, & nomen proprium omnipoten
tiæ, accomodando ſe hominibus, qui ſimiliter volunt ſibi
comparare fidem per aſſecurationem, vel pignus. Et vltra
hoc cõprobat hoc ſignis. Si enim in minimis complet pro-
miſſa, quantò magis in maximis? Ideo ait. *Amen amen di-
co vobis donec tranſeat cœlum & terra.* Ac ſi vellet dicere.
Ego do vobis verbum meum, quòd immutabilis eſt cœlo,
& terra. *Iota vnum, aut apex vnus non præteribit à lege &c.*
Id eſt, oĩa complebuntur ẽt minima, nec requiratur aliud,
pignus: ſufficit namque verbum meum, vel nomẽ meum.
Aſſecurãdo beatos in cœlo, dicit B. Ioannes in Apoc. quòd
ſcribit nomen nouum in calculo candido, vbi duo promit-
tit, calculũ candidum, & ſubſcriptionem nominis, & vtro-
que exprimit immutabilitatem, & infallibilitatem promiſ
ſionis. In hac ergo fidelitate imitari debent homines Deũ,
præcipuè Principes. Neque vero dent aurem Atheiſtæ Ma
chiauello, qui quantò magis cõmendat Principibus Chri-
ſtianis diligentiã in tegendis mendacijs, tantò in plura in-
ducit. No legit quod Virgilius fidẽ appellat Canam, &
cur ita? Cur cana fides? forte diceret ille, quia nulla fides
ſecura, niſi multa experientia firmetur. Sit ſanè ita. Sed po
tius dicendum eſt, ꝙ alludere voluit ad imaginẽ Deæ, quæ
erat fidei patrona, quę albo tecta velo depingebatur, quòd
candorem ſignificat animi ſinè fuco aliorum colorum, de
qua inquit Horatius. Et albo rara fides colit velata pãno.
Nulla ergo fides ſine candore, & ſinceritate. Sed ne adhuc
in ambiguo aliquo verſemur patet ſupradicta. Fides publi
ca à fide priuata nobis ſeparanda eſt.

Alia ergo eſt fides publica, alia priuata, vtraque à Roma I
nis ſummopere colebatur. Nam publica fides adeò Roma
nis venerabilis, & ſancta erat, vt eam pro numine colerẽt.
Itaque apud eos ſolemne ſacrariũ erat in titulum fidei, in
quo pacis leges, fœdera, inducię, iureiurando confirmaban
tur: vt eius qui ea violaret, ſacrum Dijs inferis caput eſſet.
Neque in priuatis cõtractibus ſanctius vllum iuſiurandũ,
quã fidei habeant. Vnde apud ipſas publicæ fidei tanta au-
thoritas, tãta exiſtimatio fuit, vt nemini tutius pecuniã cre
dere quàm Reip. priuati arbitrarẽtur. Bello Punico ſecun-
do cum forte cenſores ob inopiã ærarij ſe iam locationib.
ædium ſacrarũ tuendarum, & ſimilium his rerum abſtine
rent, conuenere frequentes ad eos, qui haſtę huius generis
aſſueuerant, hortatiq; cenſores, vt oĩa perinde agerent lo-
carentque, ac ſi pecunia in ærario eſſet, neminẽ niſi bello
confecto pecuniã ab ærario petiturum eſſe. Pecunię quoq;
pupillaris primo, deinde viduarum cæptæ conferri: nuſquã
eas tutius ſanctiuſq; deponere credentibus, qui deferebãt
quàm in publica fide. Porrò in ea fide ſanctè ſeruanda inte
gritas, non in Romanis tm̃ publicè, ſed in ſingulis quoque
priuatim, adeò elucebat, vt nihil tantopere fugerent, quã
quidquã contra fidem facere. Scipio in Africa bellũ gerẽs Liu. An-
cum pęnis inducias fecerat, vt Legatos Romã ad pacem pe nal. li. 32.
tendã mitterent. Nondum reuerſi erant Roma legati, ne-
que ſciebatur quæ Senatus Rom. de pace aut bello ſenten
tia eſſet, nedum induciarũ dies exierat, cum Aſdrubal. CC.
onerarias. xxx. longas naues ex Romana claſſe tempeſtate
diſiectas & captas, Carthaginem abduxit. Eò indigniorẽ
iniuriam ratus Scipio, ab ijs qui petijſſent pacem & indu-
cias, ſpem pacis & fidem induciarum violatam eſſe: legatos
Carthaginem exemplo mittit; qui cũ multitudinis concur-
ſu propè violati eſſent, nec reditum multò tutiorẽ habuiſ-
ſent, & alio ſuper alio ſcelere haud dubie ruptæ induciæ eſ
ſent legati Cartaginenſes Romam ſuperuenerunt. Is Scipio
etſi non induciarum modo fides à Carthaginenſibus, ſed
ẽt ius gentium in legatis ſuis violatum eſſet: tamẽ ſe nihil
aut inſtitutis populi Rom. aut ſuis moribus, indecens in ijs
facturum eſſe dixit, ita eos iurè belli liberos intactos & in-
uiolatos dimiſit. Quippè tum Canoniſtarum vulgatũ di-
cterium nondum in vſu erat. Frangenti fidem, fides eidem
frangatur. Inter Cæſaris virtutes minima quoque hæc nõ
fuit, quòd cum mons apud Ilerdam deditionis conditioni
bus, cum aſſiduo inter vtraſque partes vſu, atque cõmertio
Afranius & Petreius deprehẽſos inter caſtras Iulianus ſu-
bita pęnitentia interfeciſſent, admiſſam in ſe perfidiã non
ſuſtinuit imitari. Naturali quidem ratio hoc dictat, quę vi-
tia, aut ſcelera in alijs dãnamus, ea nos debere imitari, nec
ſicut dicebat L. Quintius (Cincinnatus) qui exẽplo alijs eſſe Cincina-
debemus, aliorũ exemplo peccare potius quã alij noſtrò re tus.
cte faciant. Sed à veteribus & externis exemplis (quæ oĩa
percenſere nimis longum eſſet) tranſeamus ad domeſtica.

Illud porrò certum atque indubitatũ eſt. Nullum Prin-
cipem tantę impudentiæ extitiſſe vnꝗ qui honeſti promiſ-
ſi fidem violare fas eſſet, diceret quia nulla res vehemẽtius
res publicas continet: quàm fides. Hac ſublata cum vna de
pulcherrimis virtutibus iuſtitia cum humana ſocietate tol
latur, neceſſe eſt. Plurimi tamen exiſtimarunt. Vulgatum
illud Canoniſtarum dicterium vſu ſeruandum, frangenti
(ſcilicet) fidem frangendum eſſe, quemadmodum factũ eſt
in vrbis Pleſcouiæ obſidione, nam Ioannes Oſtromeſcius,

qui tormentorum curam habebat, huiuſmodi rem ad Zamoſcium defert. In arca ferrea duodecim tubes ſcloppetarios, qui citius rumperentur, ex induſtria teneritas, ordine diſpoſuerat, eoſdemque ſubtiliſſimo puluere, ac arcam ipſam impleuerat: in medio eam ſcloppeti partem, quæ rota atque incumbente ſilice ignem ad puluerem incendendũ elicit, tenſam paratamque conſtituerat. Arca ea in ligneam ciſtam impoſita, fibulã quæ attractam rotam, laxare, ignemque excitare ſolet, duabus chordis, vna ad inferiorẽ ligneæ ciſtæ fundum: altera ad ipſum ferreæ ciſtæ operculum alligarat: ea ratione vt ſiuè ferream arcam ex lignea quis eximeret, ſeu ipſius ferreæ tectum moliretur, neceſſariò vtraque re puluis inflammaretur, tubisque atque arca ferrea tracta aſtantes percellerentur. Hanc ſi ita ad Suiſcium miſiſſet, minimè ſibi obtemperatum, quin eam excuteret, ſeque ipſe in fraudem indueret exiſtimabat. Noluerat tum Zamoſc. Polonus. Zamoſcius permittere, vt huiuſmodi artibus contra hoſtem res gereretur. Iam verò publica fide ab Suiſcio priùs violata Zolkeuioque ac alijs omnibus, qui in conſilio Zamoſcio aderant, vigẽtibus, vt eius in ſe perfidiam ea ratione vlciſci ſibi liceret, Oſtromecio rem totam permiſit. Hic captiuum hominem idoneum nactus, per aliquot dies benignè habitum, tanquam magni ſecreti conſcium facturus iuramento adigit, fidemque eius ſibi obſtringit. Fingit Ioannem Molliſtum ſe eſſe cum Farensbelcio quodã apud Principem Moſcorum militaſſe: poſtea etiam illo ſe ad regem conſerente, autoritatem eius ſecutum: ac etſi aliquo apud Regem loco eſſet, priſtinam tamen Moſcorum Principis in ſe indulgentiã requirere: eamque ob cauſam interfecto priùs Imperatore exercitus, cum pro artificio ſuo rei tormentariæ rem eius arbitris cõmunicaturus cum eo eſſet, ad illum tranſfugere in animo habere. Interim ciſtam
k vt ad Suiſcium ſupremum Ducem perferat rogare: in eam pretioſiſſimas quaſq; ſuas ac alias magni momẽti, res ſe conſeciſſe breui ipſum opera prius ea, de qua dixiſſet Principi Moſcorum natura ſubiecturum, magni autem ſui intereſſe, ne priuſquam ipſe veniat ciſta reſignetur. In eandem ſententiam ad Suiſcium literas perferẽdas illi dat. Moſcus duplici lætitia elatus, quòd & libertatem recuperaturus, & tamen gratum nuncium ad Suiſcium perlaturus eſſet, perque excubias ab Oſtromecio traductus ad Suiſcium peruenit; qui cum eo tempore alijs rebus occuparetur, cæteros qui ad conſilium tum forte conuenerant, nullo ad cognoſcendum ſibi ſpatio ſumpto, aperire ſtatim ciſtam iubet. Concurrunt complures rei nouitate, atque innata hominibus curioſitate ducti. Ferociſſimus omniũ Andreas Choroſtinus alter Palatinus, & æmulus Suiſci, quemadmodũ poſtea cum ex Alexandro, qui pace facta ad Pleſcouienſes à Legatis miſſus fuit, tùm pace facta ab alijs multis compertum eſt, pede in Ciſtam ligneam impoſito, ferream manu ſua ipſe extrahere nititur. Interim fibula conuulſa, pulvereque inflammato, arca ferrea ac tubis diſiectis, non modo aſtantes omnes diſſipantur; verum tecti etiam pars aliqua vi ignis ac fractorum ferramentorum conuellitur: pię cæteris maximè inſignes, Andreas de quo dictum eſt Choroſtinus & Choſecius periere. Erat de Suiſcio ſuſpicio, cum ex ægritudine per continuos aliquot dies copiam ſui non feciſſet: maximè autem apud noſtros opinio hæc confirmabatur: quod cum aſſiduè antea in muro verſari, perque ſtationes volitare ſolitus fuiſſet: nunquam poſtea ſe oſtenderet. Verum hac de re contumelioſæ poſtea literæ ſcriptæ à Suiſcio ad Zamoſcium fuerunt: ab ijſque ad ſingularis certaminis prouocationem deſcenſum inde fuit. Verum Zamoſcio conſtituto die cum demonſtratia antè inſignibus in deſignatum locum progreſſo hoſtis non prodijt. Certè in tali rerũ progreſſu Zamoſcius, nec apud ſuos, nec apud perfidum aduerſarium ruptæ fidei notã incurrere poterat, qui ſtratagemmate bellico perfidiam Moſci vlciſci voluit.

Atque hæc de Fide vt virtus Theologica, & vt virtus moralis dicta ſunt. Vtraque hæc Fides de qua locuti ſumus eſt placita Deo. Ex vtraque commendantur Apoſtoli. Ex fide quidam Diuina, etenim crediderunt in Chriſtũ, quòd à Deo exierit ab æterno tanquam Deũ de Deo, lumen de lumine, abſque vlla eſſentiæ, & diuinitatis diuiſione. Exiuit in tempore per humanitatis aſſumptionem, pro ſalute mundi. Ex fide etiam humana, ſeu fidelitate commendantur; quia illi fuerunt fideles ſerui, quos conſtituit Dominus ſuper opus ſuum prædicationis Euangelij, hos ergo imitemur, vt fideles inueniamur, in aduentu Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO

Speculatiua

Dominicæ Quintæ poſt Paſcha.

De dilectione Dei, charitate, et gratia.

Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis. Ioan. 16. v. 27.

Dilectio Dei honorabilis Sapientia. Eccleſ. 1. v. 14.

A

Difficilem, ſed ad dilectionem Dei miro modo allicientem habemus apud D. Petrum ſentẽtiam. 2. Pet. 1.
Per quam maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. v. 4.
Quæ verba cum conſidero, veriſſimum eſſe illud commune axioma apud iuriſprudentes fateor nimirum, quòd amor non aſcendit ſed deſcendit. Sed quomodo id fieri poteſt? Communiter dicimus quòd amor ignis eſt: ignis autem natura eſt aſcendere non deſcendere. Sed veriſſimum hoc eſſe axioma probant iuriſtæ; quia parentes magis diligunt filios, & rariſſimè filij æquali amore diligunt parentes. Et idem ſit iudicium de alijs in linea aſcendentium & deſcendentium, vbi amor à maiore in minorem deſcendit, cuius ſignum eſt; quia producit quendam effectum, & propenſionem in maioribus ſuccurendi neceſſitatibus eorum,
qui ab illis deſcendunt, iuxta illud D. Pauli. *Neque enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs.* 2. Cor. 12.
quòd etiam v. 14.
exemplo confirmauit, qui ex compaſſione erga ſubditos,
tanquam ſuperior erga inferiores dicebat: *Optabam enim* Rom. 9.
ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Iam facilè ani v. 3.
maduertere poſſumus, quòd hic ignis, qui eſt amor, multũ differt ab igne materiali, non eſt ijſdem qualitatibus affectus, non habet centrum ſuperius inter ſphæras cæleſtes, non aſcendit, ſed deſcendit. Ex quo facilè intelligitur, quantus ſit amor Dei omnipotentis erga nos, qui ex alto in nos deſcendit, non ſolùm eſt maior amore filiorum in parẽtes, vt hic communiter eſſe videmus; ſed etiam maior amore parentum in filios, fratrum & amicorum, quod ita eſſe declaro. Nam vbi potentia eſt coniuncta, cum amore, ibi eſt maximus amor, certum eſt enim, quòd in afflictione poſitus velles in auxilium habere amicum, multo magis fratrem tanquam illum qui eſt tibi propinquior, vtroque proponeres Filium; & ſuper omnia maximè exoptares vt tibi auxiliaretur tuus proprius Parens, quòd ſi ille eſſet ſenex aut pauperes, & ideò non poteſt tibi auxiliari in neceſſitate, atque ideò non poteſt exequi amorem paternum, quem habet in te, iam diminuitur de amore; quia vanus eſt ſinè viribus amor, maiorem reputas in tuis neceſſitatibus amorem filij fortis, quàm parentis debilis, maiorem exiſtimas amorem fratris ſani, qui te iuuare poſſit, quàm filij, qui & manus, & pedes infirmos habet, & maximum amici, qui non ſolum eſt ſanus viribus, fortis manibus, ſed & arma habet, quibus te defendat, vbi ergo ſimul eſt amor & potentia ac protectio, ibi maximus amor, in Deo ſic eſt quia ille amat magis creaturas ſuas, quàm amicos fratres, vel filios; amicus amat amicum propter amicitiam; conſanguineus conſanguineum propter amicitiam, & ſanguinem; frater fratrem propter amicitiam, ſanguinem, & quia ſunt ab ijſdem parentibus; parentes autem amant filios propter omnia prædicta. Nihilominus tamen Deus magis amat creaturas ſuas quàm parentes filios. Nã quæro quis artifex magis diligit opus proprium, ille ne?

qui

qui produxit opus aliquod egregium ex materia, alie-
na? an verò ille qui ex materia propria? qui, & opus pro-
duxit, & materiam operi ſubminiſtrauit, certum eſt, quod
ille magis diligit opus ſuum, qui vtrumque produxit, &
opus, & materiam: Deus & te produxit, & Parentes tuos,
totum ex nihilo creauit, etiam ipſam maſſam ex qua for-
matus eſt homo, multò igitur eſt altior, & perfectior amor
Dei in creaturas, quàm Parentum in filios. Et præcipuè
quia talem amorem auget potentia; potens eſt enim Deus
protegere nos contra omnes aduerſarios noſtros, & de fa-
cto protegit, vt teſtatur Dauid, qui poſtquam dixit, quod
Pſal. 82. *cogitauerunt aduerſus Sanctos tuos*, ſupple aduerſarij, qui
v. 4. machinabantur dolos, & traditiones quærebant. *Sed ab-*
Pſal. 30. *ſcondes eos in abſcondito faciei tuæ*, quaſi diceret abſcondas
v. 11. eos in pupilla oculi tui (iuxta illud) *qui tetigerit vos, tangit*
Zach. 2. *pupillã oculi mei*. Ideo in maximis afflictionibus ad nul-
v. 8. lum alium refugium habuit Dauid, niſi ad Deum, quem
Vega. p. inuocabat dicens. *Eripe me de inimicis meis Domine, ad te,*
3. v. 8. *confugi, quoniam Deus meus es tu*. Rectè ergo dixit Chri-
fol. 71. ſtus Dominus, quod ipſe Deus Pater amat nos, pluſquam
Pſal. 142. aliquis mortalium defendit, & protegit. Rectè etiam di-
v. 9. xit Eccleſ. *quod dilectio Dei eſt honorabilis ſapientia*. Nam,
Eccleſ. 1. quod maximum eſt, in tantum diligit nos, vt etiam faciat
v. 14. nos conſortes Diuinæ ſuæ naturæ, vt ait D. Petrus, *per quê*
2. Epiſt. *maxima & precioſa vobis promiſſa donauit, vt per hęc efficia-*
Petr. 1. *mini Diuinæ conſortes naturæ.*
v. 3.

Quænam autem ſint hæc dona & promiſſa? non parua inter Doctores ſcholaſticos eſt controuerſia, nam aliqui dicunt eſſe Euchariſtiam, alii Incarnationem verbi Diuini, per hæc enim reddimur conſortes Diuinæ naturæ, per hoc participamus Diuinam naturam, vt quemadmodum ille ſanctus eſt, ita & nos ſanctiſſimus. Nos in præſenti inſtitutione gratiam Dei habitualem, principium huius conſortij, & participationis intimabimus, prius tamen de dilectione, & charitate Dei, an ſit habitus creatus, ſicut eſt fides & ſpes? an & quomodo diſtinguatur à gratia pertractabimus? vbi etiam illa reſoluetur quæſtio, an eodem
B *habitu diligamus Deum, & diligamur à Deo? Sapientiſſimus Plato*, quem alij Diuinum propter ſingularem ſapientiã, qua locutus eſt de Deo, appellarunt, cauſam diſcutiens, ob quam hominibus Diuinitus tot bona communicarentur, Dei amorem eſſe dixit, quem ideò omnium Deorum antiquiſſimum pariter & nouiſſimum vocauit, innuens
D. Aug. (vt explicat Auguſtinus) quòd amor Dei, etſi antiquus in ſe ipſo ſit, eſt tamen nouus quoad ſuos effectus, nam frequenter noua ſui exhibet argumenta. Quantus verò ſit hic amor Dei in homines, vel hinc colligitur, quòd amori & bonitati ſimilis ſit natura, cum tam ille quam hæc appetat ſui ipſius communicationem. Amor enim amato, & bonitas egenti ſe impartiri cupit. In quo bonitas eiuſdem conditionis ac naturæ ad amorem eſſe agnoſcitur quòd præter experimenta quibus id probari poteſt, teſtatur id etiam vulgatiſſima illa Dyoniſij ſententia, à quo illam S.
S. Tho. Thomas vſurpauit, bonum (inquit) eſt ſui ipſius diffuſiuũ inſtar aquæ redundantis, vel potius inſtar fluminis nili alueum egredientis, & Aegypti agros irrigantis, tantaque eſt bonitatis procliuitas ad ſe communicandam, vt ſi quãdo retardetur hic impetus aut impediatur, vim illam egre ferat, ac erumpat tandem proſternens impedimenta, vt ſe in egenos liberè, & copioſè diffundat. Cum igitur ratio boni in ſupremo gradu perfectionibus Deo competat, planũ eſt, non minus excellenter in ipſo eſſe voluntatem ſe communicandi: nam cum ſit infinite bonus, infinite quoque ipſum eſſe communicatiuum oportet. Et quamuis verum ſit quod Pater communicat filio Diuinam ſui ipſius naturam, & eandem vterque Spiritui ſancto, bonitatem quoque infinitam, illa tamen eſt naturales, & neceſſaria communicatio in Deo, & intra Deum, occulte facta, ideoq; à Theologis appellatur communicatio in Deo ad intra, Quapropter ſupererat, vt Deus incomprehenſæ bonitatis ſuæ magnitudinem infinitam, per communicationem ad extra, ſiuè (vt loquuntur) in ordine ad creaturas declararet, & de facto declarauit, maximè tunc, cum naturam humanam aſſumpſit, & hominibus tot beneficia contulit, nullam à nobis recompenſationem tanti amoris petens, niſi vt ſicut ipſe nos dilexit, nos viciſſim eum diligamus, alias timendum ne nos deſerat. Nationes aliquot & gentes memorantur, quæ ob amorẽ nimium erga ſuos Deos, & neceſſariam ſibi illorum præſentiam, & vinculis tenuerunt alligatos, ne ab ipſis deſererentur. Sic Lacedæmonios refert Pauſanias catenis ſtatuam Martis ligatam tenuiſſe, Similiter ab Alexandro ſimulachrum Herculis aureis funibus narrat irretitum. Idem penè Plutarchus in ſuis problematibus de Apollinis ſtatua commemorat. Et ne in hac re Sacræ Scripturæ teſtimonia deſint, verum id eſſe conſtabit ex dolore, quem idolatra nomine Michas ob ſurrepta ſibi idola habuit, cumq; multum lachrymaretur, inter
rogatus cur ita faceret? reſpondit. *Deos meos tuliſtis, & di-* Iud. 18.
citis, quidnam, &c quod ſi vnus idolatra, tanto amore er- v. 24.
ga falſum Deum ſuum afficiebatur, quali amore homo chriſtianus erga Deum ſuum flagrare debet? qui ex teſtimonio ipſius Chriſti tanquam Pater diligit nos, præcipuè cum tot ſint cauſæ diligendi Deum, nam diligendus eſt principaliter quia bonus, immò ſumma, & infinita bonitas. Deinde quia amat nos, & bonitatem ſuam communicat nobis, denique quia in ipſo eſt beatitudo noſtra, animæ, & corporis. Quis non videt ſummam illam bonitatẽ ſummo amore dignam eſſe? Quis non diliget eum qui tãto nos amore proſequitur, vt bona ſua nobis communicet, & hic in via licet imperfectius, & in patria perfectiſſime? Hæc igitur charitas ſupernaturalis qua diligimus Deum, fundatur in diuina & infinita bonitate, fundatur etiam in communicatione, qua Deus nobis ſuam beatitudinem cõmunicat, ſecundario tamen, quod egregiè declarat Scotus cum inquit rationem obiectiuam charitatis tripliciter poſſe accipi; vel pro entitate primaria obiecti, quæ terminat, & eſt ratio terminandi actum charitatis, vel pro aliqua ratione, ſeu circumſtantia præcedente actum, quæ eſt cauſa, vt actus eliciatur circa obiectum, vel deniq; pro circunſtantia, quæ ſequitur actum elicitum. Exemplum eſt, amatur aliquis propter bonum honeſtum per ſe & primario, non attendendo ad aliquam vtilitatem quæ ex tali prouenit amore, ſi verò ille qui amatur redamaret amantem, illa redamatio, eſt alia ſpecialis ratio amabilitatis alliciens ad amandum, ſi etiam ille qui amatur, poſſet perfectè quietare, & beatificare amante, tunc eſſet alia ratio quaſi concomitans. Sic in Deo bonitas infinita, & natura diuina; ex ſe ſufficiens eſt, vt ametur, immo illa ſola eſt propriè, & ſtrictè ratio terminandi formalis omnem habitum, & actum Theologicum.

Nihilominus tamen Deus ſeu bonitas diuina, prout reſpicit creaturam, & communicat ſe creaturæ: efficit, vt ametur à creatura, & allicit ad amandum, eſtquè quaſi ſecundus gradus amabilitatis. Non enim ſola bonitas infinita, ſiuè hæc eſſentia alicit ad amandũ, ſed etiam quod hęc bonitas amauerit me, ſiuè creandò, ſiuè reparando, ſiuè diſponendo ad beatitudinem, multum alicit, & amoris facultatem accendit. Deniquè, vt eſt obiectum finiens, beatificans, & quietans, quod concomitatur actum charitatis, diligitur Deus. Et licet hoc modo non ſit propriè ratio obiectiua, quia ſequitur actum, eſt tamen aliqualiter ratio obiecti, pro quanto diligitur Deus, in quantum eſt bonum beatificum diligentis, ſicut exempli cauſa. Si poneretur vnum quod eſſet pulcherrimum viſibile ex natura ſui, deniqùe quod illud daret virtutem viſiuam oculo qua videretur, præterea ſi quietaret viſum, in quantum attingitur ab oculo per actum videndi, qui eſt ratio formalis terminandi amorem viſionis, ſi viſus poſſet amare tale obiectum. Prima ratio qua viſus tendit in obiectum, eſt prima ratio talis naturæ, pro eo, quod in tali natura eſt perfectè ratio obiecti adæquari tali potentiæ, quantum poteſt eſſe in aliquo. Secunda eſt quædam ratio alliciens ad amandum, pro quanto communicauit ſe huic, dando potentiam videndi. Tertia eſt ratio concomittans actum, in quo perfectè quietatur viſus, abſolutè igitur prima ratio in viſu, reſpectu amare, ſi poſſet amare, eſſet ratio huius naturæ, deindè quia communicat potentiam videndi, & minimè, & improprijſſimè, ratio eius quod attingitur per actum, nimirum quia quietat actum: ſic in Deo. Conſiderâ igitur quot cauſæ ſint diligendi Deum, quanta ſit ſa-

pientia

Digitized by Google

piĕtua dilectio Dei,& quam ſapiens qui eum diligit quem ſuper omnia diligere debet, quia bonus,quia amat nos ita vt nos participes naturæ ſuæ efficiat,quia denique beatificat nos. Interim ingrauiſſimam illam Theologorum ſpeculationem deſcendamus,nimirum ſi hæc charitas qua diligimus Deum, ſit aliquid creatum,ſi verò eſt aliquis habitus creatus,ſicut eſt fides,& ſpes,an verò increatum quid, & ſuppoſito quod ſit habitus creatus, an eodem habitu diligamus Deum,& diligamur à Deo, ſeu an charitas ſit diſtincta realiter à gratia gratum faciente.

C

Cum autem inquirimus. An charitas ſit aliquid creatū? non loquimur de illa charitate morali,politica,aut ſociali, quam parentibus patriæ,& magiſtris, quilibet exhibere tenetur,quæ dicitur pietas,de qua ſupra in ſermone morali, nec de illa charitate,quam in noſtros contubernales, conſanguineos,notos, exercemus, & dicitur amicitia humana,ſed de charitate ſpirituali,qua amici Dei, & Deo chari efficimur,loquimur. De hac charitate quæritur, an ſit habitus à Deo infuſus,& aliquid creatum, ita quod ſicut fides,& ſpes ſunt habitus creati à Deo infuſi,ita quoquè,& charitas,ſit ſolus charitatis vſus,ſeu actus cum aſſiſtentia charitatis increatæ, ſcilicet Spiritus ſancti? Ratio dubitandi,uis,& nodus difficultatis ex hoc exemplo intelligi poteſt. Comparetur Spiritus ſanctus ſoli. Nam quemadmodum ſol in ſubterraneis meatibus producit mineralia, aurum, argentum, gemmas, lapides pretioſos: ita quoque Spiritus ſanctus producit in anima charitatem, ſeu gratiam,ac alias virtutes. Quemadmodum autem de Sole poſſet quis dubitare,an de ſe immediate producat mineralia, an vero per radium ſeu influentiam luminis: ita eſt difficultas de Spiritu ſancto, qui ſicut ſol illuminat animam rationalem lumine fidei, & ardore charitatis, an ex ſpeciali aſſiſtentia producat actus meritorios, mouendo animā ad operari meritoriè,& hoc immediate, an verò mediante influentia radij, & luminis,quæ ab hoc ſole emanat, mediante, ſcilicet charitate creata habituali. Charitas enim creata ad inſtar influentiæ luminis ſe habet. Magiſter ſententiarum Petrus Lombardus, qui Theologiam ſpeculatiuam ex diuerſis ſanctorum Patrum authoritatibus, & doctrinis in eum ordinem redegit,quem nunc videmus,in 4. libros ſententiarum,quem poſtea doctiſſimi, & ſanctiſſimi viri commentati ſunt, Diuus Thomas, Scotus, & alij plurimi. Hic vir adeò excellens,exiſtimauit non eſſe, charitatem creatam habitualem ponendam, ſed ſolam actualem, & vſum charitatis cum charitate increata. ſcilicet Spiritu ſancto. Ex qua occaſione auſi ſunt aliqui errores impiorum hominum attribuere Magiſtro ſententiarum,præcipuè pelagij, ſed immeritò vt infra videbitur. Neque id errori attribuendum eſt,quod eam ſecutus fuerit ſententiam,cuius oppoſitum nunc determinatum eſt, quia ante determinationem licitum erat, hanc vel illam eligere opinionem,quia tunc non fuit de fide. Itaque ante determinationem concilij,licitum fuit exiſtimare, vt docebat Magiſter,actualem dilectionem qua diligimus Deum,vel proximum meritorie, eſſe immediatum Spiritus ſancti effectum,ſic animam fidelem inhabitantis,qui planè effectus totius eſt Trinitatis,Spiritui tamen ſancto proprius, quia eſt opus clementiæ,& bonitatis,quæ Spiritui ſancto appropriantur. Atquè ita ſecundum aliquos. Magiſter ſententiarum putabat quod charitas habitualis non ſit neceſſaria,ſed dilectio Dei ſit actualis effectus Spiritus ſancti,neque in charitate poſuit, ſicut in ſpe, & fide,habitum infuſum.

In 1. diſt. 17.
Petrus Lomb.
D. Tho.
Scot.

Non rectè tamen quidem ex hoc inferre voluerunt, Magiſtrum ſenſiſſe actum dilectionis elicitum, eſſe Spiritum ſanctum, & ex puris naturalibus nos mereri poſſe, & vlterius,Spiritum ſanctum, & ex puris naturalibus nos mereri poſſe,& vlterius,Spiritum ſanctum in noſtrā animam infuſum,rationem ſuppoſiti aſſumere. Nam quoad primum. Cum expreſsè Magiſter doceat, actum dilectionis quo diligimus Deum,vel proximum meritoriè eſſe effectum Spiritus ſancti,& effectiue à Spiritu ſancto produci,mouente animam ad actus meritorios,quomodo ſecundum illum iſte actus dilectionis erit ipſe Spiritus ſanctus. Quod verò ei ſecundo loco imponunt,nimirum nos ex puris naturalibus mereri poſſe, hoc nunquam Magiſter docuit,ſed eſt dogma perniciosum Pelagij,qui ponit ex puris naturalibus,poſſe hominem acquirere vitam æternā. iſta autem poſitio,totum ponit à parte Dei. Itaq; valde durum videtur,imponere Magiſtro quod fuerit Pelagianus,namque ex his quæ Magiſter docet,id rectè non infertur, licet enim poſuerit actum meritorium potiſſimum proficiſci à Spiritu ſancto,qui animam humanā mouet ad actus meritorios exercendos,non tamen inde ſequitur, quod meritū ex puris naturalibus proficiſcatur,immò oppoſitum ſequitur,quia eſt à Spiritu ſancto,& ideo non ex puris naturalibus. Deniq; nunquam exiſtimauit Magiſter Spiritum ſanctum aſſumere noſtrā animam in vnitatem ſuppoſiti,vt ſit principium immediatum actus meritorij, ſed ſufficit eius acceptatio,& motio, vt ſit principium meriti. Non eſt igitur exiſtimandum,in his erroribus Magiſtrum ſententiarum fuiſſe,vt ei ab iſtis imponitur: ideo ſententia illius,ſecundum quam non poſuit charitatem creatam habitualem,ſed ſolum actualem,ſiuè vſum charitatis,cum charitate increata,ſcilicet Spiritu S. aliter ab alijs explicatur. Nā Scotus ſentit, quod ſolum aſſeruit Magiſter ſententiarum, quod Spiritus ſanctus non mouet ad diligendum Deum per ſpecialem habitum,ſicut mouet per ſpecialem habitū ad actiones fidei, & ſpei, ſed per illum per quem Spiritus ſanctus habitat in homine nempè gratiam. Quod ſi ſic intelligatur ſententia eius,ſecura eſt,ſed ſi omnino negat habitum charitatis,ſic his temporibus non probatur, nec à Theologis recipitur immo penè ab omnibus relinquitur, nam clementina de ſumma Trinit. & de fide catholica ſic ait. quantum ad effectum baptiſmi in paruulis (inquit) reperiuntur quidam Doctores Theologi,opiniones contrarias habuiſſe,quibuſdam ex ipſis dicentibus,per virtutem quidem baptiſmi paruulis culpam remitti, ſed gratiā non conferri, Alijs aſſerentibus è contra, quod & culpa ipſis in baptiſmo remittatur,& virtutes ac informans gratia quoad habitum,& ſi non pro illo tempore,quoad vſum,infundantur. Nos attendentes efficaciam generalem mortis Chriſti,quæ per baptiſmum applicatur omnibus baptizatis, opinionem ſecundam, quæ dicit, tam paruulis, quam adultis, conferri in baptiſmo formalem gratiam & virtutem,tanquam probabiliorem,ex dictis Sanctorum ſententijſque Doctorum Theologorum modernorum,magis cōſonam,& conformem ſacro approbante concilio duximus eligendam,hæc ibi.

In 5. diſt. 43.

D

Ex quo perſpicuum eſt charitatem creatam informantem per baptiſmum conferri baptizatis,quod profectò nō competit Spiritui ſancto,ob ſummam diuinæ eſſentiæ ſimplicitatem. Idem poſtea,in concilio Vienenſi dictum eſt. Charitatem ſcilicet eſſe qualitatem creatam, animam informantem,eamque reddentem Deo gratam, & acceptā. Noſtris quoque temporibus in concilio Tridentino vltimate decretum eſt,ex cuius doctrina habemus. Nos renaſci ex Deo,& transferri in ſtatum filiorum Dei, cum accipimus gratiam,qua iuſti efficimur,nobis inhærentem, vt conſtat ex concilio Tridentino, & licet ad iuſtificationem noſtram pertineat charitas increata, qua effectiuè atq; è exemplariter Deum,& proximum diligimus meritoriè,effectiuè (inquam) propterea, quod Spiritus ſanctus operetur in nobis habitum, & motum charitatis; exemplariter autem quoniam ſicut Spiritus ſanctus dicitur nexus Patris & Filij,ſic charitas creata nos nectit Deo adinuicem,iuxta illud Ioannis. *Vt ſint vnum ſicut & nos ſumus vnum.* Præter hanc tamen charitatem increatam,charitas creata requiritur,quæ eſt habitus ſupernaturaliter infuſus, & creatus, animæ inhærens,ac ipſam informans,qua formaliter Deū diligimus,& diligimur à Deo; vnde ſicut nihil eſt album, niſi per albedinem formaliter inhærentem, & informantem,ſic anima non eſt Deo chara & accepta formaliter, niſi per charitatem creatam,eidem inhærentem formaliter,eamque Deo gratificantem. Præter Concilia ſuperius relata, hæc opinio authoritatibus ſacræ ſcripturæ eſt conformior. Sic .n. diuus Paulus ait. *Charitas nunquam excidit.* Vtique charitas creata,quia de charitate increata hoc affirmare non erat opus. Idem ad Romanos ſcribens ait. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum.*

Seſſ. 6. de orato. de iuſt. c. 3. & 4.

cap. 17. v. 12.

1 Cor. 13 v 8.

Ad Ro. 5. v. 5.

Digitized by Google

In 4.d.17 *Illum*, &c. Atque equidem quod de charitate dictum eſt, hoc de gratia intelligi debet, quod ſimiliter & gratia ſit aliquid creatum in anima, per Scotum.

Sed ſciendum eſt, quod (ſicut colligi poteſt ex dictis ſanctorum) gratia ſolet accipi tripliciter vltra gratiam increatã. Primo cõmuniſſime pro quolibet dono nobis collato à Deo, & hoc modo etiã dona naturę, vt ingeniũ, mentis perſpicacitas &c. dicũtur gratiæ, & generaliter quidquid boni habemus, vt ẽt aſſerit Paulus. *Quid habes quod non accepiſti?* quaſi diceret, omnia habes à Deo bona, deinde dicitur gratia communiter quodlibet donum naturæ ſuperadditum ſeu ſupernaturale, ſicut dicit Apoſtolus. *Diuiſione gratiarum ſunt*, vt nominat Prophetiam, fidem, & conſimilia ſic auxilia ad aliquod opus ſupernaturale exercendum, dicuntur gratia. Atque ijs duobus modis dicitur gratia gratis data. Tertio dicitur gratia propriè, & hæc dicitur gratia gratum faciens. quæ ſic definitur à Magiſtro. gratia eſt forma à Deo nobis gratis data, ſinè meritis, gratum Deo faciens habentem, & eius opus bonum reddens. Et quoniam habitus ſupernaturalis, diuiditur in habitum qui eſt principium operandi, & in habitum qui dat eſſe per modum naturalem ordine ſupernaturali, ideò etiam gratia ſumpta pro habitus ſupernaturali, habet hæc duo ſignificata, & in vna acceptione dicitur gratia, in altera charitas. Hanc ergo gratiam dicimus eſſe formam creatam, quæ facit hominem Deo gratum, & dignum vita æterna. Ratio eſt ex Scoto. Quia omne prius indignum vita æterna poſtea dignũ, aliquid de nouo habet, quod prius non habuit, ſed peccator prius erat vita æterna indignus, habita autem gratia eſt dignus, igitur gratia eſt aliquid creatum, non enim poteſt fieri mutatio in Deo acceptante oportet igitur quod fiat in acceptato. Præterea neceſſe eſt eum qui prius erat iniuſtus, dum efficitur iuſtus aliquid habere de nouo formaliter, illudque eſt gratia iuſtificatiua. Non eſt tamen intelligendum, quod gratia creata vt ſimpliciter neceſſaria ad conſequendam vitam æternam, ſed ſolum de potentia Dei ordinata. Cum enim gratia ſit aliquid abſolutum, diſtinctum realiter ab homine acceptato, non videtur omnino mediante gratia requiri vt acceptetur. Ex his intelligi poteſt, qualiter charitas & gratia gratum faciens ſint habitus creati, immò idem realiter habitus ſola ratione diſtinctus. Nam gratia quatenus nos facit gratos Deo, dicitur gratia, quatenus verò pronos & faciles nos reddit ad diligendum Deum, charitas appellatur qua Deus nobis eſt charus, quatenus eſt principium operandi eſt charitas, quatenus dat eſſe per modum naturæ in ordine ſupernaturali dicitur gratia, eſtque vnus & idem habitus realiter ſecundum Scotum, diuiſus in diuerſas rationes vel formalitate idem tamen ſecundum rem, de hoc tamen multum diſputant Thelogi. Et imprimis iuxta ſuperius dicta de mente Magiſtri ſententiarum dicẽdum videtur, quod eadem eſt dilectio qua nos Deus diligit, & qua Deum diligimus, Spiritus Sanctus ſcilicet, alio tamen, atque alio modo. Nam Deus nos diligit, quia Spiritum Sanctum ad nos miſit, vt per ipſum in Deum accederemus, nos aũt Deum per ipſum diligimus, in quantum ſuper omnia per ipſum ferimur in Deum. Præterea ſicut Spiritus Sanctus eſt dilectionis vinculum Patris, & Filij: ſic in nobis eſt vinculum nectens mentẽ noſtram ad Deum & proximum diligendum. Hoc ſi intelligatur fieri per habitũ charitatis, ita quod charitas ſit habitus à Spiritu Sancto, & tota Trinitate productus, qui ſit propriè effectus totius Trinitatis, & appropriatè Spiritus Sancti, & tali habitu charitatis fiat ille nexus, talis doctrina eſt ſecura. Sed ſi quis dicat quod illa charitas eſt Spiritus Sanctus, ſic eſt contra concilia. Eſt quidem Spiritus Sanctus nexus Patris & Filij, & ideò eſt charitas notionalis ſeu perſonalis, ſicut Deus dicitur charitas eſſentialis, & etiam nexus hominum cum Deo, ſed aliter, quia ibi eſt perſonarum nexus per ſe, hic autem per habitum charitatis.

1. Cor. 4. v. 7.

E

F Sed poſita nunc à parte opinione Magiſtri ſententiarũ, Theologi inter ſe diſceptant de diſtinctione charitatis à gratia, & concedit difficultas cum eo quod communiter quæritur. An eodem habitu diligamur à Deo & diligamus Deum? nam tunc Deus diligit hominem, cum ei infundit gratiam, cum acceptat hominem acceptatione efficaci ad vitam æternam: notanter dico acceptatione efficaci, quia acceptatio Diuina partim eſt ſimplicis complacentiæ, & hæc euenit reſpectu omnis poſſibilis ac creabilis: partim eſt acceptatio efficax, qua rẽ ita vult eſſe vt ponat in effectu: partim eſt acceptatio qua Deus ordinat vnũ bonum ad aliud, vt meritum ad præmium. Hæc rurſus acceptatio altera eſt ſecũdum quid, ſeu de congruo, altera ſimpliciter, quæ tunc accidit, quando per infuſam à Deo charitatem, ex æterna diſpoſitione Diuina, eſt quis dignus vita æterna, & acceptatur à Deo vt talis, tunc ergo Deus amat & diligit hominem cum acceptatione efficaci, & ſimpliciter acceptat, ſiuè bona opera hominis, quæ ex amore Dei procedunt, ſiuè ipſum amorem in Deum, cuius cauſa diſpoſitiua eſt gratia gratum faciens. Tunc autem homo amat Deum, quando homo habet Deum charum, tunc enim dilectio ſeu charitas terminatur ad Deum. Cum ergo quærimus an eodem habitu diligat nos Deus, & nos diligamus Deum? Tunc quoque inquirimus an charitas, & gratia diſtinguantur? quia vt dixi Deus nos amat per gratiam quam infundit animæ, nos verò amamus Deum per charitatem qua nobis eſt charus. Si ergo gratia & charitas ſunt vnus & idem habitus, diuerſa habens nomina & officia, tunc iam rectè ſequitur quod eodem habitu diligamus Deum, & diligamur ab eo, qui diuerſa habet nomina, quia vocatur gratia, pro quanto Deus amat nos gratiam infundendo, vocatur verò charitas pro quanto nobis eſt principium amandi Deũ. Et hæc eſt ſententia verior, quod gratia & charitas nõ ſint duæ formæ abſolutæ, ſed eſt idem abſolutum in anima, per quod homo diligitur, atque acceptatur à Deo ad beatitudinem, in quo duntaxat abſoluto, alia & alia ratio eſt, in quantum reſpicit Deum vt dilectum, & inquantum reſpicit ipſum vt diligentem. Atque hinc vna ratio competit ſibi in quantum eſt perfectio ſimpliciter, alia verò vt eſt perfectio limitata, idque appropriatè. Item ſecundum primũ eſt charitas, & ſecundum aliam dicitur gratia. Vnde omnis gratia eſt charitas, ſed nõ omnis charitas eſt gratia ita Scotus. In 2.d.27 Ratio eſt quia omnis forma actiua, quę alicuius operationis eſt principium, quo & formale dat eſſe agenti principali, prius quam exeat in operationem: ſicut calor qui calefactionis eſt principium, prius conſtituit ignem in eſſe calidi, quam ignis per eum agat & operetur, quod non alia de cauſa accidit, niſi quia actus ſecundus neceſſario prǽſupponat primum actum, ſeu (quod idem eſt) agere neceſſario ſupponit eſſe ergo operatio ab agente egrediens, neceſſario ſupponit agens conſtitutum in actu primo, per principium illius actionis formatæ. Ex quo infero, eandem formam quæ actionis eſt principium, duo munera ſubire, alterum eſt dare eſſe agenti, alterum vero actionis ſibi congruentis eſſe principium, Quo circa ſuperuacaneũ eſt, vt ab alia forma conſtituatur agens in actu primo, & ab alio egrediatur actio, ſed vtrumque ab eodem principio eſſe poteſt: veluti patet in exemplo allegato de calore, qui & conſtituit ignem in eſſe calidi, & calefactionis eſt principium.

G Ex his ſatis colligi poteſt, non eſſe penitus neceſſarium, vt homo in ſupernaturali eſſe conſtituatur per formam aliam ab ea, quæ operationis eſt principium, atque ita non eſt neceſsè gratiam, eſſe alium habitum à charitate, quidquid dicant, qui aliam opinionem ſequuntur. Hoc nobiliſſimo habitu charitatis mouetur voluntas à Deo ad diligendum Deum, & proximum, faciendo illam de non potente diligere Deum, potentem, non illa motione, qua mouetur corpus ab exteriori mouente, quia hoc eſſet contra rationem voluntarij, cuius principium operatiuum debet eſſe in ipſo volente, nec à Deo ſuppleri poteſt, licet principium productiuum poſſit ſuppleri, nec etiam mouetur tanquam inſtrumentum motum ab alio, quia non poteſt dici, quod ſic moueat Spiritus Sanctus voluntatem, ſicut mouet inſtrumentum, quia licet in illo ſit principium actus, non tamen eſt in illo agere & non agere, quia ſic tolleretur ratio voluntarij, & meriti. Sed mouetur à Spiritu Sancto ad diligendum Deum ſic quod etiam ipſa voluntas ſit efficiens, cum habitu charitatis dilectionis Dei. Hoc habitu homines fiunt conſortes & participes diuinę naturæ. Sed quo modo id fieri poteſt, quomodo gratia aut charitas cum ſit

Cũ à ſolo Deo producatur nõ deſtruitur niſi per peccatum an verò phyſicè, vel moraliter vide Man. fol. 263.

habitus

habitus limitatus, & perfectio creata, poteſt participare
naturam diuinam illimitatam,& infinitam? Verbum par
ticipare,videtur deriuari ab eo quod eſt partem capere, ſic
participant naturam diuinam illa quæ habent aliqua per-
fectionem formaliter,quæ in Deo eſt eminenter, ſed hoc
modo non ſolum homo,ſed,& inanimata, & ſolo ſenſu
prædita,participant eſſe diuinum; participant etiam natu
ram diuinam & omni potentiam Dei, illa quæ ſunt effe-
ctus Dei, quia effectus virtualiter, & eſſe omnipotentiam
Dei quod in Deo eſt formaliter, ſed talis participatio etiã
albedini conuenit, quia albedo habet formaliter eſſe al-
bedinis,quod in Deo eſt eminenter,altiorem,& perfectio
rem participationem quærimus, nam vlterius quæritur.
Aut homo per gratiam participat naturam diuinam quia
illam repreſentat, & hoc vel formaliter,ſicut imago Cæſa
ris formaliter repreſentat Cæſarem,quia eſt formaliter ip-
ſum obiectum repreſentatum, non ſecundum modum eſ-
ſendi,quem habet in ſe ipſo. ſed ſecundum modum eſſen-
di repreſentatiuum,vel virtualiter,ſicut effectus repreſen-
tat cauſam,ſemen repreſentat arborem, granum repreſen
tat triticum.Aut certè participat naturam diuinam, quia
eſt ipſa natura diuina quantum ad id,quod ex ipſa dicitur
participari,omnia hæc ſunt difficilia & quodammodo im-
perceptibilia. Certum eſt poſſe creaturam participare lu-
men diuini intellectus,& ideo lumen gloriæ beatorum,di
citur lumen diuinum participatum. Poteſt quoque partici
pare diuinam Sapientiam. Poteſt participare diuinæ volũ
tatis bonitatem,pro quanto iſtæ perfectiones creatæ ſunt
perfectiones ſimpliciter ſimplices,ſeu quod idem eſt remo
tis imperfectionibus limitationis, participationis, & acci-
dentalitatis.Et hoc modo dicere poſſumus creaturam poſ
ſe participare naturam diuinam, & ſanctificationem per
gratiam iuſtificantem,ita vt gratia iuſtificans, ſit formali-
ter natura diuina participata,non ſecundum modum na-
turæ diuinæ qui eſt in ipſa,quia ſic eſt infinita, & impatti-
cipabilis,ſed ſecundum quod diuina natura dicitur partici
patiuam quemadmodum poteſt noſtro modo intelligen-
di creatura participare diuinas operationes,vt intelligere,
& velle,diuinas potentias,vt intellectum,& voluntatem,
diuinas proprietates,vt ſapientiam,& bonitatem, ita quo-
que poteſt participare diuinam naturam,vt radicem, &
fundamentum reliquorum. Sicut autem intellectum par-
ticipat per lumen,voluntatem,volitionem, & intellectio-
nem per intelligere & velle,ita quoque participat naturã
diuinam per gratiam iuſtificantem,quia ſicut natura diui-
na noſtro modo intelligendi præſupponitur, proprietati-
bus,potentijs & actibus ſecundis,ita gratia præſupponitur
operationi in ordine ſupernaturali.
1.Cor.15 Sed vnde hoc gratiæ diuinæ?vt ſit participatio Dei?an ex
v.10. eo,quia eſt ipſum eſſe per eſſentiam ac independens, &
dat eſſe per eſſentiam, ſicut inquit Diuus Paulus, *gra-*
tia Dei ſum id quod ſum, vbi geminatio illa verbi ſum, vi-
Exod. 3. detur ſimilis illi,qua Deus vſus eſt in Exodo. *Ego ſum qui*
v.14. *ſum*. Ac proindè ſicut Deus ſignificauit ſuum eſſe per eſſen
tiam,illa geminatione verbi ſum,ita D. Paulus ſignifica-
uit eſſe ſuum,per eſſentiam,nõ natura ſua,ſed virtute gra-
tiæ.an verò ex eo quia eſt plenitudo eſſendi,an denique ex
eo,quia eſt abyſſus,& pelagus omnium perfectionum, nã
ſacra ſcriptura videtur hæc omnia attribuere gratiæ,& eſ-
ſe abſolute, & plenitudinem eſſendi, & quod ſit pelagus
omnium perfectionum. Nam in primis hanc ob cauſam
iuſti qui habent gratiam Dei,dicuntur eſſe ſimpliciter, vt
D. Baſil. ad Epheſios,vbi nos legimus. *Sancti qui ſunt Epheſi*. Baſi-
lius legit ſanctis qui ſunt, detracta voce Epheſi, qua ver-
Ad Eph. bum,ſunt,determinatur,& reſtringitur, vt non ſignificet
1,v.1. eſſe ſimpliciter,ſed eſſe in tali loco. Et addit Baſilius,ita an
Baſilius. te ipſum antiquos expoſitores legiſſe,& ita habere in vetu
lib.2.con ſtioribus.codicib. Et ad Galatas vbi nos legimus, *qui ſunt*
tra euno *Christi carnem ſuam crucifixerũt*. Hieron. legit. *Qui ſunt, car*
micum. *nem ſuam crucifixerunt*.quaſi pro eodem reputet eſſe Chri-
Hieron. ſti,ſiue eſſe iuſtos,& eſſe ſimpliciter, & ſine addito. Et op-
Galat. 5. poſita ratione peccatores ſcilicet,quia carent Dei gratia,di
v.24. cuntur ſimpliciter non eſſe,aut eſſe nihil. Vnde illud Ab-
Hieron. diæ, *Et erunt quaſi non ſint*. Et Heſter. *ne tradas Domine ſce*
Abdias. *ptrum tuum his qui non ſunt*. Et ad Corinthios. *Charitatem*
autem non habuero nihil ſum. Hanc etiam ob cauſam tribui vnic.v.16
tur gratiæ,nomen gloriæ,ad Romanos. *Omnes peccauerũt,* Heſt. 14.
& egent gloria Dei Vbi nomine gloriæ,aperte ſignificatur v.11.
gratia, quoniam ea indigent,qui peccarunt, vt emunden- 1.Corin.
tur à peccatis. Et ad Corinthios.*gloria noſtra hæc eſt, teſti-* 13.v.2.
monium conſcientia noſtra, hoc eſt totum eſſe quod habe- Rom. 3.
mus per gratiam,conſiſtit in teſtimonio bonæ conſcientiæ. v.23.
& pſalmo, *vt cantet tibi gloria mea*, id eſt totum eſſe quod 2. Cor. 1.
habeo per gratiam, gloria autem ſignificat plenitudinem v.12.
eſſendi,& totum eſſe. ſicut dixit Ioſeph fratribus ſuis. *An-* Pſal. 29.
nunciate hoc patri meo, vniuerſam gloriam meam, ideſt me v.13.
habere totum eſſe, & ſummam authoritatẽ in Aegypto. Gen. 45.
Et Ioachim ſummus Pontifex dicit ad Iudith. *Tu gloria* v.13.
Hieruſalem,ideſt totum eſſe,& Iob *ſpoliauit me gloria mea*, Iudith.
ideſt abſtulit à me totum meum eſſe. Et ita Paulus ad He 15.v.10.
bræos,vt ſignificaret filium Dei accipere à Patre ipſam ple Iob.19.
nitudinem eſſendi dixit. *Qui cum ſit ſplendor gloria*, ideſt to v.9.
tius eſſe,& plenitudinis eſſendi. Hanc ob cauſam dicitur Hebr. 1.
gratia Regnum Dei. *Ecce Regnum Dei intra vos eſt*, id eſt, v.3.
gratia quæ appellatur Regnum Dei,vnde Matthæi. *Pri-* Luc. 11.
mum quærite regnum Dei, id eſt gratiam iuſtificantem, vt v. 21.
explicatur verbis ſequentibus,& iuſtitiam eius. Et Lucæ. Math. 6
Peruenit in vos Regnum Dei. Et ad Theſſalonicenſes, *qui* v.33.
vos vocauit in ſuum Regnum & gloriam, id eſt ad gratiam Luc.11.
quæ eſt regnum Dei,& quod Paulus dixit ad Coloſſenſes, v.21.
qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum,& tranſtulit in Regnũ 1. Theſ.
Filij dilectionis ſuæ. Concilium Trident. explicat de iuſti- 2.v.12.
ficatione,per quam impius transfertur de ſtatu peccati, in Coloſ. 1.
ſtatum gratiæ,& adoptionis filiorum Dei. Porrò Regnum v.13.
Dei in ſacra ſcriptura, non ſolum ſignificat plenitudinem Concilio
eſſendi, & totum eſſe,ſed cum celſitudine, & eminentia Trident.
quaſi Regia. Sicut enim Rex in ſuo Regno omnibus præe ſeſſ.6.de-
minet, & omnes excedit,& ideo habet dignitatem,& cel- creto de
ſitudinem reſpectu totius eſſe regni, ita & Regnum: qui iuſtifica-
ergo habet gratiam Dei reſpectu totius eſſe, eſt Rex, & tione.ca.
Regnum,non ſolum habet totum eſſe, ſed cum celſitudi- 30.& 4.
ne & eminentia,non natura ſua, ſed participatione diuini
eſſe,ſecundum celſitudinem independentiæ, illimitatio-
nis &c. Hanc etiam ob cauſam gratia Dei vocatur ſemen
Dei. Sic D. Petrus. *Renati non ex ſemine corruptibili,ſed incor* 1. Petr.1.
ruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum, & v.21.
D. Ioannes. *Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit*, 1.Ioan. 3
quoniam ſemen ipſius in eo manet. Semen autem conti- v. 9.
net totam perfectionem ſaltem incomplete, & imperfe-
cte eius cuius eſt ſemen. Itaque,& gratia Dei continet to-
tum eſſe Dei,ſaltem incomplete,imperfecte,& per parti-
cipationem. Denique hanc ob cauſam tribuit gratiæ Dei
ſacra ſcriptura quaſdam proprietates quæ ſoli Deo conue-
niunt,eſſe immutabilem,indefectibilem, & æternam, &
dare nobis eſſe inuariabile,indefectibile,& ſtabile. Sic ad
Romanos dicitur *Gratia Dei vita æterna*. quod D. Paulus Rom. 6.
didicit à Chriſto,qui gratiam Dei fontem vitæ æternæ ap- v.23.
pellauit,àqua quam ego *dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis* Ioan.4.
in vitam æternam. vita æterna eſt indefectibilis, & inuaria v.14.
bilis, igitur & fons atque radix vitæ æternæ,qui eſt gratia
Dei. Propter hoc etiam gratia Dei dicitur diffuſa in cordi-
bus,& ſcripta in cordibus,vt innueretur eius ſtabilitas, &
indefectibilitas,quia niſi ſubiectum deficeret,vel demere-
retur,gratia nunquam deficeret. *dabo legem meam* (inquit Ier.31.v.
Hieremias) *in viſceribus eorum*,& Euangelica, quæ princi- 33.
paliter conſiſtit in ſpiritu gratiæ diffuſo in corde humano,
& dicit hanc legem, quæ eſt diuina gratia eſſe inſcriben-
dam cordibus fidelium,ad denotandum vt Auguſtinus in Aug. ſu-
quit eius ſtabilitatem,& indefectibilitatem. per.
Quod ſi alicui nimis difficile videtur, gratiam diuinam Pſal. 44.
eſſe participationem Dei, ſecundum eſſe infinitum & im
participatum,eſſe enim illimitatum, & infinitum eſt pro-
prium Deo,nec alicui rei creatæ competere poteſt, dicere
poterit gratiam Dei eſſe naturæ diuinæ participationem,
& conſortem, quia eſt participatio intellectualitatis diui-
næ,& vitæ intellectualis, per modum naturæ: nam alius
eſt gradus intellectualitatis humanæ, alius & perfectior
intellectualitatis Angelicæ, alius altiſſimus & perfectiſſi-
mus intellectualitatis diuinæ,qui excedit omnem intelle-
ctualitatem creatam,& creabilem, & ex parte obiecti.ſcili
cet

Digitized by Google

cet diuinæ eſſentiæ, & ex parte efficaciæ, quia intelligit infinitum & infinitè. Hanc ergo intellectualitatem participat homo per gratiam Dei, & conſequenter vitam, quia proportionaliter ad gradus intellectualitatis, & luminis eſt, ſicut in hominibus & Angelis, ita & in Deo vita. Sed quomodo ex hoc ſequitur quod ſimus conſortes diuinæ naturæ? ſequitur benè, quia ſumus conſortes diuinæ intellectualitatis, & vitę, gratia Dei per modum naturæ, quę eſt radix & fundamentum aliarum participationum, ſicut natura eſt fundamentum potentiarum, intellectus, voluntatis &c. proprietatum & operationum, ita gratia Dei eſt fundamentum potentiarum meritoriè operantium virtutum infuſarum, & operationum ſecundum virtutes, quia illa eſt quæ nos facit dignos, & dat eſſe per modum naturæ in ordine ſupernaturali: ideo ex ratione propria eſt participatio per modum naturę, quia eſt participatio radicalis, & fundamentalis, quæ ſunt proprietates naturæ. Et quoq; participatio per modum naturæ, quia participat & eſt ratio participandi, prout natura diuina noſtro modo intelligendi concipitur, vt radix & fundamentum perfectionum diuinarum, quamuis in Deo omnia ſint realiter, præter diuinas perſonas. Exemplum eſt lumen naturale, dicitur lumen vultus Dei, & ideo eſt participatio luminis diuini, & poteſt dici participatio per modum naturæ, quia eſt fundamentum, & radix aliarum participationum, quę conſequũtur lumen naturale, ſcilicet per virtutes acquiſitas, & hoc in ordine naturæ. Idem ergo dicendum eſt de gratia in ordine ſupernaturali, & ex his iam intelligitur, quantus theſaurus ſit gratia Dei, quantum damnum patiuntur hi qui gratiam, dilectionem, & charitatem Dei, quantum damnum patiuntur hi qui gratiam, dilectionem, & charitatem Dei amittunt, quæ non ſolum facit hominem diuitẽ, & omnibus rebus abundantem, ſed filium Dei renatum ex Deo, qui non ex ſanguinibus, &c. hæredem Regni & gloriæ Dei, iudicem hominum, & Angelorum, ſpectaculũ mundo, Angelis, & hominibus, ac deniquè ipſum quaſi Deum participatum, vt vel ſolo D. Pauli exemplo inſtruimur, qui omnia hæc ſibi ex gratia Dei proueniſſe affirmabat. ſicut Reges & Pontifices, dignitates quas habent, ex gratia Dei, ſibi prouenire fatentur. Quanta igitur diligentia nobis adhibenda eſt, vt gratiam Dei acquiramus, & conſeruemus, per hanc diligimus Deum, & diligimur à Deo, per hanc enim filij Dei nominamur & ſumus, quam nobis tribuat per merita ſua Ieſus Chriſtus &c. Qui viuit & Regnat cum Deo Patre in ſæcula ſæculorum Amen.

INSTITVTIO LITERALIS

Dominicæ Pentecoſtes.

Ioan. 14. v. 23. A *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus, diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

Prou. 7. v. 5. *Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi.*

SVſcipienda, cuſtodienda, & in cordis penetralibus recondenda præcepta Dei, ſuadet Spiritus ſanctus per Salomonem: quorum primũ requirit docilitatem, ſecundum laborem, & tertium cautellam: ſermones enim Dei ſeu doctrina Chriſti abſque difficultate recipiẽda eſt, quod cor docile, & aurem accommodam requirit, ad ſimilitudinem telluris, quæ iactum ſemen excipit, & abſcondit, & ſic demum germinandi cum illi præſtat; & ſanè docilis diſcipulus, nihil diſſidet à tellure crebris ora-
Petrar. Dia. 41. tionibus mollita, & ad recipiendum ſemen præparata. Vnde meritò Petrarcha loquens cum Magiſtro, cui adeſt indocilis, & prædurus auditor, ſic ait. *Terra arida colonus es, ſolue boues, quid te torques?* ſicut autem receptio præceptorum Dei requirit docilitatem: ita cuſtodia ſeu executio, & adimpletio requirit laborem. De ſapientia temporali La-
Laer. li. 6 cap. 6. ertius Metrocles, dicebat, res alias enim pecunia, vtporè domum, agrum, veſtem, & ſimilia, diſciplinas autem emi tempore, & labore: ſed longe melius id de vera ſapientia, quæ in cuſtodia & adimpletione mandatorum Dei conſiſtit, dici poteſt, quoniam præcepta Dei ſunt precioſiſſima, & cum magna cautella ſeruanda ſunt. Contingit aliquando, quod ea quæ nobis chariſſima ſunt, & eſſe precioſiſſima reputamus, nec ipſi quidem arcæ concredimus, ſed ea propter maiorẽ ſecuritatem nobiſcum geſtamus, vt ea ratione melius aſſeruentur. Ad hunc modum ſeruãda, & cuſtodienda eſſent præcepta Dei. hoc vult cum monet Sapiẽs ad hunc modum inquiens: Præcepta mea reconde tibi, id eſt penes te reconde, ſecreto hoc eſt in latibulo abſconde.

Tria in homine latibula ſunt in quibus precioſa quæq; aſſeruari poſſunt, vt inquit Euſebius Emiſſenus agens de theſauro abſcondito his verbis, hunc autem theſaurum il- Euſeb. Emiſſ. c. 13
le abſcondit, qui mente retinet, corde diligit, & eius nunquam obliuiſcitur: illud enim abſcondimus quod charum Matth.
habemus, & amittere timemus, vbi tria in homine inter- agens de
na & arcana loca enumerat, in quibus omnia precioſa re- Theſſa.
ponenda ſunt, nempè intellectum voluntatem atquè me- abſcondi
moriam. Hoc intendere videbatur. Licurgus Legislator to.
Lacedæmoniorum, qui noluit leges, & inſtituta Reipubli- Licurg.
cæ ſcribi in charta, aut libris, ſed in memoria. Iudicabat tom. 1.
nimirũ nihil eſſe precioſius & carius legibus, ideo voluit, vt eas quilibet reconderet cautè, & tanquam in archiuo memoriæ ſeruaret, ceu regulam, & perpendiculum actionum ſuarum. Rectè ergo Salomon ſuadet præcepta Dei ſuſcipienda, cuſtodienda, & in ſecretiori habitaculo mentis recondenda. Sed maius quid videtur à nobis requirere Deus per Moyſen (cum inquit) *Diliges dominum Deum tuũ ex tota anima tua, ex totis viribus tuis, & ex omni mente tua.* Deut. 6.
Vbi præter ſuperius dicta, nempè quod præcepta ſuſcipiãtur, & cuſtodiantur proſecutione, & executione, atq; in memoria habeantur, videtur poſtulare perfectam intentionem: Nam cor intentionem bonam ſignificat, anima volũtatem, mens intellectum, & memoriam, vires executiuam facultatem, vt contemplatus eſt D. Auguſtinus. Itaq; quin- Auguſt.
que omnino res ad ſeruandum primum præceptum poſtulauit Moyſes. Intellectum ſcilicet, memoriam, voluntatẽ, bonam intentionem, & executionem efficacem. Intellectum, vt calleat, memoriam, vt retineat, voluntatem, vt proſequatur, bonam intentionem vt dirigat, ac demum executionem vt perficiat legem, quæ identidem ad perficienda mandata alia requiruntur, tanquam quinque legis, ſeruãdæ inſtrumenta, interque non poſtrema eſt intentio: nam multiplex poteſt eſſe intentio, ſeruandæ legis, & ſermonũ, atquè præceptorum Dei. Sicut etiam multiplex poteſt eſſe cauſa implendi præcepta diuina, ſed præcipue triplex illa habetur, nimirum propter deſiderium præmij, timorem pęnæ, & ob meram dilectionem Dei. Prima intentio eſt mercenaria, ſecunda ſeruilis, tertia filialis: & hæc omnium perfectiſſima cenſetur, quæ cum adeſt cæteras euacuat. Augu. in
Oſtendit hoc peregregia S. Auguſtin. ſimilitudine ſumpta 1. Ioan 4.
ab officinis mechanicis. Quando inquit aliquid ſuitur, ſeta Num. 18
vel acus prius intrat, ſed niſi exeat non ſuccedit linum; ſic timor, primo occupat mentem: non tamen ibi remanet,

quia

Digitized by Google

quia illuc intrauit, vt induceret charitatem.

Aliter etiam vtitur ſimilitudine Architecti, qui teſtudinem aut fornicem conſtruere volens, formam aliquam ex ligno, vel aliqua alia materia ſupponit, quæ vbi moles illa coaluit, ex obdurruit, ſtatim deijcitur, ad eundem modum intentio diligendi Deum ex timore, vel mercede deijcitur tanquam imperfecta, tanquam forma quæ ſubſternitur charitati, & ſuccedit intentio adimplendi præcepta ex mera dilectione Dei: ideo Chriſtus Dominus nullam fecit mē-
B tionem ſeruandi præcepta ex timore in hodierno Euangelio, ſed ex amore, & dilectione: non enim dicit, ſi quis timet, ad eum veniemus, ſed ſi quis diligit, & ex dilectione
Bernard. ſermones ſeruat ad eum veniemus. Duobus inquit Bernardus pedibus intrat Deus in cor hominis, dextro & ſiniſtro, timore & amore; pes ſiniſter eſt timor, dexter verò eſt amor. Cū quis ingreditur in hypocauſtum pede ſiniſtro, non ingreditur totus, ſic Deus dum ingreditur per timorem in animam ſuſcipientis eum, ingreditur pede ſiniſtro, quaſi non totus, quod ſi per amorem introductus fuerit dextro pede, perfectè ac totus ingreditur, & manſionem facit in corde hominis. Timor vel obſeruantia præceptorū ex timore, ſolùm emollit & præparat ad ſuſcipiendū Deū, & nos quodammodo trahit ad Deum, non verò eum ad nos; ſed amor, & dilectio apertè inuitat Deum & inducit eum in animam noſtram, ideo dicit. *Si quis diligit me*, ſi ex dilectione ſermones meos ſeruat ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Propterea, & Salomon ſupra monuit, præcepta Dei recondenda eſſe, mimirum in memoria, intellectu, & voluntate, quia non ſolum ſunt mente ſuſcipienda, & conſideranda ac per memoriam recolenda, ſed etiam voluntate, & charitate proſequenda, & amplectenda, quæ vires extrinſecas moueat ad executionem, ad impletionem, & cuſtodiam illorum, qui hoc modo ſermones, & præcepta Dei ſeruat. vt Salomon monet ſupra dicens. *Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde*, grauiſſimū hoſpitem S. S. Trinitatē in penetralia ſua recipiet: hanc enim vtilitatem Chriſtus oſtendit in hodierno Euangelio perſuadens dilectionem ſui, & cuſtodiam ſermonum, ſeu mandatorum ſuorum. Sunt autem, & alia plura commoda cuſtodientium ſermones Dei, quæ Chriſtus Dominus in eodem Euāgelio ſpecialiter oſtendit, quæ nos eiuſdem fauore videbimus, & diſcutiendo proponemus.

SI QVIS DILIGIT ME SERMONES MEOS SERVABIT. Olim Deus cum legem in monte Synai per Moyſen populo tradidit, & ſermones ſuos cum rigore exorſus eſt, cuius beneficij feſtiua memoriā hodierna dies eſt, vt illa præſentis feſtiuitatis figura fuit: nunc autem cū Chriſtus præcepta ſua ad obſeruandum populo chriſtiano porrigit, à dilectione incipit, SI QVIS DILIGIT ME SERMONEM MEVM SERVABIT. A dilectione orditur: hæc enim eſt caput bonorum operum, complementum & finis. Qui namquè non diligit Deum manet in morte, & eſt velut æs ſonans & cymbalum tinniens. Dilectio quippè ſanctos diſcernit à mundo, per quam Chriſtus ſuis dilectis ſe declarat ac manifeſtat, & magis magiſquè ſe cognoſcendum, & actu quodam palpandum ingerit. Eſt enim quædam Dei manifeſtatio interior, in pijs prorſus incognita, qui non cognouerunt quam dulcis eſt Dominus. Si quis diligit me, ſiuè fuerit princeps diademate coronatus, ſiuè quiſpiam miſer, calamitoſus, pauper, & mendicus, modo diligat me, & opere compleat ſermonem meum, perinde mihi gratus erit, ac ſi præpotens eſſet: non enim apud me eſt delectus perſonarum, ſed dilectionis. Diligentes me quæro, & qui non diligit me, nequaquam rectè, aut plenè ſermonem meum ſeruabit, qui vero rectè, & ſpecialiter me diligit, abſquè dubio ſermonem meum ſeruabit; quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis: a dilectione igitur & effectu illius, ſcilicet præceptorum obſeruantia, exorditur, eamque perſuadet in primis ab vtilitate, & commodo, *Ad eum* (inquit) *veniemus*: deinde ratione, quia (inquit) Sermones mei, ſunt ſermones Dei Patris. Nec mirum quod à dilectionè incipiat, quia amor Dei eſt primum mobile in motu animæ per affectus: anima enim non mouetur greſſibus, ſed affectibus, eſt in quam primū mobile. Sicut enim primum mobile, ſphærarum cæleſtium trahit motu ſuo cæteros orbes, ita amor Dei omnes animæ & corporis affectus trahit ſecum ad Deum, vt inquit Bernardus. Iugum ſancti amoris quàm dulciter capis, glorioſe illaqueas, ſuauiter præmis, delectanter oneras, molliter ſtringis. Cæteræ virtutes, pij affectus, & deſideria ſunt ad inſtar horologij: & præceptorum obſeruantia ſunt veluti pondera, quibus hoc horologium regitur. Amor Dei eſt veluti gutta quæ transfodiendo cor, firmat illud in obſeruantia præceptorum Dei, poſſibile eſt quod reperiantur bona opera ſinè amore Dei, qualia ſunt opera hypocritarum, ſed impoſſibile eſt amorem Dei eſſe ſinè bonis operibus: ſi enim cor hominis occupauit, foras erumpat per bona opera neceſſè eſt, non ſolùm propterea quia amor eſt animæ refocillatio, iuxta illud Ariſtotelis. Nulli viuentiū ſinè amore contingit diu viuere: ſed etiam ideo, quia amor eſt quaſi impetus, & impulſus in rem amatam. Hinc impoſſibile eſt quin in opus prorumpat, quin hic diuinus ignis ſcintillet. Propterea Chriſtus poſt Reſurrectionem oſtendit Apoſtolis latus & manus, vt in latere, ſeu in corde amorem conſiderarent, & in manibus laborem quem pro eis ſuſcepit perpenderent, non eſt ergo amor Dei otioſus, ſed operatur ſi eſt, & operatur propter eum ſolum quem diligit, imitando in hoc Deum, qui ex amore erga creaturas inuiolabiliter cuſtodit leges quas ipſe condidit, vt inquit Senec. Semel iuſſit Deus ſemper paret, leges quas in principio mūdi creaturis condidit, obſeruat. *Legē ponebat aquis*, dicit Sapiēs. Nec immutat niſi in gratia maioris boni, ſicut in Babylonia in fornace ignis ardēns, vbi vim virtutis ſuę oblitus eſt ignis, vt liberarentur tres pueri de camino ignis. Si ergo Deus ex dilectione creaturarum obſeruat leges, quanto magis ex amore in Deum creaturæ ſermones, & leges eius obſeruare deberet, præſertim, quia id non eſt ſinè maximo præmio & honore. vnde licet cuſtodia mandatorum Dei ſit difficilis, ſaltem præmij deſiderium omnem difficultatem vincere debet. Quod enim maius præmium? quis honor excellentior ſicut iſte de quo inquit Chriſtus.

Bern. lib. de dilig. Deo.

Ariſt. lib. 8. Eth. c. 1

Prou. 8. v. 29.

EGO (inquit) & PATER AD EVM VENIEMVS, ET MANSIONEM APVD EVM FACIEMVS. Porrò, non ſolùm ego, ſed & Pater inquit ad eū veniemus, quia dilectio filij, & obſeruantia mandatorum eius, in dilectionem Patris redundat. Veniet Pater omnipotens, vt protegat, Filius vt doceat, Spiritus S. vt cōſoletur. Ingreditur Pater per portam memoriæ. Filius per portam intellectus. Spiritus Sanctus per portam voluntatis. Pater viuificando animam aqua ſalutari, aqua gratiæ, Filius illuminando intellectum ſplendore, incitando ad contemplationem Dei, & cognitionem diuinorum abſquè vllo labore, & ſtudio, Spiritus ſanctus incendendo voluntatem flamma ignis diuini, ad amorem diuinorum excitando, & omnem ad terrena effectum exſiccando, & comburendo. Itaque Trinitas, Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus veniunt ad nos dum venimus ad eos: illi veniunt ſubueniendo, nos venimus obediendo: illi veniunt illuminando, nos intuendo, illi veniunt intimando, & implēdo, nos venimus capiendo, vt ſit nobis eorum non externa viſio ſed interna, non tranſitoria manſio ſed æterna. *Miſit Deus Spiritum filij ſui in corda noſtra clamantem Abba Pater*, Qui *Ieſum Chriſtū a mortuis ſuſcitauit*, (inquit Paulus) & mortalia etiam corpora veſtra per Spiritum ſuum qui habitat in vobis viuificabit. Et hinc intelligitur quod nec Spiritus ſanctus, nec filius ſit creatura, ſed Deus: Si enim Spiritus ſanctus eſt creatura, & alienus à ſubſtantia Dei, quomodo per Spiritum ſanctum Deus habitat in nobis? Nam ſi fieri poſſet, vt per creaturam Deo participemus, quid prohibebit non per Spiritum ſanctum, ſed per aliam creaturam nos ſanctificari? Quod cum fieri non poſſit, reliquum eſt, vt Dei particeps fiat nemo, niſi per Spiritū ſanctum, qui inter creaturas connumerari nequit. Deinde ſi Pater, & filius manſionem habent in nobis quomodo filius erit creatura? Creatura Si quidem non habet vnam habitationem cum Deo Patre in cordibus hominum; quia ingredi corda hominum ſolius Dei eſt, & non creaturæ, ſi ergo Chriſtus non eſt vnius ſubſtantiæ cum Patre, igitur vnam eādemque manſionem cū Patre in nobis non habet? atque

Ad Gal. 4. Ro. 8.

Digitized by Google

atque ita verba Chriſti non eſſent veræ. Sed quomodo
eſt veritas per eſſentiam ſi vera non loquitur? Falſa ſunt,
et truncaſunt, impia ſunt iſta. Non ergo filius eſt crea-
tura, alienus à ſubſtantia patris, qui ex eo, & in eo eſt
vnigenitus, ſicut ſplendor lucis, in luce, & de luce. *Ne-*
1. Cor. 3. v.16. *ſcitis quod templum Dei eſtis vos, & Spiritus Dei habitat in*
vobis. Inexplicabilis ſanè honor à talibus hoſpitibus vi-
ſitari, à Patre vnde protectio, a Filio vnde ſapientia, à
Spiritu ſancto vnde conſolatio. Hinc quis non videat,
quæ ſit vtilitas tanti hoſpitis: Si enim Deus manet in no-
bis, quis ambiget ſinè decore, & ornamentis ſedem æter-
ni patris ac ſapientiæ exiſtere? Anima iuſti, eſt ſedes ſa-
Cantic. 2 v.3. pientiæ. *Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi, & fru-*
ctus eius dulcis eſt gutturi meo, dicit anima gaudens de ad-
uentu tanti hoſpitis. Multum lætatur qui ab æſtu ſolis
vmbra protegitur, non nociua qualis dicitur eſſe vmbra
ficus, & nucum, ſed ſalutaris, non arboris ſimplicis, ſed
dulciſſimis fructibus, onuſta. De vmbra diui Petri di-
cit ſcriptura: quòd ſanabat infirmitates, plus operatur
vmbra tantorum hoſpitum: quia, & fructibus recreat,
& ab infirmitatibus præſeruat, ita vt iam difficile ſit diiu-
dicare Deus ne maneat in anima, an anima in Deo, pro-
pter innumerabiles vtilitates, quæ ex aduentu eius pro-
Pſal. 90. ueniunt animæ, quas enumerat Dauid in Pſalmo. *Qui*
habitat in auditorio altiſſimi. Et tandem concludit *Sca-*
pulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis: ac ſi
Ioan.6. Deus eſſet auis, quæ ſub allas ſuas congregat pullos, ac
ſi eſſet ſcutum quod recipit ictus, ne offendatur qui
ſcuto protegitur, ac ſi eſſet Domus refugij in qua tutè
manemus. Sic ergo ſi Deus in nobis manet, nos quo-
que in eo manemus per gratiam, auxilium, & prote-
ctionem, vt ipſe teſtatur, *qui manet in me, & ego in eo*.
ò quàm dulcis hoſpes animæ, quam dulce refrigerium,
Deus in mentibus noſtris, quem ſi libenter acceperimus,
& recipiemus, remunerabit nos, hic in præſenti, in pro-
tectione ſua retinendo, & ordinando, vt in futuro ſæcu-
lo ad ſe nos recipiat, vt cum eo ſimus, & manſionem ſe-
cum habeamus, quo priuantur ij qui non diligunt Deum.
Sed quid eſt hoc quod inquit Chriſtus ad eum veniemus?
quomodo venire poteſt qui vbiquè præſens eſt? ita ſa-
ne omnibus in locis eſt præſens per eſſentiam potentia-
lem, ſed ſpeciali ratione venit ad electos. Nonnè bene di-
Ariſtot. cit Ariſtoteles, quod anima magis eſt vbi amat, quam
vbi animat. Huc pertinet illud quod de Diuo Petro in-
quit euangelium cum ei Chriſtus dixit ſequere me, ille
Ioan. 21. v.20. ſtatim conuerſus *vidit illum diſcipulum, quem diligebat*
IESVS. Vt quid iſta conuerſio? Chriſtus inuitat Pe-
trum vt ipſum ſequatur, ille verò in Ioannem conuerti-
D tur, ſciebat quod IESVS diligebat Ioannem, quia &
anima magis eſt vbi amat, quàm vbi animat; ideo quaſi
ſtupefactus ad Ioannem conuertitur, quod non eum po-
tius quem ſpeciali amore proſequebatur Chriſtus, dixe-
rit, ſequere me. Quod ſi anima magis eſt vbi amat quam
vbi animat quanto magis Deus? Sed illud contriſtat quod
ſubdit Chriſtus.

QVI NON DILIGIT ME SERMO-
NES MEOS NON SERVAT. Sermo eſt,
tota doctrina Euangelica, ſermones verò varia eiuſ-
dem doctrinæ præcepta, cæterum ex conditione, &
præmio eius, qui Chriſtum diligit, & ſermones eius ſer-
uat, facilè dignoſcitur natura nõ diligētis: etenim ſicut ſer
uare mandata, amare eſt, ita planè non ſeruata mandata,
odiſſe eſt. *Qui non eſt mecum contra me eſt, & qui non colligit*
mecum, diſpergit, ipſe inquit Chriſtus. Qui non diligit me
non ſeruat ſermones meos. Sicut ſignum dilectionis eſt
mandatorum obſeruatio; ita ſignum odij eſt mandatorũ
negligentia: vnde ſequitur quod nõ venit Deus ad eos qui
non ſeruant mandata eius, ſed qui cuſtodiũt ea. Deus ſiqui
dem natura bonus, fons, atq; origo virtutum, amatores vir
tutis amplectitur, impuros verò atquè ſordidos repel-
lit: *Sapientia enim non ingreditur in maleuolam animam,*
Sap.1. v.4. *nec habitat in corpore ſubdito peccatis* vt inquit Salomon.
Qui autem non diligit non ſeruat mandata; tandem
à contemptu mandatorum, oritur peccatum. Et quem-
admodum lucis priuatio contrarium, id eſt tenebras effi-
cit; ſic improbitas à non probè operando originem ha-
bet. Si igitur ſeruare mandata virtus eſt, patet quod
ex non ſeruando improbitas oritur; Et ſicut in ſeruan-
te manſio totius Trinitatis eſt, vnde omnis virtus ori-
ginem habet, ſic in non ſeruante nulla eſt Spiritus San-
cti habitatio totiuſquè Sanctiſſimæ Trinitatis, & proin-
de nulla vnquam boni participatio. Qui igitur optat
Sanctiſſimæ Trinitatis, in cordis ſui abditis manſionem,
is ſtudeat iugiter omnem prauitatis maculam benè agen-
do detergere, atquè ita fiet templum Dei, non autem
vulpium, & volucrium cœli habitatio, id eſt immundo-
rum, & malignorum Dæmonum. Non debet etiam ſi-
bi credere quidquid ſibi animus ſinè operis atteſtatione
rependerit; nunquam eſt amor Dei otioſus, operatur
enim magna ſi eſt, ſi verò operari deſinit amor non
eſt. Qui ergo non diligit me, nec ſermones meos ſer-
uat, is planè. Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum
nunquam videt. Filium autem non vt beatificetur ad
modicum videbit, idquè non in forma Dei, qualis eſt
cum Patre, & Spiritu ſancto pariter inuiſibilis, ſed vt iu-
dicetur in forma hominis, in qua patiendo contempti-
bilis apparuit, iudicando verò apparebit terribilis. Iam
verò quot, & quæ damna, ex contemptu dilectionis Dei
ſequantur diligenter perpende: quantum enim profi-
cuum eſt Dei mandata obſeruare, tantum mandata
Dei non obedire nociuum. Et ſi nihil aliud eſſet niſi
hoc, quod qui Deum non diligit, & mandata eius non
ſeruat, deſinit eſſe templum Dei. Sat graue damnum.
Quam pulchrum ædificium ante lapſum, & contem-
ptum præceptorum Dei fuit Lucifer: & quam turpe
effectum eſt poſt intermiſſionem dilectionis Dei? vnde
Propheta inquit. *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer qui ma-* Iſa. 14.
ne oriebaris. Quam pulchrum ædificium fuit Reſpubl. v.12.
Iudæorum, quàm diu mandata Dei obſeruauit, poſtea
tamen lapides ſancti voluebantur ſuper terram, vt ne- Zach.9.
ceſſè fuerit eos, de puluere per Chriſtum excitare, &
iterum in templum Dei viui reædificare, quàm pul-
chrum ædificium eſt anima iuſti, quàm diu præcepta
Dei obſeruat, eſt ſicut herba ex qua imago Chriſti in
horto Eccleſiæ facta eſt. Videmus communiter quod
in hortis ex herbis Hortulani faciunt diuerſas figuras,
Naues, aues, & quandoque etiam ipſorum hominum
ſimulachra imagines, quod ſi hortulanus negligens fue-
rit, & ſæpius excreſcentes herbas abſcindere neglexe-
rit, in imagines deformes excreſcunt: idem accidit ani-
mæ humanæ, quæ ſi negligit abſcindere vana deſideria, &
peccata per obſeruantiam præceptorum Dei, ita deformis
fit, vt amplius habitatio Dei eſſe non poſſit. Hoc ergo ip-
ſum inducere deberet ad obſeruantiam ſermonum Dei,
& à negligentia, & omiſſione auocare. Sed ſubiungit Chri
ſtus aliam rationem quia ſermones, & leges eius ſunt ſer-
mones, & leges Patris illius, ideo ſedulò obſeruandi ſunt.

ET SERMONEM (inquit) QVEM AVDISTIS
NON EST MEVS SED EIVS QVI MISIT ME
PATRIS. Senſus eſt. Doctrina euangelica quam ego an-
nuncio non eſt contraria legi Moyſi, quia nõ veni ſoluere
legem, ſed adimplere. Vmbra fuit lex, euangelicus autẽ ſer
mo meus, ipſamet veritas eſt, & adimpletio vmbræ legalis
Nec aliquis veſtrũ exiſtimet doctrinã à me promulgari quæ
Patri diſpliceat: eſt. n. ipſius patris, & nõ alienus hæc prædi
catio euangelica, quæ non nuper inuenta eſt, ſed in tẽpore
oportuno ab inuolucris figurarũ in lucem prolata. Qui er-
go honorificat me ſeruãdo doctrinam meam, honorificat
etiam eum qui me miſit Patrem, cuius ego doctrinã vobis
annuncio. Cum autẽ dixit non eſſe ſuum ſermonem in for
ma ſerui locutus eſt: non vult. n. doctrinam humanam, ſed
regiã videri atq; cæleſtẽ, ideoq; eã perſonæ Patris attribue-
re curauit. Non igitur putemus doctrinam Euangelicam
humanitus, ſed diuinitus originem habere, doctrinam
totius Trinitatis à Chriſto traditam, à Spiritu ſancto in- E
ſpiratam, ab Angelis euãgelizatã, ab Apoſtolis promulga-
tã, ab eccleſia catholica receptam, quam Deus multis mira
culis commendauit, & cõmendare nũ deſinit. Mundus ſu-

QQ ſcipit,

ſcipit, cælum, Dæmones contremiſcunt: eſt enim omnis legis perfectio, & complementum, vitiorum exterminatio, bonorum operum diſciplina, fundatio virtutum; denique ſumma vitæ humanę, angelicæ verò præclarum exemplar, & lumen ſingulare. S. Greg. S. Gregorius de doctrina euangelica ad hunc modum loquitur. Scitis fratres chariſſimi, quia ipſe qui loquitur vnigenitus Dei filius verbum Patris eſt, & ideo ſermo quem loquitur non eſt filij, ſed Patris, quia ipſe filius eſt verbum patris. Non miremur, (inquit Auguſtinus.) Auguſt. Verbum ſeu filius, non eſt niſi a patre, ſed non eſt minor patre, non eſt a ſe ipſo, ſed non eſt minor ipſo. Nequè enim mentitus eſt dicendo. Qui non diligit me ſermones meos non ſeruat. Ecce ſuos dixit eſſe ſermones. Nunquid ſibi ipſi eſt contrarius dum rurſus dicat. Sermo quem audiſtis non eſt meus? aut quia ſecundum hominem non eſt ſuus? aut fortaſſe propter aliquam diſtinctionem, vbi ſuos dixit, pluraliter dixit, hoc eſt ſermones, vbi autem ſermonem hoc eſt verbum non ſuum dixit eſſe, ſed patris: ſe enim ipſum intelligi voluit. Io. 1. v. 1. *In principio* (quippe) *erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, non itaquè eſt ſuum verbum, ſed Patris, quomodo nec ſua, ſed Patris imago? Si quis Hiſpanicè loquatur, & Hiſpanica verba rectè proferat, interrogatus cuius nationis ille ſit ſermo, rectè reſponderet, quod illius cuius, & verba. Cum ergo Chriſtus ſit verbum Patris, rectè dixit doctrinam, & ſermones quos locutus eſt, eſſe ſermones Patris, quia verba ad ſermonem ordinantur: & cuius ſunt verba eius, & ſermo, verbum de cęlo deſcendit in terram: ergo, & ſermones Chriſti de cęlo ſunt Spiritu sãcto inſpirante prolati ſunt per ſanctos Deĳ: doctrina Spiritus ſancti, eſt doctrina Patris. doctrina de cælo in terram delapſa: ideo inter alias cauſas inferius referendas, in figuræ linguæ de cælo deſcendit Spiritus ſanctus, & exteriori ſigno manifeſtauit verba, & doctrinam, quam ille hominibus ſanctis inſpirauit de cælo eſſe. Pari ratione doctrina, & ſermones Chriſti de cælo ſunt, quibus tota Sanctiſſima Trinitas ſubſcripſit. Et hoc multum deberet inducere homines ad obſeruandas leges, & doctrinam Chriſti, quia non humanitus, ſed diuinitus inſtituti ſunt; à Chriſto promulgati, & à Spiritu ſancto clarificati, vt ait Chriſtus.

HÆC INQVIT LOCVTVS SVM VOBIS APVD VOS MANENS. Duplex Chriſti manſio in nobis exprimitur Deitatis ſcilicet, & humanitatis, & quidem manſione Deitatis nunquam abeſt, ſed replet omnia, quia Cælum, & terram ego impleo dicit Dominus; manſione autem humanitatis in forma viſibili, & corruptibili vſquè ad mortem crucis manſit; in forma autem inuiſibili, & incorruptibili, manet nobiſcum in ſacramento altaris, vſquè ad finem, ſeu conſummationem ſæculi. Hæc (inquit) locutus ſum vobis in hac carne mortali, & viſibili apud vos manens, iam hinc ad cælos ſecundum carnem tranſmigraturus Gregor. Gregorius in ſua Homilia apud eos (inquit) tunc ſe manſiſſe perhibet; quia qui inuiſibili poteſtate præſens erat, corporali iam viſione recedebat. Auguſt. Illa igitur manſio (inquit Auguſtinus) alia eſt ab illa quam promiſit futuram: nam hanc præſentem eſſe teſtatur, illa ſpiritualis eſt, atque intrinſecus mentibus redditur, hæc corporalis forinſecus oculis exhibetur, & auribus illa in æternum beatificat liberatos, hæc in tempore viſitat liberandos, ſecundum illam Dominus à ſuis dilectoribus non recedit, ſecundum hanc it, & redit. Illam ſpiritualem manſionem, & locutionem intelligit Gierſon: Gierſ. de incift. Chriſti. dum inquit. Corda fidelium doces: ſinè ſtrepitu verborum, ſinè faſtu honoris, ſinè confuſione opinionum, ſinè pugna argumentorum. Magna differentia eſt Magiſtri ſpiritualis mentes humanas inſtruentis, à magiſtro viſibili inſtruente diſcipulos: ibi enim docet ſinè ſtrepitu verborum, ſinè intereſſe honoris aut alicuius vtilitatis, ſinè varietate opinionum, ſinè argumentis pro, & contra, quod in ſcholis temporalibus non reperitur, ſic ergo quotidie loquitur ad animam Chriſtus, vt in Canticis dicit. Cant. 5. v. 6. *Anima mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt*. Tunc autem Apoſtolis corporali voce locutus eſt, quia cum illis viſibilis loquebatur, ſed quia aliqua obſcuriora dixit, vt partim non intelligerent, partim de quibuſdam dubitarent, ne iterum perturbarentur, & quæ mandata diceret, ſciſcitarentur, hanc amouit ſollicitudinem inquiens.

PARACLETVS AVTEM SPIRITVS SANCTVS QVEM MITTET PATER IN NOMINE MEO ILLE VOS DOCEBIT OMNIA, ET SVGGERET VOBIS OMNIA QVÆCVMQVE DIXERO VOBIS. Hæc eſt ſecunda vtilitas, hoc eſt ſecundum commodum quo gaudet, qui ſermones Dei cuſtodit, & præcepta eius in corde ſuo recondere curat, quod ad eum Spiritus ſanctus mittetur, qui eum docebit omnia, quod eſt maximum commodum: nullus enim nouit ea quæ ſunt Dei niſi Spiritus Dei; omnia igitur quæ vnigeniti ſunt, nouit: quia Spiritus eius eſt. Quemadmodum namque animus meus omnia cognoſcit quæ in eo ſunt, & ſermone extrinſeco profert quæ vult; ita & Spiritus ſanctus omnia nouit quæ ſunt Dei, quia eſt vna mens eſſentialiter cum Patre & Filio. Iſte Spiritus ab Apoſtolo Paulo, Spiritus ſapientiæ, & reuelationis vocatur, quia ſcrutatur, & reuelat profunda. 1. Ephe. 1. Duo igitur Chriſtus commemorat nempè Spiritum ſanctum docturum Apoſtolos omnia, & ſuggeſturum omnia. Suggerit autem quæcunquè Chriſtus obſcurius dixerat, vel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere Apoſtoli non poterant. Ipſe ergo ſuggeret vobis omnia, quia niſi ſpiritus idem adſit cordi audientis, in vanum docet, ibiquè eſt otioſus ſermo doctoris. D. Greg. Nemo ergo (inquit Sanctus Gregorius) docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia niſi inteſſit qui doceat interius, doctoris lingua exterius in vanum laborat. Ecce vnam loquentis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter auditu ſenſum vocis percipitis: cum ergo vox diſpar non ſit, cur in cordibus veſtris diſpar eſt vocis intelligentia? niſi quia eſt Magiſter interior, qui de vocis intelligentia quoſdam ſpecialiter docet. 1. Io. 2. v. 27. *Vnctio eius docet vos de omnibus*, ait Ioannes Apoſtolus per vocem ergo non inſtruitur quando mens audientis per Spiritum ſanctum non vngitur. *Audiuit vocem Domini Caim, Peccaſti* quieſce, ſed quia propter ſua demerita non habebat vnctionem, audiuit quidem, ſed minimè ſe correxit. Geneſ. 4. *Audierunt Gigantes vocem Noe* prædicantis, & annunciantis diluuium aquarum, ſed ſeruare contempſerunt, ideoquè in aquis perierunt. Geneſ. 7. *Audierunt viri Gomorrhę verba Loth*, ſed obedire noluerunt, propterea igne, & ſulphure concremati ſunt. Gen. 19. *Audiuit Pharao Moyſen* ſe toties admonentem, & plagis tanquam flagellis affligentem, ſenſit, ſed induratum eſt cor Pharaonis, Exod. 14 vt periret in mari rubro. Spiritus ſanctus igitur ſuggeret vobis omnia, ſinè cuius intrinſeca inſtructione, & motione otioſa eſt inſtructio quæ ab extrinſeco adhibetur.

Muſici communiter dicunt quoſdam habere acutum auditum, quoſdam non ita, etiamſi nullus ſit ſurdus, & omnes æquè bene audiunt, quia quidam eorum non ad vocem, ſed ad conſonantiam quam percipiunt attendunt, alij autem ſolum vocem percipiunt, & iſti ſurdi iuremerito dici poſſunt: ſic docente Spiritu ſancto per prædicatorem, omnes vocem percipiunt, ſonũ verborũ audiunt, ſed vim, & melodiam, atquè conſonantiam, illi ſoli quorum Deus aures perfecit ad audiendum. Exod. 21. v. 8. In cuius rei figura præceperat olim Deus perforare aurem fibula, eorum qui perpetui eſſent futuri ſerui alicuius, Pſal. 39. v. 8. *perforauitque eius aurem fibula, vt præcepta Domini ſui perfectè audiat*. ad quam cęremoniam alludendo dicebat Dauid. *Aures autem perfeciſti mihi*, alia tranſlatio habet, *aures autem adaptaſti mihi*. Et ob eandem fortaſſis cauſam præceperat Deus ſanguine ex ſacrificio ſumpto, vngere aures Aaron, Aaron. vt corda eorum etiamſi eſſent dura ſicut adamas, ſanguine fidei emollirentur ad obediendum, & audiendum quæ præcepit Deus, Vtinam, & corda noſtra vngantur ſanguine agni, & emolliantur, vt agant ea quæ a Spiritu ſancto inſpirantur. Quem in nomine Chriſti mittit nobis Pater, vt inquit Euangelium.

QVEM

Digitized by Google

QVEM MITTET PATER IN NOMINE MEO. Quia nihil alienum à me, vel meis verbis contrarium acturus eſt, ſed in mei nominis gloriam,
Auguſt. vel loco mei venturus eſt. Quoniam (inquit Auguſtinus.) Oportebat ſingulas Trinitatis perſonas inſinuare, eaſquè non diſtinctè audire, id circo ſcriptura de ſingularum locutione perſonarum diſtinctè mentionem fecit
Pſ. 2. v. 7. de patre. *Filius meus es tu ego hodie genui te*. *Et omnia*
Ioan. 6. v. 45. *qui audiuit à Patre, & didicit; venit ad me*. De filio autem. *Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus, de ſpiritu autem*
Matt. 23 Sancto multo perfectius quam olim Prophetas docuit:
Exod. 8. v. 19. Illis enim loquebatur, vt mutis, & ſurdis, per nutus, & ſigna extrinſeca, quam ob cauſam fortaſſis malefici in Aegypto Spiritum ſanctum dixerunt digitum Dei, patrante Moyſe miracula. *Digitus inquit Dei eſt hic*. Et
Luc. 11. v. 20. Chriſtus in Euangelio. *In digito Dei eijcio Dæmonia*, id
Beda. eſt in virtute, & potentia Spiritus ſancti. Iam autem id certum eſt quod communiter per digiti nutus non loquimur niſi mutis: Licet enim Beda modum loquendi artificioſum adinuenerit per digitos, & de eo tractatum conſcripſit, ad methodum, & artem omnia reducendo, ſecundum quam etiam non mutis loqui aliquis poſſit à longe exiſtentibus, alijs non intelligentibus; communiter tamen per nutus, & digitos loquimur mutis, & ſurdis.
2. Petr. 1. v. 21. *Sic Spiritu ſancto inſpirante, qui eſt digitus Dei locuti ſunt ſancti Dei homines inquit*. Diuus Petrus, id eſt Prophetæ quos docebat tanquam mutos. Apoſtolos autem docet omnia multò perfectius: ideò deſcendit de cælo in figura linguæ; *Lingua* (inquit) *figuram detulit*. Quærunt aliqui quare in figura linguæ? Et reſpondent, vt declararent, quod Deus pro beneficijs, quæ nobis confert, nihil aliud à nobis requirit, niſi vt eum laudemus, & gratias ei agamus. Vnde Auguſtinus. Quid melius in ani-
Auguſt. mo geramus, & ore promamus, & calcaneo explanemos, quam Deo gratias? hoc nihil dici breuius, nec audiri lætius, neque intelligi gratiùs, nec agi fructuoſius
G poteſt. Refertur de quodam Duce exercitus, quod cum
Aug. ep. ad Mar. interrogaretur, qualis apparatus eſſet neceſſarius pro bello. Reſpondit. Pecunia. Interrogatus iterum, quid vltra hoc? reſpondit iterum pecunia. Tertio, & quarto interrogatus quid vltra hoc neceſſarium eſſet? nihil aliud reſpondit niſi hoc pecunia, quia per hanc cætera omnia comparari poſſunt, milites, naues, inſtrumenta bellica, &c. Idem dicere poſſumus ſi quis interrogaret, quid neceſſarium eſſet ad obtinendum à Deo hoc beneficium? Deo gratias. Si iterum quis interrogaret, & ad obtinendum illud aliud beneficium, quid neceſſarium eſſet, non aliter reſpondemus niſi quod neceſſarium eſt. Deo gratias. Si quis enim eſt gratus beneficiorum Dei plura recipiet, nec mirum, quia vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, quòd creauerit mundum, homines, Angelos, quod gratia, & gloria eos ditauerit,
Steph. in Ada. fol. 598. quod regat, protegat, conſeruet, nullam inde aliam refert vtilitatem niſi vt laudetur, & gratiæ ei referantur. Mos gentilibus erat cum ſacrificabant Dijs non offerre linguam, ſed præco ante ſacrificulos, cum lingua animalis ſacrificandi præcedebat, & clamabat, forte prætera, vt populus, & ſacrificium cruentum, & ſacrificium labiorum, & gratiarum offerat. Quod ſi gentiles, ſic falſos Deos venerabantur, quid facere oportet Dei veri
Oſeæ 4. v. 3. populum? Ideo quondam dicebat Oſeas ad Iſraelem. *tollite vobis cum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum*. Ideo dicunt aliqui Spiritus ſanctus in figura linguæ in Apoſtolos deſcendit. Sed dicere etiam poſſumus, quod propterea, vt manifeſtum eſſet, quod aliter docuit Prophetas, aliter Apoſtolos, quia illos, vt mutos, hos autem vt totum mundum prædicatione ſua conuerterent. Propterea etiam videmus depingi ſupra caput Apoſtolorum, flammas, ſed figuram linguæ deferentes, quia Apoſtoli futuri erant Prædicatores, docentes, illuminantes, & incendentes corda hominum in amorem Dei. Dicit autem Chriſtus quòd docebit omnia, quia nec Deum laudare, nec opera Dei prædicare quiſquam poteſt, niſi docente Spiritu ſancto. Omnia ergo dicit, & docet Spiritus ſanctus.

ET SVGGERET VOBIS OMNIA QVÆCVNQVE DIXERO VOBIS. Sanctus Auguſtinus legit *Commemorabit vobis*, intelligere debemus S. Aug.
(inquit) quod iubemur non obliuiſci ſaluberrima monita, quæ Spiritus ſanctus nobis commemorat ſiuè ſuggerit, audienda ergo ſunt Spiritus ſancti monita, qui frequenter nos commonet, vt piè agamus. Sed quidam (vt dicit Apoſtolus) Spiritus contumeliam faciunt. Et reuera qui monita non ſuſcipit, & ſanctas ſuggeſtiones aſpernatur, contumelia afficit monentem, & ſuggerentem Spiritum ſanctum. Sed iam tertia vtilitas cuſtodientium ſermones Dei, ab Euangeliſta intimatur.

PACEM RELINQVO VOBIS. Poſtrema eſt Chriſti conſolatio, qua mæſta Apoſtolorum corda conſolari nititur, promittens, eis ſe daturum, & relicturum pacem ſuam quæ exuperat omnem ſenſum. Pacem autem non ſimpliciter, neque quamcunquè, ſed pacem inquit meam do vobis. Id autem nihil aliud eſt quam Spiritum ſanctũ eis dare, & per eum in eis habitare: pax enim Chriſti Spiritus Chriſti eſt. *Pax Dei.* (inquit Apoſtolus) *quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligen-* ad Phil. 4
tias veſtras. pax autem iſta quæ principatus, quæ domina- v. 7.
tiones, quæ thronos, quæ Cherubin, & Seraphim excedit, Chriſti Spiritus eſt, in quo Deo Patri omnia filius reconciliauit, qui nihil aliud vult, nihil aliud intelligit, nihil aliud operatur, niſi quæ filius. Propterea pacem ſuam appellat, quia Spiritus eius eſt qui omnem formidinem abijcit, turbationemquè mentis ſedare maximè poteſt. Quod autem dicit pacem relinquo, & do, intelligitur ſequentibus relinquo, nunc vero exiſtentibus, do, Gregorius inquit. Pacem vobis reliquit Diuus Auguſtinus ait. Iturus ad patrem, pacem nobis dabit in futuro ſæculo, pacem nobis reliquit in qua manentes hoſtem vincimus, pacem ſuam nobis dabit, quando ſinè hoſte regnabimus. Pacem reliquit nobis, vt etiam hic inuicem eum diligamus, pacem ſuam nobis dabit vbi nunquam diſſentire poſſumus. In illo tamen ſiuè ab illo nobis eſt pax, ſiuè quam nobis reliquit iturus ad patrem, ſiuè quam nobis dabit
nos perducturus ad Patrem: *ipſe enim eſt pax noſtra qui* ad Eph. 2
fecit vtraque vnum. pax cum credimus in eum quem non v. 14.
videmus, pax cum videbimus eum ſicuti eſt. Si enim cum hic adhuc ſumus peregrinantes, & ambulantes per fidem nos non deſerit, nec abijcit à ſe. quanto magis cum ad ipſam ſpeciem venerimus nos implebit ex ſe?

PACEM MEAM DO VOBIS. Nam aliter tunc, aliter nunc pax erit; hic bella cum vitiis habemus; ideo non addidit meam, illic verò in æterna pace, æterna erit tranquillitas, & concordia, quam ſuam pacem no-
minat, itaquè pax eſt quam nobis reliquit in ſæculo hoc, H
noſtra potius dicenda quam ipſius, illi quippe nihil repugnat in ſeipſo qui nullum habet omnino peccatum, nos autem talem nunc habemus in qua dicimus. *Dimitte nobis debita noſtra*. eſt ergo nobis pax alia, quoniam condelectamur legi Dei ſecundum interiorem hominem. ſed non eſt plena, quia aliam legem ſentimus in membris noſtris
repugnantem legi mentis noſtræ, vt ipſe Diuus Paulus Com. 7.
de ſe teſtatur ad Romanos ſcribens. *Aliam legem video* v. 23.
in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.

NON QVOMODO MVNDVS DAT EGO DO VOBIS. Senſus eſt, non eo modo, do vobis pacem, quo homines diligentes mundum ſibi pacem vſurpant, vt ſunt maledicta litium atquè bellorum, non Deo ſed amico ſuo mundo perfruuntur: ſed ego do vobis pacem, vt concordes ſitis, & mundum repugnantem conculcetis. Mundus poſtquam multis iniurijs, damnis, incommodis ſuos aduerſarios affecerit, iniquas affert pacis conditiones, ego autem nullum vobis incommodum, nullamque iacturam fieri volo, ſed ſublato omni periculo, moleſtiaquè omni excluſa do vobis pacem. Non cingo vos obſidione, ſed ab obſidione libero, nihil ſub-

traho libertatis, immo veram cordis libertatem fero, quam mundus conferre non poteſt, nullas clades fero, ſed omnes remoueo doloreſque abigo meo ſumptu, meoquè labore. Quid ergo mundi perturbationibus mouemini, cum meam pacem habeatis? Nequè enim eſt huiuſmodi pax mundi, quæ in malo fit ſæpenumero, & nihil ipſam habentibus confert. Ego autem do vobis pacem, vt inuicem eam habeatis, & vos, fortiores efficiat. Mundi quippè pax non eſt vera, ſed fucus quidam pacis: nam & in iſto genere pacis plerunquè confæ-
Eſai. 48. v.22. derati ab inuicem diſſentiunt. vnde Eſaias. *Non eſt pax impijs dicit Dominus*. Eſt autem pax vera (teſte Diuo Au-
Auguſt. guſtino) omnium rerum, tranquillitas ordinis, ordo verò eſt parium diſpariumquè rerum, ſua cuiquè loca tribuens, diſpoſitio. Habet enim ordo magnam cum iuſti-
Iſai. 32. v.11. tia affinitatem, ideoquè dictum eſt à Prophæta. *Et erit opus iuſtitiæ pax*. Hanc verò tranquillitatem ordinis iuſtitia efficit, vnicuiquè quod ſuum eſt tribuendo. Pax verò eſſe non poteſt niſi in eo, in quo pacificata ſunt omnia, cuius intellectus ab errore liber eſt, voluntas à pra-
Pſ.75.v.3 uo amore immunis, vires inferiores non repugnant rationi, & ſic *factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Syon*: Eſt enim pax ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis. Mens enim ſerenatur, quando caret errore, animus tranquillatur ſi iniquum non habuerit amorem, cor ſimplex exiſtit ſi partes non repu-
pſal. 147. v.14. gnauerint inferiores, hæc autem pax finis eſt rationalis creaturæ, iuxta illud Pſalmi. *Qui poſuit fines tuos pacem*: pax namque Chriſti eſt futuræ ſpei pignus certiſſimum, alumna fidei, columna iuſtitiæ, præſentes ſociat, abſentes viſitat, terrena cæleſtibus, diuinis humana conciliat, pax hominis vera, eſt ordinata hominis ad Deum in fide ſub æterna lege obedientia. Ex hac rurſus pace, oritur pax hominis ad ſeipſum, & ad proximum. Eſt autem pax hominis ad ſeipſum ordinata cognitionis actioniſquè conſenſio, vt quod recta ratio dictat efficaciter in opus prodeat, vnde ſequitur actio ordinatè, pax ad proximum eſt in homine ordinata concordia, vt ſcilicet nulli noceat, & cum poſſit proſit, pax corporis, & animæ ordinata, vita & ſalus animantis. Pax ciuitatis ordinata imperandi atquè obediendi concordia ciuium. pax cæleſtis ciuitatis ordinatiſſima, & conſenſu arctiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Ordo, & parium diſpariumquè rerum ſuum cuiquè locum tribuens diſpoſitio. Hæc
S. Aug. Auguſtinus. Senſus eſt, in omni ordine dantur extrema, primò quidem reſpectu æquiparantiæ, & ſic dicitur impar diſpoſitio: ſi enim omnia eſſent æqualia, iam non eſſent ordinata, vbicunquè enim eſt ordo, ibi eſt prius, & poſterius, & ſic ordo eſt diſpoſitio, id eſt habitudo prioris ad poſterius, & è conuerſo. Proinde miſeri inquantum miſeri in pace non ſunt, tranquillitatequè ordinis carent: non ſunt tamen extra ordinem diuinæ iuſtitiæ. Legibus cautum eſt vt teſtatoris voluntati in omnibus ſatisfiat, ſi quis autem contra teſtatoris voluntatem facere præſumpſerit, priuetur hæreditate. Chriſtus fuit teſtator, & ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraquè vnum. Proinde verendum, ne nos, vt inobedientes, & contumaces abdicet hæreditate noſtra. multæ ergo ſunt vtilitates quæ ex cuſtodia ſermonum Dei hominibus proueniunt.

Vigebat olim apud Polonos certè multum laudabilis illa conſuetudo, quæ ſub Miecislao principe primo Re-
Crom. lib. 3. gum Poloniæ Chriſtiano inoleuerat, vt homines æqueſtris ordinis in templis, dùm Sacerdos apud altare pronunciat ſequentia ſancti Euangelij, gladios mediotenus ſtringerent, quaſi profitentes Euangelij, & Religionis defenſionem. Choro autem reſpondente Gloria tibi Domine, verſus reconderent. Diuquè hic mos manſit in Polonia, per quem non modo fidei datæ, & Euangelij ſuſcepti defenſores ſe eſſe declarabant, & oſtendebant, ſed etiam zelatores, & cuſtodes præceptorum, & ſermonum Dei. NON TVRBETVR COR VESTRVM NEQVE FORMIDET. Boni Rhetores quod in principio probandum, ſuadendumquè ſuſcipiunt ſeu proponunt, rurſus poſt allata argumenta aſſumunt, vt 1
magis perſuadeant, & doceant, ad eundem modum Dominus noſter poſtquam varijs modis ſuos eſt conſolatus, rurſus repetit vti cæperat Non turbetur ergo cor veſtrum, quia licet ego diſcedo, & à vobis præſentia corporali non comparebo, nunquam tamen vos relicturus ſum Spiritu, & potentia mea. NEQVE FORMIDET. Ne abſente paſtore diſpergat oues lupus quia mea tutella nunquam vos deſtituam.

AVDISTIS QVIA EGO DIXI VOBIS VADO ET VENIO AD VOS. Hæc eſt vltima vtilitas cuſtodientium ſermones Dei, quod ad eos Chriſtus diuertitur (vt inquit Euangelium. VADO ET VENIO AD VOS. quaſi dicat. Licet dixerim me abiturum à vobis, ob eam tamen cauſam non eſt quod turbemini: nam dixi etiam me venturum ad vos. à quibus (inquit Diuus Auguſtinus) homo aſcendebat Deus D. Aug.
non recedebat, & idem ipſe Chriſtus Deus, & homo. Ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod Deus erat. Ibat per id quod vno loco erat, manebat per id quod vbiquè erat. Audiſtis (inquit) non ab alio ſed à me ipſo, qui mentiri neſcio. Audiſtis quia vado, & venio ad vos. Cur ergo quod mærorem afferre poteſt animo voluitis, & quod lætitiæ materiam ſubminiſtrat memoria non tenetis.

SI DILIGERETIS ME GAVDERETIS VTIQVE QVIA VADO AD PATREM, QVIA PATER MAIOR EST ME. Meus diſceſſus ad Patrem vos contriſtat, qui vobis alioquin offert lætitiæ materiam: nam congruum eſt diſpenſatione incarnationis ad exitum iam deducta, vt ad gloriam cum natura humana quam aſſumpſi, & ad thronum ac æqualitatem Patris aſcendam, quam non rapui, ſed vt proprium bonum natura poſſideo, *Si ergo diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad Patrem*. Et certè argumentum amoris diſcipulorum erga Chriſtum fuiſſet, non dolere, ſed lætitia affici, quod ad dexteram Patris conſcenderet, ad quam capeſſendam Pſalmiſta inuitat cum dicit. pſal.46. v.1.
Omnes gentes plaudite manibus, cauſamquè lætitiæ ſtatim ſubnectit inquiens. *Aſcendit Deus in iubilatione, & Do-* pſal.46.
minus in voce tubæ. Et rurſus idem vates diuinus, iubilans ipſe ob eandem cauſam, incolas terræ prouocat ad gratulandum, & lætandum in Spiritu, dicens. Lætentur cæli & exultet terra, & in alio Pſ. imo præ gaudio exultans, pſal.92.
etiam, inanimata quæquè quodam modo lætitia geſtire dicit his verbis. *Eleuauerunt flumina vocem ſuam*, eo quod Dominus decorem indutus eſt, & præcinxit ſe virtute. Chriſtus enim ille qui ante crucem nobiſcum homo conuerſabatur, quando ad Patrem aſcendit, tunc decorem proprium indutus eſt. Lætandum ergo eis erat de Chriſti abitu ad Patrem, quia qui diligit amicum, diligit etiam, & debet diligere commodum ſui amici. Ibat autem filius ad Patrem, vt homo, qui nunquam vt Deus receſſerat à Patre, & ſecundum id quod ibat, vt homo vocat ſe Patre minorem, ſecundum verò id, quod ei non competit ire vt Deo Patri eſt æqualis, & cum illo pari diuinitate, quam nullus continet locus vbiquè totus eſt. *Non enim rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe* philip. 2. v.6.
æqualem Deo. quomodo enim rapina potuit eſſe natura, quæ non fuit vſurpata, ſed nata? Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens forma quippè ſerui acceſſit, forma autem Dei non receſſit (inquit Auguſtinus) hæc Auguſt.
eſt aſſumpta, illa non conſumpta. Propter hanc dicit Pater maior eſt me, propter illam verò ego, & Pater vnum ſumus. Hæc eſt forma ſerui Arriane, in qua filius minor eſt, non Patre ſolo, ſed etiam Spiritu ſancto imo ſeipſo, qui idem ipſe in forma Dei maior eſt ſe ipſo. Nec enim homo Chriſtus non dicitur filius Dei: nam credimus, & confitemur vnigenitum filium Dei ſub Pontio Pilato crucifixũ, & ſepultum, cum ſola caro ipſius crucifixa fuerit, & ſepulta. Ipſe ergo Chriſtus in forma Dei æqualis eſt Patri, in forma autem ſerui minor eſt Patre, & minor ſe ipſo, quia forma Dei maior eſt forma ſerui, ſecundum hanc formã

ſerui,

ſerùit, minor etiam erat ſuis parentibus, quibus paruulus ſeruiebat. Noli ergo Arriane cum Chriſtus, vt homo loquens dixit ſe patre eſſe minorem, diuinæ Chriſti naturæ detrahere. O Arriane infidelis & ingrate, ideone minus eum qui fecit te, quia factus eſt homo propter te? Niſi enim filius Dei, æqualis Patri in natura Dei, fieret homo, in quo minor eſt Patre quid eſſet homo? Itaq; humanæ naturæ Chriſti gratulandũ eſt; propterea quod ſic aſſumpta ſit à verbo vnigenito, vt immortalis conſtitueretur in cęlo, atque ita fieret ſublimis, vt incorruptibilis primis ſederet ad dexteram Patris.

ET NVNC DIXI VOBIS PRIVSQVAM FIAT VT CVM FACTVM FVERIT CREDATIS. Præmonui (inquit) vos de rebus futuris, vt cum te ipſi euenerint firmius in me credatis, ac ipſa experientia edocti me ſemper veracem extitiſſe affirmetis. Viſuri namque erant Apoſtoli poſt mortem viuentem, & breui ad Patrem aſcendentem, quo viſo iam erant credituri quod ipſe eſſet Chriſtus filius Dei viui, qui

k potuit hoc facere cum prædixiſſet antequam faceret. Fides Apoſtolorum quando eis dicebat hæc, erat parua; & cum moreretur penè iam nulla. Reuixit Chriſtus, & tunc primum creuit, & firmata eſt Apoſtolorum fides.

IAM NON MVLTA LOQVAR VOBISCVM VENIT ENIM PRINCEPS MVNDI HVIVS, ET IN ME NON HABET QVIDQVAM. Senſus eſt. Nolo amplius modo protrahere ſermonem meum vobiſcum venit enim, ideſt, iam iam accelerat Princeps huius mundi; Diabolus ſcilicet per ſuos ſatellites ad me comprehendendum, & occidendum, nec vobis propterea veniat in mentem illum mihi præualere quod mortem ſubeam: hæc eſt enim voluntas Patris, ille verò in me non habet quidquam quod ſit ſuum, id eſt nihil iuris in me habet, vnde merito mors inferatur mihi, quia in me non eſt pec-

Ioan. 8. v.34. catum, quod ſolum eſt Diaboli, & ille ſolus, *qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, & morti obnoxius, in me igitur non habet cauſam mortis, quia per peccatum mors in-

S. Ambr. de fuga ſæc. 4. c. trauit in mundum. Sanctus Ambroſius de fuga ſæculi duplicem habet lectionem. quarum altera ſic habet, & in me inuenit nihil, id eſt nihil inuenit quod ſuum erat, altera ſic non inuenit in me nihil, id eſt, peccatum quod eſt nihil, vbi coniunxit duas negationes, quæ valent idem, acſi diceretur, in me non habet quidquam, quia duæ negationes ſimul coniunctæ more Græco rem valentius exprimunt. Vocatur autem Diabolus princeps huius mundi, quia tyrannicè oppreſſit & rapuit eos qui ſui non erãt. Ab Apoſtolo vocatur idem, Rector tenebrarum ideſt mundi iſtius amatorum.

Ad Eph. 6. SED VT COGNOSCAT MVNDVS, QVIA DILIGO PATREM ET SICVT MANDATVM DEDIT MIHI PATER SIC FACIO. Occurrit obiectioni Dominus: poterant enim Apoſtoli: ei obijcere, cur ergo moreris ſi nullum peccatum habes; cui debetur mortis ſupplicium? idem præueniens dicit, vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum, &c. Quaſi diceret. Pater voluit me hominem fieri, & pro vita hominum redimenda mortem non pertimeſcere, vt ſic homo perditus à miſera Diaboli ſeruitute liberaretur. Vt ergo palam fiat me diligere Patrem, & me viciſſim diligi à Patre, hæc omnia ſuſtineo. Surgite eamus hinc. Diſcumbens aſſidentibus loquebatur. Ad crucis improperium perferendum properemus, vt Paternis mandatis obtemperemus, qui proprio filio non pepercit, ſed pro ſalute humani generis tradidit illum: itaquè quanquam in me nihil iuris habeat; tamen, vt cognoſcat mundus quòd diligam patrem, & quod ſic faciam ſicut mandauit mihi pater. Surgite eamus obuiam principi huius mundi, qui cum ſuis complicibus venit ad me comprehendendum, & occidendum. Eia chariſſimi ſurgamus, & eamus hinc, quia hic non habemus requiem. Surrexit Chriſtus à cœna, & prompto animo ſe obtulit capiendum, ac crucifigendum, vt firmam fidem faceret mundo ſe diligere Patrem, qui ei mandauit, vt pro omnium ſalute crucis ſupplicium pateretur. Surgamus ergo & nos, & eamus hinc, extra terrenæ habitationis caſtra, improperium Chriſti portantes, quia *non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus*. Cognoſcat mundus quòd diligamus Chriſtum, quia mortificationem eius paſſionem, & crucem in carne noſtra mortali geſtamus, crucem non erubeſcimus, improperium portamus. Surgamus hinc à morte ad vitam, à prauis operibus, ad bonos mores, ab amore huius mundi ad Dei cognitionem, à ſeruitute peccati ad dignitatem adoptionis in filios Dei, Surgamus inquam à terra, in cælum, à peccato ad iuſtitiam, ab impuritate in ſanctificationem Spiritus. Alioquin quomodo Sanctiſſimæ Trinitatis manſio efficeremur? quæ in perſona filij, *ad eum (inquit) veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Quomodo Spiritus paracletus docebit nos omnia? Spiritus quippe Paracletus non habitat in corpore ſubdito peccatis. Quomodo pacem illam hæreditabimus quam Chriſtus nobis reli-

quit poſſidendam. *Non eſt pax impijs* (dicit Dominus) *ſed ipſorum impietas, ſicut mare feruens, quod quieſcere non poteſt*. Quomodo non turbabitur cor noſtrum? quomodo non formidabit, quia Chriſtus recedit à nobis & vadit ad Patrem. Timent oues abſente paſtore, timet familia, patre familias deſtituta, pauent diſcipuli quando Magiſter abeſt; trepidant, & mærent milites, duce militiæ recedente. Eſaiæ 57.

Turbatur Regnum, & mutuis ſeditionibus ſcinditur, ſi non habuerit Regis præſidium, ita planè ſi à corde abfuerit memoria Sanctiſſimæ Trinitatis, omnia nos coanguſtant, omniaquè minantur mortem. Quid faciendum erit nobis ſic deſtitutis, cum venerit princeps huius mundi qui in nobis habet multa? venit ad crucem Chriſti quærens aliquid ſuum, & nihil inuenit, victus receſſit, confuſus abijt, ſuperatus aufugit. An putas ad mortem non venturum tuam, & ſua quæſiturum, qui non timuit venire ad mortem Chriſti & ſua quærere non erubuit? L

O anima mea, quid factura es? quando egreſſura de corpore omni auxilio humano deſtituta, videbis illam cruentam beſtiam terribiliter infrementem, procaciter inſultantem, minaciter accuſantem, & in deſperationis barathrum te ſollicitè pertrahere cupientem? Vniuerſa errata tibi oſtendet, vt ne vnum quidem deſit, miris, & horribilibus formis apparebit, inſultans tibi, & deridens te, quod illi magis quam Chriſto obediens fueris. Ius ſuum protendet, te ſuum mancipium proclamabit, comparebunt, & eios complices parati ad te accipiendam. Quid tunc ages? quem patronum rogabis? Beata profectò eris, ſi cum animo Beati Martini dicere poteris. Quid hic ad ſtas cruenta beſtia? *nihil in me funeſti reperies, ſinus Abrahæ me excipiet*. Anima Sancti Hilarionis trepidabat de corpore egredi, ſed his verbis eam affatus confirmauit. *Egredere anima mea egredere quid times? Septuaginta annis ſeruiuiſti Chriſto, & nunc exire de corpore times?*

Væ tibi quæ meliorem partem vitæ in rebus friuolis ac noxijs conſumpſiſti.
Igitur ſurgamus, & eamus
hinc, vt cum venerit
Princeps huius
mundi,
ni-
hil in nobis funeſti inueniat, ſed
Dominus. IESVS CHRI-
STVS nos in ſuam
gloriam intro-
ducat.
AMEN.

INSTITVTIO Moralis.

Dominicæ Pentecoſtes.

De Virtute Amicitiæ.

A Ioan 14. v. 23. *Siquis diligit me ſermonem meum ſeruabit.*

Prou. 25. v. 19. *Deus putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, & amittit pallium in die frigoris.*

AMicitiã qui eſt vita tollunt (inquit Cicero) ſolem è mũdo tollere videntur: hac enim à Deo immortali, nihil melius habemus, nihil iucundius; itaquè ſi exemeris, ex natura rerum, è ſocietate hominum beneuolentiæ coniunctionem, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit, nec agri quidem cultus permanebit. Cum enim amicus ſit tanquam alter ego, & qui amicum intuetur, tanquam aliquod exemplar intueatur ſui. Iucundiſſimum profectò eſt habere, qui cum ſecundis rebus lætari, qui cum aduerſis partiri poſſimus. Iucundiſſimum eſt, ſi eius amici copia ſit, in cuius ſinu ægritudinem animi, & quæſtus liberè, & familiariter effundere poſſimus: tunc enim maxima doloris parte leuari, & exonerari videmur. Vita inculta, & deſerta ab amicis, quid aliud eſt quam triſtis quædam orbitas præcipuæ ſuauitatis expers, qua nulla dulcior ex ſocietate communi percipi poteſt. Ideo rectè Ciceroni aſſentiſſe videtur D. Chryſoſt.

Ciceron. D.Chryſ. Eſt reuera, inquit, amicus ipſa luce iucundior, cum nec ſolem mundo ita neceſſarium eſſe affirmauit, ſicut amicitiã populis: & ne mireris, eſt enim nobis ſolem hunc extingui iucundius, quam amicorum conſuetudine priuari, iucundius in tenebris agere, quam ſinè amicis eſſe. Et quomodo? dicam. Quia multi ſolem iuſtum videntes in tenebris ſunt, qui verò amicorum copiam adepti ſunt, nec in afflictionibus quidem triſtitiam habent: ideo tam apud Romanos qui cæteris melius Rempubl. ordinatam habebãt, quam apud alias nationes non malè ordinatas: erat conſuetudo deferendi per viam virgam, quam Teſſeram hoſpitalitatis & amicitiæ vocabant. (Sic Plautus Teſſera vo-

Plautus In Panul. cat hoſpitalitatis) Cum enim aliqui amicitiam contrahebant in virga, communi conſenſu ſymbolum quoddã ſculpebant: quę quidem virga erat teſtimonium contractæ amicitiæ: atque vterquè contrahentium amicitiam teſſerã hanc aſſeruabat, & ad filios tranſibat, quaſi iure quodam hæreditario. vt Homerus innuit loquens de Diomede, &

Homer. lib. 6. Glauco. Cum itaquè iter agerent, teſſeram deferebant, & iure Teſſera hoſpitiũ, & hoſpitalitas illis debebatur, quod ſi amicitiæ contractæ peniteret, ſi vterque amicitiæ renunciare vellet, Teſſeram frangebant. Infames verò habebãtur illi, qui huiuſmodi amicitiam violaſſent, antequã Teſ-

Titus Liuius. ſeram remiſiſſent, & amicitiæ renunciaſſent. Sic Titus Liuius refert Badium ciuem Campaniæ renunciaſſe huiuſmodi amicitiæ contractæ cum Quinto Cryſpino Romano, priuſquam pugnaret, contra eum. Hæc etiam fuit cõſuetudo Græcorum, imò, et Iudæorum, ad quos ex communi conuictu cum Romanis, quibus ſubiecti erant, tranſierat. Hanc conſuetudinem imitari videbatur Papa qui deuicti. Imperatore auxiliantibus Venetis Roſam aureã eis in ſignum amicitiæ reliquit, et hodie conſuetudo eſt quod Regibus, & Principibus à ſummo Pontifice roſæ aureæ mittuntur, tanquam Teſſeræ amicitiæ. Nec videtur amicitiam tollere Chriſtus dominus, quando prohibuit Apoſtolis portare virgam in via ſiuè Teſſeram, hęc enim ſic inſtituit, non vt tolleret amicitiæ bonum, ſed vt inſtrueret eos percipere debere victui neceſſaria, & hoſpitia, non propter Teſſeram, nec propter amicitiam iure humano contractam, ſed propter amicitiam contractam iure diuino in vnitate fidei, propter Chriſtum dominum, & paſſionem eius, hinc aliqui nunc Crucem tanquam Teſſerã portant, & reuera ſola hæc eſt vera amicitia. Difficile hodiè veri amici in mundo inueniuntur, qui digni ſint Teſſera, vt rectè dixerit Salomon. *Deus putridus & pes laſſus, &c.* Quæ maior infidelitas quam dentis putridi, qui cum ad panem comedendum iuuare deberet, magis obeſt. Quis infidelior, quam pes laſſus, qui tunc curſi fugam capienti auxiliari deberet, ab itinere retrahit, & quæ maior deceptio quam amittere pallium in hyeme, quod contra frigora, & cęli incommoditates tali tempore ſęuientes aſſeruatum fuit. Tales nunc communiter ſunt amici, qui in neceſſitate deſerunt, & multoties cum prodeſſe deberent nocent, ſunt ſicut dens putridus, pes laſſus, & pallium amiſſum in hyeme. Solus Deus eſt, de quo id dici non poteſt, nunquam enim ipſe in neceſſitate deſerit, immo tunc vel maximè auxiliatur. Quæ maior neceſſitas eſſe poteſt, quam fuit illa cum totus mundus, totum genus humanum redemptione indiguit, è liberatione à poteſtate diaboli & in priſtinum ſtatum reſtitutione opus habuit, atquè tunc vel maximè Deus ſe amicum generis humani declarauit: miſit enim vnigenitum ſuum, pupillam cordis ſui, vt mundum redimeret, & eos qui perierãt, ad cælos reuocaret. Sic (inquit Euangelium hodiernum.) *Deus dilexit mundum vt vnigenitum ſuum daret, vt omnis qui credit, &c.* Vt eſſet oculus cæco, pes laſſo, & pallium in hyeme, frigidiſſimi ſtatus hominis in peccato exiſtentis, vt confortaret, illuminaret, & accenderet homines ad amorem Dei, & in amicitiam priſtinam reuocaret.

De amicitiæ ergo virtute hunc ſermonem inſtituemus, vbi in primis nobis oſtendendum eſt quod licet rarò inter diuites, & pauperes, principes, & ſubditos, amicitia vera reperiatur, immò, & inter pauperes ipſos, non eſt tamen impoſſibile inter eos amicitiam reperiri. Deinde quid ſit amicitia & quæ opera eius, dicemus. Deniq; quod duplex ſit amicitia, quales amici eligendi ſint, qui ſcilicet non ſint ſicut dens putridus, & pes laſſus ſed ſint pallium in hyeme protegens à frigore, & quod nullus melior amicus ſit ipſo Deo, declarabimus.

Magiſter Pſeudopoliticorum cum quo nobis pro virtutibus perpetua luctatio falsò aſſeuerat inter pauperes, & B
diuites, Reges, Principes, & ſubditos, amicitiam eſſe non
poſſe, & perſuadet principibus ſalubrius eſſe, vt timeantur Machiauellus li.
quàm vt amentur. Nec amicitiæ hominum fidere debet, 3. de Po-
ſecundum ipſum princeps, ſed potius ſequi illud Caligulę. lityca
Oderint, dum metuant, & illud. *Oderint, dum probent.* Sed Theo. 9.
neſcit impius homo bonum à malo ſecernere, lolium à tri- & 10.
tico ſeparare, amicitiam veram à ficta ſegregare, non nego principes ab amicitia, & ab amicis fictis cauere debere, ſed affirmo principibus amicos ita neceſſarios eſſe, vt nulla re alia magis inter tot negotiorum difficultates, & aduerſitates indigere videantur. Vnde nec impoſſibile eſt inter eos veram amicitiam reperiri, vt iam dicetur: quapropter ſuadeo principibus, vt potius doctrinam Chriſti, quam tyrannorum exempla ſequantur. Doctrina Chriſti eſt. Diligant, & metuant, nam licèt hæc difficilia videntur, non impoſſibilia tamen. Refert Laertius: quod Ari- Laertius Ariſtot.
ſtoteles ſolitus erat dicere. Veram amicitiam inter mortales interijſſe. Hoc pro ſua ſententia vſurpare poſſet Machiauellus ſed immerito forte. Ariſtoteles ſolum hic ponit differentiam inter amicitiam Dei & hominum, quia ſicut ipſe Deus eſt immortalis, amicitia quoque eius immortalis eſt, quantum ex parte illius, quia quantum eſt ex parte Dei diſſolui non poteſt, niſi ex parte noſtra ſit cauſa diſſoluendi: negari tamen non poteſt fuiſſe olim etiam inter homines veram amicitiam: ſed quemadmodum ipſi ſunt mortales, & mutabiles, ita quoque amicitia eorum caduca ac fluxa eſt: ideò etiam dixit Ariſtoteles: quod amicitia inter mortales interijt, non quod omnino interierit, ſed quia vera amicitia rarò reperitur, maximè in domibus Regum, & principum, quos videmus tot ſeruorum agminibus ſtipatos, inter quos ſi aliquem verum quæreres amicum, vix aliquem

vel

Digitized by Google

vel nullum inuenirent, potius illi omnes ſimiles ſunt foſſo-
ribus auri aut argenti, qui ſi aliquem theſaurum inuene-
rint, aliquam venam auri aut argenti in terra reperirint,
omnes vnanimiter concurrunt, & aurum effodiunt, quod
ſi vena defecerit, ipſi quoque deficiunt & recedunt. Sunt
&c ſimiles lichino in lampade, qui trahit oleum, & quam-
diu oleum abundat, lucet, ſed poſtquam deficit, deficit &
obſcuratur. Quid enim aliud pleroſque trahit ad aulam,
niſi ſpes habendi, niſi diuitiæ Principis, quibus ex liberali-
tate eius dubitari ſperant? Et quidem quando diuitiæ abun
dant, Princeps amicis ſtipatus lucet & ſplendent, ſed
poſtquam illæ diuitiæ deficiunt, & Princeps & amici defi-
Refert ciunt. Solon Salaminus dicere ſolebat, aulicos ſimiles eſſe
Laertius. calculis numeratijs, quorum quilibet nunc plurimum, nūc
parum vel nihil valet ad libitum numerantis, iam illos al-
tiori loco, iam inferiori collocantis. Inter tot ſeruos Darij
vnus Topyrus repertus eſt, verus amicus Darij, vir probus
& humilis, quem in multis fideliſſimum ſibi Rex expertus
fuerat, & ideò cum diuideretur pomum granatum, inter-
rogatus Darius, cuius vellet habere tantam abundantiam
quanta fuit abundantia granorum, exiſtimabant quod re-
ſpondiſſet ſe velle habere tantam copiam Adamantis, vel
aliarum gemmarum, quibus etiam grana granatorum
ſunt ſimilia, ſed fefellit eos opinio, nam Darius reſpondit
Topyros, & quod tantam copiam vellet habere Topyro-
rum, non Saphirorum? in voce parua mutatione facta, ma
gna tamen differentia in re deliteſcente; exiſtimabat Da-
rius maioris momenti eſſe habere multos amicos, quàm
Eccleſ.6. multas gemmas & theſauros, ac ſi legiſſet illud Eccl. *Ami*
v.15. *co fideli nulla eſt comperatio, & non eſt digna comparatio auri*
C *& argenti, neque aliorum gemm. pretioſo.* Reges, & Prin-
ceps vel maximè amicis egent, quia tot habent negotia ar-
dua, tot difficultates in gubernatione, tot onera, vt ſinè a-
micis quibus ea communicent, videantur eſſe intolerabi-
lia, id eſt niſi amicorum auxilio alleuientur.

Beneuolentia ciuium, & fideles amici, quos Princeps
iuſto imperio ſibi parare modò vellit, poteſt, adeò tutiſ-
ſima firmaque præſidia Principatus ſunt, vt nulla ſatellitum mi
litumvè cuſtodia illi opus ſit: Sic Traianus, cum amari à
Traian°. populo quam timeri mallet, hoſtique formidoloſus, ciuibus
charus eſſet, ſæpè veniebat in amicorum ædes, nulla ſeptus
cuſtodia. Hic quoque fuit mos veterum Poloniæ Regum,
qui peregrinis & ſclopetarijs, ad præſidiariam cohortem
non vtebantur, vt hodie: neque alios ſatellites, aut ſtipato-
res circa ſe habebāt, præter aliquot nobiles ſolo aſſenſu e-
lectos; ſed proh dolor? adeò Principes habent paucos veros
amicos, vt de eis præcipuè verificetur illud commune Lati-
nis & Græcis adagium. Vallis vitem decepit. In quo ada-
gio videtur innui id quod communiter videmus vſitatum
in vineis; quod vites ſuſtentantur ab arboribus, vt in Hi-
ſpania: vel etiam à quibuſdam bacillis, vt in Morauia, &
Vngaria & alijs, qui bacilli vidicæ vel ſtatuicia Latinis di-
cuntur, quod ſi vel arbor putrefiat, vel bacillus pedamenti
loco infixus frangatur; tunc verificabitur adagium, quod
vallis vitem decepit, ſic enim fracto pedamento, vitis quæ
ſuſtentari indiget, in terram cadit & peſſundatur. Neſcio
quenam dixerim vtilem Regem ne an ſubditos? nam ſi
Reges ſuſtentant ſubditos, ſuſtentant illos auxilijs quæ à
ſubditis habent, ſi ſunt murus Reipub. ſunt murus ex late
ribus ſubditorum, quare rectè dixerimus viciſſitudinem
quandam eſſe quo ad hoc inter Principes & ſubditos. Prin
cipes ſunt murus tempore pacis, & ſubditi vites, quo muro
innititur tempore belli ſubditi ſunt murus, quia pugnant,
vt patriam ſuo ſanguine tueantur & ſuſtentent; ita ergo
communiter nunc accidit, vt vallis vitem decipiat, vt fate-
tur David Rex. *Et qui iuxta me erant*, tanquam vitis quæ
muro innititur, tempore pacis & proſperitatis, de longe
ſteterunt, quando auxilio illorum me inniti oportuit, ne
caderem. Atque ita tunc de eo fuit verificatum adagium,
quod vallis vitem decepit, ſic quoque frequenter accidit
alijs Principibus; ac vero hinc videtur, quod inter Princi-
pes & ſubditos non ſit amicitia, neceſſe poſſit, quod dici
non debet, quia ſacra Scriptura loquens de Regibus quos
habuit populus Dei facit mētionem amicorum, de Sabud
ſic inquit. *Zabud filius Nathan Sacerdotis amicus Regis, ſci-*
licet Salomonis. In libris Paralipomenon in cathalogo eo- 3.Reg.4.
rum qui erant principaliſſimi in aula Regis David, de ſolo v.5.
Chuſai Arachites dicit ſcriptura, quod erat amicus Regis, 1.Par.27.
& in libris Regum aſſignantur cauſæ plurimæ, propter 2.Reg.15
quas Chuſai hunc honoratiſſimum titulum promeretur. & 16.
Non eſt ergo approbādum dogma illorum qui Teſſeream
amicitiam tollunt, affirmando quod Reges non poſſunt
habere amicos ob diſſimilitudinem, & inæqualitatem.
Aliud eſt enim dicere Regibus paucos plerumque haberi
veros amicos, aliud ſimpliciter non poſſe ipſis eſſe amicos.

Sed dicet aliquis ex diſcipulis Machiauellis, quod Re- Machia-
ges, & diuites non poſſint habere amicos, quia Ariſtoteles uellus.
& alij Philoſophi morales id aſſerunt propter diſſimilitu- Ariſtot.
nem ac inæqualitatem in bonis fortunæ, & timorem ac
reuerentiam: Cum enim amicitia non poſſit eſſe ſinè a-
more, amor autem & metus ac reuerentia præcipuè, quæ
maieſtati debetur, in eodem ſacco (vt inquit quidam Poe-
ta) ſeſe non compatiuntur, ſeu in eadem naui non naui-
gant, nec ad eandem menſam reſident, nec ſimul eſſe poſ-
ſunt: Vnde prædicti, monent Principes in altiori loco col-
locatos, ſi velint habere amicos, ita ſe humilient, vt æqua-
les videantur eſſe ijs, quos volunt habere amicos, ſed hoc
videtur poſſe rectè Principibus conuenire. Nam quem-
admodum ſi quis demitteret caput, & humiliaret vſque
ad genua vel infra, nulla eſſet proportio corporis humani,
quia capitis locus eſt ſuper humeros: ita cum Reges ſint
capita populi, & in loco eminentiori Dei voluntate reſi-
dent, ſi ſe ita humilient vt locum ſubditorum accipiant,
monſtroſum quid eſſe videretur. Quod ſi etiam ad æqua-
litatem Regis ſubditum vellet quis deducere eleuando ip-
ſum ad talem gradum qui eſſet par Principi: hoc quoque
in rebus politicis monſtroſum eſt, & magis inconueniens:
quia ſceptrum & corona non patitur æqualem ſocium, &
multo minus ſuperiorem. Inter priuatos amicos qui in
æquali gradu inierunt amicitiam, ſi alium fortuna euexe-
rit per prædictos modos ad æqualitatem venire poſſent,
vt vel ille quem fortuna exaltauit ſe humiliet, vel infe-
rior altius eleuetur, ſed inter Principem, & ſubditum id
nullo modo accidere poteſt, ideo monet Salomon. *Ditiori* Eccl.13.
tene ſocius fueris, quia communicabit Cacabus ad illam, quan- v.2.
do enim ſe colliſerint confringentur. Hæc tamen potius quen
dam difficultatem non impoſſibilitatem arguunt, nam ſi
ſubditus ſit æqualis Principi, quò ad nobilitatem animæ,
poteſt illi eſſe amicus, ſiquidem omnis perfecta amicitia
ab animæ excellentia originem trahit. Non eſt autem im
poſſibile, ita eminere virtutibus ſubditum ſicut Principē,
ita eſſe eruditum, prudentem &c. Itaque tales ſibi amicos
eligere debent Principes, qui illis ſint æquales in nobilita-
te ſecundum animum: qui ſint ita probi & qualificati ac
prudentes quemadmodum fuit *Daniel, qui* (vt dicit Sacra Dan.6.
Scriptura) *ſuperabat omnes Principes & Satrapas, quia Spiri*
tus Domini amplior erat in illo. Qui ſint ſolertes, dexteri, &
induſtri, vt fuit Ioſeph de quo dicit ſcriptura. Dixit quo-
que Rex Ægypti ad Ioſeph. Ego ſum Pharao, abſque tuo
imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in
omni terra. Qui ſint ita fortes in bello, ſicut fuit Naa-
man, Dux generalis exercitus Aſſyriorum de quo inquit
ſcriptura. *Erat vir magnus apud Dominum ſuum & hono-* 4.Reg.5.
ratus, & ratione aſſignat tanti honoris & dignitatis ac ami
citiæ Regiæ. Per illum enim dedit Dominus ſalutem Sy-
riæ. Erat enim vir fortis per quem tanquam per inſtru-
mentum Dominus conſeruabat & tuebatur illud regnū.

Cum igitur his virtutibus ſint ornati ſubditi, tunc Re- D
ges & Principes illos ſibi amicos aſciſcant, virtus enim ipſo
rum ita eos de terra & puluere eleuat, vt æquales Regibus
faciat; quo ad virtutes & animæ excellentia: iuxta illud Ec-
cleſiaſtici 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in*
medio magnatorum conſedere illum faciet. Talibus amicis Eccleſ.11.
Princeps fidere poteſt, nec eſt impoſſibile ſimul metui, & v.1.
diligi, vt quidā Pſeudopolitici exiſtimant, imò nihil Princi-
pi facilius, quam vtrumque obtinere. Princeps enim qui
ſubditis pacem, & quietem, & tuta liberaque comertia
præſtabit: qui in perturbatores boni publici animaduertet,
qui noua tributa, & onera non imponet, qui vt ius vnicui-
que reddatur, iudicia iuſtè & incorruptè exerceantur cura-
bit:

Digitized by Google

bit: quis dubitat, quin beneuolentię ciuium & ſubditorum ſibi compararet? charitatem verò vltro ſequetur metus: nam ſimul ac perſpectum erit, illum ius ſincerè ſeuereque dicere, non pretio, aut gratia, aut vllo alio affectu corrumpi, non nimis lentum eſſe in Reipub. iniurijs leniendis, non molli diſſolutaque indulgentia criminum, & ſcelerum gratiſfacere, niſi vbi ratio aut æquitas iubent: non ſuos tantum alle, ſed etiam exteros in ſui verecundiam, & formidinem adducet. Exempla ſatis multa ſuppeditant, veteres egregij Principes. Auguſtus, Traianus, Adrianus, Antoninus, & cæteri, quos ſimul verebantur & diligant ſui. Veteres quoque Gallię Reges, eius rei teſtem, laudare poſſem qui propter rectam iuris adminiſtrationem, non tantum ſubditis, ſed etiam finitimis terrori erant, non ideò ergo dicitur quod inter Principes & diuites amicitia interijt, quaſi inter illos amicitia eſſe non poſſit, ſed ideò quia rarò inter illos vera amicitia reperitur, quod ſi etiam amicitiam inter pauperes quæras, hæc n amen eis neceſſaria eſt, vt in infortunijs, ad amicos confugiant: quamuis malitia temporum factum ſit, quod paupertas non ſit bonus hamus ad trahendos amicos, nam diuitię addunt amicos plurimos à paupere autem & hi quos habuit ſeparantur. Tribulatis & in afflictione poſitis maximè ſunt neceſſarij amici, vt ab ijs ſermone & opere ſubleuentur. Senes quoque indigent amicitiam; quia multos patiuntur defectus; quamobrem neceſſarij ſunt ipſis amici, qui eis ſubueniant & maximè in morte: Iuuenibus tandem neceſſarij ſunt amici vt eos à vitijs concupiſcentijſque retrahant, ad quas illa ætas prona eſt. Vix tantum inter hos omnes inuenies verum amicum,

Ariſtot.

ita vt rectè dicere poſſis cum Ariſtotele, amicitiam inter mortales interijſſe, quia communiter amici ſunt ſicut dens putridus & pes laſſus &c. Niſi forte inter beatos, & fælices amicitiam quæras, ſed neque inter hos videtur inueniri poſſe, quia ſi de fælicitate perfecta loquamur, quæ erit in patria, de hoc nulla eſt difficultas, quia ibi præter beatitudinem eſſentialem, quæ eſt ex plenitudine perfectæ fælicitatis, quod prouenit ex Dei viſione & fruitione, erit etiam ſocietas amicorum, quo ad fælicitatem accidentalis gaudij, cum de ſocietate ſua in Deum gaudeant, vt dicit Auguſtinus, & ſic intelligitur quod Boetius dicit. Nullius boni ſine ſocio eſt perfecta poſſeſſio. Sed iſti cum ſint beati inter mortales non computabo, ſed ſicut ipſi ſunt immortales, itaque que amicitia illorum immortalis eſt, nec vnquã interire poteſt.

Aug. S. ſuper Gen. Boet. de conſol.

Quod ſi loquamur de beatitudine viæ, imperfecta, ſic propriè inter illos ſoles eſt amicitia perfecta, qui ſunt hac beatitudine beati, ſed ſoli virtuoſi ſunt ſic fælices, & beati, qui cum ad ſolum bonum, honeſtum, & virtuti coniunctũ attendant, inter illos tantum perfecta amicitia reperitur: quia non attendunt ad bonum vtile, aut delectabile, ſed ad bonum honeſtum; ſed quia hi reſpectu aliorum pauci ſunt, ideo dixit Ariſtot. quod amicitia inter mortales interijt: non quod omnino ſit impoſſibilis amicitia inter diuites & pauperes, inter pauperes item ſolos, ſed quia raro reperitur ita vt ſolus Deus videatur eſſe verus amicus, quia ille ſolus bonum vtile, vt ſpectat iuxta illud. *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Solus Deus eſt verus amicus reſpectu cuius; dicere poſſumus, quod inter mortales amicitia interijt. Et certè vera amicitia inter mortales interijt, maximum bonum interijt; magna virtus eſt amicitia, & maximè mortalibus neceſſaria. Dolendũ ſanè quod tam ſplendida virtus, quæ tot bona nobis afferat, inter mortales rarò reperiatur. Sed an amicitia ſit virtus, & quæ opera eius, videamus: quod amicitia ſit virtus, ex obiecto eius intelligitur, nam obiectum amicitiæ eſt amabile, quia circa hoc verſatur amicitia. Hoc autem amabile, aut eſt bonum, honeſtum, aut vtile, aut iucundum. Nomen amicitiæ primo, & ſimpliciter competit amore circa bonũ honeſtum, in quo ſita eſt amicitiæ ratio plena atque abſoluta: ideò amicitia virtus eſt. Amicitia verò quæ circa vtile, & iucundum verſatur, eſt amicitia imperfecta, & ſecundum quid, nec meretur nomen amicitiæ, ſed potius quæſtus & mercatura, vt inquit Cicero. Si amicitiam ad fructum noſtrum referimus, non ad illius commoda quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quędam vtilitatum noſtra-

Pſal. 15. v. 2.

Obiectũ amicitię.

rum, & ſolum nomen amicitiæ per analogiam ei competit. Qui enim ob vtilitatem amant, ob ſuum diligunt bonum, & qui ob voluptatem, ob id quod eſt ipſis iucundum, & non quo talis eſt is qui amatur, ſed quo eſt vtilis aut iucundus. Quo circà per accidens ſunt tales amicitiæ, & facilè diſſolui poſſunt non permanentibus ipſis finibus. Nam ſi vlterius non ſint iucundi, aut vtiles, amare deſiſtunt, cuiuſmodi ſunt ſenes & iuuenes. Senes enim propter vtilitatẽ, iuuenes verò ob voluptatem amicitiam affectant. Qui corpus amat (inquit Plato) eiuſque formã, ſatiari duntaxat quærit, nullamque animo præbet amato honorem, ſed qui animus de corpore curat, animum diligit, cumque temperãtiam, fortitudinem, magnificentiam, & prudentia veneratur & colat, cum caſto amico caſtus viuere volet, quod ſi etiam quis amicitia ad fructum ſuum referat, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam vtilitatum noſtrarum. Prata & pecudum greges diliguntur, hoc modo, quod fructus ex eis capiantur. Hominum amicitia grat uita eſſe debet, ita vt licet nulla ſequatur vtilitas ex amicitia, tamẽ ipſi amici propter ſeipſos amandi ſunt; itaque amicitia quę ſolum iucundum atque vtile perpendit, & circa hæc veneratur, imperfecta eſt, inſtabilis, & vituperio digna. Bonorum amicitia ſimiliumque virtute, & quæ circa bonum honeſtum occupatur, perfecta eſt amicitia. Hi vtrique mutuo ſibi bona ſimiliter volunt, quibus abundant boni que viciſſim alter alteri ſunt, non propter aliud, ſed propter ſeipſos. Atque illi maximè ſunt amici, qui bona amicis illorum gratia volunt: propter ſeipſos enim ſic ſe habent, & non per accidens, vt ait Ariſtoteles. Permanet inquit bonorum amicitia, quandiu ſunt boni quaſi vellet dicere. Amicitia bonorum eſt ſtabilis, quia firmum, & ſtabile habet fundamentum, virtutem ſcilicet, quæ diuturna & ſtabilis eſt. Amicitia quoque bonorum eſt perfectiſſima, & ex omni parte completiſſima, quippe quæ etiam & iucunditate, & vtilitate complectitur: neque enim eſt ſine vtilitate & iucunditate. Hãc ſiquidem amicitiam, quæ bonorum virtute, & morum ſimilitudine conſtat, ſequitur vtilitas: quia boni ſunt ſibi inuicem vtiles, tum etiam iucunditas; ſuæ enim propriæ operationes ſibi ſunt iucundæ, & quorum que ſimiles ſunt, ac boni amici & ſtudioſi, ſimiles habent operationes ſtudioſas, ac ſimilibus ſtudijs delectantur ac moribus, itaque ea amicitia quæ complectitur per ſe perfectam rationem boni vtilis & iucundi, atque firma ſtabiliſque permanet, eſt propriè amicitia, ſed huiuſmodi eſt amicitia quæ circa bonum ſimpliciter verſatur, iſta igitur dicitur propriè amicitia, & reuera cum homo fuerit virtutes adeptus, gaudet ſe non temere à Deo productum; cumque aliquem bonitatis amicum inuenerit, mirum in modum illius probitate lætatur, inde autem ſtatim vtilitas oritur, quia ſibi proſunt, & iucunditas, quæ ex proprijs eorum operationibus manat. Nulla ergo præſtantior amicitia, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus ſimiles, ſunt familiaritate coniuncti. Luce meridiana clarius id inſinuare videtur Mercurius, à quo diſertè dictum eſt; Qui (inquit) ſunt amici bonitatis, Deus eorum naturam tuetur ac ſi diceret Deus curat bonitatis, non malitiæ ſtudioſos. Bonorum quippè amicitia eſt rara, & non facile inuenitur. Virtus enim quia talis amicitia conſtat circa difficile verſatur. Ex his iam facile colligitur vera diffinitio amicitiæ, quam eloquentiæ Princeps Cicero ſic definit. Amicitia eſt perpetuæ voluntatis honeſta, & perſeuerans communio eidem ſubſcripſit, & quæ deſunt ſuppleuit D. Auguſt. Amicitia inquit eſt rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia, & charitate conſenſio. Et rectè docet Cicero eſſe perpetuæ voluntatis communionem: vera enim amicitia non eſt penſanda temporalibus commodis, ſed gratuito amore contrahenda, & conſeruanda. Miſer eſt enim omnis animus vinctus amicitia rerum temporalium. Qui verò amat animum hominis, veræ amicitiæ cultor eſt: nam qui corporis cultor eſt; cum primum ſpecies deflorescit, abiens deſerit: qui ergo amat corpus, non hominem amat, ſed ea quæ ſunt hominis: homo enim eſt velut animus, corpus verum tanquam inſtrumentum. Rectè etiam D. Auguſt. ait. Amicitiam eſſe in rebus humanis & diuinis conſenſum, nam ſi adſit rerum tantummodo humanarum, quamquam cum beneuolentia

Plato de legib. honeſta amicitia. Dialog. 8

Ariſtot.

Mercur. Triſmegiſtus.

Diffinitio amicitiæ.

D. Aug.

lentia & charitate conſenſio, difficilè ibi vera amicitia inue
niri poteſt; neceſſe eſt enim vt aliter quàm oportet huma-
na æſtimet, qui diuina contemnit. Nec hominem rectè di-
ligere nouerit, quiſque eum non diligit qui hominem con-
didit. Nec mirum, quomodo enim aliquis alteri amicus
eſſe poteſt, qui ſibi inimicus eſt? qui autem diligit iniquita-
tem odit animam ſuam. Quomodo etiam ab alio dilige-
tur? nam quomodo illi verus amicus exoptabit id, in quo
ipſe ſe ipſum patitur inimicum? Quare inter homines reli-
gionis diuerſæ vix aliqua vel nulla amicitia inueniri poteſt:
ideo & inter Ethnicos, qui tantum de amicitia ſcripſerunt,
& eam tantopere coluerunt, vera amicitia eſſe non potuit,
nec inter Catholicos & Hæreticos, vt inferius dicetur.

Actus. & opera atque ſigna amicitiæ. Ethic. 8. c. 9. Ex prædictis definitionibus amicitiæ, actus & opera ami
citiæ intelliguntur, qui ſunt tres. Beneuolentia, Concordia,
& Beneficentia. Beneuolentia quidem, quia Ariſtoteles
dicit eſſe prouerbium vulgare, quod amicus ad ſuum ami-
cum debet ſe habere ſicut genu ad Tibiam, hæc namque
maximè habent ad inuicem propinquitatem, & beneuo-
lentia, quia vnum vult alterum eſſe ſanum, & quia tibia
ſuſtentat genu, ac genu ligat tibiam, alteroque fracto vel
notabiliter læſo, alterum non poteſt ambulare, ſic amicus
ligat ac vnit ſibi amicum, & ſuſtentat, & commori vult
amico. Hinc communiter dicitur, amicitiam præſtantio-
Tullius. rem eſſe propinquitate, vt inquit Tullius. In hoc præſtat
amicitia propinquitati, quia ex propinquitate beneuolen-
tia tolli poteſt manente propinquitate, ex amicitia verò nō
ſublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur. Pro-
Ethic. 9. inde etiam Ariſtoteles dicit, quod beneuolentia eſt princi-
pium amicitiæ, & in ea fundatur amicitia. Secundum opus
amicitiæ dicitur concordia, quæ conſiſtit in effectu & in a-
ctu vnanimi, ſ. quod eadem velint, & nolint & eadē eligant
in quibus conſiſtit ratio concordiæ, vnde concordia dicitur,
Ethic. 8. c. 9. quaſi vnitas cordium: ideoque Ariſtoteles dicit, quod pro-
uerbialiter dicitur, vnam eſſe animam duorum amicorum,
ſcilicet per voluntatum concordiam. Sed qualis concor-
dia cauſatur ex vera amicitia? Certum eſt quod concordia
F in ſpeculatiuis, vel ad cognitionem ſenſitiuam ſpectātibus
non pertinet ad rationem amicitiæ, puta ſi qui conſentiant
inuicem in hoc, quod ſol eſt maior terra, vel in opinionibus
quæ ſunt de ſpeculatiuis, & ideò in iudicijs talibus nihil
prohibet amicos conſentire vel diſſentire, & hoc ideo, quia
iudicium in talibus procedit ex naturali ratione & per con
ſequens ex illatione veritatis, concludendo neceſſariò, ne-
ceſſitate conſequentiæ, amicitia verò procedit ex electio-
ne, igitur non pertinet ad eam diſſenſus, vel aſſenſus talis
conclusionis, in intellectu veritatis. Sed vt Ariſtoteles di-
Ariſt. li. 4 cit. Duobus exiſtentibus amicis, ſanctum eſt inquit præ-
honorare veritatem, & ſic manet amicitia in huiuſmodi
diſcordantia opinionum, nec propterea diſſoluitur. Sicut
inter ordines Sancti Dominici, & Sancti Franciſci præſer-
tim Scotiſtas, licet ſit multimoda opinionum diſcordia, ta-
men manet eorum amicitia in Chriſto adinuicem. Non
etiam concordia in minimis eſt de ratione veræ amicitiæ,
ſicut nec diſcordia in minimis tollit eam, eo quod concor-
dia attenditur circa magna & notabilia. Deniq. nec concor
dia in vitijs pertinet ad amicitiam veram, quia vitioſus nō
poteſt eſſe amicus ex prædictis. Concludit ergò quod con-
cordia eſt vnitas animi in operabilibus communibus, &
vtilibus correquiſita ad veram amicitiam, vnde quando
plures conſentiunt, vt vnus dominetur, vel vt deſtinatus ſit
ad pugnandum, tunc eſt concordia amicitiæ, ſi fiat pugna
pro iuſtitia, & electio debita, ſimiliter quando concordant
& plebei, & potentes in eodem Principatu, tunc eſt veræ
amicitiæ concordia, quia ſic concordando quilibet habet
ſuam voluntatem & beneuolentiam. Sed quando quilibet
ſibi vult bonum proprium poſthabito bono cōmuni, non
eſt concordia amicitiæ, imò ex hoc oritur diſcordia & diſ-
ſenſio, & amicitia ceſſat ac perditur. *Tertium opus amicitiæ*
dicitur beneficentia, quæ conſiſtit in effectu exteriori exhi-
bendo vel exhibito gratia illius, ſcilicet amici: nam ſignum
amicitiæ aliud eſt in mente, intrinſecum ſeu in corde, aliud
Tullius de amicitia. extrinſecum in ore & opere, & hoc poſterius ad beneficen
tiam pertinet, & quidem ſignum in corde, eſt voluntatis
conformitas, quia hoc ad concordiam pertinet. Tullius de
amicitia: Amicorum idem velle & idem nolle in rebus ho
neſtis, ſic eſt & de vera amicitia ad Chriſtum. Vnde Grego D. Greg. hom. 23.
rius: Deum perfectè non diligit, qui ei in voluntatem con-
tradicit. Præterea ſignum in corde eſt amoris firmitas, vt
nunquam frangatur vel interrumpatur: quemadmodum
inquit Eccleſ. *Si perſeuerauerit fixus id eſt ſtabilis in amore* Eccleſ. 6.
erit tibi coæqualis amicus. Vnde dicitur amicus, quaſi ani- v. 11.
mi cuſtos, quia cuſtodit amorē in animo, ſic amor ad Deū
& proximum ſeruari debet. Qui (inquit D. Ioannes) *diligit* 1. Ioan. 4.
Deum & odit fratrem ſuum mendax eſt. v. 20.

Accedit aliud ſignum ſedula recordatio D. Auguſt. Vbi
amor ibi frequenter verſatur animus: ſic amicus Chriſti
frequenter debet recolere paſſionem Chriſti. Denique bo-
na intentio vt diligat intentio bona id eſt propter virtutē,
exemplo Chriſti, qui diligit nos vt boni ſimus. Aliud ſi-
gnum amicitiæ eſt in ore. Et inprimis collatio familiaris,
qua augetur amicitia, vt docet Ariſtoteles: ſic colloqui de- Ethic. 9.
bemus Deum orando, & laudando. Deinde pentio con-
gruit. Tullius de amicitia dicit: veri amici eſt, nec turpia
vel indecentia rogare, nec ad preces amici turpia facere. Et
Eccleſ. *Noli fieri pro amico* (ſcilicet proximo) *inimicus* (ſci- Eccleſ. 6.
licet Deo) aliud ſignum amicitiæ veræ, quod pertinet ad be v. 1.
neficentiam eſt in opere, ideò Dominus in hodierno Euan
gelio inquit: *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit*. Si er- Eccleſ. 6.
go amicus amico eſt in aduerſis fidelis, non eſt ſicut dens
putridus & pes laſſus vt monet Eccleſ. *Si poſſides amicum,*
in tentatione poſſide illum, tunc in amicum eſt beneficus,
præcipuè ſi in tali amicitia perpetuo perſeuerat. *Omni tem-* Eccleſ. 6.
pore diligit, qui amicus eſt, ergò & in morte, & poſt mortem v. 7.
ſemper, quod ad tertium amicitiæ actum pertinet, ſed non Diuiſio a-
cuilibet amicitiæ, competunt prædicta opera, nō ad quam- micitiæ.
libet amicitiam ſpectant hi actus. Sicut enim multiplex
poteſt eſſe obiectum amicitiæ, vt ſupra dictum eſt, ita quo-
que multiplex eſt amicitia: eſt amicitia mala, eſt amicitia
ficta, eſt quoque amicitia vera ſed imperfecta, eſt denique
amicitia perfecta. Amicitia mala & pernitioſa eſt, quæ vt
inquit D. Auguſt. fundatur in mala conſcientia, hinc rectè
Cicero. Hoc primum ſentio niſi in bonis amicitiam eſſe
non poſſe: bonos autem vocat, qui ita ſe gerunt, ita viuunt,
vt eorum probetur fides, integritas, æquitas, liberalitas, nec
in eis eſt vlla cupiditas, libido, vel auaritia; idem docet D.
Baſilius. D. Auguſt. D. Hieronym. & alij. Hinc gentiles ad
perfectionem veræ amicitiæ non peruenerunt, quia non
erant amici veritatis & veræ religionis: huiuſmodi amici-
tia eſt, vel inter malos, ſicut inter Herodem & Pilatū, quos
Diabolus coniunxit, vt Chriſto necem præpararent. Sic
nunc inter Turcas, & Tartaros contra Chriſtianos, vel in-
ter bonum & malum, qualis amicitia fuit inter Iozaphat
& Achab peſſimum. Plures etiam Chriſtiani ſunt, qui
nunc amici hæreticis, qui non recordantur illius D. Grego Gregor.
rij. Cum incautè malorum amicitijs iungimur, eorum cul
pis ligamur. Sed praua & nociua eſt cum hæreticis ac ſchiſ
maticis amicitia, tam ea quæ eſt vnius perſonæ, quam quæ
cum tota Rep. contrahitur; imò vix aliqua, aut nulla, niſi
ficta amicitia inter hos eſſe poteſt.

Eſt etiam amicitia ficta, amicitia apparens, quæ apparet
eſſe amicitia ſed non eſt; amicitia ſolo nomine tantum &
non re, ore, & non corde. Quinam autem ſint tales amici
clare innuitur, & quaſi digito demonſtrantur à Dauide.
Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordi- Pſal. 27.
bus eorum. Homines, duplici vultu, angelico & diabolico, v. 3.
exterius alloquuntur hominem vultu compoſito tanquam G
angelico, interius autem malitia diabolica; homines dupli-
ci lingua, mentis & oris, & quod peius & duplici vita; quæ
à corde diuiſo procedit. Talis eſt amicitia mundi, qui pro-
ponit nobis dilectionem in vita, ſed in morte concludit a-
maritudine, & inimicitia, cum diripit omnia bona tempo-
ralia, & in iudicio inſurgit contra eos quibus antea fictè
fauiſſe videbatur. *Pugnabit orbis terrarum contra inſenſa-* Sapien. 5.
tos inquit Sapiens. De talibus amicis conquerebatur lamen- v. 25.
tabiliter Iob. *Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem* Iob. 6.
Domini derelinquit. Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens v. 14.
qui raptim tranſit in conuallibus. Duabus egregijs ſimilitu-
dinibus exprimit fictos & apparentes amicos. Nam ſi plu-
res amici iter aggrediuntur, id accidat autē interim, quod
vnus

Digitized by Google

vnus illorum aliquo infortunio cadat in foueam; cæterum
amici incomitatu exiſtentes nihil curent, imò nec videre,
nec auxiliati velint, ſed præterennt velociſſimè ſicut aqua,
quæ ex altiſſimis montibus impetuoſe deſcendit & trauſit
in conuallibus. An non ficti forent tales amici? Similiter
torrens qui in autumno aquis abundat facit ſpem bonam,
Domino ſuo, nempè ſic futurum toto tempore: & ecce æ-
ſtiuo tempore vbi calores maximi veniunt, cum maximè
ad refrigerandum opus eſt haurire aquam torrens ſiccus
apparet, & decipit Dominum proprium: ſic amicus fictus &c.
Tales etiam ſolent quandoque fieri amici domeſtici, qui-
bus nihil intolerabilius. Inimici hominis domeſtici eius,
Nihil ita nocet Reipub. & cuiuslibet conditionis homini,
etiam minimo colono & agricolæ, quam amicus menſæ, a-
Pſal. 54. micus domeſticus, de quo lamentabatur Dauid. *Qui ſimul*
v. 15. *mecum dulces capiebas cibos, tu vero vnanimis homo &c.* Ni-
hil difficilius quam his fictis amicis, vel potius inimicis re-
ſiſtere, vel ab eis præſidium cordis tueri, quia liberum ha-
bent acceſſum, ad hoc præſidium, ſunt latrones domeſtici,
2. Cor. 11. de quibus D. Paulus. *Periculis in mari, periculis in ſolitudi-*
v. 26. *ne, periculis latronum.* Vbique periclitatur homo, & in ma-
ri & in terra. In mari eſt periculum à ventis & tempeſta-
tibus, in terra ab igne & gladio: ſed pauperi qui nihil ha-
bet, de quo dici poteſt illud. *Habentes alimenta & quibus te-*
gamur iis contenti ſumus; qualis fuit D. Paulus de quo illud
dici poteſt. *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Quomo-
do ei poteſt eſſe periculum à latronibus? Quinam hi ſunt
latrones? ſubdit D. Paulus periculis in falſis fratribus: ficti
fratres, & amici qui non ex animo, ſed quaſi coactè ſunt
amici: aliud loquuntur & aliud cogitant. Eſt etiam ami-
cus fictus, quia eſt occultus, quia non manifeſtat opere,
Tullius. quod habet in corde. Tullius de vera amicitia. Ille eſt ve-
rus amicus qui omnia bona ſua alijs communicat & mala,
id eſt aduerſa aliorum, ſua reputat; qui verò aliter amat, fi-
Prou. 27. ctus eſt amicus, vnde in Prouerbijs. *Melior eſt manifeſta*
correptio quam amor abſconditus. Hieronymus hoc expo-
nit ſic. Melior eſt inimicus manifeſtus, quam amicus ab-
ſconditus, ille enim quia cognoſcitur, ideò facilè vitatur,
iſte verò dum non cognoſcitur, præualet. Iam verò ami-
citia vera, ſed imperfecta eſt illa, vt iam determinatum eſt,
quæ eſt propter bonum vtile vel delectabile, & licèt inter
has quoque ſit ordo, quia vna eſt altior, altera tamen infi-
ma. Species amicitiæ eſt propter vtile, quia hæc amicitia
propter vtile, non habet locum in beatis: ideò altior eſt a-
micitia propter delectabilem, quam propter vtile. Præte-
rea, quia veræ amicitiæ ratio eſt, vt ſit liberalis & non ne-
gociatiua, ideo quanto eſt liberalior tanto verior & nobi-
lior: ſed amicitia propter delectabile magis eſt liberalis,
quam ea quæ eſt propter vtile, hæc enim eſt quaſi mercena-
riorum & negociatorum. Denique quia amicitia delecta-
bilis magis accedit ad actum beatorum, quia hi indigent
delectabili quaſi forma eſſentiali beatitudinis, non au-
tem ita indigent vtili, vtraque tamen eſt imperfecta, non
obſtante, quod vna ſit melior altera, vtraque eſt hedera
Reipubl. vtraque tanquam hedera arbori, innititur bo-
nis alienis.

Pytagor. Rectè Pythagoras de talibus amicis dixit. Non eſſe ſu-
ſcipiendas hyrundines in domo; ſunt tales amici ſicut hy-
rundines, quæ dum nidificant cantant, poſtea tamen auo-
lant; ſunt ſicut ſcamnum, quod vno cedente ab altero præ-
ponderatur, & eſt cauſa ruinę homini ſedenti, ita tales ami-
ci cum diligentiæ, fauore, & opibus alienis eleuantur, illis
metipſis ſunt cauſæ ruinæ multoties; ſunt ſicut locuſtæ quę
tempore ęſtiuo cum ad ſunt fruges diuitiarum, adueniunt,
tempore hyemali non apparent; ſunt ſicut mare, nam ma-
re ad mutationem lunæ mutari conſueuit, & ideò luna cre-
ſcente plena, mare eſt aqua plenum, decreſcente verò lumi-
ne lunæ, aqua maris decreſcit & minuitur; ſunt demum ta-
Eccleſ. 6. les amici, ſocij menſæ, vt inquit Eccleſiaſtes. *Eſt amicus ſo-*
v. 10. *cius menſæ & non permanebit in die neceſſitatis.* Sunt præte-
rea ſicut muſcæ, quæ tamdiu coquinas, & alia loca vbi ci-
baria conſeruari viſitant, circum uolant, quamdiu ibi ali-
menta conſeruantur; ſunt quaſi conchilia quæ creſcunt
creſcente luna, deficiente autem luna deficiunt. Perfectiſſi-
ma, & optima amicitia eſt, quia eſt propter bonum hone-
ſtum, ſeu propter virtutem; vt etiam ſupra dictum eſt, nam
nihil inuenitur in ea defectuoſum aut contrarium veræ
amicitiæ: ad eam pertinent omnnia illa, quæcunque recen-
ſita ſunt ſupra, tanquam conuenientia de neceſſitate per-
fectæ amicitiæ: hæc amicitia eſt perpetuæ voluntatis, hone
ſta & perſeuerans communio, quia eſt conſtans & immu-
tabilis, tam in proſperis quam in aduerſis, eſt ſicut arbor,
quæ in ęſtate proſperitatis vireſcit, & in hyeme aduerſita-
tis per compaſſionem eſt pallida, eſt ſicut ſol, qui ſemper
ſplendet; cæteræ amicitiæ ſunt ſicut luna, quæ creſcunt lu-
mine, & ſplendent tempore proſperitatis, obſcuratur tem-
pore aduerſitatis, poteſtque dici de illis. *Stultus vt luna mu-* Eccl. 17.
tatur. Hæc amicitia vno eodemque oculo reſpicit amicum, v. 12.
diuitem & mendicum, fortē & debilem, ſanum & ægrum,
humilem & ſublimem, in quocunque ſtatu fuerit amicus,
per eam diligitur, nunquam deſeritur. Hæc amicitia eſt re-
rum humanarum, & diuinarum, in charitate conſenſio;
quia fundatur in virtute, pietate, & religione; ad hanc ami
citiam pertinet beneuolentia, concordia, & beneficentia.
Tales amici eligendi ſunt, virtuoſi & qui nullo vitio ſunt H
obnoxij, ſi enim elegis amicum, debes conſiderare ne is Prou. 11.
quem eligis tibi in amicum, ſit ſuperbus, is enim neſcit eſſe v. 2.
ſocius, quia: *Vbi ſuperbia ibi contumelia.* ne etiam ſit cupi- Hier. in
dus: vnde inquit D. Hieronymus. In amicis non res quæ- epiſtol. ad
runtur ſed charitas: ne ſit libidinoſus. Quia à tali inquina- Craſtinū.
tur homo. *Qui tangit picem inquinatur ab ea*: ne ſit iracun- Eccl. 13.
dus: quia à tali, facile amicitia violatur. *Noli eſſe amicus ira* Prou. 22.
cundo, ne ſumas animæ tuæ ſcandalum: ne ſit iniuſtus, vt in- v. 24.
quit D. Augustinus. Amicitiæ legē iuſtitiam eſſe arbitror, Auguſt.
quæ præſcribit, vt non minus nec plus quam ſeipſum quiſ-
que amicum diligat. Et in ſumma, talis amicus eligendus
eſt, qui ſit mundus ab omni vitio, nam *qui diligit cordis mun* Prou. 22.
ditiam propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum Re- v. 11.
gem. Debes eligere amicum fidelem verbo, & opere: quis
autem eſt fidelis, niſi ille qui non tua ſed te diligit vt inquit
D. Gregorius. Nullus fidelior tibi ad conſulendum eſſe po- Gregor.
teſt, quam qui non tua, ſed te diligit; qui te diligat propter
bonum honeſtum, non propter bonum vtile; qui te diligat
amore amicitiæ, non amore concupiſcentiæ, qui diligat vir-
tutem, non diuitias aut formam, qui leges veræ amicitiæ
obſeruet, quarum vna ponitur ab Ariſtotele in Ethic. Ad Ariſt. in
amicum in tribulatione eundum eſt citò & ſæpè, in proſpe Ethicis.
ritate rarò & tardè. Præterea lex eſt amicorum, quam tra-
didit Crates. In amicorum ſecundis rebus vocatus adſis, Crates.
in aduerſis, etiam non vocatus. Amicus enim debet eſſe ſi-
milis (dicit Ioannes de S. Geminiano) cæmento viuo, cæmē Io. de S.
rum viuum, quod ex fornace extractum, nondum eſt aqua Geminia-
extinctum; Tale enim cæmentu accipienti apparet eſſe fri- no lib. 2.
gidum, tamē intrinſece plenum eſt igne, magis quam quę- fol. 125.
cunque ignita; nam cætera aquis extinguuntur, cęmentum
autem huiuſmodi, ſi aqua aſpergatur, ignis in ipſo excita-
tur & ardet, cuius ſignum eſt ebullitio, vapor, & fumus;
ita vetus amicus, in rebus ſecundis amici quieſcit, quod ſi
aqua tribulationis, & aduerſitatis amico aduenerit, tunc
primum ignis amicitiæ ardet, quia amicus quieſcere non
poteſt, quouſque iuuet amicum in tribulationibus eius. Et
hoc innuit Spiritus Sanctus per Eccleſ. *Si poſſides amicum,* Eccl. 6.
in tentatione poſſide eum.

Vlterius lex amicitiæ eſt, vt idem vtriuſque ſit velle, & Eccl. 8.
nolle, qualem legem pręſtabant primi chriſtiani, quorum,
vt eſt in hiſtoria Apoſtolica. *Erat cor vnum & anima vna.* Actor. 4.
Lex amicitiæ eſt, vt amicus ſit alter idem; lex amicitiæ eſt, v. 32.
vt amor ſit ſincerus & fidus, ab omni fraude, & fuco alie-
nus, qua de re multa ſunt monita Spiritus Sanctus in diui-
no verbo, vt eſt in prouerbijs Salomonis. *Homo qui blandis* Prou. 29.
fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus v. 5.
eius. Lex amicitiæ eſt, vt cum opus eſt amicus amicum cor-
ripere non negligat, ait ſiquidem ſapiens. *Corripe amicum* Eccl. 19.
ne forte non intellexerit & dicat. Non feci, aut ſi fecerit, ne
iterum addat facere. Lex amicitiæ eſt, vt externa comitatis
& humanitatis officia in primis ſibi amici declarent, nam,
Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam (inquit Iob) *timorem* Iob. 6.
Domini dereliquit Et ſapiens. *Ne dicas amico tuo, vade & re-* Prou. 3.
uerte, cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare Lex amicitiæ eſt, v. 28.
vt amicus paratus ſit, pro amico vitam profundere. Lex
amici-

Digitized by Google

amicitiæ eſt, vt amicus arcana ſua amico patefaciat. Lex
amicitiæ eſt, vt arcana amici non prodantur extraneis, de
Prou. 11. v.13. quo Salomon ait. *Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana: qui autem fidelis eſt animi, amici celLat commiſſum.* Et cauſam
tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reue
les. Denique lex amicitiæ eſt vt amicitia ſit indiſſolubilis,
& perpetua, vnde ſapiens ridet eum, qui tantum ad tem-
pus fœdera amicitiæ ſeruat. Eſt (inquit) *ſecundum tempus*
Eccl.6. v.8. *ſuum, & non permanebit in die tribulationis.* Tales igitur
amici eligendi ſunt, qui has leges obſeruant. Tales amicos
elegit Chriſtus Dominus; tales eligere debent Principes,
& maximè illos quos Chriſtus eligendos docuit. *Facite vo-
bis amicos de Mammona iniquitatis.* Debent non ſolum tem
porales amicos, ſed & ſpirituales ſibi procurare, imò tanto
plures, quantò magis ſunt neceſſarij. *Opera enim illorum
ſequuntur illos.* Iſti nimirum amici, ſequentur te ad tribu-
nal Dei: omnes autem alij hic remanebunt: illi ſolo pro te
intercedent, illi te protegent: ſed præcipuè inuigilare dēnt
& Principes, & oēs in vniuerſum chriſtiani, populi, vt Deū
Ter Opt. habeant amicū. Quis enim melior amicus Chri-
ſto Domino? Quiſnam melius obſeruat leges amicitiæ quā
ipſe Deus? Vnum eſt quod deterrere poſſet à Dei amicitia,
nempè inæqualitas. Sed Deus omnipotens, ſeipſum humi-
liat, & te exaltat, vt amicus eius poſſis. *Ad eum veniemus
& manſionem apud eum faciemus* (inquit) in hodierno Euan
gelio. De cælo ad te deſcendit. Pater in voce. Filius in
carne. Spiritus Sanctus in igne. Quod amor exaltet ac ele-
uet non eſt mirum, quia proprium eſt igni eleuare, vt expe
rientia docet, ſed quod ignis ad ima deſcendere faciat hoc
difficilè; nec alteri igni niſi diuino poſſibile eſt. *Sic inquit*
Serm. de charitate *Deus dilexit mundum &c.* Nec impedit talem amicitiam,
quod amari ſimul & metui ſit difficile. Si enim Principes
terreni, vt ſupra oſtenſum eſt, poſſunt ſimul metui & ama-
ri; quantò magis Deus, qui protegit & defendit ſemper &
vbique in terra & mari ſuos amicos? vt coram Abraham
Eccleſ.22 v.27. amico ſuo proteſtatus eſt. *Ego protector tuus*, inquit noſtra
vulgata. Vbi litera Hebræa habet. Ego ſcutum tuum.
Iam quid ſit amicitia, & quales amici eligendi ſunt nempè
qui vt docuit ſapiens non ſint ſicut putridus pudens, &
pes laſſus. Reſtat vt breuiter inſinuemus. Quidnam ſit
illud quod diſſoluit amicitiam clarè inſinuat Eccleſ. *Ad
amicum etſi produxeris gladium, non deſperes, eſt enim regreſ-
ſus.* Ad amicum ſi aperueris os triſte, non timeas, eſt enim
concordatio, excepto conuitio, & improperio, & ſuperbia,
myſterij reuelatione, & plaga doloſa, in his omnibus effu-
giet amicus: ac ſi vellet dicere. Si accidat vt amici veniant
ad arma non eſt poſſibile quod concilientur & amicitiam
continuent; ſi etiam contingat quod amicus exiſtens triſtis
& melancholicus, reſpondeat furioſe, non eſt quod te tur-
bes & commoueas, quia facilis eſt concordatio, modo non
ſequatur id quod ſubdit; excepto conuitio & improperio,
& ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa, in his
enim omnibus effugiet amicus. Nam quemadmodū idem
Eccl.22. v.24. dicit. *Pungens oculum deducit lachrymas, & qui pungit cor pro-
fert ſenſum.* Nam ſicut eſt impoſſibile non flere ſi punga-
tur oculus, pars corporis adeò delicata, ita non eſt poſſi-
bile, quod cor non ſentiat dolorem, cum ei infertur tanta
iniuria ab amico, quale eſt conuitium: imò communiter
tantum ſentit dolorem amicus, confuſus, deluſus, & quaſi
ludibrio expoſitus ab amico, vt nec remedium inuenire poſ
ſit, nec ſciat ad quem refugium habere poſſit, niſi ad ſolum
Deum, relinquendo diuinæ eius maieſtati, iudicium & vin-
Iob. 12. v.4. dictam tanti mali. *Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego, in-
uocabit Deum & exaudiet eum*, inquit Iob. Præterea vt in-
Eccl.22. v.25. quit Eccleſ. *Mittens lapidem in volatilia, deijciet illa, & qui
conuitiatur amico, diſſoluit amicitiam.* Quemadmodū enim
qui proijcit lapidem in auiculas, deijcit, id eſt, fugat illas vt
auolent & fugiant: ita qui conuitiatur amico, expellit ami-
citiam: nec minus diſſoluunt amicitiam quæ ſequuntur,
nempè, improperium, ſuperbia, myſterij reuelatio, plaga
doloſa, qui enim talia agunt, ſoluunt amicitię leges, de qui-
bus ſupra dictum eſt. Vt autem notum habeamus quęnam
ſint ea quibus amicitia Dei diſſoluitur: ſciendum eſt quod
Deus non te offendit, ſi te ſeum non offendas, bonis tuis
non eget; nihil eo pulchrius, nihil dulcius &c. Et vniuerſa-
le Theologorum pronuntiatum eſt, quod quiſquis vel vni
lethali noxæ ſe obſtrinxerit, eum gratia amicitiaque Dei
excidere: quod etiam inſinuat Euangelium hodiernum,
Si quis (inquit) *diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Sermo-
nem illum in quo traduntur leges, & præcepta amicitiæ
Dei. Ne Deum offendamus, ne ad iram prouocemus, ne
conuitijs, & improperijs afficiamus, etiam in membris il-
lius proximis noſtris, de quibus ille inquit. *Qui tangit vos,
tangit pupillam oculi mei*, Nam qui pungit oculum, dedu-
cit lachrymas, & qui pungit cor, profert ſenſum. Leuiori-
bus culpis non diſſoluitur amicitia Dei, ſed grauioribus,
malitia & ſuppina negligentia, tollitur. Certè omnis dili-
gentia adhibenda eſt, vt poſtquam talem amicum elegeri-
mus, quo nullus melior eſſe poteſt, cuius amicitia immor-
talis, operibus quoque & mandatorum eius obſeruantia,
amicitiam hanc declaremus; ſi æterna eius amicitia, in præ-
ſenti vita per gratiam, & in futura per gloriam perfrui ex-
optamus. Amen.

INSTITVTIO

Speculatiua

Dominicæ Pentecoſtes.

De Diuinitate, & proceſſione Spiritus Sancti.

Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, Ioan.14. v.23.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod Sap.1. v.7
continet omnia ſcientiam habet vocis,

INter præcipua Dei præcepta, non poſtremum erat A
mandatum illud, quod Populus Iſraeliticus accepit à
Deo, *Tribus* (inquit Deus) *vicibus per annum apparebit* Exod.23.
omne maſculinum, in conſpectu Domini. Vna ſolemni-
tas erat Paſchæ. Altera ſcenopheiæ, Tertia Pentecoſtes. So-
lemnitas Paſchæ inſtituta fuit, in memoriam liberationis
à ſeruitute Ægiptiaca, quando DEVS populum eduxit
miraculosè de Ægipto. Altera ſolemnitas inſtituta fuit, in
memoriam tabernaculorum, in quibus per tot annos ha-
bitabant Patres antiqui Solemnitas Pentecoſtes fuit inſti-
tuta in memoriā beneficij, quod acceperat populus à Deo
in Sinai, quando leges diuinas accepit per Moyſem. Pro-
pter illa tria ſingularia beneficia præſtita populo illi com-
memoranda, inſtitutæ fuerunt illæ tres ſolemnitates; ſed
ideo etiam, inquit S. Brunus, illas tres ſolemnitates inſti- S.Brunus
tuit Deus vt adorarent (inquit) vnum Deum in trinitate
perſonarum, Nam Paſcha ſignificat Deum Patrem, qui
per creationem eduxit mundum, de caligine tenebrarum,
iuxta illud ſacræ ſcripturæ. *In Principio Deus creauit cælum,* Gen.1.6.
*& terram: terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant
ſuper faciem Abiſſi* &c. ſed Deus per creationem, tranſtu-
lit de non eſſe ad eſſe, de tenebris, ad lumen, & ideo poteſt
ei attribui ſolemnitas Paſche, quæ interpretatur tranſitus
domini. Solemnitas tabernaculorum poteſt attribui ſecun-
dæ perſonæ in Trinitate, quæ aſſumpto carnis tabernacu-
lo, protexit nos morte, & paſſione ſua ab ira Dei; ſicut ta-
bernacula protegebant Iudæos, ab iniurijs cæli. Ille quo-
que reficit animas noſtras in deſerto huius mundi peregri
nantes, & ſacramento corporis ſui, & auxiliis, ex meritis
paſſionis ſuæ promanantibus. Feſtiuitas Pentecoſtes attri-
bui poteſt Spiritui Sancto, qui ideo de cęlo in terram miſ-
ſus eſt, vt rudes, & idiotas Apoſtolos doceret, & erudiret.
Quando legem in monte Synai populus accepit, fulgura
& tonitrua audita ſunt, fortè propterea, vt illi qui legem
acceperant, ſaltem timore pęnę perculſi, tranſgreſſionem
legis cauerent, memores pęnę tranſgreſſoribus reſeruatę.

Hodier-

Digitized by Google

Hodierna etiam die factus eſt repente de cęlo ſonus tanquam aduenientis Spiritus, erudientis Apoſtolos vehementis. Rudis ille populus his tribus ſolemnitatibus, ad credendum & percipiendum, myſterium Trinitatis admonebatur, qui ſi cęlum inſpexiſſet, inde etiam ſymbolum huius myſterij accipere potuiſſet. Inter plurima enim ſymbola, quæ nobis repræſentant Sanctiſſimã Trinitatem, quamuis imperfectè, iuxta noſtrum modum intelligendi, non poſtremum repræſentatiuum, eſt ſol hic viſibilis: nam quemadmodum ſol diffunditur per omnes partes mundi, expellendo tenebras, & manifeſtando ſeipſum: ita natura diuina, tanquam immenſa, per omnia diffunditur, & extenditur, pellit tenebras mentiũ, & ex tenebris omnia diſcooperit, atque quantum eſt ex ſe, ſemper ſe nobis manifeſtat. Præterea ſolem videmus in effectu, in ſe ipſo non videmus; ita Deus eſt viſibilis, & inuiſibilis; viſibilis, quia omnes creaturæ narrant gloriam Dei, inuiſibilis, quia ſi intellectus humanus velit aliquantulum diſcurrere circa Deum, obſcuratur, & ſe habet ſicut noctua, ad lumen ſolis. Iam verò, vt magis ad noſtrum propoſitum accedamus, Sol tanquam fons perennis lucis, producit vnum radium, qui illuminat cælum & terram: licet enim plures videatur radios producere, quibus tanquam alis peruolat cælum, reuera tamen vnus eſt Solis radius, qui radius habet totum lumen à Sole, eſtque imago Solis. Quod ſi modum productionis radij à Sole conſideremus: facilè aduertere poterimus, quod Sol non producit radium ab hodie, vel ab heri, ſed ſemper producit: ita Deus producit Filium qui regnat in cælo & in terra, hic totam ſubſtantiam accipit à Patre, cuius eſt imago; neque imaginandum eſt, quod Filius procedat à Patre heri, vel hodie, ſed ſemper & in æternum procedit, talis enim proceſſio, non eſt temporanea, ſed æterna, quam Sol multò melius repræſentaret, ſi eſſet æternus ſic enim & radius ab æterno procederet à Sole. Vlterius à Sole & radio procedit calor, qui mira operatur in cælo in terra, & ſub terram: ſic à Patre & Filio, procedit Spiritus Sanctus. Denique corpus hoc lucidum Sol, ſemper manet in ſphæra ſua cæleſti, non deſcendit in terram, ſed radium & calorem in terram demittit: ſic Deus Pater, nunquam in forma corporali inter homines viſus eſt, dicit tamen, *Ad eum veniemus*. Qui miſit Filium, qui cum hominibus conſeruatus eſt, & Spiritum Sanctum, qui in Chriſti baptiſmate in ſpecie columbę, hodierna autem die in forma linguarum multarum apparuit. Itaque impletum eſt hoc, quod Populo

Egei 2. v. 5. Iſraelitico promiſerat per Aggeum Prophetam. *Confortare Zorobabel, dicit Dominus, & confortare Ieſu Fili Ioſedech Sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum, & facite* (quoniam ego vobiſcum dicit Dominus exercituum) *Verbum, quod pepigi vobiſcum, & cum egrederemini de terra Ægypti, & Spiritus meus erit in medio veſtri, nolite timere*. Vbi non ſolum vnius Dei, ſed etiam omnium perſonarum, eſt expreſſa mentio. Impletum quoque eſt id quod dicitur in hodierno Euangelio. *Ad eum veniemus* &c. Vt igitur tantum hoſpitem digne, & laudabiliter ſuſcipiamus de diuinitate eius, & de donis, quę ſecum affert, in hac inſtitutione agemus.

B De diuinitate Spiritus Sancti, explicata, & indubitata ſemper fuit fides, poſt acceptam Euangelij doctrinam ante

D.Baſil. Nycænam ſynodum, teſte D. Baſilio, vbi inquit, ante Nycænam Synodum, non fuiſſe diſputatum de Spiritu Sancto poſt acceptam Euangelij doctrinam: ſed quia, eo tempore, quo Nycæna, & Conſtantinopolitana Synodus congregata eſt, permulti diuinitatem Spiritus Sancti oppugnabãt; ideo Eccleſia addidit, Dominum & viuificantem. Poſtea nihilominus plures errores, & blaſphemiæ in perſonam Spiritus Sancti, hominum ſceleſtiſſimorum exurrexerunt: ſed ex illis duo præcipui, quorum vnus pertinet ad diuinitatem ſanctiſſimã; & negat Spiritum Sanctum eſſe Deum, cum Patre, & Filio adorandum ac inuocandum, alter verò ad proceſſionem, qui negat Spiritum Sanctum à Filio procedere. Primus eſt Hæreticorum, Caluiniſtarum, Arrianorum, Donatiſtarum, Macedonij, Bezæ, Melanthonis, & aliorum, vt refert Benedictus, à Benedictis in iaculis Eccleſiæ Catholicę. Alium autem ſequuntur Neſtoriani, Græci, Armeni, Schiſmatici, atque nonnulli Hæretici. Horum igitur errores refutando, prius nobis oſtendendum eſt, quod Spiritus Sanctus ſit verus Deus, æqualis Patri & Filio. Et licet non deſint plures rationes, quibus hæc veritas efficaciter conuinci poſſit, ſufficiet tamen id auctoritate ſapientis deducere, & manifeſtare, illa nempè. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*. verſ. 5. Illud autem imprimis pro fundamento ſumendum eſt, quod prædicta verba ſapientis, non de aliqua creatura dicta ſunt, ſed de ſolo Spiritu Sancto, de Deo, & tertia perſona in diuinis. Reperiuntur aliqui qui putant illa verba eſſe intelligenda de mundo viſibili, & toto vniuerſo; ſed Sancti vtuntur hoc teſtimonio, ad probandum Spiritum Sanctum eſſe Deum, hac ratione, quod in eo tribuatur illi, hoc quod eſt proprium Deo, ſcilicet replere omnia, ſeu eſſe in omnibus rebus: ita ex Græcis Athanaſius, in libro Athanaſ. ad Serapionem, contra eos, qui dicunt Spiritum Sanctum eſſe creaturam, prope finem. Et lib. ſiue epiſt. 1. ad Serapionem, de Spiritu Sancto. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. Cyrillus. dialogorum de Trinitate, prope finem, & libro cui titulus eſt argumenta euidentia quod Spiritus Sanctus ſit Deus, & non creatura, circa medium, & lib. 8. contra Iulianum, poſt medium. Baſilius Homilia de Spiritu Sancto, quæ ha- Baſilius. betur inter eius homilias Num. 27. & lib. 5. contra Eunomium cap. vlt. Et ex Latinis. Ambroſius lib. 1. de Spiritu Ambroſ. Sancto cap. 7. & Auguſt. tomo 6. lib. 3. contra maximum cap. 12. qui etiam tom. 2. epiſt. 57. quæ eſt ad Dardanum, prope medium, vtitur hoc teſtimonio, ad probandũ Deum eſſe in omnibus rebus, ijdem aſſerunt, ex his verbis colligi ſcilicet, & hoc *quod continet omnia &c.* quæ intelligunt de Spiritu Dei, ſicut præcedentia, vt Origenes lib. 7. in epiſto- Origen. lam ad Romanos cap. 9. non ſolum quia eius interpres legit, & qui continet omnia, ſed etiam quia ipſe ex propria ſententia exponens hæc verba; ita inquit Spiritus Sanctus dicitur cõtinere omnia. Et Cyrillus lib. 8. contra Iulianum ſupra loco citato de Spiritu Sancto inquit. Ipſe omnia implet, & omnia continet. Et à Ianſenio hoc loco citatur ex Auguſt. tractatu de ſpeculo, qui eſt 18. inter tractatus, qui D.Aug. habentur Tomo 9. hæc lectio reperitur. Hic qui continet omnia.

Non deſunt tamẽ aliqui, qui prędictas proprietates, ſcilicet replere omnia, continere omnia &c. ſcientiam habere vocis, attribuunt toto vniuerſo: hi enim ſecundum Philo- Plinius. ſophos, dicunt vniuerſum continere omnia, & ex Plinio conſtat, qui lib. 2. cap. 1. loquens de mundo, ſic ait, cuius circumferentia dicuntur omnia contineri. Et paulo inferius. Cuncta complexus in ſe, & ex Pompeio Mela, qui lib. Põpeius. 5. cap. 1. de eodem loquens, ita inquit. Vno ambitu ſe cunctaque complectitur, & ex Orpheo antiquiori, qui mundũ Orpheus propter hanc rationem, ſcilicet, quia cuncta contineat, *vorum* appellauit, quaſi ſit ipſum omne. Et Cic. libro de vni- Cicero. uerſitate ex Platone in Timeo ſic loquitur. Et propterea Plato. hoc, quod ambitu ſuo continet omnia. Scilicet mundus, ſcientiam habet vocis, quia. *Cæli ennarrant gloriam Dei & opera manuum eius annunciat firmamentum*. Inquantum ex Mundi conſideratione inſtruimur, & excitamur ad laudes Dei decantandas. Quod ſi quæras, quam connexionem habebunt, hæc verba cum præcedentibus? Nimirum Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Reſpõdent illorum verborum hunc eſſe ſenſum, Spiritus Sanctus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum impartitus eſt vniuerſo orbi diuinarum rerum cognitionem, & ad ſui participationem pertraxit, ac rapuit. Hæc inquam non obſtant, quod prædicta verba de Spiritu Sancto intelligenda ſint, nam authoritas Sanctorum Patrum maioris momenti eſt in explicanda ſacra ſcriptura, quàm dicta Philoſophorum. & Philoſophi loquuntur de repletione locali, de continentia, ſeu comprehenſione omnium, per extenſionem quantitatis, quæ longe eſt ab illa, qua Spiritus Sanctus replet, & continet omnia, vt infra dicetur. Et quod præcipuum eſt, mens ſapientis inueſtiganda eſt, iuxta illam communem regulam Theologorum, ſecundum quam ambiguus ſenſus alicuius propoſitionis inueſtigatur. Nimirum quodſi, cum antecedẽtibus, & ſequentibus verbis conueniat, & eis adaptari poſſit, ille eſt ſenſus proprius, & literalis verborum. Iam vero videamus, quænam verba à ſa-

pientis

Digitized by Google

picnte prolata fuerint, ante hanc poſitionem, & quæ ſe-
quuntur. Illud certiſſimum eſt, ex ipſo contextu quod ibi
ſapiens probare intendit, nihil eorum, quæ intra nos cogi-
tamus, aut loquimur, poſſe ſpiritum Dei latere, quia imme
Sap.1.v.6. diatè præceſſerunt hæc verba. *Quoniam renum illius teſtis Deus eſt, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius audi tor*. Et ſtatim ratio redditur. Spiritus Domini repleuit orbe:
vbi ſapiens excludit à ſpiritu Dei duo, quæ alicui ſolent
eſſe impedimento, ne percipiat ea, quæ ab alijs cogitantur
aut dicuntur, ſcilicet diſtantiam ab eis ſecundum locum,
& ignorãtiam idiomatis, quo loquuntur, comprehenden-
do hoc nomine cogitationem internam, & locutionẽ ex-
ternam: equidem diſtãtiam excludit, his verbis, de quibus
agimus, ignorantiam vero verbis ſequentibus & hoc quod
continet omnia ſciẽtiam habet vocis, & ita ſtatim colligit
concluſionem quam propoſuerat probandam, dicens, pro-
pter hoc, qui loquitur iniqua non poteſt latere. Nec obſtat
quod ſapiens ponit pronomen *Hoc* in neutro genere, cum
Ribera lib.1.Nu. etiam Græco nomen *πνεῦμα* ſit eiuſdem generis. Et Franci
30.& li.2. ſcus Ribera hanc doctrinam magis explicans, inquit ſole-
de tẽplo re noſtrum interpretẽ, in latinis nominibus, genus nomi-
c.2.nu.9. nis, alterius linguæ, vnde transfert, ſeruare, & id multis
exemplis confirmat, inter quę vnum eſt hoc teſtimonium,
de quo agimus. Deindè in Græco non eſt pronomen, ſed ar
ticulus præpoſitiuus, qui niſi ei addatur aliqua particula
aduerſatiua, vel cauſalis, nõ habet vim pronominis, ſed ſo-
lum articuli, qui à Latinis non vertitur, quia carent eo, &
ab Hiſpanis exprimitur, his duabus vocibus lo que, & for-
tè hanc vim articuli, voluit interpres ſignificare illi prono
mine, & relatiuo ſequenti. Quod, & ideo non eſt iungen-
dum nomini, ſpiritus, quamuis hæc verba intelligantur de
ſpiritu Dei, ſed tota hæc ratio explicanda eſt, ac ſi per par-
ticipium diceremus, & continens omnia ſcientiã habet vo-
cis, ſi enim ſupprimitur articulus & Hiſpane explicabitur,
ſi dicas lo que contine &c. Quare hoc loco dicimus ſpiritũ
Dei concipi, vt ſignificaretur tanquam aliquod continens
abſolutè, & ideo apponi pronomen hoc, in neutro genere,
& non demonſtrare ſpiritum Dei, vt ſignificaretur nomi-
ne ſpiritus, ſed vt ſignificaretur, tanquam aliquod certum
continens, vt ſiquis poſtq̃ retuliſſet plures defectus Patri,
ſubiungeret & hoc, quod abundat tot defectib. placet tibi.

C Hoc ergo ſuppoſito, quod ſapiẽns loquatur de Spiritu
Sancto, vel Spiritus Sanctus per os ſapientis de ſeipſo; ex
qualibet particula, diuinitatem Spiritus Sancti efficaciter
probare poſſumus, cum. n. in primis dicit, quod *Spiritus Do mini repleuit orbem terrarum*. Ex hoc habemus argumentũ
euidens, quod Spiritus Sanctus eſt Deus, quia hoc propriũ
eſt Deo, non quidem quo ad repletionẽ materialem, quæ
eſt propria corporum, ſed quo ad repletionem per præſen-
tiam. Cõmunis doctrina Theologorũ eſt, quod Deus vbi-
que eſt; in omnibus locis, & in oĩbus creaturis, nec poteſt
locum quis imaginari, aut aliquam creaturã, vbi non eſſet
Deus, & hoc tripliciter vt habet Scotus, per eſſentiã, pręſen
Scotus. tiam, & potentiã, quod probat Scotus. quia oẽs Theologi,
concedunt in Deo, eſſe quoddam attributum, quod appel-
Athanaſ. latur immenſitas, cui fauet Symbolum Athanaſij, immen-
ſus Pater, immenſus Filius immenſus Spiritus Sanctus. Et
per hanc immenſitatẽ intelligunt triplicẽ illam præſentiã
illimitatam per eſſentiam, quia oĩbus rebus dat eſſe, & om
nia conſeruat, multo perfectius, quã ædificator dat eſſe do
mui, quã ædificat, quia poteſt eſſe domus ſinè ædificatore,
poſtquam ædificata eſt creaturæ nõ poſſunt eſſe ſinè Deo,
ſicut radius non põt eſſe ſinè ſole, quia depẽdet ab eo: non
ſolum in eſſe, ſed & in conſeruari. In huius memoriam Rõ
mani ædificauerant Romæ templum, in cuius ædibus ma-
nebant Veſtales, quarum officium erat attendere, ne ignis
extingueretur, qui ſignificabat Deum, putabant enim ex-
tincto i. eo, omnia extingui. Eſt ẽt Deus vbique per præ-
ſentiam, quia omnia clarè & diſtinctè videt, actiones, cogi
Eccl.23.v.18. tationes &c. vt teſtatur Eccleſ. *Oculi Domini multo plus luci diores ſunt ſuper ſolem circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſcondi ta partes*. Nihil eſt in homine quod reſpectu Dei ſecretum,
Iob.31.v.4. & occultum dici poſſit, vt inquit Iob. *Nonnè ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat?* Vbi D. Greg.
declarat, quod viarũ nomine, actiones intelligit. & per greſ Greg. lib. 22. mor. c.4.
ſus motus mentium. Et Ierem. teſtatur, *quod oculi eius aper ti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam*. Nõ ſolum videt ea,
quæ ante nos ſunt ſicut videt homo, ſed etiam, quæ ſupra Ierem.37 v.19.
nos, iuxta nos & ea quæ retro ſunt. Hic Dominus vniuſ
cuiuſque cõſiderat vias, ſic dinumerat greſſus, vt ne minu-
tiſſimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuiſſi
ma, quæ apud nos vſu viluerunt, indiſcuſſa remaneant. Ne
que enim ſolum intuetur cor, ſed ẽt interiores partes eius.
Partes interiores cordis, ſunt fontes & radices cogitatio-
num, & volitionum. Neque. n. ſolum cogitationes, & voli-
tiones intuetur, ſed ẽt cauſas illarum ſcit, vnde procedunt,
an ex paſſionibus & cõcupiſcentijs, an ex malitia, an ex in-
firmitate an ex bono in Deum affectu ideo rectè dixit D.
August. Deus totus eſt oculus, quia omnibus rebus eſt inti D. Aug.
mus per præſentiam, quia oĩa videt. Præterea eſt Deus vbi-
que per potentiam, vbique, quia potentiæ eius nihil reſiſte
re poteſt. *In manu inquit tua omnes fines terræ, et altitudines* Pſal. 94. v.4.
montium. Quando D. Paulus in Areopago aduertit quod
dam idolum in quo ſcriptum erat. *Ignoto Deo*, cum magna Act. 17.
admiratione dixit, quõ eſt poſſibile, quod ignoretis Deum?
cùm non longe ſit ab vno quoque noſtrum, in ipſo. n. viui-
mus, mouemur, & ſumus Eſt poſſibile ꝙ piſcis marinus in
mari, circundatus aqua, viuens in aqua, qui quocunq; eat,
ſemper natet in aqua, quod non aduertat aquã? Dei pręſen
tia eſt mare, & pelagus immenſum, quod cum ſit infinitũ,
impoſſibile eſt, quocumque eat homo, ibi Deus præſens
non ſit, multo perfectius quam piſcis in aqua, quia non ſo-
lum circumdat hominem, ſed penetrat intima, eſt præſens
animæ, corpori, actionibus, cogitationibus &c.

Quia ergo hæc omnia cõueniunt Spiritui Sancto, ideo D
Spiritus Sanctus eſt Deus ſic enim inquit Propheta, *Quo* Pſal.138. v.7.
ibo à ſpiritu tuo? ſupplè, quia vbique es, *& quo à facie tua fu giam?* quia omnia vides, *ſi aſcendero in cælum tu ibi es*, &c.
nempè per potentiam, & hoc fortaſſis aliquantulũ appre-
henderunt Philoſophi, qui Deum dicebant ſpiritũ & ani-
mam mundi imaginabantur, quod totum hoc vniuerſum
eſſet, tanq̃ forma & imago vnius hominis, cuius caput eſt
cælum, pedes terra, manus & alia mẽbra ceteræ creaturæ.
Homo non eſt ſinè anima, iam. n. non eſſet homo, ſed ca-
dauer, ita hoc totum vniuerſum, non eſt ſinè anima, quæ
non poteſt eſſe alia niſi ſpiritus Dei. Quemadmodũ anima
dat eſſe corpori, cõſeruat corpus. & ideo eſt præſens corpo-
ri per eſſentiã, videt in corpore, & de oĩbus actionibus par
tium & potentiarũ iudicat, exercet oẽs operationes poten-
tiarum, intelligit, vult, loquitur, gubernat totũ corpus, &
oẽs partes corporis, & ideo eſt præſens corpori, per poten-
tiam; ita Spiritus Sanctus eſt præſens toti mundo, & oĩbus
creaturis, quia eſt veluti anima mundi. His admonemur,
quam cautè nobis ambulandũ ſit, ſiquidem Spiritus San-
ctus, eſt vbique præſens, oĩa intuetur, & cõſiderat, non ha-
bet ita debilem viſum vt homo, non eſt lippis oculis, quæ
abſcondita ſunt hominibus, oculis eius patent. Mirũ eſt illud
quod Christus apud D. Matth. dicit Hominem Regẽ, qui Matt. 22.
fecit nuptias, introiſſe in locum conuiuij vidiſſe ibi homi-
nem non habere veſtẽ nuptialem, quomodo eſt poſſibile
tantũ Regẽ, non habuiſſe ſeruos, & cuſtodes oſtij, quomo
do permiſerunt introire in locũ conuiuij hominẽ, male
veſtitũ, vel ſaltẽ quare antequã regia Maieſtas, acceſſiſſet,
è loco conuiuij eum non expulerũt? quomodo non timue
runt Regem, cum negligentiæ & inaduertentiæ illorũ id
adſcribere potuiſſet? Fortaſſis in cauſa eſt, quia multò acu
tior eſt viſus, & oculus Dei, quàm hominum, homo ſi vi-
det extrinſecas compoſitiones, putat animã veſtitã eos ve-
ſte nuptiali, & ideo permittit intrare in locũ conuiuij: ſed
Deus, qui corda hominũ intuetur, & interiores partes, ali-
ter iudicat. Quanquam ẽt dici poſſit quod per hoc exprimi
tur Deũ ſic inſtituiſſe, vt miniſtri eius perſuadeant id quod
melius & quod conuenientius eſt, declarent voluntatem
Dei, non cogant, ſed vnumquemque relinquant in manu
conſilij ſui, vt liberè & non coactè ſeruiant.

Sed dicet aliquis, ex dictis rectè colligitur Deũ eſſe vbi-
que, & replere oĩa. Sed an tertiæ perſonæ in diuinis, id con
ueniat nondũ oſtenſum eſt, ſed non eſt difficile id inueſti-
gare. Nã ſapiens dicit ſpiritus Domini, non dicit Pater, aut

RR Filius,

Digitized by Google

Filius, ſed Spiritus. Sed dices vlterius, Et Pater in diuinis, & Filius eſt Spiritus, quælibet .n. perſona diuina eſt ſpiritus, quælibet eſt Perſona ſancta. Fateor ſanè commune eſſe, id omnibus perſonis, quod ſint ſpiritus nemini dubium eſt, quod Deus ſit ſpiritus, cum enim Deus ſit ſimpliciſſimus, & ab omni concretione ſemotus, profectò nec corporeus eſt, quomodo enim corpus aliquod, expers compoſitionis Plato. poterit habere? Si anima rationalis (vt dicit Plato. 6. de Rep.) in corpore exiſtens, aciem habet obtuſam, opinioneſque verſat varias, ac mentis expers eſſe videtur, à corporis vero ligaminibus liberata, tunc ſumma libertate viuit, tunc enim rectè ſapit, recteque ratiocinatur, præcauet & conſulit, quanto magis Deus liber eſt à corpore, eius proprium eſt omnibus rebus rectè & legitime proſpicere, atque conſulere. Quo enim pacto corpus poteſt eſſe infinitum, interminatum, infiguratum, intangibile, inuiſibile ſimplex, incompoſitum? Quomodo immutabile ſit, incircumſcriptum, ſit paſſionis iniuriæ non obnoxium, & quomodo impaſſibile, quod ex elementis coaleſcit, & in illorum rurſus diſſolutionem eſt ſoluendũ? compoſitio enim pugnæ principium, pugna vero ſeparationis, ſeparatio autem ſolutionis, ſed hæc omnia à Deo aliena ſunt. Quomodo item componitur Deus, cum omnibus, & vbique adſit, Hier. 23. ac impleat omnia? Sicut inquit ſcriptura *Nonnè cœlum &* v. 24. *terram ego impleo?* Si autem (vt quidam aiunt) Deus eſt corpus immateriale, quod apud Græcorum ſapientes, quintum corpus nominatur, hoc quidem impoſſibile erit, nam mobile erit perinde ac cœlum, quod etiam quintum corpus appellant. Quis igitur ipſum mouet? Omne enim quod mouetur, ab alio vt moueatur neceſſe eſt, & hoc ſi mouetur aliquis mouet, idque ſinè termino, donec in aliquod perueniamus immobile, illud aũt primum mouens, immobile eſt quod reuera Deus eſt. Cum etiã quælibet perſona, a materia ſit remota, cuilibet perſonæ ſanctitas competit, & ita quælibet perſona, poteſt vocari Spiritus Sanctus.

Tertia tamen perſona in diuinis, habet hoc nomen ſpeciale Spiritus Sanctus; ex vi proceſſionis & officij. Ex vi proceſſionis, quia Spiritus Sanctus procedit vt ſpiratus, ſicut Filius procedit vt verbum, ita Spiritus Sanctus procedit, vt amor vt reſpirium cordiale vtriuſque, & ideò explicatur, & apprehenditur à nobis per comparationem ad aerem, & reſpirium; ſicut enim in nobis videmus cor reſpitare, ita, & de corde Dei dicimus, & hoc reſpirium amoris infiniti vocamus Spiritum Sãctum, & hanc ob cauſam, quando in ſcriptura dicitur ſpiritus Domini, intelligimus tertiam perſonam, quia per modum ſpiritus, aeris reſpirij procedit, & ſic accipi debet in propoſito. Ex officio etiam Spiritus Sanctus, habet hoc nomen ſpiritus, quia licet opera Trinitatis ad extra ſint indiuiſa, aliqua tamen ſpecialiter tribuuntur vni perſonæ, & non alteri, ſicut producere attribuitur Patri, docere Filio, ſanctificare & conſolari Spiritui Sancto. Et quia officium Spiritus Sancti videtur idẽ eſſe, quod aeris, & ignis ſcilicet, pellere in cœlum, & ignem amoris Dei in altari cordis accendere: ideo ei attribuitur nomen ſpiritus. Et hanc etiam ob cauſam fortaſſis, die hodierna, venit in forma aeris vehementis, & in forma ignis. Rectè ergo colligitur, quod de tertia perſona, prædicta verbi dixit ſapiens. ac conſequenter, quod Spiritus Sanctus ſit Deus, quia & conuenit eſſe vbique, illo triplici modo eſſendi, quod etiam ex conſequentibus magis patebit. E *Et hoc quod continet omnia*. Ex hac quoque particula Spiritus Sancti Diuinitas colligitur. Vnum elementum continet aliud, aqua terram, aer aquam, aerem ignis, vna ſphæra cœleſtis, continet aliam, & cœlum Empyreum continet alias omnes ſpheras cœleſtes ſed imperfecta eſt hæc cõtinentia, Iob 26. nec efficax diuinitatis argumentum ex ea ſumitur. *Spiri-* v. 13. *tus eius ornauit cœlos*, *inquit* Iob. ipſe tanquam pictor cœleſtis, ſtellis & planetis depinxit, hanc machinam viſibilem, Pſal. 32. ille lumine decorauit. *Verbo Domini cœli firmati ſunt, &* v. 6. *ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum*. Virtutem omnem & influentiam, in planetis, elemẽtis & ſphæris cœleſtibus indidit, ideo multo perfectius ſpiritus Dei continet omnia. Affirmant Matematici, quòd cœli influunt in hæc inferiora, hanc tamen vim influendi, à ſpiritu Dei accipiunt, quia ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum Sol influit in inferiora, hanc tamen vim influendi habet mediante motu & lumine, vt docent Philoſophi: ſed melius inquit Propheta, quod mediante ſpiritu Dei influit, quia omnis influendi vis eius communicatur, à ſpiritu Dei perfectiſſimè, ideò dicit, omnis virtus. Qui nauigant mare multoties proſperæ nauigationis eorum cauſa eſt, induſtria; non ſemper cauſa nauigationis proſperæ eſt aer & ventus; nam ſi ventus eſſet contrarius, potiùs induſtriæ attribuendum eſt, qua ingenioſe diriguntur vela, quæ ventus illa enim ad portum feliciter applicat. Hic autem inquit Propheta, quod ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, omnis cœlorum influentia, vis, & actio, omnis ſpiritualis nauigatio, eſt à ſpiritu oris eius. Et ideo virtualiter continet omnia, quæcunque in cœlo ſunt, & quæ in mari. *Spiritus Domini fe-* Geneſ. 1, *rebatur ſuper aquas*. Vbi litera Hæbraica habet, Spiritus v. 2. Domini fomentabat, vel viuificabat aquas, vbi Hieronymus, Hierony. Ambroſius, Ambroſ. Baſilius. Baſilius. Viuificat enim omnia Spiritus Dei, cum & ipſe vita ſit, vt de eo dici poſſit illud Pöetæ.

Spiritus intus alit, totaque infuſa per artus Virgil.
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Aen. 6.

Quemadmodum gallina, vel quæcunque alia auis, non ſolum ideo dicitur continere oua, quia alis & plumis ſuis cooperit illa, ſed potius, quia viuificat: ita Spiritus Sanctus, continet omnia quæ ſunt in cœlo, & in mari, quod eſt euidens diuinitatis ſignum. Continet præterea terram, *terra autem erat inanis, & vacua*. Geneſ. 1. idest tenebris inuoluta, v. 2. ſinè lumine, abſque omni ornamento, arborum, florum, abſque omni fructu, abſque ſubterraneis theſauris, ſterilis, & ſicca, ſed nunquid calore Solis & humiditate aquæ, non poterat exornari? nonnè ſufficiebat influentia cœli? propter hoc enim Heſiodus cœlum appellat fœcun- Hæſiod. dum, licet nec arari, nec ſeminari, nec ex eo fructus colligi poſſint, quia influit in inferiora, & fœcundat terram. Ariſtoteles etiam, & Phiſici docet, quod calore & humi- Ariſtot. ditate omnia producuntur in terra: videtur ergo, quod ſufficeret Sol, aer, & aqua, ad tollendam vacuitatem terræ, vt virtute horum, ornaretur terra floribus, & plantis, nam & tunc virtute Solis omnia producuntur. Propter Gen. 37. quod etiam Ioſeph ſomniauit quod eum adorarent, Sol, Luna, & Stellæ. Sed reuera, non ſatis erat, adhoc tota cœlorum influentia, nam vnde ſol & aquæ habent virtutem producendi, nonnè à Spiritu Sancto? de cœlis, & cœlorum aſtris, dixit Pſalmiſta. *Verbo Domini cœli firmati ſunt, &* verſ. 5. *ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*. Continet omnia, quæ ſunt in aere, quia prædicta verba, ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, ſic alij transferunt. Et ſpiritus Domini volabat ſuper aquas. Ideo rectè Pſalmiſta. *Emitte ſpi-* Pſal. 103. *ritum tuum & creabuntur &c.* v. 30. Continet hominem, & animam eius, atque omnia quæ ſunt in anima. Hanc ob cauſam inquit Pſalmiſta. *Anima mea ſicut terra, ſinè aqua ti-* Pſal. 142. *bi*. v. 6. Vt enim anima producat fructus ſpirituales, virtutes, & ſancta deſideria, tria ſunt neceſſaria, aer, aqua, & calor, cœleſtium deſiderium es ex his mineralia animæ, nempè virtutes prodeunt, & hoc vnde? niſi à Spiritu Sancto. Commune prouerbium eſt, quod ſumpſerunt a Græ- Prouerbium Latinorum. cis Latini, Lunæ radijs non matureſcit botrus; non eſt dubium, quod luna habet radios, ſimiles radij ſolaribus, multum tamen differunt in effectu, in Septembre matureſcũt vuæ beneficio radiorum ſolarium, qui ſi deeſſent, quantumcumque multiplicarentur radij lunç, numquam matureſcerent: quod dicimus de luna & radijs lunæ, reſpectu ſolis, poſſumus etiam dicere de radijs ſolis reſpectu Spiritus Sancti, nempè quod ſolis radijs, non matureſcit anima, vt anima virtutibus exornetur, neceſſarij ſunt radij Spiritus Sancti; cuius figura eſt in arca Noè, vbi præcedit Deus vnã Gen. 6. fieri feneſtellam verſus cœlum, per quam ingrederentur radij, qui exornarent conſcientias ſedentium in arca. Continet item omnes ſapientias, artes, ſcientias, ſcientiæ effector Spiritus Sanctus eſt inquit Didymus. Et in ſum- Dydimus lib. 1. de Spiritu S. ma continet omnia, iuxta quatuot dimenſiones, quæ ſoli Deo competunt, ſecundum latitudinem. Nam eſt, ſicut cœlum; cuius ambitus, & latitudo continet vniuerſa: & ideo de iſta latitudine contentiua, dicit quinam Philoſ. Quod Deus eſt ſphęra incircumſcriptibilis, cuius cẽtrum eſt vbi- Pſal. 103. que circumferentia autem nuſquã. Et pſalmiſta. *Hoc mare* v. 25.

magnum

Digitized by Google

magnum & ſpatioſum. Secundum altitudinem ſublimiſſimam. Ipſe enim magnus eſt in altitudine, quia ſcilicet præeminet cunctis creaturis, ſicut Cedrus ratione altitudinis, lignis præeminet vniuerſis, quare etiam regina arborum
Pſal. 98. v. 2. nuncupatur, vnde in Pſalmo. *Dominus in Sion Magnus, & excelſus ſuper omnes populos*. Et alibi. *Terribilis rex ma-*
Pſal. 46. v. 3. *gnus, ſuper omnem terram*. Ad ſignificandam hanc continentiam, ſecundum altitudinem, inquit Propheta. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, præeminebat aquis. Continet etiam omnia ſecundum profunditatem, quia profundiſſima quæque cogitationum noſtrarum penetrat, ita vt
Iob 36. de illo dici debeat illud Iob: *Magnus Deus eſt, & vincens ſcientiam noſtram*. Denique continet omnia æternaliter,
Tobię 13. iuxta illud Tobiæ, *Magnus es Domine in æternum*. ſequitur *ſcientiam habet vocis*.

F De Apoſtolis hodierna die legitur, quod loquebantur varijs linguis, mirabantur Iudæi, & aliqui dicebant quod ebrij ſunt, & ideo debebant ſe excuſare. Et vnde illis tanta varietas linguarum? quo magiſtro, in tam breui tempore, tam eruditi euaſerunt piſcatores? niſi eo, qui habet
Act. 19. v. 2. ſcientiam vocis. Præterea D. Paulus, peragratis ſuperioribus partibus, cum veniret Epheſum, & inueniret quoſdã de diſcipulis, dixit ad eos. Spiritum Sanctum accepiſtis credentes. At illi dixerunt ad eum. Sed neque ſi Spiritus ſit audiuimus. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Vnde ergo eis tanta differentia idiomatum? quis tam cito rudes, & ſimplices idiotas erudire potuit? niſi Spiritus Sanctus? Angelus in ſua operatione requirit tempus, & in rebus difficilibus magnum tempus; ille ergo, qui tam exiguo tẽporis ſpatio, ita perfectè erudiuit Apoſtolos, Deus eſſe debuit, & præcipuè, quia loquebantur tot idiomatibus, magnalia Dei, myſteria altiſſima, profundiſſima. Habet etiam Spiritus Sanctus ſcientiam vocis, id eſt ſcien-
Gloſſa. tiam verbi diuini, vt explicat Gloſſa. habet perfectam notitiam proceſſionum diuinarũ, attributorum, proprietatum, oĩum creaturarum, poſſibilium, & futurarum abſolutarũ & conditionatarum. Qualiter verbum eſt imago Patris, & idæa creaturarũ, qualiter procedit à Patre ab æterno ante luciferũ in ſplendorib. ſanctorũ, ſeu vt alij legunt in ſplendoribus ſanctis, in diuinis perfectionibus, & attributis verbum diuinum, vox Patris. Hoc non competit niſi ei qui eſt Deus, & eiuſdẽ naturæ cum voce, & verbo Dei, vt explicat
Lyranus. Lyranus. *Scientiam habet vocis*, id eſt cuiuslibet dicti publici, vel occulti, nouit quid homo dicere velit antequam verba proferat, nouit omnia abſcondita, *Sæculum noſtrum in*
Pſal. 89. *illuminatione vultus tui*. inquit Pſalmiſta. Dies noſtri inquit Lyranus, anni noſtri, ſucceſſus annorum noſtrorum,
Monat. inſtantia horarum, indiuiſibilia temporis noſtri, motus &
Tol. Lyt. actiones vitæ noſtræ, vel vt transfert Simachus, ſæculum
Simach. noſtrum, negligentias noſtras, non ſolum quæ extrinſecus patent, ſed etiam intima & abſcondita, iuxta transla-
Maſſore. tionem Maſſoret. qui ſic transfert. Sæculum noſtrum id eſt abſconditum noſtrum omnia, quæ in archiuio cordis noſtri continentur, ſunt manifeſta oculis Maieſtatis diuinæ: ideo ſcientiam habet vocis, ſcientiam omnium quę nomine vocis ſignificantur.

Rectè etiam dici poſſet, quod Spiritus Sanctus habet ſcientiam vocis, quia nullus rectè meritoriè, & ita vt placeat Deo loqui poteſt, ita vt audiatur in cælo, niſi habeat Spiritum Sanctum. Nullus loqui poteſt ſinè aere, quia loquella non poteſt eſſe ſinè ſonitu, imò loquella non eſt aliud, niſi ſonitus verborum, cauſatur ex aere repercuſſo ſuper dentes, quo deficiente etiam qualicunque poſita repercuſſione ſuper dentes, non cauſabitur ſonus: nec loquella, quia ſonus non poteſt eſſe ſinè aere, hinc eſt, quod diſputant Philoſophi. An motus cælorum ſit cũ ſonitu Muſicę? propter nimiã diſtantiam, nõ percipimus hunc ſonum vel quia aſſueti huic muſicæ eum ad eam non attendimus: fuerunt ergo aliqui, qui aſſerebant ex motu ſphærarum, cauſari ſuauiſſimum ſonum, & muſicam perfectiorem, quàm quæ cauſatur ex tactu organi, vel citharæ. Fundamentum huius opinionis ſumpſerunt ex ſacra Scriptura. Nam
Iob 38. v. 37. Iob inquit. *Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli, quis dormire faciet?* Sed quomodo id eſſe poteſt, cum ibi non ſit aer. Si eſt Muſica? potius eſt Muſica, quæ percipitur viſu, quàm auditu, quia nec ſonus nec auditus, ſinè aere eſſe poteſt, quemadmodum experientia docet. Si quis enim in aqua percutiat ollam, vel aliquid aliud vas aut inſtrumentum, quantacumque vi percutiat, quia in aqua non eſt aer, nullum ſonnum, aut ſtrepitum percipiet. Quod ſi homo loqui non poteſt ſinè aere, hac loquella corporali, multo minus loqui poterit loquella ſpirituali, ſinè aere diuino, qui ſolus habet ſcientiam vocis. Et hoc eſt quod dixit D. Paulus. *Nemo poteſt dicere Dominus Deus,* 1. Cor. 12.
niſi in Spiritu Sancto. Sed quomodo id eſſe poteſt? quot v. 3.
enim ſunt homines, qui cum moriuntur proferunt nomen Ieſus: nihilominus tamen, non omnes tales ſaluantur, nec Spiritum Sanctum habent, quomodo ergo verum erit: quod nemo poteſt dicere. Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto? cum ad hoc ſufficere videatur aer iſte materialis, & corporalis, vt proferat nomen Ieſus. Verum eſt quod ſufficit, vt proferat clarè, & ſonorosè: ſed quod audiatur in cælo, eſt neceſſarius aer diuinus, eſt neceſſarius Spiritus Sanctus, quia *nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto*, ille ſolus habet vim & poteſtatem, vt vox hæc meritoriè proferatur, vndè rectè colligitur diuinitas Spiritus Sancti, de qua inquit Amos. *Quia ecce egò* Amos 4.
formans montes, & creans ventum, & annuncians homine eloquium ſuum. Annunciat Spiritus Sanctus eloquium ſuum homini, non ſolum propterea, quia annunciat verbum ſuum. Iacob, quia annunciat & annunciauit, per Prophetas Chriſtum Dominum, ſicut etiam ſeptuaginta transferunt ſupradicta verba eloquium ſuum, id eſt, annuncians in homines Chriſtum ſuum: ſed etiam ideo, quia ille ſolus annunciat homini eloquium eius, inſtruit, docet, qualiter homo cum Deo loqui debeat, qua lingua, qua ſonantia verborum, vt à Deo intelligatur, & audiatur. Quis igitur negabit Spiritum Sanctum eſſe Deum? cum euidentiſſimè illi conueniant illæ proprietates, quæ ſoli Deo competunt, quia replet omnia, eſt vbique præſens, per eſſentiam, quia omnibus dat eſſe. *Manus tuæ Do-* Iob. 1. v. 7
mine fecerunt me, inquit Iob. Manus Dei ſunt verbum, & Spiritus Sanctus, quibus omnia condidit: de quibus inquit Pſalmiſta. *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua*. Per Pſal. 88.
præſentiam quoque eſt in omnibus, quia oĩa videt. Deni- v. 14.
que per potentiã, quia omnia poteſt. De eo inquit ſapiens. Sap. 7.
Omnem habens virtutem, non ſolum hominum fortitudinem, & potẽtiam Angelorum. Archangelorum valorem, robur Sanctorum omnium, ſed fortitudinem & potẽtiam diuinam, fortitudinem Patris. potentiam Filij. Cum ergo oẽm habeat virtutem, etiam diuinam, quis negabit illum Deum eſſe. Exaltetur igitur dextera Dei, laudetur & prędicetur diuinitas Spiritus Sãcti, die præcipuè hodierna, cùm diuina dona ſua communicat Apoſtolis, alijſq; fidelibus.

Sed iam ad proceſſionem Spiritus Sancti accedamus. G
Certa & infallibilis eſt fides Eccleſiæ, contra quoſdam obſtinatos Græcos, quod Spiritus Sanctus non ſolum procedit à Patre, ſed etiam à Filio, determinata in concilijs plurimis, & præcipuè in Concilio Toletano, contra Priſcilia- Concil.
niſtas congregato, vbi ſic dicitur. Credimus in Spiritum Tolet. 1.
Sanctum, qui nec Pater ſit, nec Filius, ſed à Patre, Filioque procedens, & qui aliter ſenſerit, damnabitur. In Concilio Lateranenſi, dicitur ſacro approbante Concilio, Conc. La
damnamus omnes. qui negare præſumpſerint Spiritum ter Ca.
Sanctum, ex Patre Filioque procedere. Quia tamen ex his firmiter
temporibus, quidam proterui Rutheni, & Græci in erro- de ſum.
re ſuo, perſeuerant, ideo de hoc articulo fidei fuſius nobis Trinit.
cum Græcis diſputandum eſt, & in primis ſupponendum. Scotus 1.
in quibus Græcis nobiſcum conueniant. Conueniunt in diſt. 10.
eo, quod Spiritus Sanctus, vt docet Scotus, procedat per modum voluntatis, non autem per modum intellectus, rationem aſſignat Scotus ex D. Auguſtino, quia Spiritus Auguſt.
Sanctus procedit à Patre & Filio non quomodo natus, lib. 5. de
ſed quomodo datus; ſed exire per modum dati, ſinè do- Trinit.
ni pertinet ad actum voluntatis, cuius eſt liberè donare, ſeu eſſentiam communicare, nam diuina voluntas poſterior eſt eſſentia noſtro modo intelligendi. cùm eſſentia ſit radix omnium diuinarum perfectionum. Conuenit etiam hoc diuinæ voluntati, vt habet eſſentiam pro obie-

Digitized by Google

ctO, ſic enim eſt principium ſufficiens, & totale communicationis eſſentiæ. Quemadmodum enim voluntas creata, habens obiectum conueniens, ſibi præſentatum, eſt ſufficienter productiua amoris ſibi proportionati: ita etiam voluntas diuina, ſi habeat eſſentiam per modum obiecti, eſt ſufficiens Principium productiuum termini ſibi adæquati, videlicet amoris ſpirati infiniti, qui eſt ipſe Spiritus Sanctus. Et quamuis hæc communicatio diuinæ eſſentiæ per modum volũtatis, & productio etiam Spiritus Sancti, ſit per modum dati, ac ita ſit per libera, eſt tamen ſummè neceſſaria, ſicut & ipſum productum, quod eſt Spiritus Sanctus, eſt ſummè neceſſarium. Neque tamen,

Scotus.

inquit Scotus. Hæc neceſſitas in productione Spiritus Sancti prouenit præciſe ex infinitate obiecti, cùm voluntas creata, non neceſſario velit obiectum infinitum, ſed ſimul eſt ex infinitate vtriuſque voluntatis, & obiecti, voluntas enim infinita, non poteſt eſſe non recta atque ita neceſſario habet actum rectum, & quidem actum rectum volendi obiectum tale, quod ex ſe eſt ſummè volendum: ideo etiam neceſſario habet actum productiuum termini adæquati. Voluntas quippè infinita, non producit agendo in ſeipſam, cum non ſit receptiua producti, nec etiam producit faciendo in alio, quia nihil aliud eſt receptiuum talis producti, quod eſt infinitum; producit igitur terminum per ſe ſtantem, ſiue perſonam ſubſiſtentem, quæ non eſt nata ineſſe alicui ſubiectiue.

Et hinc colligitur, quod productio Spiritus Sancti, non

Scotus in 1.d.16.q.1

ſit generatio, vt docet Scotus quoniam Spiritus Sanctus procedit; non quomodo natus ſed quomodo datus; quod idem concedunt Græci, vt patet ex Concilio Florentino, & vnione cum Græcis habita ibidem. Non negabant quoque Græci, Patrem, & Filium eſſe vnum principium Spi-

Scotus in 1.diſt.11. q.1.

ritus Sancti identicè, vt docet Scotus, non quidem vnum principium in perſona, cum ſint perſonæ diſtinctæ realiter, ſed vnum principium ſpiratiuum. (Quo) quia ſunt identicè vna, & eadem vis ſpiratiua notantur duo, inquantum ſunt vna, & eadem vis ſpiratiua, non autem inquantum ſunt vnum in perſona; aut in eſſentia, quia tunc ipſe Spiritus Sanctus, ſpiraret cum Patre, & Filio, cum ſit vnum cum ipſis in eſſentia. Concederent præterea Græci, quod

Scotus in 1.diſt.32. q.1.

Spiritus Sanctus ſit nexus & amor Patris ac Filij, vt docet Scotus, quia Spiritus Sanctus eſt identicè ſpiratio paſſiua, in cuius correlatiuo connectuntur Pater, & Filius, ideo etiam connectuntur in Spiritu Sancto, vt in communi producto, vnde Spiritus Sanctus dicitur nexus originaliter: Nexus enim impropriè dicitur illud, in quo conueniunt illa, quæ connecti dicuntur. Enimuero conuenientia inter perſonas diuinas, dupliciter attendi poteſt. Prima eſt eſſentialis, & hæc propriè non dicitur nexus, cum propriè nexus ſit vnio conſequens diſtinctionem, ipſa autem eſſentia, præcedit diſtinctionem perſonarum. Alia eſt conuenientia originalis: hæc rurſus bifariam ſumitur. vno modo in duabus perſonis originatis ab vna vt Filius, & Spiritus Sanctus originantur à Patre. Hæc quoque non dicitur propriè nexus, quia origo præcedit diſtinctionem perſonarum. Alio modo in perſonis originantibus, ſiuè producentibus vnam, vt Pater, & Filius producunt Spiritum Sanctum. Atque hæc conuenientia nominatur vnio ſeu nexus propriè, nam conſequitur diſtinctionem. Illa duntaxat locutio, Pater & Filius, diligunt ſe Spiritu Sancto, non eſt perſonalis, ſed eſſentialis. Pater ſiquidem & Filius, & Spiritus Sanctus, eodem amore ſe diligunt, qui proinde amor, non eſt perſonabilis, appropriatur autem Spiritui Sancto: vbi tamen non ſufficit qualiſcunque appropriatio. Nam licet bonitas appropriatur Spiritui Sancto, tamen Pater, & Filius non dicuntur boni Spiritu Sancto, ſed requiritur appropriatio ex modo emanationis, quia videlicet Spiritus Sanctus, procedit per modum amoris, ſiuè per modum ſpirandi. Cum ergo dicitur Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto, ſenſus eſt, Pater & Filius diligunt ſe Spiritus Sancti amore, qui eſt identicè Spiritus Sanctus, & appropriatè, ex modo ſuæ emanationis. Ad extremum concedunt Græci Spiritum Sanctum eſſe ſpiritum Filij, & quod maius eſt, admittunt ſpiritum procedere per Filium, in quo etiam conueniunt Theologi aſſerentes Spiritum Sanctum eſſe ſpiritum Filij, ſi ſit conſtructio ex vi originis; nam ſi ſit conſtructio ex vi cauſæ, ſic admittunt Græci, negant Latini, quia Græci vtuntur nomine cauſæ in diuinis. hoc tamen eſt impropriè. Quocirca Eccleſia latina reiecta voce (cauſa vel cauſalitas) à perſonis diuinis, loco illius vtitur nomine principij, & productionis: cauſalitas enim propriè loquendo eſt cum alteritate naturæ vt ex definitione ipſa cauſæ conſtat, cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud ſecundum naturam, ponere autem in Deo aliud ſecundum naturam error eſt. Affirmant etiam Theologi Spiritum Sanctum procedere per Filium, verumtamen non tanquam per rationem formalem producendi, cum vna perſona non ſit ratio formalis producendi alteri per-

Scotus in 2.diſt. 1. q.1.

ſonæ, vt fusè probat Scotus, qui etiam docet, Filium & Spiritum Sanctum non eſſe rationem tales producendi creaturas, nec per Filium, vel Spiritum Sanctum, vt per rationes producendi producuntur: nam ſi per impoſſibile, non eſſent illæ perſonæ, poſſent produci creaturæ, vt ibi probatur. Neque item producitur Spiritus Sanctus per Filium, tanquam per inſtrumentum, ita vt Filius ſit inſtrumẽtum Patris, inſtrumentum enim non agit virtute propria, ſed ſolum, vt motum ab alio, nec inſtrumentum aliquo modo eſt actiuum, vt probat Scotus, Pater autem & Filius, æqualiter, aut vniformiter ſpirant Spiritum Sanctum. Nec propterea Spiritus Sanctus procedit per Filium, tanquã per cauſam: quoniam in diuinis cauſa locum non habet: vt ſupra dictum eſt. Deinde cauſa prima, ſemper plus influit in effectum, quàm ſecunda, & cauſa prima producit principaliùs effectum quàm ſecunda, cum tamen hoc de Patre dici nequeat, quia æqualiter ſpirant. Neque denique Spiritus Sanctus ſpiratur, vt cauſatum (cauſatum enim eſt diſtinctum à ſua cauſa.) ſed ſolum vt productum, & identificatum cum producente, igitur non ſpiratur à Patre per Filium, vt cauſa, ſed tantum procedit per Filium tanquam per ſuppoſitum, cui æqualitas vel eadem virtus communicatur. Ratio eſt in promptu, ſicut namque principium generationis, præcedit principium ſpirationis, ſicut et intellectus fœcundus, voluntatem fœcundam, ita & generatio præcedit ſpirationem, ac per conſequens terminus generationis, qui eſt ſuppoſitum Filij, terminum ſpirationis, qui eſt perſona Spiritus Sancti. Atque ſic perſona Filij, mediat inter Patrem & Spiritum Sanctum, & Pater per Filium, vt perſonam, cui eſt communicata virtus ſpirandi ſpirat Spiritum Sanctum. Hæc ſunt in quibus Græci cum Latinis conueniunt, vt facilè intelligi poteſt ex concilio Tridentino & orat one ibidem habita.

H

Illud autem, in quo diſcordant, eſt, quod Latini Spiritum Sanctum, à Patre & Filio procedere affirment, aliqui autem ex Græcis negant. Illud tamen, quod ab Eccleſia Latina receptum eſt, veriſſimum eſſe, ex quadruplici via colligi poteſt. Ex ſcriptura ſacra, quæ recipitur à Græcis, ex ſententia multorum doctorum Græcorum qui magna auctoritate ac ſanctitate in Græcia temporibus ſuis floruerunt, ex determinatione Eccleſiæ, quæ errare non poteſt, & rationibus quàm plurimis apud ſapientes neceſſario concludentibus.

Quo ad primum multa; & prope infinita ſunt teſtimonia, hanc catholicam veritatem oſtendentia ſed breuitatis

Ioan.16. v.7.

cauſa ex euangelio duo ſolum adducam. Primum eiuſmodi eſt apud Ioannem, vbi inquit Saluator. *Si ego non abiero, paracletus non veniet ad vos. ſi autem abiero mittam eum ad vos.* Tunc ſic arguo. Si mittens auctoritatem aliquam habet in miſſum, ergo Filius habet aliquam auctoritatem reſpectu Spiritus Sancti, non autem dominij, vel maioritatis, ergo ſecundum ſolam originem, quatenus procedit à Filio, & non eſt contra & reuera ita eſt. Cui enim (vt ait Auguſtinus). Solus pater legitur non miſſus, niſi quia (vt ſubiungit) ſolus ipſe non habet auctorem, de quo ſit genitus, & à quo procedat. Miſſio enim, vt ſuo loco explicabitur, duo dicit. Emanationẽ ab alio, ratione ſcilicet auctoritatis, quam importabat, & manifeſtationem per effectũ ſibi appropriatũ, qua cognoſcitur eſſe ab alio, quorũ vtrumque de patre negatur, & Filio Spirituiq; Sancto cõpetit.

Lucæ 4. v.18.

Si vero dicatur hanc rationem non valere, nam etiã Filius mittitur à Spiritu Sancto, vt dicit S. Lucas. *Spiritus Domini*

ſuper

Digitized by Google

Super me, euangelizare pauperibus miſit me, & tamẽ non eſt à Spiritu Sancto. Reſpondeo, non obſtare quod Filius mittitur à Spiritu Sancto ſecundum naturam creatam, ſecundũ quã poſſit dici miſſus à ſpiritu. Quamobrem, deciditur Filium reſpectu perſonæ æternæ ſuper Spiritum Sanctũ auctoritatẽ habere, quatẽnus nimitũ ſimul cũm Patre, ipſius eſt principium. Et ſi iterum dicas quod à Filio mittatur Spiritus Sanctus ex tempore, & ex tempore procedit, non vero æternaliter. Contra Filius non idoneo haber auctoritatem quia mittit, ſed ideo mittit, quia habet auctoritatem, ergo ante habet auctoritatem, quam mittat temporaliter, & ſic neceſſe eſt Spiritum Sanctum procedere à Filio, cùm auctoritas illa ſit originis, quæ attenditur quatenus vna perſona ex altera eſt atque procedit.

Secundum teſtimonium ſcripturæ eſt, eiuſdem Ioannis, vbi dicitur, *Ille me clarificabit quia de meo accipiet*. Non poteſt autem dici quod Spiritus Sanctus accipiat id, quod eſt Filij, & non accipiat illud à Filio, vt puta. Si dicatur quod accipiat eſſentiam diuinam, quæ eſt Filij, & tamen eam accipiat à Patre, nam ſubditur. *Omnia quacunque habet Pater mea ſunt, propterea dixi vobis quia de meo accipiet*. Si enim omnia, quæ Patris ſunt, oportet quod & auctoritas Patris, ſecundum quam eſt principium Spiritus Sancti, ſit etiam Filij, & conſequenter ſicut Spiritus Sanctus accipit de eo, quod eſt Patris, à Patre, ita accipiet de eo, quod eſt Filij, à Filio, per proceſſionem ſuam, & reuera ita eſt. Accipere aliquid in diuinis nil aliud eſt, quam proceſſione ſua illud obtinere, ſeu habere, cum alius modus non ſit recipiendi in diuinis, ſicut nec dandi, quam per generationem & ſpirationem actiuam.

Auctoritate præterea ſanctorum, auctoritate Eccleſiæ, & Conciliorum, & rationibus facilè hæc veritas declarari poſſit, ſed nè in longum ſermonem protrahamus, ex his, quæ à Græcis conceduntur, aduerſarios noſtros redarguemus, remittendo quo ad alia lectorem, ad commentaria noſtra in 1. Scoti, vbi hæc veritas fuſe dilucidata eſt. Concedunt itaque Græci (vt dictum eſt) ſupra Spiritum Sanctum, eſſe ſpiritum Filij, & quod procedit à Patre per Filium, ac per conſequens, quod procedit etiam à Filio: nam ex vi conſtructionis, illa particula (per) notat principium, vel originem, ita enim dicuntur omnia facta per verbum, & tamen à verbo ſint producta: ergo etiam ita Spiritus Sanctus, dicitur procedere per Filium, vt etiam procedat à Filio. Præterea cum Græci concedunt Spiritum Sanctum procedere per Filium, eo ipſo concedunt procedere à Filio, licet id non aduertant, vel ſi aduertunt, ſpecialiter doctores antiqui Græci noluerunt vti hoc modo loquendi, Spiritum Sanctum ſcilicet procedere à Filio, ſed tantum per Filium, propter Hæreticos illius temporis, aſſeuerantes Spiritum Sanctum à ſolo Filio eſſe actum, in re tamen dicebant idem. Rectè ergo dicitur de Spiritu Sancto, illum à Patre Filioque procedere, potiſſimum ob id, quod in diuinis procedere ab alio, ſit ab alio produci, atque originem habere. Hinc etiam apud nos tritum eſt, fluuium procedere à fonte, calorem ab igne, & radium à ſole manare. Filius vtique procedit à Patre, quia ab eo gignitur, Spiritus vero Sanctus procedit à Patre & à Filio, quia ab vtroque veluti ab vno principio producitur, & hoc exigit decentiſſimus ordo, qui requiritur in Trinitate; alioqui Filius, & Spiritus Sanctus, nullum inter ſe haberent ordinẽ, ſed eodem modo dependerent à Patre. Suffragatur huic

Aug. 13. de Trin. c.27. propoſito D. Auguſtinus. Si (inquit) de Patre & non Filio procedit Spiritus Sanctus, cur Filius dixit? Spiritus qui à

Ioan. 1. v.16. Patre procedit, cur putas, niſi quia ſolet ad eum referre ẽt quod ipſius eſt. Sic enim ait: *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me*, ſi ergo intelligitur eius doctrina, quam tamen non dixit ſuam, ſed patris, quanto magis intelligendus Spiritus Sanctus de ipſo procedere, vbi ſic ait de patre procedit, à quo autem habuit Filius vt ſit Deus (eſt enim Deus de Deo,) ab eo vtique habet, vt etiam de illo procedat Spiritus Sanctus: & ideo Spiritus, vt etiã de Filio procedat neceſſe eſt ſicut procedit à patre.

Ex quo intelligimus Spiritum Sanctum, non prius tempore, ſeu cauſaliter à patre, quàm à Filio procedere. Prioritas namque temporis, in diuinis locum habere non poteſt, quia ibi eſt æternitas, tota ſimul beata poſſeſſio, neque propriè cauſæ prioritas propter eſſentiæ vnitatem. Spiritus præterea Sanctus, non eſt prius à patre quam à Filio, quia procedit à duobus, tanquam ab vno principio. Ad extremum Spiritus Sanctus non eſt dicendus plenius à patre, quàm à Filio procedere, ex vi namque vocabuli plenius, & perfectius procedere, denotat principiorum, ſiuè principantium diſtinctionem principij vnitati repugnantẽ, quæ cum in diuinis locum non habeat, idcirco ab vtroque veluti ab vno principio, abſque prioritate temporis cauſę, æquè plenè & perfectè procedit. Perſonæ ſiquidẽ æquales cum ſint per omnia, & velut vnicum principium ſpirent, vt huiuſmodi ſpiratio ab vtroque æque plenè, & perfectè procedat, eſt neceſſarium, atque rationi omnino conſentaneum. Si autem prius pro proprietate authoritatis intelligatur, ſic admittitur hæc prioritas, & dicitur ſpiritus prius, & principalius à patre procedere: nihilominus tamen etiam procedit à Filio, à quo etiam eſt miſſus hodierna die in Apoſtolos, quos innumerabilibus cæleſtibus donis locupletauit. Venit in Apoſtolos, in ſubſtantia, venit & in donis, venit illuminando corda, inſtruendo linguam, & replendo gratia, & ideo de ipſo benedicitur. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis*. Longum eſſet enumerare, quantis donis ditauit Apoſtolos aduentu ſuo. Ditauit eos triplici illo bono. Bono iucundo, vtili, & honeſto. Quid enim iucundius, ſuauius, fructibus Spiritus Sancti? tota plantarum ſuauitas in fructibus percipitur? tota etiam in virtutum & donorum iucunditas, in actibus cordi humano ſuauiſſimis, ex habitibus virtutum elicitis conſiſtit. Quales ſunt, charitas, gaudium, pax, patientia bonitatis &c. Hi duodecim fructus, ſapore delectant, odore afficiunt, & hominem terrenum in cæleſtem tranſmittant ex motione Spiritus Sancti. Quia enim explicabit, quã ſuauiſſimus guſtus ſit charitas, pax, &c. cum ipſo Spiritu Sancto agente producitur? Quid vtilius donis Spiritus Sancti? quæ diſponunt hominem, & perficiunt, vt inſtitutum, & motionem Spiritus Sancti promptè, & expedite ſequatur. Quid denique imaginari poteſt honeſtius? quàm talem hoſpitem recipere, qui animam perficit beatitudinibus, quæ vltra diſpoſitionem, & delectationem, addant perfectionem altiorem, & cæleſti ſtatui propinquiorem. Solet quoque multos etiam peccatores gratijs gratis datis hic ſpiritus afficere & replere, vt prophetia, dono linguarum, ſed hæc in aliorum bonum inſtituta, ſicut præmiſſa in propriæ ſanctitatis augmentum, ab ipſo conferuntur. Noſtri igitur muneris eſt, vt cum Spiritum Sanctum verum Deum, & tertiam perſonam in Trinitate, à Patre, & Filio procedentem profitemur, tanquam dulciſſimum hoſpitem die hodierna ſuſcipiamus. Non eſt timendum de damnis, nec cogitandum de expenſis, affert de cælo, ei qui ipſum alacriter ſuſcipit omne bonũ, affert dona, fructus, beatitudines, quibus in hac vita nihil melius, his perficit in præſenti, & in futuro gloria, ad quam nos perducat. Qui viuit & regnat in ſecula ſæculorum. Amen.

verſ.5.

Dominicæ Sanctiſsimæ Trinitatis.

Matt.25. *Data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra.*

Prou.8. v.15. *Per me Reges regnant per me Principes imperant, & legum conditores iuſta decernunt.*

A AD manifeſtandum qualiter per Chriſtum poteſtate herili, & Dominica atque paterna regnant & imperant Reges, aſſumunt aliqui Emblema illud Salomonis, vbi deſcribens ſimulachrum Dei, in dextera eius ponit æternitatem, in ſiniſtra autem diuitias & gloriam, cum tali ſub-
Prou. 3. v.16. ſcriptione. *Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitia & gloria.* Verum eſt, quod aliqui putant his verbis Salomonem deſcripſiſſe ſimulachrum virtutis. Virtus.n.non poteſt eſſe ambi dextra, nā virtus virgo eſt, atqui
Hypocr. nullam mulierem eſſe ambi dextram author eſt Hyopocrates; imò ſi poteſtas virtutis in vtraque manu eſſet æqualis potius ambileua, quàm ambidextra dicenda eſſet virtus. Cùm enim manus ſiniſtra in ſua actione ſit contractior, melius eſt vt virtus tribuens bona terrena, tribueret ambileua, ne afferat occaſionem hominibus, exiſtimandi felicitatem conſiſtere in bonis terrenis: ſi autem ambidextra liberaliter ea erogaret, arma etiam fortiora vitijs tribueret, aduerſum ſe pugnandi, ſcilicet affluentiam bonorum terrenorum. Habet ergo virtus manum dextram & ſiniſtrā, & quidem manu dextra æterna impendit, ſi noſtra verò temporalia elargitur; ideo crebrius, & liberalius hominibus virtuoſis impendit æterna, & ſpiritualia, quàm temporalia; quia actiones manus dexteræ ſunt crebriores, & liberaliores. Hanc ob cauſam tametſi iure merito dici poſſet Salomonem illis verbis ſimulachrum virtutis deſcripſiſſe; magis tamen ad propoſitum Euangelij hodierni dicere poſſumus, hoc eſſe Emblema Chriſti Domini, per quem in cælo per annos, & dies æternitatis regnant ſancti, in terra autem Reges, Principes Chriſtiani, & homines virtuoſi. Duplex ergo poteſtas per manum dextram & ſiniſtram ſignificatur, per manum dextram poteſtas in cælo, per manum ſiniſtram poteſtas in terra. Non parum diſſidium fuit inter authores humanarum literarum, quis nam locus eſſet nobilior dextræ ne? an ſiniſtræ? & quidem alij locum ſiniſtræ nobiliorem eſſe putabant, quia latus ſiniſtrum eſt ſedes cordis, vnde initium omnium operationū animalium & rationalium. Alij verò per oppoſitum dextræ gloriam & honorem præferunt, eo quòd & motionis origo inde trahatur, & defenſionis atque fidei ſeruandæ
Ariſtot. ſit ſignum. Motionis quidem quia Ariſtoteles ſic ait. Motionis item originem trahi, à dextera parte argumēto ſunt omnes geruli, qui ſiniſtra ſolent onera baiulare, [illegible] enim dextera mouere ſiniſtra moueri apta ſit, ob eam rem non parti mouenti, ſed mobili imponi debent. Defenſionis verò, quia idem Philoſophus ibidem ad dexteram defenſionem pertinere affirmat his verbis. Dextera etiam defenſio ſit, ac propterea dexteræ partes omnibus eædem eſformantur. Hinc eſt, vt qui aliquem à dextria ſibi collocat, eundem quaſi ſecurum eſſe iubeat, dexteræ ac lateris ſui tutellam pollicitus; quem verò ſiniſtræ dimittit, non ita; propterea locus à dextris alteri proponitur, denique dextera fidem ſignificat vt inquit Cælius. Propterea ad fęedera
Numa. paciſcenda dextera damus. Item Numa qui primum templum fidei ſacrauit, ſacerdotes adſcripſit, à quibus ſacra, dextra manu vſque ad digitos fieri voluit; ſignificans ſym-
Plutarc. bolicè (vt tradit Plutarchus) fidem eſſe ſeruandam, cuius ſedem in dextera ſitam eſſe exiſtimabat, ergo propterea locus dexter honeſtior eſt, nam qui alteram ad dexteram ſuam excipit, plurimum ſe illius fidei tribuere, eo argumēto declarat, eſt enim dextera fidei locus. Nec obſtat, quòd ſiniſtra ſit ſedes cordis quia licet cordis extremum angulus in ſiniſtram vergat, tamen initium ducit à dextera caputque illius, ideo radix ad dexteram vergit, quapropter ea, quæ à dextris gerimus, nobis imprimis cordi eſſe teſtamur. Cum ergo dextra ſit præſtantior quàm ſiniſtra, rectè per dexteram poteſtas in cælo, per ſiniſtram verò poteſtas in terra ſignificatur, quia cæleſtia ſunt potiora terrenis. Accedit quod dexteræ manus actiones, ſunt liberiores, crebriores, & liberaliores. Deus autem cæleſtia liberalius elargitur, quàm terrena & caduca, diuitias & honorem, &c. Hęc enim donat parcè, cæleſtia profusè, itaque longitudo dierum in dextera Chriſti, id eſt poteſtas ſuper æterna & cæleſtia, & in ſiniſtra eius, diuitiæ & gloria, ideſt caduca & terrena. Rectè ergo dixit de Chriſto Salomon, quod per illum Reges regnant, per illum gubernatur cælum & terra. De vtraque poteſtate gloriatur Dominus in Euangelio. *Data eſt mihi poteſtas in cælo & in terra.* Videbimus in hac inſtitutione, qualiter per Chriſtum regnant Reges, qualiter per ipſum regnant poteſtate tradita Apoſtoli, cum dicitur. *Euntes in mundum vniuerſum*; & denique cæteri chriſtiani per baptiſmum. *Baptizantes eos*; & tandem de Sanctiſſimæ Trinitatis arcano diſſeremus.

DATA EST MIHI OMNIS POTESTAS IN CÆLO ET IN TERRA. Quaſi diceret, poſtquam de morte triumphaui reſurgendo, & mundum cum ſuo principe vici, merui declarationem meæ poteſtatis, quæ ante erat incognita, nam ex eo inſtanti, quo anima Chriſti vnita eſt verbo diuino in vnitate perſonæ diuinæ, Chriſtus homo erat, omnium Dominus & Imperator. Hæc tamen poteſtas non fuit in vſu, ſed poſt reſurrectionem, cùm de morte triumphans, ad ſubiugandum mundum poteſtati ſuæ, Apoſtolos mittit ille, cui data eſt poteſtas non ſolum in terra, ſed & in cælo, tunc apparuit Dominus cæli & terræ. Dimidiatam poteſtatem Dei eſſe exiſtimabant quondam homines aſſerentes Deum regnare in cælo, regimen autem terræ hominibus cōmiſiſſe, & eorum gubernationem parùm aut nihil curare. Huius opinionis videtur fuiſſe ille Poeta, qui de Cæſari imperio ſic locutus eſt. B

Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Huius opinionis fuiſſe Dauidem affirmare poſſet quiſpiā, qui cælum Deo, & terram gubernationi hominum concedere videtur. *Cælum inquit cęli Domino, terram autem de-* Pſal. 113.
dit filijs hominum. Imperium cæli ſibi reſeruauit, terræ gu- v.16.
bernationem & iuriſdictionem hominibus commiſit. Eliphas quoque Themanites in libris Iob. eiuſdem opinionia fuiſſe videtur, dum inquit: *Nubes latibulum eius nec noſtra* Iob 22.
conſiderat. Excellentia quaſi naturæ eius efficere videtur, v.14.
vt occupatus conſideratione rerum altiſſimarum, conuerſatione Angelorum, & aliorum Sanctorum, hæc vilia, & humilia qualia ſunt omnia terrena, non cōnſideret. Si alicui Principi educato in nobiliſſimo palatio, verſicoloribus periſtromatis, auro, gemmis, lapidibus, reſplendente, herbis odoriferis, & hortis irriguis amæno, tranſeundum eſſet per forum ciuitatis, certè ipſa naturæ excellentia, educationiſque teneritas, eum admoneret, ne per plateam ſordidam, & lutoſam tranſiret, nec vilia & humilia conſideraret, quāto magis Deus qui nobilitate naturæ, in infinitum differt à rebus humanis: nimia etiam diſtantia, idipſum impedire videtur; quis enim non videt quantum diſtat cęlum à terra. Cùm aliquis vel in vertice montis, vel in turri altiſſima conſiſtens in terram reſpicit, huic certè homines quantumuis maximi, exiles formicæ videntur: quanto magis, ſi quis eſſet in ſuperficie ſphæræ Lunæ, aut Solis? Quomodo ergo diſtantia tanta quanta eſt cęli empyrei à terra, regimen Dei in terris non impediet? Iam verò præ-

cipuam

cipuum nomen quod attribuitur Deo in ſacra Scriptura eſt, ſibi ſufficiens, hinc dicebat Dauid. *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.*

Pſal. 15. v. 2.

Vt quid ergo Deus diues in maieſtate ſua, debet ad noſtram paupertatem, & miſeriam attendere? In cælo poteſtas eius eſſe videtur, nec noſtra conſiderat. Hanc adeo inſipientem de Deo cogitationem, refutat Chriſtus in hodierno Euãgelio, ſic inquiens. *Data eſt mihi poteſtas in calo, & in terra.* Neque illa ſat ſolida in contrarium argumenta, aliquid roboris habere dicenda ſunt, quia & ſol quamuis ſibi ipſi ſit abundè ſufficiens, tamen vtilitati hominum maximè deſeruit, nec diſtantia nimia impeditur, nec humilitate & vilitate terrena maculatur; quanto magis Deus. Exploratum itaque eſt Chriſtum Dominum eſſe Dominum cæli & terræ, ac vniuerſæ creaturæ, etiam inquantum homo; ita quod non ſolum Regis ſupremi poteſtatem, in homines; Angelos; & Dæmones adeptus ſit, ſed etiam eorum atque omnium aliarum creaturarum dominium verum ac legitimum obtinuerit: vt nimirum ei homines, Angeli, & Dæmones tanquam mancipia inſeruiant, & creaturæ reliquæ ſub illius ditione omnino permaneant: ita enim decet ſupremum illum Imperatorem, Deum ſimul atque hominem.

C

Certum etiam eſt, Chriſtum Dominum ſpirituale imperium in omnes homines obtinuiſſe, quod attinet ad gratiæ, ſalutis, & redemptionis finem. Illud vnicum anceps & dubium eſt, An ſcilicet Chriſtus, etiam vt homo, adeptus fuerit Regiam poteſtatem, ciuilem & politicam, ſupra omnes Reges atque Principes. Et quidem ſaluatorem ea poteſtate vſum non fuiſſe, communis fert Theologorum ſententia, an autem illam ſic habuerit, vt ſi libuiſſet potuiſſet eam exercere, diſſidere fecit Scholaſticos. Mitto illorum errorem, qui docuerunt Chriſtum Dominum non ſolùm poteſtatem regiam non adeptum ſuper alios Principes, ſed etiam illum iure ipſo ſui ſæculi principibus ſubditum fuiſſe; Nam error iſte damnatus fuit à Ioan. 22. & facilè euertitur, aliquibus euangelij locis, quibus Chriſtus ſe nulli vnquam humanæ poteſtati ſubiacuiſſe affirmauit.

Ioan. 22. in quadã epiſt. Turrecremata li. 4 ſum. 2. p. c. 57.

Nulli ergo principium Chriſtus ſubditus fuit, imo quòd plus eſt, ſupremam Regni poteſtatem adeptus in omnes Reges atque principes, etiam quantum ad regimen temporale & politicum: non quidem humana ſucceſſione, quod eſſet de domo, & familia Dauid, Non item ex electione, quia nulla talis electio vel ex ſcriptura, vel ex patribus nobis innoteſcit; ſed ratione vnionis, ex qua vnicum, & optimum fundamentum acquiritur, cui optimas quaſque rationes ad probandam aſſerendamque Chriſti Domini dignitatem annexas refert Schola Theologorum. Eſt autem eiuſmodi poteſtas regia complectitur ius imperandi in ijs, quæ ad politicam Reipublicæ adminiſtrationem pertinent, item ius ferendarum legum, & in omni controuerſia & lite ſententiam pronunciandi; at humanitas Chriſti, deificatione ad eam dignitatem euecta eſt, vt nutui voluntatis Chriſti, iure ipſo naturali debeant ſubdi & parere vniuerſi, tam Reges & Imperatores, quàm priuati, ita vt ſi ipſe vel imperaſſet, vel leges tuliſſet, aut aliquam cauſam quæſtionem ne decidiſſet, per omnia illi cuncti obſequi & obtemperare debuiſſent. Diuinitas enim, qua humanitas velut oleo delinita fuit, non ſolum illum Sacerdotem, ſed etiam Regem inunxit & initiauit. Præterea quia Diuinitas per vnionem humanitati ſociata, non ſolùm erat ſanctitas, quæ humanitatem conſecrabat ſanctamque reddebat, ſed etiam dignitas: nam per illam, & non ex electione, Chriſtus Sacerdos & Summus Pontifex reddebatur, & per eandem à ſeruitute omni liberabatur; ita vt Chriſtum ſeruum appellare nefas ſit, ergo per eandem ſupremus Rex effici potuit, dignus cui omnes Reges & Imperatores pareant. Sed quomodo Reges & Principes per Chriſtum regnant ſiquidem Chriſtus poteſtate illa politica vſus non eſt; ac per conſequens poteſtas qua Reges nunc pollent, à Chriſto velut ſupremo principe, quatenus homo eſt, eis non videtur eſſe tributa

D

nec demandata? Quomodo regnant ſanè per Chriſtum, non quidem demandantem illis poteſtatem, & regnum temporale, ſed dimittentem, pro quanto Reges & Principes omnes, locum eius tenent ac vicarij illius ſunt. Cum enim ipſe iure ipſo naturali, vt probatum eſt, ſupremus & legitimus Imperator ſit, adeo vt legitimè imperaret ſi vellet, profectò quicunque Regnum aut Imperium adipiſcitur, hunc illius vices agere, & locum in terris tenere in confeſſo eſt. Atque ſic Imperatores, & Reges ac quicunque alij principes ſeculares, non tantum Chriſti vicarij ſunt, in quantum Deus eſt, iuxta illud Pauli. *Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit*, ſed etiam in quantum homo eſt, quia ea ratione, quamuis illis locum non dicatur dediſſe, tamen rectè dici poteſt, illis locum dimiſiſſe.

Rom. 13. v. 12.

Ac proinde rectè de ſe ait ſapientia increata per me Reges regnant, per me, idem pro me, & loco mei, quia omnes Principes, & Reges ſunt proreges Chriſti Domini: quod vel in ipſis eius ſucceſſoribus cernimus, à quibus magiſtratus prophani, Imperatores, Reges, poteſtatem, & coronas accipiunt.

Carolus magnus, cum exercitu vindicaturus Leoni III. Pontificis, qui ab inimicis captus erat iniuriam, properauit Romam, & cum natali die Seruatoris noſtri templum oraturus ingrederetur, nihil minus ſperanti Leo Pontifex coronam impoſuit, & Imperatorem Romanum pronunciauit, cui poſtmodum ab vniuerſo populo Romano acclamatum eſt. Carolo pijſſimo, perpetuò Auguſto, à Deo coronato, Magno ac pacifico Imperatori, vita & victoria.

Carolus Magnus.

Vnctus eſt deinceps, & abolito Patricij nomine quo illum Romani honoris ergo donarant, appellatus eſt Imperator, anno Regni ſui, XXXIII. Sal. 81. ab vrbe condita 1552. imperante Conſtantinopoli tum Irene poſt excæcatum filium Conſtantinum.

Cuſpian.

Cauſas autem iſtius mutationis Romani prætendebant, nimirum quod à dignitate Romani Imperij alienum crederent, Irenem fæminam ei præeſſe; & quod ſperarent, Irenem in nuptias Caroli conſenſuram: & denique quod Carolus à Longobardorum atque Græcorum dominatu non modò eos liberaſſet, ſed etiam bona illa, quæ Longobardi de imperio occupauerant, multoſque annos obtinuerat, Pontifici Romano donaſſet. Stephanus etiam Ludouicum coronauit. Paſchalis Lotario Romam inuitato, Regni coronam & Imperatoris & Auguſti nomen contulit. Et Adrianus Papa Ludouicum alterum coronauit, ac cum eo in palatium Lateranenſe equitauit. Leo IX. Othonem primum Romæ coronauit Gregorius V. Othonem Secundum, & Othonem Tertium. Fridericus I. Romam veniens, vt Adrianum IV. Pontificem, contra rebelles reduceret, in pratis Neronianis caſtra poſuit: poſtea porta Aurea vrbem Leoninam introiuit, atque ad baſilicam progreſſus Adrianum Papam ſedentem pro gradibus adorauit; quo mox coronatus, per eandem portam qua introierat ad caſtra, Adriano in ædibus Vaticani relicto reuerſus eſt.

Aimoin lib. 4. cap. 102. Idem li. 4 c. 110. Idem li. 5 c. 28. Liber Põtificũ in vita Sergij.

Reges item Angliæ, Siciliæ, Vngariæ diademata Regia à ſummis Pontificibus obtinuiſſe, teſtantur hiſtoriæ, Reges etiam Poloniæ coronam regiam ac regium nomen, poſt cædem Stanislai Pontificis, à Ioanne XXII. adepti ſunt, ea lege, vt annuum tributum à Regibus Poloniæ Pontificis Romani ærario pẽderetur, quod pro lucerna Diui Petri erogatur.

Poloni.

Vnde facile intelligitur quod ius & poteſtas Reges deponendi atque reſtituendi, collata ſit Chriſti Vicario. Qua vſus eſt etiam in Ladiſlaum II. Regem Vngariæ cui, quod Pontificis Romani mandatis minus paruiſſet ſacris interdictum eſt; nec aliter veniam obtinuit, quam ſi centum argenti põdo annui cenſus nomine, Pontifici Romano tribueret. Itaque poteſtatem Regiam & omnem prophanum magiſtratum, à Chriſto & ſucceſſoribus eius dependere clarum eſt, quia per ipſum Reges regnant & principes imperant. Apoſtoli autem & cæteri Prælati Eccleſiæ, multò adhuc perfectius per Chriſtum regnant, quàm Reges, & prophani Principes; quia non ſolùm per Chriſtum regnant, in monarchia gratiæ, id eſt pro Chriſto; ſed etiam per Chriſtum poteſtate eis tributa, & demandata ab ipſo, vt in hodierno Euangelio inquit. *Data eſt mihi poteſtas in calo & in terra, Euntes ergo in mundum &c.* Vbi Apoſtoli Reges, & Principes mundi inſtituti ſunt, ſed quomodo ſi Reges, vbi Diademata? Si Principes, vbi purpura? vbi reditus & promiſſiones? vbi theſauri & pompæ? vbi currus triumphales? Mirum hoc alicui videri poſſet, quomodo enim Reges inſtituuntur.

Digitized by Google

muntur, & nihilominus pauperes remanent. Sed qui re-
ctè perſpexerit, qualiter Deus olim inſtituerat Moyſen Re
gem, & vice Deum Pharaonis, facilè aduertet minime re-
quiri ad regiæ dignitatis, & iuriſdictionis prerogatiuam,
has Regum temporalium ſolennitates. Nunquid enim
Moyſes venit in Aegyptum purpura veſtitus? Nunquid
curru triumphali vectus? aut aureo diademate exornatus,
aut numeroſa militum caterua ſtipatus, ingreſſus eſt pala
tium Pharaonis? Certè nihil tale in ſacra Scriptura legi-
mus, ſolùm dicitur quòd virgam in manu portabat, ex mã
Exod. 4. v.17. dato Dei. *Virgam inquit hanc aſſume in manu tua, in qua fa-
cturus es ſigna*: Et tamen Rex Pharaonis erat; qui non ſo-
lùm hominibus ſed & terræ, mari, aeri, riuis, fontibus, flu-
uijs, etiam ipſi petræ, & cælo, abſolutè imperabat, elemẽ-
ta trãsformabat, ex aqua ſanguinem, ex ſanguinem aquã,
ex mari terram, & ex terra firmate faciebat, ex petra pro-
ducebat aquam dulcem, ex aere coturnices, ex puluere mu
ſcas, tanquam ſummus ac potentiſſimus Rex & Impera-
tor. Quid igitur mirum, quòd Apoſtoli ſimili modo inſti-
tuantur Reges. Præcepit eis Chriſtus ne quid tollerent in
via, niſi ſolam virgam, ad patranda miracula, id eſt, man-
Marci 16. v.19. dauit eis, vt curarent infirmos ſola manuum impoſitione,
Super ægros manus imponent, & benè habebunt, ſola diuini
Marci 16. v.18. nominis prolatione, *in nomine meo dæmonia eijcient, linguis
loquentur nouis*. Et rectè. Nam Reges deberent eſſe medici,
Iſaiæ 3. v.1. iuxta illud. *Non ſum medicus, non eſt in domo mea panis*, De
bent multas ſubditis gratias præſtare; & ideo hoc Apoſto
lis conceſſum eſt, vt curarent infirmos ſinè receptis Hipo-
cratis aut Galeni, ſinè obſeruatione dierum criticorum ſe-
ptimi, vigeſimi primi, ſed ſtatim, benè haberent, ſinè medi
camentis ſimplicibus, vel mixtis, ſola manuum impoſitio-
ne: ideo etiam prohibuit, ne aliquid portarent in via, ad
denotandum quòd eis prouideri debeat ab alijs, ſicut ſub-
Lucæ 10. v.4. diti prouident Regibus præcepit etiam eis, ne quenquam
ſalutarent in via. *Neminem per viam ſalutaueritis*. Quia po
E tius ſalutari vt Principes quàm ſalutare debent.

EVNTES ERGO DOCETE OMNES GEN-
TES EST. Quoniam talis mihi à ſantiſſima Trinitate
data eſt poteſtas, vt ſim Dominus omnium; vos hac mea
poteſtate freti, ite non ſolùm ad oues quæ perierant de
domo Iſrael, ſed ad omnes prorſus gentes, totumquè mũ-
dum, varijs criminibus obnoxium. Omnes enim gentes
meæ ſunt, opera manuum mearum, omnes cupio ad agni-
tionem veritatis venire, ac vitę æternæ conſortes fieri, quia
creaui ad fruitionem mei omnes nationes terræ. *Docete er-
go omnes gentes*, ea ſcilicet quæ credere debeant de Deo tri
no & vno, deque his, quæ ſpectant ad meam aſſumptam
Ad Titũ. 3. humanitatem. Cæterum hoc verbo, *docete*, iniungitur il-
lis traditio dogmatum fidei, quia, & S. Marcus dicit. *Præ-
Marc. 16. num. 15. dicate Euangelium omni creaturæ*. Poſt doctrinam autem fi-
dei, ſi eam receperint, Baptizate eos in nomine patris, &
filij & Spiritus Sancti atquè ita ſaluos nos fecit, per laua-
Cæterũ. crum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. Bo-
nitatem cæterum maximam declarat Chriſtus hac conſe
quentia. *Data eſt mihi omnis poteſtas: euntes ergo in mundum
prædicate, &c.* Tanta mala perpeſſus in mundo, flagella-
tus, coronatus, ac crucifixus, non mittit tamen Apoſtolos
ad vlciſcendum, aut deſtruendum mundum, ſed ad reno-
uandum. Hæc quippè eſt differentia poteſtatis malorum,
à poteſtate bonorum, quòd illi vtantur poteſtate in deſtru
ctionem, boni in ædificationem. Quando Deus miſit Moy
Exod. 7. ſen, ad Pharaonem, dixit ad eum. *Conſtitui te Deum Pha-
raonis*, quæro quodnam ſignum diuinitatis erat in Moy-
ſen? fortè poteſtas patrandi miracula, ſed, & Magi pote-
rant plagas ſerpentium ac ranarum efficere; ita ſanè, ſed
remedium plagis illatis afferre non poterant. In hoc ergo
differebat poteſtas illorum à poteſtate Moyſi, quod non
haberent poteſtatem in ædificationem, ſed tantum in de-
ſtructionem. Moyſes autem habebat poteſtatem adhi-
bendi remedia malis illatis, quæ eſt propriè poteſtas diuini
tatis, multò excellentior quàm illa alia quæ eſt poteſtas de
ſtruendi. Refert Plutarchus quod cum quidam laudaret
potentiam Philippi Regis Macedonum, quod armis acce-
plutarch. piſſet atquè deſtruxiſſet fortem, & ſpecioſam vrbem Olyn
Apoteg. tho; reſpondit prudentiſſimè quidam Philoſophus; atqui
non potuit tam bellam ſtruere. Maiori laude potentia
Augusti Cæſaris digna eſt, quod Romam deſtructam, in
priſtinum ſtatum & ſplendorem reſtituerit, vt ipſe de ſe te
ſtatur, cum dixit. Romam lateritiam accepi, marmoream
relinquo, quia poteſtas ad ædificationem maiori laude di-
gna eſt; ita vt etiam quidam gentiles, qui pro Dijs adora-
bant Crocodilos, herbas, & ſimilia, eos tamen quos puta-
bant creaſſe terram, nimirum Angelos malos inter Deos
connumerare noluerunt, quia cùm ignorarent, in quem
finem miſeriæ, quas homines in mundo patiuntur ordina-
rentur, putabant, quod ij qui creauerunt mundum tot mi
ſerijs repletum, licet magnæ poteſtatis eſſet, quia tamen
hæc poteſtas erat in deſtructionem, & non in ædificatio-
nem, vt illi putabant, noluerunt eos inter Deos connume-
rare. Alij etiam Alexandrum Macedonem inter Deos
receperunt dicentes: ſiquidem Alexander vult eſſe Deus,
Deus eſto, Dijs illum annumerant, non quia difficilius ſit
terram imperio ſuo ſubiugare quàm creare, & maioris
poteſtatis; ſed quia creationem terræ cum tot miſerijs pu
tabant eſſe poteſtatis deſtructiuæ. Quod ſi gentiles adeo
rudes qui viliſſima quæque adorabant, aduerterunt pote-
ſtatem in deſtructionem non eſſe poteſtatem deitatis, ſed
poteſtatem in ædificationem, poteſtatem ad faciendum
benè: non eſt mirum, quod Dauid iratus contra illos, qui
poteſtate vtuntur ad deſtructionem, dixerit. *Sermonibus* pſa. 118. v.4.
odij circundederunt me &c. Et ſubdit, *conſtitue peccatorem ſu
per eum, & diabolus ſtet à dextris eius*. Quid peius pecca-
to? quid magis noxium diabolo, autore peccati? nihilo-
minus peiorem optat eſſe illum Dauid, qui poteſtatem vti
tur ad deſtructionem, inferiorem peccato, quia dicit. *Con-
ſtitue peccatorem ſuper eum*, id eſt peccatum ſupra caput
eius, ita vt ſit quaſi ſub pedib. peccati, & peccatoris, & peio
rem Diabolo, quia dicit, & Diabolus ſtet à dextris eius. Si
duo ſocij perambulant, ille qui tenet partem dexteram, iu-
dicatur eſſe dignior & melior: cum ergo optat vt Diabolus
ſtet à dextris eius, innuit quaſi, peiorem eſſe eum, Diabolo
qui eſt potens ad faciendas iniquitates. Per oppoſitum au
tem idem propheta, exaltans poteſtatem Dei inquit. *Confi-
temini memoriæ ſanctitatis eius*; non dicit confitemini ſan-
ctitatem eius, ſed memoriæ ſanctitatis, id eſt opera ſancta,
& æterna memoria digna exaltate, quæ diuina poteſtate
ad edificationem operatus eſt. Confitemini memoriæ crea
tionis mundi, renouationis, confitemini, quod conditio na
turæ diuinæ, & poteſtatis eius executio ſit ad faciendum
benè, ad communicandum, & largiendum bona corpora-
lia, & ſpiritualia. Hoc rectè de Chriſto Domino dicere
poſſumus, cum audimus, quod tot mala perpeſſus in mun-
do, non mittat Apoſtolos ad deſtruendum mundum, ſed
ad renouandum, & ad ſanctificandum per baptiſmum,

BAPTIZANTES EOS IN NOMINE PATRIS
ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI. Per baptiſ-
mum chriſtiani in ſortem Dei ſegregantur, per baptiſmũ,
Reges ſuarum paſſionum, affectuum gratiæ Dei inſtituũ-
tur. Verum quidem eſt, quod per bona opera ab alijs gen
tibus diſtinguuntur, hæc enim eſt nota, & ſignum chri-
ſtiani hominis, qui verè, & non fictè chriſtianus eſt, vt vir
tuoſe viuat, & benè operaretur: fundamentum tamen, &
origo bonæ operationis eſt baptiſmus. Venetijs lex eſt, F
quod ſi quis palatium ſibi extruere velit, ex communi fi- Veneti.
ſco, & ſumptibus publicis fundamenta erigeretur, nimis
enim graue eſſet priuatis, tantis ſumptibus in mari, & a-
quis nimijs fundamenta erigere; erectis autem fundamen
tis, cuilibet impenſis proprijs etiam ſumptuoſiſſima pala-
tia ædificare permiſſum eſt: in aqua baptiſmi fundamentũ
noſtri ædificij ſpiritualis Chriſtus erexit, per quem rege-
neramur, & ſignum chriſtianitatis accipimus, cum Chri-
ſto fidem damus, tunc ſignum eius cuius nomine baptiza-
mur accipimus; hoc itaque iacto fundamento, ædificia bo
norum operum extruere, & ſumptuoſiſſima quæque vir-
tutum propugnacula ædificare, nobis conceſſum eſt, ex
quibus contra inordinatas paſſiones noſtras, hoſteſq; inui
ſibiles acrius decertantes, eorundem ferociam auxiliante
Chriſto vincamus, ideo etiam de auxilio ſuo nos certifi-
cans ſubiunxit. *Et ecce vobiſcum ſum omnibus diebus uſque
ad conſummationem ſæculi*. Vladislaus Iagello Polonorũ
Rex,

Digitized by Google

Vladiſlaus Iagello Polonorum Rege. Rex, tantam infidelium multitudinem iuſſit baptizari, vt pro numero eorum nec nomina reperiret quæ imponeret ſingulis, omnibus ergo eiuſdem villæ maribus, vnum dedit, fœminis item vnum, vt diſcrimina inter ſe ſortirentur, neque ſic tamen ſufficere nomina videbantur. Turcarum gentis eam fuiſſe multitudinem tradunt annales, nam ea tempeſtate, confracta videbatur, potentia Turcarum capto Imperatore eorum. Baiazete, à Tamerlane filijſque varia ſorte diſperſis, & ideo Chriſtianis tum principibus aperta videbatur ad victoriam via. Veriſſimilius tamen eſt Lituanos illos fuiſſe, ex qua gente aſſumptus fuit Vladiſlaus in regnum, vt refert Crometus & alij, hic enim cum chriſtianus eſſet totam illam gentem ad fidem Chriſti cōuertere conabatur, donis, minis, & perſuaſionibus, eos exhortando, vt baptiſmate tanquam fundamento chriſtianitatis ſuſcepto, bonis operibus quibus cælum comparantur inhærerent, auxiliante eo qui dicit ſe manſurum nobiſcum vſquè ad conſummationem ſæculi, neque enim ſolos Apoſtolos intellexit cum dixit.

ECCE EGO VOBISCVM SVM OMNIBVS DIEBVS, &c. Sed omnes catholicos qui fidem catholicā ſequuntur, ſiquidem Apoſtoli modo non ſunt, atque ideo omnibus catholicis, & Apoſtolicis viris Chriſtus adeſt per Spiritum ſanctum, eos conſolando, adiuuando, ad ſalutē

Ioan. 14. v. 11. dirigendo. *Dabo inquit vobis Spiritum veritatis, & manebit vobiſcum in æternum, quem mundus non poteſt accipere*, quia non videt neque cognoſcit eum. Manet etiam cum ſuis catholicis per Euchariſtiæ Sacramentum vſquè ad cōſummationem ſæculi. Chriſtus enim Deus & homo eſt, ideo adeſt nobis ſemper, ſecundum vtramque naturam, per gratiam ſcilicet, & præſentiam Spiritus ſancti, & per ſacroſanctum corporis, & ſanguinis ſui Sacramentum, alioqui totus Chriſtus non eſſet nobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi: hæc de prima huius ſermonis parte ſufficient.

Cæterum de Sancta Trinitate ſaltem prælndia nunc aliqua præmittemus, antequam campus latior de ea in ſpeculatiuo ſermone ſeſe obtulerit, credimus firmiterque prædicamus, patrem genuiſſe verbum, per quod facta ſunt omnia, vnigenitum filium, vnum ex vno, æternum ex æterno, credimus item & firmiter prædicamus, Spiritum ſanctum ex ambobus procedentem conſubſtantialem, & coeternū ambobus: atque hoc totum & Trinitas eſt, propter Trinitatem perſonarum, & vnus Deus propter inſeparabilem diuinitatem, itaque Trinitas eſt Pater Filius & Spiritus ſanctus, ſed Trinitas vera non eſſet, ſi vna eademque perſona diceretur Pater, & Filius & Spiritus ſanctus. Si enim ſicut eſt Patris & Filij, & Spiritus ſancti vna ſubſtantia, ſic eſſet vna perſona, nihil eſſet omnino de quo veraciter Trinitas prædicaretur. Rurſus Trinitas quidem vera eſſet, ſed vnus Deus Trinitas ipſa non eſſet. Si quemadmodum Pater & Filius, & Spiritus ſanctus perſonarum ſunt ab inuicem proprietate diſtincti, ſic fuiſſent quoque proprietate naturarum diſcreti, ſed quia in illo vno vero Deo non ſolùm quod vnus eſt, ſed etiam quod Trinitas eſt, naturaliter verum eſt, propterea ipſe verus Deus in perſonis Trinitas eſt, & natura vnus eſt. Per hanc autem vnitatem naturalem, totus Pater in Filio, & Spiritu ſancto eſt, & totus Filius in Patre & Spiritu ſancto, & totus Spiritus ſanctus in Patre & Filio. Nulla perſona præcedit aliam æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate, quia nec Filio nec Spiritu S. (quantum ad naturę diuinitatem pertinet) aut anterior aut maior eſt Pater, nec Filij æternitas atque immenſitas æternitatem, & immenſitatē Spiritus ſanctus poteſt præcedere. Quare ſicut Filius non eſt poſterior nec minor Patre, ita planè nec Spiritus ſanctus eſt poſterior aut minor Filio. Aeternum quippè, & ſinè initio eſt, quod Pater genuit Filium, & quod Spiritus ſanctus ex patre Filioque procedit, quam ob cauſam rectè vnum credimus, & dicimus Deum, quia vna trium perſonarum prorſus æternitas, vna immenſitas vna diuinitas. Vna ſiquidem eſt patris & Filij, & Spiritus ſancti eſſentia, in qua non aliud Pater, non aliud Filius, non aliud Spiritus ſanctus. Huic ſanctæ Trinitati illa ſeruitus debetur, quæ ſoli Deo competit, quia non niſi vni Deo, cum vera religione ſeruitur. *Dominum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Trinitas ergo eſt vnus ſolus creator omnium Deus. Trinitas eſt, vnus ſolus ſinè initio Deus, ſicut loquitur

Gen. 1. v. 1. Moyſes in principio Geneſeos. *In principio creauit Deum cęlum, & terram.* Hebraicè Heloim Bara, id eſt Dij creauit, non creauerunt, vt intelligamus Trinitatem perſonarum, vnius eſſentiæ eſſe prædicandam atq; credendam. Bara enim verbum, conſtat ex tribus literis Hebraicis, Beth Reſch, & Aleph, quarum Beth principium eſt nominis Filij, Beth enim filium apud hæbræos ſignificat. Aleph vero prima eſt litera nominis patris qui hebraicè dicitur Abba. Reſch prima eſt litera nominis ſpiritus ſancti, ſpiritus enim hebraicè Rouach dicitur, in verbo ergo Bara perſonarum vnitas innuitur. Proprium autem nomen Dei, quatuor literarum, naturæ ſimplicitatem cum perſonarū Trinitate ſignificat. Hoc autem nomen deriuatur à verbo Hala, quod eſſe ſonat & eſſentiam ſignificat, prima autem litera, quæ eſt adiectitia, & nominis proprii conſtitutiua, nempe Iod, ſignificat principium, tres vero ſequentes literæ radicales. He, Vau He, ſonant, hic & ille, quibus tribus ſignificantur tres perſonæ. Pater & Filius ſignificā- G tur per duo He, quorum copula & amor eſt Spiritus ſanctus, ſignificatus per Vau coniunctionem copulatiuam. Signatur ergo nomine quatuor literarum, tres perſonas, vnum eſſe rerum, omnium principium vnamque eſſentiā, vnde non ſinè grandi miſterio hoc nomen in antiquis Hebræorum libris atque in chaldaica tranſlatione, ſcribitur per triplex Iod, vnico puncto Cametz ſubſcripto in hunc modum I, ſic enim ſignificatum eſt tres eſſe qui vnū ſunt principium, eandem habentes eſſentiam, & naturam. Innuit hoc ſanctę Trinitatis myſterium ſcriptura. *Faciamus*

Geneſ. 1. v. 26. (inquit) *hominem ad ſimilitudinem noſtram.* Nunquid Angelos eſt allocutus, vt dicunt Hebræi? minime. Nam poſtea ſubditur. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, & inſpirauit ei ſpiraculum vitæ.* Pater ergo ad Filium & Spiritum ſanctum loquutus, quorum perſonalis pluralitas, ſicut ſignificatur verbo pluralis numeri (Faciamus), & pro nomine (noſtram;) ita naturæ vnitas deſignatur, cum ſingulariter dicitur ad imaginem, & ſimilitudinem. Similis modus loquendi habetur, Geneſ 11. *Ve-*

Gen. 11. v. 7. *nite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Et mox ſequitur diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras. Item alio loco. Dominus pluit à Domino i-

Gen. 19. gnem, & ſulphur de cœlo. Huiuſmodi locutio, & perſonarum indicat pluralitatem, & naturæ vnitatē, & ſeraphim

Eſaiæ 6. v. 3. clamabant alter ad alterum (ait Eſaias) *Sanctus Sanctus Sā ctus Dominus Deus exercituum.* Sanctus, Pater ſanctus Fi-

Eſaiæ 66. v. 9. lius, ſanctus Spiritus, vnus tamen Dominus. Et capite vltimo. *Nunquid ego qui alijs generationem tribuo ſterilis ero?* quaſi diceret. Hactenus pepererunt homines, libet etiam mihi Deo parere, vt præ admiratione dicat Syon. *Homo*

pſal. 86. v. 5. *& homo natus eſt in ea*: vel fortaſſe aliquid ſublimius intellexit, vt ſit ſenſus, Ego Deus qui ſum author vt omnia pariant, & edant fœtus ſuos quæ edere poſſunt, nunquid ſterilis ero? Memoria enim illa fecunda, intellectus nempè diuinus in patre cum diuina eſſentia, ſemper habet ſuum conceptum, imaginem, ſiue verbum, quem Filium Dei vnigenitum nuncupamus. Inter proprium autem conceptū imaginē ſiuè verbum, ardor ſiuè amor perpetuus exurgit, igitur perſona patris, nunquam fuit ſterilis, ſed ſemper habuit ſuam ſapientiam, ſuam imaginem, & ſuum verbum. Quidquid enim de ratione ſua formali, & à ſe, eſt principium alicuius producendi, in quocunque ſinè imperfectione extiterit, in illo planè principium erit perfectè producē di ſiuè perfectæ productionis: ſed memoria fœcunda, nempè intellectus diuinus in Patre, habens obiectum ſibi intelligibile, diuinam ſcilicet eſſentiam, ex ratione ſua formali eſt principium notitiæ genitæ, & habet eſſe in aliqua perſona diuina à ſe, & ſinè imperfectione, quia aliqua pſona eſt improducta, itaque illa perſona poterit per talè principium perfectè producere.

Cæterum notitia genita eſt infinita, ſicut & memoria producens, atque ideo vnicum habet partum, memoriæ producendi adæquatum. Mirum ergo videri non debet, quare vnicus eſt Filius in diuinis, & vnicus Spiritus ſanctus, quia vtriuſque productio eſt infinita, & ita adæqua-

ta

Digitized by Google

ta producenti, vt non relinquat alteri locum: perfecta.n.
memoria,perfectam & adæquatam gignit notitiam,ſimi-
liter voluntas diuina in patre & Filio, habens obie-
ctum actu cognitum, ſibi præſens, ex ratione ſui produ-
cit amorem infinitum. Et ſic omnia quæ habet Filius, ha-
bet a Patre,ſimiliter omnia quæ habet ſpiritus habet à Pa-
tre & Filio.& hæc quidem ſunt æterna ſine initio tempo-
ris,& naturæ, igitur veriſſima eſt illa ſententia Iſaiæ. *Ego*
prou. 30. *qui alijs generationem tribuo non ſum ſterilis*. Salomon quo-
v. 4. que in prouerbijs eaſdem Patris ac Filij diſtinctas perſonas
Eſai. 48. oſtendit. *Quod eſt nomen eius,& quod eſt nomen filij eius ſi no*
v. 16. *ſti?* De perſona autem Spiritus ſancti diſtincta Eſaias eſt
locutus. *Et nunc Dominus Deus miſit me & Spiritus eius*, por
rò pater eſt fons totius diuinitatis,& prima perſona in di-
uinis,ſi verò ad creaturas referatur, totius eſt Trinitatis
opus. pater æterna generatione eſt Pater,Filius verò æter
na generatione eſt filius,æternum autem huiuſmodi caret
initio temporibus,& naturæ,non autem originis, quia fi-
lius habet omnia à patre,non autem pater à Filio:nō prius
fuit Deus quam pater, ſed ſicut æternus Deus,ita certè,&
æternus pater,quia non contingenter,ſed neceſſitate natu
rali,& libera eſt pater. Sicut enim non poteſt non eſſe
Deus, quia eſt Ens ſummè,& per ſe neceſſarium, ita planè
non poteſt non eſſe pater,quia non poteſt non producere
notitiam: intellectus enim Diuinus habens obiectū diui-
num,ſemper ſibi præſens,ſemper producit ſuam imaginē,
quam filium Dei & vnigenitum appellamus, ſemper ergo
pater generat filium, eiuſque virtus generandi exhauriri
non poteſt,vnde eſt omnis paternitas in cęlo, & in terra;
ſed nulla talis eſſet,ſi pater ab æterno non gigneret filium,
paternitatem ſiquidem in creaturis per gratiam, procedit
paternitas in filio per naturam. *In principio* (inquit) *ante-*
quam terram faceret, ante omnes colles genuit me Dominus.
Ante,cum dicitur,in infinitum retro ſinè aliqua definitio-
ne porrigitur. Denique ante Abraham inquit ego ſum. Nō
vtique poſt Adam. Sed ante luciferum genuit te. Non aliā
poſt Angelos.ſed ante eum dicit,non ſe intra aliquem,ſed
omnia intra ſe dicit. Sic enim moris eſt æternitatem Dei
ſcripturis ſignificare diuinis. Denique pſal. 89. habes. *An-*
pſ. 89. v. 2 *tequam montes fierent aut formaretur orbis terræ à ſæculo, &*
vſque in ſæculum tu es. Ante omnia ergo eſt Chriſti genera-
tio inter omnia creata. Natus eſt Chriſtus ex patre ante le
gem,& ſupra legem,factus eſt ex Beatiſſima V. Maria ſub
2. ad Co- lege. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi* ait Apo-
rint. 4. v. ſtolus hoc eſt ſempiternus,vnde ſi pater in filio eſt ſicut fi-
19. lius in patre,& ſubſtantiæ vtrique,& operationis vnitas nō
Ioan 14. negatur. *Pater in me manens* (inquit) *ipſe loquitur & opera*
v. 10. *quæ ego facio ipſe facit*. Non dixit, & ipſe facit, ne ſimilitu-
dinem magis quam vnitatem operis æſtimares, ſed dicen-
do,quæ ego facio ipſe facit,manifeſtum reliquit quod vnū
opus patris,& Filij credere debeamus. Vnum eſt igitur o-
pus patris, & Filij etiam ſi non placeat Arrianis. Vnum
Ad Eph. eſt regnum patris,& Filij. *Hoc ſcitote*. (inquit Apoſtolus)
5. v. 5. *quod omnis impudicus aut immundus, aut auarus non habet he*
reditatem in regno Chriſti & Dei. Vtrgo vnum regnum eſt,
& vna diuinitas patris,& filij, in quo habitat omnis pleni
tudo diuinitatis,nihilque vltra patri eſt reſeruandum,cum
amplius nihil ſit plenitudine. Patris: ergo, & Filij vna eſt
diuinitas.

Quid hic dicturus es. Arriane? In Chriſto eſt plenitu
do totius diuinitatis,igitur eſt verus Deus,& non ſicut tu
dicis pura creatura, nulla enim creatura capit plenitudinē
diuinitatis niſi ſolus Deus, aut igitur Apoſtolus mentitur
aut Arrianus, non quidem Apoſtolus, quia organum eſt
Spiritus ſancti, ergo mentitur Arrianus, qui organum eſt
Diaboli. Omnes quippè qui non rectè ſentiunt de Chriſto
I aut de eius Eccleſia catholica Romana,mendaces ſunt, à
lucifero ſunt, qui mendax eſt & pater mendacij, iam verò
ſi totus mundus pendet à Deo,ſicut artificiatum à ſuo arti
fice,& ars ſequitur naturam,ante ergo magnā huius mun
di artificium præcedit filii Dei generatio,& Spiritus ſancti
ſpiratio. Magna eſt dignitas poſſe ſibi ſimile generare,quę
planè Deo deeſſe non poteſt.in quo omnis perfectio crea-
turarum,nobiliori atquè excellētiori modo locum habet.
Iſ. 53. v. 8 Generat ergo Deus ſibi ſimilem filium, *ſed generationem*
eius qui enarrabit? Puteus altus eſt. Generatio enim hu-
iuſmodi ſucceſſionem non habet, genitus præterito caret
tempore,ſinè tempore naſcitur,ſinè imperfectione à gene
rante. In æternitate enim locum non habet. Fuit, erat, &
erit, quia ſemper eſt,& in præteritum non tranſit, nec ex-
pectat futurum. Deus pater eſt fons ſapientiæ,luminis,vi-
tæ,& virtutis. Filius eſt eadem eſſentialiter ſapientia, lu-
men,vita,& virtus: perſonaliter verò, ſapientia de ſapien-
tia,lumen de lumine,vita de vita, virtus de virtute, Deus
de Deo. Deus itaque pater nunquam eſt,ſinè ſuo vnigeni-
to filio,quem Apoſtolus vocat *Dei virtutem,& Dei ſapien-* 1. ad Co-
tiam,& filius de ſeipſo dicit, *Ego ſapientia in altiſſimis habi* rint. 1. v.
to. Et *Ego ſum lux mundi*. Denique. *Ego ſum via veritas, &* 24.
vita. Itaque ſicut prima diuina perſona ſemper eſt Deus, Ioan 8.
ita planè ſemper eſt pater,ac proinde ſemper habet filium v. 12.
conſubſtantialem ſibi atque coæternum; Similis quoque Ioan 14.
de Spiritu ſancto ratio haberi poteſt,qui eſt nodus, & ne- v. 6.
xus amborum. Maieſtas quidem diuinitatis.

Ternario numero nō clauditur,ſed impari numero gau
det, ternario ſcilicet vt ſit perfecta dilectio, & condilectio,
vt ſit perfecta, & ſuauis ſacietas. Vna ſiquidem eſt trium
natura, ſubſtantia,ſiuè eſſentia, & vna perſona, de altera
oritur,& vna non eſt ſinè altera,nec maior altera,nec anti
quior, nec ſapientior, nec potentior altera. Iſte Sanctus
Spiritus hæbreis per eremum tranſeuntibus, fuit columna
nubis in die,& columna ignis in nocte, Ioanni fuit colum
ba,ventus Salomoni, fons aquæ viuæ Samaritanæ, Chri-
ſto autem flumen, ignis verò Apoſtolis. Inſtat ſiquidem
nubis regit,vt columba conſiſtat, ſicut aqua temperat, vt
ignis purificat. Qui ergo chariſſimi, teneamus hanc ſanctiſ
ſimæ Trinitatis fidem immobilem,ſtabilem, bonorum o-
perum plenum,per charitatem operantem. Ex animo dili-
gamus ſanctam Trinitatem,quæ tanti nos fecit tantumq;
dilexit,vt omnia ſua in nos copioſè effuderit. Pater enim
adoptauit. Filius proprio ſanguine redemit, Spiritus autem
Sanctus ſanctificauit. O beata & ſemper laudanda Tri-
nitas, ò tremenda,& ſemper benedicenda vnitas, ò immē-
ſa æternitas,& veneranda ſemper æqualitas Patris, Filiū
& Spiritus ſancti, annue,& corrobora nos vt in confeſſio-
ne ſanctę tuæ vnitatis ac deitatis, & in fide inueniamur
firmi,& in opere efficaces. Sancta Trinitas beata, & ado-
randa Trinitas. Amen.

INSTITVTIO
Moralis.

Dominicæ Sanctiſſimæ Trinitatis.

De Regno, & poteſtate Chriſti. A

Data eſt mihi omnis poteſtas, &c. prou. 31.
v. 10.

Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis
finibus pretium eius.

SVb Metaphora mulieris fortis eccleſiam catholicā
Spiritum ſanctum intellexiſſe ſanctorum doctorū
Eccleſiæ ſententia eſt. Neque enim in imagine im-
becillitatis ac fragilitatis, qualis eſt muliebris ſexus.
fortitudo locum habet, nec fortitudo armorum Regi paci
fico nullo bellorum ſtrepitu turbato neceſſaria erat, qui ha
bebat pacem ex omni parte in circuitu, habitabatque Iu-
da, atque Iſrael abſque timore vllo, vnuſquiſque ſub vite
ſua,& ſub ficu ſua à Dan, vſque Berſabee cunctis diebus.
Intelligit ergo ſub metaphora mulieris eccleſiam, cuius
pretium, fortem animum, & reliqua ornamenta egregio Apoc. 12.
emblemate expreſſit D. Ioannes in Apocalypſi. *Signum* (in-
quit) *apparuit in cælo. Mulier amicta Sole & Luna ſub pedi-*
bus

Digitized by Google

Apoc. 12. v.1. In iure ſic explicatur. ca. Hæc eſt fides in fine 24. q. 1 ca. Bonorum auctori. 42. cap. Fundamenta de ele. l. 2

bus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. Mulier amicta ſole eſt Eccleſia, induta Chriſto, qui eam ab hæreticorum, & Pſeudopoliticorum incurſibus defendit, ita vt nunquam ſuccumbat. *Luna* ſub pedibus eius ideſt terrenorum cupiditatem calcans. Et in capite eius corona ſtellarum duodecim, idem eſt ac ſi diceretur, quod in illius primordio fuerunt duodecim Apoſtoli, quibus quaſi duodecim ſtellis illuminata eſt; cum in vniuerſum mundum miſſi prædicauerunt, vt dicitur in hodierno Euangelio, & prædicationibus ſuis, ita firmam, fortem, & immutabilem eã reddiderunt, vt rectè dici poſſit, quod catholica Eccleſia, à ſui principio nunquam errauerit, nec peruerſitatibus, Hæreticis deprauata ſuccubuerit, ſemper, & vbique victrix euaſerit, vt non immerito coronam in capite geſtet; non ex auro gemmis, vel argento, ſed ex ſtellis: quia ſemper, & vbique diues, non terrenarum diuitiarum opulentia, quã ipſa calcat, ſpernit, & generoſe contemnit, ac tanquam lunam ſub pedibus habet: ſed cæleſtium donorum gloria.

Aug. 217 218. de tẽpore, & gloſa ordinaria.

Itaque ſub mulieris methaphora Eccleſiam intellexit Salomon, vt docet. D. Auguſtinus, & alij Sancti Patres. Cernebat, (ſcilicet) vir ille ſapientiſſimus genus humanum innumeris implicari erroribus, idolis ac dæmonibus per totum fere mundum. Quærebat mulierem fortem hoc eſt Eccleſiam inter gentes, ſed non inuenit: nam præter aliquos, & hos paucos fidelis, cæteri idololatriæ dediti erant, præter Iob. Melchiſedech, qui inter gentes erat Rex Salẽ, & Sacerdos Dei altiſſimi, & alios quoſdam Niniuitas, ad quos miſit Ionam in Aſſiriam. Quærebat mulierem fortem, hoc eſt Eccleſiam in Iudæa, inuenit quidem congregationem fidelium Eccleſiam, quia, notus erat in Iudæa Deus, & in Iſrael magnum nomen eius, ſed non erat illa mulier fortis, erat exigua, & imbecillis, erat ad Idola colenda promptiſſima, erat vitijs ac ſceleribus contaminata: tandem mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus, vt videret an in terra inueniri poſſit mulier fortis, de cælo in terram deſcendit, atque ibi vnam electorum omnium tùm Iudæorum, tùm gentilium Eccleſiam congregauit, eamque tanquam ſponſam ſplendide exornauit, lapidibus prætioſis, doctoribus, qui ſcientia, eloquentia, & legum inſtructione abundant, & ita toto mundo reddidit conſpicuam, fortem, ac potentem multiplicatione filiorum gratia ſua effecit, vt portæ inferi non iam præualeant aduerſus eam. Hoc ſplendore fulget hodie eccleſia, his lapidibus pretioſiſſimis rutilat: hodie fortitudo eius cognoſcitur in occidente, percipitur à ſeptentrione, ſplendet in parte Meridionali, & licet in Oriente videatur aliquantulum defeciſſe, & robur ac decorem amiſiſſe: neque tamen etiam ibi ita mutatus eſt color eius optimus, vt non inueniantur lapides optimi, quibus etiam in Oriente ſplendeſcat. Mulier hæc Eccleſia ſancta, eſt vbique fortis, quia vna, Sancta, catholica, ex vnitati fortis, ex veritate ſancta, ex vniuerſitate catholica, magna ex toto orbe diffuſa. Ad erigendam, & fortificandam hanc Eccleſiam per vnitatem, & ſanctitatem filius Dei deſcendit de cælo. Ad conſtruendam, & corroborandam mittit in vniuerſum mundum Apoſtolos, tradens eis poteſtatem, quam accepit à Patre, prius ergo in hac inſtitutione inquirimus, qua poteſtate, & quo regimine gubernatur Eccleſia. Deinde quod ſit vna ſancta & catholica oſtendemus. Ex his enim intelligemus quod eccleſia catholica ſit Mulier fortis, cuius pretium eſt procul & de vltimis finibus vt dixit ſapiens.

Machiauellus li. 2. theor. 6. prou. 9. v. 13. B

Non melioris quin potius peioris conditionis eſt magiſter Pſeudopoliticorum quam illa mulier ſtulta, & clamoroſa de qua ſic Salomon. *Mulier ſtulta & clamoroſa plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens ſedit in foribus domus ſuæ, vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes itinere ſuo*. Siquidem iſte plenus illecebris, & nihil omnino ſciens ſedens in foribus domus ſuæ, ſuper ſellam in excelſo vrbis loco clamoroſi loqui auſus eſt. Romanam Eccleſiam omnium calamitatum cauſam eſſe: quod cum conſidero, video iam impletum eſſe id quod multo ante D. Ioannes in Apocalypſi prophetauerat, vbi dicit ſe vidiſſe vnum Angelum ſtãtem in ſole, & clamauit voce magna, dicẽs omnibus auibus

Apoc. 19 v. 17.

quæ volabant per medium celi. *Venite congregamini ad cœnam magnam Dei*. Idemque refert ſe vidiſſe quod aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei. Angelus in ſole eſt Chriſtus in Eccleſia, imò pluſquam Angelus, ſiquidem Deus & homo. Sol lucidiſſimus eſt Eccleſia, in quo ſole poſuit tabernaculum ſuum. Aſcendit de puteo fumus, ideſt, hæreſiarcharum falſa dogmata, ſchiſmaticorum diſſenſiones, Iudæorum blaſphemiæ, paganorum infidelitas, pſeudopolitici &c. ſunt locuſtæ quibus data eſt poteſtas, ſicut habẽt ſcorpionis terræ: qui non ſolum in terra lædere volunt herbas; & omni viridi, omnem arborem fructiferam tollere & exſiccare, ſed etiam ſolem Eccleſiam Dei lumine priuari, verum nihil proficiunt, æſto enim aliquantum obtenebrare poſſint, lumine priuari nõ poſſint. Habet hic ſol quatuor lucidiſſimos radios, habet quatuor fortiſſimas columnas, vnitatem, ſanctitatem, quia eſt vna, ſancta, catholica, Apoſtolica, contra has columnas portæ inferi præualere non poſſunt. Non à ſe quidem lumen habet Eccleſia; ſed ab eo qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum, ab Angelo, quem vidit S. Ioannes in Sole: ita tamen lucidum, vt nullis errorum tenebris totaliter obtenebrari, & obfuſcari poſſit. Penetrant quaſcunque tenebras lumine ſuo quatuor illi ſplendidiſſimi radij, quos in Symbolo profitemur, & prædicamus cum dicimus. Confiteor vnam, ſanctam, catholicam, & apoſtolicam Eccleſiam, Eccleſiam Catholicam vnam eſſe ex ſpecie regiminis quo gubernatur, ex vnitate Principis, & fidei facile iam declarare poſſumus. Quãtum ad regimen attinet. Triplex communiter regimen, & poteſtatis forma ſimplex aſſignatur, quod Ariſtoteles in lib. Politicorum refert, nempè Democratia, Ariſtocratia, & Monarchia; Democratia eſt regimen populare, vbi penes populum eſt gubernatio, ita tamen vt inter eos ſint aliqui excellentiores, qui vna cum populo iuſti & rectè gubernãt. Hæc gubernatio eſt ſimilis ei quæ eſt inter plures fratres germanos, vbi maior natu iniorꝭ dependenter ab ipſis gubernat; nam in regione populari hæc concurrunt. In primis magiſtratus ab ipſa plebe conſtituuntur, atquè ab eadem auctoritatem ſumunt: cum enim plebs per ſe ad ius dicendum ſedere non poſſit, debet ſaltem alios conſtituere, qui nomine ſuo id faciant. Quocirca M. Tullius initio ſecundæ Agrariæ, cõſulatum, qui ſummus erat in Republ. Rom. magiſtratus, populi beneficium vocat, & ibidem dicit conſueuiſſe creari conſules ad ſuffragia populi. Præterea, appellatur à ſententia magiſtratus in rebus grauioribus ad iudicium populi, id conſuetum fuiſſe in Repub. Roman. teſtatur Liuius, quod idem de Republ. Athenienſium docet Plutarchus in Solone. Deinde leges quibus Reſpublica gubernanda eſt à magiſtratu quidem proponuntur, ſed à populo iubentur, vt conſtat ex Liuio, idem cognoſci poteſt ex orationibus Marci Tullij de lege Manilia, & de lege Agraria ad populum Romanum. Denique accuſari ſolent Magiſtratuo apud populum, nec non dignitate priuari, & in exilium deputari, vel etiam morte mulctari, ſi ita populo videatur, exempla huius rei ſunt plurima. Romani enim ex duobus primis conſulibus quos creauerant, Tarquinium Collatinum ſolum propter odioſum nomen Tarquiniorum ante tempus magiſtratu priuarunt, vt refert Liuius. Idem cum decem viros creauiſſent eoſdem poſtea inuitos depoſuerunt, teſte Liuio, ex quo intelligimus quod in Democratia tota poteſtas gubernandi eſt penes populum, vnde plurima inconuenientia emanare poſſunt, nam populus impeditus œconomicis occupationibus, non poteſt ſemper adeſſe, iudicijs, conſilijs, & alijs quæ ad bonum regimen requiruntur, & licet magiſtratus nomine populi adſit, quia tamen à magiſtratu ad populum eſt appellatio, & populus pro arbitrio magiſtratum mutare poteſt, difficillimum eſt, vt & magiſtratus ſit bonus qui à populo eligitur, & populus rerum ignarus, aliquid rectè ſtatuat; in populo enim pauci ſapientes, pauci probi & integri, prudentes, diuites, ideo proni ad ſeditiones, odia, inuidias, crudelitates.

Liuius li. 2. & 4. Liu. li. 3. Liuius li. 2. 3.

Penes illos totam poteſtatem conſtituere eſt maximis periculis Rempub. exponere vt rectè dixit Cicero. Nullũ mare eſt ita tempeſtatibus, & periculis obnoxium, ſicut regimen populare: quia populus eſt natura ſua inconſtans, ignarus, loquax, furioſus. Experientia id docuit Romanos,

Cicero

apud

apud quos quando populus gubernabat, plures erant qui magiſtratum lapidibus obruere volebant, & vibratis enſibus minabantur, & multoties ad hoc abſurdum ventum erat, vt tanquam equi indomiti, nullo modo quietati potuerint: hinc adhuc hodie, videmus, in ſcala Araccelitana, duos equos indomitos, operi ſculptorio mire elaboratos, quos duo Senatores Romani freno detinent, qui populum Romanum indomitum ſignificabant. Vnus etiam ex ſeptem Sapientibus nomine Bias, vt oſtenderet quãtum poteſt vulgus, depinxit hominem natione Sardinium ſedentem ſuper aſinum, iumentum ſimplex, & ſtolidum, cum tali ſuprascripto. *Multitudo*, vt oſtenderit quod populus cõmuniter eſt ſtolidus, & mores deprauatos habet, huic ergo committere omnem gubernandi poteſtatem non videtur conueniens. Bias.

Præterea, regimen populare, in duobus præcipue fundatur: in libertate, & æqualitate, tunc ſi libertas conuertatur in petulantiam, æqualitas in potentiam alicuius, vel aliquorum: vel nullum regimen, & ordo erit, vel Tyrannis, & licet in chriſtianitate hoc regimen populare adhuc vigeat, præcipue apud Genuenſes, Lucenſes, & Heluetios; tamen ſi non adiunarentur ab alijs Principibus, iam pridem defluxiſſet, & mutatum fuiſſet: ſicut Senenſes regimen populare mutatum eſt, & nunc ſubiectum magno Duci Hetruriæ. periculoſum ergo & debile eſt regimen populare, ſeu multitudinis: multitudinem enim potius ſubeſſe quam præeſſe, potius obediri, quam imperari decet.

Aliud regimen eſt. Ariſtocraticum, eſtquè regimen paucorum, & ſapientum: quando nimirum aliquot ſapientes rectè, & iuſtè gubernant ſubditos. In gubernatione Oeconomica duæ ſunt perſonæ quæ domum gubernant maritus & vxor, huic eſt ſimilis gubernatio Ariſtocratica, vbi plures perſonæ gubernant Rempublicam. Hoc Regimen eſt melius quam Democratia, habet tamen multa inconueniẽtia, præſertim ſi illi pauci diuites, nobiles, & virtuoſi non perſeuerant in amore erga bonum commune, mutãt regimen ſi ſint ambitioſi, quærunt multos amicos, & illis ſolis benefaciunt reliquos nihil curant: ſi ſunt auari, congregant diuitias, & bonum commune negligunt: ſi ſunt timidi, cum enim ſint pauci, facilè poſſunt timere plebem; & ideo eam opprimunt, quæ ipſis ſubigatur. Plebs etiam ſuſpicatur de illis, & de fidelitate ipſorum, cum ſciat omnia poſita eſſe in manib. eorum, hinc etiam odio eos plebs proſequitur, quia perpetuo in naui Reipub. tenent gubernacula: talis fuit regimen apud Romanos, non diu tamen durauit. Fuit & in Regno Poloniæ, quod à Principio Palatini aliquot gubernabant, ſed mutatum fuit propter auaritiam illorum.

Tale Regimen noluit eſſe Chriſtus in Eccleſia (quicquid dicat Caluinus, qui Epiſcopos, & Sacerdotes pares eſſe ait iure diuino) ille enim tam in cætu populi ſupremam Eccleſiæ poteſtatem reſidere docuit, quàm in Concilio Sacerdotum, quanquam enim Chriſtus duodecim Apoſtolos elegerit, Petrum tamen tanquam eis præpoſitum inſtituit.

Tertium regimen eſt monarchicum, quando ſcilicet vnus gubernat bonus, & prudens, ſi enim eſt bonus, non in propriam vtilitatem omnia dirigit, ſed in vtilitatem ſubditorum: ſi etiam eſt prudens nihil agit ſinè conſilio; hoc regimen vocatur monarchia, à græco verbo Monos, quod ſignificat vnum, & ἀρχὼν ſignificat princeps. Eiuſmodi regimen eſt optimum, & præcipuè ſi nõ ſit ſimplex, ſed mixtum: ſic enim D. Paulus comparat Rempub. vni homini; vbi eſt caput, oculi, brachia, pedes, cor. &c. Imò verò inter has regiminis ſpecies tanto excellentior eſt illa quam Monarchiam appellant, quanto magis ad principium numeri, quod eſt vnitas reducitur, cum ad vnum caput, & vnum principem deuoluitur. Hinc illam à Sanctis, & doctiſſimis viris ita laudari videmus, vt nemo ſit, qui non videat omnibus alijs eam excellere, nec mirum. Omne enim illud quod habet ſimilitudinem cum diuinis, & ad diuina magis accedit, maioris perfectionis eſſe nullus dubitat. Vnde cum Reges per Deum regant, & ſic Deus vnus in ſubſtantia, & natura euidenter concludi poteſt, quod regimen magis accedens ad iſtam vnitatem, & ſupremum caput, eminẽtius debet reputari. Quod & ijs quæ exterius cernimus, non eſt difficilè comprobare. Videmus enim omnia corporis membra vni capiti ſubiacere, non enim licet à capite membra recedere. Videmus etiam animalia vt apes ab vna gubernari. Grues etiam ab vno gubernantur. Imperator vnus, Iudex vnus. Roma duos Fratres ſimul Reges habere non potuit. In naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quouis grandi exercitu vnum ſignum expectatur, hoc igitur regimen eſt perfectius, quia magis imitatur naturam, magis imitatur naturæ authorem Deum, magis accedit ad vnitatem, & cæteris eſt antiquius.

Etenim vt vetuſtiſſima ad confirmandam rem noſtram exempla huc diuoluamus, regimen monarchicum ab initio mundi poſt diluuium, initium habuiſſe teſtantur veterum ſcriptorum monimẽta. Nemroth filius hus, & nepos Cain, cum eſſet fortior alijs hominibus pro tunc exiſtentibus: fuit primus qui poſt diluuium reduxit homines ad obedientiam vnius Regis, & Dominium regni, ſibi vſurpauit, eo regimine nunc Eccleſia regitur, ideo Chriſti, & D. Petri Romana Eccleſia eſt vna ab vnitate regiminis. Eſt quoq; vna ab vnitate Principis: nã vbi vnus ſummus princeps, ſucceſſor Chriſti & D. Petri, ibi vna Eccleſia, quemadmodum in vno regno reperiuntur plures ciuitates, & Prouinciæ, in vno Imperio plura Regna, & tamen dicimus eſſe vnum Regnum, vnum Imperium, quia vnus Princeps, Rex, Imperator, ita Eccleſia eſt vna, licet ſit congregata ex fidelibus totius mũdi, quia vnum habet Principem Chriſtũ, & eius ſucceſſorem Papam, præterea quia vna fide venerantur Deum, ideo eſt vna ex gentibus & Iudæis congregata. Hæc vnitas non incongruè fuit præfigurata per tunicam Domini inconſutilem, veſtimentis enim Chriſti ſciſſis in quatuor partes, illa illæſa permanſit: quia nimirũ per quatuor partes orbis Chriſti regnum deſtributum eſt, vnitate Regni, integra & ſalua ſemper permanente, ex gentibus, & Iudæis congregata & vnita, & hæc eſt fides Romana. Pierius.

Aegiptij qui omnia per figuras ſignificabant volentes declarare, quantum valeat vnio, & amicitia duarum, vel plurium nationum contrariarum pingebant vt refert Pierius, Arborem oliuarum viridem, penes quercum plantatam, ita vt rami hinc inde vnius arboris cum alia colligarentur, quaſi ſe complectentes, & amicitiam ineuntes. Iã notum eſt omnibus quanta eſt differentia inter quercum, & arborem oliuarum, quercus arbor dura, quam ob cauſã cauerit hortulani, ne penes quercum plantent alias arbores, & præcipuè oliuam, cui in tantum nocet vicinitas quercus, vt abſque vlla alia cauſa, propter ſolam vicinitatem ad quercum marceſcat, & exiccetur. Inter alios vſus quercæ arboris hic etiam eſt, quod rami eius ſunt optimi, & vtiliſſimi, nempè ad ligandum vt experientia docet. Hinc illud: Viſcum quercinum optimum ad ligandam amicitiam, arbor aliis nociua, & alijs arboribus inimica, ſi cum illa contrahatur amicitia, ad faciendum ligamina peroptima. Populo Hebræo illis temporibus bene conueniebat, nomen & proprietas oliuæ, propterea Dauid inquit. *Sicut oliua fructifera in Domo Dei.* Aliæ nationes erant quercus aſperæ, infructuoſæ, incultæ, in tantum inimicæ nationi Hebrææ, quod nihil aliud intendere videbantur, niſi vt eam tollerent, & exſiccarent, quemadmodum teſtatur ſacra ſcriptura, quando Deus præcepit Ezechieli dicens. *Et tu fili hominis ſume tibi lignum vnum, & ſcribe ſuper illud nomen Iuda, & filiorum Iſrael, & ſociorum eius. Et tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud, Ioſeph lignum Ephraim, & cunctæ domus Iſrael, ſociorumque eius. Et adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua.* Iſta duæ tribus. Iuda & Ephraim ſignificant populum gentilem, & Hebræum: nam tribus Iuda erat fidelis ſeruiens Domino: tribus Ephraim erat idololatra: iubet ergo Deus vt vtramque tribum, tanquam duos ramos diuerſorum lignorum accipiat in manum Propheta, ad ſignificandum quod duæ nationes, & illarum nationum Principes, duo populi qui tunc diuidebant terram, & dominabantur ei, debebant eſſe vniti in manu Dei. Hoc quod tunc promittebatur iam videmus expletum in Eccleſia noſtra, vbi Chriſtus Dominus qui eſt pax noſtra fecit vtraq; vnum, vt inquit Diuus Paulus. *Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum.* Et quam perfectè hos ramos vnierit idem teſtatur [illegible] Ezech. 37. v.16.

ſui

ſus oleaſtro (inquit Diuus Paulus) *inſertus in bonam oliuam*
tam omnibus notum eſt , quod oliua eſt arbor fructifera,
quæ propter mollitiem , ſignificat miſericordiam , fructus
quoque eius quo vtimur ad lampades in Eccleſijs ad lau-
dem Dei lucentes, ſignificat homines , & nationem cultui
Leuit. 2. diuino dedicatam ideo in Leuitico. Simillam iuſſit offerre
Deus, ſuperinfuſam oleo. Apud gentiles quoque fuit Sa-
Virgil. cra arbor. Hinc Virgilius.

——— *ramis inſignis oliuæ*
Sacra ferens. ———

Pierius. Refert Pierios Valerius de Epidoro , quod tempore cu-
iuſdam ſterilitatis & fanus, cũ homines conſulerent Ora-
culum qualiter Deos placare poſſent, vt eis bona tempora-
lia abundantius largiri velint, reſponſum acceperũt, Si ima
Petitu- gines Deorum in ligno oliuæ ſculpere vellent, ſe voto Pau-
ros. Pau- ſanias quoque, & Theodoretus , tractando de hac arbore
ſanias. referunt , excitatum fuiſſe magnum bellum inter Paladẽ,
& Neptunum, duntaxat propter ſolam combuſtionem at-
boris oliuarum.

Plutarc. Plutarchus etiam refert quo cum Theſſeus inire debe-
to. 1. in vi ret certamen cum Minotauro , promiſit & vouit Apollini
ta Theſ. Deo ſe ei oblaturum ramum oliuæ ſi victor extiterit: ex his
ergo intelligitur , quod arbor oliuarum ſit arbor grata , &
accepta Dijs & hominibus, ſymbolum pacis , benignitatis
& miſericordię. Oleaſter autem eſt arbor inutilis, agreſtis,
aſpera , inſuauis, ſylueſtris , infructuoſa , ipſa ſicca & alias
arbores exſiccans, per omnia ſimilis quercui. Nihilominus
tamen hunc Chriſtus Dominus, nõ ſolum vicinitate con-
iunxit oliuæ, vt voluit pictura Aegyptiorum, & Ezechielis
prophetia: ſed inſeuit , vt D. Paulus inquit , in bonam oli-
uam, & propterea fecit pacem perfectiſſimam, inter vnam
arborem & aliam, ac non ſolum hoc, ſed etiam effecit , vt
populus gentilis infructuoſus , acciperet à populo Deo di-
cato pinguedinem bonorum operum , guſtum & ſuauita-
tem vt idem D. Paulus teſtatur , ſocius radicis , & pingue-
dinis oliuæ factus eſt . Sed qui nam eſt iſte truncus cui hi
rami inſiti ſunt ? certè non alius niſi fides , Eccleſia San-
cta Catholica, & ſedes Petri. In hoc vno trunco ſunt inſiti
duo rami gentilitatis & populi Hebræi . Hæretici volunt
eſſe plures truncos , plures fides, ſed reſpondendum eis vi-
detur, ſicut quondã reſpondit Alexander Syrio Regi Aſię.
Com enim Alexander cæpiſſet debellare Aſiam , miſit ad
eum Syrius Rex Aſię , vt relinqueret bellum, pacem cum
eo iniret, & Aſiam in duas diuideret partes , ita vt ipſe do-
minaretur vni & Alxander alteri. Reſpondit Alexander ,
quod neque in cælo ſunt duo ſoles , neque Aſiæ duo poſ-
ſont eſſe Reges: ita ergo & nos Hæreticis reſpondere poſ-
ſemus , quod ſicut in Cælo non ſunt plures Dij , ſed vnus
Deus qui ab omnibus nationibus adoratur & collitor, ita
nec in terra multiplex fides eſſe poteſt, ſed vna ſola, in quã
omnes coronas, omnia ſceptra mundi inſerere neceſsè eſt.
Poſſemus etiam reſpondere , & redarguere Hæreticos, ſi-
cut quondam redarguit Propheta filios Iſrael, qui deſciue
rant à cultu veri Dei. Vſquequo claudicatis in duas partes.
Mirum ſanè eſt quidnam per hæc verba inſinuare volue-
rit Propheta .

Quis enim aliqoando vidit hominem vtroque pede
claudum ; Si enim vtroque pede claudicat , potius dicen-
dum eſt , quod non poteſt ambulare, quam quod ſit clau-
dus , vult innuere, quod dupliciter errant qui duobus Do-
minis ſeruiunt , & multipliciter errant , qui plures fides
fundant, & palam cõfitentur fidem propriam eſſe malam;
quia quantum attribuunt fidei alienæ , tantum deſtruunt
propriam, qui vero vni Deo ſeruiunt , alios reijciunt , qui
veram vnam fidem complectuntur, cęteras abominantur.
Hęc eſt excellentia Chriſtianorum, qui ſicut vnam fidem,
ita vnam ſanctam Eccleſiam profitentur , propter vnita-
tem fidei vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma: quod ſi in
Eccleſia vnus princeps , & vna fides : rectè Eccleſiam ca-
tholicam vnam prædicamus , non obſtante multitudine
fidelium, quia hæc gubernatio , non eſt multitudinis, ne-
que paucorum bonorum. ſeu optimatum , ſed vnius Prin-
cipis Chriſti , & ſucceſſorum eius , non eſt regimen De-
mocraticum aut Ariſtocraticum, ſed Monarchicum . Præ-
terea multitudo illa fidelium , eſt vna , in fide ſpe , & cha-
ritate, in vno trunco fidei, ramuſculi ex gentibus & Iudæis
congregati inſito. Eſt ergo Eccleſia Romana vna , hanc
quoque prædicamus ſanctam.

Tres Monarchiæ præcipuè in mundo excelluerunt. Im-
perium Romanum , Iudæorum , & Græcorum regnum.
Quodlibet iſtorum de ſingulari quadam excellentia glo-
riabatur, Romani de poteſtate, authoritate, re militari, di-
uitijs , ſi quidem totum mundum ſubiugauerant imperio
ſuo. Græci gloriabantur de Sapientia, prudentia, doctrina
&c. Iudæi gloriabantur de ſanctitate, vt inquit D. Paulus.
Iudæi ſigna volunt. Græci ſapientiam quærunt. Hæ omnes ex- 1. Cor. 1.
cellentiæ multo nobiliori modo in Eccleſia catholica re- v. 22.
periuntur; propterea fortaſſis ritus noſter in Miſſa triplici
vtitur idiomate . Latino quod Romanorum erat , Græco
cum canitur. Kyrieleiſon, & Hebræo cum canit Alleluia ,
& his ſimilia, vt nempè manifeſtum eſſet omnibus, Eccle-
ſiam catholicam non ſolum diuitijs, longè melioribus quã
Romani olim Principes abundare, ſed etiam ſapientia , &
ſanctitate, Græcos & Iudæos ſuperare.

Plutarchus tractando de fundatione vrbis Romanæ, re- Plutarc.
fert initia eius, eiuſmodi extitiſſe Romulus, à quo Roma
nomen accepit , ædificauerat in exordio fundationis vrbis
Aſylum ad quod qui confugiſſet , ille priuilegio loci ſi erat
ſeruus, non dominis, ſi debitor non creditoribus, ſi homici-
da non magiſtratibus tradebatur, ita quod Roma tunc fue
rit congregatio ciuium & vicinorum è diuerſis nationibus
collectorum, qui vel propter aliquot infortunium, vel pro
pter ſeruitutis pondus , vel propter pœnæ timorem pro-
prio ſolo pulſi , illuc ſe conferebant quos ſi erant ſerui , li-
bertate donabant , ſi debitores à debito abſoluebant , ſi
homicidæ à magiſtratibus , & miniſtris iuſtitiæ defende-
bant , atque ita erat ciuitas refugij . Verum , vt ijs qui e-
rant ex diuerſis nationibus congregati eſſet ibi commu-
nis patria , vt ex diuerſis nationibus , vnus eſſet populus ,
ea arte vſi ſunt , ordinauerunt vt vnuſquiſque ciuium ex
terra natiua aſportaret pugillum terræ , & intra muros
vrbis proiceret, atquè ita quilibet, pro propria & naturali
terra Romam haberet, & propterea appellabatur Roma ,
ab authoribus communis patria, & caput mundi, & id for
te cum iniuria aliorum Regnorum , cum potius propter
illam cauſam dicenda eſſet congregatio latronum, quinta
eſſentia malorum , quos aliæ ciuitates, exilio damnarunt ,
tanquam morte dignos & indignos vita , atque ita potius
dicenda eſſet Reſpub. infortunatorum omniũ nationum ,
qoam communis patria. Quomodo enim attribui ei debet
tanta prærogatiua , quam quælibet Reſpub. peroptat pro-
pter tam vilem cauſam? Non immerito tamẽ poterat tunc
dici Roma vniuerſalis quædam nationum congregatio,
nunc autem nõ ſolum vniuerſalis ſed & ſancta dici debet .
Caput mundi , origo ſanctitatis obtinet , & modo Roma
idem nomen, ſed mutauit cauſam, cum nunc vocetur com
munis patria, propter communicationem ſanctitatis, pro-
pter communicationem fidei, gratiæ Dei, baptiſmatis, pro
pter iubilæos, indulgentias, eſt fons gratiarũ, à quo riuuli
diffunduntur in totum orbem.

Ad ſanctitatem populi Iudaici pertinebat vt inter eos
eſſet tabernaculum Dei, idque triplex . Vnum quod ædifi-
cauit Moyſes in deſerto; aliud Salomon Hieroſolymis. Ad
ſanctitatem quoque Eccleſiæ pertinet , vt in ea adſit tri-
plex illud bonum, honeſtum, vtile, delectabile . Ad ſancti-
tatem Reipub. pertinet, vt adſint Magiſtratus & præſides,
qui bonum honeſtum, vtile, & iucundum in regno promo
ueant, vt adſit calcar ad virtutem, & frenum qood abſtra-
hat à vitijs , vt adſit præmium , quod promoueat ad virtu-
tes, & pœna quæ à vitijs abſtrahat , his enim fęlicitas Rei-
pub. clauditur, atque hoc perfectiſſimè in Eccleſia Dei ob-
ſeruatur. Nam quantum attinet ad bonum honeſtum , in
qua Repub. perfectius iura, iuſtitię punitiuę & diſtributi-
uæ obſeruantur: vbi meritorum maior ratio habetur : vbi
perſonarũ dignitas vel indignitas perfectius conſideratur,
mors perſcrutantur; vbi maior cura, & ratio virtutis, ſicut
in Eccleſia Dei? que & Sacramentorum vſus , & ſcientia-
rum exercitium, ad hunc vnum finem ordinat , vt omnia
ordinatè & honeſtè in populo chriſtiano fiant. Deinde vbi
perfectius pacta ſeruãtur, cũ Deo, & hominibus, quã in Ec

Digitized by Google

cleſia catholica? In qualibet Republ. bene ordinata debent eſſe præmia,& pęna. Præmia in bonorum retributionem,& pænæ in vindictam malorum. Cum ergo Eccleſia catholica ſit Reſpub. Dei, & Chriſti Saluatoris noſtri, eo ipſo omnia in hac Repub. ſunt perfectius ordinata,& diſpoſita, ſicut & ipſa Reſpubl. perfectior,ideo etiam maiora ibi ſunt præmia, & maiores pænæ. Præmia magis certa, & quæ minus veteraſcunt, eaquè non ſolum temporalia, ſed etiam ſpiritualia & inuiſibilia, quæ tantum ſuperant præmia viſibilia quantum anima ſuperat dignitate corpus.

Quantum vero ad bonum vtile, quis non videt Romanam Eccleſiam Regna,& imperia ditare,in quibus ſedem ſuam collocat, & iuriſdictionem extendit? Auenione ſeptuaginta ferè annos ſedet, vnde vrbis illius opes, & diuitiæ, adeo creuerunt, propter immenſam vim pecuniæ eo vndiquè affluentis,vt priſtinæ opulentiæ reliquias, non penitendas etiam nunc conſeruet.

Reges Hiſpaniarum tot prouincias, & regna in Indijs occuparunt,vnde tot theſauros auri,argenti, atque diuer-
F ſarum gemmarum quotannis extrahunt beneficio Eccleſiæ;cum propagandæ Religionis, & fidei Romanæ cauſa illis Regnis bellum intulerint, & ditioni ſuæ illa ſubiecerint Regnum Poloniæ in tantum ampliatum,& fortificatum eſt,vt abſq; auxilio alicuius Principis Chriſtiani Turcam à finibus ſuis expulerit Anno Domini 1621. cuius beneficio? niſi Eccleſiæ Romanæ,à qua per D. Ad Albertum fide chriſtiana imbutum, vnionem cum Lituanis & Ruthenis eiuſdem fidei communicatione retinet, & conſeruat. Sed hæc commoda ſunt temporalia,& extrinſeca,plura incomparabiliter affert Eccleſia, commoda, & beneficia, diuinas & theſauros abſconditos. Quis enim explicabit,quantæ diuitiæ ſub pallio paupertatis, lachrymarum, mortificationum,includuntur.

Sequitur tertium bonorum genus quo Reipubl. ſanctitas, & fælicitas clauditur, & hoc eſt pax,& iucunditas: à duobus illis prioribus ortum iuſtitia, & verum copia, vtili ſcilicet,& honeſte habet, hoc nullibi perfectius quam in Eccleſia Dei reperitur,vbi pax, & iucunditas,lætitia, & ſecuritas, non illa quæ vanis ſpectaculis intendit,fabulas,& ludos exercet, conuiuijs, mundanis pompis comparatur, ſed ea ad quam nos inuitat Pſalmiſta. *Exultate Deo adiutori noſtro.* Propter hoc tot ſolennitates, ab Eccleſia Dei inſtitutæ ſunt,multò excellentiores,quam veteris teſtamenti. Quæ iucunditas maior cogitari poteſt, quã vacare pſalmis,& hymnis? ſi quidem hymnus interpretatur teſte. D.
D. Aug. Auguſtino. Exultatio mentis in Deum, ex æternis quæ ſperamus Dei liberalitate, & bonitate nobis opitulante, & auxiliante.

Quæ maior iucunditas,quam ea,quæ ex puritate, & nitore conſcientiæ percipitur? ſiquidem bona conſcientia iuge conuiuium. Iam verò Sacramentorum perceptio,pręcipuè corporis Chriſti ſumptio, vnde omnis diuina benedictio,& gratiæ Dei augmentum,beneficiorum Dei meditatio, & contemplatio, quantam afferat lætitiam, quis explicabit? Tot igitur bona iucunda ex beneficio Eccleſiæ percipimus, tot bona commoda atquè honeſta, ideo iure merito Eccleſiam catholicam ſanctam, ac omni felicitate præditam prædicamus.

Præterea prædicamus Eccleſiam Chriſti catholicam, id
Eſter. 1. eſt vniuerſalem,Decem Reges mundi commemorat Scri-
1. Paral. ptura. Adamum primum mũdi regem. Nemroth, Ioſeph,
vlt. Salomonem,Nabuchodonoſor,Darium, Cyrum, & Alexandrum magnum.

Octauium,Meſſiam, per quem redibit regnum ad primum Regem,& dominium iuxta illud Iſaiæ. *Ego primus*
Apoc. 1. v. 18. *& nouiſſimus.* A propheta Zacharia vocatur, mõs magnus. quod tu mons magne? Magnus planè mons, quia Deus magnus ſuper omnes Deos, & Rex magnus, ſuper omnes qui orbi vniuerſo dominantur,ſupra Abraam,ſupra Moyſen,ſupra Salomonem. Nullus vnquam nactus eſt totius orbis Monarchiam præter Chriſtum,quod maximè apparebit in fine mundi,quando omnia ſubiicientur ſub pedi-
Iſ. 6. v. 1. bus eius. Huius Regni celſitudinem vidit Eſaias Propheta,multo antequam noſtræ naturę conformem, Chriſtus ſe vidẽdum offerret. *vidi* (inquit) *Dominũ ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum,& eleuatum,* i. Chriſtum, ſedẽtem in throno maieſtatis ſuę,qui excellit omnia,ſuperat vniuerſa. Planè thronus excelſus,quem mors non diſſoluit, tyrannus non conturbat,tẽpus non rapit,ęgritudo non contriſtat, eleuatus verò ſupra verticem montium,ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum, aduerſus quem portę inferi pręualere non poſſunt. *Parata ſedes tua ex tũc,* Pſal. 92. v. 2.
a ſæculo tu es. inquit Pſalmiſta. *Regnum tuum regnum omniũ*
ſæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione. Pſ. 144. v. 13.
Aſpiciebã ego Daniel,in viſione noctis, & ecce in nubibus cęli quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquum dierum peruenit,& vſque in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorem & regnum, & omnes populi, & tribus,& linguæ ipſi ſeruient,& poteſtas æterna quæ non auferetur,& regnum eius quod non corrumpetur. Dan. 7. v. 2.
Hęc omnia cui hominum conuenire poſſunt niſi Chriſto? Ipſe enim propter ſui humiliationem meruit ſuper omnes exaltari, cui Deus Pater imperium ſinè fine dedit. *Antequam ſciat puer vocare patrem,& matrem, ait Iſaias, auferetur fortitudo Damaſci,* Iſ. 8. v. 4.
& ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum, Quis vnquam ex Regibus gentis,antequam per ętatem,patrem vel matrem vocare poſſet regno potitus eſt,& trophęa de hoſtib. erexit? Nonnè ſcimus quod Dauid triginta annos natus Regnũ obtinuit? Salomõ adoleſcẽs imperiũ ſuſcepit, Ioas G
Septenis ad regnum euectus eſt. Ioſias agens annum ſeptimum regni ſuſcepit habenas,atquè iſti in hac ętate patrẽ, & matrẽ vocare poterant. Quis igitur eſt iſte qui propè genituram ſui & regnat & ſpoliat inimicos? Quis vnquã talis Rex fuit in Iſrael, vel Iuda? dicãt Iudęi inquiſitione facta:in quonam ſpem ſuã omnes gentes cõſtituerunt? Certè nullus hic eſt pręter Chriſtũ;cuius poteſtas per totũ orbem diffuſa eſt,atq; ſucceſſorum eius qui nomine illius catholicam ac vniuerſalem hanc gubernãt Eccleſiam, Regũ poteſtas vniuerſalis in Regno & prouincias eis ſubiectas, coronis,& ſceptris exprimitur,& denotatur. Corona.n.ſignificat poteſtatẽ,vt ex Apocalypſi colligitur,vbi D. Ioannes refert,quod ſenes ante thronum agni deponebant proprias coronas,ſignificãdo, quod non ſint maioris poteſtatis quam agnus.

Sicut ſtellę in pręſentia ſolis non lucent, et videntur ſe priuare lumine,ob quandam reuerẽtiã,ſi ita dici põt ſolis, & radiorum eius. Sicut ẽt in Regno Hiſpanię conſuetudo eſt,vt Iudicis qui portant virgas,qñ cum rege loquuntur, eas in terram demittant,recognoſcendo maiorem poteſtatem,talem poteſtatẽ in Chriſto, in perſona gentiũ recognouerunt tres reges. Sed quomodo id dici poteſt? Si quidem non legimus eos coronas proprias depoſuiſſe, imò cõiter pinguntur coronas in capitibus geſtantes. Hoc nõ obeſt, nam apud diuerſas nationes,ſunt diuerſæ ceremoniæ politicæ,quib. vnus ſe humiliat alteri,& recognoſcit poteſtatẽ eius,aliquo ſigno,& corporis geſtu: vnde apud aliquas nationes in ſignũ humiliationis,deponuntur pilei, fiũt inclinationes,apud alias non. Non legitur quod apud aliquam nationẽ fæminæ hoc humiliationis modo deberent vti in ſignum reuerentiæ,nimirũ deponendo pileum &c. Sed habent alias cæremonias,inclinationes, genuflexiones, &c. Turcas,& Tartaros vidimus nunquam deponere pileos,et coram Principibus,qui tamen profundiſſimè ſeſe inclinãt, & certis quibuſdam vitibus ſuæ nationi conſuetis humiliationẽ declarant,& hæc fortè eſt conſuetudo totius orientis, ideo Magi qui ab oriente venerant,non ſolũ ſe inclinabant,& genuflectebant,ſed procedentes adorauerunt, in ſignũ humiliationis,licet coronas depoſuiſſè non legãtur, nec in hoc illos Reges,quorũ eſt mẽtio in Apocalypſi imitati ſunt ſecuti conſuetudinem moris orientalis,hoc tamẽ non obſtante congruum fuit aſſignari ex parte regis adorandi: vt qñ reges ſedent in maieſtate,cum omni põpa, & maieſtate regali,indignum ſit alios in coronis,vel pileis apparere in præſentia illorũ. Quod ſi rex aliquo diſcedat, in aliquã villã,vel ciuitatẽ,neceſſe eſt vt maieſtas eius in ſeruis eluceſcat;& propterea tunc ſerui regis,& qui ſunt à latere eius pretioſiſſimis ſe exornant veſtibus, vt appareat quantus eſt iſte,cui tales ſerui,tãquam alij Reges ſeruiũt. In Apocalypſi Rex Regum in throno ſedebat, & ideo

Reges

Digitized by Google

reges coronas ante thronum deponebant. Poſtquam autem idem Rex venit in hunc mundum, tanquam in villã abiectam, neceſſe fuit, vt ſerui eius coronati incederent, & ſic maieſtatẽ eius, cui ſeruiunt, mũdo declararent. Nihilominus tamen cum procedentes adorauerunt poteſtatem, & authoritatem eius ſuper omnes gentes recognouerunt. Poteſtatẽ Chriſti gubernãtis totã Eccleſiã recognoſcit cælũ, recognoſcit terra, & vniuerſa creatura. Hanc poteſtatẽ tradidit Apoſtolo Petro & ſucceſſoribus eius, ideo Pontifices ſummi non vna ſed pluribus coronis tyaram contextam in capite geſtant, quia poteſtas eorum non ſuper vnũ Regnum, ſed ſuper vniuerſum orbem extenditur. Recognoſcunt hanc poteſtatem Reges, & Principes terræ, dũ humiliant coronas ſuas ad pedes ſucceſſoris D. Petri. Eſt igitur Eccleſia Chriſti, Eccleſia Romana catholica: quia per totum orbem diffuſa. In Oriente, in Occidente, Meridie, & Septentrione, vbiquè per eam laudatur, & inuocatur iugiter ineffabile nomen Domini iuxta illud Prophæ-

Pſal. 21. v.23. te. *In Eccleſia magna laudabo te ex populis Europę Aſia Africa, & America congregata.* Deinde credimus, & confitemur Eccleſiam Romanam eſſe Eccleſiam Apoſtolicam; non ſolum quia ab Apoſtolis fundata eſt, ſed etiam quia ſuper Principem Apoſtolorum erectã, tanquam ſuper fundamenta, & lapidem primarium, ſic enim ad B. Petrum locutus eſt. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Videtur Chriſtus Dominus ſic egiſſe cum Eccleſia, ſicut nunc communiter fieri videmus Venetijs, vbi quia ciuitas illa eſt ædificata in mari, & ſuper maria fundata, ideo ſi quis vult ſibi ædificare palatium, tunc ſumptibus communibus, & ex theſauro ac fiſco communi, ſuppeditantur ei neceſſaria, ad erigenda ac eleuanda fundamenta ſuper aquam: erectis autem fundamentis, quilibet proprijs ſumptibus tenetur, vlterius ædificium perficere: ita Chriſtus Dominus cum ædificare voluiſſet Eccleſiam ſuper vndas præſentis ſæculi, iecit fundamenta proprijs ſumptibus, ex eo, quia gratiam baptiſmalem promeruit propria vita, & ſanguine, quæ eſt prima gratia, & fundamentum ædificij, quod erigitur ſuper aquas baptiſmi, ſinè quo impoſſibile eſt aliquid conſtruere ex materia bonorum operum, nam facilius eſt in lapide creſceri herbas, quam bona opera, & meritoria vitæ æternæ, ſi è gratia Dei, & præſertim ſi è gratia baptiſmali operati. Quod innuitur in hodierno Euangelio: in quo dicit Chriſtus. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Hoc præſuppoſito fundamento, ſequitur ipſa ædificij erectio. *Docentes eos ſeruare, quęcunque mandaui vobis.* Atquè

H ita Apoſtolicam Eccleſiam dicimus, à Principe Apoſtolorum, in quo ipſa fundata eſt, & cui ſoli dictum eſt. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Tu es columna marmorea fortis & immobilis, portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. In Idiomati Græco Rex dicitur Βασιλεὺς id eſt, baſis, & columna Regni. Aliqui exiſtimabant quod ſic Græci appellarent Regem propter Baſiliſcum, qui eſt Rex animalium venenatorum, quæ deductio optimè Regi moderno Græcorum, Imperatori Turcarum quadrat: verè enim ille eſt ſicut Baſiliſcus plenus veneno, etiam ipſo viſu interficiens, ſed de Regibus Chriſtianis dici id non poteſt. Rex chriſtianus poteſt, quin de-

D. Greg. bet vocari Βασιλεὺς ſed propterea quia eſt baſis, & columna chriſtianitatis, & ita Diuus Gregorius interpretatur illum locum Iob: qui portant orbem. Licet enim alij interpretantur de Angelis mouentibus ſphæras cæleſtes, ille tamen locum intelligit de principibus. Notum eſt omnibus quod Reges in capite portent coronas; quid aliud coronæ ſignificant (vt iam ſupra dicta) niſi regna. Denotatur ergo per hoc quod Reges portent ſupra ſi Regna, tanquã columnæ fortiſſimæ, & in aliquibus Regnis conſuetudo eſt, quod tot coronæ in inſignis regalibus apponuntur, quot ipſi Rex gubernat regna. D. Petrus in gubernatione Eccleſiæ rectè dici poteſt Βασιλεὺς, non Baſiliſcus, quia nullum interficit, quin potius medetur omnibus, de quo dici poteſt illud. *Spiritus Domini ſuper me, eo, quod vnxerit me, &c. Vt mederer contritis corde, &c.* Sed dicitur, Βασιλεὺς quia eſt baſis Eccleſiæ, quæ eſt columna, non qualiſcunque, ſed marmorea, portat in capite non vnám, ſed tres coronas. Eſt columna marmorea diuerſis virtutum coloribus rutilans, & Eccleſiam Dei ſuſtentans, ideo Eccleſia Romana rectè dicitur Apoſtolica, quia *ædificata ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu,* qui ſicut vnus eſt princeps cæli, & terræ, ita vnam in terris habet Eccleſiam ſanctam, catholicam, apoſtolicã, ſponſam, quam ſibi deſponſauit in fide quam gubernat, protegit, auget, ac gratia ſua ſancta amplificat, quouſq; æterna gloria beatificet, & ex militante triumphantem ſibi efficiat; vbi cum Patre, & Spiritu ſancto viuit in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTITVTIO

Speculatiua.

Dominicæ Sanctiſſimæ Trinitatis.

De vnitate DEI, & Diuinarum Perſonarum Trinitate.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Matt. 28 v.19.

Tria mihi ſunt difficillia, & quartum penitus ignoro. I mu.30. v.18.

A

TRinitatem perſonarum, quam credimus, & confitemur fide ſancta edocti, & eius, notitiam licet Philoſophi perfectè aſſecuti non ſint; certiſſimum tamen eſt doctrinam de Trinitate, humanæ rationi nõ repugnare, ſicut nec quemcunque alium, fidei noſtræ articulum. Difficultas in acquirenda perfecta notitia myſteriorum fidei eſt maxima, ſed impoſſibilitas nulla: ideo non dicit Salomon, quod aliqua ex illis tribus difficultatibus ſit impoſſibilis, quoad captum humanum, ſed difficilis, & hanc ob cauſam quęrunt aliqui ex Doctoribus, quodnam myſterium fidei ſit difficilius Trinitatiſne an Incarnationis, & quibuſdam videtur difficilius eſſe myſterium Trinitatis, quàm Incarnationis. Nam dum non longe à terræ conſpectu, per media maris littora nauigatur, non tanto naufragij timore nauta concutitur, at poſtquam altum premere, & trementibus maris fluctibus ſe nauis credere cęperit, nec iam terra proſpicitur, ſed (VT POETA DICIT) Maria vndiquè, & vndiquè cælum, niſi gubernator nauis clauo vigilanter aſſideat, neceſſè eſt, vt in ſyrtibus infæliciter hæreat, vel ſcopulis alliſa frangatur. Non aliter in multis noſtræ fidei Sacramentis, atquè in ipſis etiam ad humanæ ſalutis auctorem CHRISTVM pertinentibus myſterijs, mihi videtur accidere. Nam licèt plurimis, in eis cognoſcendis implicamur difficultatibus, non eſt tamen tam periculoſa tractatio illorum, quoniam ad terræ conſpectum, & quaſi in littore humanitatis CHRISTI nauigamus, deorum poſt quam immenſæ ac ſempiternæ Trinitatis Oceanum tranare incipimus, omnia apparent noua & inſolita, nihil non Diuinum, & ineffabile, quæ etiam ſapienti difficillima videbantur. Tria (inquit) mihi ſunt difficilia. Vnde opus prorſus eſt, ſi difficultatum ingentes fluctus ſuperare mens noſtra velit, ne ſuis nitatur viribus (QVAE ANGVSTAE, ET IMBECILLES SVNT,) Sed prudentem imitata nauclerũ, tutum, fidei gubernaculum tenens, curſum dirigat cognitionis, quia *Funiculus triplex difficile rumpitur*, inquit Eccl. 4. v.12.
Eccleſiaſtes, & litera Hæbrea legit. Filum Trinum non cito rumpitur; quod Galatinus interpretatur, de myſte- Petr. Ga. l.2.c.4.
rio Trinitatis, quod difficile eſt ad intelligendum, nec ſtatim, & à quocunque intelligitur, nõ tamen impoſſibile ſed ita difficile, vt aliqui nullum myſterium fidei diffici-

SS 2 lius

Digitized by Google

lius exiſtimarint. Alij autem multo difficilius myſterium incarnationis affirmant, quia facilius eſt attribuere DEO, id quod excellentius eſt, & in quo excedit creaturas, quam attribuere ei, id, quod eſt infirmius. Nulla quidem inuenitur creatura, quæ in tribus ſuppoſitis habeat naturam indiuiſam, ſed attribuere id DEO, cuius natura eſt infinita, non eſt difficile, ſiquidem & anima rationalis, quia eſt illimitata, non illimitatione ſimpliciter, ſicut eſt illimitata natura DEI, ſed illimitata aliqualiter, & ſecundum quid, eſt tamen vna & eadem in pluribus partibus corporis, tota in toto, & tota in qualibet parte, ſed attribuere DEO quod ſit homo, qui eſt imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, inuidiæ, & calamitatis trutina, reliquum vero pituita, & bilis, vt inquit Ariſtoteles, hoc difficilius videtur, licet non ſit impoſſibile, quia paſſibilitas, mortalitas, & aliæ humanæ infirmitates, naturæ humanæ per ſe in CHRISTO attribuitur, diuinæ autem tantum per communicationem idiomatum. Hoc tamen non obſtante, maiorem videtur intellectus experiri difficultatem, in attribuendo DEO, ea quæ infirmitatem humanam ſonant, quam quæ naturæ diuinæ per excellentiam competunt.

Ariſtot.

Et huius ſententiæ videtur fuiſſe Salomon cum ait. *Tria mihi ſunt difficilia, & quartum penitus ignoro.* Hæc tamen difficultas myſteriorum fidei, non infert aliquam repugnantiam, ſed ſolum innuit, quod in diuinis myſterijs intelligendis, fidem humanæ rationi præferre debemus, nec Salomon ignorauit myſterium Incarnationis, licet dicat ſe quartum myſterium penitus ignorare. Vtriuſque myſterij notitiam habuiſſe Salomonem, & Trinitatis, & incarnationis, inde colligitur, quod. (VT REFERT ARISTOAS.) Salomon habuit quendam annulum precioſiſſimum, in quo fuerunt tres coronæ, mira ſubtilitate factæ, vna aurea, altera Spinea, tertia quæ vtramquè coniungebat, inſcriptionem habebat, *Victoria amoris.* Has coronas cingebant ſex literæ. A. C. F. R. I. C. Quid hæ coronæ ſignificarent, an myſterium Trinitatis, an verò incarnationis, difficultas eſſe poteſt. Dicamus vtrumquè ſignificaſſe, ſi myſterium Trinitatis, tunc corona aurea ſignificat Patrem, Corona ſpinea Filium; corona quæ iungit vtramquè ſignificat Spiritum ſanctum, qui eſt nexus Patris & Filij, & amor increatus. Vnus annulus, & tres Coronæ, vnus DEVS, & tres perſonæ. Si myſterium incarnationis, tunc Corona aurea, ſignificat naturam diuinam; Corona ſpinea: naturam humanam, corona quæ nectit vtramquè ſignificat hypoſtaſim ſeu ſuppoſitum increatum, in quo vtraque natura ſuppoſitatur. Hæc facile colligi poſſunt ex interpretatione literarum, quæ cingebant Coronas, quam interpretationem refert idem Ariſtoas ab ipſo Salomone proceſſiſſe, nam ſi literæ ad Auream coronam referantur ſic interpretantur.

Ariſtoas Secretarum Ptolomei philadelphi.

Aurea corona fortiſſimus regnat in Cœlis.

Si vero ad ſpineam. ſic;

Spinea corona Filius Redemptor inferiora calcauit

Si vero ad coronam quæ vtrumque nectit ſic.

Amoris, cognita, fortitudo, regalium inſignierum copulatio.

Quod cum ita ſit, mirum eſt quod Salomon ait, tres perſonas diuinas ſe cum difficultate intellexiſſe, incarnationem autem penitus ignoraſſe forte non ob aliam cauſam, niſi quia in myſterio incarnationis, maiorem difficultatem expertus eſt. Difficilius ergo videtur eſſe myſterium incarnationis, neutrum tamen impoſſibile, quia nec hoc, nec illud lumini naturali repugnat; licet ad rectè & perfectè inueſtigandum, aliud lumen ſuperius requiratur, nempè lumen fidei, & auxilium diuinæ gratiæ. Et licet fide in reliquis noſtræ religionis arcanis egeamus, tamen multo magis in hoc, vnde cætera tanquam à ſuo fonte manant, cum ſinè fidei præſtantia, in Trinitatis cognitione, humanus intellectus hebeſcat, lingua balbutiat, ratio deliret, & omnis ſapientia deſipiat. Quamobrem, quoniam in Diuinis intelligendis myſterijs, ac præſertim in Trinitatis arcano, debemus manæ rationi fidem præferre catholicam, ideo, quid de hoc myſterio illa nos doceat, in hac inſtitutione videbimus. Vbi duos præcipuè errores, iam ab antiquis ſanctis patribus pridem condemnatos, reijciemus. Nimirum Arij de pluritate Deorum & inæqualitate perſonarum, & Sabellij de vnitate perſonæ.

Quo itinere, & quibus ſemitis perueniendum ſit ad notitiam DEI. Docent communiter Theologi, præcipuè Diuus Dionyſius, & Scotus. Diuus Dionyſius ſic ait. Ad hanc lucidam caliginem accedere curemus, vbi eſt non videre, & non ſcire, & DEVM ſuper omnia, ex omnium ablatione celebrare, vbi ad ſplendorem caliginoſum, & obſcurum duabus vijs, & ſemitis perueniendum ſuadet, via negationis, & via affirmationis, ablatione, & attributione. Qui notitiam DEI vult aſſequi debet imitari ſculptorem, qui erecta in mente proprias Idæa ſeu exemplari alicuius ſtatuæ, cum in materia ligni vult ſtatuam ſeu effigiem illam effingere, & producere, accepto ligno, vel aliqua alia materia ſtatuæ, partes groſſiores reijcit, & aliquas relinquit, vt formam, & effigiem effingere poſſit, conformiter ad proportionem capitis & faciei, totum corpus diſponit, ad ſcindendo partes ſuperfluas, aures, nares, oculos, aliaquè ſenſuum inſtrumenta efferret, & ſic perfectam imaginem efformat. Hoc artifici DEI. notitiam venatur Diuus Dionyſius, qui propoſitis omnibus creaturis, corporalibus, viuentibus, intellectualibus reijcit imperfectiones, vt quod ſint corporeæ, quod ſint mutabiles, quod compoſitæ, quod finitæ, quod corruptioni obnoxiæ, quod operationes earum ſint accidentia, & oppoſita imperfectionum attribuit DEO. Dicendo. DEVS non eſt corpus etiam cœleſte, DEVS non creſcit ſicut planta, non ſentit ſicut anima, non intelligit, cum diſcurſu, ſicut homo, non intellectione quod eſt accidens, ſicut Angelus, non mutatur, non eſt compoſitus, non mouetur e loco ad locum, eſt vbiquè, eſt actus purus, non habet naturam diuiſam in ſuppoſitis, caret principio, & fine, quia hæc omnia dicunt imperfectionem, ſed eſt aliquid excellentius, & hoc eſt DEVS. Sed Diuus Auguſtinus, aliam nobis inueſtigandi DEVM viam proponit, nempè viam attributionis, DEVM inquit meum quæro. Quod ſi quis dicat, quid quæris? Reſpondet ipſe. Quæro quandam lucem ſuper omnem lucem, quam non capit oculus, quæro vnum eſſe, ſuper omne; eſſe, quæro vnum bonum ſupra omne bonum, quæro ens ſimplex ſinè compoſitione, mouens ſinè mutatione, ſemper permanens ſinè corruptione, quæro vnam vocem ſupra omnem vocem, quam non percipit auditus, quæro vnum odorem, quem non percipit olfactus, quæro vnam dulcedinem ſupra omnem dulcedinem, quam non percipit guſtus, quia iſta lux lucet vbi non eſt locus, iſte ſonus auditur vbi non eſt aer, iſte ſapor percipitur vbi non eſt guſtus. Sic via affirmationis inueſtigat Deum, ſeu notitiam DEI. Diuus Auguſtinus. Vbi videtur ſic procedere, ſimiliter atquè ſi aliquis ingrederetur hortum pulcherrimum, varijs floribus odoriferis refertum, colligit diuerſos flores, roſarum, violarum, liliorum &cet. Et ex illis facit vnum manipulum, qui maiori odore abundat, quam vnuſquiſque illorum ſeparatim. Conſideratio perfectionum in creaturis eſt hortus pulcherrimus, ex quo talem manipulum quilibet efficere poteſt. Sed multo perfectior hortus eſt diuina eſſentia, in qua tot diuinæ perfectiones reconditæ ſunt. Ex hoc horto manipulum vnitatis, & æqualitatis diuinæ, contra Arium compilabimus, attribuendo ęqualiter omnes perfectiones diuinæ eſſentiæ tribus perſonis, quæ intime, & æqualiter hanc eſſentiam poſſident,

B Dioniſ. de diuin. nominibus c. 6. & c. 12.

Illud autem, quod in primis attribuimus DEO, eſt eſſe ſeu eſſentia, vel ſubſtantia, ſeu natura diuina, quæ aliquo modo differunt, vt habet Scotus. Nam (inquit) Eſſentia diuina, ſubſtantiæ primæ habet duas conditiones, & tertiae repugnat. Et in quodlibetis ait, eſſentiam diuinam, minus propriè dici ſubſtantiam. Manifeſtum eſt (inquit.) Deum abuſiuè vocari ſubſtantiam, vt nomine viſitatiori intelligatur eſſentia, quod verò propriè dicitur ita, vt fortaſſe ſolum DEVM oportcat

C 1. Quodlib. 2 D. Aug. 7. de Trin. c. 5. 6.

Digitized by Google

oporteat dici eſſentiam, ſed tamen ſiuè eſſentia dicatur, quod proprie dicitur, ſiue ſubſtantia, quod abuſiuè, vtrumque ad ſe dicitur, non relatiuè ad aliquid. De hac verò deitate, ſeu eſſentia diuina loquẽs Scotus docet, quod in diuinis, neceſſario datur aliqua entitas realis, ſiue ex natura rei idquè in exiſtentia actuali, alioquin nihil ibi eſſet reale in actu. Atq, hinc entitas illa vnica eſt omnino in tribus diuinis perſonis, quemadmodum vna eſt gloria, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: quo nomine multoties exprimitur in Scriptura diuina eſſentia, vt inferius dicetur. Hanc ob cauſam Pater æternus dicit Filium eſſe gloriam ſuam.

Pſ. 7. v. 6.

Gloriam (inquit) *meam in puluerem deducam*. Quod completum eſt, quando verbum æternum factum eſt caro, quando noſtram miſeram, mortalem, & paſſibilem naturam aſſumpſit, ad vnitatem Hypoſtaſis Diuinæ. Similiter Filius alloquens Patrem æternum dicit.

Pſ. 3. v. 4.

Tu es gloria mea, tu es ſuſceptor meus, tu exaltans caput meum, Gloria. (inquit) mea quia gloria, ſeu eſſentia Filij, & Patris eſt eadem. Suſceptor meus, quia in Cruce ſuſcepit Spiritum CHRISTI. Tunc cum dixit.

Lucæ 23. v. 46.

In manus tuas Domine, commendo Spiritum meum. Exaltans caput meum, quia caput, quod CHRISTVS in Cruce inclinauerat præ grauitate doloris eleuauit, & exaltauit, in victorioſa, & glorioſa reſurrectione CHRISTI. Præterea dicit Pater æternus, Spiritum ſanctum eſſe gloriam ſuam.

Pſ. 56. v. 9

Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara. Rectè Spiritus Sanctus ex effectu dicitur pſalterium, & cithara, quia eſt ſonus.

Act. 2. v. 2.

Factus eſt de cœlo ſonus, &c. non qualiſcunque, ſed citharædorum, citharizantium in citharis ſuis, ſonus dulciſſimus, qui penetrat, & ſuſpendit ſpiritualem auditum, ſic vt nihil, niſi melodiam ſpiritualem percipere cupiat. Sed nec minus propriè Spiritus ſanctus eſt gloria DEI de qua inquit Pater æternus, exurge gloria mea. Si ergo vna, & eadem eſt trium perſonarum gloria, quæ eſſentiam ſignificat, vna quoquè, & eadem eſt eſſentia. Hoc præſuppoſito, proprietates, & qualitates, tam altæ, & excellentis naturæ, & eſſentiæ diuinæ nobis inveſtigandæ ſunt, vt inde edoceamur, quid DEO TRINO, prout tres perſonæ conueniunt in vna eſſentia, attribuere debeamus. Cæterum non ſinè cauſa, quotieſcunque DEVS apparuit hominibus in eſſentia, natura, ſeu gloria ſua, ſemper apparuit in nube, nam in primis in deſerto, apparuit Moyſi, de quo ſic inquit ſacer textus.

Exod. 16 v. 10.

Reſpexerunt ad ſolitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube Syna, id eſt Diuina eſſentia, & tres perſonæ. Nam apparuit de medio Rubi, qui ſignificat Patrem, in flamma ignis de medio rubi, quæ ſignificat Spiritum ſanctum, & qui apparuit. Fuit Filius ſecunda perſona in diuinis, apparuit tamen in nube, quia videmus nunc per ſpeciem in ænigmate. Similiter quando apparuit in gloria poſtquam perfecit Moyſes tabernaculum.

Exod. 40. v. 34.

inquit ſacra Scriptura. *Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud*. In paralipomenon.

2. Paral. 5. & 7.

etiam legitur. *Compleuerat gloria Domini domum Dei*, ſemper ergo apparuit in nube gloria DEI, quia non in tanta claritate, vt apparet intellectui diuino, aut Angelico.

D

In hac tamen obſcuritate collocati, affirmamus de natura, ſeu eſſentia Diuina, quod eſt entitas realis, & prima quæ non præexigit aliquam priorem, alias enim nulla eſſet prima, & per conſequens, nec aliqua alia eſſet poſterior. Illam etiam primam entitatem, oportet eſſe abſolutam, ſiuè ad ſe, quia ſecundum Auguſtinum.

Augu. 3. de Trin. c. 1. & 3.

Omnis eſſentia, quæ relatiuè dicitur, eſt aliquid excepto relatiuo, & ſecundum ipſum Auguſtinum, quod non eſt aliquid à ſe, non eſt omnino quod relatiuè dicatur: eſt ergo hoc certum, quod in Diuinis oporteat ponere aliquam entitatem realem, in exiſtentia actuali, & hanc vnicam, primam, illamquè abſolutam, & ad ſe, & hæc vocatur eſſentiæ ſeu Deitas, cui propriè conuenit eſſe,

Augu. 7. de Trin. in fine.

iuxta Diuum Auguſtinum. Quod eſt ſapientiæ ſapere, & quod eſt potentiæ poſſe, & æternitati æternum eſſe, & iuſtitiæ iuſtum eſſe, hoc eſt eſſentiæ ipſum eſſe, & hoc autem Famulo ſuo Moyſi, annunciauit, cum dixit.

Exo. 3. v. 14.

Ego ſum qui ſum. Sed prætetea hoc eſſe, ſeu deitas, eſt ratio ſimpliciter eſſendi in diuinis cuicunque, iuxta eundem Diuum Auguſtinum.

D. Aug. Damaſc.

Subſtantia Patris ipſe pater eſt, non quo pater eſt, ſed quo eſt, per quod intelligi datur, quod eſſentia non ſit ratio formalis Patri eſſendi patrem, ſed eſſendi ſimpliciter. Hac in re concordat Damaſcenus dicens, ſic. Videtur quidem principalius omnium, quæ de Deo dicuntur nominum eſſe, quod. Eſt, totum enim in ſe comprehendens, habet ſe velut quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum, & interminatum: ideo in diuinis in comparatione ad eſſentiam, tanquam ad entitatem ſimpliciter primam & abſolutam, conſideratur omnis ordo cuiuſcunque ſiuè quorumcunque quæ in Diuinis ſunt: quod etiam exemplo creaturæ aliqualiter declarari poteſt. Nam ſicut in creaturis eſſentia eſt prima entitas alicuius rei, quæ eſt ſiui ratio eſſendi, eſtquè proprie quidditas, quæ res eſt talis, vel talis naturæ. Homo eſt eſſentialiter humanitate homo; Ita quoque eſſentia Diuina eſt, quidditas, prima entitas, & prima ratio eſſentialis eſſendi in Diuinis, qua tres perſonæ eſſentialiter ſunt, in eſſe Diuino. Et licet in creaturis eſſentia, dicatur primaria entitas, per reſpectum ad ſecundam entitatem, (quia in quolibet indiuiduo eſt entitas primaria, & ſecundaria, quæ eſt entitas accidentis, non quod accidens ſit de eſſentia illius, cuius eſt, ſed quia ineſt eſſentiæ; & quia dat eſſe accidentaliter, ideo dicitur ſecundaria entitas, ad differentiam primæ) in DEO autem cum non ſit accidens, eſſentia diuina dicitur prima entitas, non per reſpectum ad ſecundam entitatem, quæ ibi non eſt, ſed per reſpectum ad proprietates perſonarum, quæ ſunt quaſi ſecunda entitas, non enim ſunt de eſſentia primæ entitatis, quia ſic eſſent communes tribus, ac per conſequens non eſſet proprietates, vt habet Scotus.

E

In 1. diſt. 2. qu. vlt. & diſt. 2. q. 2.

Ex hoc autem quod Diuina eſſentia eſt prima entitas, pelagus plenam comprehenſionem habens omnium, per Scotum, plures perfectiones Diuinæ illi eſſentiæ quæ eſt ratio eſſendi DEO attribui poſſunt, & de ea prædicari, attendendo ad illud axioma Doctoris Subtilis, de Abſtracto, vltimata abſtractione abſtracto, nihil prædicatur, niſi quod de eo dicitur, in primo modo dicendi per ſe. Quod Axioma quomodo intelligendum ſit, vide noſtra commentaria, in primum Scoti, & in primis

In 1. d. 2.

de eſſentia dici debet, quod ſit vna numero, iuxta ſuperius dicta, & de ſe, hæc, ſeu indiſtincta, nam ponitur in genere entium; impoſſibile autem eſt eſſe duo prima, & omnia ſunt reducenda ad vnitatem, vel ad pluralitatem minorem, ſeu minimam, ad quam reduci poſſunt, per Scotum. Hæc præterea eſſentia vbi eſt, tota eſt,

In 1. d. 6. q. 2.

tota in tribus, & tota in ſingulis. Probatur quia ſimplex, & indiuiſibilis, atquè ita, vbi eſt, tota eſt. Hæc etiam eſſentia eſt ſimpliciſſima, ita Scotus. Et patet, quia prima: cum enim omne compoſitum ſit poſterius ſuis partibus componentibus, ideo illud quod eſt primum, neceſſario debet eſſe ſimplex. Eſt indiuiſibilis, ſi enim ſecus accideret, tunc haberet partes, & ita non eſſet ſimplex, ac per conſequens nec prima, & vlterius, non eſſet eſſentia Diuina.

In 1. d. 5. q. 2.
In 3. d. 5. qu. 1.

Eadem eſſentia eſt infinita, & priuſquam intelligatur in perſonis, & vt eſt in perſonis, per Scotum patet. Contrarium enim tenendo, poſſet ei aliquid addi, atquè ità non eſſet ſimplex, nec indiuiſibilis, quod eſt contra ſuperius dicta. Hæc eadem eſt eſſentia æterna, ita docet Scotus: alias namque haberet principium, & ita non eſſet prima, quod eſt impoſſibile, quia daretur proceſſus in infinitum. Hæc eſſentia ad conſtituationem ſui eſt potentiſſima, quoniam primum in omni genere eſt potentiſſimum, quanto enim aliquid eſt ſimplicius, tanto fortius. Eadem eſſentia eſt incorruptibilis, tum quia eſt prima, atquè ita non datur à quo corrumpatur, tum quia æterna, ideo caret principio, & fine. Hæc denique eſſentia eſt immenſa. Si enim eſt infinita, quid vetat eam eſſe in omni loco? Proteſtatur id Propheta.

Pſal. 138. v. 8.

Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in Infernum ades. Cœlum, & terram impleo, dicit Dominus. Ex hac doctrina reijcitur

doctrina Arij, de multiplicitate deorũ, & inæqualitate perſonarum, qui ineptè aſſerebat, tres perſonas eſſe tres Deos, & perſonam Filij eſſe minorem perſona Patris. In quo peiores fuerunt antiqui Philoſophi, qui ſolo rationis lumine edocti, plures Deo eſſe, vt falſum dogma reiecerunt; nam cum ſit vna deitas, ſeu eſſentia quæ eſt entitas, ex natura rei abſoluta, cui propriiſſimè conuenit eſſe, & eſt ratio eſſendi perſonis diuinis, vt dictum eſt. Erit quoq; vnus Deus, ſicut eſt vna deitas, ſicut enim eſt vnum abſtractum, Scotus. ita & vnum concretum, vt docet Scotus. Itaque tres perſonæ ſunt vnus, idemque Deus, licet realiter diſtinguantur, quia non ſunt idem Deus ratione proprietatum perſonalium. Sed ratione deitatis, vel eſſentiæ, quæ quia vna eſt in tribus, & tota in ſingulis ideo tres perſonæ, & vnus Deus natura, Non ſic vt Arithmeticus aſſerit ex vno & tribus, numerum fieri quaternarium, ſed tres perſonas eſſe vnum puriſſimum actum, ſimpliciſſimamque ſubſtanſtantiam vnum Deum eſſentialiter, & trinum perſonaliter. Quam ſtultè aſſerat impius Arius Filium eſſe minorem Patre, vel ex eo intelligitur, quod illa eſſentia communis tribus ſit ſimpliciſſima, indiuiſa, infinita &c. Quomodo enim ſunt inæquales, qui eandem habent deitatem? à qua habẽt, quicquid de eis eſſentialiter prædicatur, ſiuè ad intra ſiuè ad extra? eãdem magnitudinẽ perfectionis, quę eſt fundamentũ ęqualitatis, eandem vnitatem, non ſolùm ſpecie, vt eſt in creaturis, ſed eandem numero, quia natura diuina eſt indiuiſa numero in tribus, vt ſupra dictum eſt, Scotus, quæ eſt fundamentum proximũ æqualitatis, vt docet Scotus. Quod ſi dicas æqualitatem pertinere ad genus qualitatis, ſicut identitas pertinet ad ſubſtantiam, ſimilitudo ad qualitatem, facile reſponderi poſſit, quod licet ad perſonas diuinas non pertineat illa æqualitas, quæ eſt in creaturis inter qualitates, quia hęc accidentia non ſunt in Deo, ſunt tamen perſonæ diuinæ æquales, in proprietatibus communibus verum, vt euidentius id quod fide aſſerimus, appareat, ingrediamur in ſuauiſſimum & ampliſſimum hortũ diuinæ eſſentiæ cum D. Auguſtino examinemus quinque D.Aug. proprietates, quæ attribuuntur diuinis perſonis ratione eſſentiæ, adijciamus & illud quod illis attribuitur, & eſt cõmune omnibus tribus perſonis, vt communiter Schola loquitur, opus ad extra, habent enim diuinæ perſonæ pro- ..G.:I prietates principales, quas ab eſſentia ſeu deitate participant, & in quibus conueniunt, quæ dicuntur proprietates, quia ſoli Deo conueniunt etiam attribuuntur, & impoſſibile eſt eas creaturæ poſſe conuenire, & licet in Deo infinitæ ſunt proprietates, hæ tamen quinque ſunt principaliores, & nobiliores, (ex quibus tanquam floſculis) manipu- Scotus, lus vnitatis, & æqualitatis diuinæ nobis compilandus eſt prima proprietas, quaſi primus flos, qui horto diuinæ eſſentiæ accipitur eſt infinitas, quæ eſt conceptus primus, & nobis magis notus de Deo, quem habere poſſumus pro ſtatu iſto,

Quoniam autem multiplex eſt infinitas, ideo videndum eſt, quæ ſit in Deo, & quæ non. Prima eſt infinitas numeralis cui correſpondet infinitum numero, de quo Ariſtot. Hoc infinitum non datur actu, ſed potentia, & cum dicat imperfectione, non attribuitur Deo. Alia infinitas eſt modis, ſeu quantitatis & extenſionis, cui correſpondet infinitum in magnitudine, vel extenſione, ſecun- 3.Phyſic. dum Ariſtotelem vbi ſupra. Sed neque hæc datur actu, imò neque reperitur in Deo, quia ſic Deus eſſet quantus, extenſus, & diuiſibilis. Tertiò infinitas intenſionis, cui correſpondet infinitum in intenſione: hæc quoque non eſt in Deo, tunc enim per gradus magis, & minus intenderetur. Datur etiam infinitas virtutis, cui correſpondet infinitum perfectione, atque hæc ſecundum omnes Philoſophos, optimè quadrat Deo, qui Deum omni virtute & perfectione infinitum eſſe dixerunt, adſtipulatur his Scotus. Datur In 1.d.2. q.8. etiam infinitas durationis, cui correſpondet infinitum tem- 7.Phyſic. pore eſtque in Deo, ſicut ipſe Ariſtoteles probat. primum motorem, nempè Deum, mouere æternaliter. Denique eſt infinitas immenſitatis, cui correſpondet infinitum ſecundum locũ, hæc quoque conceditur in Deo, quia vbiq; eſt, per præſentiam, potentiam, & eſſentiam; imò immenſitas, inter proprietates diuinas ſecundum locum obtinet, eſtque flos, qui ex horto diuinæ eſſentiæ colligitur: ſola enim illa eſt ſinè menſura ſecus autem omnes creaturæ ſe habent, nam menſuratur. *Omnia fecit in numero, & pondere, & menſura*. Sed Deus cum ſit infinitus, nullo modo menſurari poteſt, idque non alia de cauſa, niſi quia omnia certos & finitos limites ſuę exiſtentię habent, præter Deũ, in quo ſemper eſt aliquid accipere. Inde & illa ratiocinatio procedit cur Deus apprehendi poteſt, & non comprehendi? quia nimirum nullus intellectus finitus, eſt capax infiniti. Hinc etiam habetur ſolutio, quando quæritur, vbi eſt Deus? vbi erat ante mundum? Reſpondeo in ſe, ita nunc ſicut antea, & tunc ſicut modo, non enim datur locus, nec tempus, nec aliquid menſurans Deum, etiamſi cætera omnia creata menſurentur tempore, vel æuo, vel loco, partim circumſcriptiue, partim definitiue, iuxta mentem Scoti. Idque experientia quotidiana docemur terram ſcilicet menſurari ab aqua, aquam ab aere, aerem ab igne, & ſic de alijs procedendo. Solum Empyreum cælum eſt extra omnem locum. Deus autem quoniam nec loco, nec ſpacio menſuratur, idcirco vbique totus omnem locum replens, omne tempus pertranſiens eſt.

Tertia ex principaliorib. proprietas Dei eſt ſimplicitas, quæ attribuitur Deo ratione eſſentiæ, eſtque flos, qui ex hoc horto diuino deſumitur, quia ſolus Deus eſt perfectè ſimplex, nam alia omnia, aliquo modo ſunt compoſita, ſolus Deus eſt ſimplex, & ſummè ſimplex, nec vllo modo in ſe compoſitus, aut componibilis, cum alio, ſicut materia cum forma, nec aliquid eſt componibile cum ipſo, ſicut accidens, vide Scotum loco citato. E conuerſo autem creatura quælibet, vel eſt compoſita, vel componibilis, vel aliquid eſt componibile cum ipſa, ſicuti componitur Angelus cum ſuis accidentibus, ſcilicet intellectione & volitione, quamobrem vere & propriè, nulla creatura eſt omnino ſimplex, quamuis non repugnet quin aliquo modo prima aliqua creatura poſſit eſſe ſimplex, quatenus ſimplicitas diſtinguitur contra incomplexum, quatenus ſcilicet eſt vna quidditas pura, vt homo, animal, lapis, ſiuè quia eſt ſimpliciter conceptus irreſolubilis, cuiuſmodi eſt conceptus entis in ſe accepti, aut vltima differentiarum, neque tamen ob id quiſpiam dixerit aliquam creaturam ſumme ſimplicem, vel omnimode ſimplicem eſſe, ad hęc enim tria requiruntur, vt præællegatum eſt.

Ex præſuppoſitis ſequitur Deum non eſſe compoſitum ex materia & forma, alias eſſet mixtus, nec eſſet purus actus, non etiam eſt compoſitus ex triplici dimenſione, iam enim obiret rationem corporis, cum ſit Spiritus, neque ex partibus quantitatiuis, quia ſic eſſet diuiſibilis in partes, ac per conſequens corruptibilis, neque ex actu, & potentia, ex hoc namque inuolueret potentiam, & non eſſet actus purus, neque ex Genere, & differentia, quia tunc daretur aliquid prius Deo, ſecundum intellectum, ſcilicet ipſum genus & differentia ita Scotus, vbi ſupra. Neque etiam componitur ex ſubiecto, & accidente, ſiuè cor- Scotus. poreali, quod non eſt niſi in materia, ſiuè ſpirituali, quia hoc ipſo accidentia induerent naturam ſubſtantiæ, ſiquidem in Deo quicquid eſt, id totum ſubſtantia eſt, per Sco- In 1.d.2. tum. Neque etiam eſt compoſitus ex proprietatibus, vt iu- q.1. ſtitia, miſericordia &c. quia Deus eſt ens primum ergo ſimplex, conſequentia Patet. Omne enim compoſitum poteſt intelligi non eſſe, quia reſolubile eſt, atqui Deus eſt neceſſe eſſe &c. item omne compoſitum, vel eſt ex partibus infinitis, vel finitis, ſed infinitum nõ poteſt eſſe pars (vt omnes aſſerunt) nec finitum reddit aut facit infinitum, ergo nullo modo. Hac de re exactiorem ex Scoto (vbi ſupra) deſume doctrinam, & tanquam certum ſuppone, Deum ſimpliciſſimum eſſe, omnia tamen in ſe continet, & comprehendit, abſque detrimento ſimplicitatis omnes proprietates eius, & quælibet illarum ſeorſum ſumpta, eſt infinita, infinita iuſtitia, infinita miſericordia quælibet eſt Oceanus continens omnes aquas abſque iniuria ſimplicitatis. Ars perſpectiua adinuenit quaſdam imagines, quę ex diuerſo aſpectu, diuerſas repreſentant Formas diuerſas affectiones, iram, indignationem, & benignitatem, imò & res diuerſas

ſi enim

Si enim quis imaginem ex vno latere aſpiciat, repræſentat
montes aſperos ſteriles & infructuoſos: ſi ex altero, repræ-
ſentat hortos delicatiſſimos, varijs floribus refertos, roſis,
violis, lilijs &c. Ne autem quis putet ficticium eſſe quod
hæc ars effinxit quo ad aſpectum noſtrum, voluit Deus
hanc ſummam diuerſitatem cum ſumma ſimplicitate la-
pidi dicto opalus inſerere: qui ſi aſpiciatur ex vno latere, to-
tus eſt candidus, ſi ex altero totus purpureus, aut totus viri-
Plin. lib. dis, aut totus igneus apparet, de quo ſic inquit Plinius. Opa-
27.c.16. lus gemma eſt, carbũculi tenuior ignis, amethyſti fulgens
purpura ſmaragdi; ſi ex vna parte aſpiciatur videtur eſſe
carbunculus, ſi ex altera videtur eſſe Amethyſtus, ſmarag-
dus &c. Sic Deus aſpicit Moyſes in Deum iratum: & ecce to-
Deut. 4. tus carbunculus. *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt.* Aſpi-
v.24. cit Eſaias & ecce totus Purpureus. *Quare rubrum eſt veſti-*
Eſaiæ 63. *mentum tuum?* Aſpicit D. Iacobus, & ecce totus candidus.
v.2. *Miſerator & miſericors Dominus*; cum tanta ſimplicitate,
Iacobi 5. tanta varietas, incompoſsibilis non eſt, nec tamen inde ali-
v.11. qua immutabilitas in Deo ſequitur vt iam dicetur.
H Quarta proprietas Dei eſt immutabilitas, ita Scotus, om-
In 1.d.8. nis quippe creatura neceſſario eſt mutabilis, vel mobilis:
2.Phyſic. Nam vt Ariſtoteles inquit, Natura eſt principium mouen-
3.Phyſic. di: item ignorato motu, neceſsè eſt naturam ignorare, &
4.Phyſic. immobilia non ſunt Phyſicę conſiderationis. Deinde quia
omnis creatura, tendit in non Ens: omnia ergo mouentur
præter duo corpora ſcilicet Cęlum Empyreum, & terram,
amplius, cum omne mobile habeat fieri circa immobile,
propterea nulli alteri melius competit immobilitas, quá
ſoli Deo: quod ne temere dictum eſſe exiſtimes, aduerte
aliqua moueri quidem, non à ſe tamen, quia idem motum
& mouens formaliter eſſe nequit, ergo omne quod moue-
tur, ab aliquo mouetur, tunc ſub ſumo in mouentibus, &
motis non eſt proceſſus in infinitũ oportet itaque deueni-
re ad vnum primum motorem immobilem, vt ipſe ſuadet
8.Phyſic. Philoſophus & à Scoto approbatur eoſdem videtur etiam
ſequi Boëtius inquiens. Stabilis manet, dans cuncta moue-
In 1.d.2. ri. Rurſus quia Deus nullo modo mouetur, generari, &
enim prorſus illi repugnat, generatione permutationem,
Lib. de ge per Scotum. Tum quia generatio pręſupponit materiam,
nerat. & tum quia generatio eſt de non eſſe ad eſſe, Deus autem
1.cæli. ſemper eſt, nec vnquam corrumpitur; Deus etiam non mu-
tatur mutatione, corruptione, quia corruptio fit à contra-
rio, vel inter contraria, ſed Deo nihil contrariatur, tam in-
trinſece, quam extrinſece: ergo &c. Sed hęc non tranſmu-
tatur Deus, quia hoc aperte contra rationem actus puri
militat, Deus non creatur æternus ſiquidem, & à ſe & per
ſe eſt, ac proinde non eſt ab alio, quaſi à principio, quod ſi
omnia creauit à ſe ipſo, tunc produci nequaquam potuit.
Deus prætetea nõ annihilatur; tum quia ob æternitatem,
finem refugit, tum quia eſt neceſsè eſſet, atque hinc, ſi à ſe
ipſo annihilari nequit, multo minus à quopiam. Prætę-
rea Deus non tranſubſtantiatur, hoc enim conceſſo, ab æ-
terno alia ſubſtantia eſſe quærenda, ſi vnquam Deus tran-
ſubſtantiaretur, & ſic aliud prius Deo transſubſtantiam
eſſe oporteret. Deus non eſt argumentabilis, patet ex Ari-
3.Phyſic. ſtoteles. Infinito nil poteſt addi; prætetea cùm additio,
non niſi ratione quantitatis fiat. Deus vero ex ſe non ſit
ita quantus, per conſequens nec additionis cuiuſquam ca-
pax erit. Deus non eſt minuibilis partim ob æternitatem,
partim ob ſimplicitatem ſuam, à qua nihil vnquam remo-
ueri, aut auferri poteſt. Deus non mutatur ſecundum lo-
cum, ſi enim vbique eſt per præſentiam, eſſentiam, & po-
tentiam, incaſſum talis illi mutatio affingitur: Deus non
habet nec habere poteſt aliquam qualitatem contrariam,
vel mediam, ſiue namque ſermo ſit de qualitate corporali
cuius proprium eſt materia, ſiuè de ſpirituali, neutra illa-
rum Deo attribuitur, vtpotè quia ſpiritus eſt, & idem eſt
quod eſt, ideoque ſua volitio, intellectio, ſubſtantia eſt,
Deus eſt. Deus non mutatur quo ad affectus, triſtitiam,
iram &c. nam peregrinæ ſunt hæ qualitates à Deo, vt ex
ſequentibus exemplis euidens eſſe poteſt. Si aliquis inſpi-
ciat ſpeculum, omnes eius geſtus repræſentat ſpeculum,
nunc videtur contriſtari, nunc lætari, cum tamen in ſpe-
culo nulla ſit mutatio; ſed ſolum in eo, qui inſpicit ſpecu-
lum, ſic Deus immutabilis permanet, cum creaturæ mu-
tantur. Contingit aliquando, quod iudex vel ſuperior
cum amicis conuerſatur, & lætatur, cumque ei aliquis reus
præſentatur, verbis & ſignis extrinſecis iram demonſtrat,
cum ſicut & ante eum amicis videat, & lætatur, ſic Deus
monſtrat ſe erga peccatores, iratum, triſtem, ſeuerum, quia
ita ſe ſit quo ad effectum erga peccatores. Sicut homines
irati, non tamen quo ad affectum, quia nullus affectus, pe-
regrina impreſſio, triſtitia, amaritudo, in eum cadere po-
teſt, qui ſemper in ſumma fælicitate permanet. Talem no-
bis deſcripſit Ezechiel quando dixit quod erant quatuor Ezech. 1.
facies vni, quia Chriſtus cum ſit vnus, erga peccatores re-
belles eſt ſicut leo, ergo pænitentes, ſicut bos, quos adiuuat
in portando iugu legis, ergo homines ſe monſtrat homi-
nem, erga iuſtos, contemplatiuos, prudẽtes, & ingenioſos,
eſt ſicut aquila, ita quod nunquam mutatur, niſi quo ad
nos, in ſe immutabilis permanens.

Quinta proprietas Dei eſt immortalitas, ſeu incorrupti-
bilitas, atteſtatur id Sanctus Paulus, *qui ſolus* (inquit)
immortalitatem habet, videlicet Deus. Pro quo nc tandem 1.Tim.6.
tres, potiſſimum creaturas in hoc vniuerſo incorruptibiles v.16.
inueniri. Prima eſt pure Spiritualis, per gratiam ſpecia-
lem, tales ſunt Angeli & animæ, quibus communicauit
Deus hanc prærogatiuam, ſecunda eſt pure corporalis, id-
que per gratiam generalem, vt cæli elementa &c. tertia
eſt mixta ex quatuor elementis, per gloriam, ſic corpora
humana glorioſa ſunt incorruptibilia. Nullum tamen
Ens præter Numen diuinum eſt per naturam incorrupti-
bile, vel enim corrumpitur à principio intrinſeco, cum in
non ens ex natura ſua omnis creatura tendat, ſic ſubſtan-
tiæ ſpirituales, cæli &c. vel corrumpitur à principio extrin-
ſeco, vel à contrario ſibi oppoſito, ita omnia mixta infe-
riora, etiam elementa, quibus annexa ſunt contraria Deus,
ergo ſolus eſt incorruptibilis quoniam eſt à ſe, item neceſ-
sè eſſe, nulli contrario ſubiectus, quin potius ſupra omnia
contraria eleuatus. Hinc eſt quod Damaſcenus dicit. Om-
ne quod à verſione incipit, in verſionem tendit, & Grego- Damaſc.
rius. Omnia in nihilum tenderent, manus conditoris co- Gregor.
hiberet. Ariſtoteles etiam, quamuis videatur dicere, quod Ariſtot.
cælum ſicut eſt ingenerabile, ita incorruptibile: intelligen- 1.Cæli.
dum eſt tamen id ſolum ab extrinſeco cælo accidere, nem-
pè propter influentiam, ſiuè conſeruationem Dei non ve- In 1.d.8.
rò natura ſua: & de hoc Scotus contra Philoſophos diffu- q.4.
ſe diſputat.

His quinque communibus proprietatibus, quæ æqua- I
liter tribus perſonis conueniunt, adijciamus & illud, quod
ſimiliter eis commune eſt, nempè operatio ad extra, vt
creatio, gubernatio, iuſtificatio, & his ſimilia. Commune
axioma Theologorum eſt, quod opera Trinitatis ſunt in-
diuiſa ad extra, licet enim Deus ab æterno à ſe, & in ſe,
ſit beatus, non ex tempore, cum habeat obiectum beati-
ficans, ſcilicet eſſentiam diuinam ab æterno, licet etiam
Deo nihil poſſit addi, nec auferri, cum ſit perfectus ſim-
pliciter, ita vt nulla ei deſit perfectio, licet denique creatu-
ra nihil Deo addat vel diminuat, iuxta illud Pſalmi. *Ego*
dixi Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges; Om- Pſal.15.
ne enim bonum creaturæ eſt ipſius Dei, & à Deo: tamen v.2.
ipſe Deus, ex ineffabili ſua clementia ac beneuolentia, vo-
luit mundum & creaturam producere, vbi talem ſeruauit
modum & ordinem. Intellectus diuinus videndo eſſen-
tiam, & intelligendo illam eſſe ſummum bonum, ac bo-
num quidem communicatiuum, & diffuſiuum ſui, tam ad
intra, quam ad extra, ex hac ſumma bonitate ſua creauit
mundum, & creaturam vniuerſam, vt ſic eſſet particeps
tanti boni, quod communicari quidem poteſt, diminui ta-
men nequaquam poteſt. Item intellectus diuinus, tan-
quam oculus clariſſimus contemplando eſſentiam, velu-
ti in ſpeculo perſpicaciſsimo, contemplatur aliquid ab in-
tra, & aliquid ab extra. In primo ſigno contemplatur
eſſentiam abſolutè, vt ſic. In ſecundo eſſentiam in Patre.
In tertio productionem Filij per intellectum. In quarto
productionem Spiritus Sancti per voluntatem. In
quinto vnitatem eſſentiæ in tribus. In ſexto diſtinctio-
nem perſonarum per proprietates. In ſeptimo opus ad
extra

Digitized by Google

extra in eſſe cognito. In octauo opus ad extra in eſſe præuolito. In nono opus ad extra in eſſe reali, quæ productio ſicut eſt à diuinis perſonis, vt conueniunt in vna eſſentia, & voluntate indiuiſa, ita etiam eſt, totius Trinitatis opus indiuiſum. Locuples teſtis eſt huius veritatis

Geneſ.1. v.26. ipſe Deus. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Quæ verba, vt aduertunt Chryſoſtomus, Baſilius, Theodoretus, & Boetius, nō ad Angelos (etſi contra oblatrent hæretici) qui nullam in animæ creatione

Supra c.5 Gen. partem habuerunt, ſed alias duas perſonas ipſe Deus. Pater eſt locutus, eiuſdem naturæ conſubſtantiales, quæ cum ſit vna in tribus perſonis, communis quoque inter illas, ſola eſt cauſa creationis, nempè eſſentia volens; non ſola eſſentia, quia ſic ageret neceſſario ad extra, atque ita dependeret à creatura, quod eſt impium: nec ſola voluntas, ſed eſſentia cum voluntate, ſeu eſſentia volens.

Ex his igitur clarum relinquitur, indiuiſibilem eſſe manipulum, ex his diuinis floſculis collectum, nempè vnum Deum, infinitum, immenſum, incomprehenſibilem, immutabilem, immortalem, qui omnem creaturam viſibilem, vt vnus in eſſentia, & trinus in perſonis produxit. Non eſt ibi aliqua in his proprietatibus, & procreationis opere inæqualitas diuinarum perſonarùm. Nam ſicut ſi quis ſtatuat tres æquales homines in ſubſtantia, in qualitate, & quantitate, in operatione, illi dicerentur æquales: multo magis hæ perſonæ ſunt æquales, quia maior eſt hæc æqualitas in ſubſtantia inter diuinas perſonas, quam inter homines, quia hæc eſt æqualitas numerica, quia indiuiſa, ibi ſolum ſpecifica, quia diuiſa, tres enim homines ſunt vnius ſpeciei, ſed numero differunt, cum diuiſione eſſentiæ. Hic etiam eſt æqualitas, in proprietatibus communibus, inter homines autem in quantitatibus, qualitatibus. Hic vna eſt omnium actio, ad extra, ibi plures actiones quarum vna iuuat aliam, hic non, ſed vnum principium, vna actio: quod ſi diuinæ perſonæ in his omnibus proprietatibus conueniunt, quia ſunt æquè infinitæ, æquè immenſæ, æquè ſimplices, immutabiles, & immortales. Si etiam communis eſt illis operatio, in creando conſeruando, prouidendo, ordinando, diſponendo, vnde ergo

Arrius. impius Arrius inæqualitatem deſumendam eſſe immaginatur? quod ſi putet ex eo accipiendam eſſe, quia impoſſibile putat Patrem non eſſe priorem Filio, id libenter de prioritate originis inferius concedemus, & nunc concedimus, at de prioritate temporis falſiſſimum eſſe conſtat, vel

D. Aug. ex exemplo Solis, & radij, quod D. Auguſt. refert. Nam ſi ſol eſſet ab æterno, produceret radium ab æterno, atque ita non eſſet prior tempore radio.

k

Sabellius His ita contra Arrium prælibatis, ad impugnandum Sabellium accedamus, qui dicebat, quod ſicut tres ſunt vnius eſſentiæ, ita vnius perſonæ, ac per conſequens pluralitatem perſonarum tollere auſus eſt: itaque oſtendendum eſt tres perſonas eſſe in Trinitate, quæ licet ſint vnius eſſentiæ, ſunt tamen diſtinctæ perſonæ, & hoc per viam negationis, ſicut Diuus Dionyſius diſcurrit, & nobis de Deo diſcurrendum ſuadet. Deum non eſſe carnem, ſed ſpiritum, Deum non eſſe ſpiritum temporalem, aut æuiternum, ſed æternum, Deum non eſſe finitum ſed infinitum, Deum non eſſe qualitatibus, aut accidentibus obnoxium, ita vt quicquid accidentale eſt in hominibus (cuiuſmodi ſunt, bonitas, Amor, prudentia & cæteræ qualitates) eſſentiale eſt in Deo. His poſitis, conſequitur infinitam illam & mirabilem ſapientiam, qua Deus ſeipſum nouit, eſſentiam eſſe, non qualitatem in Deo, imò eiuſdem cum ipſo eſſentiæ, ſubſiſtentiam tamen, ſeu Hypoſtaſim, ab ipſo diſtinctam, cum ſapiens & ſapientia ſinè diſtinctione eſſe non poſſint. Hæc igitur ſapientia, ſecunda Trinitatis perſona eſt, quam ſcriptura verbum vel Filium vocat; neque magis à ratione humana eſt alienum, dicere duas in vna eſſentia perſonas, mutuam & infinitam intelligentiam vnitam habere. Quæ intelligentia pariter ex vtraque perſona Patris & Filij procedens, & ſi eiuſdem cum illis ſit eſſentiæ, non poteſt tamen vna confundi, quando intelligens ab intelligentia diſtingui debet. Hæc intelligentia tertia perſona Trinitatis eſt, quam ſcriptura Spiritum Sanctum vocat. Ex placitis Philoſophorum, talis diſcurſus, per viam attributionis formari poſſet, ſed fide, quod Philoſophi non attigerunt, inueſtigemus, præſuppoſito, quod in Deo nullum ſit accidens, ſiuè per modum actionis, ſiuè per modum qualitatis corripiatur. Tunc illud in primis, vt firmiſſimum fundamentum dicendorum ſtatuendum eſt. Duas in diuinis reperiri emanationes, ſeu productiones, vt ait Scotus, quarum vna Scotus.
eſt per intellectum, ſeu per modum naturæ, & ſic gignitur Filius, ideoque dicitur Verbum, alia verò per voluntatem, atque per modum amoris, & ſic producitur Spiritus Sanctus, quo circa dicitur amor ſeu charitas; modus aūt emanandi deſumitur ex Scoto, eiuſmodi: Intellectus diuinus intelligens illud ſummum bonum infinitum, & æternum, producit actum perfectum intelligendi, qui actus eſt item æternus, infinitus, & ſic emanat Filius. Rurſus voluntas perfecto amore, & perfecta charitate diligit illud ſummum bonum, diligendo producit actum perfectiſſimum charitatis, ac amoris: atque hoc pacto procedit Spiritus Sanctus. Quamuis autem in nobis hi duo actus ſint accidens, in Deo tamen ſunt ſubſtantia, in quo per ſe ſtant, ſuntque idem quod Deus, ac per conſequens duæ productæ perſonæ; eandem penitus naturam, & eſſentiam, cum Patre producente indiuiſibilem, ſimpliciſſimam, æqualem in virtute, potentia, omni denique perfectione habent, ita vt idem ſit planè Deus, ac idem Dominus, quibus non obſtantibus, vna iſtarum duarum productionum, eſt prior, altera eſt poſterior, origine, & natura, per Scotum. Nam Filius in primo ſigno originis producitur, propterea quia actus intelligendi, prior eſt actu volendi: Spiritus vero Sanctus in ſecundo ſigno, quia actus volendi ſequitur actum intelligendi. Has vtique duas emanationes dari, præter ſupradicta, probatur tali ratione. Deus eſt ab æterno, ab æterno item perfectus, & ab æterno habuit intellectum ac voluntatem, ab æterno etiā habuit obiectum præſens, ab æterno non fuit impeditus, denique ab æterno non erat otioſus, ergo ab æterno produxit, primo actum perfectum intelligendi, atque ſic produxit Filium, deinde actum perfectum volendi, & tunc Spiritum ſanctum.

Probatur id præterea ratione Phyſica & Theologica ad inueſtigandam Iudæorum, & Hæreticorum vecordiam. Quantum attinet ad Phyſicam; nemo vel naturali lumine illuſtratus dubitat Deum eſſe, ſolus enim dixit inſipiens, non eſt Deus. Si tamen tergiuerſans vide Philoſo- 8.Phyſ.&
phum; Scotum etiam, vbi docet hanc propoſitionem per 12.Met.
ſe notam eſſe, Deus eſt. Amplius commune omnium di- In 1.d.2.
ctum eſt. Quod ſi Deus eſt, ſimpliciter eſt, in quo nec q.2.
Philoſophi Cimmerijs Paganiſmi tenebris inuoluti à nobis aberrarunt. Indubitatum eſt quoque illud, maximæ perfectionis eſſe in creatura; poſſe generare ſibi ſimile in natura, patet hoc ex Ariſtotele. Patet in igne, qui tendit 2.de An.
ſurſum, & in primo parente noſtro Adam, qui cum tali 9.Met.
perfectione creatus eſt, ergo à fortiori, hæc ponenda eſt perfectio in Deo ſinè imperfectionibus. Annuit huic opinioni ipſe Deus, cum per Prophetam ait. *Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe ſterilis ero?* quaſi dicat, non, ſi dicas Iſaiæ vlt.
verum eſt quod poſſit, non tamen ſequitur ergo generat. v.9.
Arguo contra cum D. Auguſtino, aut enim potuit & Lib.8.q.
noluit, & ſic inuidus eſt: aut non potuit & voluit, & ſic impotens eſt, aut nec potuit, nec voluit, & ſic & impotens & inuidus eſt, aut potuit & voluit, ergo genuit. Eſt etiam alia ratio. Bonum ſui natura diffuſiuum eſt: hæc eſt (inquit præfactus Diuus Auguſtinus) ſumma laus boni, quod ſummum bonum, ſummè eſt diffuſiuum, ſicut enim magis ad magis ſe habet, ita maximum ad maximum, maiorque diffuſio eſt ſecundum ſubſtantiam, quam ſecundum accidens, ac denique maxima eſt ſecundum totam ſubſtantiam, quam ſecundum partem, quæ ſcilicet diffuſio ſubſtantiæ, non niſi per generationem fit, & non alio modo. Cum igitur Deus ſit ſummum bonum, nil prohibet, quin alteri ſuam bonitatem totam, & eſſentiam totam per generationem impertiatur. Conſimiliter probatur de Spiratione generantis, ad genitum, naturalis eſt

ami-

Digitized by Google

amicitia, ergo Pater ab æterno dilexit Filium, & è contra Filius Patrem, alias ingratus eſſet, qui vtique amor eſt æternus, quia ſicut ab æterno pater generauit Filium, ita etiam ab æterno dilexit eum, & Filius ab æterno reſpondit amori, ergo &c. Hic inſuper amor eſt infinitus, quia quicquid eſt in Deo, eſt ipſemet Deus, ſed Deus formaliter infinitus, igitur & amor eius. Neque poteſt hic amor dici accidens, nullum ſiquidem accidens eſt æternum, nullum accidens eſt infinitum, nec vllum accidens ponitur in Deo. Denique hic amor eſt ſubſtantia, ergo per ſe ſtans, ac prorſus eadem ſubſtantia, quæ in Patre & Filio (cum in diuinis vna tantummodo reperiatur) per conſequens Spiritus Sanctus, & hic amor Patris & Filij eſt ſubſtantia, & habet eandem eſsentiam cum Patre & Filio, eſt deniq; coæqualis vtrique.

Scotus.

An autem ſint, vel eſſe poſſint in diuinis plures perſonæ einſdem rationis: Verbi Gratia plura verba, plures filij ex eo pendet reſolutio: An videlicet in diuinis poſſint eſſe plures productiones eiuſdem rationis, diſputat de hoc Scotus, & ponit theſim negatiuam huic potiſſimum innixus

L

rationi. Quicquid eſt in diuinis, vnum numero eſt, & de ſe hoc, vna generatio igitur, & vna ſpiratio, vnum verbum vnus Spiritus Sãctus nec plures fides ortodoxa in ſanctiſſima Trinitate, Hypoſtaſes, ſeu perſonas niſi tres admittit, ſed pro declaratione huius nominis, perſona, ſupponendum eſt iſta quatuor, hunc inter ſe ordinem ſeruare ſecundum Græcos. Primum ſibi locum vendicat eſſentia; ſecundo ponitur ſubſtantia, tertio Hypoſtaſis ideſt ſuppoſitum, quarto perſona, apud latinos vero, & præcipuè in ſchola ſubtiliſſimi doctoris noſtri, iſta quatuor differunt: Perſona, ſuppoſitum, ſingulare, vel indiuiduum, & particulare. Perſona enim vltra ſuppoſitum, & ſingulare addit naturam intellectualem, ſuppoſitum vltra ſingulare eſt in ſola ſubſtantia, ſingulare & indiuiduum, eſt commune ad ſubſtantiam & accidens. Particulare etiam dicitur, natura communicabilis: vocatur etiam particularis, reſpectu ſui ſuperioris, vt ſpecies reſpectu generis. Supponendum eſt præterea quid ſit perſona. Boetius ſic ait. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, quem ſequitur Scotus. Richardus vero de Sancto Victore, improbat hanc definitionem, Quia ſic (inquit) in quolibet indiuiduo, eſſent duæ perſonæ; puta, anima eſſet vna perſona, totum vero compoſitum alia: quapropter aliter eam definit. Perſona eſt intellectualis naturæ, incommunicabilis exiſtentia; in qua definitione; aduertere poſſumus, duo præcipuè, perſonæ cuius competere. Primum quod ſolum ſit naturæ intellectualis, veluti eſt Deus Angeli, homines, ex quo perſona eſt nobiliſſimæ dignitatis. Secundum quod exiſtat incommunicabilis, hoc eſt, vt ſit aliquid perſona tale, quod omnimodè incommunicabiliter exiſtat, & vt quod præterea, vt ſit incommunicabilis per informationem & prædicationem, quomodo anima nequit dici perſona, quia eſt communicabilis corpori, contra Boetium.

In lib. de duab. natur. & vna perſona Chriſti.
Boetius.
Ricardus Libro de Trinit.

Ex hoc dogmate inferuntur tria. Primum nullum commune ſeu ſuperius eſt perſona, nullum enim tale eſt incommunicabile reſpectu ſuorum inferiorum, vt patet. Secundum. Anima intellectiua, & quodlibet accidens non eſt, nec poteſt eſſe perſona quia accidens communicatur ſuo ſubiecto, in quo eſt, ſcilicet inhærendo, anima etiam corpori ineſt informando. Tertium Eſſentia diuina ſecundum ſe, & formaliter non eſt perſona ſiquidem eſt communicabilis tribus, prædicatur tamen in recto de perſona, vt Pater eſt eſſentia, Filius eſt Eſſentia, per Scotum, quod accidit ratione ſummæ ſimplicitatis, non vero ex ratione formali, quia eſſentia abſtrahit à perſona, cum ſit abſolutum, perſona vero reſpectiuum hæc de productione diuinarum perſonarum contra Sabellium dicta ſint.

In 1. d. 5. q. 1.

M

De Differentia earundem, qualiter inter ſe iſtæ diuinæ perſonæ differant videamus. Differunt autem præcipue per origines; per proprietates ſeu notiones, & per appropriata. Differt imprimis per origines Pater à Filio & Spiritu Sancto, in Tribus. Primo quia Pater eſt à ſe, alij duo ab alio, nempè à Patre ſunt. Secundo quia prius eſt Pater origine, alij vero poſterius origine. Tertio Pater habet duo principia productiua propinqua, Filius vnum tantum, Spiritus Sanctus nullum, Filius etiam differt à Spiritu Sancto in tribus. Imprimis Filius eſt prius origine, actus namque intellectus, præcedit actum voluntatis: præterea Filius gignitur per modum verbi, vt natus, Spiritus Sanctus per modum amoris vt datus vt inquit Diuus Auguſtinus, & ideo Spiritus Sancti proprietas eſt donum, quia eſt donum, ex vi proceſſionis, primum enim donum eſt amor, & Spiritus Sanctus procedit ex vi amoris. Non eſt tamen donum proprietas Spiritus Sancti conſtitutiua, quia dicit reſpectum ad creaturam, cui donatur hoc donum vt docet D. S. In 1. d. 18. Filius item à Patre tantum productus, Spiritus Sanctus ab vtroque. Differunt præterea perſonæ diuinæ per relationes, ſeu proprietates, vel notiones, quæ ſic nuncupantur, quia illis tres perſonæ realiter inter ſe diſtinguuntur; & ſic ſunt propria perſonarum, vel Relationes, quod illis tres perſonæ realiter inter ſe diſtinguuntur: vel ad extremum notiones quia illis tres perſonæ à nobis cognoſcuntur, ac diſcernuntur. Quod autem ſint notiones, an ſit quinque, vel ſex. Conſule ſubtilem doctorem. His ergo relationibus differunt perſonæ, quia vna iſtarum ſoli Patri deſeruit, nempe paternitas, qua actiuè generat Filium, alia ſoli Filio ſcilicet filiatio, qua paſſiuè generatur à Patre, alia ſoli Spiritui Sancto ſpiratio videlicet paſſiua, qua producitur, vel ſpiratur ab vtroque, alia denique Patri, & Filio ſimul ſpiratio nimirum actiua, qua ambo Spiritum Sanctum producunt: porrò de relationibus illud infallibiliter eſt tenendum, ipſas nec eſſe finitas per ſe, nec dicere formaliter perfectionem, aut imperfectionem, alias enim eſſent communes tribus, neque per illas vna perſona diſtingueretur ab alia, ac inſuper vna perfectio eſſet in vna perſona, quæ non eſſet in alia quod falſum eſt, ita Scotus. Huic propoſito noſtro multum conducit illa Doctrina Diui Bonauenturæ. Quod ſicut tria ſunt in Diuinis ſcilicet: eſſentia, perſona, & relatio, vel proprietas, ita triplex eſt modus quærendi in diuinis, ſcilicet. Quid, & quærit ipſam naturam communem. Verbi Gratia ſi quæras. Quid eſt Pater? Reſpondetur eſt Eſſentia vel eſt Deus. ſecundus quærendi modus eſt. Quis Hic modus quærit ipſam perſonam ſic. Quis Pater? Reſpondetur eſt Hypoſtaſis vel perſona. 3. Quomodo Iſte quærit ipſam notionem, vel proprietatem ſiuè relationem atque ideo ſi petas: quomodo ſe habeat Pater ad Filium? Reſpondetur, vt gignẽs ad genitum hi nempè modi dicendi in diuinis ſi commiſceantur, & non rectè prędicentur, efficiunt fallaciam figuræ dictionis.

D. Aug.

Diſt. 28. q. 2.

Diſt. 26. q. 1. Primi. D. Bona.

Differunt denique per appropriata quę communiter ſex numerantur, inter quę Paternitas Patri attribuitur, qui caret omni principio, etiamſi cętera ſuum habeant principium Originale, vt Filius, & Spiritus Sanctus. Veritas deſeruit Filio, quia gignitur ab intellectu, ſiuè per intellectum, & ſic eſt verbum ſeu veritas. Charitas, quæ fundatur in voluntate, Spiritui Sancto accomodatur, Spiritus namque Sanctus à voluntate procedit: deinde potentia appropriatur Patri, ex quo ei maximè congruit creatio, tanquam principio: omnium, ab intra, & ad extra vt patet in Symbolo, ſapientientia Filio, quo circa regimen ac iudicium mundi ad eum pręcipuè ſpectat, cum & ſapientię procedat ab intellectu, per quem gignitur Filius, Bonitas quæ dimanat à voluntate, eſtque cauſatiua amoris, ſecundum Ariſtotelem, Spiritui Sancto appropriatur. Attamen ſi aciem mentis noſtrę in veritatem rei melius defigamus, hæc omnia æqualiter prędicari de tribus, & ſingula de ſingulis animaduertemus, id nobis ſymbolum ipſum Athanaſij clare concinit, *Aeternus Pater, æternus Filius &c. Omnipotens Pater Omnipotens Filius &c.* ratio huius non eſt alia niſi quia titulo perfectionum eſſentialium ſunt integritæ: ac ideo vbi eſt eſſentia, ibi etiam hæc appropriata neceſſè eſt eſſe, ſed eſſentia eſt ęqualiter in tribus: ergo ex hoc vtrique medio ceu ex fonte quodam, ſcaturiuit illa regula generalis in diuinis. Omne abſolutum, omne eſſentia, quòd dicit perfectionem, eſt æqualiter in tribus, nam ſicut ſolum tres perſonæ: tribus proprieta-

1. Ethic.

Athanaſ.

prietatibus differunt, atque hæc quidem ſecundum noſtrum intelligendi modum ſunt appropriata per quæ facilius in cognitionem trium perſonarum deuenire, & accuratius Trinitatem ſuppoſitorum diſcernere poſſumus. Cum ergo tanta ſit diuinarum perſonarum differentia, quomodo Sabellius eas confundere auſus eſt cum pluralitas emanationum atque productionum diuinarum, ipſa ratione concludente concedenda ſit omnino, quomodo vnam ſolam perſonam in diuinis eſſe affirmare auſus eſt? cum præterea vna ſit trium perſonarum eſſentia, vna gloria, æqualis ſimplicitas, immutabilitas, infinitas, aliæque perfectiones, quomodo plures Deos, aut inæquales perſonas impius Arrius ſibi, & alijs perſuadere potuit? nos fide Orthodoxa edocti, animo firmiſſimo profitemur, & eandem gloriam attribuimus tribus perſonis clara, & ſonora voce dicendo *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*. Vna Gloria, æqualis maieſtas, æqualis infinitas, æqualis omnipotentia vnius Dei, & trium perſonarum, nunc & in perpetuum ſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM
QVORVNDAM SACRÆ SCRIPTVRAE,

Quæ in Inſtitutionibus Literalibus continentur.

Geneſis.

TActus dolore cordis intrinſecus dixit Gen.6. Dom.I.Aduent. lit.F
Puluis es & in puluerem reuerteris. Gen.3. Dom.2.Aduent.lit.D
Germinet terra herbam virentem Geneſ.1. Dom.eadem lit.G
Vox quidem vox Iacob eſt manus autem Eſau. Geneſ.27. Dom.2.Aduent.lit.G
Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Gen.2.Dom.eadem lit. L
*In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, Gen.3.*Dominica 4. *Aduen.lit.A*
*Hic inquit erit ferus homo Gen.16.*Dom.4.*Adu.lit.I*
Non veſtro conſilio, ſed Dei veritate hic miſſus ſum, & fecit me Deus quaſi Patrem Pharaonis.Gen.45.Dom.infra oct.Epiph. lit.I
Creſcite & multiplicamini & replete terram Gen.1. Domin.2.poſt Epiph.B
Leuo manum meam ad Dominum Deum meum poſſeſſorem cæli & terræ.Gen.14.Dom.3.poſt Epiph.F
Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo Gen.3.Do.4.poſt Epiph.E
Loquar ad Dominum meum cum ſim cinis, & puluis Gen.27.Dom.5.poſt Epiph.F
Cur præcepit vobis Deus ne de ligno paradiſi comederetis. Gen.3.Dom.eadem G
Necdum enim completæ ſunt iniquitates Amoreorum. Gen.15.*Dom.ead.N.*
Eritis ſicut Dij.Gen.3.Dom.Septuag.H
Seminauit Iſaac in terra illa & inuenit in ipſo anno centuplum.Gen.26.Dom.Sexag. k
Nunc cognoui quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me Geneſ.22. Dom.4. Quadrageſimæ H
Pone manum tuam ſuper fæmur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cæli, & terræ. Geneſ.24. Dominicæ Paſſ. G
Ligabis ad vineam pullum ſuum & ad vitem aſinam ſuã. Gen.49.Dom.Palm.F
Nam quemadmodum Deus inſpirauit in hominem ſpiraculum vitæ.Gen.2.Dom.1. poſt Paſcha F
*Modicos paruos, & malos centum triginta habuit annos S.Abraham.Gen.47.*Dom.3.*poſt Paſcha C*
Vidit Pharao Rex Aegypti ſeptem ſpicas plenas. Gen.41. Dom.5.poſt Paſca G
Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram Gen.1.Do. SS.Triuit.G.& Dom.Sept.D
Venite igitur deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum.Gen.11.Dom.eadem.G
Ego protector tuus & merces tua magna nimis Geneſ.13. Dom.2.poſt Paſcha.
*Audiuit vocem Domini Caim.Gen.4.*Dom.*Pent.F*
Audierunt viri Gomorrhæ verba Iob.Gen 7.ibid.
Audierunt gigantes vocem Noe.Gen 4.ibid.

*In principio creauit Deus cælum & terram.*Gen.1. *Dom. Sanctiſſ.Triuit.F*

Exodi.

Dominator Dominus Deus *miſericors & clemẽs patiens, & multæ miſerationis.Exod* 34.Dom.1.*Aduent.B*
Rationale iudicij ſupra pectus eius pones, & Tiaram in capite eius.Exod.28. Dom.2.*Aduent. I*
Solue calceamentum de pedibus tuis.Exod.3.Dominica 2. Aduent.N
Viduæ & pupillo non nocebis. Exodi 22. Dom. *infra oct. Natiuit. H*
Maleficos non patieris viuere. Exodi 22. Dom. 5.*poſt Epiph.M*
Cui vult miſeretur & quem vult indurat.Exodi.33.Dom. Septuag.I
Dijs *non detrahas Exodi 22.*Dom.*Quinquag.E*
Dimitte *me, vt iraſcatur furor meus ſuper populum iſtum.Exodi 32.*Dom.*Quinq.N*
Dimitte *illis hanc noxam aut dele me de libro quem ſcripſiſti.Exod.32.*Dom.2.*Quadr.*k
*Inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt.Exod 25.*Dom.*ead. I*
Facies & menſam de lignis Sethym habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum. Exod. 25. Dom.4.*Quadr.B*
Ego ſum Deus *Abraham* Deus *Iſaac* Deus *Iacob.Exo.3.* Dom.*Paſſ.F*
Ego ſum qui ſum antequam fieret Abram.Exod.3. Dom. *eadem. H*
Omnis voluntarius, & prono animo offerat thus Domi*no &c. Exod.35.*Dom.*Reſur.C*
Conſtitui te Deum *Pharaonis. Exod.7. Dom. Sanctiſſimæ Trinitatis. E*
*Audiuit Pharao Moyſem.Exod.14.*Dom.*Pent.I*
Perforabitque aurem eius fibula vt præcepta Domini *ſui perfecte audiat.Exod.21.Dom.Pent.I*
Digitus Dei eſt hic.Exod.8.dom.eadem.I
Virgam inquit hanc aſſume in manu tua &c.Exod.4.dom. SS.Triuit. D

Leuitici.

Homo in cuius cute ortus fuerit diuerſus color, ſiuè puſtula, aut quaſi lucens quidpiam ideſt plaga lepræ. Leuit. 13.dom.3.poſt Epiph.D
Ponet memoriale ſuper altare in odorem ſuauiſſimus Domino.Leu.2.dom.6.poſt Epiph. E

Numeri.

Benedicat tibi Dominus *& cuſtodiat te, oſtendat Dominus faciem ſuam tibi & miſereatur tui, conuertat* Do*minus vultum ſuum ad te & det tibi pacem. Num.6. dom.infra oct.Natiuit.* D
Quid fecit tibi cur me percutis. Num.22.dom.Sexag. I
Domine *ſexcenta hominum hic ſunt millia, & tu promittis te illis carnes daturum. Num.11.dominica 4. Quadrag.*k
Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Num.29.dom.2.poſt Paſcha. A

Deute

Digitized by Google

Index locorum Sacræ Scripturæ,

Deuteronomij.

Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, & ponam verba mea in ore eius. Deuter.18. Dom.2. *Aduentus.* M

Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus *ſicut & me.* Deuter. 18.dom.3. *Aduent.* G

Inuenit eum in terra deſerta in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis &c. Deut.32.dom.*infra oct. Epiph.* D

Septem diebus comedes abſque fermento. Deut.16. Dom. *eadem* D

Interroga Patrem *tuum & dicet tibi, ſeniores tuos & docebunt te.* Deut.32.*dom.eadem H*

Benedictus eris ingrediens, benedictus egrediens, benedicta hora tua. Deuter.28. *dom.5.poſt Epiph. N*

Erunt verba, quæ ego præcepi hodie in corde tuo, narrabis ea filijs tuis Deut.6. dom.6.poſt Epiph. H

Nonne ipſe eſt Pater tuus qui poſſedit te fecit & creauit. Deut.32.dom.Sept. C

Creſcat vt pluuia doctrina mea. Deuter. 32. dominica Sexag. D

Non enim Deus *noſter eſt vt* Dij *eorum, & inimici noſtri ſunt Iudices.* Deut.32.*dom.ead. L*

Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis. Deuteron. 6. *dominica Quinquag. A*

Dedit tibi Dominus *Manna quod ignorabas tu & Patres tui* Deut.8.*dom.1.Quadr. I*

Anima quæ non audient Prophetam illum peribit de populo, Deut.18.*dom. 2.Quadr.*k

Hæccine reddis Domino Deo *tuo popule ſtulte, & inſipiens.* Deut.32.*dom.4.Quadr.C*

Omnis autem Apoſtata vir inutilis eſt filius Diaboli *eſt, qui reliquit* Deum *factorem ſuum.* Deuter.32.Dom.4. *poſt Paſcha F*

Dominum Deum *tuum diliges ex tota anima tua, ex totis viribus tuis & ex omni mente tua* Deuter. 6. dom. *Pent. A*

Sicut aquila volitans, & prouocans ad volandam pullos ſuos Deut.32.*dom.6.poſt Epiph. H*

Regum.

Ecce ego quia vocaſti me. 1.Regum 3. dominica ſecunda Aduent.H

Non egredieris in bellum nobiſcum ne extinguas lucernam Iſrael. 2.*Reg.*21.*dom.4. Aduent.D*

*Pater etſi rem tibi grandem dixiſſet. 4.Reg.5.dom.infra oct.Epiph.*k

Vociferamini magis quia forte Deus *veſter obdormiuit. 3.Reg.18.dom.Quinq. G*

Zabud filius Nathan amicus Regis 3.Reg.4.dom.2.Quadrageſimæ C

Cum venerit ad te, dicito loquere Domine *audit ſeruus tuus 1.Reg.3.dom.3.Quadr. O*

Adhuc relictus eſt paruulus & paſcit oues 1.Reg.16.dom. 2.poſt Paſc. B

Siccine ſeparas amara mors 1.Regum 15.dominica 4. poſt Paſcha D

Paralipomenon.

Det tibi Dominus *prudentiam vt regere poſſis Iſrael, & & cuſtodire legem* Domini. 1.*Paralip.20.dominicæ 1. Aduent.B*

*Miſi tibi virum prudentem, & ſcientiſſimum Hyram Patrem meum 2.Paralip.2.dom.4. Adu.*D. *& dom.infra oct.Epiph.*k

Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum nobis reſtat vt oculos noſtros ad te dirigamus 2. Paralip. 20. dom.4.Quadr.

Tobiæ.

Ego ſum Angelus Raphael. Tob.12. dominica ſecunda Aduent. N

*Poſt tempeſtatem tranquillum facit & poſt lacrymationem, & fletum exultationem infundis. Tob.3.*Dom. 2. *poſt* Epiph. *A*

Poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt lacrymationem & fletum exultationem infundit. Tob.3. dom.4. poſt Epiph.G

Iudicum.

Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe regem. Iudicum 9.dom. 6.poſt Epiph.H

De *comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo Iudic.14.dom.6.poſt Epiph.H*

Iob.

Quis mihi det vt in inferno protegas me & abſcondas me, &c. Iob 14.dom.1.Aduent.F

Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris à te. Iob.1. dom.ead.G

In omnibus his non peccauit Iob.1.dom.ead.G

Nunquid ingreſſus es theſauros niuis &c. Iob 38. domin. eadem F

N*unquid eſt numerus militum eius Iob 26. dominica eadem.* k

P*utredini dixi Pater meus es tu. Iob 17 dominica quarta Aduent.* D

Quis diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant. Iob 5. dom. infra oct. Natiuit. C

Donec *deficiam nunquam recedam ab innocentia mea &c. Iob 27.dom.eadem I*

Operi manuum tuarum porrige dexteram Iob.14.dom.infra oct.Epiph.F

Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo. Iob 31. dominica 3. poſt Epiph. *F*

Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat Iob 10. dom.eadem M

Ille ſolus concludit officijs mare quando erumpit, ille circundat terminis ſuis, &c. Iob 38.*dominica quartæ poſt* Epiph. D

Sit conſolatio mea, vt affligens me dolore non parcat Iob 6. dom.eadem H

Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat Iob 10. dom.5.poſt Epiph. *N*

Contra folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam Iob 13. dominica Sexageſ.H. & dom.2. Quadrageſimæ D

Qui portant orbem Iob 9. dom.4.Quadr. A

Obſeruaſti ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti Iob 13.dom.2.poſt Paſcha F

*Qui poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine. Iob 14.dom.4.poſt Paſc.*E

Homo cum dormierit non reſurget donec atteratur cælum Iob 14.dom.3.poſt Paſcha C

Vallabit eum anguſtia, ſicut regem qui præparatur ad prælium. Iob 15.dom.4.poſt Paſcha I

N*ubes latibulum eius nec noſtra conſiderat. Iob 22. dom. Trinit. B*

Spiritus meus attenuabitur dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Iob 17. dominica Palmarum D

Pſalmorum.

Rex virtutum dilecti dilecti, ſpeciei domus diuidere ſpolia. Pſ*al.67.dom.Reſur. A*

Dominus *mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo*

mo

mo; Pſalmus 117. domin. eadem F
Lelani ſuper iniquos pacem peccatorum videns, Pſal. 72. do. 1. poſt Paſc. A
Omnes iniquitates meas dele, Pſal. 50. dom. ead. C
Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum, Pſ. 37. dom. eadem D
Verba Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtutis eorum, Pſal. 32. dom. ead. F
Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, Pſal. 39. dom. 2. poſt Paſc. I
Mane floreat & tranſeat, Pſalm. 89. dominica tertiæ poſt Paſcha D
Ibi dolores, vt parturientis, Pſalmus 47. dominica eadem I
Filius meus es tu ego hodie genui te, Pſalm. 2. dominicæ eadem k
Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua, Pſalm. 15. dom. ead. k
Satiabor cum apparuerit gloria tua, Pſal. 16. ibid.
Mendaces filij hominum in ſtateris, Pſalm. 61. dom. 4. poſt Paſcha A
Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, Pſalmus 2. dominica eadem E
Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua, Pſal. 5 1. dom. ead. H
Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, Pſal. 115. dom. 5. poſt Paſcha B
Os meum aperui & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam, Pſal. 118. dom. ead. E
Qui habitat in adiutorium altiſſimi, &c. Pſalmus 90. dom. Pentecoſt. C
Filius meus es tu ego hodie genui te, Pſalmus 2. dominica Pentecoſt. F
Omnes gentes plaudite manibus, Pſalmus 46. dominica eadem I
Aſcendit Deus in iubilatione, Pſalmus 96. dominica eadem & litera
Lætetur terra quia Dominus regnauit. Pſal. 97. ibid.
Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges, Pſal. 15. dom. SS. Trinit. B
A cuſtodia matutina vſque ad noctem &c. Pſalm. 129. dom. Reſur. D
Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia, Pſal. 83. dom. eadem D
Auditam fac mihi Domine miſericordiam tuam. Pſal. 142. dom. ead. D
Conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde, Pſal. 6. dom. 1. poſt Paſc. B
Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit nos, &c. Pſa. 31. dom. ead. B
Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur & renouabis faciem terræ, Pſal. 103. dom. 1. poſt Paſ. F
Dominus regit me, Pſal. 22. dom. 2. poſt Paſc. B
Quis loquetur potentias Domini, & quis auditas faciet omnes laudes eius, Pſalmus 105. dominica ſecunda poſt Paſcha D
Pauit eos in innocentia cordis ſui, Pſalm. 72. dominica eadem F
Confitebor tibi domine in toto corde meo, Pſalm. 120. domin. eadem G
In ſtillicidijs lætabitur germinans, Pſalm. 64. dom. 3. poſt Paſcha C
Omnia ſicut veſtimentum veteraſcent, Pſalm. 101. domin. eadem C
Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te, Pſal. 38. dom. eadem F
In conuertendo Dominus captiuitatem Syon facti ſumus ſicut conſolati, Pſalmus 125. dominica quarta poſt Paſcha C
Ecce enim veritatem dilexiſti, Pſalmus 50. dominica eadem D
Aedificauit Dominus Syon, & videbitur in gloria ſua. Pſal. 101. dom. ead. I
Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua, Pſal. 85. dom. ead. H
Suſtinuit anima mea in verbo eius, Pſalm. 129. dom. 5. poſt Paſcha I
Deus in nomine tuo ſaluum me fac, Pſalm. 53. dom. 5. poſt Paſcha I
Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus, Pſalmus 41. dominica eadem I
A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, Pſal. 18. dom. ead. k
Aures autem perfeciſti mihi, Pſalmus 39. dominica Pentecoſt. F
Factus eſt in pace locus eius, Pſalmus 73. dominica eadem H
Qui poſuit fines tuos pacem, Pſalmus 147. dominica eadem H
Cælum cæli domino, terram autem dedit filijs hominum, Pſal. 113. dom. Trinit. B
Sermonibus odij circumdederunt me, Pſalmus 108. domin. Trinit. E
Homo & homo natus eſt in ea & ipſe fundauit eam altiſſimus, Pſal. 86. dom. ead. G
Semel locutus eſt Deus &c. Pſal. 61. dom. 1. Adu. B
Magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua, Pſalm. 86. dom. 1. Adu. B
Ira in indignatione eius. & vita in voluntate eius, Pſal. 29. dom. 1. Adu. C
Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant à facie arcus, Pſal. 59. dom. 1. Adu. E
In æternum non videbunt lumen, Pſalmus 48. dominica eadem I
Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida, Pſal. 49. dom. ead. G
Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo, Pſalm. 74. dom. eadem H
Educ de cuſtodia animam meam, Pſalmus 141. dominica eadem k
Deſtrues eos & non ædificabis eos, Pſalmus 27. dominica eadem L
Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt, Pſal. 13. dom. 2. Aduent. B
Iuxta iter poſuerunt ſcandalum, Pſalmus 139. dominica eadem I
Tu ſacerdos in æternum, &c. Pſalmus 109. dominica ſecunda Aduen. I
Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, Pſalmus 2. dominica eadem I
Exprobrauerunt commutationem Chriſti ſui, Pſal. 88. dom. 3. Aduent. L
Linguis ſuis doloſe agebant &c. Pſal. 13. dom. ead. D
Cogitaui vias meas, et conuerti pedes meos in teſtimonia tua, Pſal. 118. dom. ead. H
Tu idem ipſe es & anni tui non deficient, Pſal. 101. dom. 3. Aduent. I
Non eſt reſpectus mortis eorum, Pſalmus 12. dominica eadem E
Aedificauit Dominus Syon, & videbitur in gloria ſua, Pſal. 101. dom. ead. E

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum, Pſal. 118. dom. eadem I

Gloria & honore coronaſti eum quem paulo minus ab Angelis minuit, Pſal 8 dom. ead. k

Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini, Pſal. 96. dom. eadem k

Qui emittis fontes in conualibus, intermedium montium pertranſibant aquæ, Pſal. 103. dom. ead. k

Valles abundabunt frumento clamabunt, & hymnum dicent, Pſal. 64. dom. & lit. ead.

In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, Pſal. 18. dom. ead. k

Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, Pſalmus 90. dominica infra octaua Natiuitatis. B

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationum diem feſtum agent tibi, Pſalm. 73. dom. eadem C

Et peccatum meum contra me eſt ſemper, Pſalm. 50. dom. eadem D

Gladius pertranſijt animam eius, donec veniet eloquium Dei, Pſal. 104. dom. ead. E

Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech Pſal. 109. dom. infra oct. Nat. G

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, Pſal. 118. dom. infra oct. Epiph. A

Factus eſt in pace locus eius, Pſalmus 75. dominica eadem F

Non dereliquiſti quærentes te Domine, Pſalmus 9. domin. eadem F

Sitiuit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea, Pſal. 62. dom. ead. F

Qui non accepit in vano animam ſuam, hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo, Pſal. 23. dom. ead. G

Super omnes docentes me intellexi quia teſtimonia tua meditatio mea eſt, Pſal. 118. dom. ead. H

Propter hoc lætatum eſt cor meum & exultauit lingua mea, Pſal. 15 dom ead. I

Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum, Pſ. 43 dom. ead. & lit.

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, Pſal. 41. dom. eadem k

Super aquam refectionis educauit me animam meam conuertit, Pſal. 22. dom. ead. k

Rugiebam à gemitu cordis mei, Pſalmus 37. dominica eadem L

In meditatione mea exardeſcet ignis, Pſalmus 38. domin. eadem L

Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vſque in ſæculum, Pſal. 112. dom. 2. poſt Epiph. C

Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo, Pſalm. 74. dom. eadem E

Et numerum dierum meorum, vt ſciam quid deſit mihi, Pſal. 38. dom. ead. E

Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias Domini, Pſal. 70. dom. ead. E

Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, ò Domine, quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ, Pſal. 115. dom. eadem F

Intelligite hæc inſipientes, & ſtulti aliquando ſapite, Pſ. 93. dom. & lit. ead.

Qui inclinauit cælos, & deſcendit, Pſalmus 17. dom. 3. poſt Epiph. C

Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri, Pſalm. 122. dom. eadem I

Exaudiuit Dominus vocem fletus mei, Pſal. 6. ibid.

Auribus percipe lacrymas meas, Pſal. 38. ibid.

Deum exquiſiui manibus meis, Pſal. 76. dom. ead. F

Extollite manus veſtras in ſancta, Pſalmus 133. dominica eadem F

Expandi manus meas ad te, Pſalmus 142. dominica eadem. F

Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem, Pſal. 73. dom. ead G

Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, Pſal. 32. dom. 4. poſt Epiph. B

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis, Pſal. 122. dom. eadem B

Facientes operationes in aquis multis, &c. anima eorum in malis tabeſcebat. Pſal. 106. dom. ead. E

Non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael, Pſal. 120. dom. eadem F

Nunc exurgam dicit Dominus ponam in ſalutari, Pſal. 11. dom. eadem G

Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, &c. Pſal. 56. dom. ead. H

Si ambulauero in medio mortis non timebo mala quoniam tu mecum es, Pſal. 20. dom. ead. H

Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum, Pſal. 26. dom. ead. I

Prope eſt enim Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, Pſal. 144. dom. ead. I

Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ, & ſiluerunt fluctus eius, Pſal. 106. dom. & lit. ead.

Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyſſi, Pſal. 148. dom. & lit. ead.

Auditum feciſti iudicium tuum terra tremuit, & quieuit, Pſal. 75. dom. ead. k

Commota eſt & contremuit terra, Pſal. 17. ibid. k

Diſponet ſermones ſuos in iudicio, Pſal. 111. ibid. k

Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum, Pſal. 113. ibid. k

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, Pſal. 100. dom. 5. poſt Epiph. M

Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, & ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum, Pſalm. 10. dominica eadem N

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tunc forte perijſſem in humilitate mea, Pſalmus 118. dominica ſexta poſt Epiph. A

Operiet montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei, &c. Pſal. 79. dom. ead. B

Qui habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem, Pſal. 112. ibid.

Quoniam percuſſit petram, & torrentes inundauerunt, Pſal. 77. dom. Sept. A

Non adhæret tibi ſedes iniquitatis, Pſalmus 93. dominica eadem A

Aperiam os meum in parabolis, eructabo propoſitiones ab initio, &c. Pſal. 77. dom. ead. B

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem, Pſal. 118.

Mane floreat & tranſeat veſpere decidat induret, & areſcat, Pſal. 89. dom. Sept. E

Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt, Pſalm. 13. dom. ead. G

Ne declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis, Pſal. 140. dom. eadem. G

Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto, Pſal. 93. dom. ead. H

Saluum

Digitized by Google

Saluum me fecit, quoniam voluit me, Pſalm.17. dominica eadem K
Quæ procedunt de ore meo non faciam irrita, Pſal.88. dom. eadem L
Furor illius ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, Pſal.57.dom.Sexag.A
*Dominus de cælo in terram proſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, Pſal.101.dom.ead.*B
Qui allidunt paruulos ſuos ad petram, Pſalm.136.domin. eadem H
Audiam quid loquatur in me Dominus, Pſalm.84.dom. eadem L
Die ac nocte circundabit eam, ſuper muros eius iniquitas, Pſal.53.dom.Quinq.C
Cogitauerunt & locuti ſunt, Pſal.72.dom.Quinq.E
Homo vnanimis, & notus meus qui ſimul mecum dulces capiebat cibos, Pſal.54.dom.ead.G
Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, Pſalm.131
Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipſum.Pſal.121.dom.1.Quadrag.C
Quoniam complacuerunt ſeruis tuis lapides eius, & terra eius miſerebuntur, Pſal.101.dom.ead.D
Similis factus ſum Pelicano ſolitudinis, Pſal.101. dominica eadem E
Eduxit me de lacu miſeriæ & luto fecis, ſtatuit ſupra petram greſſus meos, Pſal.39.dom.ead.F
*Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum, Pſal.113.dom.ead.*k
Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto, Pſalm.77. dom.eadem k
Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, &c.Pſal.94.dom.ead. k
Tabor & Ermon in nomine tuo exultabunt tuum brachium cum potentia, Pſal.88.dom.2.Quad.C
Domine Deus magnificatus es vehementer, confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento, Pſal. 103. dom.ead. I
*Nubes & caligo in circuitu eius, Pſal.97.dom.ead.*k
Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum, Pſal.37.dom.2.Quadr.C
Non me demergat tempeſtas aquæ, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum, Pſal.68.dom.ead. D
Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, Pſalm.95. dom. eadem D
*Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, Pſalm.51.dom.3. Quadr.*G
Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, Pſal.1.dom.ead. E
Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim, Pſal.24.dom.ead. E
Regnum tuum Domine, regnum omnium ſæculorum, Pſal. 144.dom.ead. L
Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes, Pſal.35.dom.ead. L
In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, Pſalm.76. dom.4.Quadr.D
Specioſus forma præ filijs hominum, Pſal.44.dom.ead. D
Qui ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra, Pſalm. 112. domin.4. Quadr. I
Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, Pſalm.40. dom.4.Quadr. F
Quis operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam qui producit in montibus fœnum, Pſalm.146.domin.4.Quadrageſ. H
A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, Pſal.18.dom Paſſ.H
Ante luciferum genui te, Pſal.109.dom.ead. H
Propter veritatem manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, Pſalm.44. dominica Palmarum F
Iuſtus vt palma florebit, Pſal.91.dom.ead.G

Prouerbiorum.

Os iuſti parturiet ſapientiam, Prou.10.dom.1.Adu.B
Sapientia illius eruperunt abyſſi & nubes rore concreſcunt, Prou.3.dom.ead.B
Animus gaudens ætatem floridam facit, Prouer.17.dom.1. Aduent.G
Infernus & perditio coram Domino, Prouerbior.15.domin. eadem H
Per tria mouetur terra, Prou.30.dom.2.Adu.B
Aqua profunda ex ore viri, & ſapiens exhauri, & illam Prou.1 .dom 3.Adu. D
Fili ſi te lactauerint peccatores ne acquieſcas illis, Prou.1 dom.eadem D
Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritum ſuſcipiet gloria, Prou. 9.dom.ead.E
Miſeros facit populos peccatum, Prouerbiorum 14.domin.4. Aduent. A
Vena vitæ os iuſti os autem impiorum operit iniquitatem, Prou.10.dom.infra oct.Nat.A
Si quæris ſapientiam quaſi pecuniam, & quaſi theſauros effoderis eam, hic intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies, Prou.2.dom.infra oct.Epiph.A
Audiens ſapiens ſapientior erit, Prouerbior. 1. dominica eadem H
Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.Prou.22.dom.2. poſt Epiph.C
Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro, color eius ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber et ſicut regulus venena diffundet, Prou.23. dom.ead. H
Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius, Prou.10.dom.3.poſt Epiph.A
Manus ſuas aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem, Prou.31.dom.ead. F
Vult & non vult piger, Prou.13.dom.ead.H
Lignum vitæ eſt his qui apprehenderit eam & qui tenuauerit eam beatus erit, Prou.3.dom.4.poſt Epiph. G
Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria, Prou.30 dom.ead. H
Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam cor ſtultorum diſſimile erit, Prou.15.dom.5.poſt Epiph. A
Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, Prouer.13.dom. *eadem M*
Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis vir autem ſtultus deglutit illud, Prouerb. 21. *dominica ſextæ poſt Epiph. A*
Conſerua fili mi præcepta, &c. Prouerbiorum 6. *dominica eadem A*
Fili cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea, legem meam vt pupillam oculi &c. Prou.7.*dom.ead. A*
Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur, Prou.13.*dom.ead.F*
Nunquid non ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam, Prou.8.*dom.Sept.*A
Vt audiat ſapientiam auris tua inclina cor tuum ad cognoſcendum prudentiam, Prou.2.dom.Sexag.A
Qui nititur mendacijs hic paſcit ventos, Prouer.10. *domin. eadem F*
Abominatio Domini *eſt omnis illuſor, Prouerbior.3.dom. eadem G*

Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam ſtulti, &c. Prou. 24. Dom. eadem H

Extrema gaudij luctus occupat, Prouerbiorum 14. domin. eadem. I

Liga eam in digitis tuis, & ſcribe illam in tabulis cordis tui Prou. 7. dom. Quinq. A

Malum eſt, malum eſt dicit omnis emptor. Prouer. 20. dom. Quinq. F

Homo apoſtata vir inutilis graditur ore peruerſo annuit oculis, territ pede, digito loquitur, Prouer. 6. dominica eadem F

Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius, Prou. 16. dom. 1. Quinq. A

Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum, Prou. 1. dom. 1. Quadr. k

In hilaritate vultus Regis vita, & clementia eius quaſi imber ſerotinus, Prou. 16. dom. 2. Quadr. A

Fili mi auſcultas ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam, Prou. 4. dom. 3. Quadr. A

Sapientia immolauit victimas, Prouerbior. 9. domin. 4. Quadrageſ. A

In ſemita iuſtitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem. Prou. 12. dom 4. Quadr. D

Fæneratur enim Domino qui miſeretur pauperis, Prouer. 19. dom. eadem k

Vita carnium ſanitas cordis putredo oſſium inuidia. Dom. Paſſ. A

Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, Roman. 12. domin. eadem F

Indignatio Regis nuntij mortis, & vir ſapiens placabit eam, Prou. 16. dom. Palm. A

Lingua placabilis linguam vitæ, Prouerbior. 15. dominica Palm. A

Expectatio iuſtorum lætitia ſpes autem impiorum peribit, Prou. 10. dom. Reſur. A

Viæ eius pulchræ & ſemitæ eius pacificæ, Prou. 3. dom. 1. poſt Paſcha A

Tria ſunt quæ bene gradiuntur & quartum quod incidit feliciter, Prou. 30. dom. 2. poſt Paſcha A

Diligenter agnoſce vultum pecoris ſui, tuoſque greges conſidera, Prou. 27. dom. ead. F

Statera doloſa abominatio eſt apud Dominum pondus æquum voluntas eius, Prou. 11. dom. 4. poſt Paſcha A

De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei, Prou. 12. dom. 5. poſt Paſcha A

Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portãs panem ſuum, Prou. 31. dom. 5. poſt Paſcha D

Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi, Prou. 7. dom. Pent. A

Quod eſt nomen eius, & quod eſt nomen filij eius ſi noſti, Prou. 30. dom. SS. Trin. H

Cor gaudens exhilarat faciem, in mærore animi deijcitur ſpiritus, Prou. 53. dom. 3. poſt Paſcha A

Quomodo in aquis reſplendet vultus reſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus Prouer. 27. dom. eadem G

Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt, Prou. 16. dom. 4. poſt Paſcha B

Per me reges regnant per me principes imperant, Prouer. 8. dom. Trinit. A

Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria, Prou. 3. dom. ead. A

Eccleſiaſtes.

Melior eſt dies mortis die Natiuitatis, Eccleſiaſtes *7. dom. Reſur. F*

Vincula illius alligatura ſalutis. Eccl. 6. dom. 2. Adu. A

Laudaui magis mortuos quam viuentes, Eccleſiaſtes *4. dom. 2. Aduent. D*

Verti me ad aliud, & vidi ſub Sole nec velocium eſſe curſum nec fortium bellum, Eccleſiaſtes 9. domin. 3. Aduent. A

Vbi non eſt auditus non effundas ſermonem, Eccl. *31. dom. infra oct. Nat. I*

Qui minoratur actu ſapientiæ perficitur. Eccl. 38. dom. infra oct. Epiph. E

Tempus flendi, & tempus ridendi, Eccleſ. 3. domin. 2. poſt Epiph. A

Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi quod fruſtra deciperis, Eccl. 2. dom. ead. A

Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & ambula in vijs cordis tui, Eccl. 11. dom. eadem C

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, Eccl. 6. dom. 3. poſt Epiph. A

Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit, Eccl. 19. dom. ead. F

Omnis amicus dicet ego amicitiam copulaui, Eccl. 37. dom. Quinquag. G

Mitte panem lucem ſuper tranſeuntes aquas quia poſt multa tempora inuenies illum, Eccleſiaſtes 11. dom. 4. Quadrageſimæ k

Canticorum.

Fortis eſt vt mors dilectio, &c. Canticorum. 8. dominica Reſur. E

Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis eſt gutturi meo, Cant. 3. dom. Pent. C

Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt, Cant. 5. dom. Pent. E

Surge aquilo veni auſter & perflabortum meum, Cant. 4. dom. 2. Adu. F

Surgam & quæram quem diligit anima mea, Cant. 3. dom. infra oct. Epiph. F

Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, cincini mei guttis noctium, Canticorum 5. domin. 3. poſt Epiph. L

Ego dormio, & cor meum vigilat, Canticor. 5. dom. 4. poſt Epiph. G

Sapientiæ.

Hi ſunt quos aliquando habimus in deriſum, Sap. 3. dom. 1. Aduent. F

Creatura creatori deſeruiens exardeſcet in tormentum aduerſus iuſtas. Sap. 16. dom. ead. G

Errauimus à via veritatis laſſati ſumus in via iniquitatis. Sap. 5. dom. 3. Adu. H

Optaui & datus eſt mihi ſenſus, inuocaui & venit in me ſpiritus Sapientiæ. Sapient. 7. dominica infra octaua Epiph. A

Quærit Deus qui adorent illum in ſpiritu tuo, & in veritate, Sap. 5. dom. ead. F

Cum quietum ſilentium teneret omnia, & nox in ſuo curſu meidum iter ageret. Sapient. 18. dominica ſecunda poſt Epiph. D

Deus creauit hominem in exterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ. Sap. 2. dom. 5. poſt Epiph. G

Nihil odiſti eorum quæ feciſti. Sap. 10. dom. Sept. C

Tu autem dominator virtutum cum magna tranquilitate, & cum magna reuerentia diſponis nos, Sapient. 12. domin. eadem. C

Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tẽtant illum, Sap. 1. dom. 1. Quadr. k

Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, Sapientiæ 14. dominica tertiæ Quadrageſimæ M

Digitized by Google

Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt ei de omnibus. Sap.6.dom.4.Quadr. H
Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum Sapient.2. dom.Paſſ. A
Deus creauit hominem inexterminabilem. Sap.2. dom.5. poſt Paſc. D
Et præpoſui illam regnis, & ſedibus, Sapient.7.dominica eadem E
Sapientia non ingreditur in maleuolam animam, nec habitat in corpore ſubdito peccatis, Sapient.1.dominica Pentecoſt. D
Præoccupat eos qui ſe concupiſcunt vt prior ſe illis oſtendat, Sap.6.dom.3.poſt Paſc. G

Eccleſiaſtici.

Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & fuit cū illo ſemper &c. dom.1.Adu. A
Fons ſapientiæ verbum Dei *in excelſis, Eccleſiaſt.1. dom. eadem A*
Noli quærere fieri iudex niſi virtute valeas irrumpere iniquitatem. Eccl.7.dom.1.Adu. B
Beatus qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit. Eccl.6.dom.2.Adu. A
Altiſſimus creauit de terra medicinam. Eccleſiaſt.38.dom. eadem. F
Lingua curationum Eccl.36.dom.ead. G
Non te ventiles in omnem ventum, eſto firmus in via Domini. Eccl.5.dom.ead. k
Via peccatorum complanata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ & pœna, Eccleſiaſt.1.dominica tertia Aduent. H
Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt, Eccleſ.11. dom.4.Adu. A
O mors bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, Eccl.41. dom.eadem E
Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut Sol ſtultus autem, vt Luna mutatur, Eccleſiaſt.27.dominica infra octaua Natiuit. I
In medio Eccleſiæ aperuit os eius, Eccleſ.15.dom. infra oct. Epiph. G
Non te prætereat narratio ſeniorum, Eccl.8.dom.infra oct. Epiph. G
Audi tacens ſimul & quærens, & pro reuerentia accedet tibi gratia, Eccl.32.dom.ead. H
Super faciem ſcribæ impoui honorem, Eccleſiaſt.10.dom. eadem H
Curua ceruicem filij tui dum infans eſt ne forte induret, & erit tibi dolor animæ, Eccleſiaſt.30.dominica 2. poſt Epiph. C
Qui deliquit in conſpectu eius, qui fecit illum incidet in manus medici, Eccl.38.dom.3.poſt Epiph. A
D*onec accipiant oſculantur manus dantis, Eccleſ.29. dom. eadem F*
Vt cognoſcant gentes potentiam eius, quia contra Deum *pugnare non eſt facile, Eccleſiaſt.46. dominica quartę poſt Epiph. A*
Reſpicite nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt, Eccleſiaſtici 2. dominica eadem. I
Ne adijcias peccatum ſuper peccatum, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te Eccl.5.dom. 5.poſt Epiph.*M*
Cogitatum tuum habe in præceptis altiſſimi, & in mandatis eius aſſiduus eſto, Eccleſiaſtici 6.dominicę ſextę poſt Epiph. A
In duobus eſt contriſtatum cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. Eccl.26.dom.ead. D

Quaſi ſtercus in via conculcabitur ſicut terra petroſa, Eccl.9. dom. Sexag. F
Cor durum male habebit in nouiſſimo, Eccleſiaſt.3.dominicę Sexag. G
In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientum os illorum, Eccl.21.*dom.Quinq. E*
Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & prępara animam ſuam ad tentationem. Eccl.2.dom.1. Quadr. I
Loquere maior natu decet enim te primum verbum diligenti ſcientiam, & non impedias muſicam. Eccleſ.32.*dom.4. Quadrag. A*

Iſaiæ.

Lętitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. Iſai.30.dom.Reſur. A
Iſte eſt Deus meus fiducialiter agam, & non timebo, Iſai.12. dom.ead. F
Et nunc Dominus miſit me, & ſpiritus eius, Iſai.48.dom.1. poſt Paſcha F
Spiritus Domini ſuper me eo quod vnxit me Dominus. Idem 61.dom. eadem F
Erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis &c. Iſai.1.dom.2. poſt Paſcha. A
Non ſum medicus in domo mea, non eſt panis neq; veſtimentum, nolite conſtituere me principem veſtrum, Iſai.3.dom. eadem. B
Appendit tribus digitis molem terrę, Iſai.40. dom.3. poſt Paſcha. D
Torſiones & dolores tenebunt quaſi parturientes dolebunt, Iſai.13.dom.ead. I
Quomodo cecidiſti de cælo lucifer, qui mane oriebaris, Iſa.14. dom.Pent. D
Non eſt pax impijs dicit Dominus, Iſaia 48.dominica eadem. H
Non ſum medicus non eſt in domo mea panis, Iſai.3. dom. SS.Triuit. D
Et *nunc Dominus Deus miſit me & ſpiritus eius, Iſai. 48. dom.ead. H*
Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, Iſai. 49. dom.2.poſt Paſcha F
Cæli ſicut fumus liqueſcent, Iſai.51. dominicę tertia poſt Paſcha C
Iniquitates veſtrę diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, Iſai.58.dom.5. poſt Paſcha I
Et erit opus iuſtitię pax, Iſai.32.dom.Pent. H
Duo Seraphim clamabant alter ad alterum. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus, &c. Iſai.6. dom. Sanctiſſ. Triuit. G
Nunquid ego qui alijs generationem tribuo ſterilis ero, Iſai. 66.dom.ead. G
Generationem eius quis enarrabit, Iſaia 53. dominica eadem. I
Expectat Dominus, vt miſereatur veſtri, Iſai.30. dom.1. Aduent. C
E*rubeſcet Luna, & confundetur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum, Iſaię 24.dom.1. Adu. D*
Dominus veniet ad iudicium cum ſenibus populi, Iſai.3.dom. eadem k
Quaſi vinculum paluſtri, peccatum, Iſai.5. domin. 2. Aduentus A
Omne caput languidum, & omne cor mærens à planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas, Iſai.1.dom. 2.Aduent. B
E*go vox clamantis in deſerto, Iſaiæ 40. dominicę eadem. N*
D*iſpone domui tuæ quia morieris tu & non viues, Iſaia 38. dom.4.Aduent. D*

Ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram in viam exitus aquarum. Iſaia 41. Dom. ead. F

Erit deſertum in Charmel, hoc eſt in agrum bene cultum. Idem 32. dom. & lit. ead.

Lætabitur deſerta, & in uia & exultabit ſolitudo. Idem 35. dom. & lit. ead.

Super montem ſaliginoſum leuate ſignum. Iſaia 13. dom. 4. Aduent. k

Expectauimus lucem & ecce tenebræ, ſplendorem & in tenebris ambulauimus. Iſaia. 59. dominica infra octaua Natiuit. D

Et acceſſi ad Prophetiſam & concepit & peperit filium. Iſaia 8. dom. eadem G

Inuentus ſum à non quærentibus me. Iſaia 65. dom. infra oct. Epiph. F

Quærimus eum dum inueniri poteſt. Iſaia 55. dominica eadem F

Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Iſaia 26. domin. eadem F

Tempore accepto exaudiui te. Iſaia 49. dominica ſecundæ poſt Epiph. D

Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Iſaia. 12. dom. eadem G

In anguſtia requiſierunt te. Iſaia 26. dominica tertiæ poſt Epiph. C

Et nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum. Iſai. 53. dom. ead. G

Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat, neque aggrauata auris eius, & non audiat. Iſai. 59. dom. eadem M

Qui conturbat mare, & intumeſcunt fluctus eius Dominus exercituum nomen eius. Iſai. 51. dominica quarta poſt Epiph. A

Sabbata veſtra facta ſunt mihi moleſta laboraui ſuſtinens. Iſai. 1. dom. 5. poſt Epiph. M

In manu eius calculus quem forcipe tulerat, & tetigit os eius Iſai. 6. dom. 6. poſt Epiph. A

Opus domini non reſpicitis neque opera manuum mearum conſideratis. Iſai. 5. dom. 6. poſt Epiph. A

Lauda ſterilis, quæ non paris quia multi filij deſertæ magis quam eius quæ habet virum, Iſaiæ 54. Dominica eadem B

Seraphin ſtabant ſuper illud Iſai. 6. dom. ead. C

Erit præparatus mons Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles, Iſai. 2. dom. ead. D

Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis, Iſai. 9. dom. Sept. F

Ecce ego ad gentes, quæ non inuocabant me, Iſai. 65. domin. eadem G

Ecce ego lignum aridum, Iſai. 56. dom. Sexag. k

Vrbs fortitudinis noſtræ ſaluator ponetur in ea murus & antemurale, Iſai. 26. dom. ead. B

Dedit mihi Deus linguam eruditam, Iſai. 50. dominica eadem E

Faciem meam non auertit ab increpationibus, & conſpuentibus in me, Iſai. 50. dom. ead. H

Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus, Iſai. 42 dom. 1. Quadr. k

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum, Iſai. 35. domin. 3. Quadrageſimæ B

Quis cæcus niſi ſeruus meus, & ſurdus niſi ad quem nuntios meos miſi, Iſai. 42. dom. ead. C

Exalta quaſi tuba vocem tuam, Iſai. 58. dominica 3. Quadrageſimæ N

Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc, Iſaiæ 40. dom. 4. Quadrag. H

Vocaberis ciuitas iuſti, Iſaiæ 1. dominica quarta Quadrageſima I

Spiritus Domini *ſufflauit in eo, Iſaiæ 40. dominica quarta Quadrag. k*

Corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta eſt veritas in obliuione, Iſaia 59. Dominica Paſſionis. C

Ieremiæ.

Si iniquitates noſtræ reſponderint nobis, Ierem. 14. domin. 1. Aduent. H

Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te, Ierem. 2. dom. 4. Aduent. I

Quæretis me, & non inuenietis, Ierem. 29. Dom. *infra oct. Epiph. F*

Docete filias veſtras lamentum & vnaquaque proximã ſuam planctum Ierem. 9. dom. 2. poſt Epiph. A

Qui dat nobis pluuiam temporaneam & ſerotinam in tempore, Ierem. 5. dom. ead. D

Si irritam fieri poteſt pactum meum, Ierem. 33. dominica Septuag. L

Nouate vobis, nouate & nolite ſerere inter ſpinas, Ierem. 4. dom. Sexag. D

Terra, terra, terra audi ſermonem Domini, *Ierem. 22. dom. Sexag. F*

Indurauerunt faciem ſuam ſupra petram, & noluerunt conuerti, Ierem. 5. dom. ead. G

Si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus in dextera mea, Ierem. 22. dom. Quinq. A

Noli orare & noli me impedire, Ierem. 7. dominica Quinquageſima. k

Ecce ego iudicio contendam tecum eo quod dixeris non peccaui, Iere. 2. dom. 3. Quadr. C

Scito & vide malum, & amaram eſſe reliquiſſe te Dominum *Deum tuum, Ier. 2. dom. 4. Quadr. C*

Quomodo contremuiſti cum venisſent tibi dolores quaſi parturientis, Ier. 22. dom. 3. poſt Paſcha. I

Illi autem peccatum Iuda ſcribant ſtillo ferreo in vngue adamantino, Ieremiæ 57. dominicæ quarta poſt Paſcha. G

Traham vos in funiculis charitatis, Ierem. 31. dom. 3. poſt Paſcha. H

Mors intrauit per feneſtras noſtras, Ierem. 9. dom. 4. Quadrageſimæ. F

Trenorum.

Lætare Iuuenis in adoleſcentia tua, & ambula in vijs cordis tui, Tren. 4. dom. 2. poſt Epiph. C

Quomodo obſcuratum eſt aurum mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij, Tren. 4. domin. 3. poſt Epiph. D

Intuere & reſpice opprobrium noſtrum, contemplare Domine *de cælo, vide quam fortis, dies; &c. Tren. 5. dom. eadem E*

Non taceat pupilla oculi tui. Trenorum 2. dominica eadem. F

Baruch.

Tradidit eam Iacob dilecto ſuo. Baruch 3. Dominica prima Aduent. A

Ezechielis

Auferetur zelus meus à te, & quieſcam ne iraſcar amplius Eze. 16. dom. 1. Adu. C.

Effundam ſuper vos aquam mundam. & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Ezech. 36. dominica tertia Aduen. D.

Ecce vir qui erat indutus lineis, habebat atramentarium in lumbis ſuis. Eze. 9. dom. 4. Adu. E

Ne dicas coram Angelo non eſt prouidentia Ezech.18.dom. eadem I.

Erubeſcite ergo ſuper vijs veſtris, idem.cap.35. dom. & lit. eadem.

Eduxis vnum de leonculis ſuis,leo factus eſt,& didicit capere prædam,hominesq; comedere.Ezec.19.dom.2.poſt Paſcha

Puter tuus Amorhæus,& mater tua Chatea.Ezech.16.dom. eadem C

Aquila grãdis magnarum alarum,longo membrorum ductu, plena plumis,& varietate Ezech.13.dom.eadem. H

Nolo mortem peccatoris,ſed vt magis conuertatur,& viuat. Ezech.33.dom.5.poſt Epiph.L

Sanguinem ouium ſuarum requiram de manu eius.Ezech.3. dom.2.poſt Paſcha E

Ipſe paſcet eas,& ipſe erit eis in paſtorem.Ezech.34.dom.2. poſt Paſcha.A

Vides tu quod iſti faciunt abominationes magnas. Ezech.8. dom.5.poſt Paſcha I

Danielis.

Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei.Dan.7.dom.1.Aduent.V

Decies centena millia miniſtrabant ei. Dan.7. domin. 2. Aduen. N

Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam factus eſt mons magnus & impleuit vniuerſam terram.Dan.2.dom.3.poſt Eph.k

Magna arbor & fortis proceritas eius contingens cœlum. Dan.4.dom.6.poſt Eph.D

Dum venerit ſanctus ſanctorum ceſſabit vnctio.Dan.9. dom. quinq.I

Et ſtabis de radicum germine eius plantatio.Dan.11.dom.eadem I

Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum quod non corrumpetur.Dan.7.dom.3. Quadr.L

Qui erudiunt multos fulgebunt ſicut ſtella in perpetuas æternitates.Dan.12.dom.eadem L.

Quo facto mox Angelus Domini deſcendit de cælo, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.Dan.3.dom. 5.poſt Paſcha E

Oſeę

Non eſt enim veritas,& non eſt miſericordia,& non eſt ſcientia Dei in terra.dom.2.Adu.B

Sepiam vias tuas ſpinis,quæres amatores tuos, & non inuenies.Oſee 2.6.dom.7.Adu.H

Culmus ſtans non eſt in eo germen non faciet farinam.Oſee. 8.dom.6.poſt Epiph.E

Tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ Oſeæ.7.dom.eadem N

Tollite vobiſcum verba,& conuertimini ad Dominum,& dicite ei omnem aufer iniquitatem & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Oſeæ 14. dominica Pentecoſt.G

Ero mors tua o mors, & morſus tuus inferne ero. Oſee 13. dom.Reſur. L.& dom.2.Aduent.k

Ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum Oſee 11. dom.2. poſt Paſcha I

Chanaan in manu eius ſtatera doloſa.Oſeæ 12.dom.4.poſt Paſcha B

Ioel.

Exiliet ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam.Ioel 2.dom.1.Aduent.G

Amos.

Sol occidet in meridie.Amos.8.dom.1.Adu.D

Reuelabitur quaſi aqua iudicium Amos.5.dom.eadem M

Et fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſaluabit animam.Amos cap.2.dom.3.Aduent.A

Qui ædificauit in cælo aſcenſionem ſuam,& faſciculum ſuum ſuper terram fundauit.Amos 9.dom.4.Adu.E

Suſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit &c. Amos 9. dom.eadem I

Prouidendum eſſe Deum facientem arcturum, & orionem, & conuertentem in mane tenebras.Amos. cap.5. dom. 4. Quadr.H

Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura aut extremitatem auriculæ,ſic eruentur filij Iſrael qui habitant in Samaria.Amos.3.dom.2.poſt Paſcha D

Abdias.

Si exaltatus fueris vt aquila,& ſi inter ſydera poſueris nidũ tuum inde detraham te Abd.24.dom.3.Adu.E

Ionas.

Et clamauerunt viri ad Deum ſuum Iona 1.dom.4.poſt Epiphan.G

Michæę.

Perijt ſanctus de terra,& rectus in hominibus non eſt.Mich. 7.dom.2.Adu.B

Nahum

Ignea habenæ currus in die præparationis eius,& agitatores conſopiti ſunt,in itineribus conturbati ſunt,quadrigæ colliſæ ſunt in plateis.Nahum 2.dom.3.poſt.Epiph.F

Habacuc.

Super cuſtodiam meam ſtabo & figam gradum, & contemplabor quid dicatur mihi a Domino.Hab.2.dom.Sexag.L

Ego Deus & non mutor.Hab.3.dom.Quinq. k

Contriti ſunt montes ſæculi incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.Habacuc 3.dom.4.quadr.C

Cum iratus fueris domine miſericordię recordaberis Hab.3. dom.1.Adu.C

Sophonias.

Vox cantantis in feneſtra coruus in ſuperliminari. Soph. 2. dom.1.Adu.C

Aggęus.

Ag.1.Miſit eus in ſacculum pertuſum dom.6.Epiph.A

Nunquid iam ſemen in germine eſt, & adhuc vinea & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non floruit Agg.2.do. Reſur.A

Zacharias.

Ecce Rex venit tibi manſuetus.Zach.9.dom.1.Adu.C

Veniet Dominus Deus meus &c.Zach.14.dom.ead k

Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator. Zach.9.domin. Palm.D

Dominus eſt oculus vniuerſæ carnis,& tribuum Iſrael Zach. 9.Dom.2.poſt Paſcha G

Benedictus dominus diuites facti ſumus. Zach. 11. dom. 2. poſt Paſcha E

Malachias.

Ecce mittam Angelum,& præparabit viam ante faciem tuã Mal.4.dom.1.Adu C

Ecce dies Domini veniet ſuccenſa ſicut caminus &c. Malac. 4.dom.eadem H

Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te Malach.3.dom.2.Adu. M

Machabeorum.

Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum Patris ſui, & fratrum ſuorum ædificium altum viſu lapide polito,&c.1.Mach. 13.dom.4.Epiph.B

Cum pietate dormitionem accipiunt.2.Machab.12. dom. 5. poſt Epiph.O

Matthæi

Confiteor tibi domine cæli & terræ,&c. Matth. 11. dom.1. Aduent.B

Sicut fulgur exit ab oriente & paret vſq; in occidente Mat. 24.dom.eadem I

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti Matth. 11. dom.2.Aduent.A

Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum

... rum Matth. 5. domiaica eadem G
Beati qui perſecationem patiunsur propter iuſtitiam. Matth. 5. dom. eadem G
Quare nos dicant Phariſæi ieiuaamus diſcipuli autem tui non ieiunant. Matth. 9. dom. 2. Aduent. H
Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit. Matth. 3. dom. eadem I
Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne *Baptiſta. Matth. 11. dom. eadem* k
Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Matth. 10. dom. 3. Aduent. C
A diebus Ioannis *Baptiſtæ regaum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11. dom. 4. Aduent. C*
Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Matth. 11. domin. 2. poſt. Epiph. H
Ecce leproſus adorabat eum dicens. Domine ſi vis potes me mundare. Matth. 8. Dom. 3. *poſt* Epiph. *A*
Dic verbum & ſanabitur puer meus. Matth. 8. dom. ead. G
Reddite quæ ſunt Cæſari Cæſari Matth. 22. dom. eadem I
Qualis eſt hic quia ventum, & mare obediunt ei Matth. 8. dom. 4. poſt Epiph. *A*
Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Matth. 26. domin. eadem F
Simile factum eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo Matth. 13. dom. 5. poſt Epiph. *A*
Beatus es Simon Bariona Matth. 16. dom. 5. poſt Epiph. *N*
Et mittet Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala Matth. 25. dom. eadem N
Ite in ignem æternam Matth. 26. dom. eadem N
Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis Matth. 13. dom. 6 poſt Epiph. *A*
Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Matth. *24. dom. eadem N*
Exijt primo mane conducere operarios in vineã ſuam. Mat. 20. *dom. Sept. A*
Sicut in diebus Noe, ſic erit aduentus filij hominis. Matth. 14. dom. eadem B
Vt videntes non viderent, et audientes non intelligerent. Matth. 8. dom. eadem B
Colligent de regno eius omnia ſcandala. Matth. 13. dom. eadem B
Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi neque erugo neque tinea demolitur. Matth. 6. dom. eadem C
Gaudete & exultate quia merces veſtra magna eſt in cælo. Matth 5. dom. eadem I
Cœlum, & terra tranſibunt verba autem mea non præteribũt Matth. *24. dom. eadem L*
Multi venient ab oriente ab occidente, & recumbent cũ Iſaac & Iacob in regno cælorum. Matth. *8. dom. eadem L*
Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Matth. *7. Dom. & lis. eadem*
Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. dom. ead...
Suſtinete, & in omnibus vigilate, Matth. *26 dom. ſexag. D*
Potens eſt enim Deus ex lapidibus, facere filios Abrahæ Mat*th. 3. dom. Sexag. E*
Quantum ſe glorificauit & in delicijs fuit, tantum date illi tormentorum. Matth. *11. dom. Sexag. k*
Ductus eſt IESVS a Spiritu in deſertum. Matth. *4. dom. 1. Quadr. A*
Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. Matth. *16. dom. ead. I*
Reſplenduit facies eius ſicut ſol. Matth. *17. dom. 2. Qudr. A*
Sunt quidem de his ſtantibus qui non guſtabunt mortem. Matth. *16. dom. eadem B*
Fulgebunt iuſti ſicut ſol. Matth. *13. dom. 2. Quadr. F*
Si patremfamilias Belzebub vocauerunt quanto magis domeſticos eius, Matth. *10. dom. 3. Quadr. k*
Venite benedicti Patris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Matth. *26. dom. eadem L*
Omnis qui audit verba hæc, & non facit ea ſimilis erit viro ſtulto. Matth. *7. dom. 3. quadr. O*
Ambulans IESVS *iuxta mare Galileæ.* Matth. *4. domin. 4. Quadr. C*
Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Matth. *16. dom. eadem D*
Veniſti ante tempus torquere nos. Matth. *8. dom. Paſſ. D*
Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Matth. *21. dom. Pal. A*
Quid enim homini prodeſt ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. Matth. *16. domin. Reſur. C*
Omne debitum dimiſi tibi quia rogaſti me, nonne oportuit, & te miſereri cum ſeruo ſuo. Matth. *18. dom. 4. poſt Paſcha G*
Oportebat filium hominis tradi in manus peccatorum. Matt. *20. dom. Reſur. G*
Surrexit Dominus. Matth. *28. dom. Reſur. A*
Nolite timere eos qui occidunt corpus. Matth. *10. dom. 2. poſt Paſcha E*
Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Matth. *28. dom. Trinit. A*

Marci.

Super ægros manus imponent & bene habebunt. Mar. *16. domin. Sanctiſſimæ Trinit. D*
Ia *nomine meo Dæmonia eycient, linguis loquentur nouis. ib.*
Prædicate Euangelium omni creaturæ. Mar. *16. Dom. ead. E*
Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Mar. *6. dom. 2. Adu. k*
Stupebant ſuper doctrina eius. Mar. *1. domin. infra Octauæ. Epiph. H*
A foro venientes niſi baptizentur non comedunt, & alia multa tradita ſunt illis ſeruare batiſmata calicum vrceorum. Mar. *7. dom. 2. poſt Epiph.* I
Cœpit diuulgare hunc ſermonem, ita vt iam IESVS *non poſſet palam introire in ciuitatem.* Mar. *1. dom. 3. poſt* Epiph. *k*
Spiritus expulit eum in deſertum. Mar. *1. dom. 1. Quadr. B*
Cum audiſſent ſui Chriſtum Ieſum loquentem exierunt tenere eum, dicebant enim quod in furorem verſus eſt. Mar. *3. dom. 3. Quadr. F*

Lucæ.

Erunt ſigna in ſole. & Luna. Lucæ 21. dom. 1. Aduent. A
Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Lucæ 22. Dom. 2. Aduens. k
Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo. Lucæ 1. dom. eadem N
Ego ſum in medio veſtri ſicut qui miniſtrat. Lucæ 22. dom. 3 Aduent. 6
Anno quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris Auguſti. Lucæ 3. dom. 4. Aduent. A
Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ Lucæ 1. Dom. 4. Aduent. B
Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Lucæ 1. dom. eadem K
Quæ non diſcedebat de templo orationibus ſeruiens nocte, & die Luc. 2. dom. infra Oct. Natiuit. A
Et ierunt quidam ex noſtris, & ſic inuenerunt ſicut mulieres dixerant ipſum vero non inuenerunt. Lucæ 24. domin. Reſur. B
Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, Lucæ 2. dom. 1. poſt Paſcha D
Gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pænitentiam agente, &c. Lucæ 15. Dom. 3. poſt Paſcha H
Vt autem ſciatis quod filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata Lucæ. 5. Dom 4. poſt Paſcha E
Videbam Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Lucæ. 10. dom. eadem G
Qua menſura menſi fueritis eadem remetietur vobis. Luc. 6. dom. 5.

dom.5.poſt Paſcha. A
Si in digita Dei eijcio Dæmonia. Lucæ 11. dom. Pent. F
Neminem ſalutaueritis per viã Lucæ 10. dom. San. Trin D
Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Lucæ 1. dom. infra Octau. Nat. C
Fac tibi amicos de mãmonæ iniquitatis. Lucæ 16. dom. ead. G
Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Lucæ 1. dom. eadem G
Genimina viperarum ne ceperitis dicere patrem habemus Abraham. Lucæ 3. dom. eadem H
Hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſumare. Lucæ 14. dom. eadem. F
Regreſſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum. Lucæ 2. dom. infra oct. Epiph. A
Poſt quam conſummati ſunt dies octo Lucæ 2. dom. ead. G
Negotiamini dum venio. Lucæ 19. dom. 2. poſt Epiph. F
Quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes Lucæ 6. dom. 3. poſt Epiph. G
Vade & annuncia regnum Dei. Lucæ 9. dom. eadem H
Si habueritis tantam fidem ſicut granum ſinapis, & dicetis huic monti, tranſi hinc & tranſibit. Luc. 17. dom. ead. k
Ecce Sathan expetiuit uos, & cribraret uos Lucæ 22. dom. 4. poſt Epiph. A
Regnum Dei intra vos eſt. Lucæ 17. dom. Sept. B
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Lucæ 16. Dom. eadem E
Adueniat Regnum tuum Lucæ 11. dom. eadem E
Ecce aſcendimus Hieroſolymam & filius hominis tradetur. Lucæ 18. dom. Quinq. A
Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum Lucæ 7. dom. eadem L
Beatus ſeruus quem dominus inuenerit vigilantem Lucæ 12. dom. 1. Quadr. E
Facta eſt militia cæleſtis exercitus Luc. 2. dom. ead. L
Et facta eſt ſpeciei eius altera. Lucæ 9. dom. 2. Quadr. E
Dicebant exceſſum eius quem completurus erat in Hieruſalem Luc. 9. dom. eadem G
Non enim ſciebat quid diceret. Luc. 9. dom. eadem I
Qui uos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Lucæ 10. dom. 2. Quadr. L
Beati qui audiunt verbum Dei Lucæ 11. dom. 3 Quadr. A
Veſtiebatur purpura, & quotidie epulabatur ſplendide. Luc. 16 dom. eadem D
Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis cum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas. Lucæ 24. dom. 4. Quadr. L
Quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium Regem, &c. Lucæ 14. dom. Palm.

Ioannis.

Magiſter qui tecum trans Iordanem erat, cui & teſtimoniũ perhibuiſti ecce is baptizat. Ioan. 13. dom. 2. Aduentus H.
Qui de cælo venit ſuper omnes eſt. Ioan. 3. dom. eadem I.
Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes, & leuitas ad Ioannem. Ioan. 1. dom. 2. Aduent. A
Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ioan. 5. dom. 3. Aduent. D
Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum ſolum. Ioan. 17. dom. eadem I
Et cœna facta eſt. Ioan. 13. dom. 4. Aduent. B
Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum Ioan. 1. dom. eadem G
Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. ibidem. dom. & litera eadem.
Venit enim lux in mundum, & dilexerunt magis homines tenebras quam lucem. Ioan. 3. dom infra Oct. Nat. D
Hic homo non eſt à Deo qui Sabbatum non cuſtodit, nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Ioan. 9. dom. eadem E
Vidit duos Angelos in albis ſedentes. Ioan. 20. dom. infra Oct. Epiph. k
Et eius voluntatem facio ſemper. Ioan. 8. dom. eadem L.
Nuptiæ factæ ſunt in cana Galileæ. Io. 2. do. 2. poſt Epiph. A
Deſcende priuſquam moriatur filius meus Ioan. 4. dom. 3. poſt Epiph G
Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt Ioan. 20. dom. eadem I
Nemo venit ad patrem niſi per me. Ioan. 14
Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet. Ioan. 12 dom. 5. poſt Epiph. D
Cibus meus eſt vt faciam voluntatem Patris mei Ioan. 4. dom. eadem F
Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere Ioan. 8. dom. eadem G
Ex nobis exierant, ſed non erant ex nobis; nam ſi fuiſſent ex nobis manſiſſent vtique nobiſcum. Ioan. 1. dom. eadem. G
In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ioan. 1. dom. 6. poſt Epiph. G
Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Ioan. 16. dom. eadem G
Hæc ſiquidem eſt vita æterna vt cognoſcant te Deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Ioan. 17. dom. Sept. B
Exiui à Patre, & veni in mundum. Ioan. 16. dom. Sept. D
Pater meus vſque modo operatur & ego adhuc operor Ioan. 5. dom. eadem D.
Si non veniſſem & locutus eis non fuiſſem peccatum non haberent Ioan. 15. dom. Sept. G
Sciens Ieſus quia omnia ei dedit Pater in manus. Ioan. 13. dom. eadem. I
Tunc venit hora vt omnes qui in monumentis ſunt audiant vocem filij Dei Ioan. 5. dom. eadem I
Poteſtatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis eſt. Ioan. 5. dom. eadem I
Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos Ioan. 15. dom. ead. I
In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Ioan. 14. dom. eadem k
Ego poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Ioan. 15. dom. Sexag. L
Vis ſanus fieri. Ioan. 5. dom. Quinq. L
Venit Princeps huius mundi & in me non habet quicquam. Ioan. 14 dom. 1. Quadr. F
Qui ſpernit me, & non accipit verba mea habet qui iudicet eum, quia ex me ipſo locutus non ſum Ioan. 12. domin. 2. Quadr. L
Qui non credit iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine filij Dei. Ioan. 3. dom. eadem L.
Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus Ioan. 14. dom. 3. Quadr. k
Abijt Ieſus trans mare Galileæ, & ſequebatur eum multitudo. Ioan. 6 dom. 4. Quadr. A
Pater meus vſque modo operatur, & ego adhuc operor. Io. 5. dom. eadem B
Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis Ioan. 14. domin 4. Quadr. B
O pueri nunquid pulmentum habetis. Ioan. 21. dom. eadem I.
Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes, Ioan. 8. dom. Paſſ. A
Ambulate dum dies eſt quam diu ſum in mundo hoc, &c. Io. 9. dom. Paſſionis H
Sciens Ieſus quod venturi eſſent, vt facerent eum Regem fugit iterum. Ioan. 6. dom. Palm. C
Ego poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Ioan. 15. dom. 2. poſt Paſcha E
Qui non credit in me iam iudicatus eſt. Io. 3. dom. eadem F
Princeps mundi huius eijcietur foras. Ioan. 12. dom ead. G
Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Ioan. 14. dom. eadem G
Exijt ſermo iſte inter fratres quod diſcipulus ille non moritur.

Digitized by Google

tur. Ioan. 21. *dominica eadem G*

Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus.Ioan.6.dom Pent.F

Pater in me manens ipſe loquitur, & opera quæ ego facio ipſe facit.Ioan.14.dom.Sanctiſſimæ Trinit.H

Stetit IESVS *in medio eorum,& dixit eis pax vobis.* Ioan.20.dom.1.*poſt Paſcha A*

*Ego ſum paſtor bonus.*Ioan.10. *domin.2.poſt Paſcha A.*

*Mundus gaudebit vos vero contriſtabimini.*Ioan.16.dom.3.*poſt Paſcha. A*

Arguet mundum de peccato,& de Iuſtitia. Ioan.16.dom.4.*poſt Paſcha A.*

Cum dilexiſſent ſuos qui erant in mundo in finem dilexit vos Ioan.13.dom.4.*poſt Paſcha.C*

*Si veritatem dico vobis,quare non creditis mihi.*Ioan.8.dom.*eadem D*

*Spiritus enim non erat datus quia Ieſus nondum erat glorificatus.*Ioan.7.*dom,eadem E*

*Pater clarifica me claritate quam habui priuſquam mundus eſſent.*Ioan.17.dom.4.*poſt Paſcha* I

Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Io.14.dom.5.*poſt Paſcha A*

Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit Ioan.14.dom.*Pentec. A*

Vidit illum diſcipulum quem diligebat IESVS Ioan.21.*dominica eadem C*

In principio erat verbum,& verbum erat apud Deum Ioan.1.dom.*Pent.E*

Vnus eſt Magiſter veſter Chriſtus Ioan. 6. *dominica ead. F*

Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, Ioan.8. *dominica eadem k*

*Dabo vobis ſpiritum veritatis quem mundus non poteſt accipere,*Ioan.14.*dom.Sant.Trinit.F*

*Ego ſum lux mundi.*Ioan.8.*dom.ead.*I

Ego ſum via veritas,& vita Ioan.14.Ibidem I

Actorum.

Saule Saule quid me perſequeris. Act. 9.*dominica* 1. *Aduent. E*

Ego oſtendam illi quanta oporteat eum in nomine meo pati. Act.9.dom.2.Adu.E

Viſitabit Deus ſumere populum ex gẽtibus nomini ſuo. Act.15.dom.4.Adu.F

Secta huic vbique contradicitur. Act. 28. *dom. infra Octau. Nat.D*

Hac erat plena bonis operibus, & eleemoſynis quas faciebat Act.9.dom.eadem H

Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei: Act. 14 *Dom.2.poſt Epiph.H*

Ecce video cælos apertos,& Ieſum ſtantem Act.7.dominica Quinquageſima k

Inſanis Paule multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. Act.26.dom.3.quadr.F

Non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciens. Act.14.dom.4.Quad.H

Quid tentatis iugum imponere ſuper ceruices veſtras. Act.15.dom.Palm.E

Et nos vobis annunciamus,eam quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt Act.13.Dom.3.poſt Paſcha k

Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij. Act.5.dom.5.poſt Paſcha G

Ego vado in Hieruſalem ignorans quæ ventura ſint mihi. Act.20.dom.4.poſt Paſcha I

Hic IESVS *qui aſſumptus eſt à vobis in cælum ſic veniet. Act.1.dom.5.poſt Paſcha k*

Ad Romanos.

Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt: ad Rom. 14. *dom.4. Aduent.A*

Vt quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam Patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus,&c.ad Roman.6.dom.infra oct. Nat.E

*Qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Ad Rom.4.dom.3.poſt Epiph.*G

Cui tributum tributum &c.ad Rom.13.dom.ead. I

Si Deus pro nobis quis contra nos ad Rom.8.dom.4.poſt Epiphan. H

Quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam nos adducit. ad Rom.2.dom.5.poſt Epiphan.M

Non auditores ſed factores legis iuſtificabuntur. ad Rom. 3. dom.Septuag.D

*Stipendium peccati mors gratia autem vita æterna. ad Rom. 6.dom.ead.*G. *& dom.Sept.H*

Gentes *fuiſſe inexcuſabiles.ad Rom.2 dom.Sept.*G

Cum enim ſerui eſſetis peccati.ad Rom 6.dom.ead.H

Non eſt volentis neque currentis,ſed Dei miſerentis. ad Roman.9.dom.eadem I

*Vt referat unuſquiſque propria corporis ſui. ad Roman.14. dom.ead.*I

Gentes *ſuper miſericordia honorare Deum.ad Rom.15.dom. Septuag.k*

Vnus eſt Deus I*udæorum, & gentium, diues in omnes qui inuocant illud ad Rom.10.dom.eadem* k

Quomodo enim credent ei quem non audierunt ad Rom.10. domin Sex. A

*Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed nobis omnibus tradidit illum.ad Rom.8.dom.Sexam.*I

His qui ſecundum patientiam operibus bonis gloriam,& honorem quærunt. Ad Rom.2.dom.eadem k

Commendat *autem Deus charitatem ſuam in nobis, &c. ad Rom.5.dom.Q in quag.D*

Nam ipſe Deus pro nobis omnibus tradidit illum ad Rom 8.dom.Quinquag.H

Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt ad Roman.10.dom.ead.L

Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. Ad Rom.8.dom.1.Quadr.B

Non ſunt condignæ paſſiones huius ſæculi ad ſupernam gloriam,quæ reuelabitur in nobis.ad Rom.8.dom.eadem. E

Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt ad Rom.10.dom.1.Quadr.k

Ideo, & *tributa præſtatis ad Roman.* 13. *dominica 4 Quadrageſima A*

Quos præſciuit hos, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij Dei.ad Rom.8.Dom.4.Quadr.H

Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores. ad Rom.2.Dom.Paſſ.D

Nox præceſſit dies autem appropinquauit ad Rom.13.dom. Paſſion. H

*Vbi enim abundauit delictum ibi abundauit,& gratia. ad Roman.5.dom. Reſur.*G

Cupio anathema eſſe pro fratribus meis.ad Rom.9.domin.eadem G

Aliam legem video in membris meis,repugnantem legi mentis meæ. Rom.7.dom. Pent.*H*

Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum,& tradidit eos in deſideria cordis eorum.ad Rom.1.dom.4.poſt Paſcha H

Filio ſuo unigenito non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum.Rom.8.dom.5.poſt Paſcha I

Qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit Rom.13.domin. Trinit.D

Ad Corinthios.

Ecce *myſterium uobis dico omnes quidem reſurgemus, &c. 1.ad Corint.15.dom.1.Adu.L*

Præterijt figura huius mundi.1.ad Corint.2 dom.ead.M

Optimum eſt gratia ſtabilire.1.Cor.15.dom.2.Adu.k

Prædicamus IESVM *crucifixum Iudæis ſcandalum,gentibus autem*

Digitized by Google

autem ſtultitiam.1.Cor.1.dom.3.Aduent. I

Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.1.Cor.1.dom.4.aduent. K

*Qui ſtat uidet ne cadat.1.Cor.10.dom.infra Oct.*Nat.*E*

Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum Iudæis ſcandalum gentibus autem ſtultitiam,1.Cor.1.dom.eadem F.

Si charitatem non habuero nihil ſum. 1. corin. 13. domin. eadem H

Non nuptis,& viduis dico bonum eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut ego.1.Cor.7. Dom.eadem H

Et ſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, nunc tamen amplius cognouimus 2.Cor.5.dom.infra Oct.Epiph.E

An non cognoſcitis voſmetipſos quia CHRISTVS IESVS in vobis eſt 2.Cor.13.dom.eadem k

Et qui nubunt bene faciunt,& qui non nubunt melius faciunt. 1.Cor.7.dom.2.poſt Epiph.B

M*ulieres ſubditæ ſint viris ſuis. 1. ad Corinth. 15. domin. eadem C*

*Periclitamur omni hora, ſed qua hora ad portum perueniendum nobis ſit ignoramus.1.Cor.15.dom.ead.*E

Nonne homines eſtis? & ſecundum hominem ambulatis. 1. Cor.3.dom.5.poſt Epiph.*O*

Ego autem ſum minimus Apoſtolorum 1.Cor.15.dom.6.poſt Epiph.C.

Non alligabis os boui triturantis. 1. Corint. 9. dominic. eadem H

Sic currite, vt comprehendatis.1.Cor.9.dom.eadem H

Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis tanquam à vobis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 2.Cor. 3. domin. Septuag. O

Is qui arat debet in ſpe arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi.1.Cor.9.dom ead.E

*Quia ſicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.1.Cor.15.dom.ead.*H

Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. 2. Cor. 5.dom eadem I

Cum eſſet diues propter nos egenus factus eſt 2. Cor. 8. dom. eadem k

Ex ipſo eſtis in Chriſto Ieſu,qui factus eſt nobis iuſtitia ſanctificatio,& redemptio.1.Cor.1 dom quinq H

*Reuelata facie transformamur in eandem imaginem.2.Cor.3. dom.2.Quadr.*E

H*æc tamen omnia operatur vnus atque idem ſpiritus. 1. Cor. 12. Dom.3.Quadr. k*

Sedit populus manducare,& bibere, & ſurrexerunt ludere. 1.Corinth. O

Ego non ſum arbitratus me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtum.1.Cor.2.dom.Reſur.F

Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, ſcripta non atramento,&c.2.Corinth.3.dom.1.poſt Paſcha C

I*d enim quod in præſenti eſt momentaneum.2.Cor.7.dom.4. poſt Paſcha B*

Nemo Deo ſuadet quia manifeſta ſunt illi omnia. 2. Cor. 5. dom.eadem D

Videmus per ſpeculum in ænigmate. tunc autem facie ad faciem 1.Corint.13 dom.5.poſt Paſcha H

Neſcitis quod templum Dei eſtis vos, & ſpiritus Dei habitat in vobis,1.Cor.3.Dom.Pent.C

Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. 2. ad Cor. 4. dom.S.Trinit H

Gratia vobis,& pax à Deo Patre noſtro,& domino Ieſu Chriſto 2.ad Corint.1.dom.1.poſt Paſcha E

Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis,tanquam ex nobis,2.Cor.3.dom.5.poſt paſcha D

Dei virtutem,& Dei ſapientiam.1.Cor.1.dom. Sanctiſſima Trinit. I

Ad Galatas.

Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. ad Gal. 2. dom. infra Octau. Epiphan. k

Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum &c.ad Gal.5.dom.2.poſt Epiph H

Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis ad Gal.4.dom.1 poſt Paſcha F

M*iſit Deus Spiritum filij ſui in corda noſtra clamantem Abba Pater ad Gal.4.dom.Pent.C*

Ad Epheſios.

Surge qui dormis & exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus.Epheſ 5.dom.infra Oct.Nat. E

*Chriſtum per fidem habitare in cordib.noſtris.Epheſ. 3. dom. infra Oct.*Epiph.L

C*aput autem Chriſti Deus.*E*pheſ.1.domin.2. poſt Epiph.5. dom.2.poſt Epiph. A*

C*aput autem mulieris vir, ſicut caput viri* C*hriſtus* E*pheſ. 5.dom.eadem* C

G*ratia enim ſaluati eſtis per fidem, & non ex vobis. Eph. 2. dom.Sept.*k

I*n charitate radicati,& fundati.Eph.3.dom.Sexag.G*

*Nolite locum dare Diabolo.Eph.4.dom.3.Quadr.*I

Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem. E*ph 6.dom.Palm. D*

*Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei.*E*ph.6.dom.ead.F*

H*oc ſcitote quod omnis impudicus aut immundus aut auarus &c.non habet hæreditatem in Regno* C*hriſti,& Dei Eph. 5.dom Sanct. Trinit.* H

Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo,&c.Eph. 4.dom.4.poſt Paſcha D.

I*pſe enim eſt pax noſtra qui facit vtraque vnum.* E*pheſ. 2. dom.Pent.G*

N*on ſimus veluti paruuli fluctuantes, neque circumferamur omni vento doctrinæ.* E*ph.4.dom.ead.k*

Ad Philippenſes.

Vobis datum eſt pro C*hriſto non ſolum, vt in eum credatis, &c.ad* P*hil.1.dom.2.Aduent.* E

C*hriſtus humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem. ad Phil. 2.dom.4.Adu.k*

Quorum venter Deus eſt,quia gloria eorum in confuſionem, & horror in interitum ſempiternum.ad Phil.3.dom.3.poſt Epiph.C

Ex*inaniuit ſemetipſum ad* Phil.*2.dom.6.poſt* Epiph.C

C*onuerſatio noſtra in cælis eſt. ad Philip.3.domin. 1. Quadrag.* E

Omnia arbitratus ſum vt ſtercora vt C*hriſtum lucri facerē. Ad Phil.3.dom.4 Quadr.k*

I*n lege Domini conuerſatus ſum ſine querela.ad* P*hil.3.dom. 4.Quadr.k*

Omnia enim detrimentum feci, & arbitror, vt ſtercora. ad P*hil.3.dom.pſalm.* H

Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras.ad P*hilip.4.dom.*P*ent. G*

Non enim rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Ad Phil.2.dom.eadem I

Saluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum C*hriſtū, &c.ad phil.3.dom.Reſur.F*

C*upio diſſolui, & eſſe cum* C*hriſto. Ad Phil.1.domin.5.poſt paſcha G*

Ad Coloſſenſes.

*Ego qui gaudeo in paſſionibus meis pro uobis.*C*ol.1. dom. 5. poſt paſcha G*

Ad Theſſalonicenſes.

*Dies domini ſicut fur veniet 1. ad Theſſalonicenſes. 5. domin. 1.Adu.*M

Qui non nouerunt Deum qui non obediunt Euangelio Domini noſtri.

noſtri Ieſu Chriſti 2. ad Theſſalonicenſes 1. domin. Septuag. G
Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendit de cælo, 1. ad Theſſ. 4. dom. Sept. I
Ne forte tentauerit vos is qui tentat 1. ad Theſſ. 3. domin. 1. Quadr. F

Ad Timotheum.

Non in tortis crinibus, auro, margaritis, vel veſte pretioſa ornantes ſe. 1. ad Timoth. 2. dom. 2. Aduent. M
Rogaui te, vt remaneres Epheſi, vt denunciares quibuſdam ne intenderent genealogiis, & fabulis non enim ille qui ſe ipſum commendat probatus eſt, ſed quem, Deus commendat. 1. ad Timoth. 1 dom. ead. O
Viduas honora quæ vere viduæ ſunt. 1. Ad Timoth. 5. dom. infra Oct. Natiu. H
Quæ verè vidua eſt ſperat in Domino, & inſtet orationi die ac nocte 1. ad Timoth. 1. dom. ead. H
Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti ſcimus. 1. Ad Timoth. 6. domin. 4. poſt Epiph. H
Potens eſt enim depoſitum meum ſeruare in illum diem iuſtus iudex. 2. ad Timoth. 1. dom. Sept. C
Siquis ſe emundauerit ab his, erit vas ſanctificatum in honorem vtile Domino ad omne opus bonum paratum. 2. Ad Timoth. 2. dom. eadem G
Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in illa die dominus iuſtus iudex. 2. ad Timoth. 4. Dominica. Eadem. I
Cauteriatam habentes conſcientiam 1. Ad Timoth. 4. dom. Sexag. F
Habentes quidem pietatis ſpeciem, virtutem autem eius penitus abnegantes 2. ad Timoth. 3. dom. eadem,
Formam habe ſanctorum verborum, 2. Ad Timoth. 1. dom. 1. Quadr. A

Ad Titum.

Iuſte & pie viuamus in hoc ſæculo expectantes beatam ſpem & aduentum magni Dei. Ad Tithum. 2. domin. 2. poſt Epiph. E
Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior. 1. ad Tit. 5. dom. 3. poſt Paſcha. L

Ad Hebræos.

Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Ad Hebr. 9. dom. 2. Adu. E
Omnia portans verbo virtutis ſuæ Hebr. 1. domin. 2. poſt Epiph. G
Fide muri Iericho corruerunt, Hebr. 11. domin. 3. poſt Epiph. K
Exauditus eſt pro ſua reuerentia Hebr. 5. Dominica Sexageſ. B
Et ipſe longanimiter ferēs adeptus eſt repromiſſionem. Heb. 6. dom. eadem. K
Tentatus per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Hebr. 4. dom. 1. Quadr. F
Non enim habemus Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris. Hebr. 4. dom. eadem F
Sine fide impoſſibile eſt placere Deo Hebr. 11. dominic. 2. Quadr. L
Habemus Pontificem confeſſionis noſtræ IESVM qui fidelis eſt ei qui fecit illum &c. Hebr. 3. domin. 2. poſt Paſcha B

Iacobi.

Omne bonum deſurſum eſt deſcēdens à Patre hominum. Iac. 4. dom. 1. Aduent. A
Poſtulet autem in fide nihil hæſitans Iacobi 1. dom. infra Oct. Natiuit. A
Multum valet apud Deum Oratio iuſti aſſidua. Iacob. 5. domin. eadem H
Petitis, & non accipitis eò quod male petatis. Iac. 4. Dom. 3. poſt Epiph. D
Suſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras, Iacobi. 1. dom. 5. poſt Epiphan. D
Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum. Iacob. 1. domin. Quinquag. M
Tentat quidem Deus erudiens ad bonum quia intentator malorum eſt. Iac. 1. dom. 1. Quadr. F
Ira iuſtitiam Dei non operatur. Iacobi 1. dominica primæ Quadrageſ. I
Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis Iac. 5. dom. 2. Quadr. D
Reſiſtite Diabolo & fugiet à vobis. Iacobi 4. Domin. 3. Quadr. M
Eſtote factores verbi & non auditores tantum. Iacobi 1. dom. Paſſ. D
Quia omne gaudium huius mundi, lætitia eſt cordis immundi Iac. 4. dom. 3. poſt Paſcha. L
Qui enim offenderit in vno factus eſt omnium reus. Iac. 2. dom. 4. poſt Paſcha F.

Petri.

Adueniet dies in quo cæli magno impetu tranſient 2. Petr. 3. dom. 1. Aduent. M
Erat IESVS in dextera Patris deglutiens mortem. 1. Petri 3. Dom. 2. Aduent. D
In hoc vocati eſtis, in hoc baptizati eſtis. 1. Petri. 2. domin. eadem E
Humiliamini ſub potenti manu Dei. 1. Petri 5. domin. 3. Aduent. E
Quaſi inferiori vaſculo impertientes honorem. 1. Petr. 3. dom. 2. poſt Epiph. 3.
Non tardat Dominus promiſſiones ſuas, ſed patienter agit propter vos nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2. Petri 3. domin. 5. poſt Epiphan. L
Cum ipſi ſint ſerui corruptionis 2. Petri 2. dom. Sept. H
Proiicientes in eum omnem ſolicitudinem quia ipſi eſt cura de nobis. 1. Petri 5. dom. eadem I
Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. 1. Petri 4. Dom. Quinq. C
Superbis Deus reſiſtit humilibus autem dat gratiam ſuam 1. Petri 5. dom. 1. Quadr. I
Non doctas fabulas ſecuti, notam vobis facimus Domini virtutem, 2. Petri. cap. 1. dom. 2. Quadr. E
Melius fuiſſet non cognoſcere viam iuſtitiæ quam poſt agnitionem retrorſum conuerti 2. Petri 2. dominic. 3. Quadrag. N
Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum quoniam ipſi eſt cura de vobis 1. Petri 5. dom. 4. Quadr. H
Credentes exultabitis lætitia inenarrabili 1. Petr. 1. dom. 5. poſt Paſcha G
Cæli ardentes ſoluentur. 2. Petri 3. dominic. 3. poſt. Paſcha C.
Si Spiritu ſancto inſpirante qui eſt digitus Dei, locuti ſunt S. Dei homines 2. Petri 1. dom. Pent. F

Ioannis.

Filioli diligite alterutrum 1. Ioann. 2. Domin. 2. Aduentus I
Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. 1. Ioan. 2. dom. 3. Aduent. H
Ipſe enim eſt propitiatio pro peccatis noſtris 1. Ioan 2. dom. infra Oct. Nat. B
Chriſtus enim venit per aquam & ſanguinem 1. Ioan. 5. dom. 3. poſt Epiph. E

Dei

Dei eſſe peratores ſumus 3.Ioan.dom.Sept.D

Quia ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. 1. Ioan.3.dom. eadem I

Scimus quia cum apparuerit ſimiles ei erimus. 1.Ioan.3. domin.2. *Quadrag. E*

Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eod. 1. Ioan.4 dom.3.*Quadr.* L

Qui nouit Deum nouit nos qui non eſt ex Deo non audit nos. Ibidem.

Ille eſt propiciatio pro peccatis noſtris. 1. Ioan.2. domin.5. *poſt Paſcha F*

*Quoniam prior dilexit nos.*1.Ioan.4 *dom.eadem I*

Vnctio eius docet vos de omnibus. 1. *ioan.* 2. *Dominic.Pentecoſt. F*

Iudæ.

*Ecce veniet Dominus in ſanctis millibus.&c. Iuda.v.*15.*domin.* 1. *Adu. k*

Apocalypſis.

*Ecce terræ motus factus eſt magnus, & ſol factus eſt niger. Apoc.6.dom.*1.*Aduent. D*

*Mare iam non eſt.Apoc.*21.*dom.ead* G

*Vidi aliud ſignum in cælo magnum, & mirabile. Apoc.*15.*domin.eadem H*

*Opera eorum ſequuntur illos. Apocalip.*14.*dominic.* 2. *Aduent. A*

Primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terræ. Apoc. 1.*Dom. eadem* E

*Vide ne feceris conſeruus enim tuus ſum. Apoc.*22.*domin.*2. *Aduent.N*

*Scio opera tua quia nomen habes quod viuos, & mortuus es. Apoc.*3.*dom. infra Oct. Nat.* H

*Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare, & ſuper terram leuauit manum ſuam ad cælum.Apocalyp.*10.*domin.* 2. *poſt* Epiph. *E*

Habebat *falcem in manu ſua acutam, & dictum eſt ei, mitte falcem tuam, & mete, &c. Apocalip.* 14. *domin.* 5. *poſt* Epiph. *N*

*Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo. Apoc.*21.*dom.Sept.B*

*Quia ecce ego venio cito, & merces mea mecum eſt dare vniuique ſecundum opera ſua. Apoc.*22.*dom.ead. I*

*Virgines ſequuntur agnum quocunque ierit. Apoc.*14. *dom. Sexageſ. k*

Remiſſius erit terræ Sodomorum quam tibi. Apocalyp. 18 Ibidem

Ipſa vero ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo. Apoc. 21.*dom.Quinquag.*H

Beatus qui audit, & qui legit verba prophetiæ huius, protinus adiecit, & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt. Apoc. 1. *Dom.*3.*Quadr.O*

*Et regnabunt cum Chriſto mille annis. Apocal.*20.*dom.* 4. *Quadr.* H

*Et palma in manibus eorum.Apoc.*7.*dom.Palm. G*

*Sciens quia modicum tempus habet. Apocal.*12. *dom.*3.*poſt Paſſion.C*

*Et draco ſtetit ante mulierem quæ erat particula, & cum peperiſſet filium maſculum. Apocalyp.*12.*dominic.* 3. *poſt Paſchak*

Lucerna *eius eſt agnus. Apocalypſis.* 21. *dominic.*4. *poſt Paſcha D*

*Iris in circuitu ſedis. Apocalypſis.*4.*domina.* 5. *poſt Paſcha. F*

*Vidi in medio throni agnum ſtantem tanquam occaſum.Apocal.*5.*dom.Reſur.F*

*Iris erat in capite eius.Apoc.*19.*dom.*1.*poſt Paſcha C*

Eſdræ.

Ex *omni ſylua terræ, & ex omnibus arboribus eius elegiſti Vineam vnam, & ex omnibus floribus orbis elegiſti tibi lilium vnum.*4. Eſdr.I. *domin.infra Oct.Nat.B*

Magna *eſt terra, & excelſum eſt cælum, & velox curſus ſolis.*3.*Eſdr.*4.*dom.Paſ.* C

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM
IN INSTITVTIONIBVS LITERALIBVS CONTENTARVM.

A

ARiſtoteles de myſterijs Sacræ Scripturæ cogitauit,& cum quodam Iudęorum tractauit. Dom.1. Aduent. A

Arundo cum ſit vacua nullam habet virtutem & ideo leuiſſimo vento inclinatur Dom.eadem. k

Adamas quare precioſior eſt ſmaragdo. Dom.eadem. N

Aſael curſor fuit velociſſimus quaſi vnus de capreis quæ morantur in ſyluis. Dom.3. Aduent. A

Abimelech molæ fragmine quod mulier de turri deiecerat non minori dolore quam ignominia occiſus interijt. dom. eadem. A

Ante aduentum Meſſiæ omnia magnum præſeferebant mærorem & triſtitiam, ſed poſtquā venit in mundum, omnia fauſta, omnia lucida omnia iucunda dom. Eadem. B

Auguſto Cæſari redeunti victore quidam coruum obtulit, qui edoctas voces referebat. Salue victor Cæſar Auguſto, cuius poſtea fraus eſt detecta dom. eadem. C

Angelicam vitam non humanam Iudæi videntes ducere S. Ioannem Bapt. C

Chriſtum illum eſſe putabant. Dom. 2. Aduent. D

Auguſtus Cæſar poſt Chriſti Natiuitatem quindecim annis vixit. Dom. 4. Aduent. B

A diebus pænitentiæ homo Chiſtianus quibus in cælum per pænitentiam greſſus conuertit annos computare debet dom. eadem. C

Ad B. Ioannem Capiſtranum literæ Regiæ dom. eadem. G

Alexander Lituanorum Dux iam morti appropinquans victor ex Tartaris gratias agens Deo pro victoria ad ſuperos euolauit. dom. infra oct. Natiuit. D.

Acquirendæ ſapientię modus triplex inueſtigari poteſt. dom. infra oct. Epiph. A

Ad quid eſt peculium vide cauſas & rationes huius rei. dom. & lit. eadem

Anima habet palatia ſua interiora, in quibus ſe occupat per intellectum. dom. eadem. E

Ariſtippus Philoſophus quod reſponſum dederit militi cuidam ſibi exprobranti in periculo maritimo dom eadem. F

Antigoni Regis miles quidam qualis fuerit, dom. & lit. eadem.

Adhuc in puerili ætate Boleslai Polonorum Regis enituit, in quam magnanimum virum eſſet euaſurus Dom. eadem H. quod idem apparuit, in Ladislao puero Vngariæ Rege.

Anaxagoras Philoſophus ſciens ingenia adoleſcentum nimio ſtudio frangi, voluit recreatione ad alios nouos labores agiliore fieri dom. 2. poſt Epiph B

Alphonſus Rex Hiſpaniarum magno apparatu Neapoli nuptias fecit filiæ ſuæ nouiter nuptæ Friderico 3. Imperatori Dom. 2. poſt epiph. B

A quo tempore Scipio inceptus eſt appellari Africanus. dom. eadem. H.

Adrianus Imperator mędicinæ ſtudioſiſſimus hæc verba ſuo ſepulchro inſcribi voluit Turba męchiorum perdidit Cęſarem dom. 3. poſt epiph. B

Anno 1535 tanta vis locuſtarum per vagata eſt Poloniam vt volantes ſolis aſpectum adimerent humi verò ſtrate ęquorum vngulas craſſitudine ſuperarent. dom. 4. poſt Epiph. F

Auguſtus Cæſar cum globo, & rem prigebatur dom. eadem. F

Ageſilaus Rex Lacedæmoniorum quomodo euaſit ex obſidione magna cum paruo ſuo milite dom. eadem. G

Afflictiones quæ Dei voluntate obueniunt nullum turbare debent. dom. eadem. G

Agriculturam quidam ex republica extirpate contendunt, & hoc ob ignorantiam Aſtronomiæ. dominica 5. poſt Epiph. B

Agricultura multa beneficia adfert Reipub. ſed pręcipuè illa tria bonum ſunt vtile honeſtum, & iucundum. dom. & lit. eadem.

Agriculturæ qui nauabant operam. ibi.

Alciatus depinxit ſtatuam vnam manutenentem faſciculum ſpicarum altera verò piſcem dom. 5. poſt Epiph. A

Agricultores inquas dignitates fortuna euecti ſunt. dom. 5. poſt Epiph. B. C

Athenienſes multum blandiuntur agricolis dom. 5. poſt Epiphan. D

Ab ijs quos natura ſignauit cauendum eſt. dom. 6. poſt Epiphan. A

Apud Græcos in illa famoſſima Athænarum Academia propoſita fuit quæſtio. Quidnam eſſet maximum ſimul & minimum dom. eadem. C

Alegoria accipitur in ſcripturis pro rebus grauioribus. dom. Septuag. B

Ab initio non fuit nummorum vſus ſed commutatio rerum. dom. Septuag. C

argentum & es quis primo ſignauit. dom. eadem. C

agriculturæ amatores qui & quales fuerunt. dom. eadem. E

auctor peccati diab. A fuit auctor autem iuſtitiæ Chriſtus Ieſus dom. eadem. H

audientia denegare Principibus ſuis ſubditis valde vituperabile eſt dom. Sexag. A

Antigonus quamuis fuerit ſuperbus ambitioſus auarus crudelis &c. nihilominus tamen ſubditi vitam eius diſſimulabant eique fideliter ſeruiebant propter hoc vnicum quia facilis erat ad concedendas audientias dom. Sexag. A

Ariſtoteles dicit ceruos erectis auribus acerrimum auditum habere dom. Sexag. A

amor meus inquit Auguſtinus eſt pondus meum dom. Sexag. B.

antiqui dicebat Regibus longas eſſe manus dom. eadem. E

annulo lex Dei propter quas cauſas comparari poteſt. dom. Quinquag. A

Annulus digito auriculari proximo ideo teſte Iſidoro inſerebatur quod in eis vena quædam reperiatur quæ vſque ad cor peruenit. dom. eadem B. cuius reidantum & aliç rationes ibidem.

aurum rerum & Alchimicum quemadmodum reperitur, hic pænitentia alia eſt vera alia falſa dom eadem. C

amiaton lapis inquinari non poteſt quod ſi flammis inijatur ignoſcere quidem videtur in pruinam verti ſed ex flammis extractus videtur quaſi aqua perpurgatus dom. Quinquag. H

Antonius Abbas Alexandrinus quem dicere ſolitum ferunt, non expedire Chriſti ſeruis eorum qui ſæculo ſeruiunt domos frequentare. dom. 1. Quadrag. E

atheiſtarum eſt talis perfectio comodere bibere de Deoque nihil cogitare nec de futura ſalute nullam enim poſt mortem futuram aſſerunt eſſe voluptatem dom. 2. Quad H

apud Romanos erat quidam magiſtratus libripins dictus dom. 3. Quad. B

agricolæ ſi frumenta domi incluſa detinent vermibus in eſcam ſeruant ſi verò diſperſerint in terras non modo cuſtodiunt ſed etiam augent dom. 3. Quad L.

alterando veritas ammitritur quando vnus inflatur pro altero aduerſus alterum dom. Paſſionis. E

aliter

Digitized by Google

In Inſtitutionibus Literalibus.

Aliter eſt ex pietate in Chriſtum Dominũ faiendum, quam quod dicet atque præcipit in ſuis legibus Licurgus dom. Reſurrectionis C

Alexandri Regis Polonorum in clerum pietas & amor.dom. eadem G

Ariſtoteles cui comparauit æternitatem domin. 1.poſt Paſca L. D

Alcyon auis quia media hyeme nidificat.dom.eadem.L. D

Ad pacem quæ & quod ſemitæ dom.eadem.L. F

Ad rectam cuiuslibet reipub.gubernationem duo neceſſaria eſſe videntur, leges ſcilicet ac ſtatuta recta,& ſolers atque induſtrius adminiſtrator.Dom.2.poſt Paſcha A

Alexander Imperator dicebat nullum aptum eſſe ad gubernãdam rempublicam qui neſciret Domum ſuam vxorem & filios regere.dom.eadem. L. B

Adrianus Imperator monebat Prouinciarum rectores vt ab auaritia abſtinerent dom.eadem L.B.

Antigonus Rex Macedoniæ quendam militem pauperem fortiter cum inimicis dimicantem ditaſſe poſtea vidit omnes occaſiones in bello dimicandi ſubterfugere. dom. eadem L. C

Ageſilaus Rex Lacedæmoniorum ſcribit Plutarchus quomodo perditiones vicinorum ad bellum voluit pertranſire dom.4.poſt Paſcha L. C

agat Rex Amalechitarum quid de morte dixerit, dom. eadem.L. D

arguere peccata Chriſti officium eſt.dom.eadem L. E

architecti, cæleſtis Spiritus Sanctus quod eſt officium dom. eadem.L. F

Arguit Spiritus Sanctus Iudices dom.eadem. L.G

Arguit mundum dom.eadem L.eadem.

Anima noſtra planta eſt,quæ vix oritur ſtatim ad ima ad terram tendit.dom.5.poſt Paſcha L. B

a Diabolo ab idolis non eſt petendum quidpiam dom.5.poſt Paſcha.L. E

amor Dei eſt velluti gutta quæ transfodiendo cor confirmat illud in obſeruantia præceptorum Dei dom.Pent.L.B

aures quare in veteri lege iuſſit Deus fibula perforare dom. eadem.L. F

Auguſtus Cæſar Romam deſtructam in priſtinum ſtatum, & ſplendorem reſtituit dom.SS.Trinitatis L.E

amauit nos Deus antequam in noſtris naturis eſſemus dom. 5.poſt Paſcha.L. I

B

BOleslaus III.Polonorum Rex obduratos animos Dialogis en ſinm quamuis armis domare potuiſſet tamen amica cunctatione & vlterioris vindictæ prolongatione emolire decreuit.dom.1.Aduentus L. B

Boleslaum I.Regem Poloniæ per totum annum Polonia doluit.dom.eadem L. E

Boleslaus audax Rex Poloniæ quare interigit regnoque priuatus eſt.dom. 2.Aduentus.L. C

B.P.Franciſcus vnica veſte eaque rudiet impolita vtebatur. dom.eadem L. M

Boleslai III. Polonorum Regis Glogouiæ ab Imperatore obſeſſi quod legati ab Imperatorem miſſi fecerunt dom. eadem.L. O

B.Ioannes Capriſtranus Ordinis Minorum de obſeruantia non temere in Regnum Poloniæ venit ſed miſſus à Nicolao Pont.Romano dom.4.Aduentus L. G

Baptiſmum Ioannis ſi quis dicit eandem vim cum baptiſmo Chriſti habuiſſe anathema eſt.dom.eadem.L. G

Baptiſmus Ioannis Baptiſte quare ſit dictus baptiſmus pænitentiæ in remiſſionem peccatorum ſi eam remiſſionem non conferebat dom.eadem.L.G. & H

B. Maria Virgo martirium eſt paſſu. domin. infra octaua Natiuit. L. E

Boleslaus III.Polonorum Rex deuotiſſimus ad S.Egidij ſepulchrum quod eſt in Narbonenſi Galia peregrinauit. dom.infra oct.Epiph.L C

Boleslaus V.Polonorum Princeps vna cum Cunegunda vxore ſua beata perpetuam vouere continentiam dom.2.poſt Epiph. B

Quod idem legitur de Henrico II. Imperatore qui cum ſua conſorte Cunegunda perpetuam ſeruauit virginitatem qui poſtea in Sanctorum numerum relati.ibi.

Beata V.Maria petitione ſua in Cana Galileæ ad Chriſtum facta confundit omnes Arianus, & eorum iniquas calumnias atque opiniones dom.eadem.F

Boleslaus Rex Poloniæ tres columnas ferreas victoriæ monumentum & Poloniæ limites poſuit.Anno 1003.dom.4. poſt Epiph. I

Bamba ab aratro electus eſt in Hiſpanorum Regem dom.5. poſt Epiph. C

Boleslaus Pudicus Polonorum Monarcham oneroſus fuit nobilitati propter crebras venationes dom.Sept. E

Boleslaus Polonorum Rex crudeliſſimus fuit felici ſucceſſu militiæ euectus ſub cuius imperio ob necem S. Stanislai corona Regno perdita eſt.dom.6.poſt Epiph. G

Boleslaus Pudicus Polonorum Monarcha poſt cedem rebellis Fratis ſui ſpurij cilicio indutus ieiunauit & longas peregrinationes ſuſcepit dom.1.Quadrag.G

Beati qui Spiritualiter in corde concipiũt verbum Dei,quod fit audiendo.dom.3.Quadrag.O

B. Ioannes Capiſtranus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia prædicator fuit feruentiſſimus, & feliciſſimus vitæque ſanctimonia ad mirabilis in eo enituit dom. 4. Quadrag.L. M

Bonum eſt ex integra cauſa, malum autem ex quocunque. defectu.dom.paſsionis C

Boleslaus III.Polonorum Rex liberaliſsimus fuit teſte Cromero.dom.palmarum.E

Benedictus fuit qui venit in nomine patris ſui ſcilicet Saluator noſter, vt nos ab æterna mortis vinculis liberaret,dom. eadem. K

Boleslaum primum mortuum Polonia vno toto anno tam felici principe orbata luxit dom.Reſurrectionis.L.C

Beneficia quæ, & qualia diſcipulis ſuis Chriſtus Dominus dederit iturus ad patrem. dom.4.poſt paſcha.L.C

C

COruus communiter cantando videtur dicere cras cras, quod eſt ſymbolum negligentiæ. domin. 1. Aduentus L. D

Cæleſtium ſpirituum agmina præcedẽt Chriſti Domini aduentum pro futuro iudicio tanquam ducem milites dom. eadem.

Conſaluus magnus qui antea primus fuit in acie Ferdinando Regi Hiſpaniarum paccato ob viam cum ſuo exercitu veniens vltimus omnium ad apprehendendam Regis dexteram venit.dom.eadem L.K

Cur dies Iudicij dicitur dies Domini dom.1.Aduent.L.M

Celeſtis medicus Deus omnipotens animæ hominis per peccatum de prauatæ ſagita dedit ſuam velut in Pharmaca immortalitatis.dom.2. Aduentus A.

Columbinus aſſociatis ſibi è Religionis ſeraphicæ Fratribus Indias ad inuenit,quartam ſcilicet partem mundi dom.2. Aduent. B

Concupiſcentia carnis B. Ioannem Baptiſtam in carcerem detruſit,& ſuperbia vitæ eum decolauit domin.2. poſt paſcha. C

Cæteri Sancti prius naſcuntur in mundum poſtea Sanctificantur Diuus autem Ioannes prius fuit ſanctus quam naſceretur dom.3.poſt paſcha. E

Chriſtus Dominus triginta annorum erat cum à Ioanne Bapt.eſt baptizatus dom.4. Aduent. B

Chriſti Domini & S.Ioannis Baptiſtæ ſub Pilatu incepta eſt prædicatio.dom.eadem. B

Computatio annorum antiquitas numerabatur ab aliquo feliciſsimo euentu vel famoſiſsimo opere domin. 4. Aduentus. B

Camerarij officium eſt cuſtodire theſauros concreditos ſibi. dom.eadem. E

Cum Eliſabethæ neptis Caſimiri Poloniã Regis nuptiæ celebrarentur Grecis quindecim Reges in eis adfuare dom.2. poſt Epiph. B

Chriſtus ſua præſentia nuptias condecorare voluit. dom. eadem. D

Cum Chriſtus Dominus mutat aquam in vinum vnico ſuo verbo quomodo non poteſt panem in ſuum corpus muta-

præter communem opinionem Caluiniſtarum domin. eadem. F

Communiter diuitias ſequitur ſuperbia, luxus ocium, ambitio cæteraque vitia dom. 3. poſt Epiph. A

Caro humana quare multiplicitet ſitit Deũ dom. 3. poſt Epiphaniam. C

Colores boni qui decent homines Chriſtianos domin. eadem. E

Chriſtus Dominus non ſolummodo gratia Dei Patris omnipotentis ſacerdos erat, verum etiam legitima electione ad officium ſacerdotale fuit ordinatus teſte Caſſaneo. dom. eadem. k

Cum Deus miſeretur aut aliquod elargitur facit hoc ex mera liberalitate ſua propter ſeipſum dom. & lit. eadem.

Centurionis verus amor in ſeruum, & humilis ad Chriſtum ſupplicatio ſanauit puerum eius dom. eadem. M

Ciuis Athænienſis cum Philoſopho Lacedemonenſi amico ſuo factum. domi. & lit. eadem.

Columbinus Indiarum inuentor multoties in mari ſudauit fuitque in ſummo vitæ periculo, dominica quarta poſt Epiph. E

Conſtantini Magni temporibus Eccleſia Catholica quamuis in ſumma tranquilitate fuit tamen ab Arianorum ſecta valde eſt agitata. dom. eadem. E

Chriſtus Dominus toto vitæ ſuæ tempore paupertatem coluit dom. eadem. G

Chriſtianorum nonnuli quare grana putrida dici poſſunt dom. 5. poſt Epiph. E

Cum Deus malos tollerat in hoc mundo, & propter bonos, & propter ipſos malos hoc facit expectans meliorem vitæ frugem. dom. eadem. E

Cromerus quod ſcripſit de Caſimiro 2. Polonorum Rege. dom. 6. poſt Epiph. F

Cæleſtis Pater familias liberaliſſimus eſt ita quod promittit nobis acquirere in cælo poſſeſſiones infinitas domin. Septuag. D

Communis eſt omnium doctorum ſententia per denarium diurnum gloriam cæleſtem ſignificari dom. Sept. E

Cur S. Petro oſtenſum fuit linteum in quo quadrupedia, & ſerpentia terræ & volatilia cæli concluſa iuſſa ſunt occidi, & manducare contra omnem poſſibilitatem domin. eadem. k

Chriſtus Dominus non ſolum in terra bona ſed etiam in terra petroſa dura & ſterili immò etiam inter ſpinas iacit grana doctrinę ſalutaris dom. Sexag. E

Cor durum hominibus petræ dixit ſimile eſſe Dominus noſter. dom. eadem. G

Cum Deus pręceperit legem ſuam in digitis ſuis ligare, & in tabulis cordis ſcribere quomodo ergo lex in digitis ligari poteſt. dom. Quinquag. A

Cæcus dicens ad Dominum illa verba Ieſu fili Dei viui miſerere mei Chriſtum D. verum Deum & hominẽ eſſe expreſſit dom. eadem. k

Cor eſt magiſter linguæ. dom. 1. Quad. A

Cur tam multi piorum hominum magis coluere loca deſerta quam inter homines conuerſari elegerunt. domin. 1. Quad. D

Claritas in facie Chriſti Domini tempore ſuę glorioſæ tranſfigurationis an dos dici poſſit dubitant nonnulli dom. 2. Quad. E

Chriſtus Dominus rectè dicitur candor lucis æternæ & figura ſubſtantiæ Patris. dom. eadem. F

Cum mundus minabatur ruinam tunc S. Petrus priuatum quæſiuit dom. 2. Quad. H

Commune id eſt ſpiritus nequam quod ſeipſos odio proſequantur & vnus contra alium malitioſe agit in eo tantum omnes concordant vt hominibus noceant domin. 3. Quadrag. H

Catholici qui ſunt verè Catholici perſecutionibus Hereticorum illuſtriores fiunt dom. 4. Quad. D

Cerebro deſſiciente aut ex hauſto oſſium etiam medullæ exhauriuntur dom. Paſsionis. B

Calumniatores canino dente corripientium doctrinam lacerant. dom. eadem. C

Chriſti Domini manſuetudo tanta fuit vt ei nunquam ſimilis reperiantur. dom. eadem. F

Chriſtus in quantum fuit homo quia eius anima conſtituta fuit in gratia, & fruebatur obiecto beatifico nullo modo poterat mentiri & peccare dom. Paſsionis. G.

Chriſti Domini manſuetudo non ſolum eſt arbor viua, & vitæ ſed etiam eſt nuntius vitæ illæ quæ in paradiſo erat dom. Palm. B

Cor eſt ſedes lætitiæ atque triſtitiæ. dom. Reſur. L. A

Cornes edoctus Auguſto victori gratulatur his verbis ſalus victor Cæſar Auguſte. dom. eadem. D

Conſcientia axis eſt & quare dom. 1. poſt Paſcha. A

Chriſtus Dominus cum conſtituiſſet ſuam rempublicam iuſſit Chriſtianis etiam inimicos diligere. dom. eadem. A

Cæli qui enarant gloriam Dei ſunt Apoſtoli domin. eadem. F

Caſsiodorus florem eſſe ait lætitiam domin. 3. poſt Paſcha. A

Ceſſante homine ceſſabit motus cælorum. dom. eadem. O

Cum omnia in mundo modico durant ideo etiam Chriſtus Dominus modicum nobiſcum dum inter nos conuerſaretur eſſe voluit dom. eadem. F

Cauendus eſt mundus & lętitia eius. dom. eadem. H

Concilium Moguntinenſe decreuit quid ſit faciendum cum falſificatoribus æqui ponderis & menſuræ dom. 4. poſt Paſcha. A

Chriſtum Dominum quare euntem ad Patrem diſcipuli non interrogauerunt qualiter ſit eandem ad ęternam gloriam. dom. eadem. L. C. & L. D

Chriſto Domino quare credendum eſt. dom. eadem. F

Conſolatio natura & opportuna eſt quę tempus nec anteuertit nec etiam differt. dom. 5. poſt Paſcha. A

Cum magna fiducia orandum eſt exemplo Dauidis domin. eadem. F

Cunegundis vxor Boleslai ſuis pijs precibus Poloniſà Deo obtinuit Sal. Dom. eadem. F

Chriſtus eſt mediator non ſolum inter Deum, & homines, ſed etiam inter Deum & Angelos dom. eadem. G

Chriſtus in forma Dei æqualis eſt Patri in forma autẽ hominis minor eſt Patre. dom. Pent. I

Carolus magnus cum exercitu vindicaturus Leonis III. Pontificis qui ab inimicis captus erat iniuriam properauit Romã ibi in die natalis Domini nihil ſperans à Leone Pontifice eſt coronatus ab omnique populo pijſsimus acclamatus. dom. SS. Trinitatis. D

D

DVo ſunt maximè neceſſaria cuilibet principi potentia ſcilicet, & ſapientia dom. 1. Aduent. B

Deus cum miſeretur tunc quieſcit dom. 1. Aduent. C

Deus antequam puniat prius quaſi dolore compungitur. dom. eadem. E

Deus creauit infernum tanquam carcerem damnatorum. dom. eadem. H

Diaboli vincula ferrea, & ignita ſunt quibus ligat miſeros peccatores dom. 2. Aduentus. A

Diuus Ioãnes poſtquam ſurrexit per gratiam Dei nunquam amplius cecidit per ſeipſum dom. eadem. k

D. Hieronymus rudi tunica induebatur. dom. eadem. M.

Diuitijs bonorum operum multoties doctiſsimi carent. dom. 3. Aduentus. A

Difficultas eſt inter doctores an illos Sacerdotes, & leuitas ad S. Ioannem Baptiſtam, miſſos Iudęi ex amore vel etiam inuidia miſerint. dom. eadem. B

D. Ioannes Baptiſta erat lux quodam modo per quam facilitaretur intellectus hominum ad credendum myſteriũ incarnationis. dom. eadem. k

D. Ioannes Bapt. quia multum ſe abiecit ideo multum eleuatus eſt ibidem

Dauid deteſtabatur proprium peccatum domin. infra oct. Nat. D

Diuus Martinus duodecim annorum puer ſe cathechumenum fieri poſtulauit dom. infra oct. Epiph. D

Diuagatio ſenſuum, niſi quis cito ad ſe reuertatur noxia eſt. dom. eadem. E

Deus omnia operatur in tempore opportuno dom. 2. poſt Epiph. D

Duobus modis vrbs aliqua capi poteſt vi atque inſtrumentis bellicis

belicis aut etiam muneribus.dom.3.poſt Epiph.A
Duæ potiſſimum cauſæ ſomni a Phiſicis dantur aſcenſus ſcilicet vaporum ad cerebrum,& fatigatio corporalis.dom.4.poſt Epiph.G
Diuinorum beneficiorum gratitudo in meditatione pia perutilis eſt,& neceſſaria.dom.6.poſt Epiph.A
Doctrina omnium æconomorum chriſtianorum eſt non litere appetere infinitas poſſeſſiones.dom.Septuag.C
Duces milliniæ ſtrenui aliquod fuerunt qui exercitum ſuum peribant,& primo omnium fortiter dimicabant.dom.in.Quinquag.E
Dijs & ſacerdotibus non eſſe detrahendum docebat Chriſtus.dom.ead.E
Differt Dominus Deus dare,vt non ſit vile,quod datur.domin.eadem L
Duo potiſſimum habet officia cor in homine.dom.1.quad.A
Deſertum ſpirituale eſt deſerere peccata per pænitentiam.domin.1.Quadrag.E
De transfiguratione Domini,quid S.Auguſt.dicit.domin.2.Quadr.E
Dubium eſt in quali corpore viſus fuit Moyſes dum transfiguratus eſt in monte Tabor Dominus noſter.dom.ead.F
Dilectus eſſe poteſt cum tamen non ſit diligibilis ideſt dignus vt diligatur veluti cum inimicos ex mandato Chriſti diligimus dom.ead.k
Deus ſeipſum diligit propter ſe infinito amore ſuo quia eius eſt infinitum pulchrum,& bonum circa quod amor eius verſatur quo etiam amore diligit filiũ ſuũ.dom.2.quadr.k
Duo ſunt quæ beatos efficiunt principes Beatitudine politica vnum eſt cum amantur a populo tanquã patres aliud quando ſunt prouidi.dom.3.Quadr.A
Deus incipit regnare in homine expulſo dæmone.domin.3.Quadrag.k
Dauid antequam egrederetur contra Saul in campum voluit probare arma Saulis.dom.palm.D
Dij pedes habent Caneos,tarde ſubueniunt afflictis.dom.1.poſt Paſcha.L.B
De fide ex infidelitate S.Thomæ Apoſtoli multæ probationes,& neceſſaria argumenta.dom.ead.L.F.& L.H
Deus,& natura ex elementis componunt viuentia,quæ tantum durant,quantum durat compoſitio.dom.3.poſt Paſcha.L D
Damnati quanta felicitate priuabuntur.do.4.poſt Paſc.L.D
De quodam Principe legitur quod quemdam ſe multones abſque iuſta cauſa redarguentem melle infinitum apibus exponere iuſſit,vt pœna correſponderet culpæ.dom.4.poſt Paſcha.L.E
Deus quare prouidit,vt natura,humor criſtalinus eſſet in hominis oculo.dom.ead.L.G
De Spiritu ſancto pulchrum contra Arianos vide tractatum ad ſummam eorum confundendam iniquitatem.dom.eadem.L.I.& L.k
Deo quæ gratias pro beneficijs agit maiora beneficia tanquã fructum labiorum meretur.dom.5.poſt Paſch.L.A
Dioniſius Siciliæ Tyrannus cuidam mercatori multum lucranti non ademit pecuniam ſed eum prohibuit amplius Syracuſis morari.dom.eadem L C
Deus creauit hominem in exterminabilem ſcilicet ex vi creationis.dom.ead.L.D
Dilectio Dei ſanctos diſcernit à mundo.dom.Pent L.B
Duplex Chriſti manſio reperitur in nobis deitatis,& humanitatis.dom.ead.L.E
Duplex poteſtas per manum dextram,& ſiniſtram ſignificatur.dom.Sanct.Trinitatis.L.A
De Sanctiſ.Trinitate aliquod præludia.dom.ead.L.F
Diſtinctio perſonarum Sanct.Triadis.dom.ead.L.H
Deum eſſe Trinum,& vnum probat.Auctor dom.ead.L.H
Deus ſine Paſſione amat.dom.quinta poſt Paſcha.L.H
Deus prius dilexit nos.dom.ead.L.F

E

EZechielis viſionis quatuor animalium explicatio.dom.2.Aduentus.L.F
Excecati Principes ſeipſos,& rempublicam Romanam in pernitiem deduxerunt.dom.1.Aduentus.L.C
Encomia,& laudes S.Ioſeph ſponſi,& cuſtodis pijſſimæ Virginis Dominæ noſtrę.dom.inf.Oct.natiuitatis.L.B.& L.C
Explicatio ſuper illa verba ecce hic poſitus eſt in ruinam.domin.ead.L.D.& L
Eccleſia Catholica ſimilis Salamandræ quæ igne circumdata viuit ita vt hoc idem de eccleſia dici poſſit quod de Salamandra dicitur circumdor ſcilicet non vror.domin.4.poſt Epiphan.E
Exemplo demonſtratur talem eſſe hominis conditionem,vt etiam grauiſſimas offenſas ex animo deponant natura verò Diabolica eſt obſtinata,vt nunquam homini reconciliari poſſit.dom.5.poſt Epiph.L
Eccleſia catholica fundata eſt in Saphiris.dom.ſexta poſt Epiphaniam.B
Aecu nomi quod eſt officium.dom.Sept.B
Ex cupiditatibus nimis odium,diſcordiæ ſeditiones,& bella naſcuntur dom.ead.D
Exitus Dei aliquod enumerari poſſunt.dom.ead.D
Egiptij vtebantur Hyeroglipicis,& emblematib.do.ſex.C
Ex conſuetudine peccandi cor hominis indureſcit.dom.ead.F
Explicatio S.Leonis Papæ ſuper illa verba Dei patris. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui,&c.dominica ſecunda Quadrageſima.k
Epulones bilingues ſunt,duas habent linguas imò & duos intellectus vnum in animo alterũ in lingua.dom.3.quad.D
Epidimiæ morbo ſimilis eſt murmuratio,vbi vnus in ſectus inficit peſte alium peſtilens eſt aer detrahentis.dom.ead.D
Epiſcopos,& verb.Dei nuncios,& probos eſſe & eruditos neceſſe eſt.domin.Paſſionis C.
Ex quo bonitas veri apparet paſtoris.dom.ſecunda poſt Paſcha.L.C
Ea eſt vis omnium affectionũ animam,vt ſtatim vnaquaq; ſua ſigna exterius in facie prodat.dom.3.poſt Paſch.L.A
Experientia docet quod agni ita timeant lupos,vt ſi timpanũ fiat ex corrigio lupi ex vna parte,& ex corrigio agni ex altera corrigium agni non ſonat.dom.ead.L.I
Eundo filius Dei ad Patrem,& vt homo quo ei non competit ire vt Deo quia patri in quantum Deus æqualis eſt.dom.Pentecoſt.L.I
Ex eo inſtanti quo anima Chriſti vnita eſt verbo diuino in vnitate perſonæ diuinæ Chriſtus homo erat omniũ Dominus,& Imperator domin.Sanctiſ.Trinitatis.L.B
Ex quibus argumentis,& rationibus videre eſt Chriſtum Dominum nõ fuiſſe Pſeudoprophetam aliquando prout aſſerunt,& calumniantur Iudęi iniquiſſimi.do.5.poſt paſch.L.k

F

FOrtior nullus fuit Gigante Golia attamen à iuuenculo Dauid paſtore miſere trucidatus eſt.dom.3.Aduen.B.k
Faſciculus myrrhæ faſciculus eſt pęnitentiæ.do.4.Aduent.F
Fulgur dum animalia percutit venenoſa totum in illis venenum exſiccat.dom.4.poſt Epiphaniam H
Fodinæ ſalis in Vvieliczka,& Bochna magnos prouẽtus Reipublicæ Polonæ faciunt.dom.Septuageſimæ.F
Filius Dei licet non ſit aliud cum Deo Patre quia eiuſdem eſt ſubſtantiæ tamẽ eſt alius alietate perſonæ.dom.ſexag.D
Fructus Euangelii quibus & qui dantur.dom.ead.k
Fides tanto magis conualeſcit quanto magis præmitur.dom.Quinquag.k
Filius à patre gignitur Spiritus vero S. à Patre Filioq; procedit tria lumina,& ſimul cenum lumen pater luminum hoc eſt Angelorum.dom.ead.M
Fluuius in Britania talis eſt in cuius litoribus aues generantur ex folijs arborum cadentibus in aquam teſte Pierio.dom 2.Quadrag.D
Frigeſcens nimium,S.Franciſcus quid reſponderit cum ſibi illuderetur.dom.ead.D
Fuerunt exorciſtæ Iudaicæ gentis ante Chriſtum ex inſtitutione Salomonis dom.3.Quadrag.I
Fulget in creaturis Deus tanquam in ſpeculo,& in eis tanquam in libro legitur. Dominica 4.Quadrag.H
Fęlix,& fortunata eſt illa reſpublica in qua leges ſunt in viridi obſeruantia bonũq; habet moderatorẽ do.2.poſt Paſc.A
Fœlicior cunctis eſt reſpub.Chriſti quæ tam ſuaues leges ſibi datus habet vt ipſe Chriſtus de ipſis dicat iugum meum ſua eſt,& onus meum leue dom.eadem A
Filius Dei eſt Paſtor,Spiritus ſanctus eſt oſtiarius,oues au-

tem ſunt electi,& prædeſtinati à Deo dom.eadem B
Fideles paſtores qui & quo fuerunt dom, eadem E
Fructus tunc ſolum dulcis,& ſuauis eſt cum maturus,& optimè a ſole decoctus fuerit dom,5.poſt paſcha A

G

GEographi antiqui in tres partes mundum diuiſerunt, dom.2.Aduent. B
Græcorum quapropter Sacerdotes mudici fuerunt.domin.3. poſt Epiphan. A
Gentiles varias habuerunt ceremonias, & ritus in adorandis dijs,de quo S.Auguſtinus,& Plutarchus,dom,ead.E
Germani Polonos ſub imperium ſubijcere conatunt: ſed inanes eorum conatus eluſetunt. Poloni, qui etiam Sileſiam ac Pruſſiam ab imperio Germanico auulſam ſuæ ditioni adiecerent. dom.6.poſt Epiph.E
Gens Moſchorum cæteris omnibus Ruthenis aſtutior, callidior,& fallacior eſt.dom.Quinquag F
Grandes per baptiſmum theſauros chriſtiani conſequuntur, grandem & incredibilem dignitatem quam Diabolus eripere contendit,dom,1.Quadrag.B
Gratitudo Vladislai Vngariæ, & Poloniæ Regis erga Ioannem Coruinum Comitem.qualis fuit.dom. Palm.H
Granum ſeminis ſymbolum eſt noſtræ futuræ reſurectionis, dom,Reſurectionis G
Galerius Maximianus orientis præfectus Conſtantinum Magnum in re militari adhuc iuuenem exercens dum vidit iuuenem fortiſſimum,multas ei inſidias ex inuidia machinatus eſt.dom.2.poſt Paſcha C
Gente Hiſpanorum Vuandali regnare ceperunt.dom.3.poſt Paſcha. E
Gotti quoque Hiſpaniam regebant dom,ead. E
Gallorum imperio idem accidit.ibid.F
Gens itidem Polona hoc idemque per inter regna experta eſt & hucuſque experitur. F
Gaudet mundus,ſed non verè gaudet. dom,ead H
Gaudere bonum eſt,ſed qui gaudet ſi non inde gaudet vnde debet non poteſt bonum eſſe quod gaudet.dom,ead. L

H

HErodes quia noluit cohibere luxuriam in homicidij reatum delapſus eſt.dom.1.Aduent. B
Homine Deus omnipotens quare ex viri materia terræ creauit,non autem ex aliquo metalo pretioſo aut gemmis. domin.ead, D
Hugone Doctore Catholico in quo Plinius clarius ait, dom, eadem G
Hilarius Abbas nihil præter cilicinum,ſaccum tegendo corpori accomodatum habuiſſe fertur.dom. eadem L
Holofernes à fœmina decolatus eſt.dom.1.Aduentus A
Humilitas homini quam ſit neceſſaria.dom ead.E
Honor ſine virtute inanis eſt.dom.ead. E
Herodes maior & Archelaus Pontificium Ieroſolimitanum ignobilibus hominibus cõferebant,quia tunc venale erat. dom.4. Aduent.B
Humiles pabulo doctrinæ ſalutaris replentur. dominica, eadem. k
Homines potentes.diuites & docti ſepe numero ſunt furioſi, dom,infra Oct. Natiuit.C
Honeſtas requirit,vt vxores ſint ſubditæ viris ſuis. domin. 4. poſt Epiph.C
Hydriæ illæ quæ fuerunt in Cana Galileæ dum feriſſet Dominus ex aqua bonum vinum quales fuerunt, dominica, eadem. F
Hæſiodus ſolam agriculturam fratri ſuo commendat, dom, 5.poſt Epiph.B
Homini nihil nocere poteſt niſi ipſe conſentiat.dom,ead.k
Henricus Rex Angliæ quare infelix è vita ceſſit, domin, Sexageſimæ F
Homo cum ſit ſapientiſſimus omnium animalium manibus exprimit,quantum polleat ingenio, dominica. Quinquageſima B
Homo in tranquilitate periculoſus eſt, dominica. Quinquageſima I
Homines in tentationibus quid facere debent.domin.1, Quadrageſima I
Hæretici ſunt propriæ laudis mancipia, dom.Paſſionis E
Huſitarum in Boemia vſus eſt exponere calices ſupra templa de quibus ſic Poeta. Tot pingit calices Boemorum terra per vrbes. Vt credas Bachi nomina ſola coli. dominica Palmarum G
Hæreditatis æternæ pignus eſt Spiritus ſanctus. dom. 4. poſt Paſcha E
Habet virtus manum dextram & ſiniſtram, domin, Sanctiſ. Triadis, A

I

IN quibus ſignis Deus ad iudicium veniet.dominic. 1. Aduentus. D
Iagello Rex Poloniæ palam deuitijs ſuis ab Epiſcopo admonitus moriens amoris ergo ſuo Antiſtiti iuſto redargutori annulum nuptialem mittit, rogans,vt ſibi præterita demerita indulgerentur.dom.2. Aduentus B
Iagello ob Ducatum Lituanicum à fratre ſuo Suidugalo captus,& magno ære redemptus.dom.ead.C
In Caſimiro 2, Rege Poloniæ ſtirps piaſti interijt. dominica eadem C
In aulis Regum & Principum filij Regum puniuntur non flagris aut virgis, ſed veſtimentis vilibus. & abiectis ſedereque iubentur ad menſam abiectam,dom,ead. D
In ſenſu auditus quis errauit, dom.ead H
In ſumptione Venerabilis ſacramenti videt guſtus, & odoratus ſuam imbecilitatem,dom,ead.H
Ioannes Baptiſta ſupra caput Dominus manus imponens velut vna corona in Regno Chriſti fuit.dom,ead.I
Ideo Ioannes Baptiſta precioſus eſt quia rarus.dom. ead.N
Ideo mittitur Ioannes Baptiſta, vt demonſtret mundo Meſſiam.dom.3. Aduentus.H
Incarnationis Domini Verbi myſterium hominis excedit intelectum.dom.eadem I
Iordanis fluuius à quo denominationem habet. dominic. 4. aduentus I
Impoſſibile eſt viuere in mundo ſine vllo cæleſtium incolarum auxilio,dom,infra Octau,Natiu.A
Iuſti ſemper ſine intermiſſione orant.dom.ead. A
Ioſeph, & Maria ſunt Seraphini ſex alarum tecti. dominica eadem C
In omnibus negotijs obſeruare debemus tempus moriendi. dom.2.poſt Epiphan. E
Iulius Ceſar poſt coronam Imperialem poſt titulum dictatoris perpetui, acceptis ſeptemdecim vulneribus migrauit è vita,dom.ead. H
Imperatores Romani quando aggreſſuri erant certamina prelij adorabant ſolem equitando in cubiculum,domin.3. poſt Epiphaniam F
In gubernatione nauis multum valet dexteritas nautarum, dom,4.poſt Epiphan.B
In litoribus maris ædificatos ſunt ciuitates Neapolis,Genua, Maſſilia, Barcellona Siluia Liſibona, &c. dominica eadem, D
In tempeſtatibus maris nautæ cum ſudore laborantes habent magnas tribulationes.dom.ead.E
In omni actione primum neceſſaria eſt vigilantia, deinde zelus,qui prudentia,& diſactione eſt temperandus,dom.5.poſt Epiphan.k
In qualibet republica benè ordinata ſunt diuerſi ſtatus, & officia homineſque diuerſis virtutibus præditi dom.6.poſt Epiph. A
In omni maieſtate, & gloria Deus maximus eſt. dom.6. poſt Epiphan. C
Ioſephus vt eſſet Rex Aegypti prius debuit mitti in foſſam profundam antequam creſceret in arborem ex cuius fructu vniuerſa veſceretur Aegypto.dom,ead. D
Ideo margaritæ abſconduntur à porcis ne eas conculcent, dom. Sept. B
In foro huius mundi omnia ſunt venalia plena fraude, & dolo. dom,ead. F
Immenſa miſericordia Dei oſtenditur ijs qui ſcio vocati ſunt quia eundem quem primi acceperunt denarium diurnum, dom.ead. k
In flumine Phiſo naſcitur aurum,dom.Sexag.I
In Bodolia quomodocunque ſemen in agrum iniectum fueris centuplum fructum adfert, dom.Sexag.L

In-

In inſtitutionibus Literalibus.

Inuentor memoriæ per numerum in digitis expreſſum Simonides fuit, cuius poſtea vſq; ab antiquis ſeruabatur. dom. Quinquag. A

In vera & voluntaria humilitate fortitudo conſiſtit. domin. eadem B

Illis ſolummodo ſecreta reuelanda ſunt qui frequentet petunt à Deo, vt ille ſolus claudat & aperiat corda eorum. dom. eadem E

Ioannes Baſilidis Moſchorum Principis quamuis fuit immenſa crudelitas tamen muneribus precioſis ſtrenuos viros donaſſe fertur adulatores vero deteſtari. dom. ead. I

Iudas traditor infeliciſſimus omnium fuit exinde quod poſt crimen laqueo & ſuſpendit. dom. ead. G

Iacobus Apoſtolus quem Dominus voluit eſſe teſtem ſuæ transfigurationibus non ille fuit qui ſcripſit Canonicam, qui etiam fuit frater Domini, ſed ille qui fuit frater Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ. dom. 2. Quadr. B

Ille eſt amor amicitię cum ſcilicet quis diligit Deum, & rempublicam vſque ad contemptum ſui hic autem cum quis diligit ſe vſque ad contemptum Dei, & bonis communis vocatur amor concupiſcentiæ. dom. ead. B

Impoſſibile eſt aſſequi bonum finem per media mala. dom. eadem C

In Polonia aues rependuntur quæ ex niue procreantur vnde & nomen accipiunt. dom. ead. D

In hoc vita non eſt cōgruum coronati militem chriſtianum. dom. eadem D

Iuſti dum cadunt reſurgunt, impij verò retrorſum cadunt & neſciunt quomodo cor maue, dom. ead L

Iuſtos ſi cadunt tribus modis Deus ſubleuare conſueuit acceſſu ſunt, voce, & manus dom. ead. L

In vno homine tria patrauit Chriſtus miracula. domin. 3. Quadrag. B

Initium iuſtificationis eſt cognitio proprij peccati, & damnorum, quæ ex eo ſequuntur. dom. ead. C

Intensè tenemur Dominum rogare vt Sathanam à nobis extrudat qui nobis impedimento eſt quominus Deo noſtro exhibeamus obſequium. dom. ead. E

Inuidia putabat Dominum Ieſum virtute principis Dæmoniorum ejcere Dæmonia. dom. 3. Quadr. G

Inuidia quem in ſecit animum conſumit. dom. ead k

Is Diabolo præparat locum qui à ſe amouet bona opera qua Sathanæ obſiſtunt eumque in fugam vertunt. domin. eadem N

Inter omnes artes regendi ars amplior & ſuperior eſt homines regere quia inter omnes animātes homo maximè moribus varius & voluntate diuerſus. dom. 4. Quadr. A

Iordanis fluuius ex duobus fontibus Ior & Dan à Libano promanat. dom. ead. B

Igni fortiter accenſo non ſunt ligna apponenda, ſed potius ſubtrahenda. dom. ead. C

Iudæi non potuerunt Chriſtum captis argumentis conuincere, quia in illum culpa non cadit. dom. Paſſ. C

Ipſa immutabilis veritas hominem facit beatum. dominica Paſſionis C

Illi qui ſuam gloriam quæſierunt cum ſuo patre Diabolo perierunt. dom. Paſſ. E

Inter ignem, & gellu maxima eſt pugna, inter calorem quoque, & frigus dum vna qualitas alium ſuperiore prætendit. dom. Reſur. E

Ianuis clauſis quare Dominus poſt reſurrectionem ad diſcipulos venit. dom. 1. poſt Paſc. B. & C

Ignis exitus mundi eſt, humor autem primordium. dom. 3. poſt Paſc. D

Iudæorum Regnum, & alia Regna quāuis per aliquod tempus, in bono fuerant regimine, tamen hoc non erat durabile imò breui poſt ab alijs Regibus, & Principibus regebantur. dom. ead. E

In quorum regimen Imperium Romanum poſt Cōſulatum peruenit. dom. ead. E

Illi ſunt maximè ridiculi, qui continua infirmitate detenſi, non intelligentes modicum vitam prolongare cupiunt. dom. ead. G

Iuſtinus Imperator ſanxit ſuis legibus, vt in vrbibus æqua, pondera, & menſuræ eſſent dom. 4. poſt Paſc. B

In nubibus columnis fortiſſimus politicorum ſuam ædificandam Chriſtus Dominus promiſit per Spiritum Sanctum, in veritate ſcilicet prouidentia, & fide. dom. ead. B

Intentio eſt triplex prima mercenario, ſecunda ſeruilis, tertia filialis. dom. Pent. A

In Mazouia vbi eſt terra arenoſa frequentius eſt ſereniſſ. cœlum, quam in Lituania quæ paludibus abundat. dom. 5. poſt Paſc. I

L

Licurgus & Crates quid de vſu vnius veſtris, & non plurium aſſeruere. dom. 2. Adu. M

Laudate humilitatis rara eſt in terris conſtantia, dom. 3. Aduentus dom. k

Lachrymoſæ orationis magna eſt præſtantia, domin. infra oct. Natiu. A

Lepra infirmitas grauiſſima fuit in veteri lege. dom. 3. poſt Epiph. D

Ludouicus & Vladislaus Poloniæ Vngariæque Reges, quantæ fuere dexteritatis. dom. 6 poſt Epiph. F

Lydij primi omnium nummum aureum, & argenteum excudere. dom. Sept. C

Luna prout in plenilunio magis diſtat à Sole faciliuſque eclipſatur quam alijs temporibus, ita domus plenæ diuitijs magis diſtant à Chriſto ſubſuntque vitijs mundanis. dom. Sexag. I

Lues dum interius corrodit mentem corporis etiam exterius atterit, & labefactat, dom. Paſſ. A

Lętitia & beatitudo expectant iuſtum. dom. Reſur. A

Licurgus legiſlator Lacedæmoniorum noluit leges ſcriptas in charta, aut libro habere, ſed in memoria ſunt etenim precioſſimus theſaurus vniuſcuiuſque reipublicæ, dom. Pentecoſt. A

M

Maledicti in iudicio erubeſcent ſicut quercus decidentibus folijs, dom. 1. Adu. G

Magnum beneficium eſt, beneficium fidei, quod tanti faciebat Miecislaus Rex Poloniæ primus Chriſtianus, vt nullus beneficium maius ſe à Deo accepiſſe profiteretur. dom. 2. Aduent. E

Magna differentia eſt inter has voces ſpirare, ſufflare, & tradere Spiritum, dom. ead. L

Maria Virg. mater Chriſti Domini quare mirabatur ſuper paruulo ſaluatore noſtro, dom. infra oct. Nat. D

Mater quædam audiens de filio ſuo ſuperſtite, qui paulo ante occubuiſſe ferebatur præ nimio gaudio expirauit. dom. infra oct. Epiph. I

Multis varijſque parabolis Eccleſiæ Catholicæ ſtatus, ordines, ſucceſſus, ac proprietates, à Chriſto domino depinguntur, dom. 5. poſt Epiph. A

Multa beneficia affert Reipub. agricultura, & quæ illa ſunt, dom. 5. poſt Epiph B

Marcus Aurelius quid de inuidia dixerit, dom. Sept. k

Matthæus Euangeliſta duo ponit impedimenta hominis, ſolitudinem ſcilicet ſeculi, & falāces diuitias, dom. Sex. H

Memoria beneficiorum Dei coronandum eſt cor. dominica Quinquag. B

Maior in Deo apparet charitas erga humanum genus, inde quod illi maiora conferat beneficia poſt peccatum contrā ſe commiſſum, quàm ante creationem, dom. ead. D

Multi viri, ciuitates, & regna perierunt propter reuelationē ſecretorum, dom. ead. E

Multum commendatus Valerius Maximus, cuſtodiam ſecretorum Romani Imperij dilatationem ei adſcripſit, dom. eadem E

Multi ante Chriſti Domini natiuitatem tantæ fuerunt dexteritatis, vt in omni ciuitate ſua non aliud commentati ſunt, quam benè, & virtuoſè viuere tàm in ſe quàm in alterum, dom. 1. Quadr. C

Multæ poſſunt aſſignari cauſæ, quare in luce filij Regis ſit vita ſubditorum, dom. 2. Quadr. A

Maiori compaſſione digna eſt anima, quæ peccatis tanquam vulneribus afficitur, & à Dæmone vexatur, quàm corpus, dom. 3. Quadr. C

Menſa illā in Exodo pro ſupportandis panibus propoſitionis præparata, aſſimulatur corpori, & ſanguinis Dominico nobis

bis pro pignore amoris dato, dom.4. Quadr.B
Mendacium & ſtultitiam generat inuidia,dom.Paſſ.B
Modeſtia & potentia Vladislai Iagellonis Polonorum Regis commendatur,dom.ead.F
Manſueti dicuntur arbor vitæ,dom. Palm.B
Mos Euangeliſtarum eſt cum aliquid omittunt ab alijs fuiſſe narratum ſupponunt, continuantque narrationem ac ſi nihil fuiſſet omiſſum,dom.Reſur.B
Miles pro patria vulnus ſuſceptum ita vult à Chirurgo curari, vt tamen maneat cicatrix,dom.1.poſt Paſc. E
Mercenarij proprietates,& incommoda quæ facere conatur gregi,dom.2.poſt Paſc.D.& E
Modicum,modicum, quid per hoc verbum in Euangelio intelligitur,dom.3.poſt Paſc.C
Multis rebus creatis modicum adſcribi poteſt & quare,dom. eadem C
Mors & paſſio Chriſti peccata omnia pondere ſuo ſuperauit, dom.4.poſt Paſc.B
Magus à Gallorum principe in obſidione Neapolitana ſuam vellens artem exercere capite mulrari iuſſus eſt, domin.5. poſt Paſc.F
Multiplex poteſt eſſe intentio ſeruandæ legis, & ſermonum atque præceptorum Dei,dom.Pent.A
Miecislao principe, in Polonia fuit conſuetudo talis zeli in amore Chriſti eiuſque Euangelium, vt quando Euangelium legebatur omnes equites Poloni arma medio tenus ſua manu eximebant, profitentes Euangelij, & religionis defenſionem,dom.Pent.H

N

NVllum malum vitium, & defectus boni eſt tale, quem non complectatur illud tripartitum Ioannis. Concupiſcentia ſcilicet carnis,concupiſcētia oculorum, & ſuperbia vitæ,dom.2.Adu.C
Nunquam dulcius requieſcunt Sancti,quàm dum laboribus fatigantur,dom.ead.F
Neceſſe eſt vt Dei prouidentiā virtus ſequatur. do.3.Adu.A
Nabuchodonoſor & Antiochus à Domino depreſſi,& humiliati ideo quia ſuperbi fuere,dom.ead.E
Non ſolùm hominibus priuatis nocet peccatum, verùm etiā quandoque vniuerſa Reip.cauſa eſt interitus,do.4.Adu.A
Non aliunde perditio facta eſt Reipub.Iudæorum,niſi quod gubernatores eius Idolatræ, & veri Dei inſcij extiterunt, dom.eadem C
Nequaquam proderit incipere ſeruire Deo,vel alicuius virtutis exercitium aggredi, niſi in incepto opere ad finem vſq, conſtanter perſeueraneris,dom. ead.I
Nuptias non ſolum Deus benedixit, verùm etiam per filium ſuum vnigenitum viſitauit,dom.2.poſt Epiph.B
Nihil eſt ita munitum, quod auro non expugnetur, dom.3. poſt Epiph.A
Non ſolùm Diabolus inimicus Dei, & hominis dici poteſt inimicus homo,ſed etiā ipſemet homo,do.5.poſt Epiph.L
Nunquam Sancti Dei tot aduerſa infracto animo ſupportare potuiſſent, niſi eis aſſidua diuinorum meditatio robur & animum addidiſſet,dom.6 poſt Epiph.A
Non ſolum ille otioſus eſt qui nihil laborat, ſed etiam ille otioſus dici poteſt,qui nihil boni agit,dom.Sept. H
Nemo debet in fratre ſuo proſperitatē, & Dei munificētiam toruo oculo reſpicere,dom.ead.L
Nolla virtus nullum opus bonum haberi poteſt ſine patientia,dom.Sexag.k
Nullus vnquam mortalium tanta totaq; pertulit tentamenta atque Chriſtus Dominus noſter,dom.Quadr.F.
Non decet Deum tētare, ſed prius debemos experiri noſtras vires,conatus,labores,& induſtrias,dom.ead.k
Nullum Imperium,nulla ciuitas,nulla familia inter ſe diſſedens diui ſtare poteſt,dom.3.Quadrag. G
Nullum eſt opus tam bonum, quod improbitas non improbet dom.3.Quadr.I
Nemo ex regno Dei excluditur niſi à ſeipſo.dom.eadem.L
Noſtris armis nos vincit Diabolus Dominica eadem. M
Neceſſe eſt vt vtraque menſa ſimul proponatur materialis, & ſpiritualis.Dom.4.Quadrag. A
Nullus homo reperitur in mundo,qui ante victoriam triumphare poſſit dom. Palm. C
Nulla eſt inter Ioannem & Lucam diuerſitas, cum vnus dicit ſolam Mariam Magdalenā ad ſepulchrum veniſſe, alter verò plures dicit mulieres veniſſe.dom.Reſur.B
Non ſolùm in Chriſto patiente, verùm, & in reſurgentes oppotet vt ſpes noſtra ſita ſit.dom.eadem.D
Nihil eſt quod nos delectare ſoleat,vt conſcientia pura dom. 3.poſt Paſcha.A
Nullus ita ſagax eſt & prudens, vt videat cogitationes ſicut videt Chriſtus.dom.eadem.G
Non videt autor,quomodo gaudium noſtrum poſſit eſſe plenum,præſertim cum tempus præſens ſit tempus luctus & lachrimarum.dom.5.poſt Paſcha. G
Nulli Principum Chriſtus ſubditus fuit probat hoc rationibus ſchola Theologorum dom.SS.Trinit.C
Nihil peius peccato & Diabolo autore eius.dom.eadem.E
Nulla maior ad amorem inuitatio quam præuenire amando.dom.5.poſt Paſcha I.

O

OThomanica Luna ab aquila Polonica debellata dom.1. Aduentus. E
Omne quod rarum pretioſum eſt dom.2. Aduent.N
Ottho II. Imperator Chriſtianus peregrinus ex deuotione extitit qui poſtea ſepulchrum S.Adalberti in Polonia viſitans, Boleslao Polonorum Duci, regium diadema cum ſceptro donauit ſociumque Romani Imperij ſcripſit dom. infra.oct.Epiph.C
Omnes Hæretici quia non habent charitatem ideo non habent Chriſtum.dom.eadem. k
Optimus modus eſt orandi Deum expanſis manibus,qui etiā ab antiquis ſeruabatur.dom.3.poſt Epiph.F
Oratio Centurionis ad Dominum multę fuit efficatiæ.dom. eadem. L
Oēs creaturæ obediunt Deo creatori ſuo. do.4.poſt Epiph.I
Officium quod eſt Patris familias.dom.Sept.I
Olim in Polonia ex veteri inſtituto ieiunium nouem hebdomadarum obſeruabatur.dom.1.Quadrag.G
Omnibus quidem ſuadet Plutarchus,mærorem metum, & alias animi perturbationes, & affectiones tegendas eſſe, ſed tamen maximè Imperatoribus ac Regibus domin. 2. Quadrag. A
Omnis populi Chriſtiani felicitas ex meritis eſt Chriſti Domini.dom. eadem. A
Oratio,& pænitentia habet vim transfigurationis do.ead.D
Oculi noſtri portæ quædam ſunt animæ, quæ ad omnia patent,omnium etiā formæ, & ſpecies per eas ingrediuntur, quæ animæ tranquilitatem perturbant.dom.4.Quadr.F
Omnes qui de diuinitate Chriſti cū Arrianis malè ſentiunt, mendaces & filij Lacadæmonis ſunt. dom. Paſſionis. H
Oculi dolent dum rem pulchrā non vident do.4.poſt Paſc.D
Oratio eſt arbor quæ nobis dulciſſimos fructus adfert.dom. 5.poſt Paſcha. B
Oratio & meretur & impetrat fructum,dom.eadem.B
Oratio eſt quaſi nauis de longe portans panem ſuum. dom. eadem.E.

P

POrtat vnuſquiſqoe poſt mortem opera ſua. dom. 2. Aduentus. A
Propter Alchimiam ad ſummam egeſtatem plurimi deuenerunt dom.eadem.C.
peſtilentia,ſolis obſcuritate contrahitur:dom.eadem.G
paulus primus Eremita tunica de palmę folijs contexta nuditatem ſuam tegebat.dom.eadem.L
prout in mappamundi videmus pictas arias mundi partes, vrbes,villas,ſic in corde ambitioſi vani appetitus apparent dominandi.dom.3. Aduent.F
Pithagoras docuit animarum eſſe traſmigrationem ad aliorum corpora.dom.eadem.G
proprium eſt ſanctis, quod quantò magis exaltantur tantò magis ſe humiliant.dom.eadem.G
philoſophus docuit de contingentibus non poſſe eſſe ſcientiam.dom.eadem.I
principium per quod acquiritur vita æterna eſt,habere notitiam de fide & verbo incarnato.dom.eadem.I.
peccare nihil aliud eſt quàm ignem accendere, & inſtruere, ad cōburendas diuitias,& theſauros cæleſtes. do.4.Adu.A

peccare

Digitized by Google

peccare itidem nihil aliud eſt quàm lacerare & deſtruere ius & priuilegium, quod habuit homo ad gloriā æternam. ibi.
peccare etiam eſt Deum e propria domo eijcere &c. vide quid ſit vltra peccaſſe. dom. & lit. eadem.
peccata priuant tribus bonis Reſpub. & infelices reddunt dom. & L. eadem.
præſides Iudææ qui & quot fuerunt. dom. eadem. B
polonorum Reſp. quare feliciſsima poteſt iudicari, do. ead. C
plures gubernatores affligunt ſemper Remp. do. & lit. ead.
princeps talis eſſe debet vt vita ipſius ſit cenſura aliorum. dom. eadem. G
plus timendæ ſunt lachrimæ pauperum, quàm arma inimicorum. dom. eadem. E
plato in ſuæ Reipub. foro fontem collocari præcepit dom. infra oct. Natiuit. A
plutarchus ſuadet, nō cuiquam dexteram porrigendam ſed ſolis amicis. dom. infra oct. Epiph. G
philippum Macedonem cum legati Græciæ dormientem inueniſſent diuque audientiam expectantes murmuraſſent à Parmenia tale reſponſum acceperunt ne miremini ſi vobis vigilantibus dormit Philippus, nam vobis dormientibus ipſe vigilabat. dom. 4. poſt Epiph. F.
prælati, ſuperiores, & principes, in vigilantia quos imitarè debent. dom. & lit. eadem
peccatores cum conuertuntur ſunt cibus Chriſti domin. 5. poſt Epip. F
poteſt vocari multipliciter Sathan, ſed nihil illi ſic quadrat prout illud verbum Inimicus. dom. eadem G
prius eſt virtus quam vitium, & prius bonum quam malum. dom. eadem, G.
panis triticeus nutrit & confirmat cor hominis panis vero Tyzanicus eneruat & cor tremebundum efficit. do. ead. k
poſteritas Noè hoc eſt Sem Cham & Iapheth, totā hanc machinam mundi impleuere. dom. 6. poſt Epiph. G
parabolæ Chriſti domini explicatio. dom. ead. H
pecunia vnde dicta eſt dom. Septuag. C
polonis, & Lituanis præſertim nobilibus, vix alius modus acquirendi pecuniam licitus eſt ſub honeſtatis amittendæ pœna niſi per agriculturam, & venditionem. dom. ead. F
pro qualitate meritorū cuiuſuis redditur à domino ſingulis. dom. ead. I
proponenda eſt Deo propria fragilitas, vt auxiliatricem dexteram porrigat. dom. Sexag. H
perſæ ſecretum Regium ita tenaciter cuſtodiunt, vt impoſſibile ſit etiam vnicum verbum ab eis expiſcari. dom. Quinquageſima E
paſſio, & mors Chriſti rectè comparari poteſt fornaci, in quo vitrum conficitur. dom. ead. H
premislaus maioris Poloniæ princeps tùm ex multis virtutibus commendatur tùm etiam ex obſeruantia ieiunij Quadrageſimalis. dom. 1. Quadrag. G
prouidentia Aſſuerum a morte liberauit. dom. 3. Quadr. A.
Polonus quidam iniquus nomine Paulus, in ſua ſumma malitia expertus eſt iuſtum Dei iudicium dum voces inimici audiuit væ tibi &c. dom. 3. Quadr. A
pluuia æqualiter irrigat terram, vniformiter pluit, æqualiter omnibus prodeſt frugibus & herbis, cum autem aliquæ herbæ creſcant venenoſæ aliæ vtiles, non eſt ratione pluuiæ, ſed ex diuerſa terræ diſpoſitione. Sic & de benignitate Dei eſt intelligendum, dom. ead. F
propter venuſtatem faciei Chriſti Domini, & ſplendorē inde emicantem turbę ſequebantur Chriſtum Dominum, domin. 4. Quadr. D
poteſt eſſe eſuries ſine fame, & è conuerſo fame ſine eſurie, dom. ead. G
plato dicere ſolebat feliciorem eſſe Remp. quæ habet bonos conſiliarios, & malū principem quam è conuerſo, do. ead. I
peſſimi ſunt fructus incredulitatis, dom. ead. k
peſtiferum inanis gloriæ virus, cælum & terram ſua ſcabie infecit, dom. Paſſ. E
principes decet eſſe patientiſſimos, dom. palm. A
principis animus iratus aut quolibet alio modo vehementius affectus præceptoris ſui præſentia ſedatur. dom. ead. A
pugnandum eſt contra dæmonem, maximè in hora mortis, dom. eadem D
principes qui columnā pro ſtemmate obtinuerunt. do. ead. I
plato docuit his verbis homines adinuicem ſalutare. Bene agere, dom. ead. I
Petrus Vega quid refert de pietate in ſedem Apoſtolicam cuiuſdam Ducis Galli. dom. Reſur. A
per fæmineum ſexum prout cecidit homo, ita etiam per eundem reparatus eſt, dom. ead. C
pietas innuitur cum de mulieribus illud dicitur Euangeliſtæ emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum, domin. & lit. eadem.
pro ſalute corporis prout homini licet (ſi ſit præſertim publica perſona) omnem ſuam ſubſtantiam expendere ſic pro ſalute animæ, Chriſto id docente, dom. ead. C
perfectam pacem offert Chriſtus Apoſtolis cum dicit pax vobis, dom. 1. poſt paſc. A
pacis perfectiſsimæ, quam Chriſtus offert diſcipulis, non eſt alia cauſa niſi paſſio Chriſti Domini & memoria eius, dom. ead. E
perfectiſſimus amicus noſter eſt Chriſtus, do. & lit. ead.
perfectior pax haberi nō poteſt niſi à Spiritu Sancto qui eſt origo pacis, & vinculum charitatis, dom. ead. F
plutarchus regnum cum arbore compoſuit do. 2. poſt paſc. A
paſtoris nomen è paſcendo deducitur, dom. ead. B
poloni cuiuſdam in Vngaria fortitudo, qui etiam cum Leone dimicauit, dom. ead. D
plus delectant omnia quam ſingula, dom. 3. paſc. F
philippus Macedo quendam conſtitutum iudicem populi depoſuit ex officio agnoſcens, quod barbam depinxerat, dominica ead. G
poſt triſtitiam lætiora ſunt gaudia, nam & anima noſtra magis lætatur inuentis, & redditis ſibi rebus quam ſi eas ſemper habuiſſet, dom. ead. H
prudenter & modeſtè pro conditione perſonarū loci & temporis veritas dicenda eſt ne magis obſit quàm proſit. do. 4. poſt paſcha D
petere eſt actus voluntatis, qui ergo petit ex animo, & fiduciáliter ſalutaria petit, abſque dubio voti ſui compos fiet, dom. 5. poſt paſc. F
petrus & alij quia in nomine Chriſti non petierunt non obtinuerunt, dom. ead. G
petitioni quare Deus aliquando non ſatisfaciat vide cauſas alias ibidem.
præcepta Dei ſuſcipienda cuſtodiendo, & in cordis penetralibus recondenda ſunt, dom. pent. A
pax mundi non eſt vera ſed fucus quidam pacis, do. ead. H
pax eſſe non poteſt niſi in eo in quo pacificata ſunt omnia, dom. & lit. ead.
pacis variæ proprietates & efficatiæ, ibid.
per dexteram poteſtas in cælo per ſiniſtram poteſtas in terra ſignificatur, dom. SS. Trinit. A
polonis corona Regia ſuo regno reſtituta eſt poſt cedē S. Staniſlai à Ioan. XXII. dom. ead. D

Q

QVi ſe conformàt intentioni voluntatis diuinæ ille Deus nunquam iraſcitur, dom. 1. Adu. C
Quando gehennæ obſcuritas magno horrore ingratos peccatores ſuperueniet, dom. ead. F
Quibus cōmiſſum erat defendere mortales, & lætiſsima quæque mundo annunciare, nunc eis committuntur plagæ nouiſsimæ, quibus afficiant mundum vniuerſum, do. ead. I
Qualia ſunt vincula, & compedes ſapientiæ, do. 2. Adu. A
Quare felicior eſt conditionis viuentis, quam in peccato mortui. dom. ead. D
Qua ratione appetitus humiliandi ſunt, dom. ead. E
Quare cum dicimus vrbē, intelligimus Romam, do. ead. N
Quis error in Reip. eſt deterior, an ambitioſe dignitates quærere an verò in neceſſitatibus ex negligentia Reip. opem non ferre, dom. 3. Adu. G
Quid fit cum miſero peccatore, quādo diuinam maieſtatem offendit, dom. 4. Adu. A
Quō ſponſa hortum ſuum perflandum ab Aquilone exoptat ſiquidem ab Aquilone panditur omne malum. do. ead. F
Quæ cauſę eſt cur Chriſtiani verſus Orientem orant altariaque & templa erigunt, dom. infra oct. Nat. A
Quæ cauſa conuerſionis latronis in cruce, dom. ead. F

Quod

Digitized by Google

Index Rerum contentorum

Quod fuerunt Prophetiſſæ in veteri teſtamento, dom.ead.G

Quare S. Ioannes Baptiſta ſæpenumero populo Hæbreorum dixit Genimina viperarum.dom.ead.H

Quapropter apoſtolus iubet viduas honorare,& quales, domin.ead. I

Quomodo Chriſtus Dominus quærendus eſt dom.inf Oct. Epiph F

Quomodo S. Auguſtinus atque Hieronymus orauerint ad Dominum cum interpretarentur ſcripturas,dom.ead.G

Quare poſt triduum Chriſtus dominus a piiſſima matre, & Ioſeph in templo diſputans repertus eſt.dom.ead.& L

Quam ſint fælices hominis lachrimæ deflentis peccata ſua, domin. ead. k

Quare Chriſtus Dominus cathedram aſcendens legit lectionem æternè patris duodecim annos natus,dom,ead.L

Qui præſentis temporis ærumnas, & calamitates perpendit miſeriamque peccati conſiderat,plorabit ſine dubio cũ Hieremia propheta.dom.2.poſt Epiph.A

Quare Deus voluit ædificare arcam Noè ad inſtar corporis hominis,dom.4.poſt Epiph.C

Quemadmodum in naui diuerſa ſunt hominum genera, diuerſi ſtatus,diuerſa officia ita in qualibet rep.dom.& L.ea.

Quõ ſibi Deus procedit in tribulationib. iuſtorum.do.ead.G

Quintus Cyncinati amor, & affectus in agriculturam quantus fuit,dom.5 poſt Epiph.B

Quomodo Deus ſeminauit ſemina ſua,& qualia.dom.5.poſt Epiph.D.& k

Quemadmodum præmium non confertur niſi propter certũ numerum meritorum,ita, & pœna non confertur niſi propter certum numerum demeritorum,dom.eadem M

Quapropter quoſdam homines ſacra Scripturę vocat leones, tigrides,ſcorpiones,ſerpentes,vrſos,dom.ead.O

Quilibet pro ſua conditione,& dignitate ſigno exteriori inſignitur,dom.6. poſt Epiph.A

Quorum principum, & Regum Poloniæ Cromerus dexteritatem commendat,dom.eadem F

Quibus in locis,& quando ſapientia clamitat,dom.Septag.A

Quemadmodum cibi materiales licet natura ſua habeant,vt guſtum afferant,nihilominus tamen cum aromatibus condiuntur ad guſtum augendum,ita ſacra Scriptura quæ eſt cibus animæ,quamuis perfectum adfert guſtum cæleſtiũ augeri tñ poteſt exẽplis,& doctrinis Philoſoph. do.ſexa.C

Quando ſapientia increata exiuit ſpargere ſapientiam creatam,dom.ead.C

Quatuor,& quæ conſideramus in Chriſto Domino maximæ dignitatis,& valoris.dom.Quinquag.D

Quælibet natio habet a natura ſuos defectus,& inclinationes & vitia particularia,dom.ead.G

Quinque millia flagella Iudæi Chriſto Domino inflixerũt, vt inter infames reputaretur.dom.ead.H

Quare Chriſtus Dominus inter Moyſem,& Heliam transfigurare voluit,dom.2.Quadrag.F

Qui habent Ieſum habent gratiam, & vitam quo nihil melius haberi poſſunt,vnde S.Franciſcus dicere ſolebat,Deus meus,& omnia ibidem

Quidnam iniquus, & rapax equeſtris ordinis in Polonia vir quomodo vitam finiuit,dom.3.Quadrag.G

Qui perdit confeſſionem verè mortuus eſt, & peccatorum diluuio ſuffocatus,dom.ead.D

Qui ad priſtina peccata redeunt, ſtabulum fiunt dæmonum, dom.4.Quadr.C

Qua propter Chriſtus Dominus,dictus eſt mons, do. ead. E

Quandiu tentati non ſumus ignoramus, an verè Deum diligamus,dom.ead.H

Quod in corporibus noſtris nerui efficiunt hoc manſuetus homo in domo,vel Eccleſia,dom.Palmarum B

Quomodo ſalutauit B.V.Maria Helizabeth,dom. ead. I

Quãdo ſummus Pontifex relaxauit ieiunium magnum quod ieiunabatur nouem hebdomadis,totis.dom.Reſur.C

Quare mulieres cum ſumma diligentia quęrebant Ieſum die eius reſurrectionis.dom.ead.D

Qui recte Deum quærit, & perſeueranter deſiderat ſuo deſiderio non fraudatur.dom.ead.E

Quemadmodum in ſepulchro repoſitus erat pretioſiſſimus noſtræ ſalutis theſaurus Chriſtus Dominus, ita futurum erat,vt in Eccleſia Catholica ſint theſauri infiniti meritorum Chriſti dom.eadem E

Quale palatium Senatus Romanus ædificare iuſſit Valentio Duci exercitus victori,& quare? dom.ead. E

Qui quærit Ieſum crucifixum,non timet crucem neque mortem.dom .ead.F

Quare Chriſtus Dominus ſic grauiter permiſit S. Petrum in ſua negatione cadere.dom.ead.G

Quare cum quis nimio pauore, & timore arripitur totus impaleſcit.dom.1.poſt Paſcha B

Quare Princeps,& paſtor fermè nomen idem. Dom. 2. poſt Paſcha B

Quomodo exagerat S. Nylus triſtitiæ impedimenta. dom. 3. poſt Paſcha A

Quid nomine ſtateræ intelligat Salomon variæ ſunt opiniones ſacræ Scripturę interpretum. dom.4.poſt Paſcha A

Qui amiſerit fidem eſt extra Rempublicam chriſtianam.domin. eadem F

Qui diuites fieri volunt quatuor illis ſunt neceſſaria, & quæ ſunt iſta.dom. 5.poſt Paſcha C

Quæ ad materiam orandi ſpectant documenta Chriſtus Dominus nos docuit in Euangelio,& hæc qualia.dom. ead.E

Qui non diligit Deum manet in morte,& eſt velut æs ſonans aut cymbalum tiniens.dom. Pentecoſt.B

Quod ſi ſecundum Ariſtotelem magis eſt ibi anima vbi amat, quam vbi animat,quanto magis Deus.dom. ead.D

Qui optat SS.Triadis in cordis ſui abditis manſionem,is ſtudeat iugiter omnem prauitatis maculam benè agendo detergere,atque ita fiet templum Dei.dom.ead.D

Quare Spiritus ſanctus in figura linguæ ſuper Apoſtolos deſcendit.dom.ead.E

Qualis apparatus ſit neceſſarius pro bello.dom.ead.F

Quomodo regnant per Chriſtum Principes dom.SS.Trin.D

Quomodo manet nobiſcum Chriſtus vſque ad conſummationem ſæculi.dom.ead.F

R

Reges Monarchæ, & potentes qui multos fluctuare faciunt, ſunt ſicut mare, alij ſunt ſicut fontes, vt homines docti,alij ſunt ſicut Ephrates ſicut illis qui ſunt ſubtiles ingenio.dom.1.Aduentus I

Romani nunquam prælium ſuſcipiebant inconſultis Dijs. domin.3.Aduent.A

Reſpublica Iudæorum ob quæ peccata interijt,& ad Romanum imperium tranſlata eſt.Dom.4.Aduent.B. C. & ſeq.

Romulus cum Romam fundauit conſtituit centum ſenes quos,& ſenatores appellauit.dom.inſt.oct.natiu.D

Recognouit natura ſuum Dominus in leproſi curatione. domin.3.poſt Epiph.G

Reges Franciæ certis diebus tactu regiæ manus quandam infirmitatem ſanant dicentes Rex te tangit Deus te ſanat. dom. & L. ead.

Romualdus Abbas Camaldulenſis ordinis author pelagi ventorumque ſæuitiam oratione placauit.dom.4.poſt Epiph.I

Regnum cælorum theſaurus eſt deſiderabilis,& abſconditus ſub velamine ſummæ humilitatis.dom.6.poſt Epiph. B

Roma Sacerdoti Iouis quem flaminem Dialem nũcupabant farinam,vel fermentum nefas fuit attrectare.dom. ead.E

Rutheni in ieiunio prout in cęteris ceremonijs a Romanis diſcrepant quatuorque ieiunia magna, quibus a carnibus abſtinent habent. dom.1.Quadrageſ. G

Regna mundi ideo ſibi Diabolus vſurpat quia ſine pompa, & faſtu nunquam ferè adminiſtrantur.dom. ead. k

Regis nomen non ſolum eſt nomen dignitatis, ſed, & officij dom.4.Quadrag.A

Religioſi gratiſſimum Deo munus offerunt cum ſeipſos offerunt.dom.Reſur.C

Romulus quanto tempore regnauit eiuſque imperium durauit.dom.3.poſt Paſcha E

Romani capitali ſupplicio afficere eos qui funem magicis artibus retexerant.dom.5.poſt Paſcha F

Reges, & Imperatores per Chriſtum regnant, & imperant. dom.5.Trinit.D

S

Sapientia eſt Angelorum magiſtra.dom.1. Aduent. A

Sapientia Patris æterni redundauit in filium per proceſſionem

ſionem verbi à memoria patris,dom.ead. & in.
Signa qualia ante iudicium Dei erunt,dom.ead.F
Sancti omnes ita iuſtitiæ zelo æſtuabunt,vt potius inimici accuſatores,quam amici interceſſores dici mereatur, ibid.
Sedes Antichriſti eſt regnum peccati,dom.ead. I
Sphera firmamenti inter cæteras ſtellas firmamenti eſt talis cui Mathematici,motũ trepidationis attribuunt,do.ead.k
S.Ioannes Bapt. pro Chriſto paſſus eſt cum eſſet in vinculis quia pro veritate mortuus eſt,dom.2. Adu.B
Si homo ex nihilo creatus eſſet, nunc poſt primi parentis lapſum in nihilum redactus fuiſſet,& ſi ex aliqua re cæleſti, nunc Deo poſt peccatum reſtituiſſet quemadmodum Angelus malus,dom.ead.D
Sol lumine ſuo ac cætera aſtra vitam, & ſalutem humanam ſuſtentant,dom.ead.G
Sicut in arte medicina calida frigidis,frigida calidis curantur ita Dominus noſter contraria apposuit medicamenta peccatis,dom.2. Adu.G
Senſus viſus quamuis ſit omnium acerrimus tamen decipitur,dom.ead.H
Si S.Ioannes delicijs caperetur non eremum non carcerẽ,ſed regis domos incoluiſſet,& inhabitaſſet,dom.ead.L
Sapientes ſæpè rediguntur ad ſummam ægeſtatem, dom.3. Aduent.A
Stephani Regis Poloniæ legati ad Ioannem Ducem Moſchouiæ miſſi multa mala ibi ſunt perpeſſi,ib. d.L.D
Sitabiquas ambitioſus à dæmone ſuffocatus eſt, dom.ead.G
Summum & intolerabile malum eſt,dum quis ſuum tepidè, & negligenter exercet officium,dom.& In.ead.
Secretarium docet memoriæ mortis ſuum exercere officium, dom.4.Adu.E
S. Adalberto Pragenſi Epiſcopo Chriſtus Dominus totus vulneribus ſauciatus apparuit,dom.ead.H
S. Adalbertus ſeptem ſpiculis à Pruſſis confoſſus martyr pro Chriſti nomine occubuit,dom.ead.I
Sapiẽtia increata magnus theſaurus eſt, do.inf.oct. Epiph.B
Sapientia quibus rebus,& quomodo quæritur,dom.ead.B
S.Floriani reliquijs Cracouiam miſſis Rex Caſimirus ſeptem milliaribus obuiam venit cum ingenti omnis generis hominum multitudine,dom.ead.C
S.Adalbertus Romæ coram ſummo Pontifice celebrans poſt eleuationem duabus quaſi horis in memoria mortuorum exiſtens,cum de tam inſolita mora interrogaretur reſponſum dedit, ſe eius temporis in Bohemia exequijs fratrum ſuorum interfuiſſe,dom.ead.E
S. Ioſeph ſponſi B. V. qualis fuit quoad Chriſtum Dominum paternitas,dom.ead.k
Sol cum tranſit per vitrum criſtallinum non rumpit vitrum imò nec calefacit ſtuppam autem, vel aliquid aliud tale quare per cryſtallum comburit? dom.ead.L
S.Franciſcus quid reſponderit ſe admonentibus cũ pre nimio fletu iam iam eius caligauerant oculi,do.2.poſt Epiph. A
Sigiſmundus I. Rex Polonorum, Vladislaus itidem Iagello, & frater eius Vitoldus dux Lituaniæ filiuſque eius Vladiſlaus iunior ita abſthemij fuerunt,vt aquæ ſolummodo potu eſſent contenti toto vitæ ſuæ tempore,dom.ead.D
Sigiſmundi Imperatoria liberalitas, ibid.G
Sicilia,Cyprus,Canariæ inſulę ſita ſunt in inſulis maris,do.4. poſt Epiph.D
Sancti nunquam dulcius requieſcunt, quàm dum laboribus, & moleſtijs fatigantur,dom.ead. H
Sfortia in Italia operibus agriculturæ præfuit, vt in ſita manu faciendo operis vomeres, & ligones fabricaret dom.5. poſt Epiph. C
Sicut labijs diſſemire proprium eſt verbi Dei præconibus ita ad Chriſtianos pertinet bonum opere exequi,do.ead.B
Sathan maximè nocet cum dormiunt homines, vel cum negligenter ſaluti ſuæ incumbunt,dom. ead.F
Si in paradiſo in primis illis hominibus qui erant purum triticum,potuit tentator ſuperſeminare zyzania, quid de nobis fiet qui tot malorum occaſionibus quaſi ſpinis obſeſſi, & omni periculo expoſiti commoramur,dom.ead. G
Sicut muſca communiter volat, & ſe firmat in magis delicato,& pretioſo cibo in parte faciei excellẽtiori ita muſca inuidiæ diaboli inficere vult id qđ eſt excellentius, do.ead.H
Solon philoſophus quid reſponderit, cum interrogatus fuiſſet,quodnam ſcilicet remedium efficatius eſſet ad extirpanda vitia ex Rep. dom.ead.L
Spicæ ante meſſem inæquales ſunt,vna altior, altera inferior ſed falx æquat omnia,vt inquit S. Aug don .ead.N
Sub vmbra ſucceſſoris Chriſti Pontificis Romani,Imperatores, Reges,Principes, viri ſanctitate, & doctrina illuſtrès dulciter requieſcunt,dom.poſt Epiph.E
Scabies cum ſit humor corruptus in partibus extrinſecis,& cute vicinis facile à carne per tactum cõtrahitur, do ead.F
Scribit Iuſtinus, quod ante promulgatum Euangelium fuerunt aliquot philoſophi,qui vnum Deum verum prædicauerunt factorem ſcilicet omnium, & inquirentium ſe remuneratorem,dom Sept.G
Solus homo inter animalia habet aures erectas, & immobiles,dom. Sexag.A
Semen Dei nunquam in nobis optatos fructus profert niſi in cordis penetralibus fuerit altè reconditum, do.n.ead.D
S. Stanislaus & Gedeon Epiſcopi Cracouienſe boni fuerunt ſeminatores in cordibus Regum,dom.ead.E
Spinæ concupiſcentiarum quanta homini damna afferunt, dom.ead.H
Solus homo cauſa eſt peccati,& ſuæ perditionis.dom.ead. L
Si occaſiones peccati relinquimus,nihil tum peccata, nec ipſe peccati author Sathan nec totus infernus arci, noſtræ conſcientiæ nocere poteſt,dom. Quinq.C
Sicut in Trinitate ſunt tres pſonæ, & vna eſſentia,ſic in Chriſto ſunt tres ſubſtantiæ,caro,anima,& diuinitas, do.ead.C
Sacrificium incruentum,quare dicitur Miſſa,dom.ead.D
Sicut ſolis partes ſunt illuſtrare radijs orbem,ita principis eſt egenorum miſereri qui etiam ſole ipſo clarior eſt, quando pius eſt,dom.2.Quadr.A
Saluſtius Cryſpus priuatus fuit Tyberij, Imp.do.ead.C
Sex diebus Deus omnipotens creauit hoc totum vniuerſum alia quoque quæ ſex diebus facta ſunt vide,do.ead.C
Sola maleuolentia Phariſæorum fuit in cauſa,vt in blaſphemiam Spiritus Sanctus inciderent dicerentque in Beelzebub Dominum eijcere dæmonia,dom.3.Quadr.k
Summoperè nobis ſtudendum eſt,ne à nobis ſemel pulſo dæmone,iterum ei oſtium apetiamus,dom ead.N
Subleuatis oculis Chriſtus illos videt qui viſitari digni ſunt, dom.4. Quadr H
Schithæ ſemel quotannis,ſinguli regionum principes miſcẽt vinum cratere de quo omnes hoſtium homicidæ bibunt, nemo autem guſtat, qui nihil præclari operis ediderit, dom.ead.L
Sol & Luna pater & mater dici poteſt, dom. Reſur.D
Species & decor domus Dei ſunt ſpolia erepta infernali Tyranno,dom.ead.A
Spes quod ſperat iam quodam modo cernit,dom.ead.A
S.Franciſcus ſæpe dicere ſolebat illa verba Deus meus & omnia,dom.ead.E
Sic Deus cõdidit orbem,vt omnia haberent ſuum modicum, dom.3.poſt paſc. F
Spiritus Sanctus redarguit Hæreticos,& Schiſmaticos,quia fidelibus,& Catholicis firmiter credentibus, Eccleſiæque Romanæ iſti credere nollunt,dom.4 poſt paſc.F
Sicut ſignum eſt amoris Dei mandatorum obſeruantia, ita ſignum odij mandatorum negligentia,do.pent. D
Si Ieſu Chriſti Euangelium mundus ſuſcipit, cælum miratur dæmones contremiſcunt,dom.ead.E
Sine Spiritus Sanctus inſtructione, & intrinſeca motione ociosa eſt inſtructio, quæ ab extrinſeco per quempiã alium magiſtrum adhibetur,dom.ead.F
Si à corde abfuerit memoria Sanctiſs. Trinitatis omnia nos coanguſtant,omnia mortem minatur,dom.ead. L
Simulachrum virtutis, quæ deſcriptione putant deſcripſiſſe Salomonem nonnulli,dom. SS. Trinit. A
Sol quamuis ſibi ipſi ſit abunde ſufficiens tamen vtilitati hominum maximè deſeruit,dom.ead.B
Summi Pontifices,Imperatores & Reges Chriſtianos coronauerunt dom.eadem. D
SS. Trinitatis per Sacram Scripturam in multis verbis intelligentia atque deſcriptio.dom.ead.G

T

Theologia Hebræorum, & Chaldæorum quare vera eſt, dom.1.Aduent.
Theologiam nobiliſſimam & perfectiſſimam tradidit Dominus Deus Chriſtianis per vnigenitum ſuum. do.ead.A
Tenebræ inferni quales.dom.ead.F
Theodoricus Imperator quid dixerit de falſificatione monetæ.dom.3.Aduent.F
Tribus præcipuè Rerum publicarum externa, & temporalis felicitas retinetur atque augetur, imperio ſcilicet, copijs, atque multitudine inhabitantium.dom. 4.Aduent. A
Tiberius 22.annis Romæ imperauit.dom.ead.B
Tetrarchæ nomen, à quarta regni portione videtur emanaſſe.dom.4.Aduent.ead.Lit.
Tres viæ fuerūt quibus Iudæi noluerunt ambulare do.ead.I
Tribulationes & omnes erumnæ à Deo permittuntur, vtilitatis noſtræ cauſa.dom.infra.oct.Natiuit.F
Tria feſta celebrabantur per annum in veteri teſtamento,& quare.dom.infra.oct.Epiph.D
Tria ſunt maximè neceſſaria ad rectam filiorum educationem & quæ dom.2.poſt Epiph.C
Triplex mare excogitat S.Baſilius, præter illud materiale in quo fluctuabat nauis Apoſtolorum.do.4.poſt Epiph.A
Tantus eſt fur & latro peccatum, vt nō ſolum famam, honorem, bona corporalia, ſalutem corporis, ſed & animam & omnia bona diripiat.dom.5.poſt Epiph.K
Tantus eſt amor Dei erga bonos vt propter illos toleret malos.dom.eadem.M
Tulij Hoſtilini Regis, & Ducis Romani exercitus factum. dom.Quinq.C
Taciturno Deo antiqui offerebant animal quod caret lingua.dom.eadem.E
Tiberio Cæſari allatum eſſe fertur vas vitreum, quod malleis percuſſum non frangebatur ſed complicabatur. dom. eadem. H
Tale eſt ieiunium, qualis ieiunandi intentio.do.1. Quadr.G
Tentator fruſtra tentauit Filiū Dei in eremo do.ead.H. & I
Thabor montis altitudinem eſſe teſtatur Ioſephus triginta ſtadiorum, in vertice autem viginti ſtadiorum planiciem. dom.2.Quadrag. B
Transfiguratio multiplex eſſe poteſt, quædam ficta quædam vera.dom.eadem. C.& D
Tempore Lucij ſeptimi,& Marci Aurelij Imperatorum fuit aſſignatum præmium vniuerſale militibus vt ſcilicet quilibet eorum acciperet coronam, & in capite geſtaret quæ dicebatur Laurea Caſtrenſis.dom.ead.D
Tantus non nullorum eſt amor ſui, vt omiſſis publicis negotijs, magis priuatum bonum diligant quàm Reipub.inſeruire ſatagant.dom.eadem.H
Tria potiſſimum ſunt, propter quæ Chriſtus omnia ſua miracula in curandis hominum corporibus & miſerijs depellendis contulit dom.4.Quadrag.E
Tanta eſt ſpei lætitia & gaudium aut ſolatium, vt ad magnas tribulationes, & ingentes labores ferendos robur præbeat.dom.Reſurr. A
Tantalus habens ſuper caput maximam diuerſorum fructuum abundantiam præ fame tamen mori à Poetis fingebatur.dom.ead.A
Tardat nonnunquam Dominus ſuis nos muneribus ſimulare, vt eo ſint dona ipſius gratiora quò tardiora fuerint. dom. 1.poſt paſcha.B
Triſtitia Spiritum Sanctum maſtificat inquit B.Antiochus. dom. 3.poſt paſcha.A
Thales Mileſio vnus ex ſeptem ſapientibus Græciæ non ſolùm philoſophus, verum, & mercator fuit domin.5.poſt paſcha. C
Turcæ & Gentiles idololatras morte tradunt dom.ead.E
Tria in homine latibula ſunt, in quibus pretioſa quæque aſſeruari poſſunt, intellectus, voluntas, & memoria. dom. Pentecoſtes. A

V

Vbi tum temporis, & vbi nunc eſt locus muſicorum. dom.1.Aduent.D
Vladſlaus Iagello, quo ſigno à Deo confirmatus eſt de futura ex Pruſſis victoria.dom.ead. E
Vbi gladius radijs ſolaribus percuſſus magnum ſpectantibus terrorem iniecit.dom.ead.E
Viuentes homines per partes mortem ſumunt.do.2. Adu.E
Vocatio ad fidem quàm magnum ſit beneficium.do.ead.E
Vas electionis erat S.Paulus Apoſtolus.ibidem.
Veſtis pretioſa & mollis, vexillum eſt ſuperbiæ, & nidus luxuriæ dixit Auguſtus Imperator.dom.ead.M
Viæ noſtræ ſunt peccata noſtra, via autem Domini via eſt mandatorum eius dom.3.Aduent.H.
Vera nobilitas eſt clarū eſſe virtutibus.do.infra oct. Nat.G
Vladiſlai Iagellonis Regis Poloniæ quantum potuit apud Deum oratio.dom.ead.H
Valerius Maximus quid refert de Egle Athleta muto dom. infra oct.Epiph.A
Venceſlai Bohemorum Regis liberalitas.do.2.poſt Epiph.F
Vſitatum eſt Deo noſtro ſeruare vinum bonum vſque huc, quod per contrarium facit mundus dom.eadem.H
Venetia in mari erecta.dom.4. poſt Epiph.D
Vita æterna nihil aliud eſt niſi videre Deum, & frui diuina eſſentia.dom.Sept.B
Vladiſlaus Iagello venationum auidiſſimus fuit.do.ead.E.
Vita æterna meritis præcedentibus redditur.dom.ead.G
Vnus ex ſeptem ſapientibus Periander totam ſecuritatem,& felicitatem regni conciliauit.dom.3.Quadr. A
Vnum eſt regnum Dei,& indiuiſum, regnat enim in Deus in ſuis electis, quos nemo rapiet de manu eius.dom.ead.L
Venter Mariæ arca eſt internè & externè operta auro in qua manna cæleſte ſtudioſiſſimè aſſeruatum eſt. do. & L. ead.
Verbum Dei cibus eſt animę.dom.paſſionis.D
Vladiſlaus ſecundus Polonorum princeps patientiſſimus fuit dom.&c.L. ead.
Veritas non amat angulos non eſt clancularia omnibus eſt blanda &c.dom.1.poſt paſcha.C
Veritas duplex eſt altera ſpeculatiua altera practica. dom. 4. poſt paſcha.H
Vladiſlaus Iagello Rex Poloniæ, quamuis fuit in peregrinos hoſpitaliſſimus, & liberaliſſimus tamen petentibus medium ſolebat dare ex illo quod petierunt. domin.5. poſt paſcha. G
Venit ad homines intellectum, voluntatem, & memoriam Deus Pater omnipotens. Filius & Spiritus Sanctus ex gratia ſua immenſa.dom.Pentec.C
Vnde colligitur quod vis & poteſtas eſt penes ſummos Pontifices Reges Chriſtianos creare & deponere do.SS.Trin.
Venetijs mos & lex eſt, quod ſi quis palatium ſibi conſtruere vellet, ex communi fiſco, & ſumptibus publicis fundamēta erigi debent, nec aliter facere permittitur.do.ead.F
Vladiſlaus Iagello Polonorum Rex tantam multitudinem infidelium iuſſit baptizari, vt pro numero enim nec nomina reperiret, quæ imponeret ſingulis ſed fœmineo ſexui vnum aliud maſculino dabatur.dom.eadem.F

X

Xenophon ait quod bonus paſtor nihil differt à bono patre.dom.2.poſt paſcha.B

Z

Zizania non ſolùm per ſe mala eſt verùm etiam bonum ſemen inficit.dom.5.poſt Epiph.G
Zyma Græcum Latinè fermentum ſignificat. dom.6. poſt Epiph.E
Zelo amoris magni Angeli Chriſti gloriam proſequuntur. dom.Reſur. G

F I N I S.

INDEX RERVM QVORVNDAM SACRAE SCRIPTVRÆ,

Quæ in Inſtitutionibus Moralibus inueniuntur.

Geneſis.

ET præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, Genſ 1.dom.Adu.lit.A
Loquar ad Dominum cum ſim puluis, & cinis, Gen. 18.dom.6.poſt Epiph.G
Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, Gen.49.do.Sexag.C
Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum quia dura, Gen.49.dom.2.poſt Paſcha D
Igitur perfecti ſunt cæli, & terra & omnis ornatus eorum, Gen 2.dom.3.poſt Paſcha C
Nunc cognoui quod timens Dominum, Gen.22.do.1. Adu.C
In baculo meo tranſiui Iordanem, Gen.32.do.inf.oct.Epiph.N
Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, Gen.2.dom.4.poſt Epiph.C
Noli timere Abraam quia ego protector tuus ſum, Gen.15. dom.1.poſt Paſc.D

Exodi.

Ego ſum qui ſum, Exod.3.dom.5.poſt Paſcha
Vltra vires tuas eſt negotium ſolus illud non poteris ſuſtinere, Exod.18.dom.2.Adu.E
Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, Exo.3.do.Quinq.G

Leuitici.

In omni oblatione offeres ſal, Leuit.2.dom.1.Adu.C
Omnis ponderatio ſiclo ſanctuarij pondeſabitur, Leuit.27. do.2.poſt Epiph.A

Numeri.

Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra, Num.12.dom.Palm.C
Ita delebit hic populus omnes qui in noſtris finibus commorantur quomodo ſolet bos herbam vſque ad radices carpere, Num.22.dom.inf.oct.Nat.B

Deuteronomij.

Quod ſi difficile vobis viſum aliquid fuerit referte ad me, & ego audiam, Deut.1.c.17.dom.Quinq.F
Date magnificentiam Deo noſtro, Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iuditia, Deut.32.dom.3 poſt Paſc.C
Honora patrem vt ſis longæuus ſuper terram, Deut.5.dom.4. poſt Paſcha F
Hæc eſt enim veſtra ſapientia, Deut.4.do.inf.oct Epiph.F
Si obedieris voci ſacerdotis Dei tui faciet te Dominus Deus *tuus excelſiorē cunctis gentibus, Deut.26.do.4.poſt Epi.*E

Ioſue.

Obediente Deo voci hominis, Ioſuæ 10.dom.4.poſt Epiph.B *& dom.3.Adu.F*

Iudicum.

Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuæ abſtineat ſe Iud.13. dom.1.Quadr.k

Regum.

Domini enim ſunt cardines terræ, 1.Reg.2.do.1.Adu.B
Magnificatus eſt puer Samuel apud Deum, 1.Reg.2.do 4. Quadrag.k
Erat rufus & pulcher aſpectu facieque decora induſtrius, & manſuetus, ipſo aſpectu corda filiorum Iſrael alliciens, 1. Reg.16.dom.Palm.C
Ego autē adhuc delicatus ſū, & vnctus Rex, 2.Reg.3.do.ea.C
Quid habet populus quod plorat, 1.Regum 11.dom.4.poſt Paſcha E. *& dom.Quinquag.F*
Firmabo regnum eius, & ſtabiliam thronum eius vſque in ſempiternum, 2.Reg.7.dom.5.poſt Paſc.D
Diſputauit ſuper lignis à Cedro qui eſt in Libano vſque ad hyſopum, 3.Reg.4.dom.5.poſt Epiph.F
Sabud filius Nathan ſacerdos amicus Regis, 3.Reg.4.dom. Pent.C
Magnificatus eſt Rex Salomon ſuper omnes reges terræ, 3. Reg 10.dom.4.Quadr.A
Sufficit nunc contine manum tuam, 2.Reg.24.dom.Reſur.I
Aſcende inquit & conſtitue altare domino, vt offeras ſacrificia pro populo, 2.Reg.24.dom.ead.k

Paralipomenon.

Creuit ergo *Iozaphat, & magnificatus eſt vſque in ſublime, 2.Paralip.17.dom.4.Quadr.k*
Det tibi *prudentiam vt regere poſſis Regnum Iſrael & cuſtodire legem* Domini *Dei tui, 1.Paralip.22.dom.1.Adu.C*

Eſdræ.

Forte vinum fortis Rex, fortes mulieres, ſed omnium fortior veritas 3.Eſdræ 3.dom.2.Adu.C
Nunc ergo pone in ſtatera iniquitates noſtras, & eorum qui habitant in ſæculo, 4.Eſdræ 3.dom.4.poſt paſc.B

Tobiæ.

Quod ab alio oderis fieri tibi vide ne aliquando alteri feceris, Tob.4.do.3.Quadr.F

Iudith.

Confirma me Domine Deus Iſrael in hac hora, & reſpice opera manuum mearum, Iudith 13.dom.2.Adu.F

Eſter.

Domine mi qui Rex noſter es ſolus adiuua me ſolitariā, Heſt. 14.dom.2.Adu F

Iob.

Quaſi tumentes ſuper fluctus ſemper tremui Deū, Iob 31.do. 1.Adu.A
Deus apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & prauorum diſſipat cogitationes, Iob ibid.k
Contra folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris, Iob 13.ibid.M
Habebis fiduciam propoſitam tibi ſpe, Iob 11.dom.4. Adu.k
Si reuerſus fueris ad omnipotentem dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos, Iob 22.dom.inf.oct.Nat.O
*Vir vanus in ſuperbia erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat, Iob 11.dom.4.poſt Epiph.*D
Iudicabit eis opera eorū, & ſcelera eorum, Iob 36.dom.Sept.C
Argētum venarū ſuarum hēt principium, Iob 28 do.Sexag.I
Tigris perijt eo quod non haberet prædam, Iob 4.do.Quinq.A
Behemoth, quid ſignificat, Iob 40.dom.ead k
Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me, & in puluerē reduces me, Iob 10 dom.ead.O
Abſtinete ab omni peccato, Iob 8.ibid.aliorum de abſtinentia ſententia, dom.1.Quadr.k
Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob quod nō ſit ſimilis ei, Iob 1.dom.2.Quadr.A
Memēto mei quia ventus eſt vita mea, Iob 7.do.2.poſt paſc.B
Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego, inuocabit Deū & exaudiet eum, Iob 12.dom.Pent.I
Arctabuntur greſſus eius, & præcipitabit eum cōſilium eius, Iob 18.dom.1.Adu.G
Quod influat Iordanis in os eius, Iob 40.dom.Quinq.k
Cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus quis poterit tonitruum eius intueri, Iob 26.dom.1.Adu.A
Non eſt poteſtas quæ comparetur ei, Iob 41 dom.2.Adu.F
Quis mihi det vt exarentur in libro ſtyllo ferreo, & plūbi lamina vel celte ſculpantur in ſilice, Iob 19.do.inf.oct.Epiph.H

Militia eſt vita hominis ſuper terram, Iob 7. do.4. poſt Epi. A
Manus tuæ Domine ſecerunt me, & plaſmauerũt me totum in circuitu, Iob 10 dom.5. poſt Epiph. A
Videbant dolorem eius vehementem, Iob 2. dom. Quinq. A
Circa cardines cœli perambulat nec noſtra conſiderat, Iob 22. dom.4. poſt Paſcha E
Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam timorem Domini dereliquit, Iob 6. dom. Pent. G

Pſalmorum.

Initium Sapientiæ timor Domini, Pſal.110. do.1. Adu. A
Cogitaui dies antiquos & annos æternos in mente habui, Pſ. 76. dom. ead. L
Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Cur timebo in die mala, Pſal.48. do.1. Adu. A
Iuſtitia, & Iudicium præparatio ſedis tuæ, Pſal.88. ibid. M
Timor Domini ſanctus permanet in æternum, Pſ.58. ibid. M
Et occidit reges fortes, Pſal.135. dom.2. Adu C
Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo, Pſal.117. dom. ead F
Anima mea in manibus meis ſemper, Pſal.109. do.3. Adu. C
Dominus firmamentum meum, & refugium meum, Pſ.17. dom. infra oct. Natiu. G
In te confidit anima mea, Pſal.56. ibid.
Bonum eſt confidere in Domino quam confidere in homine, Pſal.117 ibid.
Laudate eum cœli cœlorum, Pſal.148. dom. ead. O
Aequitas teſtimonia tua in æternum intellectum da mihi & viuam, dom. infra oct. Epiph. B
Doce me facere volu tatem tuam quia Deus meus es tu, Pſ. 142. dom. ead. M. & dom.4. poſt Epiph. C
Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, Pſ.5. do. ead R
Tabeſcere me fecit zelus tuus. Pſ.118 do.3. poſt Epiph.
Facientes verbum illius ad audiẽdam vocem ſermonem eius Pſal.102. dom.4. poſt Epiph. G
Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus, Pſ.44 dom 5. poſt Epiph. H
Niſi quia Dominus erat in nobis forte viuos deglutiſſent nos, Pſal.123. dom ead. M
De torrente in via bibet, Pſal.109 dom.6. poſt Epiph. E
Conuertere Domine, & eripe animam meum, Pſ.6. do. Sept. D
Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, Pſ 137. do. ead. I
Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me, Pſal.119. dom. Sexag. D
Et adorabunt eum omnes reges terræ omnes gentes ſeruient ei, Pſal.71 dom ead. D
Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, Pſal.11 dom. ead D
Sepulchrum patens eſt guttur eorum, Pſal.5. dom. Quinq. O
Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, Pſal.143 dom.1. Quadr. A
Non eſt inopia timentibus eum, Pſal.33. dom.2. Quadr. C
Oculi eius in pauperem reſpiciunt, Pſal.10. dom. ead. C
Oculi enim Domini ſuper iuſtus, & aures eius in preces eorum, Pſal.33. dom. ead. C
Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus, Pſ.67. do. ead. E
Et pulchritudo agri mecum eſt, Pſal.49. dom. ead. k
Latum mandatum tuum nimis, Pſal.118. do 3. Quadr. A
Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi virga directionis virga regni tui, Pſal.44. dom.4. poſt Paſcha C
Vox Domini in magnificentia, Pſal.28. dom.4. Quadr. I
Linguam noſtram magnificabimus labia noſtra à nobis ſunt quis noſter Dominus eſt Pſal.11. dom. ead. k
Credo videre bona Domini in terra viuẽtiũ, Pſ.26, do. Pal. A
De cœlo feciſti auditum iudicium terra tremuit, & quieuit, Pſal.75. dom. ead. A
Memento Domine David, & omnis manſuetudinis eius, Pſ. 131. dom. ead. B
Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis, Pſal.122. dom. 1. poſt Paſcha F
Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto, Pſal.93. dom. ead. H
Expecta Dominum viriliter agere, Pſal.26. dom. ead. I
Et in libro tuo omnes ſcribentur, Pſal.138. do.2. poſt Paſc. E
Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, Pſal.24. dom. ead. E
Ne proijcias me in tempore ſenectutis cum defecerit virtus mea ne derelinquas me, Pſal.70. ibid.
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, Pſal.38. dom.3. poſt Paſcha A
Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, Pſ.115 dom.3. poſt Paſcha C
In Domino confido quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montem ſicut paſſer, Pſ.10. dom. ead. F
Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, Pſal.15. dom. Pent. D
Qui loquuntur pacem in proximo ſuo, mala autem in cordib. eorum, Pſal.27. dom. ead. F
Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, Pſ.54. do. ead. G
Paratas ſedes tua ex tunc à ſæcula tu es, Pſal.92. dom. Sanctiſſ. Trinit. F
Regnum tuum regnum omnium ſæculorum, Pſal.144. dom. & lit. ead.
Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, Pſalm.118. dom.1. Adu. D
Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, Pſal.48. dom. ead. D
Homo cum interierit non ſumet omnia, Pſ 48. do.1. Adu. L
Iuſtus vt palma florebit, Pſal.91. dom.4. Adu. O
Homo cum in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus, Pſal.48. do.4. Adu. N
Erue me à circumdantibus me, Pſ.31. dom. infra oct. Nat. F. & dom.3. poſt Paſcha F
Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, Pſal.118. dom.4. poſt Epiph. C
Opera digitorum tuorum, Pſal.8. dom.5. poſt Epiph. A
Funes extenderunt in laqueum mihi, Pſal.139. do. Sept. N
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, Pſ.138. do. Quinq. L
Zelaui ſuper iniquos peccatorum partem videns, Pſalm.32. dom.3. Quadr. E
Laudabo nomen Dei cum cantico, Pſal.68. do.4. Quadr. k
Qui ponit in theſauris abyſſos, Pſal.32. dom. ead. L
Ipſi hæreditabunt terram, & delectabunt in multitudine pacis, Pſal.36. dom. Palm. F
Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, Pſal.4. dom.1. poſt Paſc. H
A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperauit anima mea in Domino, Pſal.120. dom. ead. I
Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, Pſal.9. dom. ead. L
Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabãt me aduerſum me iurabant, Pſal.101. dom.2. poſt Paſc. C
Conculcauit me homo tota die impugnans tribulauit me, Pſal.55. dom.2. poſt paſcha F
Reges eos in virga ferrea, Pſal.2. dom.4. poſt paſc. C

Prouerbiorum.

Timor Domini principium ſapientiæ, Prou.1. do.1. Adu. A
Sapientiam iunge humilitati, & exaltabit te humilitatem prudentia, & extollet te, Prou.14. ibid. D
In vijs iuſtitiæ ambulo, Prou.8. dom. ead. H
Si ſapientia intrauerit in cor tuum conſilium cuſtodiet te, Prou.2. ibid. G
Et eris ſicut dormiens in medio mari, Prou 23. ibid. H
Fortitudo ſimplicis via Domini. Et pauor his qui operantur malum, Prou.10. dom.2. Adu. A
Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, Prou.28. ibid. G
Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit, Prou.28. ibid. G

Melior

Digitized by Google

Melior eſt vir patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium, Prou.16.dom.3.Adu.A

Spes quæ differtur affligit animum, Prou.13.dom.5.Adu.k

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, Prou.3.dom.infra oct.Nat G

Diuinatio in labijs regis, & in iudicio non errabit os eius, Prou.16 dom.ead.M

Legem meam quaſi pupilam oculi tui liga eam, Prou.7.dom. infra oct.Epiph.N

Dux indigens prudentia multos opprimet, Prou.28.dom.3. poſt Epiph.A

Ad ſciendam ſapientiã, & diſciplinam. Prou.1.do.1. Adu.H

Quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos, Prou.8.dom.4. poſt Epiph.B

Vir obediens loquetur victorias, Prou.21.ibid.G

Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, &c.Prou.24.dom.Sept.A

Impius in morte naufragium iuſtus portum nanciſcitur, dominica ead.D

Sapientior ſibi piger videtur, ſeptem viris loquentibus ſententias, Prou.26.dom ead.I

Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat, Prou 10.dom.Sexag.A

Rex qui iudicat in veritate pauperes tronus eius in æternum firmabitur, Prou.29.dom.ead.D

Si quæſieris eam quaſi pecuniam, et quaſi theſaurus effoderis eam, Prou.2.dom.ead.F

Principium ſapientiæ, poſſide ſapientiam arripe illam, et exaltabit te, Prou.4.dom.ead.G

Os iuſti vena eſt vitæ, Prou.10.dom.ead I

Qui calumniatur egentem exprobrat factori ſuo honorat autem eum qui miſeretur pauperis Prou 14 dom.2.Quadr.A

Omnes dies pauperis mali ſecura mens quaſi iuge cõuiuium, Prou 15.dom.ead B

Pauper in multis diuitijs, Prou.13.dom.ead.C

Maius in manu non eris innocens peccator, Prou.11.dom.5. *Quadrag.A*

Fili honora Dominum, & valebis præter eum vero ne timueris alienum, Prou.7.dom.*Reſur.A*

Habes fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne imitaris prudentiæ tuæ, Prou.3.dom.1.poſt Paſc. A

Dominus dat ſapientiam, & ex ore ſcientia, & prudentia, Prou.2.dom.ead.A

In ſemita iuſtitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem, Prou.12.& 28 dom.4.poſt Paſc. A

Pondus & ſtatera iudicium bonum, Prou.16.dom. ead.B

*Vbi ſuperbia ibi contumelia, Prou.11.dom Pent.*H

Nolli eſſe amicus iracundo; ne ſumas amicitia tuæ ſcandalum, Prou.22.ibid.

Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem, Prou.22.ibid.

Homo *qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo rete expandit greſſibus eius, Prou.29* H

Ne dicas amico ſuo vade, & reuertere cras, dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare, Prou.3.ibid.

Mulierem fortem quis inueniet, Prou.31.dom.SS.Trin.A

Mulier ſtulta, & clamoroſa plenaque illecebris, Prouer.9. dom.ead.B

Prudentia ſeruabit te vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur, Prou.2.dom.1.Adu.D

Meum eſt conſilium, & æquitas mea eſt prudentia, Prou.8. dom.1.*Adu.G*

Fortitudo & decor indumentum eius, Prouer.31. domin.2. Aduent. A

In timore Domini fiducia fortitudinis, Prou.4 do.2. Adu.F

Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, Prou.8.dom.infra oct.*Nat.*M

*Pretioſior eſt cunctis opibus & ea quæ deſiderantur huic non valent comparari, Prou.3.do.infra oct.*Epiph.*A*

Guſtauit & vidit quia bona eſt negotiatio eius, Prouer.31. dom.Sexag.k

Melior eſt *pauper ſufficiens ſibi, Prouer.12. domin.2.Quadrageſima A*

Cum *eo eram cuncta componens, Prou.8.dom.5.Quadr.A*

Honora *Deum de tua ſubſtantia, Prou.3.dom.Reſur.A*

Qui patiens eſt multa gubernatur ſapientia, Prou 14.dom.3. poſt Paſca A

Dens putridus, & pes laſſus, Prou.25 dom.Pent A

Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, Prou.11.do.ead.H

Eccleſiaſtes.

Si non timore Domini teneris cito ſubuertetur domus tuas, Eccleſiaſtes 27.

Melior ſapientia quam bellica arma, Eccleſ.4.dom.3. Aduentus A

Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, Eccl. 1.dom.4.*Adu.A*

Melior *eſt finis orationis quam principium eius,* Eccl.7.dom. *infra oct.Nat. A*

Eſt *& aliud malum quod vidi ſub ſole quaſi per errorem egrediens à facie Principis,* Eccl.10 dom.2.poſt *Paſc.A*

Tempus *belli, & tempus pacis, Eccl.3.dom.2. Adu.F*

Propterea quæcunque poteſt facere manus tua, Eccleſiaſtes 9. *dom.ead.F*

Sapientis oculi in capite eius, Eccl.2.dom.Quinq. A

Vidi calumnias, quæ ſub cælo geruntur, Eccl.4.do. Quinq.F, & dom.4 poſt Paſc.E

Beata terra cuius Rex nobilis eſt, Eccleſ.10.do.1.Quadr.A

Noli eſſe nimis iuſtus, Eccl.7.dom.4.poſt Paſc.C

Canticorum.

Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.Cant.1. dom.3.poſt Epiph.A

Labia tua ſicut vita coccinea. Cant.4 *dom.3.Quadr.I*

Labia tua ſicut lilia diſtillantia myrrham primam, Cant.5. *dom.1.poſt* Paſc.I

Nigra ſum ſed formoſa filiæ Ieruſalem ſicut tabernacula Cedar ſicut pelles Salomonis, Cant.1.do.3.poſt Paſc.D

Sapientiæ.

Et præpoſui illam regnis, & ſedibus, Sap.7.do.1.Adu.A

Sed miſereris omnium quia omnia potes, Sap.11.do.3.Adu.B

Sanabit *iterum ſapientia per contemptibile lignum iuſtum gubernans, Sap.10.dom.ead.F*

Infinitus eſt theſaurus ſapientiæ quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei, Sap.7.dom.infra oct.Epiph.A

Rex *ſapiens ſtabilimentum eſt ciuitatis, Sap.6.dom. infra oct.Epiph.D*

Viſi ſunt oculis inſipientium mori, Sap.3.dom.ead.I

Ipſe dedit mihi ſcientiam veram vt ſciam virtutes elementorum, Sap.7.dom.5.poſt Epiph.F

*In veſte enim poderis, quam habebat totus erat orbis terrarum, Sap.18.dom.4.Quadr.*C

*Honeſtum fecit illum in laboribus, Sapient.10.dominica 5. Quadrag.*C

*In operibus manuum eius honeſtas, Sap.8.dom.ead.*G

In paucis vexati in multis bene diſpoſiti ſunt, Sap.3. dom.3. poſt Paſcha *E*

Malignitas euertit ſedes potentum, Sapient.5.dom.5.poſt Paſcha G

Cum enim timida ſit nequitia dat teſtimonium condemnationis, Sap.17.dom.2.Adu.G

Tu autem dominator virtutis cum trãquillitate iudicas cum miſericordia, & benignitate, Sap.12.do.3.poſt Epiph.*E*

*Venite fruamur bonis Sap.2.dom.Sexag.*k

*Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, Sapient.9.dom. Quinquag.*O

XX 2 Spes

Digitized by Google

Index locorum Sacræ Scripturæ,

Spes impij tanquam lanago eſt, Sap.5.dom.1.poſt Paſc.G

Conſumatur in breui expleuit tempora multa, Sap.4.dom.2. poſt Paſcha F

Pugnabit cor pro orbis terrarum contra inſenſatos, Sap.5.do. Pentecoſt.G

Eccleſiaſtici.

Dilectur Deo, & hominibus cuius memoria in benedictione eſt Eccl.45.dom.1.Adu F

Confide in Deo, & mane in loco tuo. Eccleſ.17.*dom.infra oct. Natiuit.G*

Omnis ponderatio non eſt digna continentis anima, Eccl.16. *dom.2.poſt Epiph.A*

Eſt qui nequiter ſe humiliat, Eccl.19.dom.6.poſt Epiph.I

Nam ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus, Eccl.19 *dom.ead.L*

Quid ſuperbis terra & cinis, Eccleſ.10.dom.ead.O. & dom. *Quinquag.O*

Qui abſtinens eſt abijciet vitam, Eccl.37 dom 1.*Quadr.*k

Dilectio Dei honorabilis ſapientia, dom.3.Quadr.A

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, Eccl.24.do.5. Quadrag.C

Bona & mala, vita & mors paupertas, & honeſtas à Deo ſunt, Eccl.11.*dom.ead.C*

Amictus corporis, & riſus dentium, Eccl.19.*do.ead.C*

Ex *viſu cognoſcitur vir*, Eccleſ.19. domin.ead.D. & domin. *Quinquag.A*

Fili in manſuetudine conſerua animam tuam, Eccl.10.dom. *Palmarum A*

*Amico fideli nulla eſt comparatio, Eccl.6.do.*Pent B

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet, Eccl.11.*do Pent.D*

Ad amicum & ſi produxeris gladium, non deſperes eſt enim regreſſus, Eccl.22.*dom.ead.H*

Ve duplici corde & labijs ſceleſtis, Eccl.2.*do.*1.*Adu.*k

Timor Domini cuſtodit cor, Eccl.1.*dom.ead.*M

Si non timore Domini tenneris cito ſubuertetur domus tua, Eccl.27.*dom.ead M*

In medio ignis non ſum æſtuatus, Eccl.51.*dom.3.F*

Filij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum, Eccl.3.*do.4.poſt* Epiph.*A*

In medio laqueorum habitas, Eccl.9.dom.*Quinq.H*

Noli auidus eſſe in omni epulatione, Eccl.37.do.1.*Quadr.M*

In ipſo quoque eſt onus gratiæ, vita, & virtus, Eccl.24.do.2. *Quadrag.*k

Similem illum fecit in gloria Sanctorū, & magnificauit eum in timore inimicorum, Eccl.45.*do.4.Quadr.*k

Vigilia honeſtatis tabeſaciet in laboribus, Eccl.31.*domin.5. Quadrag.C*

Lingua tertia multos commouit & diſperſit illos de gente in gentem, Eccl.28.*dom.ead.F*

Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei vt intelligas, *Eccl.5.dom.Palm.A*

Funiculus triplex difficile rumpitur, Eccl.4.*dom.ead.G*

Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, *Eccl.24.dom. Reſurrect.* G

Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote quod nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt, *Eccleſ.2.domin.1.poſt Paſcha A*

Omnis plaga triſtitia cordis eſt, Eccl.25.*do.3.poſt Paſc.* E

Timor domini initium dilectionis eſt, *Eccleſ.25.dom.5.poſt Paſcha E*

Ditiori te ne ſocius fueris, Eccl.13.*dom.Pent.C*

Qui permanſeris fixus erit tibi fidelis amicus, Eccleſ.6.*dom. eadem F*

Noli fieri pro amico inimicus, Eccl.6.*dom.ead.F*

Si poſſides amicū in tentatione poſſide illum. Eccl.6.*do.ead.F*

Eſt amicus ſocius menſæ, Eccl.6.*dom.ead.G*

Stultus vt luna mutatur, Eccl.27.*dom.ead.G*

Eſt ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis, Eccl.6.*dom.ead* H

Pungens oculum deducit lachrimas, & qui pungit cor profert ſenſum, Eccl.22.*dom.ead.H*

Mittens lapidem in volatilia deijciet illa, & qui conuiciatur amico diſſoluit amicitiam, Eccl.22.*dom.ead.I*

Iſaiæ.

Vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum, *Iſai.7.dom.1. Aduent.I*

E *mitte agnum Domine dominatorem terræ*, Iſai.16.*dom.3. Aduent.A*

Succenſa eſt quaſi ignis impietas, Iſai.4.do 3.Adu.B

Erit præparatus mons Domini in vertice montium, *Iſai.2. dom.6.poſt Epiph.E*

*Dum non facis vias tuas, & non inuenitur, voluntas tua, Iſai. 58 dom.Sept.*I

Quia in die ieiunij veſtri inuenta eſt voluntas veſtra, ibid. dom.ead.I

Subuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, Iſa.1. dom.Quinq. F

Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis, Iſai. 66.dom.2. Quadr.A

Secretum meum mihi, Iſai.24 dom.ead.F

*Dominus voluit vt ſanctificaret eum, Iſai.42.do.4.Quadr.*k

*Multiplicaſti gentē non magnificaſti lætitiā, Iſai.9.do.ead.*k

C*uius principatus ſuper humeram eius, Iſa.9.do.ead.L*

Ex*pectat Dominus vt miſereatur & exaltabitur parcens vobis, Iſai.30.dom.*Palm.D

C*onfitebor tibi Domine quoniam iratus es mihi, Iſai.12.do. 3 poſt Paſcha F*

Non ſecundum viſionem occulorum, neque ſecundum auditū aurium iudicabit pauperes, Iſai.11.dom.4.poſt Paſc.F

Vidi Dominum ſedentem ſuper ſoliam, Iſai.6.dom.ead.F

Ve vobis qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, Iſai.5.dom.1. Aduent F

*Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, Iſa.40.dom. 3.Adu.A & dom.1 poſt Paſc.*C

Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis Domine, Iſai. 26.dom.Quinq.P

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, Iſai.38.dom.3 poſt Paſc.A

Opus iuſtitiæ eſt pax.Iſai.32.dom.4.poſt P*aſc.A*

Ponam iudicium in pondere, et iuſtitiam in menſura, Iſa.38. dom.ead.B

Antequam ſciat puer vocare patrem, & matrem, Iſai.8.dom. SS.Triuit.F

Hieremiæ.

Sapientia ſunt vt faciant mala, Hier.4.dom 1.*Adu.F*

Magnificati ſunt & dilatati impingaati ſunt & incraſſati, Hier.5.*dom.4.Quadr.*k

Maledi*ctus homo qui confidit in homine, & qui ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius, Hier.17. dom.1.poſt Paſc.F*

Quomodo dicitis ſapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt, Hier.8.dom.infra oct.Nat.N

In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui, Hier.31.*dom.3. Quadr.I*

Trenorum.

P*oſuiſti nubem ne tranſiret oratio, Tren.3.do.inf.oct.Nat* O

Denigrata eſt ſuper carbones faciēs eorū, Tre.4.do.Quinq.Q

Ezechielis.

Dic ad eos qui liniunt abſque temporamento, quod caſurus ſit paries, Ezech.3.*dom.1.Adu.B*

Non reuertebantur cum ambularent ſed vnum quodque ante faciem ſuam gradiebatur, Ezech.1.*do.2.poſt Paſc.A*

Et tu fili hominis ſume tibi lignum vnum, Ezech.37. dom. SS.Trinit.D

Virga furoris ſceptrum Domini, Ezech.19.dom.Sexag.C

Danie-

Digitized by Google

Danielis.

Senſus meus reuerſus eſt ad me,& ad honorem regni mei decoremque perueni, Dan.4.dom.4. Adu.Q

Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelſus, Dan.3.dom.4.poſt Epiph.C

Laudo inquit magnifico,& glorifico Regem cęli, Dan.4.domin.4.Quadr.k

Daniel qui ſeparabat omnes Principes,& Satrapas quia Spiritus Domini amplior erat in illo, Dan.6.dom.Pent.C

Oſeæ.

Perditio tua ex te Iſrael, Oſeæ 13.dom.infra oct.Nat.G

Quia ipſi aſcēderunt ad Aſſur Ouager ſolitarius ſibi Ephrain Oſeæ 8.dom.4.poſt Epiph.D

Non faciam furorem iræ meæ, Oſeæ 11.dom.Palm.D

Erumpet radix eius, vt libani, & ibunt rami eius, Oſeæ 14.dom.2.poſt Paſc.C.& do.5.poſt Paſcha

Ego exaudiam cælos, illi exaudient terram terra exaudiet triticum,& oleum, Oſeæ 2.do.2.poſt Paſc.C

Micheæ.

Iram Domini portabo q̄m peccaui Mich.7.do.6.poſt Epiph.k

Et humiliatio tua in medio tui, Mich.6 dom.Quinq.O

Abacuc.

Ibi abſcondita eſt fortitudo eius, Abac.3.dom.3. Adu.F

Zachariæ.

Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus,& Saluator, Zach 9.dom.2.Quadrag.A

Malachiæ.

Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quomodo emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius, Malach.3.d .2.Quadr.E

Machabeorum.

Matathias autem & filij (ai viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda,& Ieruſalem 1.Mach.2.dom. Sexag.D

Sic viri Iuda magnificati ſunt valde in conſpectu omnium, 1.Mach.5.dom.4.Quadr.k

Sacerdotes populi Dei quando à Perſis captiui ducti fuerunt cum templum fuißet ab hoſtibus occupatum,& omnis ſupplex eius ſurrepta ſacrum Deo altari ignē accepiße quem abſconderunt in valle vbi erat puteus altus, & ſiccus 2.Mach.1.dom.3.Quadr.k

Et viderunt exercitum fortem nimis 2.Mac.3.do.2.Adu.C

Matthæi.

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ, Matth.10.& 15.dom.1.Adu. k

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, Matth.8.dom.3.poſt Epiph.A

Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminat bonum ſemen in agro ſuo,dom.5.poſt Epiph.A

Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, Matth.13.dom.6.poſt Epiph. A

Niſi efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum cælorum, Matth.18.dom.ead.D

Ite & vos in vineam meam, Matth.20.dom.Sept.A

Et cum ieiunaßet quadraginta diebus,& quadrag. noctibus, Matth.4.dom.1.Quadr.A

Vos autem cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes, Matth.6.dom.ead.k

Aßumpſit Ieſus Petrum, & Iacobū, Mat.17.do.2.Quadr. A

Pauperes euangelizantur, Matth.11.dom.ead.A

Si vis perfectus eſſe vade,& vende omnia,& da pauperibus, Matth.19.dom.2.Quadr.A

Quod gratis accepiſtis gratis date, dom.ead.G

Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, Matth.7.do.3.Quadrag.F.& dom.4.poſt Paſc.A

Qui fecerit,& docuerit ſic homines, Mat.5.do.4.Quadr.

Omnis arbor bona bonos fructus facit, Mat.7.do.Reſur.B

Qui viderit mulierem ad concupiſcendū eam, Matth.5. do.1.poſt Paſcha. H

Erunt primi nouiſſimi,& nouiſſimi primi, Matt.20.dom.2.poſt Paſcha E

Tibi dabo claues regni cælorum, Matth 16.do.4.poſt Paſc.F

Cum oraueris Patrem tuum cæleſtem intra in cubiculū tuum Matth.6.dom.1.Adu.D

Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, Matth.22.dom.ead.k

Nolite timere eos qui occidunt corpus, Matth.10.do.ead.M & dom.2.Adu.G

Cum audißet Ioannis in vinculis opera Chriſti, Matth.11.dom.2.Adu.A

Vos eſtis ſal terræ, Matth.5.dom.3.poſt Epiph.A

Venti & mare obediunt ei, Matth 8.dom.4.poſt Epiph.A

Accipe puerū,& fuge in Aegyptū, Mat.2.do.4.poſt Epi.G

Beati pauperes ſpiritu, Matth.5.dom.2.Quadr.A.& do.3.poſt Paſcha D

Quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis, Matth.7.dom.3. Quadr.F

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, Mat.21.do.Palm.A

Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, Matth.11.dom.ead.E

Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ Matth.24.dom.Reſur.A

In his duobus vniuerſa lex pendet,& Prophetæ, Matth.22.dom.4.poſt Paſca H

Data eſt mihi omnis poteſtas, Matth.28.dom.SS.Triu.A

Marci.

Spiritus quidem promptus caro autem infirma, Marc.14.dom.2.Quadr.I

Omnia quæcunque orantes petitis, Marc.11.dom. infra octa.Natiuit.F

Emerunt aromata vt venientes vngerent Ieſum, Marc.16.dom.Reſur.A

Lucæ.

Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pænitentiæ, Luc.3.dom.4.Adu.A

Quæ non diſcedebat de templo ieiunijs,& orationibus ſeruiēs die ac nocte, Luc.2.dom.infra oct.Nat.A

Petite & dabitur vobis, ibid.G

Ieſus proficiebāt ætate,& ſapientia, Luc.2.do.inf.oct.Epi.A

Sint lumbi veſtri præcincti, Luc.12.dom.2.poſt Epiph.G

Qui ſe humiliat exaltabitur, Luc.18.do.6.poſt Epiph.F

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans, Luc.18.dom.Quinquag. A

Gaudium eſt in cælo ſuper vno peccatore pænitentiam agente quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, Luc.15.domin.3.poſt Paſcha G

Erunt ſigna in Sole,& Luna, Luc 21.dom.1.Adu.A

Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuū, Luc.11.do.2.Adu.C

Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, Luc.8.do.Sexag.A

Fodere non valeo, Luc.16.dom Sexag.H

Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, Luc.12 do. Reſ.A

Quis autem ex vobis petit Patrem panem nunquid lapidem dabit illi, Luc.11.dom.1.poſt Paſc.L

Domine adauge nobis fidem, Luc.17.do.5.poſt Paſc.A

Ioannis.

Sic Deus dilexit mundum, Io.3.do.infra oct.Epiph.R

De ventre eius fluent aquæ viuæ, dom.ead.I

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Gallileæ, & erat ibi Ieſus cum Maria matre ſua, Io.2.do.2.poſt Epiph.

Quod factum eſt in ipſo vita erat, Io.1.do.2.Quadr.k

Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos, Io.15.dom.3.Quadr.E

Ego Dæmonium non habeo; Io.8.do.5.Quadr.A

Cū eſſet ſero die illu vna Sabbatorū, Io.20.do.1.poſt Paſc.A

Arguet mundum de peccato,& de iuſtitia, & de iudicio, Io.16.dom.4.poſt Paſc.A

Ipſe enim Pater amat vos quia vos, me amaſtis. Ioan. 16. domin. 5. poſt Paſcha. A

Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. Ioan. 14. Dom. Pentecoſt. A

Qui ex vobis ſine peccato eſt prius in illum lapidem mittat Ioan. 8. Dom. 1. Aduent. k

Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam. Ioan. 12. dom. ead. L

Et confeſſus eſt, & non negauit. Ioan. 1. dom. 3. Aduent. A

Ego ſum vitis vos palmites, Ioan. 15. dom. Quinq. P

Sine me nihil poteſtis facere. ibid.

Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, Ioan. 6. domin. 4. Quadrageſima A

Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, Ioan. 10. domin. 2. poſt Paſcha A

Mundus gaudebit vos vero contriſtabimini, Ioan 6. domin. 3. poſt Paſcha. A

Actorum.

Surge, & ego ipſe homo ſum, Actuum, 10. v. 26. dom. 4 Aduentu F

In quo viuimus mouemur, & ſumus, Act. 17. dom. Quinq. Q & dom. 5. poſt Epiph. C

Ibant à conſpectu cõcilij quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, Act. 5. dom. 2. Aduento. F

Argentum, & aurum non eſt mihi quod autem habeo hoc tibi do, Act. 3. dom. 2. Quadrag. G

Beatius eſt magis dare quam accipere, Act. 20. dom. 3. Quadrageſ. k

Erat cor vnum & anima vna. Act. 4. dom. Pentec. H

Ad Romanos.

Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum ad Rom. 8. dom. infra Oct. Epiph. R

Fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus, ad Rom. 8. dom. ſeptuag. k

Cui ſeruio in ſpiritu meo ad Rom. 1. dom. 2. Quadr. F

Deus charitas eſt ad Rom. 5. dom. 3. Quadr. B

Non eſt enim regnum Dei eſca, & potus ad Rom. 14. dom. 5. Quadrag. E. & dom. 1. Quadr. L

Cupio anathema eſſe pro fratribus meis ad Rom. 9. dom. Reſurrect. M

Quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit ad Rom. 5. dom. 1. poſt Paſcha C

Spe gaudentes ad Rom. 12. dom. ead. C

Tu autem fide ſtas noli altum ſapere ſed time ad Rom. 11. dom. 3. poſt Paſcha E

Ex naturali exciſus oleaſtro ad Rom. 11. do. Sanct. Trinit. D

Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore ad Rom. 8. dom. 1. Aduent. M

Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum ad Rom. 1. domin. 4. Aduentus E

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius ad Rom. 7. dom. 4. poſt Epiph. A

Ad Corinthios.

Quoniam debet in ſpe qui arat arare. Corint. 9. dom. 4. Adu. F

Quæ ſocietas lucis ad tenebras 2. Corint. 6. dom. infra Oct. Epiphan. R

Qui enim adheret Domino vnus ſpiritus eſt cum eo. Corint. 6. dom. ead. R

Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto 2. ad Corint. 11. dom. 2. poſt Epiph. F.

Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis 1. Corint. 2. dom. 6. poſt Epiph. k

Empti enim eſtis pretio magno 1. Corint. 6. dom. Quinq. N

Potens eſt autem dominus omnem gratiam abundare facere in vobis 2. Corinth. 2. dom. 2. Quadr. C

Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus 1. Corint. 4. Dominica eadem F

Virgo cogitet quæ Dei ſunt vt ſit caſta corpore, & ſpiritu 1. Cor. 7. dom. ead. I

Periculis in mari, periculis in ſolitudine, 2. Corint. 11. dom. Pentecoſt. G

Fides Spes Charitas maior autem horum eſt charitas 1. Cor. 4. dom. 3. Quadr. C

Non prius quod ſpirituale, ſed quod animale. 1. Corinth. 15. dom. ead. D

Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis 1. ad Corinth. 14. dom. 5. Quadr. C

Obſecro vos per manſuetudinem, & modeſtiam Chriſti 2. ad Cor. 10. dom: Palm. D

Habemus theſaurum in vaſis fictilibus. 1. ad Corinth. 4. dom. 2. poſt Paſcha B

Quæ conuentio Chriſti ad Belial 2. Corint. 6. dom. infra Oct. epiphan. Q

Quod momentaneum eſt & leue 2. Corin. 4. dom. ſexag. F

Quid habes quod non accepiſti, aut quid gloriaris quaſi non acceperis 1. Cor. 4. dom. quinquag. P

Eſca vos non commendat Deo 1. ad Cor. 8. dom. 1. Quadr. L

Nihil habentes omnia poſſidentes 2. Cor. 6. dom. 2. Quadr. G

Nunc per ſpeculum in enigmate tunc autem facie ad faciem 1. Cor. 13. dom. 1. poſt Paſcha S

Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ 2. Cor. 1. dom. ead. F

Gratia Dei ſum id quod ſum. 1. ad Cor. 14. dom. 2. poſt Paſcha D

Iudæi ſigna volunt Græci ſapientiam. 1. Corin. 2. Dominica Sanct. Trinit. E

Ad Galatas.

Viuo ego iam non ego ad Gal. 2. dom. 3. Aduentus F

Viuo in fide filij Dei qui dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me ad Gal. 2. dom. infra Oct. Natiuit. F

Iuſtus ex fide viuit ad Gal. 3. dom. 5. poſt. Paſcha C

Ad Epheſios.

Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed contra ſpirituales nequitias in cæleſtibus ad Epheſ. 6. domin. 1. Aduent. & dom. 2. k

Alijs generationibus non eſt agnitum ad epheſ. 5. dom. 6. poſt Epiph. k

Solliciti obſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis ad Epheſ. 4. dom. 2. Quadr. I. Et vos Domini ead.

Facite illis remittentes minas ad Epheſ. 6. dom. 3. poſt. Epiphan. N

Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis Dei enim bonum non ex operibus ne quis glorietur ad Eph. 2. dom. 5. poſt Paſcha B

Ad Philipenſes.

Noſtra conuerſatio in cælis eſt ad philip. 3. dom. infra. Oct. Epiph. R

Factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, ad Philip. 2. dom. 4. poſt Epiph. G

Humiliauit ſemetipſum Dominus vſque ad mortem ad Philip. 2. dom. 6. poſt Epiph. E

Qui reformauit corpus humilitatis noſtræ ad Philip. 3. dom. eadem F

Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate ſua. ad Philip. 2. dom. Quinquag. P

Vbique & in omnibus inſtitutus ſum & ſaciari, & abundare, & eſurire, & penuriam pote omnia poſſum in eo qui me confortat. Ad Philip. 4. dom. 2. Aduent. F

Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus ad Philip. 4. domin. 5. Quadrag. G

Cum timore & tremore operamini ſalutem noſtram ad Philip. 2. dom. 2. poſt Paſcha F

In Inſtitutionibus Moralibus.

Ad Coloſenſes.

Induite vos ſicut electi Dei, ad Coloſ. 3. dom. 5. Quadr. E

Pacificans per ſanguinem, ſiue eias ſiue qua in terris ſiue qua in cœlis ſunt ad Coloſ. 1. Dom. 1. poſt Paſcha B

Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo ad Coloſ. 3. dom. ſeptuag. G

Et vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo ad Coloſ. 3. dom. 1. poſt Paſcha E

Ad Theſſalonicenſes.

Hac eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra vt abſtineatis vos à fornicatione 1. ad Theſſal. 4. dom. 2. poſt Epiph. F

Vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela ſeruetur 1. ad Theſſal. 3. dom. 4. poſt Epiph. A

Ad Timotheum.

Habentes myſterium fidei in conſcientia pura ad Timoth. 3. dom. 5. poſt Epiph. C

In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes. 2. ad Timoth. 3. dom Septuag. H

Qui enim diuites in hoc ſæculo fieri volunt 1. ad Timoth. 6. dom. 2. Quadrag. D

Epiſcopum oportet eſſe prudentem ſobrium. 1. ad Timoth. 3. dom. 5. Quadr. E

Promittentes pietatem virtutem autem eius abnegantes 2. ad Timoth. 3. dom. Reſurrectionis. Q

Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex 2. ad Timoth. 4. dom. 1. poſt Paſcha I

Lucem habitat inacceſſibilẽ 1. Timoth. 6. dom. 5. poſt Paſch. C

Ad Titum.

Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit ad Titum 3. dom. 3. Quad. I

Fides ſermo eſt & Dei voluntati conformis, vt curent bonis operibus prodeſſe qui credunt Deum 2. ad Titum 3. dom. 5 poſt Paſcha. E

Fidelis ſermo, & de his te volo confirmare ad Titum 3. dom. 5. poſt Paſcha E

Ad Hæbreos.

Offerens preces ad Deum cum clamore valido, & lachrimis exauditus eſt pro ſua reuerentia Hebr. c. 9. dom. ſexageſ. D

Statutũ eſt omnibus hominibus ſemel mori ad Hebr. 9. dom. 3. poſt Paſcha B

Nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis ad Hebr. 12. dom. eadem C

Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia Hebr. 11. dom. 5. poſt Paſcha. A

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci ad Hebr. 13. domin. 5. poſt Paſcha E

Elegit magis affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati gaudere iucunditate ad Hebr. 11. dom. 1. Aduent. I

Plurem hoſtiam obtulit Abel quam Caim ad Hebr. 11. dom. 3. Aduent. F

Aſpiciebat enim in retributionem ad Hebr. 11. do. 3. Adu. F

Obedite præpoſitis veſtris ad Hebr. 13. dom. 4. poſt Eph. G

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo ad Hebr. 11. domin. 5. poſt Paſcha A

Accedentem ad Deum oportet credere, ad Hebr. 9. dom. 5. poſt Paſcha. C

Iacobi.

Beatus vir qui ſuffert tentationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ Iacobi cap. 1. dom. 3. Adu. F

Si quis indiget ſapientia poſtulet à Deo. Iacobi 1. dom. infra Oct. Natiuit. G, *& dom. 1. poſt Paſcha* L

Quicunque voluerit amicus eſſe huius ſæculi Iacobi 4. dom. infra Oct. Epiph. R

Diues autem in humilitate ſua Iacobi 1 dom. 2. poſt Epiph. F

Si quis putat ſe religioſum Iacobi 1. dom. 5. Quadr. F

Quæ eſt vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens deinde exterminabitur Iacob. 4. dom. 2. poſt Paſcha B

Patientia opus perfectum habet. Iacob. 1. dom. 1. Aduent. C *Et dom. 3. poſt Paſcha* C

Linguam autem hominum nullus domare poteſt Iacob. 3. domin. 5. Quadrag. F

Petri.

Serui ſubditi eſtote in omni tempore Dominis non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis 1. Petr. 2. dom. 4. poſt Epiphania F

Vos autem omnem curam ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtute. 2. Pet. 1. dom. 5. poſt Epiph. C

Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam ſuam 1. Pet. 5. dom. 6. poſt Epiph. F

Humiliamini ſub potenti manu Dei. ibid. K

Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ. 1. Petr. 1. dom. 1. Quadrag. B

Vnanimes in oratione. 1. Petr. 3. dom. 5 Quadrag. E

Timorem eorum ne timueritis 1. Petr. 3. dom. Reſurrect. A

Qui peccata noſtra in corpore ſuo tulit ſuper lignum vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus cuius liuore ſanati ſumus 1. Petri 2. dom. 1. poſt Paſcha E

Hæc eſt gratia ſi propter conſcientiam Dei ſuſtinet quis triſtitias 1. Petri 2. dom. 3. poſt Paſcha B

Chriſtus Paſſus eſt pro nobis nobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius 1. Petr. 2. dom. 5. Quadrag. E

Benedictus Deus, et Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. 1. Petr. 1. dom. 1. poſt Paſcha E

Ioannis.

Hæc eſt fiducia quam habemus ad eum 1. Ioan 5. dom. infra Oct. Natiuit. G

Hæc eſt fiducia quam habemus ad eum quia quodcunque petierimus ſecundum voluntatem eius audit nos. Ioan. 5. 14. dom. 1. poſt Paſcha. L

Perfecta charitas foras mittit timorem 1. Ioan. 4. dom. 1. Aduent. M

Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ 1. Ioan. 1. domin. 2. Aduent. B

Iudæ.

Carnem ſuam maculant dominationem autem ſpernunt Iudæ 1. dom. 2. poſt Epiph. H

Apocalypſis.

Senes ante Tronum Dei. dom. 1. Adu. G

Vide ne feceris conſeruus enim tuus ſum. Apoc. 19. domin. 4. Aduent. F

Ego ſum Alpha, & Omega Apocal. 1. dom. 2. poſt Epiph. B

Oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti. dom. ead. C

Vincenti dabo calculum candidum. Apoc. 2. dom. 2. Quadr. F

Dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Apoc. 1 dom. 1 poſt Paſcha B

Orationes ſanctorum ſicut fumus aromatum aſcendunt ante Deum Apoc. 5. dom. 1. poſt Paſcha L

Qui habet claues mortis, & inferni. Apoc. 1. dom. 4. poſt Paſcha. F

Signum magnum apparuit in cœlo Mulier amicta ſole. Apocalip. 12. dom. Sanctiſ. Trinitatis A

Venite congregamini ad cœnam magnam Dei. Apoc. 19. dom. eadem B

Et mittebant coronas ſuas ante Tronum. Apoc. 4. dom. Reſurrect. C

Iris in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ Apoc. 4. domin. eadem G

Ego primus & nouiſſimus. Apoc. 1. dom. Sanctiſs. Trinit. F

F I N I S.

INDEX RERVM
IN INSTITVTIONIBVS MORALIBVS
CONTENTORVM.

A

ARiſtoteles docet nullam virtutem reperiri abſque prudentia.dom.1.Adu.C

Abrahæ Patriarchæ placuit Deo obedientia ibid. magis autem prudentia.ibid.

Amor virtutum in forma adoleſcentis formoſiſſimi pingebatur.ibid.G

Adrianus Imperator ſapientiſſimus admoneri voluit quam ſapientiſſime.ibid.G

Ad morſum venenoſi ſerpentis ſeu inimici animarum noſtrarum Teriaca debet confici ex ſimplicitate columbina & induſtria ſerpentina ibid.k

Aegiptij quomodo Deum pingebant.dom.2.aduentus. A

ambitio legibus Chriſti prohibetur ſed honeſtum honoris deſiderium licitum eſt.ibid.B

aygolandus pacem petens à Carolo Magno vult fieri Catholicus & poſtea quare renuit.dom.ead.B

adamantem frangere non eſt fortitudinis,dom.3.aduent. A

Alexãdri Scipionis,& aliorum qui multas prouincias ſuo Imperio ſubiecerunt celebre nomen eſt in mundo.ibid.A

Ariſtoteles atque Platonis dictum.ibid. A

aquila Imperialis,& Regiæ dignitatis ſtemma,ibid.A

actus quis ſit fortitudinis,dom.ead.B

ars militaris prout,& aliæ artes ex ſe bonæ ſunt,ibid.C

ab oculis mundi abſcondita eſt fortitudo ſanctorum ibid. F

Alexandro Magno ſunt fortiores Chriſti Domini Sancti Martires,ibid.F

auxilium Dei eſt potandum in his qua excedunt proprias vires,dom.4.aduent.E

aphilotimi extiterunt Paulus,& Barnabas,& quid ſit aphilotimia.ibid.F

aſſellas alciatis cui aſſimilatur,dom.ead.N

ad honores quomodo licitum eſt aſpirare,dom.ead.O

altitudo magnanimitatis conſiſtit in animo excelſo, domin. eadem P

ad comparandam ſibi & regno ſecuritatem Iuſtinianus Imperator media præſcripſit,dom.infra Oct. Natiuit.A

a creatione mũdi magnum bellum eſt inter virtutes,& vitia. dom.ead.B

Alexander Seuerus quod reſponſum dederit ad obiecta matris,dom.ead.L

adamans obeſt non ſolummodo humanis infirmitatibus,ſed etiam maleficijs occurit.dom.infra Oct. Epiph Domini A

ad recreandos humanos ſenſus ingenia hominum inuenerũt varia commenta.dom. ead.I

archiconfraternitas in Polonia S.Michaelis,dom.ead.O

amicitia indiſſolubilis,& æterna cum Deo eſſe debet. domin. eadem R

Angeli domini ſemel vocauerunt Deum dominum ter autẽ dixerunt ſanctus,dom.1.poſt Epiph.B

a Numa Pompillo fuit inſtitutum virginum collegium.dom. eadem D

Alexander Magnus moderata vtebatur victoria.dom.3. poſt Epiphan.D

an ſolus homo ſit filius ſapientiæ. dom.4.poſt Epiph.B

a ſola obedientia quam præſtant homines Deo dicitur homo obediens Deo quia alia animata quæ ſunt irrationabilia non ſunt obedientia,ſed ſeruientia,dom.ead.C

ambabus manibus Deus hominem elaborauit de limo terræ, dom.5.poſt Epiph. A

Ariſtotelis,& aliorum dicta,&c. virtute,dom.ead.D

anima hominis qualis fuit à creatione noſtra.dom.ead.H

Ars medendi animam longe ſuperat artem medendi corpus, dom.ead.I

Alexius Romanus, & Alexander nobiliſſimus Philoſophus cognomento Carbonarius dono timoris permoti amatores caſtitatis effecti ſunt,dom.ead.P

apoſtrophæ pro obedienda humilitate,dom.6.poſt Epiph.F

amor proprius ſui ipſius quid efficit in homine,dom. Septuageſima H

agricolæ deſcriptio,dom.ſexageſ. A

antiſthenes de Palade Dea eiuſque ſtupendis actis compoſuit librum,dom.ead.C

antiquitus pro ſtemmate vtebantur Reges.dom.ead.C

agriculturæ antea in ſummo honore habebantur. do. ead.C

Alexander Magnus quodam dicto confuſus à muliere,dom. eadem D

Apolinis Delphici dictum aſſerunt eſſe Philoſophi illud.Noſce teipſum,dom. Quinquag.D

aquila cum ceruo pugnans quid facit,dom.ead.L

abſtinentia & ieiunium multa bona homini faciunt, dom.1. Quadrag.P

Anaxagoras dixit neminem ſimul, & diuitias,& virtutem poſſidere poſſe.dom.2.Quadrag.A

an paupertas virtus ſit aliquis dubitare poſſit,ſed in diuiſione,& diſtinctione eiuſdem hoc reperire licet,dom.ead.B

Ariſtippo Philoſopho quid reſpondit Dionyſius Rex Siciliæ petenti pro laboribus talentum auri, dom. ead.C

amor ad duo capita referri poteſt ad perſonam ſcilicet, & ad actus,dom.3.Quadrag. F

amoris imago qualis fuit,dom.ead.F

arbor Nabuchodonoſoris quid ſignificabat,dom.4.Quad. A

animal quod prætendebat apud alia animalia ſibi honorem, & authoritatem comparare cui aſſimilatur, dom. 5. quadrageſ. C

ad Eccleſiaſticos viros potiſſimum honeſtas ſpectat, do.ea.C

Aurelianus Imperator leuitatem agnoſcens in præceptore ſui filij ab aula ſua eum expediuit,dom.ead.D

ad duo præcipue attendit modeſtia virtus,dom.ead.E

animi ſolatia vtilia ſunt,dummodo Eutrapelia virtute moderentur,dom.ead.F

Auguſtos laudabilis ex virtute modeſtiæ, ibid.

Africanus oblatum ſibi diadema reſpuit,ibid.

audire in ſacra Scriptura non ſolum ſignificat auribus percipere,ſed etiam recte operari,dom.palmarum A

Adriani Imperatoris manſuetudo,dom.ead.C

Ariſtidis pietas in patriam qualis,& quid effecerit,dom. Reſſurectionis E

amor,& pietas in patriam quorundam nobilium Polonorũ, dom.eadem M

ad habendam ſpem in Deum hortatur Spiritus ſanctus hominem,dom.1.poſt paſcha A

aliena prudentia quaſi baculo vti vult vnum quemquam Seneca,dom.eadem.A

actus ſpei eſt duplex,dom.ead.D

amigdalum quare arborem fatuam vocant Poetæ, domin.2. poſt paſchã,E

apud Indos repetiuntur tales arbores quæ non niſi poſt centum annos fructificant,ibid.

an aliquis ſit virtuoſus, & virtuoſe operetur percunctari ſi quis vellet reſpondet ipſi Ariſtoteles,dom.3.poſt paſcha A

abſque patientia nulla beatitudo expleri poteſt,dom.ead.D

afflicti teſte Plutarcho habebant tabernacula refugij,ſed præcipue in domo ſacerdotis qui appellabatur Flumen dialis. vbi prohibitum erat adeſſe canem,dom.ead. F

Anti-

Digitized by Google

Antiqui nobiles Caſtelle ad ſignificandum quantum diligebant fidelitatem, in armis ſculptum habebāt, ſic, ſic, non, non, dom. 5. poſt paſcha. G
amicitiam qui è vita tollunt ſolem è mundo tollere videntur dom. Pentecoſt. A
Ariſtoteles dicere conſueuerat veram amicitiam inter mortales interijſſe, dom. ead. B
Auguſtus, Traianus, Adrianus, Antonij duo, & cæteri tales fuerunt: vt ſubditi ſui, illos ſimul verebantur, & diligebāt, dom. eadem D
amicitiæ deffinitio, dom. eadem E
amicitiæ ſigna quæ ſunt, dom. eadem F
amici falſi quibus aſſimilari poſſunt, dom eadem G
amicus talis eligendus eſt qui ſit mundus ab omni vitio, domin. eadem H
amici ſpirituales maxime ho mini ſunt neceſſarij ad ſalutē, qui tam in vita, quam in morte ideo ſunt eligendi, domin. eadem H
a diluuio mūdi Memroth filius Hus, & nepos Caim qui fuit omnium fortiſſimus primus omnem populum ſub Imperio ſubiugauit, dom. Sanct. Trinit. C

B

BOnum eligere, & reprobare malum laudabile eſt. dom. 1 aduent. D
Beatitudo vitæ præſentis in quo conſiſtit, dom. 2. aduent. A
Boleslaus krziuouſtus III. Polonorum Rex fæliciſſimus quadrageſies ſepties victor in prælio exiſtens fuga Palatim à Ruſſis victus cum vix euaſiſſet infra annum præ mærore animi moritur. dom. ead D
Bella agere contra inimicos Patriæ, & legum vtrum liceat. dom. 3. aduent. C
Boleslaus III. Polonorum Rex rebelles Pomeranos ad Vrbē Nadum ſuo dominio ſubiugauit in ſignis victor exiſtens. dom. ead. D
Bonum vtile honeſtum & delectabile fines ſunt orationis dom. infra oct. Natiuitate P
Beſeled ſumma à Deo impletus ſapientia. do. infra oct. epif. F
Boleslaus Rex Poloniæ orationibus pijs coniugis ſuæ kingæ fæminæ caſtiſſimæ fugauit, & vicit hoſtes. dom. ead. G
Boleslaus pijſſimus Poloniæ Princeps Vladislai patris ſui faciem ſuſpenſam de collo quare geſtabat. dom. 3. poſt Epi. N
Beneficia animalium non ſunt beneficia, ſed ſeruitia. dom. 4. poſt Epiph. C
Beatitudines reddunt perfectionem altiorem, & cæleſtis patriæ propinquiorem, dom. 5. poſt Epiph O
B. V. etiamſi ea puritate niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi, tamen Deo ita non placuiſſet ſi humilitatis virtute exornata non fuiſſet, dom. 6. poſt Epiph. I
Behemot quid ſignificat, dom. Quinquag. k
Beatiſſimæ virginis manſuetudo. dom. Palmar. D
Beatiſſima virgo quo cultu, quoue lignum S. Crucis & S. ſunt venerandi, dom. Reſurrect F. & G
Baculum aut virgam gerere erat olim poteſtatis inſigne, domin. 1. poſt Paſcha A
Bona conſcientia ſperat ſalutem, dom. ead. F
Bellum atrociſſimum inter Melliſæos quomodo deſcripſerūt Poetæ, dom. 4. poſt Paſcha D
Bonum conſiſtit in modo ſpecie. & ordine, dom. ead. G
Bonum commune eſt bonum diuinum, dom. 5. poſt Paſcha F
Barbæ pictores quomodo ſunt eluſi quamuis fuerunt ſapientiſſimi. dom. ead. H

C

COlores exprimunt virtutes, dom. 1. aduent. B
Caroli 4. Imperatoris Romani prudentia ibid. E
Caſimiri 2. Regis Polonorum tempore famis in alendis ſubditis prudentia, ibid. E
Coronæ in capite, & manibus ancoris qui ſignificant. ibid. G
Cæleſtis prudentia quamuis non videtur prudentia tamen eſt prudentia, ibid. L
Cæleſtis prudentia in tribus conſiſtit in conſilio, ſcilicet iudicio, & executione, ibid. L
Chriſtiani in quo Ethnicos ſuperant. dom. 2. aduent. B
Caroli V. victoriæ ex Turcis, dom. ead. C
Carolus V. quamuis podagra ſumme laboraſſet deſpiciens corporis incommoditates tota hyeme amore chriſtianæ religionis accenſus exercitum in Germanos hæreticos debellandos ducens, magnanimus extitit, ibid.
Carolus V. cum victoria venientes nuntios nulla hilaritate ſuſcepit niſi prius gratias egiſſet Domino cōtinuis tribus diebus ibid. E
Fortior eſt, animo qui dominatur ſuo, quam qui vicit exercitus, & expugnat vrbes, dom. 3. aduent. A
Conſilium Senecæ pro ira vincenda, dom. ead. B
Crux Chriſti Domini antea ignominioſa ex auro ac rebus prætioſis nunc conficitur, ibid. L
Debellantur hoſtes ieiunio prius adhibito ibid. C
Cato mortem ſibi intulit vt euaderet manus Cæſaris, domin. eadem. D
Conſtantinus quare magnus eſt dictus. dom. 4. Aduentus B
Caſimirus II. Rex Poloniæ à multis rebus ſtrenuæ, & magnifice geſtis nomen magni ſortitus eſt, dom. ead. B
Carolo I. Regi Galliæ iuſte hoc nomen magni competit, ibidem
Cor hominis creſcit, & decreſcit in homine quando, & quomodo reſte Poloniæ, dom. ead. C
Conſilius Romanus & eius magnanimitas, dom. ead. D
Circa honores magnos peragendos magnanimitas moderatio vera eſt ibid. F
Chriſtianæ magnanimitatis altitudo in quo conſiſtit, domin. eadem Q
Chriſta Domini conſilium, dom. infra oct. Natiuitate C
Chriſtus Dominus quamuis fuerit Deus tantum pernoctans fuit in oratione, dom. ead. N
Chriſtus Dominus cur regnum cælorum Margaritæ comparauit. dom. infra Oct. Epiph. A
Cerre, vel celte quomodo apud S. Iob legendum eſt, Domin. eadem H
Chriſtiana ſapientia quid ſit, & quod operatur, dom. ead. M
Conradus Dux Maſoniæ Teutonicos fratres defenſores Catholicæ religionis in Poloniam adduxit, dom. ead. O
Caſte viuentes Angelis Dei ſunt equales, domin. 2. poſt Epiphaniam. A
Caſtitas virtus eſt meritoria. dom. ead. A
Caſti homines ſimiles ſunt Deo. dom. ead B
Conſuetudo erat antiquis vt virgines abſciſos capillos Dijs offerrent, dom. ead. B
Caſtitas virginalis eſt expreſſa imago Trinitatis, dominica. eadem B
Conditiones Veſtalium quales fuerunt, dom. ead. D
Caſtitas & virginitas apud gentiles fuerunt imago Dei, ibidem D
Caſtitas eſt virtus, ibid.
Caſtitas continet triplex donum proprium virtuti, ibid.
Caſtitas quid ſit, ibid.
Caſtitas vnde nomen ſurrepſit. ibid. F
Caſtitas eſt generalis virtus. ibid. F
Cicero quid dicit de caſtitate. ibid.
bunegundis S. mulieris continentia qua à Deo multa bona obtinuit. dom. ead. H
clementia temperandus eſt Zelus. dom. 3. poſt Epiph. A
Cyprus inſula. dom. ead. A
clementia principes exornat. dom. ead. B
clemens Deo ſunt ſimiles. dom. ead. E
contra rebelionem quæ proceſſit ex priuatione iuſtitiæ originalis quæ nobis remedia relicta ſunt. dom. 4. poſt Epiph. A
camelus obedientiſſimum animal dom. ead. C
cuiuſmodi onera Deus humeris ſeruorum ſuorum imponit, & qualia Dæmon. dom. ead. D
cor hominis quale, & quare tale. dom. ead. E
charitas corona virtutum. dom. 5. poſt Epiph. C
cornu rinocerons ad quod remedium eſt vngulaque aſini Silueſtris, dom. ead. F
cui oculta in naturis herbarum aliarumque rerum reuelata ſunt à domino. dom. ead. F
cor humile gerere perenniter ditari, dom. 6. poſt Epiph. E
chriſtiana humilitas quo differt à Politica. dom. ead. k
conuertere domine. quid vult per hoc verbum Propheta, domin. Septuag. D
carnis mortificatio quam ſit neceſſaria. dom. ead. k
cretenſes quare Iouem ſine aurib. depingebant. do. Sexag. D

Cor-

Digitized by Google

Index Rerum contentorum

Corpus noſtrum ſeminarium vermium eſt dom. Quinq. O
Chriſtiani voraces ad Eſau poſteritatem pertinent qui eſca vna vendidit ſacra primogenita dom. 1. Quadr. M
Chriſtus de cælo deſcendit vt pretium paupertatis & æſtimationem exemplo ſuo mundo declararet. dom. 1. Quadr. H
Charitas poteſt liberare à peccato. dom. 3. Quadr. A
Charitas extenditur ad Deum & ad proximum, ad bonos, & ad malos ad ſalutemque animæ & corporis. do. ead. B
Charitas eſt murus quo cingitur Regnum Chriſti. domin. eadem. B
Charitatis omnia conſumit. dom. ead. B
Chriſtus Dominus in ſua Repub. quem ordinem eſſe voluit dom. eadem. C
Coram charitate omnes virtutes ſe humiliant. domin. eadem. D
Charitas eſt via Dei ad homines & via hominum ad Deum. dom. eadem. D
Charitas moderatur paſsionem odij ſeu auerſionem à malo. dom. eadem. F
Chriſtus Dominus docuit ne homo ſit prodigus ſuo exemplo. dom. 4. Quadr. B
Conſtantinus Magnus. 2. Baſilicas Romæ condidit & perpetuo ditauit. dom. eadem. E.
Caſimirus Magnus Rex Poloniæ omnes Ciuitates in Polonia muro cinxit Arces & Baſilicas multas condidit. ibid.
Curandum eſt ne modeſtiam ruſticitatem degeneret, ſed in omnibus vrbanitatem obſeruet. dom. 5. Quadr. E
Canes timidi vehementius latrant. dom. Palm. B
Caſimirus Sexdominenſium Dux & poſtea Rex Polonorum factus immemor ſibi antea illatæ iniuriæ dom. eadem E.
Columna immobilis quæ ſuſtentat Regna promouet, & conſeruat, eſt virtus pietatis eadem eſt axis in quo vehiculum Reipub. ſuſtentatur dom. Reſur. R
Carolus V. Imperator imaginem Crucifixi depictam in vexillo pro duce exercitus ſui habuit. dom. 1. poſt paſcha. I
Chriſtianus debet eſſe ſicut mare abundans virtutibus. dom. 2. poſt paſcha. B
Conditio vitæ humanæ inconſtans, inſtabilis inquieta. dom. eadem. B
Cum Deus tarde hominem exaudit non ipſe eſt tantæ tarditatis cauſa ſed indiſpoſitio noſtra. dom. ead. E
Cum multos habeat virtus aduerſarios perſeuerantia magna homini opus eſt. ibid.
Conſtantia virtute qua propter firmandus eſt animus. domin. eadem. C
Conſtantia quomodo deffinitur. dom. eadem. F
Conſtantius Imperator & re, & nomine conſtantiſsimus fuit dom. eadem. G
Canis quare in templo Iouis nec ſculptus nec pictus nec viuus videbatur Dom. 3. poſt paſcha. F
Cauere debent Principes, & Iudices ne à via iuſtitiæ deuient. dom. 4. poſt Paſcha. A
Corona in capite prudentiam ſignificat. dom. ead. C
Cauendum eſt Iudici ne ſecundum viſionem oculorum iudicet. dom. eadem. E
Cæſari Auguſto quidam miles exprobauit iuſtitiam commutatiuam. dom. eadem. I
Conſuetudo eſt ijs qui ſe intime diligunt dicere ſibi adinuicem tu es pupilla oculi mei, lumen oculorum meorum. dom. 5. poſt paſcha. D
Cicero aſſerit ſine fide latrones ac piratas inter ſe pacifice viuere & conuerſari vllo modo poſſe. dom. ead. G

D

Diuiſio prudentiæ dom. 1. Aduent. E ad finem. F
Diſcretio rerum eſt prudentia. ibid. I
Deluſi ſunt multi ſuo conſilio ibidem. L
Dei imago in homine qualis & in quo conſiſtit. dom. 2. Aduentus. A
Dæmon peccatorem ſemper ad deſperationem ſed magis ante mortem adducere conatur. ibidem. F
Differentia Magnanimitatis à fortitudine. domin. 4. Aduentus. G
Diuus Thomas docet fiduciam pertinere ad magnanimitatem. dom. eadem. k
Dictum Senecæ mirabile. dom. eadem. O
Deus ſuapte natura ad benefaciendum promptiſſimus eſt dom. infra oct. Natiuit. F
Definitio clementiæ & explicatio. dom. 3. poſt Epiph. E
Diogenes philoſophus impunitum cur reliquit famulum. dom. eadem. E
Diſtinctio clementiæ à manſuetudine. dom. eadem. I
Deus ſimel iuſſit, & obedit ſemper quomodo eſt intelligendum. dom. 4. poſt Epiph. B
Dauid quomodo fuit Deo obediens. dom. eadem. C
Deo, Legibus & miniſtris locum Dei tenentibus debere obedire Reges. dom. eadem. E
Dignitas Sacerdotalis maior Regali. dom. ead. E
Deus benedicit Principes & Regna obedientia Eccleſię Dei. dom. eadem. E
Deus ſeminauit optimum ſemen in agro naturæ Angelicæ, & humanæ virtutes nimirum ſanctas. domin. 5. poſt Epiph. A
Deus eſt finis beatitudinis. dom. eadem. D
Definitio virtutis. dom. eadem. G
Diſtinctio virtutis ibidem.
Declinare à malo & facere bonum ſumma iuſtitia chriſtiana eſt. dom. 6. poſt Epiph. B
Definitio humilitatis. dom. eadem. G.
Diuiſio humilitatis. dom. eadem. k
Diogenes Laertius, & Æmilianus quid dicunt de philoſopho timenti in tempeſtate maritina mortem ac de milite eum alloquente. dom. Sept. C
Definitio Paſſionis dom. eadem. k
De Paſſionibus mortificandis tractatus. dom. ead. k. M
Dei oculos qui grauiter offendunt. dom. Sexageſ. E.
Diligenter eſt pro adipiſcenda gloria cæleſti laborandum. dom. eadem. I
Delicati homines Epicuro ſimiles. dom. ead. k
Dæmon Tygridi ſimilis eſt dom. Quinq. I
Deus pro omnibus beneficijs ſuis valde à nobis magnificandus eſt. dom. eadem. P
De memoria beneficiorum Dei in nos pulchrum ſimile ibidem. Q
De ebrietate dicta & facta varia Regum & philoſophorum. dom. 1. Quadr. O
Diuitias comites fugit inclita virtus dom. 2. Quadr. A
Deus vt eſt ſibi ſufficiens ita & pauper. dom. ead. A
Diuitiæ homini quanta adferunt damna. ibid. D
Diuitiæ inquietant animum & impediunt ibid. D
Diuites, & mundus non intelligunt quid ſignificet paupertas dom. eadem. I
Diuiſio paupertatis. dom. eadem. I
Deffectus paupertatis qui ſint. dom. eadem. k
Diſtinctio charitatis dom. 3. Quad. E
Diuiſio eiuſdem. ibidem.
Diuinæ bonitatis amori operam tenentur dare Chriſtiani. dom. eadem. G
Deum toto corde dilectum deſiderare & agiliter quærere toto vitæ ſuæ tempore fæliciſſimum eſt. dom. ead. G
dilectio proximi honorabilis ſapientia eſt. dom. 3. Quadr. I
Diuus Thomas probat quod Magnificentia ſit virtus. dom. 4 Quadr. C
deffinitio Magnificentiæ. dom. eadem. I
Decor, & pulchritudo quæ ad virtutes pertinet in quibus conſiſtit dom. 5. Quadrag B
deffinitio modeſtię. dom. eadem. D
Dauidis Regis manſuetudo. dom. Palm. C
Dei incarnati in humanum genus manſuetudo. do. ead. D
Deus ſolummodo dicitur pius. dom. Reſur. C
differentia quæ eſt inter pietatem erga Deum, & diuos dom. eadem. F
Deum colunt homines ædificando Eccleſias ad laudem eius & monaſteria, vt in ipſis laudetur Deus. dom. ead. I
Deum ſpes habet pro immediato obiecto. domin. 1. poſt paſcha D
deffinitio ſpei dom. ead. D
Deus omnipotens ex qua re cælos creauit. domin. 2. poſt paſcha. A
Deus ex cauſa noſtra multoties nobis tardius auxiliatur. do. 11. eadem. B

Digitized by Google

Dij laneos pedes habent.dom.ead.C
Deus ſimilis eſt aurifabro.dom,ead.C
Deus petit à nobis lachrimas dicendo.Beati qui lugent.dom.3.poſt paſcha.B
Deus cum vult aliqnem hominem eſſe ſanctitatis perfectæ, per patientiam eius ſanctitatem complet.dom.ead.C
Deus breui permittit homines vexari, vt æterno hæreditatis iure gaudeant.dom.ead.E
Duo ſunt brachia Imperatoris,iuſtitiæ ſcilicet vnum,& miſericordiæ aliud.dom.4.poſt paſcha E
Deus eſt factor & prouiſor mundi,dom.ead.G
diuina iuſticia ſinit frequenter iuſtum incidere in varias calamitates,& quare,dom.ead.G
Diuina iuſtitia eſt bonorum diſtributrix.ibid.
Deus quemadmodum eſt oculus,pupilla oculi.& lumen non ſolum homini cuiuslibet,ſed etiam tribuũ Iſtrael;ita quoque fides non ſolum eſt lumen vita, & decor hominis cuiuslibet chriſtiani;ſed etiam Regnorum chriſtianorum. domin.5.poſt Paſcha D
Deffinitio fidei qualis eſt S.Pauli.dom.ead.D
Deum perfecte non diligit qui ei in voluntate contradicit. dom. Pentecoſtes F

E

EVripidis dictum,dom.1.aduentus.F
Ex Avgolando Rege Africæ,Mahumetano Caroli magni victoriæ,dom.2.aduent.B
Ex quibus rebus cognoſcitur eſſe perfectior fortitudo chriſtiana quam pagana ibid.F
Explicatio ſententiæ. Melior eſt ſapiens viro forti.dom.3.aduentus, E
Engaddi inſula.dom.3.poſt Epiph.A
Effectus clementiæ,dom.ead.B.C.D.& vltra
Epicureorum vitam qui ducunt quomodo moriantur, dom. ſeptuageſ. D
Ex quo ſigno cognoſcimus quod aliquis ſit chriſtianus. dom. 3. quadrageſ. B
Excellentiſſima eſt virtus charitas.dom.ead.E
Egypti arborem oliuarum viridem penes quercum plantatã pingebant,innuentes amicitiam.dom.SS.Trinitatis.C
Epidorus cæterique quid de ligno oliuarum dicunt. do. ea.D

F

FOrtitudinem quomodo in occidente conſiderare poſſumus.dom.1.Aduentus B
Floccipendentes conſilio pereunt,& è contra ibid. H
Fortitudinem maiorem habere chriſtianos Paganis videre licet.dom.2.aduent.B
Fortitudo quomodo accipiatur per auctorem,dom.ead.C
Fortitudo 12.Polonorum quamuis iuuenum,ibid.
Fortitudo atque conſtantia via regia eſt.ibid.
Fortitudinis diffinitio,dom.ead.D
Fama,& reputatio Regis in quo conſiſtat,dom. ead. E
Fortis quid facit in aduerſis,ibid.E
Fortitudo nulli cedit.ibid.E
Fortitudo via Domini eſt,ibid.F
Fortitudo iuſtorum in quo conſiſtit,ibid.F
Fortitudo Caroli quomodo depicta.dom.3.aduentus A
Fortitudo eſt virtus ſpecialis ab alijs virtutibus diſtincta ibidem B
Fortior fuit Dauid Saul inimico parcendo quam Goliat proſternendo,ibid.E
Finis orationis ſecuritas eſt,dom.infra Oct.Natiuitatis F
Fiducia politica eſt præſagitior quoddam futuræ proſperitatis.dom.ead.F
Fiducia ſi ſit modeſta egregia eſt virtus.dom.ead.F
Fiducia chriſtiana multo melior eſt Politica,dom.ead. F
Fiduciæ & orationi ſuccedit ſecuritas.dom.ead.I
Fiducia importat quoddam robur ſpei,dom.ead.I
Fortior ſapientia adamante,dom.infra Oct.Epiph. A
Formauit igitur dominus hominem de limo terræ quomodo eſt intelligendum,dom.4.poſt Epiph.C
Floſculi ſpirituales in quo ſuperant materiales flores.dom.5. poſt Epiph.A
Fides debet habere ſeruos famiam, & commilitones. domin. eadem C
Fructus virtutis qui ſunt dom.ead.O
Filius prodigus poſt ſuum infortunium humilitate ipſa feliciſſimus factus eſt.dom.6.poſt Epiph.D
Fides fundamentum omnium virtutum eſt,dom.ead.G
Fiduciam Domino aut ſpes,hominem nunquam fallit.dom.5. poſt Paſcha. A
Fides docet Deum eſſe miſericordem,& omnipotentem. domin.ead.B
Fundamentum ſpei eſt fides.dom.5.poſt Paſcha A
Fides quare difficillime acquiritur,& conſeruatur,domin.5. poſt Paſcha.A
Fides quomodo noſtra ſit,& non noſtra,dom.ead.A
Fides non ſolum eſt lumen,vita,decor, ac ornamentum hominis particularis, ſed etiam cuiuslibet Regni chriſtiani. dom.ead.D
Fides corrigit Arithmeticam,ſuſtentat,& corroborat aſtrologiam,atque Muſicam,cæteraſque ſcientias ratione certitudinis.dom.ead.D.& E
Fides quare dicitur ſubſtantia.dom,ead.E
Frangenti fidem frangatur eidem quo exemplo probatur,domin.ead.I
Falſi amici ſunt ſimiles licho qui tamdiu lucet quouſque eſt oleum in lampade,dom.Pentecoſtem.B

G

GOrdianus Cæſar II.annos natus imperauit fælicitet Miſit hæi ſapientia,dom.1.Aduent.G
Gladius aureus à Deo datur defenſoribus patriæ, & benedictio,dom.3.Aduent.C
Gloriam & honorem calcare ſumma virtus eſt, & de hoc exempla,dom.4. aduent.F
Gradus charitatis quam fælices,& qui,dom.3.Quadrag. G
Gallienus Imperator præmiauit quendam quamuis infælicẽ attamen perſeuerantem Inagitatione taurorum,domin.2, poſt paſcha.E

H

HVmilitas inſipientes reddit ſapientes,dom.1.aduent. H
Humilitas S.Ioannis Baptiſtæ ſumma fuit fortitudo, dom.2. Aduent.A
Humilitas Theoſodij Imperatoris,dom.ead.C
Hoſte Patriæ,& Eccleſiæ ſanctæ fortiter impugnare non ſolũ laudabile eſt verum,& diuinæ maieſtati acceptabile.dom.3. Aduent.D
Homo in motu accenditur in quiete frigeſcit.dom.ead.E
Hiſpani Arcem in qua inſignia depinguntur ſcutum inſigniorum vocant,ibid.E
Humilitas virtus,retrahit hominem ab appetitu nimiæ excellentiæ,honoris,vanæ gloriæ atque ſuperbiæ. domin.4.Aduent.D
Honor eſt valde pernitioſus,dom.ead.N
Hierogliphicõ Saxonum, & eius ſuperſcriptio,dom.inf.Oct. natiuit. A
Homines ſola ſapientia facit immortales,dom.infra oct.ep.B
Hyperbole figura in oratione comẽdatoria,dom.2.poſt Ep.A
Homo ſuperbus qualis,& cui ſimilis eſt.dom.4.poſt Epiph.D
Humilitas,& Magnanimitas ſunt, prima quaſi clauus quidẽ in altum defixus altera ſicut ſtimulus,dom.6.poſt Epiph.A
Humiles vnde & quomodo dignoſcit.dom.ead.A
Humiles quidquid à Deo volunt impetrant,dom.ead.C
Honeſtius quid ſit homini.dom.ead.F
Humilitas præparat locum fundamento fidei,dom.ead.G
Homo in peccato tanquam auis quæ nidificat in ſpinis. ex quibus nullo modo exire dum excreſcunt poteſt & ſic famæ perit,dom.Septuageſimæ B
Homo piger deſcribitur,dom. ſexageſ.B
Homo eſt inter vniuerſam creaturam præſtantiſſimus. dom. Quinquageſ. A
Honeſtas hominis in quo conſiſtit.dom.5.Quadrag. A
Honeſtatis,& prudentiæ qui ſunt effectus,dom.ead.B
Honeſtatis definitio,ibid.
Honeſtas,& virtus ſolo nomine differunt.ibid.
Honeſtas diuiditur in honeſtatem Phariſaicam ſeu Machiauelliticam,& chriſtianopoliticam.dom.ead.C
Henricis Ducis Orlens poſtea Regis Franciæ manſuetudo. dom.Palmarum C.
Homini liberali quid promittitur,do. Reſurrectionis.A
Honoratur varijs modis Deus.ibid.

Digitized by Google

Homo quare honorem debet exhibere Deo.dom.ead.F
hieroglyphicò ſpei quale fuit apud Ægiptos.do.1.poſt paſc.E
Homo eſt arbor inclinata.ibid.
Hieroglipbica iuſtitiæ qualia fuerint dom.4 poſt Paſcha.B
Homo cum ſit ſignatus lumine vultus Dei poteſt cognoſcere & amare creatorem ſuum.dom.5.poſt paſchà.C

I

IOb timuit Deum tanquam tempeſtatem aquarum hominem optimentium dom.1.Aduentus.A
Iuſtitiam quare in meridie conſiderare poſſumus.do.ead.B
Iuuenes à teneris annis regnare ceperunt & qui.ibid.G
In rebus proſperis vide valde laudabilis Regũ & Principum moderatio.dom.2.Aduent.E
In hac vita non eſt puſillanimiter agendum.ibid.F
Inter quattuor virtutes Cardinales Fortitudo eſt virtus moralis.dom.3.Aduent.B
Iracundia nihil fortius.ibid.B
Iudas Machabæus opus fortitudinis fecit pugnas pro patria & lege Dei dom.eadem.C
Ioannes Volodicus multis vulneribus à Tartaris ſauciatus inter cadauera veſtibus exutus dum digitum ſectum cum annulo pateretur patientia vitam conſeruauit ibid.F
Iniurias tolerare magnanimi eſt.dom.4.Aduent.M
Inter Principes & ſeruos Dei magna eſt differentia quoad ſecuritatem dom.infra oct.Natiuit.C
Iuſtiniani Imperatoris conſilium.dom.ead.C
Inter res prætioſas Margaritæ olim principatum óbtinuerant.dom.infra oct.Epiph.A
Inſipiens non eſt dignus eſſe princeps.dom.ead.D
Ioannes Caſianus quid ſcribit de retinenda & reſtaurãda vita monaſtica.dom.eadem.Q
Iulij Cæſaris clementia.dom.3.poſt Epiph.D
In homine reperitur ſpiritus anima,& caro.do.4.poſt Epi.A
Intellectus voluntas & memoria quæ damna homini incauto adferunt.dom.Sept.I
In ſtatu innocentiæ vnus non fuiſset maior aut minor altero ſed omnes æque digni æque boni æque nobiles tamen poſt lapſum variatum eſt horologium noſtrę naturę.do.1.Quadr.A.exindeque ortæ ſunt poteſtates in mundo.
Intemperantia mater eſt omnium malorum.dom.ead.G
Iob ſerui ſui virtutes Deus prædicauit Principibus & poteſtatibus ſuis dom.2.Quadr.A
Inter ſeculares non eſt adeo ſtatus pauper vt eſt conditio Fratrum Ordinis Minorum dom.ead.G
In Regno Hiſpaniæ ab antiquis temporibus primogenituræ magna ratio habetur & quare.dom.3.Quadr.C
Inter virtutes charitas eſt prior & natura & dignitate.dom.eadem.D
Importunæ cuiuſdam interrogationi quidnam ſcilicet faciat in cælo Deus quale reſponſum datum.do.5.Quadr.A
Ignis quanta eſt vis ex ſua infirmitate.dom.Palm.B.& C
Iracundia vnde oritur in homine & quam ſit virtuoſum & meritorium homini affectibus ſuis imperare.do.Palm.F
Ieſus Chriſtus Dei filius legem nouam ſuo prætioſo ſanguine conſcripſit.dom.Reſurrect.E
Ignis mitigatur aut potius conflagratio ex votis Deo factis, cũ intentione ſuo Sancti nomini ædes ædificandi.do.ead.I
Inter paſſiones animi ſpes à Philoſophis conſtituitur quod etiam vt à Philoſophis explicatur.dom.1.poſt paſcha.B
In homine perfecto tria reperiuntur Anima,cor, & ſanguis.dom.eadem.B
Illi quos perſeuerantia, & conſtantia exornauit ad dignitatem Paſtoralem euehendi ſunt.dom.2.poſt paſcha.B
Incarnatio filij Dei & maternitas non cadunt ſub merito ex inde quod tantam gratiam nobis præſtitam nullus mereri potuit.dom.eadem.D.quod idem de perſeuerantia eſt intelligendum.
In caſtris Dei viuentis ſplendidiſſime patientia, & pænitentia intent.Dom.3.poſt paſcha.B
Impatientia omium malorum eſt origo.dom.eadem.D
Impatientiæ auctor eſt Dæmon ibid.D.
Idolatria vnde originem trahit.dom.eadem.G.
Iuſtitiam Phariſaicam ſuadet Principibus Magiſter Pſeudopoliticorum.dom.4.poſt Paſcha.B
Iuſtitia debet concordare voluntates ſubditorum nec cum vigore exceſſiuo nec cum negligentia, & remiſſione nimia.dom.eadem.C
Iuſtitia Dei noſtri valde temperata eſt.dom.ead.D
Iuſtitia generalis & particularis commutatiua, & diſtributiua & iuſtitia legalis dom.eadem.H
Iuſtitia Diuina naturalis,ciuilis,& legalis quid eſt, & qualiter intelligenda ac quomodo tueatur iuſtitiæ virtutem dom.eadem.L
Immutabilitas veſtigiũ eſt immortalitatis.do.5.poſt Paſc.B
In quo vita Dei perfecta conſiſtit.dom.ead.C
In quo lumine viuit Deus dom.ead.C
In homine quadruplex lumen reperitur quia viuit quadruplici vita.ibidem.
In quo homo ſuperat alias creaturas.ibidem.
Indubitatum eſt quod maiora delicta maiori pæna puniuntur.dom.eadem.F
In Hiſpania mos eſt & lex: vt nullus nobilis poſſit inimicitias inire cum amico, cui promiſit amiciam ſub verbo nobilitatis, niſi prius publice verbum reuocauerit quod etiã ſeruatur in Polonia.dom.eadem.H
Ioannis Oſtromeſcij Poloni arca ferea Ioanni Zamoiſcio pro vindicta in Moſcum oblata quid effecerit, & qualis fuerit.dom.eadem.I
Inter multos ſeruos Darij vnus ſolummodo Zepyrus amicus eius verus eſt repertus.dom.Pent.B
Inter Ordines S.Dominici, & S.Franciſci præſertim Scotiſtas licet ſit opinionum diſcordia tamen manet eorum amicitia dom.eadem.F
Iniquus Magiſter Pſeudopoliticorum ſatis impie & falſe aſſerit Romanam Eccleſiã omnium calamitatum cauſam eſſe dom.SS.Trinitatis.B
In gubernatione Economica duæ ſunt perſonæ quæ domum gubernant maritus & vxor.dom.eadem.C

L

LEſcus.2.Polonorum Princeps viſtimenta vilia quibus ante principatum vſus eſt ante conſpectum ſuum poni iuſſerat ne in ſua fortuna obliuiſceretur priſtinæ conditionis atque paupertatis.dom.1.Aduent.E
Ladislai Vngariæ Regis prudentia ibid.
Lodouici XI.mirabile dictum.dom.2.Aduent.B
Leſcus niger Iaczuingos, & Lituanos regnum inuadentes parua manu ab Archangelo Michaele in ſomnis confirmatus mirabiliter proſtrauit.dom.3.Aduent.D
Lucretia ſe ipſam interemit.dom.ead.D
Leſcus 1.Magnanimitate aut potius ambitione dominandi accenſus altius in Monarcham Poloniæ euectus eſt ſed cũ fraus eius per Leſcũ.2.forte fortuna detecta eſſet ille equis diſceptus iſte vero principatum geſſit.do.4.Aduent.H
Lacedæmoniorum regnum magnanimitate florentiſſimum.dom.eadem.H
Latitudo magnanimitatis mirabilia efficit in bonis operibus.dom.eadem.L
Latitudo magnanimitatis conſiſtit in prudentia ibid.L
Licinius Imperator cur inter barbaros computatur.dom.infra oct.Epiph.C
Lex Domini ſcribenda eſt in tabulis cordis dom.ead N
Lucullus rei militaris peritus fuit.dom.3.poſt Epiph.C
Ludouicus Vngariæ Rex quid reſponderit Polonis ſibi habenas Regni offerentibus.dom.6.poſt.Epiph.M
Labore & induſtria excolenda Domini vinea.dom.Sept.N
Luxus quam periculoſus inter milites & inter Regna.Ciuitates.dom.1.Quadr.E.F
Lacedæmonij cuiuſdam philoſophi reſponſio.do.3.Quad.B
Liberalitas non poſtrema virtus eſt dom.4.Quadr.C
Liberalitas quid eſt.dom.ead.L
Liberalitatis deffinitio.dom.ead.k
Linguæ immodeſtia mala patrauit.dom.5.Quadr.F
Lætitia ex triſtitia & triſtitia ex lætitia eſt.do.5.poſt Paſc.A
Libya habet multa animalia venenata quę aquas bibendo inficiunt.Contulit itaque Deus talem inſtinctum cæteris animalibus vt non guſtent aquas infectas quouſque accedat ad bibendum Rhinoceros qui cornu ſuo in aquis immerſo venenum depelit.dom.ead.F
Leges Dei, & Chriſti Domini ſcripte ſunt balſamo, & oleo dom.4.poſt paſca.F

Mutus

Digitized by Google

M

MVrus ſtructura virtutum ex lapidib. prætioſis hoc eſt virtutibus conſtruendus eſt,& hoc ideo vt in eo videatur Deus,dom.1. Aduentus B
Multiplex timor inuenitur,ibid.M
Machiauellus deuiat à recta rationis regula,dom.2.Aduēt. B
Miecislaus I. Princeps Polonorum inſignum Chriſtianitatis inſtituit vt poloni ad auditionem S. Euangelij medium enſis ex vagina depromerent.dom.ead.D
Maximiliano Archiduce Auſtriæ victo & capto quid Sigiſmundus III. Rex poloniæ dixerit,& fecerit,ibid. E
Morte appropinquante,& ſummè timentem iuſſit Dominus Deus ſono Cythare Dauidice conſolari qui viſus eſt fœliciter expiraſſe teſte Sancto Antonio,ibid.F
Minerua Dea ſapientiæ, & Regina armorum, Dom. 3. Aduentus. A
Magna eſt fortitudo vincere iram,quæ virtus Chriſtianos decet,ſed maxime principes,dom.ead.B
Moſchouitæ à Teutonicis proſtrati,dom.ead.D
Moſchouitæ Teutonicos ferreos viros appellarunt.ibid.D
Milites antiqui in clipeis ſuis inſignia portabant ſuæ victoriæ.ibid.E
Magni qui cognominabantur,& quare,dom.4. Aduent.A
Magnanimitas quid ſit.ibid.C
Magnanimitas dicitur propter materiam circa quam verſatur,ibid.D
Magnanimitas Sanctorum noui teſtamenti quam præcelens fuit pagana,dom.ead.k
Magna arma ſunt preces,dom.infra oct. Natiuit. B
Merguli mirabiliter margaritas e profundo maris emunt, Dom.inf.oct.Epiph.A
Michael Balbus inimicus fuit literis & ſapientiæ imo & omnes ſcholas ſolo coequauit,dom.ead.C
Multo differt inſipiens à ſapiente,dom.ead.D
Martyrium triplex eſt ſine ſanguine.dom.2.poſt Epiph.G
Multiplex eſt caſtitas,dom.ead.G
Margarita Nicolai Zembocii Comitis vxor abſente marito in turri tam diu latuit quouſque maritus ſuus non eſt ex bello reuerſus ſeruandæ caſtimoniæ cauſa.dom.ead.H
Marcus Antonius clementiſſimus fuit,dom.3.poſt Epiph. G
Marcus viſo Caſij abſciſſo capite doluit ſumme eo quod viuo inimico non exprobraſſet ſua beneficia & ſic impunitum dimiſiſſet,dom.ead.G
Magnes ex natura trahit ferrum,dom.4.poſt Epiph. A
Moſchouitarum obedientia ſumma eſt ſuis principibus, domin.ead.F
Machiauellus inimiciſſimus virtuti quid de ea dicit & quomodo eam exercere diſuadet,dom.5.poſt Epiph.B
Medicinæ inuentor quis fuit,dom.ead.G
Medendi ars difficilis,dom.ead.L
Mortificationis definitio,dom.ſeptuageſ.G
Mortificatus homo cadaueri ſimilis.dom.ead.G
Modus mortificandi paſſiones qualis,dom.ead.k
Modus vincendi paſſiones.ibid
Magnificus cor & animus Salomonis docet principes vt euitent auaritiam,& amplectantur magnificentiæ virtutem, dom.4.Quadrag.A
Magni Alexandri dictam.dom ead.A
Megarenſes purpura vtebantur loco palij quod erat minus decorum.dom ead.C
Magnum opus ſine magnis ſumptibus fieri non poteſt,dom. ead.D
Magnitudo reſpicit ad id quod agitur,& ad perſonam agentis,ibid.
Magnificentia ſpecialiter ad principes ſpectat,dom.ead.E
Magiſter pſeudopolitorum aſtu, & arte in omnibus actionibus progrediendum eſſe principib.ſuadet.dom.5.quadr.B
Modeſtia honeſtatem ſequitur,dom.ead.C
methaphraſtès quid ſcribit de S. Luciano martire.dom.ea. D
modeſtia proprie circa actiones extrinſecas occupatur, dom. ead. D
manſuetudo eſt principalis porta per quam ingrediuntur virtutes in animam,dom.palmarum.A
magiſter pſeudopoliticorum iniquis rationib. diſſuadet principibus manſuetudinem.dom.ead.B
moyſis manſuetudo ergo populum Dei, & pro populo ad Deum ſemper feruens deprecatio.dom.palmarum.C
magna virtus eſt manſuetudo digna homine Chriſtiano,domin.ead.D
manſuetudo omnium conſenſu fructus eſt Spiritus ſanctus, dom.ead. E
Frenat iræ impetum,ibid.
multa alia bona in homine facit,ibid
magnum pietatis exemplum qui, & quomodo relinquunt, dom. Reſurrect. A
miecislaus Dux Poloniæ ex perſuaſione ſpiritualium vxores ſeptem quas barbarico more duxerat dimiſit, & vnam chriſtianam Boleslai Boemorum Ducis filiam in vxorem duxit.dom.ead. F
Marcus Varo hominem bullam appellauit Salomon, Iob & Eſaias qualia ei nomina dederunt,dominica 2. poſt paſcha. B
Midas Rex à Dijs periit vt ſi quid tangeret verteretur in aurum,dom. 3.poſt paſcha.B
meum, & tuum fons eſt totius mali,dominica quarta poſt paſcha A
multi reperiuntur qui opreſſi iniuſte à potentibus plorant ad Deum pro vindicta.dom.ead.E
Manſuetudine æquitas temperanda eſt. dom.ead F
multiplex poteſt eſſe perfidia oris,cordis, & operis, domin. 5. poſt paſcha.G
Machiauellus quanto magis comendat principibus chriſtianis diligentiam integendis mendatijs tanto in plura inducit eos mendacia,dom.ead.H
magiſter pſeudopoliticorum falſo aſſeuerat inter pauperes & diuites, Reges principes, & ſubditos amicitiam eſſe non poſſe, & perſuadet principibus, ſalubrius eſſe, vt timeantur, quam vt amentur. dom. pentecoſt.B
miſer eſt omnis animus vinctus amicitia rerum temporaliũ. domin. ead.E

N

NIcolai Tramba in rebus bellicis aſtus, & initium victoriæ,dom.1.Aduentus.E
Noctua quanto altius de die volat tanto minus videt, dom. 4. Aduent.N
Neronis dictum. Dom.infra oct. natiuit.F
Numindiæ Rex micipha quid in ſua oratione aſſeruerit, domin.ead.k.
Niſi cor hominis ardeat deuotione etiam ſi quis orauerit tota die & nocte hæc deuotio non erit Dei deuotio, domin. ead. N
Nullus ſtatus firmior, & diuturnior quam eſſe bonum, & clementem in principatu, & ſuperioritate, domin. tertia poſt Epiphania D
Nadaſti virtus, & conſtantia quid effecit apud Sulimanum Turcarum Imperatorem.dom.ead.L
Non eſt imaginandum quod inſenſibilia creata debeant obedire hominibus preterquam ſolo creatori, & Deo ſuo, domin.4.poſt Epiphan.B
Nero Cæſar gladiatorum pugna Smaragdo aſpiciebat.dom. 5.poſt Epiphan.E
Nomina rebus quis primo impoſuit,dom.ead.F
Nihil vtilius quam cor Dei poſſidere & cordibus hominum imperare,dom.6.poſt Epiph.D
Non omnis humilitas ſonat virtutem,dom.ead. I
Numa pompilius ex humilitate reſpuit Imperium Romanum,dom.ead.m
Nundinæ ſpirituales,dom.ſexageſ.F
Nobilitas quæ & qualis,dom.1.Quadrag.C
Non aſpirant niſi boni ſpiritus ad charitatem,dom. 3. Quadrageſimæ E
Nunquam male illi moriuntur qui ſe in opere charitatis exercent.dom.ead.k
Nihil laudabile eſt niſi virtuoſum eſt nihil virtuoſum niſi honeſtum,dom.5.Quadr.B
Nero Imperator templum fortunæ ędificauit ex lapidibus perlucidis tanquam criſtalinis,dom. ead.C
Nullus & maiori honore dignus illo qui eſt dominus affectum,dom.palmarum A
Natura ignis vrit, & aqua humectat,dom.1.poſt paſcha, E

Non eſt talis ſpes impiorum qualis eſt iuſtorum, domin. eadem G
Nulla triſtitia eſt bona, niſi quæ eſt propter cauſam iuſtam. dom, 3. poſt Paſcha B
Nigra ſum, ſed formoſa, quomodo eſt intelligendum, & cui aſſimilatur hæc expoſitio, dom. ead. D
Nigidius Philoſophus quare dicit virtutem è terris ad cęlos aſcendiſſe, dom. 4. poſt paſcha. H
Non ſatis eſt mala non agere, ſed etiam opus eſt, & virtutem exercere, ibid.
Nationes quæ Dei beneficio fide chriſtiana præditæ ſunt plura adinuenerunt media quibus fides conſeruatur & augmentatur, dom. 5. poſt paſcha. E
Nulla res vehementius reſpublicas continet quam fides. domin. ead. I
Nullius boni ſine ſocio eſt perfecta poſſeſſio. dominica pentecoſte. D
Nihil ita nocet Reipubl. & vniuiuſque ſtatus homini quã inimicus domeſticus. dom. ead. G
Nullum malum ita eſt tempeſtatibus, & periculis obnoxium ſicut regimen populare, dominica Sanctiſſimæ Trinit. B

O

Officia magnanimi quæ ſunt. dom. 4. Aduent. k
Omnes Prælatos quidam cæcos appellabat ipſeque quando prælatus factus eſt ſe eſſe cæcum aſſerebat quapropter amicos deſpiciebat. dom. ead. N
Oratio eſt cauſa omnis virtutis, & iuſtitiæ. domin. infra Oct. natiuit. C
Orationis deffinitio. dom. ead. D
Oratio eſt murus & antemurale. dom. ead. L
Oratio acquirit nouos ſenſus. dom, ead. E
Oratio demonibus flagellum. dom. ead. E
Oliuarum arbor eſt pinguedine ſua ſimbolum ſapientiæ, domin. Infra Oct. Epiphan. D
Obedientia in fęlici ſtatu beatitudinis non poſtrema fuit. dom. 4. poſt Epiphan. A
Obedientibus diuinis præceptis obedit Deus petitionibus. dom. ead. C
Obedientia rationem iuſtitiæ habet. dom. ead. D
Omnia ſapientum verba quo diriguntur, & in quem finem tendunt, dom. 6. poſt Epiph. A
Ordinatio in quo conſiſtit. dom. ead. G
Oculus quid præſtat homini. dom. quinquag. A
Odium quid ſit. dom. 3. quadrag. F
Odium quid moderare poteſt. dom. ead. F
Obſeruanda ſunt mirifice illa quæ modeſtiam perficiunt. domin. 3. quadrag. E
Oculorum, & linguæ modeſtia quæ commoda adfert homini, dom. ead. E
Oſtendit Deus per miracula loca in quibus ſuæ maieſtati domus ædificarentur. dom. Reſurrection. I
Ob quam cauſam Salomon in templo tam magnifice extructo æneum mare poſſuit. dom. 2. poſt paſcha. B
Opus bonum non in incipiendo ſed in continuando conſiſtit ibidem
Omnia Dei caſtra patientiæ virtus exornat, & præmij cæleſtis magnitudinem auget atque exagerat. domin. 3. poſt Paſcha. E
Ob quam cauſam iuſtitia dicitur communis virtus, domin. 4. poſt paſcha D
Omnia diuina iuſtitia ordinat, & terminat, & omnia ab omnibus immiata, & non confuſa ſaluat, dom. ead. F
Orandum eſt pro nolentibus credere vt velint credere, & pro eis qui aduerſantur legi vt eam ſectentur, & hoc vt ex nolentibus fiant volentes, dom. 5. poſt Paſcha A
Omnis perfecta amicitia ab animæ excellentia originem trahit. dom, Pentecoſt. C

P

Prudentia virtutem in oriente contemplare poſſumus. dom. 1. Aduent. B
Prudentia excellentior eſt inter virtutes Cardinales ibidem. B
Prudentia vnde dignoſcitur quod ſit neceſſaria. ibid. C
Phaſianus auis ſi non bene condiatur nihil ſaporis habet ſic & virtutes in prudentia temperentur, ibid.
prudentia eſt gubernator omnium virtutum, dominica. 1. Aduent. D
præmislaus Bohemorum Princeps ex ruſtico factus ſua vilia veſtimenta, & ſagum ruſticum iuſſit iam morti appropinquans in loco honeſto cum alijs rebus regalibus collocari, & ideo vnicuique nouo Principi vna cum corona atque ſceptro illa vilia oſtendebantur, vt memor eſſet ſuæ vilitatis, ibid. E
prudentia quæ videtur eſſe & non eſt, & è contra. ibidem F
prudentia conſiſtit in conſilio Iudicio recto, & executione. ibidem G
principes quales eſſe debent, ibid. G
Pertinatia fortes occidit Reges atque exercitus eorum, ibidem. H
plato quomodo definiuit fortitudinem, dominica ſecunda. Aduentus D
Politicæ, & Chriſtianæ fortitudinis diſtinctio, ibid. D. ad finem, & E
Prima fortitudinis ratio quæ ſit, ibid. F
pauidus beatitudinem æternam poſſidet, ibid.
principium iræ incipit à ſpinis id eſt à verbis aſperis, dom. 3. Aduent. B
Poloni Teutonicos ob illorum inuaſiones, & ingratitudinẽ beneficiorum extirpauerunt, ibid. D
principes chriſtiani vere digni ſunt, vt appelentur magni, domin. 4 Aduent. B
principes in Republ. oppreſſa, & abſoluto dominio etiam ſi leges in quas conſtituunt Senatus illis reſiſtere nullatenus poteſt eo quod tirannidem ſuorum principum timeant. domin. ead. D
Philotimia & Aphilotimia circa honores verſantur, ibid F
Philotimia quo differt à Magnanimitate. dom. ead. G
palma quanto plus oneratur tanto plus in excelſa tendit. domin. ead. O
philoſophorum magnanimitas in quo conſiſtit. domin. eadem P
principium orationis eſt fiducia. domin. infra, Octaua Natiuitate F
Philippus, & Ioannes Apoſtoli per ſomnium Imperatori chriſtiano victoriam promittunt, dom. ead. H
princeps qui diligitur à ſubditis non eget cuſtodia, domin. eadem L
peculiarem gratiam quam Deus promiſit Regibus alij non experiuntur. dom. ead. L
pſeudopoliticus quali ſapientia vult eſſe præditos princeps, dom. infr. oct. Epiph. E
Phetontis directio curtus ſolaris, dom. ead. M
Poloni ad tractandum de bello paceque ac ſalubri regimine Reipub. & renouatione amicitiæ quotannis & aliquando ſæpius commitia celebrant, dom. ead. P
prima virgo Trias eſt dom. 2. poſt Epiph. B
proteſtatio. & ratio ante conſpectum Domini quomodo eſt facienda ad obſeruandam caſtimoniam. dom. ead. H
principem nihil magis decet quam amari, domin. tertia, poſt Epiphan. C
pſeudopoliticus inique principibus diſuadet clementiam. domin. eadem B. C. D. & vltra.
principum Polonorum clementia. dom. ead. L
plus ex moribus quam ex verbis trahitur, dom. ead. N
Polonorum Reges à Miecislao primo Catholico vſque ad hoc tempus ſemper fuerunt Chriſtianiſſimi, & obedientiſſimi ſedi Apoſtolicæ. dom. 4. poſt Epiph. E
prouidentia Dei quanta bona præſtitit fragili naturæ noſtræ ad adipiſcendam gloriam Dei, dom. 5. poſt Epiph. B. & C
proportionati humores hominem pulchrum ſanum, & fortẽ efficiunt, dom. ead. H
peccatum eſt deordinatio rationis, dom. ead. I
pęnitentia quantum homini prodeſt. dom. ead. L
potens eſt Deus per pęnitentiam eripere hominem ex faucibus Diaboli, dom. ead. L
paſſiones hominem à Deo auertunt & faciunt periclitari in pelago vitæ præſentis. dom, Septuageſimæ C
paupertas qualis eſt & vtrum ſit ita nociua ad honores promouendos prout ſunt hominis paſſiones, dom. ead. F

Præ-

Præſumptio, & temeritas vnde oriuntur.dom.ead.I
paſſiones in homine quot reperiuntur, & vbi perficiuntur, dom.ead.k
platonis dictum de mercatore.dom.ſexageſ.G
paupertas cum ſe malis hominibus adiunxerit malum irremediabile eſt,dom.ead.k
pro adhibenda diligentia in leuiendis oppreſſionibus pauperum promiſit Deus Principibus largam benedictionem, dom.Quinquag.F
pontificia dignitas ſuprema dignitas cælo proxima, dom.1. Quadrageſ.C
paupertas dici poteſt pretium fælicitatis æternæ. domin. 2. Quadrag. A
pauperes,& in præſenti vita ſunt beati, & in futura eorum beatitudo conſumatur,dom.ead.F
paupertas maximam honeſtatem includit,dom.ead.G
peccatum in imaginatione humana videtur eſſe leue cum tamen ſit graue,& hoc ex inde quia facile per confeſſionem diluitur,dom.3. Quadrag.A
propter quod ſapientia de cælo deſcendit.dom.ead.B
pulchritudo quantam vim in ſe habet,dom.ead.F
pulchritudo Domini noſtri,qualis eiuſdemque in nos beneficia,dom.ead.G
piaſtus Princeps Poloniæ.dom.4.Quadr.k
per motus exteriores homines de nobis iudicium capiunt. dom.5.Quadrag.D
patrimonia manſuetorum quæ, & qualia ſunt. dominica Palmarum A
politici quærunt vtrum manſuetudine,& clementia an immanitate,& crudelitate Reſpubl. gerendæ ſint,dom.ead.B
principium quomodo & pro quo accipitur,dominic. Reſurrectionis B
Pietas quomodo à virtutibus ſymbolizantibus differt.domin. eadem C
pietas Deum colit tribus virtutibus Theologicis, dominic. ead.D
poloni quid colebant ante Miecislaum Regem ibidem.
pietas erga Beatiſſimam Virginem eſt Hyperdulia, dominic. eadem G
pietas eſt remedium erga mala quæ nos in hoc mundo præmunt extinguit ignes remedium eſt contra peſtilentiam, famelicos alit, fugat hoſtes,dom.ead.I.k
pietas erga parentes eſt neceſſaria,& ſalutaris,dom.ead.k
propriæ prudentiæ non eſt fidendum.dom.5.poſt paſcha A
perfectior charitas eſt amare inimicum quam amicum,dom. eadem F
Perſeuerantia virtus omnibus ſine vlla exceptione populis chriſtianis competit,ſed maxime Prælatis,dom. 2. poſt Paſcha. A
Prælati inconſtantes etiamſi ſint digniſſimi non à principe lucis, ſed à principe tenebrarum ad honores promouentur domin.eadem A
principes,& paſtores aut ſuperiores principem paſtorũ Chriſtum dominum imitari debent,dom.ead.A
perſeuerantia virtus chriſtiana in quo conſiſtit,dom. ead.B
perſeuerantia cui ſimilis,dom.ead.C
perceptio Euchariſtiæ neceſſaria eſt ad conſummandam vitam ſpiritualem.dom.ead.D
perſeuerantia ſimilis eſt ſenſui tactus, & quomodo, domin. eadem D
perſeuerantia omnibus eſt virtutibus annexa,ibid.
perſeuerantia ceſſante ceſſat virtus,ibid.
plato quomodo adoleſcentes educandos ſuadet, dom. 3. poſt Paſcha.A
patientiæ definitio,dom.ead.C
patientia eſt fœtus diuinæ charitatis,ibid.
propter quod conſtituta eſt ſemita iuſtitiæ, domin. 4. poſt paſcha A
Princeps exequens iuſtitiam oculis captus eſſe debet, domin. eadem C
pauciſſimi fuerunt qui per portam iuſtitiæ ingreſſi ſunt ad cęlum,dom.ead.D
per iuſtitiam diſtributiuam tolluntur inordinatæ affectiones, dom.ead.I
per iuſtitiam commutatiuam tollitur à Republ. auaritia. Dominicæ. eadem I
per bona opera, & obſeruantiam mandatorum Dei conſeruanda eſt fides, & præcipuè per humilitatem,& gratitudinem,dom.5.poſt Paſcha F
publica fides adeo Romanis venerabilis & Sacra erat,vt eam pro numine colerent,dom.ead.F
papa aut ſummus Pontifex Raſas aureas in ſignum amicitiæ Principibus Chriſtianis mittit, dominicæ Pentecoſtæ. A
Plutarchus quid de fundatione vrbis Romæ dicit,dom.Sanctiſſimæ Trinit. E

Q

QVi imprudenter ſeruit Deo ſimilis eſt cæco, aut oclusſis oculis currenti per ſaxa atque ſpinas. dominic. 1. Aduent. D
Quonam modo princeps euadere poteſt ne quod cõtrarium legibus faciat,ibid.k
Quam horribile erit iudicium extremum. domin. ſecunda Aduentus F
Qui vincit mortem,diabolum, ſeipſum, ille omnium fortior eſt,domin.3.Aduent. A
Qui ſperant in Deo mutant leonem in agnum,ibid.A
Qui alijs imperant & affectum iræ vincunt duplici ratione Reges dici poſſunt,ibid.B
Quid homines afferunt Deo per orationem, domin. infra Oct. natiuitate E
Qui tyrannicè imperabant nunquam perfectam ſecuritatem adepti ſunt,dom.ead.L
Quam ob cauſam Salomon omnibus opibus, & cunctis quæ deſiderari poſſunt prætulit ſapientiam, domin. infra Oct. Epiph. A
Quo quis melius appetitiones ſuas continet,& plures manciſcitur virtutes,dom.ead.A
Quanto quis magis eſt ingenioſus tanto eſt magis capax ſapientiæ,dom.ead.C
Quare Saul excelſior omnibus à Domino in Regem Iſrael electus eſt.dom.ead.D
Quo acquiritur ſapientia,dom.ead.N
Quare Chriſtiani iudices ſunt clementes,domin. 3. poſt Epiphan. k
Quomodo clementia chriſtiana diſtinguitur à pſeudopolitica,& ab alijs.dom.ead.k
Quod eſt officium parentum, & ſuperiorem in filios, dom. eadem. N
Quod fuit præcipuum iuſtitiæ Originalis beneficium, dom. 4. poſt Epiphan. A
Quæ inuitant ad obediendum Deo, & hominibus. domin. ead. G
Qualia medicamenta præparauit Deus homini infirmo, domin.5.poſt Epiph.F
quadruplici comparatione gaudent fides ſpes charitas teſte S.Auguſtin.dom.eadem M
quadruplex genus cauſæ, efficiens, finalis, formalis, & materialis per quod virtus deffiniri poteſt, dominica eadem M
qui ſe humiliat Deum exaltat, dominica ſexta poſt Epiphaniam E
quantum effecerit in filio prodigo ſuſpirium eius, dominic. eadem E
quid requirit humilitas,dom.ead.k
quo quis peccat eodem punitur,dom.ſeptuag.D
qui ingreditur inter ſpinas detinebunt eum,dom. ead.D
qui dedit homini eſſe dedit,& quod pertinet ad eſſe, domin. quinquag. P
quæſtio inter politicos quodnam Regnum aut Reſpubl. fæliciter theſauris abundante an inopia laborante, Domin. 2. quadrageſ. B
qui pauperes ſunt malicia, vel coactione horum paupertas virtus dici non poteſt,dom.ead.B
quid ſit maius an malum pęnæ an malum culpæ, domin. 3. quadrageſ. A
Qui batitudinem æternam proximo deſiderat, & quæ ad illam ſpectant ſincere exoptat hic charitate proximum proſequitur.dom.ead.H
qualiter modeſtia virtus comparari poteſt, dom.5.Quadr.G

Quapropter mulieres ſunt magis vindicatiuæ, & iracundæ quam viri, dom. Palm. B
Quæ nos mouere debent ad acquirendam virtutem modeſtiæ, dom. ead. F.G
Quæ virtus Deo præſtat cultum, dom. Reſur. C
Quibus modis, & à quibus qualiterque honoratur Deus, domin. ead. H
Quatuor affectus animæ omnium ſunt vitiorum, & virtutũ quaſi quædam principia & communis materia, domin. 1. poſt Paſcha B
Qui eſt tale quod operatur in homine ſanguis, domin. eadem B
Quibus rebus ſpes aſſimilatur, dom. ead. G.H
Quam magna ſit ſedes iniquitatis, dom. ead. H. ad finem I
Quam fælices ſunt illi qui ſpem ſuam in miſericordia Dei ponunt. dom. ead. I.k
Quare Deus omnipotens non omnia opera manuarum poſt creationem laudauit, dom. 2. poſt Paſcha A
Qualis virtus ſit perſeuerantia, & quam eſt neceſſaria, dom. ead. C.D
Quomodo perſeuerantia deffinitur, dom. ead. D
Quid efficit perſeuerantia, ibid.
Quemadmodum delectatio amorem ſeu conuerſionem ad bonum quodcunque conſequitur ita triſtitia ad odium, dom. 3. poſt Paſcha B
Qui patiens eſt multa gubernauit ſapientia, dom. ead. C
Quam ob cauſam Iob vulnera ſua iacens in ſterquilinio teſta, & non panno aut aliqua alia re abſtergebat, dominica ead. E
Quotidie homines à ſemita iuſtitiæ deuiant, domin. 4. poſt Paſcha A
Quare Deus Martem planetam rigoroſiſſimum inter Iouem & Venerem poſuit, dom. ead. D
Qui iuſtitiam depingunt cum gladio melius, vt depingant cum ramo oliuarum aut lilio, dom. ead. E
Quam ob cauſam apud Athenienſes erat mos noctu in tenebris iudicare. dom. ead. F
Quare Chriſtus Dominus cum Sanctum Petrum inſtituiſſet ianitorem cæli non ab inferno ſed à cælo ei claues dederit, ibid.
Qualis virtus eſt iuſtitia, dom. ead. G
Quid eſt facienda vt virtus è cælorum ſedibus inter homines habitare dignetur. dom. ead. H
Qui ſunt virtutis conſiliarij, ibid.
Quidnam ſit difficilius an fidem acquirere an acquiſitam ſeruare, dom. 5. poſt Paſcha A
Quare Principes maxime attendebant ad conſeruationem, & augmentum fidei in ſuis imperijs, dom. ead. B
Quare ſolus Deus dicitur habere immortalitatem, domin. eadem B
Quanto maiorem quis facit diligentiam in tegendo mendacio, tanto in plura incidit mendacia, & multoties grauiora, dom. eadem G
Quod amicitia ſit virtus ex obiecto eius intelligitur, domin. Pentecoſt D
Quales homines veri amici dicendi ſunt, dom. ead. D.E
Quare iure merito Eccleſiam Catholicam ſanctam ac omni fælicitate præditam prædicamus, dom. Sanctiſſimæ Trinitatis F
Quare Eccleſiam Chriſti prædicamus Catholicam id eſt vniuerſalem, ibid.

R

RELigioſorum prudentia, dom. 1. Aduent. k
Radij, & effectus prudentiæ, ibid. M
Regio nomine magis illi digni ſunt qui iram vincunt quàm qui purpura ornati atque diademate coronati ſunt, dom. 3. Aduentus B
Robertus Sanſenerinus ſua humanitate facieque hilariſſima vicit, & inhumanos Arabes benigniſſimos effecit, domin. infra Oct. natiu. H
Romani ignem pro Deo colebant, domin. 2. poſt Epiphania. C
Romani ab igne Aurea capiebant, dom. ead. C
Religio chriſtiana à caſtimonia maritali originem ſumpſit in Polonia, dom. ead. H
Religioſorum, & Monialium quantum valet apud Deum oratio, dom. ead. H
Remedia ad tuendam virtutem caſtimoniæ, ibid.
Romanorum clementia, dom. 3. poſt Epiph. B
Romano imperio nullum florentius fuit, dom. ead. D
Romulus non armis ſed leni conſilio vicinas gẽtes edomuit, dom. ead. D
Romani Pontificis qualis eſt dignitas. dom. 4. poſt Epiph. E
Religioſus obediens quam fælix eſt. dom. ead. G
Rodolphi Comitis Chabſpurgenſis pietas, domin. 5. poſt Epiphan. B
Reges prouidere debent non ſolum modo videre, dom. ſexageſima D
Reges quales eſſe debeant. ibid.
Reges, Principes, Iudices, & Superiores alios præcelere debent viſu, dom. Quinq. E
Romanorum afflictiones ex ſumma intemperantia Imperatorum proceſſerunt, dom. 1. Quadrag F
Religio, & pietas eſt axis Reipubl. dom. Reſur. B
Religio exhibet Deo cultũ, vt creatori pietas autem, vt Patri; dom. ead. D
Religio, & pietas apud ſolos chriſtianos eſt, & quare, domin. eadem D
Religionis præſcriptum rectum eſt, dom. ead. E
Repræhenſione digni ſunt qui oculos ſuos non in cælum, ſed in terram defixerunt. dom. 1. poſt Paſcha G
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ quomodo eſt intelligendum, dominica 3 poſt Paſcha. A
Regna ſine iuſtitia nihil aliud ſunt niſi magna latrocinia, dom. 4. poſt Paſcha A
Rex cum ſceptro eſt ſummæ poteſtatis ſignum. dom. ead. C
Regula actionum humanarum eſt Deus, & leges eius Diuinæ, dom. ead. D
Reges Hiſpaniarum multas Prouincias, & Regna in Indijs occuparunt propagandæ religionis, & fidei Romanæ cauſa, dom. Sanctiſs. Trinit. F

S

SApientia cognitio Dei ac rerum creaturarum, dominic. 1. Aduentus A
Sapientia dotatus Salomon præ omnibus illam dilexit atque pra poſuit, ibid.
Sapientes in die mala meditantur ſapientiam, & prudentiam ibidem
Sapientia non ſolum ad cognitionem Diuinorum ſpectat verum etiam ad adipiſcendam vitam beatam, ibid.
Stephanus Palatinus Vvalachiæ CXX. millia Turcarum XXX. millibus ſuorum proſtrauit combuſtis vndique paſcuis quibus deficientibus, cum equi Turcarum inedia debilitati ſunt tunc certamen victorque magnificus extitit. ibid. E
Sigiſmondo Cæſari cum illata eſſent 40. millia aureorum ex Vngaria qui eo quod totam in ſomnem habuit noctem cogitans quo pecuniam conuerſurus eſſet militibus ſuis pecuniam oſtendit dicens eam eſſe hoſtem & carnificem iuſſitque inter ſe diuidi, & ſic diſtributa pecunia quieuit ſomnoque eſt refectus, ibid. E
Salomon initio Regni ſui prudentiæ corona fuit à Deo coronatus, ibid. G
Sigiſmundus I. Rex Polonorum quamuis eſſet ſapientiſſimus nihil tamen vnquam abſque conſilio Senatus fecit. ibidem H
Sigiſmundus I. idem prudens, huius factum, ibid I
Sigiſmundus III. Polonorum Regis per filium ſuum Vladiſlaum Principem de Turca victoria, ibid. I
Sirenes quæ ſuo cantu impediunt iter æternitatis, ibid. k
Struſouicij duo germani genus Polonorum æquites ob amorem patriæ chriſtianæque religionis obſeruationem cum quinquaginta commilitonibus aberrantes ab exercitu ſuo inſcij in multitudinem Vvalachorum inciderunt, fortiterque, ibi dimicando à Paganis occubuerunt. Dominica. 2. Aduent. D
Sigiſmundus III. Rex Poloniæ conſtantia, & fortitudinẽ Arcẽ Smolenſcenſe quamuis fortiſsimã duobus annis obſeſſam

Digitized by Google

ſeſſam tertio anno die S. Antonij Paduani vi & armis accepit.dom.ead.D
Spes in Deum locis Sacræ Scripturæ quam ſit neceſſaria oſtēditur ibid.F
S.Ioannes Baptiſta Hieroglificum chriſtianæ fortitudinis. Dom.3. Aduent. A
Sanctorum veteris & noui teſtamenti actuum inſignia,ibid. E. ad finem F
Sigiſmundi I Polonorum regis in ſeccione digiti pedis Signe inflammati commendatur fortitudo,ibid.F
S.Ioannes Baptiſta quare magnus appellatus eſt dom.4. Aduentus B
Securi as pertinet ad fortitudinem Dom.infra octau. Nat. I
Securitas eſt virtus animi excelſi,dom.ead k
Senetus Imperator qualis fuerit,dom.ead.L
Solis eſt aſtrorum in metalis operationes,dom.ead.O
Sapientiæ quanta eſt vis,& quanta commoda, domin. infra Oct. Epiph. A
Sapientia eſt vita & anima ſuperioritatis,dom.ead.D
Sapientia dicitur ſcientia,dom.ead.F
Sapientia quid ſit.ibid.
Scientia quid includit in Sacra Scriptura,dom. ead. G. ibid. quid docet in ſacris literis,& in quibus locis
Sapientia conſiſtit in vſu,dom.ead.N
Sal ex quo conficitur,dom.2.poſt Epiph.A
Sigiſmundi I. Polonorum Regis ſumma clementia,dom.eadem. H
Solimani Turcarum Imperatoris dictum,& factum. do.ea.k
S. Venceslai in fratrem iniquum clementia,dom.ead. L
Sigiſmundi I.Regis Polonorum in pruſſos cruciferos regni inimiciſſimos clementia.dom.ead.L
Simulare ſanctitatem clementiam,& charitatem maximum eſt peccatum.dom.ead.M
Subijciendus eſt ſenſus rationis obedientiæ,dom.4.poſt ep.A
Status in qualibet Republ. bene ordinata octo reperiuntur, & qui dom.ead.D
S.Hieronymus quid dicit de obedientia ſummis Pontificib. ſemper præſtita à Regibus Hiſpaniæ,dom.ead.E
Smaragdus qualis & cui comparatur,dom.5. poſt Epiph.E
Semper fœliciter cadunt Iouis taxilli,dom.6.poſt Epiph. C
Sermo humilis,& ſermo diuitis quantum valeat,dom.ead.C
Salomon verum ſaluatus necne.dom.Septuag.A
Spinæ,& vepres quo diſtinguuntur,dom.ead.B
Sceptrum quid ſignificat,dom.ſexageſimæ C
Solicitudinis virtus ſi eſt neceſſaria ad politicos vſus quanto magis ad acquirendam gloriam Dei.dom.ead.F
Sphinx monſtrum Thebanum quale,& cui ſimile,dom.quinquageſima N
Sigiſmundus I. Polonorum Rex aquam ab infantia bibit ingrauiſcente tamen ætate à medicis vinum bibere edoctus ita Vt nullus eum vnquam ebrium vidit. Idem de alijs, dom.1.Quadr. N
Spiritus S.pauperum paraclitus eſt dom. 2 quadrageſ. E
Schiſmatici & hæretici extra murum ſunt charitatis,dom.3. Quadrag.CB
S.Heduigis Academiam Cracouienſem inchoatam à Caſimiro marito ſuo continuauit atque ditauit,dom.4. Quadr. E
Sigiſmundus III.Rex Poloniæ arcem Varſauienſis condidit duaſque Baſilicas vnam Cracouiæ alteram Vilnæ. domin. eadem E
Sixtus V. Pontifex Maximus ærarium nouum Romæ conſtituit pro defenſione S Fidei Catholicæ,dom.ead.F aliaque ædificia ſumptuoſa fecit ibid.
Solus Deus poteſt ſufficienter ditare.dom.ead.L
Semen,& origo omnium virtutum honeſtas eſt . domin. 5. Quadrag.A
Septem ſapientum Græciæ memoriæ digna,& qualia,relicta dom.Palmarum B
Solon in duabus tabulis leges ſuas deſcripſiſſe fertur,domin. Reſurrectionis B
Sine religione,& pietate fides inutilis,dom ead.E
Sancti ſunt decor domus Dei diuerſorum colorum ſicut iris dom. ead. F
Solus Deus adorandus eſt cultu latriæ,dom.ead.H
Sapientia & prudentia quo inter ſe differunt , & circa quæ verſantur,dom.1.poſt Paſcha A
Spes eſt medium inter præſumptionem , & deſperationem, dom.ead.B
Sedes animæ eſt ſanguis,ibid.
Subminiſtrat ſpes alimenta fidei,dom.ead.C
Spe iuſtus paſcitur ſicut Bombyx folijs,ibid.
Spes æternorum eſt arbor vitæ,& qualem fructum producit. Cor debilitatum confirmat inſtaurat,& reficit,dom.ead.C
Spei quanta eſt lætitia,ibid.
Spes quod ſperat hoc quod.immodo cernit.ibid.
Spes vires ſuggerit , & omnium mundanarum voluptatum contemptum facit qua etiam habet rationem boni vtilis honeſti,& delectabilis,ibid.D
Spei deffinitio qualis,ibid.
Spes à fide inſtructa & illuminata efficax adhibet deſiderium, Dom.ead.E
Similitudo ſpei apud antiquos fuit lilium,dom.ead. F
Sigiſmundi Imperatoris factum,ibid.
Spes nihil aliud ſperat niſi quod Deus peccata remittet,dom. eadem G
Spei expectatio Agricolæ,& Monotorio ſimilis, dom ead.I
Sancti ſic à terrenis actibus ad ſpiritualia tranſeunt, vt ad ea quæ reliquerunt vlterius nullo modo reuertantur,dom.2. poſt Paſcha. A
Summum ius ſumma eſt iniquitas,dom.4.poſt paſcha A
Summum ius ſummam putabant antiqui crucem, do. ead.C
Sufficientia diuiſionis iuſtitiæ ſumitur ex triplici habitudine, dom.ead.H
Si quis compendioſe loqui vult de cōſolatijs iuſtitiæ quatuor aſſignare poterit nempe iuſtitiam Diuinam naturalem ciuilem ſeu politicam & iudicialem,dom.ead.I
Sine fide impoſſibile eſt ſaluari,dom.5.poſt paſcha A
Simulachra,& hieroglifhica fidei qualia,dom.ead.B
Senetus Imperator cum moreretur his verbis vitam finiuit. Firmum Imperium filiis meis relinquo ſi boni erunt, imbecille ſi mali.dom.ead.D
Sublata fide nulla eſſe iuſtitia poteſt,dom.ead G
Sub metaphora mulieris fortis quare Spiritus ſanctus Eccleſiam Catholicam intellexit dicens per os ſapientis Mulierem fortem quis inueniet procul,& de vltimis finibus pretium eius,dom.Sanctiſ. Trinitatis A

T

TImor Domini mitigat infirmitates ſapientum,domin.1. Aduent. A
Temperantiam quare in ſeptentrione conſiderare eſt, dom. eadem B
Tres perſonæ requiruntur ad iudicium Reus ſcilicet, Actor, & Iudex,ibid.L
Theodorus Grecorum Imperator à Sultano Duce Turcarū vulneratus reſumptis viribus vulnus pro vulnere reddens Sultano caput amputauit victorque exinde Romanorum extitit,dom.2.Aduent.C
Temeritas exercitus perdit,ibid.F
Tota fiducia fortitudinis noſtræ in Deo eſſe debet, ibid.F
Tullij ſententia pro Marcello de ira dom.3.Aduentus B
Temiſtocles qui dixit auem ſibi eſſe renibus vulneratum quæ vſque ad mortem ſeſe defendens pugnauit,ibid.F
Titus Veſpeſianus oblatam ſibi poſt hieroſolimitanam victoriam, corona ſpreuit dignitate regia dicens ſe indignum eſſe tali honore.dom.4. Aduent.F
Tiberius Cæſar ſtatuam ſibi erigi, & templum ædificare prohibuit titulosque minus neceſſarios ſpreuit,dom.ead. F
Traianus Imperator magnis rebus præclare geſtis poſt tot victorias nullum triumphum facere voluit,ibid.
Tiberius Cæſar in arte diſſimulandi erat perfectiſſimus, dom.ead L
Theſauri Regni præſidia,& exercitus qui ſunt, domin. infra Oct.natiuit.k
Theoponto Spartanorum Regi quid tribuitur,dom.ead.L
Tepida oratio in via langueſcit,dom.ead O
Tunc terra pluuia cælis dedit cum Magdalena Chriſto domino lachrimis pedes lauit.dom.ead.O
Theſauri inueniuntur radijs ſolaribus micantibus,dom.ea.k
Tiberius II. Imperator ſub pauimento theſaurum inuenit. ibidem.

Digitized by Google

Tiberij Conſtantini perpetuo Auguſti in quo, & quando ſcriptum erat. ibid.
Turbaia mens, vel nihil, vel errores decem it. dom. ead. L
Thetis Dea mortali homini nupta quid fecerit, dom. 2. poſt Epiphan. B
Tria ſunt quæ inimicum turbant in bello, & quam, dom. 5. poſt Epiphan. B
Theologi Beatitudinem vocant ſinitionem. æternam. dom. eadem. E
Triplex bonum vtile delectabile, & honeſtum omnibus virtutibus eſt commune, & proprium, dom. 6. poſt Epiph. C
Tres gradus habet perfecta humilitas, dom. ead L
Theſauros quales fodere neceſſe eſt, dom. ſexag. k
Theſaurus à foſſore conducto in alieno agro aut horto repertus ad quem pertinet, ibid.
Tygridis Hyrcanæ vbera ſuxit cui hoc prouerbium competit, dom. Quinquag. I
Temperantia multa bona homini facit. dom. 1. Quadrageſ. B
Temperantia vitius generalis, & ſpecialis, ibid. G
Temperantiæ diuiſio, dom. ead. H
Tyberius Imperator compendioſa conuiuia vetuit, & alij, dom. ead. I
Temperantiæ quod eſt officium, dom. G. & H
Temerarium iudicium quam ſit magnum peccatum. dom. 3. Quadrageſimæ I
Templum Diui Petri Romæ ad vaticanum quale. Domin. 5. Quadrageſimæ C
Theologi ſpem chriſtianam inter virtutes eaſque præcipuas hoc eſt Theologicas collocant dom. 1. poſt Paſcha B
Triſtitia plurima damna homini adfert, do. 3. poſt Paſcha. B
Triſtitia quando eſt bona, & quæ, ibid.
Tanta eſt coniunctio lucis, & vitæ, vt nihil inueniri poſſit quod viuat ſine lumine vitæ ſuæ proportionato, domin. 5. poſt Paſcha B
Timendum eſt malis chriſtianis non obſeruantibus mandata Chriſti ne gratiam Dei, & fidem amittant, dom. ead. F
Tanta eſt neceſſitas fidei in qualibet Republica, vt abſque ea nec viuere vita politica nec conuerſari homines inter ſe poſſint. ibid. G
Tribularis, & in afflictione poſitis ſenibus, & iuuenibus amici ſunt neceſſarij. dom. Pentecoſtes. D
Tres ſunt amicitiæ actus beneuolentia, ſcilicet concordia, & beneficentia. dom. ead. E
Triplex communiter regimen & poteſtatis forma ſimplex aſſignatur, Ariſtocratia Monarchia, & Democratia, Dom. SS. Trinitatis. B
Tres Monarchiæ præcipuè in mundo excelluerunt. Imperiũ Romanum Iudæorum, & Grecorum, dom. ead. E

V

VEnetorum prudentiæ ad quemdam abuſum ex Repub. tolendum. dom. 1. Aduentus. E
Victoriæ Chriſtianorum ex paganis declarant quam ſint imbecilles chriſtiani. Dom. 2. Aduentus. B
Variæ variorum definitiones fortitudinis, ibid. D
Vir fortis cui ſimilis eſt, ibid. F
Vigilem & publice rei ſtudioſum quomodo noſces. dom. infra oct. Epiph. L
Virtuoſus ille ſolummodo eſt qui virtuoſe operatur, dom. eadem N
Vladiſlaus Locticus Polonorum Rex quid fecerit à Pruſſis, & Crucigeris oppreſſus, dom. ead. P
Veneti principes 4. in anno ſuos patricios intra palatium ſuũ conuiuio excipiunt. ibid.
Virgo in Zodiaco cui ſimilis, dom. 2. poſt Epiph. A
Veſta Dea qualis, dom. ead. C
Vbi ſubditi non obediunt Dominis ſuis ibi Reſpublica potius eſt gentilium quam chriſtianorum. domin. 4. poſt Epiphan. F
Vtilius nihil eſt quam in medio mari eiuſque tempeſtatibus conſilio diuinæ voluntatis regi, dom. ead. G
Virtus de ſe ſemper amabilis eſt gratoſque homines, & acceptos reddit, dom. 5. poſt Epiph. B
Virtutes animam hominis reddunt pulcherrimam, & Deo placabilem, dom. ead. H
Virtutes per oſſa intelliguntur quibus anima tanquam corpus ſubleuatur, ibid. I
Vita hominis muſica vocari poteſt, & quare, dom. ead. I
Vocabula propria quomodo perierunt, & quare, dom. ead. k
Vera humilitas in quo conſiſtit, dom. 6. poſt Epiph. F
Vtrum in parte iraſcibili aut concupiſcibili ponenda ſit humilitas, dom. ead. H. & I
Vanitates huius ſeculi non ſunt aliud niſi vrticæ, & ſpinæ in via domini, dom. ſeptuageſ. B
Venerabilis Beda, & alii quamuis cecucientes extiterint tantum doctiſſima ſcripta in Eccleſia reliquerunt dom. Quinquageſimæ C.
Ventre hominis nullus homini tam importunus exactor, dom. 1. quadrag. D
Viam æternæ beatitudinis edocturus nos Dominus à paupertate, & pauperibus ortus eſt, dom. 2. Quadrag. A
Virtus duo requirit quod ſit ſcilicet libera, & quod ſit Domina, dom. ead. G
Vera pænitentia non eſt ſine charitate, dom. 3. Quadr. C
Vnde vera nobilitas ſeu generis claritas contrahitur, domin. eadem F
Vegetius quando de Republ. bene agitur quid ſentiat, dom. 4. Quadrag. k
Virtus innocentiæ ſeu honeſtatis altera eſt particularis altera vniuerſalis, dom. 5. Quadrageſ. A
Virtus non eſt virtus niſi ſit honeſta, dom. Reſurrection. D
Vera Dei Religio non aliunde manauit quam ab ipſo Deo, dom. ead. E
Venetijs quod inueniuntur templa atque cænobia. dom. ea. I
Vita innocenter acta multam auget ſpem, domin. 1. poſt Paſcha F
Virtuoſi maxime appetunt bonum honeſtum. Domin. 3. poſt Paſcha A
Virtus eſt dulcis hoſpes animæ, ibid.
Vir patiens fortiſſimus ad omnia eſſe poteſt, dom. ead. E
Virga clementiam deſignat, dom. 4. poſt Paſcha C
Vt acquitamus finem vltimum propter quem creati ſumus, tria nobis ſunt neceſſaria, & quæ, dom. 5. poſt Paſcha A
Virga quæ Teſſera appelabatur apud Romanos ſignum fuit amicitiæ contractæ. Dom. Pentecoſte. A
Vallis vitem decepit quomodo hoc adagium intelligendum, & cui competit. dom. ead. C
Veri amici eſt, nec turpia vel indecentia rogare, nec ad preces amici turpia facere. dom. ead. F

Z

ZElus quid ſit, dom. 3. poſt Epiph. A
Zenonem Cleantes non expreſſiſſet ſi eum tantum modo audiſſet, dom. ead. N
Zeno cum alijs quomodo diffiniunt honeſtatem, domin. 5. Quadrag. B
Zelator nouæ legis fuit Conſtantinns Magnus, domin. Reſurrectionis. E
Zelator, & reformator atque promotor fidei, chriſtianæ fuit in Lituanie Ruſſia. & in Polonia Iagello factu Rex Poloniæ poſtquam recepit baptiſmum. dom. ead. F
Zeuxim Pictor quare multum temporis conſumebat in pingendo, & quod reſponderit illum vituperantibus, dom. 2. poſt Paſcha F

F I N I S.

INDEX RERVM QVORVNDAM SACRAE SCRIPTVRÆ,

Quæ in Inſtitutionibus ſacris Speculatiuis inueniuntur.

Geneſis.

IN principio Deus creauit cælum, & terram, Gen. 1. v. 1. dom. Pent. A
Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. v. 2 do. Pent. E
Terra autem erat inuanis, & vacua, ibid. dom. Pent. A
Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę, Gen. 2. v. 7. dom. 4. Quadrag. A
Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, Gen. 3. v. 10. do. 4. poſt Paſcha A
Puluis es & in puluerem ib s, v. 19. dom. Reſur. G
Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear. Geneſ. 4. v. 13. dom. 6. Quadr. F
Ecce inquit eijcis me à facie terræ, & à facie tua abſcondar, omnis qui inuenerit me, occidet me, verſ. 14. dominica 4. poſt Paſca A
Non permanebit Spiritus meus in homine quia caro eſt, Gen. 6. v. 3. dom. 4. Quadr. B
Tentauit Deus Abraham, Gen. 22. v. 1. dom. 1. Quadr. A
Annunciate hoc patri meo, et vniuerſam gloriam meam, Gen. 46. v. 12. dom. 5. poſt Paſc. G
Cunctæ animæ quæ egreſſæ ſunt de femore eius, Gen. 46. v. 26 dom. 4. poſt Epiph. G

Exodi.

Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto, Exo. 7. v. 1. dom. Palm. F
Vade tertio quia induratum eſt cor Pharaonis, & non vult dimittere populum meum, niſi in manu forti, Gen. 7. v. 15. dom. 1. Adu. F
Non mœchaberis Gen. 20. v. 14. dom. infra oct. Epiph. G
Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli precium pro animabus ſuis Domino, Gen. 30. v. 12. dom. 3. poſt Paſcha B
Non videbit me homo, & viuet, Geneſ. 33. verſ. 20. dom. 4. Quadrag. G

Leuitici.

Quod ſi non inuenerit manus eius nec potuerit offere agnum, ſumet duas turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & altero pro peccato, Leu. 12. v. 8. dom. 3. poſt Paſcha B

Deuteronomij.

Et quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audies vt magnum nec accipietis cuiuſque perſonã, quia Dei iudicium eſt, Deut. 1. v. 17. dom. Sept. E
Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deuter. 4. verſ. 24. dom. Trinit. G
Et Deus Dominus veſter Deus Deorum, & Dominus dominantiũ Deus magnus potens, qui perſonam non accipiet nec munera, Deut. 10. v. 17. dom. Sept. E
Non accipies perſonam nec munera, Deut. 16. verſ. 14. dom. Septuag. E
Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi & maiores tuos, & dicent tibi, Deut. 23. v. 71. do. 5. poſt Epiph. I
Secundum menſuram delecti erit, & plagarum modus. Deut. 26. v. 2. dom. 3. poſt oct. Epiph. A
Percutiet te Dominus egeſtate, febre frigore ardore, & æſtu, Deut. 28. v. 22. dom. 3. poſt oct. Epiph. G
Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te & fecit, & creauit te, Deut. 32. v. 6 dom. infra oct. Nat. E
Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum, inſanabile, v. 33. dom. 3. poſt oct. Epiph. H

Regum.

Et directus eſt Spiritus Domini ab illa die in Dauid. 1. Reg. 2. v. 13. dom. infra oct. Epiph. E
An ignoras quod periculoſa ſit deſperatio, 2. Reg. 2. ver. 26. dom. 5. Quadr. F
Melius eſt vt incidam in manus Dei, 2. Reg. 24. v. 14. dom. 4. poſt Epiph. B
Nec tibi nec mihi, ſed diuidatur, 3. Reg. 3. v. 26. dom. 5. poſt Epiphan. L

Paralipomenon.

Non eſt apud Deum iniquitas nec perſonarum acceptio, 2. Paralip. 19. v. 7. dom. Sept. E

Eſdræ.

Fugite vmbras huius ſæculi, accipite iucunditatem gloriæ veſtræ, 4. Eſdræ 2. v. 26 dom 6. poſt Epiph. A
Pondera mihi ignis pondus, & menſura mihi flatum venti, 4. Eſdræ 4. v. 3. dom. 3. poſt Epiph. A

Tobiæ.

Magnus es Domine in æternum, Tob. 13. v. 1. dom. Pent. E

Iudith.

Tu gloria Ieruſalem, Iudith 15. v. 10. dom. 5. poſt Paſcha G

Eſter.

Etiamſi dimiduum regni mei petieris impetrabis, Eſdræ 7. v. 2. dom. 2. poſt oct. Epiph. H
Ne tardas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt, Eſter. 14. v. 11. dom. 5. poſt Paſc. G

Iob.

Tu autem commouiſti me, vt affligerem eum fruſtra, Iob 2. v. 3. dom. 3. poſt Paſc. A
Benedic Deo & merere, Iob 2. dom. 5. Quadr. F
Ego vidi ſtultũ firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim, Iob 5. v. 3. dom. 3. poſt Paſc. F
Nihil in terra ſine cauſa fit, v. 6. dom. 3. poſt Paſc. A
Saggittæ Domini in me, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, Iob 6. v. 4. dom. Sexag. A
Habui menſes vacuos plenos triſtitia, & noctes laborioſas numerari, Iob 7. v. 3. dom. 3. poſt Paſc. A
Interroga iumenta & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi loquere terræ, & reſpondebunt tibi & narrabunt piſces maris, v. 17. dom. 6. poſt Epiph. H
Inſtauras teſtes tuos contra me, et multiplicas iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me, Iob 10. v. 17. dom. 5. poſt Epiph. B
Vtinam conſumptus eſſem ne oculus me uideret, v. 10. dom. 3. poſt Epiph. H
Magnus Dominus, & uincens ſcientiam noſtram, Iob 13. uer. 1. dom. Pent. E
Contra folium quod uento rapitur oſtendis potentiam tuam, v. 26. dom. 3. Quadr. A
Obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti, v. 27. dom. 4. poſt Paſc. E

Tu

Digitized by Google

Tu quidē greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis, Iob 14.v.16.ibid.
Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit ille inſidias ſuſpicatur, Iob 15.v.27.dom.4.poſt Paſc. A
Facies mea intumuit à flatu, Iob 16.v.16. & 23.dom.3.poſt Epiphan. H
Spoliauit me gloria mea, Iob 19.v.9.dom.5.poſt Paſc G
In turbine conteret, & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa, v.17.dom.3.poſt Paſc. A
Vnum eſt quod locutus ſum & innocentem, & impium ipſe conſumit, v.22.ibid.
Credo quod redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum ego ipſe & non alius & rurſus circumdabor pelle mea, v.25.dom. Reſur. B
Quare ergo impii viuunt ſubleuati ſunt &c. Iob 21.v.7.dom. 3.poſt Paſcha C
Transeat ab aquis niuium ad ardorem nimium, Iob 24.v.19. dom.3.poſt Epiph. H
Spiritus eius ornauit cælos, Iob 26.v.13.dom.Pent. E
Gloria mea ſemper innouabitur & arcus meus in manu mea inſtaurabitur, Iob 29.v.20.dom.Sexag. A
Scio quod morti tradet me, uerumtamen non ad conſumptionem, Iob 30.v.23.dom. Reſur. A
Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat, Iob 31.v.4.dom.Pent.C
Deus non accipit perſonas principum nec cognouit tyrannum cum diſceptauit cōtra pauperem, opus enim manuum eius ſunt uniuerſi, Iob 34 v.19 dom.Sept.E
Regnare faciam hypocritam propter peccata populi.ver.30. dom.3.poſt Paſcha E
Qui docet nos ſuper iumenta & ſuper uolucres cœli erudit nos Iob 35.v.11.dom.4.poſt Epiph.*D*
Eripiet de anguſtia pauperem, et reuelabit in tribulatione aurem eius, Iob 36.v.15.dom.Quinq.B
Indurabitur cor eius quaſi lapis & ſtringetur quaſi malleatoris incus. Iob 41.v.15.dom.1.Adu.F
Non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei, v.24.dom. 3.Quadr.A

Pſalmorum.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua, Pſal.2.v.5.dom.Pal. F
Tu es gloria mea, tu es ſuſceptor meus, tu exaltans caput meum. Pſal.3.v.4.dom.Triuit.C
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, Pſ.4.v.7. dom.4.poſt Epiph.D.& 5.D
Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos, Pſal.5. v.13.dom.Sexag.A
Laboraui in gemitu meo &c. Pſal.6.v.7.dom.3.Adut.T. & dom.2.Quadr.A
Gloriam meam in puluerem deducam, Pſ.7 v.6.dom.Trin.C
Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, Pſalm.8.v.7.dom.5.poſt Epiphan. I
Tu Domine ſeruabis nos & cuſtodies in æternum, Pſ.11.v.8. Dom.Reſur.C
Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges *Pſ.15. v.2.dom.4.poſt Epiph.F.& dom.Trin.I*
In circuitu impij ambulant, Pſal.11.v.9.ibid.
Dominus de cælo proſpexit ut audiret gemitus compeditorum Pſal.101.v.2.dom.infra oct.Nat.I
Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem, Pſalm.15.v.10. dom.Reſur.k
Dolores *inferni circumdederunt me, Pſal.17.v.6.dom.3.poſt oct.* Epiph.*A*
In ſole poſuit tabernaculum ſuum, Pſalm.18.verſ.5. dom. Reſurrect.F
*A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius uſque ad ſummū eius, v.7.dom.4.poſt Epiph.*D
Iudicia Domini *uera iuſtificata in ſemetipſa, verſ.10.dom.3. poſt Paſcha A*
Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium, Pſ.19.v.3. dom 3.poſt paſcha F
Vniuerſæ uiæ Domini miſericordia & ueritas, Pſal.24.v.10. dom. palm.E
Vox Domini intercidentis flammam ignis, Pſ.28.v.7.do.3. poſt oct.Epiph.A
Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendero in corruptionem, Pſal.29.v.10.dom.Reſur.G
Vt cantet tibi gloria mea, v.13.dom.3.poſt paſcha G
Abſcondes eos in abſcondito faciei, Pſal. 30.verſ.27.dom.5. poſt paſca A
*Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, Pſal.31.v.5.dom.3.Adu.*F.*& dom.2.Quadr.A*
Verbo Domini cæli firmati ſunt. Pſal. 32.v.6.dom.Pent.E
Ponens in theſauris abyſſos, v.7.dom.6.poſt Epiph.B
Benedicam Dominum in omni tempore, Pſal.33.v.2.dom.2. Aduent. B
Apprehende arma & ſcutum & exurge in adiutorium mihi, Pſal.34.v.2.dom.Palm F
Quoniam apud te eſt fons vitæ, Pſal.35.v.10.dom.Reſur.E. & dom.4.Quadr.B
Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima me ad te Deus. Pſ.41.v.3.do.6.poſt Epiph.D
Iudica me Deus *& diſcerne cauſam meam, Pſal.42.verſ.1. dom.Palm.F*
Quoniam Deus *excelſus terribilis ſuper omnes* Deus, *Pſal. 46.v.3.dom.Pent.E*
*Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos, Pſal.48.v.14.dom.palm.*E
*Confitebitur tibi cum bene feceris ei, v.19.dom.2.Adu.*L
Pulchritudo agri mecum eſt, Pſal.49.v.11.dom.Sept.C
Da nobis auxilium de tribulatione, Pſalm.59.verſ.13. dom. Quinquag.B
A D*omino hæc audiui quia poteſtas tibi eſt, & miſericordia, Pſal.61.v.11.dom.2.poſt oct.Epiph.H*
In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, Pſal.72.v.5.dom.5.Quadr.k
Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc labor eſt ante me, ver.16. dom 3.poſt paſc.C
Quaſi ſomnium ſurgentium, v.20.ibid.
Fex eius non eſt exinanita bibent omnes peccatores terræ, Pſ.74.v.9.dom.3.poſt oct.Epiph.H
D*ormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis, Pſal.75.v.5.dom.3.poſt paſc.*E
Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis, Pſal.76. v.6.dom.Quadr.B
Qui regis Iſrael intende qui deducis velut ouem Ioſeph manifeſtare coram Beniamin, Effraim, & Manaſſe, Pſ.79.v.2. dom.infra oct.Nat.H
Potum dabis in lacrymis in menſura, verſ.6.dom.3. poſt oct. Epiphan.A
Beati qui habitant in domo tua Domine, *in ſæcula ſæculorum laudabunt te, Pſal.83.v.5.dom.5.Quadr.F*
Inueni David ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxit eum, Pſ. 88.v.21.dom.Reſur.k
Qui plantauit aurem non audiet, & qui finxit oculum nō conſiderat, Pſ.93.v.9.dom.Sept.C
Homo ſicut fœnum dies eius, & ſicut flos agri ſic efflorebit, Pſ. 102.v.15.dom.Reſur.A
H*oc mare magnum & ſpatioſum, Pſalm.103.verſ.25.dom. Pentecoſt.E*
*Hæc dies quam fecit Dominus exultemus, & lætemur in ea, Pſal.117.v.26.dom.6.poſt Epiph.*D
Sagitta potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs, Pſ.119. verſ.4.dom.Sexag.A

Digitized by Google

Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam, Pſ. 138.v.2.dom.Reſur B
Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, uer.7.dom. Pentecoſt. D
Si aſcendero in cælum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades, v.8.dom.Trin.E
Nonne qui oderat aut te Domine oderam, verſ.21.dom.2. poſt oct.Epiph.F
In me turbatum eſt cor meum, Pſ.142.v.4.do.2.poſt Epiph. A
Miſerationes eius ſuper omnia opera eius, Pſal.144.uerſ.9. dom.2.poſt oct.Epiph.H
Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, v.17.dom.Palm.E
Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, Pſal.149.v.8.dom.4.poſt Paſcha D

Prouerbiorum.

Non innitaris prudentiæ tuæ, Prouer.3. verſ.5.domin.5. poſt Epiphan.F
Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, Prou.5.v.16.dom.2.poſt Reſur.A
Iniquitates ſuæ capiunt iuſtum, & funibus peccatorum conſtringitur, v.22.dom.4.poſt Paſca D
Ego diligentes me diligo, Prou.8.uer.17. domin.2.poſt octa. Epiphan.G
Mortuo homine impio nulla erit vltra ſpes, Prou.11.uer.7. dom.3.poſt Paſcha F
Qui confidit in diuitijs ſuis corruet, v.28.dom.6.poſt Epiph. G.& dom.3.poſt Paſcha F
Domus impiorum delebitur, tabernacula autem iuſtorũ germinabunt, Prou.14.v.11 dom. Reſur.A
In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis Principis ignominia, uer.28.dom.Palm A
Cor gaudens exhilarat faciem, Prou.15.uer.13. dom.3. poſt Paſcha A
Secura mens iuge conuiuium, v.15.dom.5.poſt Epiph.k
Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt, Prou.16.uerſ.4. dom.4.poſt Epiph.F
Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis quocunque ſe uertit prudenter intelligis, Prouer.17.uerſ.8. domin.1. poſt Paſcha A
Animus gaudens ætatem floridam facit. uer.22.dom.3. poſt Paſcha A
Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt Patres tui, Prou.22.v.28.dom.5.poſt Epiph.F
Quando ſederis vt comedas cum Principe diligenter attende quam appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum gutturi tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam ſuam, Prou.23.v.7 dom.4.Quadr.A
Qui aſcondit ſcelera non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea miſericordiam conſequetur, Prou.28.v.13 dom.4 Adu.A
Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt omnium ſperantium in ſe, Prou.30.v.6 dom.Sexag. A
Generatio quæ Patri ſuo maledicit, & matri ſuæ non benedicit, uer.11.dom.5.Quadr.A
Tria mihi ſunt difficilia, & quartum penitus ignoro, uer.12. dom.Trinit.A
Facta eſt quaſi nauis inſtitoris delonge portans panẽ ſuum, Prou.31.v.14.dom.4.Quadr.A

Eccleſiaſtes.

Et deprehendi nihil melius eſſe quam lætari, Eccl.3.uerſ.22. dom.3.poſt Paſcha F
Scit enim conſcientia tua quod male dixiſti, uer.23.dom.5. poſt Epiph.C
Funiculus triplex difficile rumpitur, Eccl.4.uer.12.dom.4. Adu.L.& dom.Trin. A
Melior eſt dies mortis die natiuitatis, Eccl.7. uerſ.2.dom.4. poſt Paſcha A
Eſt & alia vanitas quæ eſt ſuper terram, &c. Eccl.8. uer.14. dom.3.poſt Paſcha F
Laudaui igitur lætitiam, quod non eſſet homini bonum. Sub ſole niſi quod comederet & biberet atque gauderet, v.15. dom.3.poſt Paſcha F
Quodcunque poteſt manus tua inſtanter operare, quoniam nec ratio, nec opus, nec ſapientia, nec ſcientia eſt apud inferos, Eccl.9.v.10.dom.5.Quadr.D
Cor ſapientis in dextera illius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius, Eccl.10.v.2.dom.1.Adu.A
Ante hominem vita, & mors, Eccl.15.uerſ.18.dom.4. poſt Epiphan.F

Canticorum.

Ordinauit in me charitatem, Cant.2.uerſ.4.dom.2. poſt oct. Epiphan. A
Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, Cant.4.v.13.dom.infra oct. Epiph.I

Sapientiæ.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis, Sap.1.uer.7.dominica Pent. A, & B
Inuidia Diaboli mors, Sap.2.uer.24.dom 3.Quadr. A
Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, Sap.3.uer.1.dom.4.poſt oct.Epiph.A
Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, uerſ.4. dom.3. poſt Paſcha G
Quoniam Deus tentauit illos & inuenit eos dignos ſe, uer.5. dom.1.Quadr.A
O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate, Sap.4.v.1. dom.2.poſt oct.Epiph.G
Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non ortus eſt nobis laſſati ſumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles, viam autem Domini ignorauimus, Sap.3.uer.7.dom.3. poſt oct.Epiph.G
Potentes potenter tormenta patientur, Sap.6.uerſ.7.dom.3. poſt oct.Epiph. A
Non ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus nec uerebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit & æqualiter eſt cura ei de omnibus, uerſ.8. domin. Septuag A
Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, Sap.7. v.11.dom.infra oct.Epiph k, & dom.Palm.E
Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, v.13. dom.2.poſt Paſca A
Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem, Sap.9.uer.15.dom.4. poſt Epiph.A
Tu autem Deus prudentia gubernas, Sap.14.uer.3.dom.3. poſt Paſcha A
Ad correptionem in breui turbati ſunt ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ, Sap.16. uer.6.dom.2.Adu.A
Cum ſit enim timida nequitia dat teſtimonium condemnationis, ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſilia, Sap. 17.uer.11.dom.4.poſt Paſcha A

Eccleſiaſtici.

Dilectio Dei honorabilis ſapientia, Eccl.1.uer.14.dom.5 poſt Paſcha A
Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper & in pluribus non ſis curioſus, Eccl.3.uer.22.dom.2.Adu.A
De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas miſeratio Domini magna, Eccl.5.uer.5.dom.3.Aduent.A.& B, & dom.4.poſt Paſcha A

Altiſſimus odio habet peccatores, Eccl.12.*uer.7.dom.2.poſt oct Epiph.F*

Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo, *Eccl.17. uer.12. dom.4.Adu.*H

Non dormieris in errore impiorum, ante mortem confitere à mortuo quaſi nihil perit confeſſio, cõfiteberis uiuens uiuus & ſanus confiteberi, & laudabis Deum, *& gloriaberis in miſerationibus illius*,Eccl.4.*uer.26.dom.2.Quadr.A*

*Oculi Domini multo plus lucidiares ſunt ſuper ſolem circumſpicientes omnes uias hominum, & profundum abiſſi, & hominum corda intuentes, & in abſconditas partes, Eccl. 23.uer.28.dom.Pent.*C

Ego ex ore altiſſimi prodij primogenito ante omnem creaturam,Eccl.24.uer.25.dom.infra oct.Epiph.A

Ego mater pulchræ dilectionis timoris magnitudinis,& ſanctæ ſpei,uer.24.dom.poſt oct. Epiph.G

Beatus homo cui donatum eſt habere timorem Domini,Eccl, 25.uer.15.dom.2.poſt oct. Epiph.G

Iucunditar cordis hæc eſt uita hominis,Eccl.30.uer.23.dom. 3 poſt Paſcha A

Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, Eccl.32.v.10. dom.4.poſt Epiph.*F*

Sic intuere omnia opera altiſſimi duo contra duo vnum contra vnum,E*ccl.33.uer.15.dom.2.Quadr.A*

Qual' qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum ſic & qui attendit ad viſa mendacia, Ec*cl.34.uer.2. dom.6. poſt Epiph. A*

Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis,Eccl.35. v.26 dom.Quinq. A

Anima viri Sancti annunciat aliquando vera, quam ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſos ad ſpeculandū, Eccl. 37.uer.18 dom.5.poſt Epiph.A

Sapientia abſcondita, & theſaurus in viſum parum proſunt, Eccl.41.v.17 dom.2.poſt Paſcha A

Memoria Ioſuæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarum in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini,Eccl.49.uer.1.dom.infra octa. Natiuitat. A

Iſaiæ.

*Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, Iſaiæ 1. v. 4. dom.5.Quadr.*E

*Lauamini mundi eſtote,v.16.dom.3.Aduent.*P

Si fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix dealbaburūtur & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus,vel vt lana albaerunt,v.18.dom.6.Quadr.I

Et erit pro ſuaui odore fætor,Iſai.3.v.24.do.3.poſt F*piph.H*

Vir fratri ſuo non parcet, unuſquiſque carnem brachi ſui uorabit,Iſai.9.v.20.ibidem.

*Requieſcit ſuper eum Spiritus domini,*I*ſaiæ* 11.*v.* 2.*dom.infra oct.Epiph.*k

Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer qui mane oriebaris, Iſaiæ 14.v.12.dom.1. Aduent.D

Præparabitur in miſericordia ſolium eius,Iſai.16.v.5.do. 2. poſt oct.Epiph.H

Præcipitauit mortem in ſempiternum, Iſaiæ 25. v. 8. dom. Reſur. k

Percuſſimus fædus cum morte, & cum inferno fecimus pactum,Iſai.28.v.15.

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ,Iſai.38.v.15.

Parate uiam Domine rectas facite ſemitas facite Dei ueſtri, Iſai.40.v.3.dom.3.Aduent.C

Omnis caro fænum,v.6.dom.4.Quadr. B

Qui ſperant in domino ut aquilæ uolabunt, & non deficient, v.31.ibidem.

E*duc foras populum cæcum & oculos non habentem,*I*ſai.43. v.8.dom.1.Aduent.E*

Ego *ſum Deus & non alter Deus formans lucem, & creans tenebras,faciens pacem & creans malum, Iſai. 45.v.7. dom.1.Aduent.H*

*Quia durus es, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea,Iſai.48.v.4.dom.5.Quadr.*k

Feriam uobiſcum pactum ſempiternum miſericordias Dauid fideles,Iſai.55.v.3.dom.Reſur.k

Non cogitaſti in corde tuo quia ego patiens, & quaſi non uidens & oblitus es mei,Iſai.57.v.11.dom.2.Quadr.B

C*um uenerit quaſi flunius uiolentus quem ſpiritus* Domini *cogit & uenerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in* Iacob,*Iſai.59.v.19.dom.Sept..A*

Quare rubrum eſt ueſtimentum tuum, Iſai.63.v.2.domin. Trinit. G

Super quem aſpiciam niſi ad pauperem & ad contritum corde,Iſai.66.v.2.dom.Quinquag.A

Ieremiæ.

Si dimiſerit uir uxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit uirum alterum numquid reuertetur ad eum vltra, Ierem.3. v.1.dom.5.Quadr.I

Per*cuſſiſti eos & non doluerunt attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam indurauerunt facies ſuas ſupra petram & noluerunt reuerti,Ierem.5.v.3.dom.5. Quadr.& dom.1.Aduent.F*

Iuſtus & quidem Domine *vt diſputem tecum &c.Ierem.12. v.1.dom.3.poſt* P*aſcha*C

Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino,Ierem 17.v.1.dom.4.poſt Paſcha D

Ecce turbo Dominicæ indignationis egreditur, Ier.23.v.19. dom.3.poſt Paſcha F

Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam,Ierem.31.v.33.dom.5.poſt Paſcha G

Cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes uias filiorum Adam, Ierem.32.v.19.dom.Pent.C

Trenorum.

Miſericordia Domini quia non ſumus conſumpti quia non defecerunt miſerationes eius, Treu. 3. v. 22. domin. 5. Quadr. D

*Pellis noſtra quaſi libanum exuſta defecit gaudium cordis noſtri conuerſus eſt in luctum chorus noſter, Trenor.5. uer.*10.*dom.3.poſt oct.*Epiph.

Ezechielis.

Si iuſtus auerterit ſe à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem, ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius nunquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat non recordabuntur in præuaricatione autem ſua qua præuaricatus eſt & in peccato ſuo morietur, Ezech. 8.v.24. domin. 1. Quadr.D

Conuertimini & agitate pænitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris & non erit nobis in ruinam iniquitas, v.30. dom. 5.Quadr.D

Ecce ego ad te eijcam gladium meum de uagina ſua, Ezech. 21.uer.3.dom.5.Quadr.A

*Suſcitabo ſuper eos paſtorem unum qui paſcat eos ſeruum meum Dauid,*E*zech.34.uer.22.dom.Reſur.k*

Danielis.

*Donec impleatur uiſio & ungatur Sanctus Sanctorū, Dan.9. uer.24.dom.Reſur.*G

Oſeæ.

Dabo tibi Regem in furore meo.Oſeæ.13.uer.11. domin.3. Reſur. E

O mors ero mors tua,uer.14.dom.Reſur.k

Abdiæ

Et erunt quaſi non ſint, Abd.unico,uer.16.do.5.poſt Paſc.G

Micheæ

Non lateris inimica mea ſuper me quia cecidi,Mich.7.v.8. dom.Reſur.K

In Inſtitutionibus Speculatiuis.

Abacuc.

Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies &c. Abac. 1. v.2.dom.3.poſt Paſcha.C

Quare reſpicis contemptores & taces deuorante impio iuſtio sem ſe &c.uer.8.dom Sept.E

Sophoniæ.

*Et erunt corpora illorum ſicut ſtercora, Soph.1.v.17.do.3. poſt Epiph.*H

Aggæi.

C*onfortare* Z*orobabel dicit dominus, & confortare Ieſu filii Ioſedech Sacerdos magne & conſortare omnis populus terra dicit Dominus exercituum, & facite quia ego nobiſcū ſum dicit Dominus, Ag.2.v.5.dom.Pent.A*

Zachariæ.

Qui tetigerit uos tangit pupillam oculi mei, Zach.2.uer.8. dom.5.poſt Paſcha.A

Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentem & aures ſuas aggrauauerunt, Zach.7. verſ.11.domin.5. Quadrag.K

Malachiæ.

Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus ueſtris, Malach.2 uer.17.dom.3.poſt Paſcha.F

Ego Dominus & non mutos, Malach.3.uer.6.dom.Palm.D

Orietur timentibus nomen meum ſol iuſticia. Malach.4. uer.2.ibidem.E

Matthæi.

*Accipe puerum & Mariam matrem eius,*Matth.2.*Dom.infra oct. Nat.*C

Pænitentiam agite appropinquabit vobis regnum cælorum, Matth.3.ver.2.dom.4.Adu.A

Non de ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo quod procedit de ore Dei, Matth.4.v.3.dom.Sexag.B

Non tentabis Dominum Deum tuum, uer.7.dominica prima Quadr.A

Beati mundo corde quoniam ipſi Deum uidebunt, Matth.5. uer.8.dom.2.poſt oct.Epiph.A

Diligite inimicos ueſtros, ver.44.dom.3.poſt Reſur.D

Receperunt mercedem ſuam, Matth.6.uer.16.dom.3.poſt Paſcha D

Primum quærite Regnum Dei*, v.33.dom.5.poſt Paſcha* G

Pulſate & aperietur uobis, Matth.7.verſ.7. domin.4. poſt Epiphan.M

*Domine nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo Dæmonia eiecimus & tunc confitebitur illis quia nunquam noui vos, v.22.dom.1.Adu.*D

Ibi erit fletus & ſtridor dentium, Matth.8.verſ.12.domi.3. poſt oct. E*piph.A*

Salua nos perimus.v.16.dom.4.poſt Epiph.M

Multi dicent mihi in illa die domine in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo multa ſigna fecimus, verſ.22. dom.Quadr.G

Motus magnus factus eſt in mari, verſ.24.dominica 4 poſt E*piphan.A*

*Euntes renunciate quæ audiſtis & vidiſtis,*Matth.*11.verſ.4. dom.2.Adu.A*

*Quicunque dixerit verbum contra filium remittetur ei qui autem dixerit uerbum contra Spiritum Sanctum non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro, Matt.12. v.32.dom.5.Quadr.*C

*Simile eſt Regnum cælorum homini qui ſeminat bonum ſemen in agro ſuo, Matth.13.v.3.dom.5.poſt Epiph.*A

Simile eſt Regnum cælorum grano ſinapis, v.31.dom.6.poſt Paſcha. A

Beatus es Simon Bariona quia caro, & ſanguis non reuelabit tibi, Matth.16.v.17.dom.4.Quadr.B

Reddet unicuique ſecundum opera ſua, v.27.do.1.Quadr.C

Aſſumpſit Ieſus Petrum & Ioannem & Iacobum fratrem eius, & transfiguratus eſt ante eos. Matth.17.ver.7.dom. 2. Quadr. A

Si fuerint alicui centum oues & errauerit vna ex eis nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & uadit quærere quæ errauit, Matth.18.v.12.dom.4.poſt Epiph.*k*

Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, uer.22.dom.2. Aduent.F

Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, Matth.19.verſ.17. dom.2.Adu.B

Multi uocati pauci uero electi, Matth.20.uer.16.dominica Septuag.A

Tolle quod tuum eſt, & uade, uer.19.dom.3.poſt Paſcha D

Ecce Rex tuus uenit tibi manſuetus, Matth.21.uer.5.dom. Palmarum A

Auferetur à vobis Regnum, & dabitur genti facienti fructus eius, ver.43.dom.Palm.E

Qui perſeuerauerit uſque in finem hic ſaluus erit, Matt.22. uer.13.dom.5.Quadr.F

De Reſurrectione non legiſtis quia dictum eſt à Deo dicente nobis: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus *Iacob non eſt Deus mortuorum, ſed uiuorum, uer.31.domin. Reſur.B & E*

Diliges Dominum Deum tuum, uer 37.dom.4.poſt Paſc.C

Væ nobis Hypocritæ *qui decimatis mentam, & anetum, & ciminum, & grauiora legis prætermittitis, Matt.23.uer. 23.dom.5.poſt Paſca k*

P*oſſidete paratum uobis Regnum, Matth.25.verſ.34.dom. Palmarum D*

*Tibi dabo claues Regni cælorum, Matth.26.uer.19.dom.4. Aduent.*k

*Triſtis es anima mea uſque ad mortem, verſ.38. domin.3. Aduent.*T

Et egreſſus foras fleuit amare, uer.15.ibid.

Marci.

Surrexit non eſt hic, Marci 16.uer.6.dom. Reſur.A

Qui non crediderit condemnabitur, uer.16.dom.5.Quadr.E

Lucæ.

Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, Luc.1.uer.35.dom.2.poſt oct.Epiphan.C

E*t unde hoc mihi ut ueniat mater ad me, uer.43.dom. infra oct.Natiuit.C*

Fecit potentiam in brachio ſuo, uer.51.dom.4.Quadr.B

*Remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, Luc.2.uer.43.dom. infra oct.*E*piph.A*

Cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam, L*uc.3.ver 17.dom.3.poſt oct.* E*piph.B*

Lachrimis cœpit rigare pedes eius, Luc.7.uer.38. domin.3. Aduent.R

Semen eſt uerbum Dei, Luc.8.uer.11.dom.Sexag.A

Qui audit uos me audit, L*uc.10.verſ.16. dominica 5. poſt* E*piphan.*I

Plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto, uer.30.ibid.

P*eruenit ad uos uerbum Dei,* L*uc.11.ver.20. domin.5.poſt Paſcha* G

Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, verſ.21. dom.3. Quadrag.A

*Qui autem blaſphemauerit in Spiritum Sanctum non remittetur ei,*L*uc.12.uer.10.dom.5.Quadr.C*

E*cce* R*egnum Dei intra uos eſt, Luc.17.ver.21.dom.5.poſt Paſcha* G

E*cce aſcendimus Ieroſolimam, & filius hominis tradetur gentibus, & illudetur & flagellabitur & conſpuetur, Luc. 18.uer.32.dom.Quinq. A*

Erunt ſigna in Sole & Luna, Luc.21.uer.25.dominica prima Aduent.A

Ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua, Luc.22. uer.32.dom.4.Quadr.C

In

In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, Luc.23. verſic.46. dominica quarta poſt Epiphan. *B & dominica Trinitatis C*

Ioannis.

Quod factum eſt in ipſo vita erat, Ioan. 1. *verſic.4.domin. Septuag.C*
Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, v.9.dom.1.Adv.F
In mundo erat & mundus cum non cognouit, v.10.dom.infra oct.Epiph.G
Qui non ex ſanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt, v.13.dom.2.Adu.A, & dom.4.Quadr.B
Et erat mater Ieſu ibi, Io.2.v.1.dom.infra oct.Nat.C
Dicit mater Ieſu ad eum vinum non habent, v.3.dom.2.poſt oct.Epiph.A
Qui autem de cælo venit ſuper omnes eſt, Ioan.3.v.13.dom. Quinquag.E
Qui non credit iam iudicatus eſt, verſic.18. domimina ſexta Quadrag. E
Qui de terra eſt de terra loquitur, verſic.31.dominica quinta Quadrag.F
Aquam quam ego dabo fiet ei fons aquæ ſalientis in vitam æternam, Ioan.4.v.14.dom.5.poſt Paſcha G
Eum qui venit ad me non eyciam foras, Io.6.v.37.dom.1. Aduent.F
*Et ega eum ſuſcitabo in nouiſſimo die, verſic.40. dominica Reſurrect.*E
Vade, & amplius noli peccare, Ioan.8.verſic.11. domin 3. Aduent.P
Vos ex patre Diabolo eſtic, verſic. 44. dominica quarta poſt Epiph. G
Samaritanus es tu, & dæmonium habes, verſic.48.domin.5. Quadrag.A
Ego in iudicium veni vt qui non vident videant, & qui vidẽt cæci fiant, Ioan.9.v.39.dom.Pal.F
*Ego ſum Paſtor bonus, Ioan.10.verſ.11.dom.1.Adu.*D *& dom.2.poſt Paſcha A*
Sciens quia omnia dedit ei P*ater in manus, Io.13.v.3.do.4. Quadrag.B*
Exemplum enim dedi uobis, verſic 15. dominica quarta poſt Epiph.G
Qui habet mandata mea, & ſeruat ea ille eſt qui diligit me, Ioan.14.v.21.dom.2.poſt oct.Epiph.I
Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, v.23 dom.4.poſt Epiph.k.& dom.Pent.A
Ego ſum vitis vera, Ioan.15.*v.1.dom.4.Quadr.D*
Vade & dic fratribus meis, Ioan.20.verſic.17.dom.2.poſt oct.Epiph.A
Accipite Spiritum Sanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, v.22. dom.4.Adu.k

Actorum.

Factus eſt de cælo repente ſonus, Actorum 2.uerſ.2. domin. Trinit.C
Quid faciemus hominibus iſtis quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos omnibus habitantibus Ieruſalem manifeſtum eſt, & non poſſumus negare, Act.4.uerſ.16. dom.5.Quadr.I
Quare Satan tentauit cor tuum mentiri te Spiritui Sancto, Act.5.v.3.dom.5.Quadr. A & 3 Quadr.C
Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtiſtis, Actorum 7. verſ.51. ibidem k
Videntes turbas Iud*æi repleti ſunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes, Actorum 13. uer.4.ibid.*

Ad Romanos.

Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum, ad Rom.1. v.5.dom.infra oct.Epiph.E
Charitas nunquam excidit, verſic. 13.dominica quinta poſt Paſcha D
Secundum duritiam tuam, & impænitens cor tuum Theſaurizas tibi in die iræ, & reuelationis iuſti iudicium Dei, ad Rom.2.v.5.dom.5.Quadr.k
Non eſt acceptatio perſonarum apud Deum *, verſic.11. dom. Septuag.C*
Omnes peccauerunt, & egent gloriam Dei, ad Rom.3.v.23. ibidem G
Quid habes quod non accepiſti, ad Rom.4.uer.7.dom.5. poſt Paſcha E
C*haritas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris per Spiritum Sanctum, ad Romanos 5.verſic.5. dominica quinta poſt Paſcha* D
Chriſtus exurgens ex mortuis iam non moritur, ad Rom.6. v.9.dom.1.poſt Reſur.ibid.
Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortui eius, ad Ro. 6.v.5.dom.2.poſt Paſcha F
G*ratia* Dei *vitæ æternæ, verſic.23. dominica quinta poſt Paſcha G*
Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ad Romanos 7. verſic.23. Dominica *quarta poſt Epiphan.H*
Infelix ego quis me liberabit à corpore mortis huius, ver.24. dom.Reſur.E
*Si ſpiritus qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis viuificabit, & mortalia corpora veſtra, ad Roman.8.verſic.11. dominica Reſurrect.*E
Prædeſtinauit nos conformes fieri imaginis filium Dei, v.24. dom.2.poſt Paſcha.F
*Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. uerſ. 25. dom.2.Aduent.*B
O*ptabam ego enim anathema eſſe in Chriſto pro fratibus meis, ad Rom.9.v.3.dom.5.poſt Paſcha.A*
C*um nondum nati eſſent nec aliquid boni egiſſent ex Iacob dilexi Eſau autem odio habui, uerſ.13. dominica. 2. poſt Reſurrect. F*
Fides eſt ex auditu, auditus autem eſt per verbum Dei, ad Rom.10.v.17.dom.Sexag.B
O Altitudo diuitiarum ſcientiæ Dei, uerſ.33. dominica 3. poſt Paſcha. G

Ad Corinthios.

Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, ad Corint.1.v.12.dom.5.poſt Paſcha.G
Si cognouiſſent nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, ad C*orinth.2.v.5.dom.Sept.*C
Nec oculos vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe, v.9.dom.6.poſt Epiph. B
Petra autem erat Chriſtus, ad Corint. 10. uerſ. 4. domin. 4. Quadr. D
Tradidi enim uobis imprimis quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ad Corint.15.v.3.dom.Reſur.I
Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt abſorpta eſt mors in victoria.v.15.Ibidem. k
Quotidie morior per veſtram gloriam fratres, v.31.ibid.A
Alia eſt claritas ſolis &c.v.41.ibid.G
Seminatur in corruptione reſurgit in incorruptione.uerſ.42. ibidem. K
Sicut portauimus imaginem terreſtris ſic & portabimus imaginem cæleſtis.v.49.ibid E

Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem uerſ. 53. ibidem. G

Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis ſcripta non atramento ſed ſpiritu Dei uiui non in tabulis lapideis ſed in tabulis cordis carnalis, ad Corint. 3. uerſ. 3. dominica 5. poſt Epiph. A

Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid tanquam ex nobis ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt, uerſ. 5. dominica. 1. Aduentus. E

Nolumus expoliari ſed ſuper veſtiri, ad Corint. 5. uerſ. 4. dom. 4. poſt Paſcha. B

Quaſi triſtes ſemper autem gaudentes, ad Corint. 6. uerſ. 10. dom. 3. poſt Paſcha. G

Vos eſtis templum Dei, verſic. 16. dominica quarta poſt Epiph. N

Ter virgis cæſus ſum, ad Corinth. 11. verſic. 25. dom. 4. poſt Paſcha B

Neque enim debent filij parentibus theſaurizare ſed parentes filijs, ad Corinth. 12. verſic. 14. dominica quinta poſt Paſcha A

Caritas Dei & communicatio Sancti Spiritus ſit cum omnibus vobis, ad Corinth. 13. verſic. 13. domin. 2. poſt octaua Epiphan. C

Ad Galatas.

Viuo ego iam non ego uiuit uero in me Chriſtus, ad Gal. 2. v. 20. dom. 3. Quadr. E

Tradidit ſemetipſum pro me ibidem, dominica ſecunda poſt Paſcha A

Miſit Deus filium ſuum &c. vt adoptionem filiorum reciperemus, ad Galatas 4. verſic. 4. dominica infra octaua Natiuit. E

Qui ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt, ad Gal. 5. v. 24. dom. 5. poſt Paſcha. G

Ad Epheſios.

Sanctis qui ſunt Epeſi, ad Ephes. 1. uerſ. 1. dominica 5. poſt Paſcha. G

Elegit vos ante mundi conſtitutionem, verſ. 4. dominca 1. Quadr. B

Deſperãtes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, ad Epheſ. 4. v 18. dom. 5. Quadr. F

Nolite contriſtare Spiritum Sanctum, uerſ. 30. dominica 4. poſt Paſcha. B

Eratis enim aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino, ad Epheſios 5. verſic. 8. dominica ſecunda Quadrageſima A

Nemo unquam carnem ſua odio habuit, v. 29. domin. 5. poſt Paſcha. B

Vnuſquiſque quod fecit bonum recipiet à Domino ſiue ſeruus ſiue liber perſonarum enim acceptio non eſt apud Deum, ad Epheſ. 6. v. 9. dom. Sept. E

Ad Philipenſes.

In defenſione Euangelij poſitus ſum nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo ſiue per uitam ſiue per mortem mihi enim viuere Chriſtus eſt et mori lucrum, ad Philip. 1. v. 20. dom. Sexag. F

Noſtra conuerſatio in cælis eſt, ad Philip. 3. uerſ. 20. dom. Palmarum. A

Saluatorem expectamus Dominum noſtrm Ieſum Chriſtum qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritas ſuæ, verſic. 21. dom. Reſurrect. E & 1. poſt Paſcha A

Ad Coloſſenſis.

Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum filij dilectionis ſuæ, ad Coloſſ. 1. uerſ. 13. dominica quinta poſt Paſcha G

Ad Theſſalonicenſes.

Qui nos uocauit in Regnum & gloriam, 1. Theſ. 2, uerſ. 12. dom. 5. poſt Paſcha G

Semper cum Domino erimus, ad Theſ. 4. uer. 17. dominica Reſur. C

Cuius aduentus erit ſecundum operationem Sathanæ in omni virtute & ſignis & prodigijs mendacibus & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt, 2. Theſ. 2. v. 10. dom. 3. Quadr. G

Vt credant mendacio & iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati ſed conſenſerunt iniquitati, uer. 12.

Ad Thimoteum.

Qui ſolus habet immortalitatem, 1. Ad Thim. 6. uerſ. 16. dom. Trinit. H

Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. 2. ad Thim. 2. v. 5. dom. Quinquag. C

Quemadmodum Ioannes & Mambres reſtiterunt Moyſi ita hi reſiſtunt ueritati homines corrupti mente reprobi circa fidem, ad Thim. 3. uerſ. 8.

Omnis ſacra Scriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum ad arguendum ad corripiendum ad erudiendum in iuſtitia ut perfectus ſit homo Dei, uerſ. 16. dominica Sexageſſima A

Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſideria coacerbabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. ad Thim. 4. uer. 3. ibid.

In reliquo poſita eſt mihi corona iuſtitiæ, uerſ. 8. dom. 3. poſt oct. Epiph. C

Ad Hebræos.

Qui cum ſit ſplendor gloriæ &c. ad Hebr. 1. uerſ. 3. domin. 5. poſt Paſcha. G

Omnes ut ueſtimentum ueteraſcent, uerſic. 11. dom. infra oct. Epiph. A

Non Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ, ad Hebr. 2 uerſ. 6. Dominica 2. Aduentus E & domin. 2. poſt oct. Epiph. H

Quod autem antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt, ad Hebr. 8. uer. 13. dom. infr. oct. Epiph. E

Sanguis Chriſti qui ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo uiuenti. ad Hebr. 9. uerſ. 14. dominica 2. poſt Paſcha E

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, ad Hebr. 11. v. 6. dom. 2 poſt oct. Epiph. G

Iacobi.

Miſericors & miſerator Dominus, Iacobi 1. uerſ. 11. domin. Trinit. G

Petri.

Renati non ex ſemine corruptibili ſed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum, 1. Petri. 1. v. 13. dom. 5. poſt Paſcha G

Peccata noſtra ipſe tulit in corpore ſuo ſuper lignum 2. Petri v. 24. dom. 4. Aduent. H

Perquam maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit vt per

hæc efficiamini diuinæ naturæ conſortes 2. Petri 1. v. 4. dom. 5. poſt. Paſcha. A

Spiritu Sancto inſpirante locuti ſunt Sancti Dei *v. 21. dom. Sexag. A*

Ioannis.

Omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis &c. 1. Ioannis 2. verſ. 16. dom. 3. poſt Paſcha. F

Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit quoniam ſemen ipſius in Deo manet, Ioannis 3. v. 9. domin. 5. poſt Paſcha G

Apocalipſi.

Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, Apoc. 1. verſ. 5. dom. 2. poſt Paſcha E

Ego ſum Alpha & Omiga principium & finis, v. 8. dom. 4. poſt Epiph. K

Vidi agnum ſtantem tanquam occiſum habentem cornua ſeptem & oculos ſeptem, Apoc. 5. v. 6. dom. Palm. D

Vſquequo Domine *ſanctus & verus non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum, Apoc. 6. verſ. 10. dominica 3. poſt* Paſcha *C*

Deſiderabunt homines mori & fugiet mors ab eis Apoc. 9. v. 6. dom. 3. poſt oct. Epiph. G

Hi *ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Apoc. 14. v. 4. dom. 2. poſt Epiph. A*

C*ruciabuntur igne, & ſulpuhre, & non habebunt requiem die ac nocte, ver. 10. dom. 3. poſt Epiph. G*

Opera enim illorum ſequuntur illos, verſ. 13. dominica 4 poſt Epiph. *F*

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM
IN INSTITVTIONIBVS SACRIS SPECVLATIVIS CONTENTARVM.

A

ABſtractum ſicut eſt vnum ita etiam vnum concretum.dom.Trinit.F.
Abſtinentia nimia facit ſcrupulos. domin.5. poſt Epiph. G
Abſorbere mortem quid ſit dom.Reſur.K
Acceptatio diuinæ ſimplicis complacentiæ alia eſt ab acceptatione efficaci.dom.5.poſt paſcha.D
Acceptatio ſecundum quid & ſimpliciter.ibid.
Acceptatio perſonarum non eſt in Deo & quomodo & quare.dom.Sept. B
Accidentia non ſunt in Deo.dom.Trinit.F
actio realis requirit terminum realem.dom.Reſur.I
actiuum naturaliter approximatum paſſiuo, & non impeditum ſi non agit ſecundum naturæ ſuæ proprietatem ex nouo miraculo hoc proficiſcitur.ibid.F
actus meritorius quomodo ſit in poteſtate noſtra. domin. 2. poſt Reſur. C
actus Chriſti quomodo fuerunt meritorij.ibid.D
actus cognoſcẽdi & ſimilitudo obiecti.do.3 poſt oct.Epi G
actus actiuorum ſunt impatiente bene diſpoſito. domin. 1. Aduent. F
adhæſio Deo vt bono eſt perfectiſſima in via, & in patria. dom.6.poſt Epiph.D
Adoptiua filia verbum aſſumptum eſt à Iuriſtis dom. infra oct.Nat. D
adoptiuus filius quid ſit, quis ſit, & vt talis quis ſit quot & quæ concurrunt.Ibidem.
ægritudo generat ſcrupulum & quæ.dom.1.poſt Epiph.G
æquales omnes apud Deum.dom.2.Aduent.A
aeris vtriuſque perfectiones quomodo obtinuit Maria, & quomodo munia exequatur.dom.infra oct.Epiph.I
æternos quinam ſe putant.dom.Reſur.A
affectio non cadit in diuinam voluntatem ſicut in humanam.dom.Sept.E
affectio in nobis duplex commodi & iuſtitiæ. domin. 6.poſt Epiph. E
affecti commodi non regulata multa parit mala ibid.F
agens quod efficaciter ſtatim operatur & ponit effectum intelligendũ eſt de agẽte naturali nõ delibero.do.1.Quadr.C
agens vt in actu primo conſtituatur ab alia forma & ab alio egreditur actio ſuperuacaneum eſt ſed vtrumque ab eadem principio eſſe poteſt.dom.5.poſt paſcha.F
agẽti propter finem ex appetitu efficaci neceſſaria eſt triplex cognitio finis mediorum & quod omnia hæc media ſufficiunt ad aſſequendum finem.dom.Sexag.C
agilitatis corporum glorioſorum quę cauſa eſt propria ex Doctore ſubtili.dom.poſt Reſur.F
agilitatis definitio.ibidem.
agriculturæ laus.dom.Sexag.B
agricolarum priuilegia.ibidem.
Alexander Herculis ſtatuam aureis vinculis alligatam habuit.dom.5.poſt paſcha.B
ambitioſi pedes habent leporinos.dom.Palm.D
Ambroſius Sanctus exiſtens perſonaliter ante altare Mediolani ſimul interfuit exequijs Sancti Martini, Turonis. dom.4.Quadr.A
amor ſui multa parit peccata.dom.5. Quadr. E
amor non aſcendit ſed deſcendit.dom.5.poſt paſcha.A
amor Dei in nos omnium maximus probatur.ibid.
amor Dei in Beatiſſimam Virg. Mariam gratia Dei menſuratur.dom.2.poſt oct.Epiph.D
amor vanus ſine viribus.ibidem.
amorem quare omnium antiquiſſimum & nouiſſimum vocauit Plato ibidem.B
amor Mariæ in Deum inſtar fluminis ſagittæ &c. dom.2 poſt oct.Epiph.D
anima meretur & quomodo.dom. 1.poſt Reſur.C
anima quomodo eſt illimitata.dom.Trinit.A
anima tanquam tabula raſa. dom. Sexag. F. & dom.5. poſt Epiph. A
anima peccatrix multo miſerabilior quam corpus Iob.dom. 3. Quadr. A
anima non eſt ſuppoſitum.ibid.B
animæ non poſſe Dæmonem illabi illique plene dominari probatur.ibidem.C
anima Abraham non eſt Abraham.dom.Reſur.E
anima Chriſti poſt mortẽ inuiolata manſit in triduo ibid.F
anima Virgini Mariæ nobilior omnibus alijs domin. infra oct. Epiph. I
anima quid Deo teneatur.dom.6.poſt Epiph.G
anima fœnici comparatur dom.4.Quadr.A
anima maior vera producta eſt à Deo quam alia.ibid.
anima infuſa tactu carnis inficitur.ibid.B
anima Chriſti tactu carnis ipſius ſanctiſſimæ purificatur hocque virtute verbi diuini ei coniuncti.ibid.
animæ cognoſcunt quæ prius in vita cognouerunt. dom. 3. poſt Epiph. G
anima quomodo cruciatur ab igne vt obiecto motiuo ex ſui conſideratione.dom.3.poſt oct.Epiph.F
anima ſedendo & quieſcendo eſt prudens.do.5.Quadr.A
animatio, & incarnatio Chriſti in eodem mõmento facta. dom.infra.oct.Nat.D
animantia quędam ex certis herbis carnibus corruptis humoribus norunt quidam homines producere do.3.Quadr H
angelus quicunque poteſt eſſe in loco definitiue. domin. 3. Quadr. B
angelus etiam per diuinam potentiam nõ poteſt vniri materiæ vt forma informans.ibid.
angelus vnitur corpori per exiſtentia & inhærentiam Ibid.
angelus de facto non eſt in pluribus locis.ibid.
angelus non videtur eſſe in duobus locis quorum vterque ſibi ſit adæquatus ſecundum vltimum potentiæ ſuæ.ibid.
angelus in duobus locis poteſt eſſe per Dei potentiam ibid.
angeli poſſunt immutare ſenſum de potentia in actum & de vero in falſum poſsunt enim ſenſibile ſenſui offerre, ad cuius præſentiam ſenſus immutetur, & de potentia prodeat in actum inſuper organa ſenſus inconcinne diſponere cuius cauſa ſenſus non parua ſui deceptionem incurrit, & ſi non per ſe per accidens tamen.ibid. D
angelus in ſua operatione requirit tempus.dom.Pent.F
angeli ab hominibus quomodo differunt quoad intellectum voluntate & modum recipiens gratiam.do.1 Aduent.C
angeli cum hominibus in quo conueniant.ibid.
angeli mali quomodo vocati.dom.2.Aduent.C
annulus Salomonis qualis fuit.dom.Trin.A
Antichriſti miracula quare falſa.dom.3.Quadr.G
Antiochus Rex ſero pœnitens non exauditur.do.2 Quadr.F
antiquis id eſt quod morti propinquius.do.inf.oct.Epiph.B
antiquitate quænam non veteraſcant.ibid.
antiquitate quinam glorientur Ibid.
appetitus triplex naturalis ſenſualis. & rationalis. domin.6. poſt Epiph. D
appetitu naturali mouentur maxima & minima.ibid.
appetitus omnes quanto ſunt nobiliores tanto obiectum requirunt nobilius.ibid.

Digitized by Google

Appetitus qualiter adhæreat obiecto abſenti, & præſenti, ibidem.
Appetitus in hominibus magis terrenorum quam & cæleſtium cauſa, ibidem.
Appetitus voluntatis naturalis ſicut & liber quid ſit, dom. Sexag. C
Appetitus efficax, ibidem.
Appollinis ſtatua vincta apud Plutarchum, domin. 5. poſt Paſcha B
apollonius ſtudij gratia Nouendecim prouincias peragrauit, dom. Sexag. F
appollonij Hæreſis, dom. Reſur. F
apprehenſionis damnatæ animæ ordo dum eſt in loco nolito, dom. 3. poſt oct. Epiph. E
apprehenſionis ex qua ſequitur triſtitia animæ damnatæ modus & gradus, ibid. F
Appropriata quot & quę in diuinis queque cui perſonæ conueniant, dom. Trinit. A
arcades quomodo in lupo conuerti, dom. 3. Quadr. D
arrij error refellitur, dom. Trinit. B. & ſequent.
Ariſtophanis dictum, dom. Palm. A
Ariſtoteles ad perfectionem cognitionis finis vltimi nō peruenit, dom. Sexag. C
Ariſtotelis contra Reſurrectionem mortuorum corporum ratio diſſoluitur, dom. Reſur. D
articulus Pariſienſis damnat anathemate eos qui dicerent animam Chriſti non eſſe perfectiorem anima Iudæ, do. 2. poſt oct. Epiph. D
attributionis via cognoſcendum Deum docet S. Auguſtinus dom. Trinit. B
attritio definitur, dom. 3. Adu. F
attritio dum valet ad pœnitentiam debet eſſe debite circumſtantionata, ibidem. K
attritio quomodo eſt meritum de cōgruo vt infundatur gratia, ibidem. L
attritio quanta eſſe debet, ibidem. M
attritio quod modus eſſe poteſt, ibid.
Attritionis modus ex doctrina Scoti niſi datus fuiſſet quidam Doctor Pariensi ſe deſperaturum reſpondet, ibid.
attritio in quo puncto fiat contritio ſciri nequit, ibid. B
audire verbum Dei nullum prohibet Eccleſia, dominica Sexag. I
auerſio à Deo per peccatum formalis & virtualis deſeriuntur, dom. 4. poſt Paſcha C
auerſio formalis non comitatur quodlibet peccatum virtualis autem omnia, ibidem.
Auerſio à Deo grauior eſt conuerſione ad creaturas in pecto, ibidem.
Auguſtinus S. cum dixit in Secreto mundi ſinu formas latitare quomodo intelligendus eſt, dom. 3. Quadr. H
auxilia Dei præuidentia cooperantia ad iuſtificationem pertinent aduocationem, dom. 2. Aduent. G

B

BAbilonis de mædio fugiendum eſſe quomodo intelligendum eſt, dom. 3. Quadr. D
Baſiliſcorum habitatio omnis peccator, ibid. A
Beatitudinem Deus immediate impartitur animæ corpori autem mediante anima, dom. 1. poſt Paſcha. C
Beatificabile illud eſt quod meruit, ibidem.
Bellum quod iuſtificat, dom. 5. Quadr. A
Blaſphemorum generatio peſſima, dom. 5. Quadr. A
Blaſphemiæ deffinitio & diuiſio, ibid. B
Blaſphemia negatiua & affirmatiua, ibidem
Blaſphemia eſt contra præcepta primæ Tabulæ, ibid.
Blaſphemia quomodo ab alijs peccatis differat ſecundum pœnam & culpam, ibid. C
Blaſphemiæ eminenter in ſe continet plura peccata, ibid. E
Blaſphemus magis peccat Pagano, Hæretico, & Iudęo, Chriſti crucifixore, ibidem.
Blaſphemia grauitas declaratur, & circumſtantia finis delectationis & immediationis obiecti, ibid. F
Blaſphemia grauior homicidio, ibidem.
Blaſphemorum Patria infernus, ibidem.
Blaſphemia damnatorum, dominica tertia poſt octauam Epiph. H
Bonum quanto habet plures gradus bonitatis tanto melius ſic & malum in oppoſitum, dom. 5. Quadr. E
Bona temporalia comparantur vmbræ vento & mendacijs, dom. 6. poſt Epiph. A
Bonum eſt ſui communicatiuum, dom. Palm. B & dom. Trinit. K. & dom. 5. poſt Paſcha B
Bonitatis proprietas ſe-ſe effundere, do. 2. poſt oct. Epiph. C
Bona temporalia bona complexio per accidens ſunt & quomodo effectus vocationis, dom. 2. Aduent. G
Bonum eſt omne quia à Deo volitum non è conuerſo, do. 2. poſt Paſcha E

C

CÆcitas eſt magna dum tempus eſt non penitere. do. 6. poſt Epiph. B
Cælorum Regnum quomodo granum, dominica 6. poſt Epiph. B
Cæleſtis grani vis in grano ſinapis quærenda, ibid. C
Cælum cur dicitur fæcundum, dom. Pent. D
Cæli motu ſuo qualem creant muſicam, ibid. F
Cæli omnes quomodo exprimant Mariam, dom. infra oct. Epiph. H
Camerariorum officium quibus in Aula Dei tribuitur. do. 2. poſt oct. Epiph. A
Caro Chriſti nutrit Spiritum noſtrum. dom. 4. Quadr. B
Caro Chriſti quomodo caro Mariæ, dominica infra oct. Natiuit. E
Carni Chriſti anima fuit in inſtanti conceptionis infuſa, ibidem D
Caſtus plus diligit Mariam, dom. 2. poſt. oct. Epiph.
Catonis Patientia inſignis, dom. Palm. A
Cauſa quę eſt quod nihil quietatur niſi in ſuo centro hæc eadem eſt quod anima non quietatur niſi in ſolo Deo, do. 6. poſt Epiph. D
Cauſa prima magis, & prius influit in effectum quam cauſa ſecunda, dom. 3. poſt Paſcha. C
Cauſa cauſæ quicquid eſt ſimul etiam eſt cauſa cauſati in eodem ordine cauſandi, ibid.
Cauſæ eſſentialiter ordinatæ habent ſuum ordinem quod ſecunda non agit niſi virtute primæ, & per conſequens ibidem.
Cauſa ſecunda agente omnes ſuperiores agunt in eodem ordine, ibidem.
Cauſa prima quodlibere agat contra Philoſophos eſt, dom. Palmarum B
Cauſæ nomine reiecto cur principij aſſumunt Latini in explicatione productionis Diuinarum perſonarum domin. Pentecoſt. G
Cauſa potens producere effectum in parte propinquiore prius reducit quam remotiore, dominica prima poſt Paſcha C
Cauſa quælibet operatur in id quod ſibi eſt propinquius, dom. Reſur. C
Cauſa præſens materiæ diſpoſitæ producenſque effectu conformem ſibi producit talem qualem poteſt, dominica 3. Quadr. A
Cauſis diuerſis particularibus concurrentibus ad eundem effectum poteſt eſſe defectus ex parte vnius, & non alterius, dom. 1. Aduent. E
Cauſas omnium quærere indiſciplinati eſt, ibid. G
Caracteres peccati in Adam Caim, & alijs, dominica 4. poſt Paſcha E
Caritas ſupernaturalis quia diligimus Deum fundatur primarie in diuina, & infinita bonitate ſecundarie in ipſius communicatione denique in ipſius quietatione domin. 5. poſt Paſcha B
Caritatem qua diligimus Deum eſſe qualitatem creatam probant Clementina Concilium Vienenſe Concilium Tridentinum ratio (quam vide) vna cum S. Scripturis idem confirmantibus, ibid.
Caritas, & gratia gratum faciens quomodo ſint habitus Creati idem realiter habitus ſola ratione diſtincti, ibidem E
Caritas non omnis eſt gratia quamuis gratia omnis ſit caritas, ibidem.

Chriſtus

Chriſtus quoties magis tribulatus toties magis hominibus miſericors miſericordia alijs omnibus excellentiori, dom. Quinquag. A
Chriſtus aſſumpſit carnem humanam, & omnia quæ ipſam conſequuntur, ibid. D
Chriſtus non fuit naturalis filius Adæ, ibid. E
Chriſtus multa faciebat propter noſtram inſtructionẽ, ibi. G
Chriſtus quare ex parte ſenſitiua habuit dolorem maximum, ibid.
Chriſtus quid pro nobis obtulit Deo, ibid.
Chriſti cura de anima, dom. 4. Quadr. A
Chriſtum propter potentiam merito timere, & amare tenemur, dom. Palm. C
Chriſtus in quo potentiam ſuam declarat, ibid.
Chriſti ſcientia, ibid. D
Chriſtus de omni ſtatu naturæ humanæ aliquid aſſumpſit, ibidem C
Chriſti iuſtitia vt ipſius nutrix declaratur, ibid. E
Chriſtus noſtrum cor caput, &c. dom. 1. poſt Paſcha B
Chriſti reſurrectio noſtræ reſurrectionis ſymbolum, ibid.
Chriſtus reſurgens habuiſſe 4. dotes corporis glorioſi eminenter probatur, ibid. H
Chriſtus pro vno peccatore morti ſe tradidiſſet, dom. 2. poſt Paſcha A
Chriſtus quare oriculam portans pingitur, ibid.
Chriſtum meruiſſe ab inſtanti ſuæ conceptionis probatur, ibidem D
Chriſtus quomodo meruit cum ab inſtanti ſuæ conceptionis fuerit beatus, ibid.
Chriſtus ſecundum aliquid non fuit termino, ibid.
Chriſtus quomodo meruit pro omnibus hominibus ſecundum ſufficiẽtiam ſecundum efficaciam autem pro quibus Deus acceptauit probatur, ibid. D
Chriſtus quæ & quot nobis meruit, ibid.
Chriſtus magis placuit Deo quam diſplicuerunt omnia mundi peccata, ibid.
Chriſtus cauſa exemplaris, & finalis noſtræ prædeſtinationis, ibid. F
Chriſtus nullo modo dici poteſt filius Spiritus Sanctus, nec SS. Trinitatis, dom. infra oct. Nat. E
Chriſtus quare non dicitur filius Dei adoptiuus, ibid.
Chriſtus & Mariæ in perfectione menſura ſunt, & metrum reliquorum hominum, dom. 2. poſt oct. Epiph. E
Chriſtum à Ieſu diſtinguebat Herinthus, do. Reſur. F
Chriſtus aſſumpſit naturæ conditiones, quæ humanam redemptionem adiuuarent, ibid.
Chriſtus in triduo ſuæ mortis non fuit homo, ibid. I
Chriſti ſicut nec corpus nec anima, ſed humanitas cecidit in morte ita etiam non illa ſed hæc reſurrexit, ibid.
Chriſtus propria virtute reſurrexit, ibid.
Circa quomodo ſocios Vliſſis in varias formas mutauit, do. 3. Quadr. D
Claritas corporum beatorum, erit inæqualis, ibid.
Cognoſcendi res modus Angelorum quomodo differat à modo cognoſcendi hominum, dom. 1. Adu. C
Cognitionis diuinæ quot & qui ſunt termini, dominica prima Aduent. D
Cognoſci quid poteſt quot modis, & quibus dominica 2. Aduent. B
Cognitio mediorum ad vltimum finem conſequendũ eſt ad ſalutem neceſſaria, dom. Sexag. C
Cognoſcitur Deus ex ſola abundanti ſua miſericordiæ, ibid.
Cognitio finis vltimi clare, & intuitiue niſi naturaliter eſſe non poteſt, ibidem.
Communicatio a Deo ad intra, dom. 5. poſt Paſcha. B
Communicatio ad extra perfectiſſima per incarnationem, ibidem.
Communicatio idiomatum ſuppoſitorum nominibus competit, dom. Reſur. H
Complexio timida cauſa ſcrupulorum, do. 5. poſt Epiph. G
Compoſitum eſt poſterius ſuis componentibus, dominica Trinit. E
Conceptio Chriſti in Virgine Maria quomodo miraculoſa, & quomodo naturalis, dom. infra oct. Nat. E
Concluſio laqueus aſſenſus dici poteſt, dom. Sex. A
Concretum eſt ita vnum ſicut & vnum abſtractum, dom. ſ. Trinit. F
Conditiones quæ faciunt finem appetibiliorem naturaliter ſcire non poſſumus vt ſunt perpetuitas ſecuritas Beatitudo totius coniuncti Reſurrectio mortuorum, dominica Sexag. E
Condemnati non poſſunt adire Deum, dominica ſexta poſt Epiphan. D
Conſcientia eſt vt tabula raſa, dom. 5. poſt Epiph. B
Conſcientia diuerſimode à Spiritu Sancto, & à Dæmone inſcribitur, ibid.
Conſcientia eſt teſtis contra hominem, ibid.
Conſcientia non eſt Angelus aliquis, vel genius, ibid. C
Conſcientia aliud videtur eſſe à ſcientia nunquam tamen eſt ſine ſcientia, ibid.
Conſcientia in communi, ibid.
Conſcientia timorata, & erronea quid & vnde, ibid. F
Conſcientiam quæ impediant ſimul cum ſynderesi, & ratione, ibid.
Conſcientia ſcrupuloſa, ibid. G. perturbata, dilatata k
Conſcientiæ officia L
Conſilium D. Auguſtini contra ludificationem dæmonum, dom. 3. Quadr. D
Continet animam, & quomodo Spiritus Sanctus, dominica Pentecoſt. E
Continet omnia Spiritus Sanctus iuxta 4. dimenſiones, & quomodo, ibid.
Continentia triplex formalis virtualis, & eminentialis, do. 5. Quadrag. E
Contritio quomodo eſt medicina, dom. 3. Adu. G
Contritionis definitio, ibid.
Contritio qualem requirit dolorem pro peccatis, ibid.
Contritionis diuiſio, ibid. H
Contritionis nomen, ibid.
Contritio quomodo ab attritione diuiditur, ibid. F
Conteritur homo duobus modis ex S. Bonau. ibid.
Contritionis antidota, ibid. N
Conterendo peccatori vltra dolorem quænam ſunt neceſſaria, ibid. O. P. Q. R
Conterendorum negligentia, ibid. S
Contritionis exempla, ibid. T
Contritionis defectus paſſione Chriſti complendus, ibid. D
Conueniunt Angeli cum hominibus in beatitudine eſſentiali, & reprobatione, dom. 1. Adu. C
Conuenientia inter perſonas diuinas quadruplex, dominica Pentecoſt. G
Cor hominis eſt in medio corporis ſecundum Anathomicos ſecundum tamen pulſus in ſiniſtra parte eſſe noſcitur, do. 1. Aduent. A
Cordis partes quæ ſunt, dom. Pent. C
Corpus idem eſſe in pluribus locis per Dei potentiam probatur, dom. 4. Quadr. E
Corporis Chriſti partes non ſunt in hoſtia ſitualiter ad comparationem ipſius partium, ibid F
Corporis in oculo glorioſo, vel non glorioſo poteſt Deus, & quomodo cauſare licet iſtud corpus nunquam ſit niſi in Euchariſtia, ibid. G
Corpus Chriſti eſſe in ſacramento quamuis non videatur declaratur inductione, ibid.
Corpus humanum ab aqua habet paſſibilitatem à terra obſcuritatem ab igne animalitatem ab aere infirmitatem, dom. 1. poſt Paſcha C
Corpus ſicut dupliciter meretur ſic eſt beatificabile dupliciter, & quomodo, ibid.
Corpus glorioſum in cælo habet in ſe principium intrinſecũ corruptionis ita vt corrũperetur niſi præſeruaretur, ibi. D
Corpora beatorum in cælo ita ſunt impaſſibilia ita vt nõ tantum dicantur non pati verum etiam non poſſe pati, ibid.
Corpus glorioſum quare naturalius eſt in cælo quam in terra, ibid.
Corpus humanum ſicut, & anima à Dæmone mutari non poteſt, dom. 3. Quadr. D
Corporis noſtri ſtatum eundem putauit Porphyrius fore poſt reſurrectionem qui nunc eſt. Quod tamen improbatur, dom. Reſur. C

Digitized by Google

Corpus Chriſti in triduo non fuit putrefactum. Ibid.F
Corpora mortuorum primo humectantur deinde putreſcunt poſtremo incinerantur.ibid,
Corpus Chriſti ſi diutius manens non putrefieret hoc eſſe nouo miraculo probatur.ibid.
Corruptionis principia.dom.Trinit.H
Creaturas omnes perfectius quam in ſe in Maria fuiſſe declatur.dom.infra oct.Epiph.G
Creationem tribus modis vſurpat S.Auguſtinus communiter proprie & proprijſſime & hoc qoomodo.dominica 3. Quadr. H
Creaturæ aliæ ſunt ad vtilitatem aliæ ad ſolatium aliæ ad exercitium.dom.3.poſt Paſcha E
Crudelitas Diaboli, cuius exeplum Iob quam omnem myſtice exercet in omnem peccatorem,ibid.A

D

DÆmonis officium eſt tentare,dom.1.Quadr. A
Dæmon & anima poſſunt eſſe ſimul in eodem corpore hic per coexiſtentiam illa vero per inhæſionem,dom.3. Quadrag.B
Dæmonem non poſſe illabi animæ humanæ illique plene dominari probatur,ibid.C
Dæmon quomodo impleat cor animæ,ibid.
Dæmone obijciente varias formas quomodo ſenſus decipitur,ibid.
Dæmon quid poſſit operari in hominis ſenſibus exterioribus, ibidem.
Dæmonis quare nullum verum miraculum,ibid.G
Dæmones etſi multa producere poſſunt proprie tamen dici non poſſunt rerum illarum creatarum productores, ibidem H
Dęmoniacus corporaliter non eſt peius affectus animotenus dæmoniaco,ibid.
Damnatorum in numero qui ſunt,dom.1.Adu.E
Damnationem quare Deus permittit,ibid.G
Damnati perpetuo puniuntur quia ſi perpetuo vixiſſent perpetuo peccaſſent,dom.3.poſt oct.Epiph.C
Damnatorum animas quomodo cruciat ignis infernalis, ibidem E
Danatus quomodo cruciatur vnus magis alio,ibid.
Damnatus odit ſe detineri à voluntate diuina ad intenſam conſiderationem ignis, & odit ſe detineri ab illi igne vt immutatiuo hocq. oritur ex affectione commodi,ibid.F
Damnati ſuum eſſe proprium perfecte conſiderare non poſſunt,ibid.
Damnati pœnas omnes quas imaginari poſſumus in mundo experiuntur,ibid.
Damnatus quomodo punitur ſecundum intellectum voluntatem memoriam & omnia,ibid.
Damnati cruciabuntur in omnibus potentijs corporis, ibidem H
Damnati quomodo nolle peccaſſe,ibid.
Dauidis ſepulchrum,dom.1.poſt Reſur.A
De abracto vltima abſtractione abſtracto nihil prædicatur, dom.Trinit.C
Defectus ordinantes ad peccandum Chriſtus non aſſumpſit, dom.Quinq.E
Defectus 4.corporis humani qui & à quibus elementis,do.1. poſt Paſcha C
Delectatio corrumpit æſtimationem prudentiæ,dominica 2. Quadrag.C
Delactationem culpæ quomodo nobis Chriſtus meruit, do. 2.poſt Paſcha E
Deluſionis definitio, & quot modis hæc fieri poteſt, dom.3. Quadrag.D
Deſcendit Chriſtus ad inferos non ſecundum corpus nec ſecundum diuinitatem ſolam, ſed ſecundum animam cum diuinitate,dom.Reſur.H
Deſiderium communicandi ſe Spiritus Sanctus quo (ad infra nequit) cum in Virg. Mariam ſuperuenit relaxatur, dom.1.poſt oct.Epiph.C
Deſperatio definitur,dom.5.Quadr.F
Deteſtatio peccati qualis eſſe debeat,dom.3.Adu.k
Deus bona noua faciendo homini malo nouos contra illum teſtes producit,dom.5.poſt Epiph.A
Dei caritas intelligitur ex operibus creationis redemptionis, & conſeruationis,dom.6.poſt Epiph.C
Deus quomodo eſt ſummæ perfectionis à cuius perfectione pulullant omnes perfectiones,dom.Sept.C
Deum limitatum eſſe nullus ſine contradictione poteſt cogitare, ibid.
Deus diligit bonum creatum bonitatem illi conferendo ſua dilectione,ibid.D
Dei ſolius voluntatis actus eſt rectus de ſe,ibid.
Deus quomodo imitantus eſt à diſtributoribus communitatis,ibid.E
Dei benignitas,dom.1.Quadr.A
Deus quomodo dicitur tentare,& quomodo ipſum homines tentant,ibid.
Deus quare ſtatim non exequitur quod propoſuit,ibid.C
Deum eſſe omnipotentem,& quomodo probatur, dominica Palmarum C
Deus poſſet eſſe cauſa omnium immediata nullo alio concurrente,dom.3.poſt Paſcha C
Deus punit citra condignum etiam in inferno, domin.4. poſt Paſcha B
Deus & natura nihil faciunt fruſtra,dom.Sexag.F
Deus ſolus animæ humanæ illabi poteſt,dom.3.Quadr.C
Dei facta per Moiſen non fuiſſe contra potentiam naturæ quomodo intelligendum eſt,ibid.F
Deus ipſe immediate ſupremum ſeraphin illuminat eodem autem mediante reliquas Hierarhias,dom.Reſur.E
Deus ad intra ſe nihil producit ſupernaturaliter.ibid.L
Deitas eſt ratio ſimpliciter eſſendi indiuiduis cuicunque, domin.Trinit. D
Deus non eſt compoſitus ex materia, & forma nec ex triplici dimenſione nec ex partibus quantitatiuis nec ex actu & potentia neque ex genere de differentia neque ex ſubiecto & accidente,ibid.G
Deus eſt Sphæra in circumſcriptibilis cuius centrum vbique circumferentia nuſquam,dom.Pent.E
Deus eſt,propoſitio eſt per ſe nota,dom.Trinit.k
Deo facilius eſt attribuere quod excellentius eſt quam quod vilius,ibidem.
Deus nõ creatur nec generatur nec tranſmutatur nec annihilatur nec tranſubſtantiatur nec eſt augmentabilis, nec immobilis, nec mutatur ſecundum locum nec habet aliquam qualitatem contrariam vel mediam nec mutatur quod ad effectus.ibid.H
Deus omnia in ſe continet abſque detrimento ſimplicitatis, & quomodo,ibidem.
Diabolus in anima mala operatur quæ poteſt, dominica.3. Quadr. A
Diaboli poteſtas & furor,ibid.
Dies extremus ſi ſubito intrat perit dilatio & reſtat damnatio,dom.1.Quadr.F
Differre in rebus magnis ſemper nocuit,ibid.E
Differentia inter Angelos & homines quoad intellectum & voluntatem & modum recipiendi.dom.1.Aduent.C
Diffuſio maior eſt ſecundum eſſentiam quam ſecundum accidens & hæc maior ſecundum totum quam ſecunda partes,dom.Trinit.L
Dignum meritum quid,dom.infra oct.Nat.F
Dilexit magis Deus homines quam Angelos, & quomodo, dom.2.Aduent.E
Dilectio ſibi ſimilis eſt actus naturalis non autem elicitus potentiæ,dom.2.poſt oct.Epiph.G
Diligere Deum quare tenemur,dom.5.poſt Paſcha.B
Dilectio quo nos Deum diligimus & ipſe nos diligit idem in re eſt alio tamen modo fit & quo, dominica quinta poſt Paſcha E
Diſplicentia peccatorum vt ſit valida ad ſatisfactionem neceſſarius eſt vſus liberi arbitrij non impeditus, domin.2. Qradrag. C
Diſputatum in Eccleſia de Spiritu Sancto ante Nicænum concilium non eſt,dom.Pent.B
Diſſolutionis nomen duo ſignificat & quæ,dom.Reſur.G
Diſtinguuntur apud Latinos Theologos perſona ſuppoſitum ſingulare, particulare, & quomodo, dominica Trinit.L

Doctri-

Digitized by Google

Doctrina de Trinitate humanæ rationi non repugnat, dom. Trinitat. A
Dolor vnde prouenit, & à quo cauſatur, dominica ſecunda Quadrag. C
Dolet magis in morte qui ſe diligebat magis in vita. ibid.
Dolor excellens in parte ſenſitiuæ natus eſt impedire vſum rationis. ibidem.
Dolentes Martyres in morte cur non amittebant vſum rationis. ibidem.
Dotes corporis noſtri poſt Reſurrectionem ex dotibus corporis Chriſti reſurgentis diſcimus. dom. poſt Paſcha. B
Dotes corporis glorioſi quæ & quot & vnde Ibid. C
Dotes quæ pro quibus defectibus corpori glorioſo impartiuntur. Ibidem.
Dotes animæ quænam perfectiones vocentur. ibid.
Doris nomen corpori glorioſi competit Methaporice ratione ſcilicet ſpiritualis matrimonij, inter Deum, & Beatum. ibidem. E
Dos non eſt neceſſe vt ſit in dotato formaliter ſed ſufficit vt dotatus habeat ius ad dotem. ibid.
Dotis nomine proprie quid apelletur ibid.
Dos claritatis. ibidem. G
Dos ſubtilitatis. ibidem. H
Dotis nomine qua ratione perfectiones corporis Chriſti reſurgentis appellari poſſunt & qua non. ibid.
Duelli ius æqualibus armis pugnare. dom. 5. Quadr. A
Duos ſpiritus non poſſe per modum formę inhęrentis eidem corpori ſimul in eſſe, dom. 3. Quadr. B
Duos ſpiritus eſſe adæquatos ſimul ſecundum locum per coexiſtentiam non eſt inconueniens. ibid.
Duri cordis quot & quæ ſunt proprietates dom. 1. Adu. F

E

EBal mons maledictionis dom. 1. Aduent. A
Eccleſia Angelorum, & Eccleſia hominum diuerſimode Chriſto conueniunt. dom. poſt Paſcha B
Effectus primę cauſæ ducunt in errorem reſpectu ipſius quia illum ducunt in neceſſitatem actuum & vnitatem in communicatam quod tamen eſt oppoſitum. dom. Sexag. D
Effectus prædeſtinationis qui & quot. dom. 2. Adu. G
Effectiue nihil cognitum in mente diuina. dom. infra oct. Epiphan. E
Electionem Dei certam facere per bona opera quomodo intelligendum dom. 5. Quadr. E
Emanationes ſeu productiones duæ probantur in diuinis vna per intellectum alia per voluntatem, dominica Sanctiſs. Trinit. k
Emanatio per intellectum eſt prior illa quæ eſt per voluntatem origine & natura. ibidem.
Emblema Alciatis de patientia. dom. Palm. A
Empyreum cælum præcipue exprimit virginem glorioſam. dom. infra oct. Epiph. H
Equus marinus retrogradu de aquis terra ingreditur dom. 4. poſt Paſcha E
Entitas quæ præter corpus, & animam in homine tertia ex partibus reſultat realiter diſtincta eſ ſe à partibus, & habere aliam exiſtentiam à partibus probatur. dom. Reſur. I
Entitas realis neceſſario datur in diuinis dom. Trinit. C
Entitas vnica in tribus perſonis. ibidem.
Entitatem primam oportet eſſe abſolutam. ibid. D
Entitas primaria & ſecūdaria eſt in quolibet indiuiduo. ibid.
Entitas ſecundaria eſt entitas accidentis. ibid.
Entitas in diuinis dicitur prima per reſpectum ad proprietates perſonarum, ibid.
Erroris definitio, dom. 3. Quadr. D
Error philoſophorum qui putabant poſt 36. millia annorum eadem omnia reditura multipliciter improbatur, ibid. E
Eſſentia diuina eſt numero indiſtincta vbi eſt tota eſt ſimpliciſſima quoque indiuiſibilis infinita æterna potentiſſima ad ſui conſeruationem incorruptibilis immenſa, dominica Trinitat. E
eſſentia diuina non cadit ſub ſenſum, dom. Sexag. D
eſſentia, & ſubſtantia quomodo in Deo differunt, dominica Trinit. C
eſſentia diuina eſt entitas realis, & prima quæ non præexijt priorem D
eſſentia omnis quæ relatiue dicitur eſt aliquid excepto relatiuo, ibid.
eſſentia diuina prædicatur in recto de qualibet perſona ex tribus, ibid. L
eucharitia quare potentis menſa dicitur, dominica quarta Quadrag. B
In Euchareſtia Sacramento nullum eſt præter ipſa accidentia ſuppoſitum, ibid.
Euchariſtia miſterum incarnationis includit, ibid.
In Euchariſtia miracula, ibid.
In Euchareſtia non credentium veram, & realem præſentiā corporis Chriſti fundamenta, ibid.
In Euchariſtia eſſe verum corpus Chriſti probatur authoritate Eccleſiæ Concilijs, ibid. Sacra Scriptura D
De Euchariſtia dictum Diui Auguſtini illud ipſum quidem, & non ipſum corpus quod videbatur manducatur quomodo intelligendum eſt, ibid.
In Euchariſtiam Chriſtus deſcendit in inſtanti cælos non deſerendo, ibid. F
In Euchareſtia corpus Chriſti neque eſt definitiue neque circumſcriptiue, ſed præſentialiter, ibid.
exemplum neceſſarium non eſt ex parte reſuſcitantis, ſed ex parte reſuſcitari, dom. 3. Quadr. E
exemplum nobis præbet Deus inimicos diligendi proſperando malos, dom. 3. poſt Paſcha D
exempla illorum quibus Deus peccata condonauit, dom. 2. Aduent. F
exercitus defendes ſe, & vincens quod fortior eſt agrediente hoſtem vicente probatur, dom. 5. Quadr. A
exhortatio variorum doctorum ad contemptum mundi, do. 6. poſt Epiph. F
exhortatio inſignis ad audiendum, & legendum Sacras Scripturas, dom. Sexag. E
exiſtens in actu completo, & perfecto non poteſt alteri per informationem vniri, dom. 3. Quadr. B
expectatio qua Deus non ſtatim puniendo peccatores expectat. Signum eſt prædeſtinationis, dominica ſecunda Aduentus D
explicatio Iſaiæ quinquageſimi quinti ver. 3. de Reſurrectione Chriſti teſtimonium, dom. Reſur. L

F

FFeneſtræ arcæ ſignificatio, dom. Pent. E
Feſta tria Iudæorum quæ & quam ob cauſam inſtituta, ibidem A
Feſta hæc ſecundum Hugonem ſignificabāt SS. Trinitatem & quomodo, ibid.
Fides neceſſaria eſt ad cognitionem miſteriorum fidei, dom. Trinitat. A
Finis vltimus noſter intrinſecus eſt fruitio, & clara viſio eſſentiæ diuinæ extrinſecus vero eſſentia diuina, vt clara viſa ſub ratione propria in quantum eſt in tribus voa, dom. Sexag. D
Flagellatur à Deo nullus abſque cauſa licet illa hominibus ſit ignota, dom. 3. poſt Paſcha A
Fletus damnatorum, dom. 3. poſt Epiph. H
Felicitatem vltimam poſuit Ariſtot. in cognitione abſtractiua ſubſtantiarum ſeparatarum, dom. Sexag. D
Fetores omne mundi deducentur poſt iudicium in infernum dom. 3. poſt oct. Epiph. H
Fontes Chriſti qui & quot & quomodo interpretantur, do. 2. Paſcha A
Formas diuerſas obijcere ſenſui dęmon poſſe probatur, dom. 3. Quadr. D
Forma corporalis nullo modo poteſt recipi à forma ſpirituali, dom. 3. poſt Epiph. E
Fortitudo ad reſiſtendum in peccatore, dominica prima Aduentus F
S. Franciſcus de prædeſtinatione ſua ad vitam æternam magis in meritis proficiebat, dom. 1. Quadr. E
Fructus ſpiritualis vt producatur in anima, neceſſaria ſunt, aqua lachrimarum, aet ſanctarum cogitationum calor cæleſtium deſideriorum quæ per Spiritum Sanctum dantur, dom. Pent. E
Furor & ira ſunt arma irati, dom. 5. Quadr. A
Furor arma miniſtrat, & quæ, ibid.

Index Rerum contentorum

Fœtor Diaboli tantus in homines quantæ pęnæ quas patitur, dom.3.Quadr.A

G

GAriſim mons benedictionis, dom.1,Adu.A
Gaudium vehemens impedit rationis vſum, domin,2. Quadrag,E
Gemmæ cur reſurrectio corporum comparatur, dom.1. poſt Reſurrect.A
Generari idem numero bis cum dicit Ariſtot. impoſſibile,intelligendum eſt de vi,& potentia naturali,ibid,C
Generare poſſe ſibi ſimile eſt maximæ perfectionis in creatura,dom.Trinit.k
Generare Deum pulcherrime probatur.ibid,
Generantis ad genitum eſt naturalis amicitia glorię nomine ſæpe intelligitur diuina eſſentia in ſacra ſcriptura.ibid,C
Gloriam quomodo nobis Chriſtus meruit, dominica 2. poſt Paſcha E
Gloriæ ad damnationem in ęternitate proportio,dom.3,poſt oct.Epiph.C
Glorificatio ſola non eſt effectus prædeſtinationis,domin 3. Aduent.S
Græci in quibus nobiſcum de proceſſione Spiritus Sanctus conſentiant,dom,Pent.S
Græci antiqui Doctores cur non vſi ſunt hæc propoſitione, Spiritus Sanctt procedit à filio,ſed per filium,ibid.H
Granum ſeminis reſurrectionis futuræ Symbolum, domin, Reſurrect.B
Gratia Dei cum bonis operibus ſimul neceſſariam eſſe ad iuſtificationem oſtenditur inſigni exemplo Epaminondæ, dom,Sept.A
Gratiæ receptione quomodo Angeli ab hominibus differant dom,1,Adu.C
Gratiam quomodo Deus ſubtrahit quibuſdam,& quomodo ſic non eſt auctor mali,ibid.E
Gratia gratum faciens pertinet ad iuſtificationem,domin.2, Aduent.C
Gratiam quomodo nobis Chriſtus meruit, dominica 2. poſt Paſcha E
Gratia vltra gratiam increatam dicitur tripliciter, communiſſime pro quolibet dono Dei, communiter pro quolibet dono naturę ſuperaddito,ſeu ſupernaturali,& his duobus modis dicitur gratia gratis data 3, proprie, & hæc dicitur gratia gratum faciens,ibid.
Gratia gratum facientis definitio,ibid,
Gratia gratum faciens dicitur forma creata,& quare,ibid.
Gratia eſt participatio Dei,& ex quo,ibid G
Gratia dicitur eſſe ſimpliciter gloriam regnum ſemen, aqua, vitæ æternæ,& quare ibid,
Gratiæ attribuuntur proprietates diuinæ,& quare ibid,
Grauitas ineſt corpori ex complexione naturali propriæ mixtionis,dom.Reſur.F
Grauitatem qualem à corpore glorioſo auferri aſſerit Auguſtinus ſanctus,ibid.
Guſtus damnatorum quomodo cruciabitur,dom.3.poſt oct. Epiph.H

H

HAbitudinem remotam ad peccandum Chriſtus aſſumpſit,dom,Sept.B
Habitus aggrauat peccatum,dom,5,Quadr.B
Habitu eodem diligere nos Deum, & diligi à Deo probatur, dom.2.poſt Paſcha F
Habitus ſupernaturalis diuiditur in habitum qui eſt principium operandi, & habitum qui dat eſſe per modum naturæ gratia igitur ſumpta pro habitus ſupernaturali habet hæc duo ſignificata, & in vna acceptione dicitur gratia in altera charitas,dom.5.poſt Paſcha E
Hæretici Beatiſſimam Virg.Mariam deſeruiſſe in tempo, & ſpreviſſe calumniantur,dom,infra oct.Epiph.B
Hæreticos non amat Maria,dom,2.poſt oct.Epiph.G
Hæreſis Paſſioniſtarum Seleucianorum, Hermianorum tenentium ſolam animam Chriſti in cælum aſcendiſſe carnem vero ſuam in ſole manere improbatur,dominica Reſurrectionis F
Hæreſis Apollonij aſſerentis Chriſtum reſurrexiſſe quidem, ſed non in vera carne refutatur,ibid.
Hæreſis Herenti Chriſti reſurrectionem negantis, & Chriſtum à Ieſu diſtinguentis diluitur,ibid.
Chalcion auis,dom.2. poſt Paſcha A
S,Hieronymi dictum de Ariſtot.dom.Palm. A
S,Hieronymi iudicium de Poetarum Rhetorumq; eloquentia,dom.Sexag.E
S,Hieronymus verberatus ab Angelo quia fuit nimium Ciceronianus,ibid,
S.Hieronymo quomodo dæmon ſe in perſona Syluani oſtenderit,dom.3. Quadr.D
S Hieronymus dum mirantur quoſdam putantes ſe eſſe æternos quomodo intelligendus eſt,dom,Reſur.A
Hilarioni Anachoritæ quomodo Dæmon illuſerit, domin.3. Quadrag,D
Hidras dux Athenienſium,dom.2.Quadr.B
Homo ad maiora bona,& plura eligitur à Deo quam Angelus iam in bonis gratiæ quam gloriæ, dom. 2. poſt octaua Epiphan,H
Homini quomodo proximior quam Angelo Maria, ibid.
Homini datum eſt quod homo ſit Deus, & Deos homo quē cultu latriæ ob vnionem hypoſtaticam Angeli adorant, ibidem,
Homo in patria maiorem Angelo quia duplicem habet gloriam,ibid.
Homines ſecundum complexiones inclinantur adhoc vel illud,dom.6.poſt Epiph.F
Homo quærens diuitias inuenit laborem quærens gloriam inuenit anxietatem quærens voluptatem inuenit vanitatē, ibidem H
Homo eſt eſſentialiter humanitate homo,dom,Trin.D
Humana natura quantum exaltata eſt in aſſumptione verbi,dom, infra oct,Nat.G
Humana natura honorem latriæ in aſſumptionem verbi acquiſiuit,ibid.
Humana conditio in hac vita ſecundum D,Auguſtinum, dom.6.poſt Epiph.F
Humanæ voluntatis actus eſt rectus inquantum conformis diuinæ,dom, Sept.D
Humanitas Chriſti tota vnita eſt verbo Chriſti, dominica Reſurrect,H
Humanitas Chriſti propriè non fuit vnita verbo in triduo mortis Chriſti niſi ſecundum ſuas partes, ibid.
Hugonis de ſacra Scriptura elogium,dom.Sexag.E
Hugonis ſententia in hoc ſi in triduo mortis fuerit homo, dom.Reſur.I
Hypoſtaſim vnicam verbi manſerunt in triduo mortis Chriſti habentia corpus,& animam licet à ſe diuiſa, dominica Reſurrect.H
Hypoſtaticæ vnionis terminus,& quod vnicus,ibid,

I

IEſus quomodo nemo poteſt dicere niſi in Spiritu Sancto, dom,Pent.F
Ignis naturaliter ponderari non poteſt niſi per Dei potentiā, dom.3,poſt oct.Epiph.A
Ignis ponderis inueſtigatio,ſed tamen ſuſpecta,ibid,
Ignis infernalis ardoris acerbitas,ibid,B
Ignis infernalis comburere animas damnatorum quomodo non poteſt,ibid.E
Ignorantiam Chriſtus non aſſumpſit,dom,Quinq.E
Ignorantia facit ſcrupulus,dom.5,poſt Epiph.F
Illabi ſeu penetrare denotat primum intimam præſentiam eius quod illabitur cui illabitur ſecundum plenum dominium illabentis in illapſum,dom,3.Quadr,
Illabitur Dæmon animæ per affectum ſuggeſtionis ,ibid.C
Illuſio per motum localem rerum, vel ſpecierum,ibd,D
Illuſio circa organum ſenſus, & mutationem ſitus organi, ibidem.
Illuſio Dæmonis per Immutationem factam in ſpecie Intelligibili,vel in habitu qui in memoria conſeruatur,ibid.
Imagines rerum materialium à ſenſibus paticularibus ad ſenſum communem deferuntur,ibid.E
Imago Alexandri apud Plutarchum qualis, dominica tertia Aduent.E
Imaginatio facit ſcrupulos,dom.5.poſt Epiph.F
Immortalitas Dei,dom.Trinit.H

Immu-

Immutabilitas Dei,dom.Trinit.H
Impaſſibilitatis dos depingitur,dom.Reſurrect. E
Impaſſibilitatis cauſa in corporibus beatis non eſt aliquod donum intraneum ſed voluntatis diuinæ, ſuſpendentis actionem cauſarum ſecundarum, & ſubtrahentis concurſum virtutis ſuæ.ibid. D
Inaduertentia excuſat à peccato,dom.5.quadr.A
In incarnatione ſuppoſitum eſt verbum Diuinum, domin.4. Quadrag. B
Incantationes, & carmina Magorum facta ſunt cum Dæmone ad decipiendos homines.dom.3.quadrag.I
Incarnationes Dæmonum per alias incantationes tollere non licet.
Incitamenta hominum ad peccandum quæ, dominic. prima Quadrageſima A
Indiſciplinati eſt quærere omnium demonſtrationes,dom.3. poſt paſcha.C
Incorruptibile præter naturam nullum ens eſt præter Deum dom.Trinitat.H
Incorruptibiles tres creaturæ Angeli cæli, & corpora Beatorum ibidem incorruptibile eſt cælum ab extrinſeco nempe propter influentiam, & conſeruationem Dei.
Indiſſolubile fuiſſe corpus Chriſti quomodo erroneum eſt dicere & quomodo verum, dom. Reſurrect. G
Indiſſolubile eſt omni ratione corpus Chriſti poſt reſurrectionem ſuam.Ibidem
Indutatur peccator,& quomodo,dom. 1.Aduent. F
Infinitas eſt numeralis,molis,intenſionis,virtutis,immenſitatis,dom.Trinit.G
Infinitas numeralis molis intenſionis non eſt in Deo, & quare. Ibidem
Infinitas virtutis durationis immenſitatis,eſt in Deo,& quomodo.Ibidem.
Ingratitudo eſt peremptoria ſalutis,do.2. poſt.oct.Epiph.H
Inhabilitas ad recipiendum gratiam.dom.2.Adu.D
Innocentia in paradiſo,quæ. dom.3.Aduent.A
Innocentiam ſicut dotem amiſit homo.ibidem.
Innocentiæ Chriſti duplex ratio Sanctificatio matris, & miraculoſa eius formatio,dom Quinquag. E
Inordinatio voluntatis in quo conſiſtit,dom.6. poſt Epiph.E
Inordinatio voluntatis non eſt ex ſe nata,ſed ex defecta iuſtitia,ibidem E
Inordinatio voluntatis eſt cum non moderatur appetitum ſenſitiuum.ibid.F
Inſtantia tria quæ Scotus inducit in beatificatione hominis, dom.1.poſt Reſur. C
Intellectus Angelicus quomodo ab humano differatur. dom. 1. Aduent,C
Intellectus & obiectum concurrunt ad cognitionem, dom. infra oct. Epiph. E
Intellectus damnati determinatur perpetuo ad intenſe conſiderandum ignem in ratione obiecti.domin.3.poſt Octaua Epiphan.F
Intellectus habet naturalem inclinationem ad cognitionem cuiuſcunque entis.ibid.
Intellectus quo pacto intelligit aliquid eo oſtendit voluntati. dom.1 Quadrag.D
Intellectus diuinus in primo ſigno contemplatur eſſentiam abſolute in ſecundo eſſentiam abſolute in ſecundo eſſentiam in Patre, in tertio, Productionem filij per intellectũ in quarto, Productione Spiritus ſanctus per voluntatem, in quinto. Vnitatem eſſentiæ in tribus,in ſexto. Diſtinctione perſonarum per proprietates,in ſeptimo. Opus ad extra in eſſe cognito,in octauo. Opus ad extra ineſſe volito, in nono, Opus ad extra ineſſe reali,dom.Trinit.H
Intellectus Diuinus nullum contingens cognoſcit ante determinationem voluntatis Diuinæ. dom.3.poſt Paſcha C
Intellectus & voluntas ſunt duæ perfectiones eſſentiales quibus pater,& Filius & Spiritus ſanctus beatificantur, ibi.D
Inuidet quænam Diabolus homini,dom.3. Quadrag. A
Inuidentia fraternæ gratiæ definitur,dom.5.Quadrag. F
Iudæi legis periti prophetias de Chriſto ſiniſtre interpretabantur.dom.5 Quadrag.E
Iudam quomodo Deus noluit damnare,dom.1.Aduent. D
Iupiter ſignificat animam rationalem,dom.infra oct. Nat.A
Ius in dotem habet ſponſa,dom.1.poſt Paſcha E
Iuſtificatio efficax eſt effectus prædeſtinationis,domin.2. Aduentus G
Iuſtitia diſtributiua non habet in ſe imperfectionem,domin. Septuageſ. C
Iuſtitia quid ſit,domin.Palm.D
Iuſtitiæ,& iudicij differentia,ibidem E
Iuſtitia pictura,& deſcriptio.ibidem.
Iuſtitia in Deo quotuplex,ibidem F
Iuſtitia Chriſti in primo aduentu,& ſecundo,ibidem
Iuſtorum mors comparatur.ſoli flori &c. dom. Reſur. A
Iuſti homines alte diuinam prouidentiam perpendunt,dom. 3.poſt paſcha F

L

Lacedemonij Martis ſtatuam catenis ligabant, domin. 5. poſt Paſcha B
Lachrimæ pro peccatis ſunt quaſi bona ſemina, dom. 3. poſt Paſcha G
Lapis intellectus à Deo participatiue dicitur Deus,dom. inf. Oct.Epiph. E
Lateranenſi concilio,damnantur negantes ſpiritum ſanctũ procedere etiam à filio,dom.Pentec.G
Latriæ honorem humana natura in aſſumptione verbi acquiſiuit, dom.infr.oct.natiuit.G
Leo cauſa veſtigium ſuum cooperit.dom.4.poſt Paſcha.E
Liberi arbitrij vſus frequenter ſenſibus impeditur, domin.6. poſt Epiph.H
Lictores apud Romanos cum flagris ſecuribuſque Iudices præcedebant,apud nos quare non,dom. 5.Quadr.A
Loquelæ definitio,dom.Pentec.F
Loqui bene non poſſumus niſi in Spiritu ſancto,ibid.
Luciferi caſus vnde,dom.6.poſt Epiph.F
Luciferi caſus euenit quod noluit adorare verbum incarnatum,& Mariam ab æterno ordinatam,dom.infr.oct.Ep.F
Lunæ radijs non matureſcat Botrus prouerbium quid ſignificat,dom.pentecoſt.E
Lux quomodo ſeparatur ab igne in inferno, domin. 3. poſt oct.Epiph.A

M

Magi Pharaonis illarum rerum quæ in Ægypto fecerãt creatores dici non poſſunt,dom.3.Quadr.H
Magorum carmina,& incantationes nullam vim effectiuam habent.ibid.I
Magiſtri ſententiarũ opinio in hoc ſi in triduo mortis Chriſtus fuit homo,dom.Reſurrect.I
magiſter ſententiarum ſentiens caritatem non eſſe creatam, ſed vſum caritatis in caritate hoc eſt Spirituſancto ab Hæreſi Pelagianorum vindicatur.dom.5.poſt paſcha C
malos quare Deus proſperatur variæ rationes redduntur, domin.3.poſt paſcha D.& ſequent.
mali viuunt,vt corrigantur,aut vt boni per eos exerceantur. ibidem E
mali ſunt Dei lictores. ibidem Finis eorum interitus,ibid.F
malitia peccati tanta vt potius debuit appetere homo non eſſe quam peccare.probatur,dom.4.poſt paſcha B
maleficium tollitur aut orationes ſanctorum, aut amotiones ſigni & quare.dom.3.quadrag.I
maleficia ſignis quæ declarant nihil operantur, ſed ſola ope Diaboli ſigna autem ſunt condictamen cum eodem. Ibid.
mala quæ iuſti perferunt ad quid proſint.dom.Reſur. G
manichæi. & Valentiniani hæreſes de carne Chriſti quam dicebant phantaſticam condemnatur,dom.Quinquag.D
manſuetudo Dauidis,dom.palmar.A
manus Dei verbum,& Spiritus ſanctus,dom.pentec.F
manus duplex Diaboli ſecundum S. Bonauenturam. dom.2. poſt paſcha.C
mare pacificat Deus propter auiculam vnam Halcion dictã dom.2.poſt paſcha A
mariam æterni opus eſſe quomodo intelligendum eſt. dom. infra oct.Epiphan.C
mariam ab æterno præordinatam debere eſſe probatur. ibidem D
maria vocatur ſtorge Ibidem
maria magis prædeſtinata,& electa vt eſſet in mundo quam aliæ creaturæ,ibid.E

Maria habuit perfectius eſſe terminatiue in mente Diuina omni creatura.ibidem
Mariam quomodo Dominus poſſedit ab initio viarum ſuarum,ibid.G
Mariam quare Deus conſpexit cum omne a coodidit,ibid.
Maria ius in omnes creaturas,& dominium amiſſum a parētibus noſtris recuperauit.
Mariam mundo indigno digne Verbum incarnatum excepit,& creaturas alias ad eam excipiendam præparauit,ibid.
Maria virgo Beatiſſima cur ſine peccato omni. domin. infra Oct.Natiu. B
Mariæ cur Diabolus inimicus. Ibidem
Mariæ dignitas ſuper omnem creaturam. Phiſice, & moraliter declaratur.ibid.C
Maria vera mater Chriſti oſtenditur.Ibid.
Maria non ſolum mater Chriſti hominis, ſed etiam Dei eſſe probatur & quomodo,ibid.D
Maria virgo quomodo meruit fieri mater Dei.ibid.F
Maria electa in matrem Dei fuiſſet etiamſi Adam non peccaſſet.ibidem
Maria aſſimilatur pandore.dom.infra oct. Epiph.H
Maria virgo ideo præſens fuit ante omnes creaturas in intellectu Diuino,vt ipſo in illam omnes perfectiones cumularent. ibidem
Maria actis perfectiones quomodo obtinuit,ibid.
Maria beneficio quomodo illominamur accendimur refrigeramur viuificamor reſpiramus aſpiramus ſuſpiramus inſpiramus expiramus,ibidem
Maria plus nobis præſtat quam flumen ciuitati,ibid.
Maria quomodo Chriſto aderat quando præparabat cælos quando certa lege vallabat abyſſos quando appendebat fundamenta terræ,qoando librabat fontes aquarum quādo æthera formabat ſurſum,ibid.
Mariæ quantas gratias contulit Chriſtus,ibid.k
Maria ſapientior omni creatura,ibid.
Maria habet voluntatem maiori præ omnibus aliis gratiam ornatam,ibidem
Mariæ,vt fuit totum compoſitum dignitas, ibid.L
Maria quantæ fuit innocentiæ,& puritatis,dominica 2. poſt Octau. Epiphan. A
Mariæ mediatricis officium,ibid.B
Mariæ geſta ſunt ad noſtram inſtructionem.ibid.C
Maria quomodo complementum totius Trinitatis, ibid.
Maria maiorem caritatem habuit in via,& multo magis nūc in patria quam omnes creaturæ ſimul,ibid.E
Mariæ caritas in proximum,ibid.F
Maria non æqualiter omnes diligit,ibid.
Maria diligit maxime 4. genera hominum,ibid.F.G
Maria magis diligere homines quam Angelos probatur, ibidem H
Mariæ caritatem imitari tenemur,ibid.I
Mater vt quæ dicatur quot requiruntur,dom. infra Octaua. Natiuit.D
Media quænam neceſſaria ſunt ad conſequendam finem vltimum ſcire naturaliter non poſſumus,dom. ſexag.E
Memoria Beatiſſimæ virginis Mariæ memoria Ioſiæ comparatur,dom. inf. oct. Nat. B
menſura,& metrum reliquorum quod ſit vnum in quolibet genere declaratur.dom.2.poſt. Oct. Epiph.E
meritorie quare peccator non operatur,dom.Aduent.F
meritum triplex,dom.infr.Oct.Natiu.F
merita Chriſti aſſimilantur vitro,dom.2.poſt Paſcha B
meriti definitio,ibid.C
meritum in quo conſiſtat,ibid.
meruiſſe Chriſtus tripliciter dicitur,ibid.D
S.Michael vel aliqui Spiritus Beati etiāſi perpetuo in aliquo igne ponerentur nullam triſtitiam ſentirent naturaliter, dom.3.poſt oct. Epiph.E
miraculum fuit quod Chriſti animæ beatitudo ab initio ſuæ conceptionis non redundauit in corpus, dom. Quinq.D
miraculi definitio,dom.3.Quadr.F
mirari quomodo definiatur,ibid.
miraculum quantum ad rem factam, & quantum ad modū faciendi,ibid.
mirabilis a miraculo differentia,ibid.
miracula ſolus Deus vera facit,tum ex parte naturæ, tum ex parte modi operandi tum ex parte finis,ibid.G
miſericordia quare eſt excellentior & quaſi maior proprietas Dei quam iuſtitia.dom.2.aduent.D
miſericordia miſeris ſapit melius.dom.2.poſt Oct. Epiph. E
miſericordia Dei in tribulatione ſpecioſa multipliciter, dom. quinquageſ.B
miſſio in diuinis quid dicat.dom.Pent.H
mixta corruptibilia, & præcipuè animata cauſas corruptionis habent intrinſecas,dom.Reſur.D
modus priuationis rectitudinis in peccato eſt per auerſionē à Deo & conuerſionem ad creaturam. domin. 4. poſt Paſcha C
modos quo Diabolus in organis intelligibilibus poteſt facere illuſionem.dom.3.Quadrag.E
monſtruoſitates hominum,& defectus corporis non aſſumpſit Chriſtus,& quare
mortis cauſa eſt impuritas alimenti,& virtutis nutritiue debilitas quæ cauſarent mortem,& in Adam in ſtatu innocētiæ,& in Chriſto niſi paſſus fuiſſet.dom.Quinq.B
mors ſomnus eſt ſonus.dom.2.Quadrag.B
moritur ſic quiſque communiter vt viuit.ibid.
mors vltimum terribilium.ibid.
morientis hominis ſtatus,ibid.
mortis doloſæ exemplum.ibid.
morituro peccatori repreſentantur omnia peccata, vt cauſa damnationis ſuæ ſimul cum inferno, & Dæmonibus, ibidem E
mors repentina quare à Deo permittitur. ibid.F
mors omnibus cognita,dom. Reſur. A
mortem non eſſe adeo terribilem bonis vt putatur exemplo leonum thronis Salomonis oſtenditur, dom. Reſur. A
motum dicere æternum contra fidem eſt.dom.Palm.B
mouentur omnia corpora præter duo cælum nempe Empyreum & terram.dom. Trinit.H
muliercularum quarundam à Dæmone illuſio.domin.tertia. Quadrageſima D
mundus quomodo continet omnia,dom.Pent.B

N

NAturæ diuinæ reddimur conſortes per incarnationem, & Euchariſtiam,dom.5.Reſur.A
Naturam diuinam quomodo poteſt Deus participare, ibidem G
Natura quod non poteſt,poteſt eſſe naturæ autor. dominica Reſur. D
Natura non incipit aliquem motum quem terminare non poteſt quomodo intelligendum,ibid.G
Naturæ proprietas duplex.ibid.
Naturæ proprietatem,& conditionem inſeparabilem aſſumpſit Chriſtus,ſeparabilem autem in quantum redemptionis humanæ opus promouere.ibid.
Naturale quid dicitur tripliciter vno modo prout opponitur violento,& neutro deinde prout diſtinguitur contra ſuper naturale,ibid. L
Nauigationis proſperæ non ventus ſolus cauſa eſt,ſed, & induſtria,dom.Pent.E
Negationis, & attributionis via cognoſcendum Deum docet D.Dioniſius,dom.Trinitatis B
Nemo deſperandus eſt dum in hoc corpore eſt conſtitutus, dom.2.Aduent.E
Nexus Patris & Filij quomodo Spiritus ſanctus dicitur. domin. Pentecoſte.G
Nicetas in perſonam Simonis Magi ſe tranſmutauit. domin. 5.Quadrag.D
Nobilitas maxima eſt per æternam ad beatitudinem electionem.dom.2.Aduent.A
Nobilitatis huius gradus quatuor.ibid.
Nobilius eſſe in intellectu tam creato quam diuino poteſt aliquid dici dupliciter.dom.infr.oct.Epiph.E
Non participans de merito Chriſti ipſe eſt in cauſa numerus dotum corporis glorioſi vnde ſumitur.dom.1.poſt Paſc. C.
Notitia in Deo quid,dom.1.Aduent.C
Numerus dotium corporis glorioſi vnde ſumitur.dom.1.poſt Paſcha C

Obdu-

O

Obduratus quomodo quis dicitur, dom. 1. Adu. F
Obiectum vt motiuum intellectus nullum eſt cauſa alicuius triſtitiæ, dom. 3. poſt Oct. Epiph. F
Obiectam rem vel partem eius prout libet poteſt abſcondere ſenſui Dæmon, vel vt alium oſtendere. dom. 3. Quadr. D
Oblatio pro peccatis minor debet eſſe pauperum quam diuitum, ſed pro Dei beneficijs omnium æqualis. domin. 3. poſt paſcha B
Obſeruatio mandatorum, & conſiliorum Dei vnde in Maria effluxit, dom. 2. poſt oct. Epiph. F
Occidere hominem eſt malum irremediabile, domin. 3. Quadrageſima A
Oculorum hominum damnatorum pœnæ. dom. 3. poſt Oct. Epiphan. H
Odium damnatorum quomodo promoueatur à Superbia. dom. 3. poſt oct. Epiph. F
Odoratus damnatorum pena ibi. H
Omnia quæ fiunt in mundo aut fiunt Deo faciente aut permittente, dom. 3. poſt Paſcha. C
Opera Chriſti magis Deo accepta fuerunt operibus quotum cunque hominum etiam Angelorum, dominica ſecunda, poſt Paſcha D
Opera & merita Chriſti numerantur, ibid.
Opera Trinitatis indiuiſa ad extra. dom. Trinit. F
Operationis diuinæ ad extra modus, ibid.
Operationis ad extra cauſa eſt non eſſentia ſola vel voluntas, ſed eſſentia cum voluntate & quare. ibid.
Opinio eorum qui nihil eſſe de ratione quiditatis aſſerũt niſi ſolam formam diluitur. dom. Reſur. F
Ordo imaginarius præordinationis æternæ Virginis Beatiſſimæ. dom. infra oct. Epiph. F
Ordo ſpecierum eſt vt ordo numeri, dom. 3. Quadr. B
Ordo animarum ante Chriſti mortem quadruplex. domin. 2. poſt Paſcha E
Ordinatio quæ eſt in prædeſtinatione ad voluntatem magis pertinet qoam ad intellectum.

P

PAenalitates aliæ ſunt culpabiles hæcque aut propriæ tales aut à culpa deſcendentes aliæ vtiles quæ vocantur legitimæ, illæ autem à culpa deſcendentes ſunt naturales propriè inutiles & Spuriæ, dom. Quinquag. E
Pęnalitates naturales poſſunt mæreri, & demereri ſpuriæ vero quæ vel fiunt in peccatis, vel propter peccata, vel ipſa peccata, ibidem
Pænalitatum imago tres Cruces Chriſti, & latronum, ibid.
pænalitates Chriſtus ſpurias non aſſumpſit, & quare. ibid.
pænalitates legitimas aſſumpſit Chriſtus pro nobis, ibid. F
pænalitates humanas quare Chriſtus aſſumpſit, ibid. G
pęnæ ob malum nullum debere appetere non eſſe probatur. dom. 4. poſt paſcha B
pæna ſenſus damnatorum eſt inæqualis. dom. 3. poſt Octau. Epiphan. A
pæna damni eſt maior, pæna ſenſus, ibid.
pæna æterna iuſtè puniri peccatores probatur, ibid. C
pænitentia in quo ſimilis innocentiæ, dom. 3. Adu. B
pænitentiæ ſtemmata, ibid.
pænitens peccator plus debet Deo, quam innocens, ibid. C
pænitentiæ bona, ibid.
pænitentia definitur ibid.
pænitentia quomodo vocatur amaritudo, planctus & quod horum ſit de eſſentia pænitentiæ. ibid. D
pænitentia ſimilis imagini Alexandri quoquo verſum aſpicientis, ibidem
pænitentiæ effectus, ibidem E. F
pænitendi propoſitum quale eſſe debet, ibid.
pænitentia pugnat contra alia omnia vitia, dom. 2. quadr. A
pænitentia aſſimilatis, Samſoni ipſique Deo & quare, ibid.
pænitentia ſera rarò & vix vera eſſe probatur, ibid. B
pænitentiam impediunt dolor & timor in extremis, ibid. C
pænitentia requirit circumſtantiam principii & finis, & quare, ibid.
pænitentia quæ fit ex notitione mortis vel inferni non eſt voluntaria ſimpliciter, ibid. D
pænitentiam non differre, quam ſit bonum ſicut differre malum, ibidem.
pænitentia accceleranda multis ſanè perſuadetur. ibid. F
pars dextera & ſiniſtra quæ erit in iudicio, dom. 1. Aduent. A
paſſioniſtarum Hæreſis. dom. Reſur. F
patris ſubſtantia eſt ipſe pater, non quo pater eſt, ſed quo eſt. domin. Trinit. E
pater vt quis dicatur quæ requiruntur, dom. infr. oct. natiu. D
pænitentiæ laus. dom. palmar. A
patientes lunæ, comparantur, ibid.
peccata ſunt iacula in Chriſtum, & Matrem eius; domin. 2. Aduent. D
peccatum magis augetur deſperatione veniæ quam nimia ſpe veniæ, dom. 4. poſt Paſcha A
peccatum timorem incutit, ibid.
peccati malignitas, ibid.
peccati definitio ſecundum Scotum, & ſecundum D. Bonauenturam, ibidem C
peccatum dicitur priuatio non animæ, nec gratiæ nec habitus acquiſiti, nec actus, ſed rectitudinis moralis in actu elicito quæ ineſſe debuit, ibid.
peccata non ſolum vno verbo (peccaui) debite prolato delentur, ſed & intentione. dom. 3. Aduent. F
peccator nullus eſt tam malus, vt non vellet frui Deo, dom. 6. poſt Epiph. D
peccata ſemper deflenda ſi non effectu ſaltem affectu, dom. 2. Quadrag. A
peccator moriens magis de termino vitæ quam de peccatis triſtatur, ibid. C
peccator dum eſt talis ſemper eſt in infirmitate, & ſeruitute, cuius dum in peccatis eſt, magnum eſt periculum. ibid. E
peccatum in Spiritum ſanctum eſt maius peccato in Patrem, Filium. dom. 5. Quadr. C. G
peccatum irremiſſibile tribus modis dicitur, negatiuè, priuatiuè, & contrariè. ibid. D
peccatum nullum eſt irremiſſibile negatiue, omne autẽ mortale priuatiue, contrarie vero peccatum in Spiritum ſanctum ibidem.
peccati in Spiritum ſanctum remiſſionis impedimenta: ibid.
peccatum eo maius eſt quo quis in illo maiorem ſentit delectationem, ibid. F
peccare poteſt quis in vnam Diuinam perſonam non peccando in aliam, & quomodo, ibid. G
peccatum quodnam ſit ſpeciale in Spiritum ſanctum citantur varij authores, ibid.
peccatum ex qua malitia eſt in Spiritum ſanctum ibid. H
peccata in Spiritum ſanctum quot & quæ. perfectionalis menſura omnium eſt Deus, dom. 2. poſt Epiph. C
perfectiones animæ quęnam dotis nomine appellantur, domin. 1. poſt paſcha. H
perfectiones corporis Chriſti proprie dotes appellari non debent. ibidem
perpetuo damnati puniuntur, quia in perſona ipſi ſunt perpetui, & perpetuo in culpa exiſtunt. dom. 5. poſt oct. Epiph. D
perſonæ definitio, & eius explicatio, dom. Trinit. L
perſona nullum commune dici poteſt, ibid.
perſona non poteſt dici anima nec accidens, ibid.
perſona non eſt diuina eſſentia. ibid.
perſonæ diuinæ diſtinguuntur per origines, proprietates ſeu definitiones, & per appropriata hocque quomodo, ibid. M
perſona vna non eſt ratio producendi formalis alteri perſonę, ibidem G
phænicem conſeruans premitur natura curis æternam ne perdat auem, dom. 4. Quadr. A
phantaſia hominis ſola à dæmone immutatur, & quomodo domin. 3. Quadr. D
philoſophi cuiuſdam cũ Alexandro dicterium. dom. Reſur. A
philoſophus cum dicit animam eſſe ſubſtantiam animati, & quod qoid erat eſſe rei quomodo intelligendus eſt, ibid. F
plagas quinque quare Chriſtus in corpore ſuo poſt Reſurrectionem reſeruauit. dom. 1. poſt paſcha. C
plures dæmones poſſunt eſſe in eodem corpore per Dei potentiam. dom. 3. Quadr. A
porphirij error de Reſurrectione, dom. D
porphyrius vanum inueſtigare quid in futuro corpore contingendum ſit tanquam animæ inutili aſſerit. ibid. E

poſſibi-

Digitized by Google

Poſſibilitas viſionis diuinæ cognoſci non poteſt ex aliqua operatione animæ noſtræ, domin. ſexageſima D
Potentiæ innoteſcunt nobis per actus ſicut actus per obiecta. ibidem.
potentia multiplex, domin. palmar. B
potentia Chriſti quæ. Ibidem.
prædeſtinatio quare dicitur præſcientia. dom. 1. Quadrag. B
prædeſtinationis definitio eiuſque varia nomina. ibidem
prædeſtinatio dicitur præſcientia ratione connotati tantū. Ib.
prædeſtinatio quare dicitur electio naturæ rationalis. ibid. C
prædeſtinat Deus non reſpiciendo merita.
prædeſtinari propter merita glorioſius eſt.
prædeſtinari ſine meritis eſt maximæ liberalitatis cum meritis bonitatis. ibidem.
prædeſtinatus quod poteſt damnari probatur. ibidem D
prædeſtinatio eſt ante præuiſionem peccati. dom. 2. poſt Paſcha F
prædeſtinationis ſuæ non eſt cauſa meritoria Chriſtus. ibid.
prædeſtinatio eſt præcognitio bonorum cum collatione eorundem. domin. prima Aduent. D
prædeſtinationem noſtram cognoſcere non poſſumus ſcientifice, & quare. dom. 2. Aduentus B
præpeſtinationis noſtræ ſignum ex parte noſtri eſt mandatorum Dei obſeruatio. ibidem
prędeſtinationis mala ſigna ſunt flagella Dei contemnere, & in eis ad remedia orationis non confugere, vel ea impatiēter tolerare. ibidem
prædeſtinatus quoad prædeſtinationem abſolute non iuuatur precibus Chriſtiano, ſed quod ad effectus prędeſtinationis. ibidem G
prædicatores verbi Dei quomodo audiendi ſunt, & tractandi domin. ſexag. B
præſcientia in Deo quid. domin. 1. Aduent. D
præſcientia ſecundum D. Bonauenturam duplex. Ibid.
præſcitus poteſt ſaluari. dom. 7. Quadrag. E
præſumptio definitur, dom. 5. Quadrag. F
præuidet Deus quod peccata ſint cauſa reprobationis. Ibid. D
primum principium negantes quomodo tractare iubet Philoſophus. dom. palm. C
primo mobili aſſimilatur primus parens noſter. domin. infra octau. Epiph. D
prima duo eſſe eſt impoſſibile dom. Trinit. E
principalius quot modis accipitur. dom. 2. poſt paſcha C
principes magni ſimul vna ætate Carolus magnus Solimanus Turcarum Imperator. Franciſcus Rex Franciæ & Sigiſmundus primus Poloniæ. domin. Quinquageſ. A
priuilegia Virginis Mariæ ex ipſius maternitate, dom. infra oct. natiuitate C
priuatio quanto maiori priuat bono, tanto eſt maior. dom. 3. poſt oct. Epiphan. F
productiones non poſſe eſſe plures in diuinis eiuſdem rationis quomodo probat Scotus. domin. Trinit. L
productiones in diuinis tantum duæ, intellectus nempe, & voluntatis. dom. 2. poſt paſcha C
productio Spiritus ſanct. non eſt generatio, dom. Pent. G
propoſitio illa Pater & Filius diligunt ſe, Spiritus ſanctus eſt eſſentialis non perſonalis. Ibid.
proprietates eſſentiæ diuinæ communes tribus perſonis numerantur. domin. Trinitat. G
proſperando malos Deus ad ſe trahit. dom. 3. poſt Paſcha D
proſperitas dæmonis eſt recte. Ibid.
prudentia in Deo quid. domin. 1. aduent. D
prouidentia quomodo eſt pars prædeſtinationis, do. 2. Adu. G
punctorum ſeu inſtantium numerus, & qualitas in donis adhuc in vtero conceſſis Mariæ, dom. infra oct. Epiph. L
purus eſſe debet qui cum Deo conuerſatur, dom. 2. poſt Oct. Epiphan. A
putrefactionis definitio. domin. Reſurrect. F
putrefactio ſi fuiſſet in corpore Chriſti humanæ ſaluti redimendæ tunc fuiſſe impedimento probatur, ibid. G
putredo opprobrium eſt humanæ naturæ. ibidem

Q

Qualitas dotium corporis glorioſi vnde ſumitur, domin. 1 poſt paſcha C
Quantitas eſt cauſa quare duo corpora naturaliter non poſſunt eſſe ſimul. ibidem. G
Quies intellectus vltima in ſola eſt cognitione entis infiniti. domin. 3. poſt Oct. Epiph. F
Quod eſt aliquid ad ſe non eſt omnino quod relatiue dicatur. domin. Trinit. D

R

Ratio quare Deus proſperet malos ex affligat bonos ſanctis, & prophanis fuit difficilis. dom. 3. poſt paſcha C.
Redemptio præcipuum ſignū prędeſtinationis, do. 1. adu. E
Redemptio quare eſt hominum non Angelorum. ibid.
Reges malos quare Deus permittat. dom. 3. poſt Epiph. E
Regem ornat manſuetudo. domin. palm. A
Regia virtutes quot, & quæ. ibidem
Regis iniuſti pœna. ibidem E
Regis qualitas ibidem B
Regreſsū à priuatione ad habitum non eſſe quomodo Catolici interpretantur. domin. Reſurrect. B
Remiſſionis peccatorum exempla. dom. 2. Aduent. F
In remitiente peccata Deo quę ſint & quomodo contra illa peccatur. ibidem.
Remittitur tui peccatum in diſpoſitione eius quæ ſunt, & quomodo contra illa peccatur. Ibid.
Remedium contra peccatum, domin 4. poſt Paſcha. E
Replere omnia proprium Deo. domin. Pent. D
Reprobationis definitio. dom. 1. Aduent. D
Reprobatio eſt præcognitio malorum, quæ potius eſt penes liberum hominis arbitrium, quam penes voluntatem Dei. ibidem.
Reprobatio quomodo fit præuiſio, & quomodo ſic appellatur quomodoque ſit ab æterni. ibidem
Requiſita ad rationem miraculi quot & quæ. do. 3. quadr. F
Reſurrectionis futuræ Symbolum in omnibus poteſt homo reperire. dom. 1. poſt paſcha. B
Reſurrectionis articulus ad credendum difficillimus. domin. Reſurrectionis B
Reſurrectionis definitio. ibidem
Reſurrectionis noſtrę cauſa Chriſtus. Ibid.
Non meritoria ſolum eſt & efficiens. ſed & exemplaris, ibi. E
reſurrectio Chriſti, & noſtra quo differunt. ibid.
reſuſcitata in Chriſto ea fuit entitas quod fuit in morte deſtructa. ibidem I
reſurrectio quomodo poteſt dici naturalis, & quomodo ſupernaturalis, ibidem L
retribuit Deus malis aliqua bona opera hic eos proſperando. dom. 3. poſt paſcha D
Richardi ſententia aſſerens agilitatem corporum beatorum eſſe ablationem ab eis grauitatis eorum impugnatur, dom. 1. poſt paſcha F

S

Sabellij error dicentis in diuinis vnam eſſe perſonam ſicut & vnam eſſentiam diluitur. dom. Trinit. K
Sacrę ſcripturæ quatuor vtilitates, dom. ſexag. A
Sacra Scriptura comparatur ſoli laqueo arcui, mannę, gladio, clipeo, ſemini. ibid.
Sacræ ſcripturæ quęnam ſit excellentia ſupra libros prophanos. ibidem
Sacra ſcriptura docet nos in quo conſiſtat finis vltimus noſter, quę illum reddunt appetibiliorem quę ſunt ad illum conſequendum media, & quod hęc ſufficiant. ibi. E
Sacra ſcriptura liber vitę. ibidem
Saduceorum de reſurrectione error. dom. Reſur. D
Sagittę arcus domini amor & timor, dom. Sexageſ. A
Sagittarum Dei effectus. ibidem
Saluandi ab ęterno prędeſtinati. dom. 1. Quadr. C
Saluandus quis vel damnandus cur tenetur inſudare bonis operibus, dom. 1. Aduent. G
Sapientia in Deo quid. ibidem
Saturnus temporis Hieroglyphicum, dom. infra Octau. natiuit. A
Scientiam vocis quomodo habet Spiritus ſanctus, dominica Pentecoſte F
Scientia de Deo non vniuerſalis ſolum ſed & ſpecialis eſt nobis ad ſalutem neceſſaria, dom. Sexag. B
Scientiam vniuerſalem de Deo aſſecuti ſunt etiam Ethnici Philoſophi. ibidem

Scientia reuelata per verbum Dei nobis eſſe neceſſaria ad ſalutem probatur, ibid. C
Scientiam omnes naturaliter appetere autoritate plurium aliisque argumentis probatur, ibid. F
Scrupuli vnde ſint. domin. 5. poſt Epiphan. G
Scrupuloſus facit alium ſcrupuloſum. ibidem
Scrupuloſę conſcientię remedia. Ibid. A. I. k
Sęcula quęlibet vendicabant ſibi Mariam. do inf. oct. Epi. D
Seleucianorum Hæreſis. domin. 3. Quadrageſima. F
Senſum verborum ſacrę Scripturę quomodo ſit inueſtigandus. domin. Pentecoſte B
Senſus ſunt ſpeculatores hominis, & quales. dom. 5. poſt Ep. B
Senſus quęrit quietem in inferioribus, ibidem H
Septies, & ſeptuageſies ſepties Deus parcit idest ſemper. dom. 2. Aduent. F
Separationis damnatorum aſperitas. do. 3. poſt. Oct. Epiph. B
Separatio diuinitatis à carne Chriſti non fuit neceſſaria vt ille vere mortuus diceretur, dom. reſurrectionis H
Separari diuinitatem à Chriſto moriente cum dicit Auguſtinus quomodo intelligendus eſt, ibidem
Sepelliendi mos apud antiquos fuit, res precioſas in monumentum cum corporibus defunctorum deponere, dom. 1. poſt Paſcha A
Sepulchrum Dauid, & Zachariæ. Ibidem.
Similitudinis ratione Maria aliquos magis diligit. domin. 2. poſt Octaui. Epiph. F
Similitudo eſt cauſa dilectionis. Ibidem.
Simplicitas ſumma ſoli Deo conuenit. dom. Trinit. G
Simplex quomodo dici poſſit creatura, ibid.
Sinapis grani virtutes. dom. 6. poſt Epiph. B
Situs in cerebro ſenſus communis imaginatiuæ cogitatiuæ, æſtimatiuæ, & memoratiuæ, ex quibus rerum imagines ab vna in aliam deſcendunt, & quamdiu in vnaquaque earum reſident, & à quibus corporibus quomodoque deferuntur, dom. 3. Quadrag. C
Sol quodlibet illuminabile ita illuminat, ac ſi ſolum illuminaret. dom. 2. poſt Paſcha A
Sol ſanctiſſimæ Trinitatis Symbolum, & quomodo. domin. pentecoſte A
Solon legislator quare omnia peccata pœnæ mortis addixit. dom. 4. poſt paſcha D
Specierum ordo eſt vt ordo numeri. dom. 3. Quadr. B
Sperantes in ſe diligit Maria. dom. 2. poſt oct epiph. F
Species receptæ in intellectu etiam poſt mortem non delentur. dom. 3. poſt oct. Epiph. G
Speculo aſſimilantur Dei quoad nos effectus. dom. Trin. H
Spes acquiſita eſt naturalis. dom. 6. poſt Epiph. B
Spiritus ad nullum corpus habet naturalem diſconuenientiam. dom. 3. poſt Oct. Epiph. E
Spiritus igne cruciari nequit in quantum apprehendit ignem ibidem.
Spiritus S. docuit Apoſtolos & fideles. dom. Pent. F
Spiritus S. quod procedat à Patre & filio ſimul contra Græcos probatur. ibid. H
Spiritus ſanctus procedit per modum voluntatis, ibid.
Spiritus Sanctus procedere à Patre per Filium quomodo admittunt Theologi Latini, & quomodo negant. ibid.
Spiritus S. quomodo dicitur mittere filium, & quomodo venit in Apoſtolos. ibid.
Spiritus S. eſt nexus Patris, & filii eſt etiam nexus Dei & hominum, ſed ibi perſonarum nexus per ſe hic autem per habitum charitatis. dom 1. poſt paſcha E
Spiritus ſanctus quare vocatur gloria, cithara, in S. Scriptura dom. Trinit. C
Spiritus S. mundi anima à Philoſophis dicitur, dom. Pent. D
Stare magis dicuntur Sancti in cælo, quam ſedere, vel iacere, & quare. dom. 2. poſt paſcha F
Stare dicit ſitum. ibid.
Status eſt ad propoſitionem per ſe notum, & immediatam, dom. 1. poſt paſcha C
Status hominis in paradiſo. dom. 3. adu. A
Stoicus quidam ſuam Philoſophiam vocauit. Tyrannicam, ibidem.
Structioni Deus comparatus, ibid.
Studendi deſiderium explet S. Scriptura. dom. Pent. F
Subſtantia quomodo cognoſcitur in via. dom. Sexag. D
Subſtantia ſeparata à priori cognoſci non poteſt, ibid. H
Subſiſtentia ſeu Hypoteſis ab eſſentia in diuinis diſtinguitur. dom. Trinit. k
Subtilis deductio Trinitatis perſonarum in vna eſſentia.
Sufficientia dotium corporis glorioſi, ex quatuor elementis quomodo deducitur. dom. 1. poſt paſqua C
Suppoſiti & formæ inhærentis ſunt proprietates diuerſæ naturaliter. dom. 3. quadr. B
Suppoſitum non tendit in aliud ſubiectum. ibid.
Sybillæ de Virgine Beatiſſima teſtimonium. dom. infra Oct. Epiph. D
Syndereſis deſcriptio. dom. 5 poſt Epiph. D

T

TActus damnatorum afflictio. dom. 3. poſt oct. epiph. H.
Templum Dianæ Epheſi, omnium principe Aſiæ ſumptu viginti ſeptem annis ædific. dom. 4. quadr. A
Templum Salomonis quot ædificarunt hominum millia. ibidem
Temporalia dat malis Deus vt vilibus vilia. domin. 3. poſt Paſcha C
Tempus pœnitentiæ eſt vſque ad vltimum punctum vitæ. dom. 2 Aduent. F
Tempus edax, & inuidioſum quomodo. dom. infra oct. Natiuitat. A
Temporis Hyeroglyphicum Saturnus. ibid.
Terminatiue Angelus eſt nobilior lapide cognitus in mente diuina dom. infra oct. Epiph. E
Teſtimonia ſcripturarum de Reſurrectione Chriſti. domin. Reſur. I
Themiſtocles centum quinque annos natus moriens dixiſſe fertur ſe dolere quod tunc egrederetur de hac vita cum ſapere cœpiſſet. dom. Sexag. F
Tentatio Diaboli cauſat ſcrupulum. dom. 5 poſt Epiph. G
Terentij dictum, dom. palm. A
Theopompi inſigne reſponſum. ibid. D
Timentes Deum nuttum amat Maria. domin. 2. poſt octaua Epiphan. G
Titulus Mariæ maximus ſuper omnes eſt, de qua natus eſt IESVS, dom infra oct. Natiuit. D
Toletano concilio probatur Spiritus ſanctus etiam procedere à Filio, dom. Pent. G
Tonitruum qui audit non timeat fulgur. dom. 3. Aduent. C
Tranſubſtantiatio. dom. 4. Quadrag. B
Tres perſonæ quæ ratione ſunt vnus Deus. dom. Trinit. F
Triduo quo Chriſtus fuit mortuus anima & corpus Chriſti manſerunt vnita ad ſuppoſitum verbi, dom. Reſur. H
Trinitatem ſanctiſſimam non conciperemus completam. Si Spiritus ſanctus tantam quantam contulit plenitudinem gratiæ, in Mariam non effundiſſet, dom. infr. oct. Epiph. E
Triſtitia proprie in appetitu intellectiue cauſatur ex nolitione alicuius obiecti noliti, & tamen poſiti contra voluntatem, dom. 3. poſt oct. Epiph. E
Triſtitia multum nocet valetudini. dom. 3. poſt paſcha A
Triſtitias quare Deus in bonos permittit, ibid.
Tyriacæ triſtitia comparatur, ibid.

V

VBi eſt poſterius locato adueniens contingenter, dom. 4. Quadrag. E
Vbique Deus eſt tripliciter per potentiam, eſſentiam, & præſentiam, dom. Pent. C
Venia de peccatis ſperari poteſt, certo cognoſci non poteſt, dom. 4. poſt paſcha. A
Verbum diuinum quid ſit, dom. Sexag. B
Verbum Dei perficit deſiderium naturale, ibid. F
Verbi Dei contemptum contemptui corporis Chriſti confert Auguſtinus, quod tamen caſte intelligendum eſt. ibid.
Veritatis impugnatio definitur, dom. 1. Quadrag. F
Veſtales apud Romanos cur ignem cuſtodiebant, do. Pent. C
Via proſperitatum ducit ad infernum, aduerſitatum ad cælū, dom. 3 poſt Paſcha G
Viæ Domini ſignificant virtutes, vel mandata vel creaturas, dom. infr. oct. Epiph. G
Violentum perpetuari per diuinam potentiam non eſt inconueniens dicere. dom. 1. poſt Paſcha F

Virtutes ſingulæ pugnant contra ſingula vitia, vel non plus quam contra duo.dom.2.Quadr.A
Viſionis diuinæ poſſibilitatem non poſſe cognoſci ex aliqua operatione animæ noſtræ probatur,dom.Sexag.D
Vita hominis qualis,dom.3.Aduent.D
Vitam præſentem cum Bernardus vocat vigiliam magnæ feſtiuitatis quomodo intelligendus eſt,dom.1.poſt Paſcha A
Vnio beatifica de lege ordinaria eſt indiſſolubilis.dom.Sexageſima. H
Vnio Hypoſtatica maxima,& præcipua eſt poſt vnionē Trinitatis.ibidem
Vnus Deus in Trinitate perſonarum probatur.dom.Trin.F
Vnum numero eſt in Deo & de ſe hoc quod quidem eſt.ib. L
Vocatio eſt primum ſignum noſtræ prædeſtinationis ex parte Dei.dom.2.Aduent.C
Vocatio hæc alia eſt quia vocamur ad ipſum finem, alia quæ ad media neceſſaria,ibid.
Vocamur ad gratiam primam nullis noſtris meritis,ſolo merito Paſſionis Chriſti,ad ſecundam vero præ via ſua diſpoſitione. Ibidem
Vocatio noſtra quomodo ex quare efficatior ſit quam Angelorum. Ibidem
Vocationis noſtrę à Deo modi.ibid.
Vocis ſcientiam quomodo habeat Spiritus ſanctus, domin. Pentecoſt.F
Volenti beatificari neceſſaria eſt cognitio vltimi finis. dom. Sexageſ.B
Voluntas non fertur niſi in pręcognitum quod intelligendum eſt non quoad appetitum naturalem, ſed quoad liberum. ibid.
Voluntas diuina duplex beneplaciti,& ſigni, item alia antecedens alia conſequens.dom.1.Aduent.C
Voluntas diuina ſolū ſubtilitatis eſt cauſa. do. 1. poſt Paſc. G
Voluntate diuina quę fiunt in his non eſſe rationem quærendam probatur.dom.3.poſt Paſcha C
Voluntas diuina reſpectu eorum quę fiunt ad extra eſt prima rectitudo.ibid.
Voluntas diuina tota eſt ratio omnium contingentium,ibid.
Voluntas quod nihil poteſt determinare, niſi pręcognoſcatur ab intellectu,verum eſt quoad terminos propoſitionis contingentis,ibid.
Voluntas oblatis duobus malis minus eligere debet quia tūc habet rationem boni.dom.4.poſt Paſcha B
Voluntas quomodo moueatur a Spiritu ſancto,dom. 5. poſt Paſcha G
Voluntas quomodo errat.dom.5.poſt Epiph.F
Voluntas tum recta dum ſe conformat diuinę voluntati quā vult Deus libere ſuę conformari,dom.6.poſt Epiphan. E
Voluntas tenetur moderari inclinationes ne nobis dominentur moderando potentias ſenſitiuas, & ipſum intellectum ne talia ſpeculetur & ſeipſam ne ad iſta inclinetur, ibid. F
Voluntas mundanorum remiſſa nec efficax.ibid.
Voluntas Diuina non ideo vult bonum hominum, quod ſit bonum,ſed ideo illud bonum eſt quod ipſum velit voluntas Diuina,dom.1.Quadr.C
Volens ordinatè finem cum medijs ſuis ipſum vult finem. ibidem
Voluntatem diuinam non eſt neceſſe regulari ab intellectu diuino,ibid.
Voluntas hominis occupata in morte circa dolorem mortis, minus curat dolorem pro peccatis,dom.2.Quadrag.C
Voluntarium non eſt quod eſt ex ſuppoſitione alicuius non voluntarij,ibid.E
Voluptas furatur intellectum,dom.2.Quadrag.C

F I N I S.

Libri ſtampati da Marco Ginammi.

D. Laurentij Iuſtiniani opera omnia f.
Quæſtiones, & Expoſitio Scoti in Metaphiſicam Ariſtotelis f.
Fauentinus in quattuor Libros Sententiarum f.
Idem De Prædeſtinatione f
Idem De Pœnitentia f.
Idem De Reſtitutione, & Extrema Vnctione f.
Idem Aduerſus Atheos 4.
Dioſcoride del Mattiolo Volg. con figure f.
F. Petri Poſnanienſis in primum lib. Sententiarum f.
Idem Inſtitutiones ſacræ, Literales, Morales, & Speculatiuæ, in Dominicas Anni f.
F. Andreæ Rochmanij in primum lib. Sent. f.
Vite di Plutarco Volg. 4.
Parere ſopra li Carateri del Manico del Coltello di S. Pietro 4.
Conſiderationi Politiche, e Morali del Zucoli 4.
Diſcorſi dell'Honor del medeſimo 4.
Diſcorſo delle Ragioni del numero del Verſo Italiano del medeſimo 4.
Dialoghi del medeſimo 4.
Diſcorſo della Nobiltà commune, & Heroica del medeſimo 4.
Diſcorſi ſopra Cornelio Tacito del Maluezzi 4.
De coniectandis cuiuſque moribus Scipionis Claramontij 4.
De operibus Sex Dierum 4.
Iſtoria della diſtruttione dell' Indie di Monſig. Veſcouo di Chiappa 4.
Littere di D. Antonino Colluraffi 4.
Maſchera Iatropolitica, ouero Ceruello, e Cuore Principi Riuali 4.
Tragedie di Seneca tradotte in Volg. dal Nini 8.
Sommario delle Scienze del Signor Domenico Dolfino 8.
Capricci del Bottaio del Gelli 8.
Horribile inferno del Gliſſenti 8.
Il Parto della Vergine Rappreſentatione 8.
La Maddalena rauueduta Rappreſentatione 8.
Rime del Salomoni 12.
Concerto di Rime del Petrelli 12.
Sentiero al Paradiſo del Petrelli in Rame, & in legno 12.
Spenſierato fatto penſieroſo 12.
Morte Innamorata 12.
Diligente, ò ſollecito 12.
Giuſta Morte 12.
Poſſanza della Carne 12.
Mercato della vita humana 12.
(Fauole del Gliſſenti.)
Ninfa Guerriera Paſtorale 12.
Regole di San Franceſco 32. Lat. & Volg.
Libri diuerſi in lingua Slaua, & in carattere Slauo.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7-2-2